

R. P. D. ZACHARIÆ PASQVALIGO VERONENSIS

CLERICI REGVLARIS
S. Theologiæ Professoris,

DE


SACRIFICIO NOVÆ LEGIS QVÆSTIONES THEOLOGICÆ MORALES IVRIDICÆ.

TOMVS SECVNDVS

Complectens Materias

DE
- *Apparatu pro offerendo Sacrificio.*
- *Obligatione offerendi Sacrificium ratione Ordinis, charitatis, promissionis, & loci.*
- *Obligatione celebrandi ratione Capellæ, & Beneficij.*
- *Stipendio Sacerdotis celebrantis, & obligatione ob ipsum contracta.*

DE
- *Legatis pro Missis.*
- *Onere perpetuo Missarum, reductione, & praescriptione contra ipsum.*
- *Collectis supplentibus numerum Missarum.*
- *Priuilegijs Episcoporum in ordine ad celebrandum.*
- *Precepto assistendi Sacrificio.*
- *Causis excusantibus.*





LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGVETAN, & MARCI-ANTONII RAVAVD.

M. DC. LXII.

CVM APPROBATIONIBVS, ET SVPERIORVM PERMISSV.





INDEX QVÆSTIONVM, SECVNDI TOMI.

De Vasis necessariis pro oblatione Sacrificij, & eorundem annexis.

De ornatu Sacerdotali.

An

De stipendio pro oblatione Sacrificij Sacerdoti exhibendo.

De quantitate stipendij pro Missarum celebratione.

De correspondentia necessaria inter stipendia, & missarum numerum.

De obligatione celebrandi ex stipendio, & translatione in alium.

De legatis pro celebratione Missarum.

Legatum

Index Quæstionum.

De onere perpetuo Missarum.

De obligatione offerendi Sacrificium ratione Capellaniæ, & Beneficij.

An

Index Quæstionum.

ra

An

De Præcepto audiendi Missam.

De assistentia, intentione, & attentione necessaria pro implendo Præcepto audiendi Missam.

An qui

De cauſis excuſantibus ab audienda Miſſa.

QVÆSTIONES



QVÆSTIONES THEOLOGICÆ MORALES, IVRIDICÆ

DE

APPARATV PRO SACRIFICIO

Obligatione offerendi & aſſiſtendi.

De Vaſis neceſſariis pro oblatione Sacrificij, & eorundem annexis.



BLATIO Sacrificij tamque omnium myſteriorum ex relictis nobis à Chriſto ſummum, requirit ſpecialem reuerentiam etiam in vaſis deſtinatis pro ipſius miniſterio; & ideò ſicuti locum ſpecialem requirit, in quo offeratur, ita etiam requirit ſpecialia vaſa ad hunc effectum, deſtinata ſunt autem Calix & Patena, &c. Et de his modo agendum eſt, & enucleandæ difficultates quæ occurrunt.



QVÆSTIO 764.

Ex quanam materia conſtare debeant Calix & Patena.

SVMMA.

1 *Vſus Calicis ex Chriſti inſtitutione Ortum habuit.*
2 *Materia Calicis & Patenæ in primitiua Eccleſia non fuit determinata.*
3 *Calices ex materia lignea aut vitrea prohibentur.*
4 *Calicis & Patenæ eadem ratio quoad materiam.*
5 *Offerens Sacrificium in vaſis ex materia prohibita peccat mortaliter.*
6 *Ex qua materia conſtare debeat Calix & Patena.*
7 *Vaſa ſacrificij correſpondere debent reuerentiæ ipſi debita.*
8 *Patena cur debeat eſſe ex eadem materia, ex qua Calix.*

1 VSVS Calicis in Conſecratione vini ortum habuiſſe ex facto Chriſti, conſtat ex Euãgelio, ex quo habetur, quod Chriſtus conſecrauerit in Calice. Matth 26. *Et accipiens Calicem gratias egit, &c.* & Lucæ 22. *Similiter & Calicem poſtquam cœnauit, dicens. Hic eſt Calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, &c.* & ita eſtiam notatur Paſchaſ. Ratbertus. *de Corp. & ſanguin. Chriſti. c. 21.* Vualden. *tom. 3. de ſacr. tit. 4. de inſtit. miſſ. cap. 30. n. 3* Hoc tamen factum Chriſti ita accipiendum eſt vt non importet aliquid neceſſarium pro ſubſtantia ſacrificij, ſed ſolum quod præbuerit materiam imitabilem, fundatam etiam in congruentia myſterij; quia cum inſtituerit ſanguinem ſuum per modum Potus ſub ſpecie vini, ſeu potus vſualis, conuenienter etiam adhibetur Calix; in quo potus ſolet miniſtrari; & ideo appellatione Calicis venit vas aptum ad miniſtrandum potum. Difficultas autem eſt, ex quanam materia conſtare debeat.

Supponendum autem eſt. In primitiua Eccleſia non fuiſſe determinatam aliquam materiam, ex qua deberet Calix & Patena conſtare; vnde adhibebantur etiam Calices lignei, vt conſtat ex text. infra citand. fuerunt etiam in vſu vitrei Calices; verum poſtea ex meliori materia confici cœperunt, prout ſuccreuit Eccleſiarum decus, & ſplendor cultus diuini. Vnde Bonifacius Papa apud Conc. Tribunienſ. relatum in cap. *Vaſa de conſecr. diſt. 1.* dixit. *Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc è contrario, lignei Sacerdotes aureis vtuntur Calicibus.* 2

Supponendum 2. Calices ex materia lignea, aut vitrea eſſe abſolutè prohibitos. Item ex ære, aut aurichalco, ex ea cauſa, qua æruginem pariunt; quæ vomitum prouocat, ita ſtatuitur in cap. *Vaſa de conſecr. diſt. 1.* ibi *ſtatuimus; vt deinceps nullus Sacerdos ſacrum myſterium Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis, vllo modo conficere præſumat, ne vnde placari debet, inde iraſcatur Deus;* quæ ratio indicat, antea fuiſſe prohibitos ligneos Calices, alioquin cum in primitiua Eccleſia licitè adhiberentur, non fuiſſet exhibita Deo occaſio iræ per ipſorum vſum, niſi præceſſiſſet prohibitio, & cap. *Vt Calix eadem diſt.* ibi. *De ære, aut aurichalco non fiat Calix; quia ob vini virtutem æruginem parit: quæ vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, aut vitreo Calice præſumat miſſam cantare.* Vbi notandus eſt diuerſus modus prohibendi. Nam vbi agitur de Calice ligneo, aut vitreo, exprimitur grauis 3

prohibitio, vt ſatis declarant illa verba. *Nullus præſumat*; quando verò de Calice ex ære, aut auricalco, dicitur, *non fiat*, & redditur ratio, cur non debent fieri, per quem loquendi modum potius declaratur quædam inhabilitas materiæ; quàm prohibeatur, ita vt inhabilitas materiæ ſit illa, quæ debet impedire.

4 Supponendum 3. Calicem, & Patenam pari paſſu procedere in ordine ad materiam ex qua conſtare debent; vt deſumitur ex d. cap. *vt Calix, de conſecrat. diſt.* 1. nam ibi coniunctim de vtroque decernitur, ex quanam materia conſtare debeant ibi. *Vt calix Domini cum Patena; ſi non ex auro.* Dictio enim. *Cum*, coniungit patenam cum calice vt quid acceſſorium ad ipſum. *l. ſi quis ancillas, ff. de legat.* 1. & *l.* 1. & 3. *ff. de pecul. legat.* & notatur Alex. *conſ.* 193. *n.* 5. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 377. *n.* 2. *p.* 1. Dec *in Authentica ingreſſ. n.* 23. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bertazzo *C. de clauſul. inſtrum. Clauſula*, 26. *gloſ.* 4. *n.* 1. & ideo quoad materiam debet ſequi conditionem Calicis.

5 Supponendum. 4. Offerentem ſacrificium in vaſis ex materia prohibita, peccare mortaliter; & grauiter; quod ſatis ex eo conſtat, quod vt habetur ex cap. *fin. de celebr. miſſ.* Sacerdos, qui in ſcypho ligneo conſecrauerat, priuatur in perpetuum officio, & beneficio, hæc enim grauitas pœnæ ſatis indicat, delictum eſſe graue. Fateor tamen, Delictum magis, aut minus graue eſſe, prout materia prohibita eſt magis, vel minus inhabilis pro tali functione; & proinde eſt præ omnibus magis inhabilis materia lignea, quia in ipſa vtpote poroſa, imbibuntur liquores, & ideo grauius delictũ eſt in ipſa conſecrare quàm in cęteris.

6 Dicendum eſt. *Calicem, & Patenam conſtare debere ex auro, aut argento, aut ſaltem ex ſtamno*; ita ſtatuitur in cap. *Vt Calix, de conſecr. diſt.* 1. ibi. *Vt Calix Domini cum patena, ſi non ex auro; omnino ex argento fiat. Si quis autem pauper eſt, ſaltem vel ſtamneum Calicem habeat*, & ita docent communiter D. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 6. & *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 1. *art.* 2. *q.* 6 *ad* 4. Scot. *q.* 2. *art.* 2. *§. de loco.* Duran. *q.* 2. *n.* 8. Sot. *q. item* 2. *art.* 3. *ad* 6. Palud. *q.* 2. *art.* 5. *concluſ.* 1. Tabiena *verbo.* Calix *n.* 1. Angel. Syluest. Armill. *ibidem* Henriquez *lib.* 9. *ſumm. cap.* 28. *n.* 1 Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 20. *quæſt.* 3. Vaſquez 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 4. *n.* 29. Suarez *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 2. *dicto* 2. Facundez *præcept.* 1. *eccleſ.* *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 1. Reginal. *lib.* 29. *Prax. fori Pœnit. cap.* 9. *ſect.* 7. *n.* 198. Dicaſtill. *de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 9 *n.* 170. Marchin. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 13. *n.* 1. Palaus. *p.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *diſp. vnic. punct.* 10. *n.* 6. Layman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 13. Fauſtus *de Euchariſt. lib.* 2. *de ſacrific. miſſ. q.* 239. Garcia *in ſumm. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 2. *n.* 22. Pax Iordan. *tom.* 7. *lucubrat. lib.* 4. *num.* 214. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *q.* 1. *n.* 1. & communiter præſertim infra citandum.

7 Ratio eſt. Quia ex natura ſacrificij, quod exigit tractari cum magna reuerentia, requiruntur vaſa ex materia proportionata, hoc eſt habilia ad ſeruandam huiuſmodi reuerentiã. Ergo, quando aut ratio naturalis, aut experientia oſtendit aliquod inconueniens, quod ſequatur ex vaſis conſtantibus tali, vel tali materia, locum habere poterit prohibitio tamquã de eo, quod non concernit reuerentiam ſacrificij Rurſus aurum argentum, aut etiam ſtamnum ſunt materiæ, quæ excludunt illa inconuenientia, quæ proueniunt ex alijs, & ſunt facilè obuiæ, præſertim duæ poſteriores, & ideo tanquam valdè aptæ determinatæ ſunt pro conficiendo Calice, & Patena.

8 Ex dictis colligitur. Quod quamuis, ſi Patena conſtet ex illa materia, ex qua prohibentur confici Calices, non ſequantur illa inconuenientia; quæ ſequuntur ex Calice, & proinde non videatur quoad ipſum locum habere prohibitio; quia non habet locum ratio prohibitionis; ſiquidem, ſi lignea non habeat, quod imbibat, ſi ærea non habet virtute hoſtiæ, contrahere rubiginem, ſi vitrea, & frangatur, non eſt, quod effundatur; attamen quia eſt quòd acceſſoriũ Calici, ſequitur quoad materiam conditionem ipſius, iuxta ea; quæ tradunt. Durand. *in* 4. *diſt.* 13 *q.* 2. *n.* 8. Palud. *q. item* 2. *art.* 5. *concluſ.* 1. Dinus Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. *§.* 5. *not.* 3. Tabiena *verbo.* Calix. *n.* 1. Syluest. *ibid.* Vaſquez 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 4. *n.* 29. Suar. *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 7. *diſt.* 1. & alij cit. n. 6. Coniunctim enim procedunt quoad materiam; vt dictum *n.* 4. & ideo, licet inconuenientia non habeant locum eodem modo quoad Patenam, ſicut habent quoad Calicem, quando conſtaret ex materia prohibita, prohibitio tamen ſe extendit etiam ad ipſam, vt ad acceſſorium Calicis, & vt quid eidem functioni inſeruiens.

QVÆSTIO 765.

An Secluſa paupertate, confici poßit Calix, & Patena ex ſtamno.

SVMMA.

1 *Calix iuxta Rubricas debet eſſe aureus, aut argenteus.*
2 *Secluſa paupertate Calix poteſt eſſe ſtamneus.*
3 *Stamnum eſt materia habilis pro Calice.*
4 *Calix ſtamneus iam fabricatus poteſt ab vnoquoque adhiberi.*

PRima Sententia aſſerit, quod ſi loquamur ſecundum Rubricas, debet Calix & Patena conſtare ex auro, aut argento tantũ, & non ex ſtamno, ita Gaſpar. Hurtad. *de Sacram. diſp.* 4. *de ſacrific. miſſ. difficult.* 50. ver. *Materia autem*, in fine, Lugo Card. *diſp.* 20. *de Euchariſt. ſect.* 3. *n.* 90. Quart *in Rubr. miſſ. p.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 2. *dub* 1. verſ. *Colligitur primo.* Tambur. *opuſc. de ſacrific. Miſſ. lib.* 1. *cap.* 1. *§* 1. *n.* 2. aſſerens, Rubricam reuocaſſe conceſſionem Canonis, concedentem ob paupertatem Calicem ex ſtamno, in quo tamen fallitur, vt conſtabit ex dicendis, & hoc videtur deſumi ex ipſa Rubrica *p.* 2. *de præparat. Sacerd. tit.* 1. *n.* 1. vbi de Calice, qui debet eſſe aureus, vel argenteus, aut ſaltem habere cuppam argenteam intus inauratam, quod autem ſtamneus concedatur ſolum ratione paupertatis habetur ex cap. *Vt Calix, de conſecrat. diſt.* 1. 1

Secunda Sententia abſolutè docet, poſſe conſtare ex ſtamno, ita D. Thom. 3 *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 6. & *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 1. *art.* 2. *q.* 5. *ad* 4. Duran. *q.* 2. *n.* 8. Scoto *quæſt. item* 2. *art.* 2. Sotus *q.* 2. *art.* 3. *ad* 6. Palud. *q.* 2. *art.* 5. *concluſ.* 1. Diuus Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. *§.* 5. *not.* 3. Tabiena *verbo.* Calix *n.* 1. Angel. Sylueſter, Armilla. *ibid.* Sà *verbo*, Miſſa. *n.* 8. Henriquez *lib.* 9. *ſumm. cap.* 28. *n.* 2. *Litera C.* Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 3. Vaſquez 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 4. *n.* 30. Suarez *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 7. *dicto* 2. Facundez *præcept. L. Eccleſ. cap.* 21. *n.* 10. Reginald. *lib.* 29. *Prax. fori. Pœnit. cap.* 9. *ſect.* 7. *n.* 198. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 8. Fernand. *part.* 3. *Theolog. moral. cap.* 5. *§.* 11. *n.* 1. Gauant. *in Rubr. miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *Littera F.* Ledeſma *part.* 1. *ſumm. cap.* 21. *de Euchar. concluſ.* 2. Dicaſtill. *de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 9. *n.* 170. Ioann. à Cruce *in direct. Conſcien. q.* 3. *de Sacrific. miſſ. dub.* 3. *concluſ.* 2. Leander *tract.* 5. *de Sacram. diſp.* 7. *q.* 24. 2

Dicendum eſt. *Calicem independenter à paupertate conſtare poſſe ex ſtamno.* Et id ſecundum Rubricas locum habet, ita habent Rubricæ miſſal. *tit.* 10. *n.* 1. *de defect. occur. in miniſt.* vbi inter alios defectus ponitur, ſi non adſit Calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet eſſe aurea, vel argentea, vel ſtamnea, non ærea, vel vitrea, vnde conſtat, ſecundum Rubricas. 3

Cali

Calicem ſtamneum admitti tanquam conuenientem; neq. cap. *Vt Calix*, *de conſecrat. diſt.* 1. obſtat; quia etiam ibi admittitur Calix ſtamneus ratione paupertatis, vnde abſolutè eſt ex materia habili, quod ſi ſolum conceditur ſtaote paopertate, id fit, quia requiritur materia pretioſior in honorem ſacrificij, atque adeo ille text. quatenus requirit calicem confici ex aoro, aut argento, habet ſolam vim directiuam, quia iam admittit Calicem ſtamneum habilem, ex quibus ſoluta manent quæ pto oppoſita ſententia allata ſunt.

4 Ex his ſeqoitur, quod etiamſi Calix ſtamneus eſſet conceſſus ſolum ratione paupertatis; poſſe tamen adhiberi in oblatione ſacrificij ab vnoquoque; Quia ille Canon. *Vt Calix de conſecrat. diſt.* 1. non diſponit de vſu Calicis; ſed de fabricatione, & ideo ſolom afficeret Eccleſias diuites, aut alios qui fabricarent Calices, & poſſent commodè argenteos facere. At fabricato iam Calice ſtamneo ab eo, qui non poteſt commodè ex argento tanquam conſtans ex materia babili, poſſet ab vno quoque adhiberi.

Qvæstio 766.

An Calix conſtare poſſit ex plumbo.

SVMMA.

1 *Calix an poſſit conſtare ex plumbo.*
2 *Communis Sententia negat.*
3 *Plumbum eſt materia inhabilis pro Calice.*
4 *Plumbum deauratum eſt materia habilis pro Calice.*

1 HÆc materia neque eſt ex prohibitis, nêque ex permiſſis, quia Canones de illa non faciunt mentionem, ſolum videntur illam excludere, quatenus non eſt ex aſſignatis. Quod autem conſtare poſſit ex plumbo, tenent Aſten. apud Syluestr. *n. ſequen.* citand. ſub *verbo* Miſſa *n.* 8. Fundamentum huius ſententiæ eſſe poteſt; quia plombum non differt ſpecie à ſtamno, quod tamen eſt falſum; vt expetientia conſtat.

2 Dicendum eſt. *Calicem non poſſe conſtare ex plumbo*, ita communiter Durand. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *n.* 8. Palud. *q.* 2. *art.* 5. *concluſ.* 1. D. Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. § 5. *not.* 3. Tabiena *verbo* Calix *n.* 1. Syloeſt. *ibid.* Armilla *ibid.* Hentiq. *lib.* 9. *ſumm. cap.* 28. *n.* 2. Vaſquez 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 3. *n.* 30. Suatez *diſp* 81. *de Euchariſt. ſect.* 7. *dicto* 2. Facũdez *precept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 10. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori Pœnit. cap.* 9. *ſect.* 7. *n.* 198. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 13. Ledeſma *p.* 1. *ſumm. cap.* 21. *de Euchar. concluſ.* 2. Lodoo. à S. Ioanne *in ſumm. q.* 11. *de Euchar. art.* 15. *dub.* 2. *diff.* 3. Ioanoes à Cruce *in director. conſ. q.* 3. *de ſacrif. miſſ. dub.* 3. *concluſ.* 2. Lublin. *in ſumm. verbo* Calix *num*... Dicaſtill. *de ſacram tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 9. *n.* 175. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 7. *q.* 25. Palans *p.* 4. *oper. mor. tract.* 22. *diſput. vnic. punct.* 10. *n.* 6. Garzias *in ſumm. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 2. *n.* 23. Scortia *lib.* 2. *de ſacrif. miſſ. cap.* 14. Tanoer. *tom.* 4. *diſp.* 5. *q.* 10. *dub.* 3. *n* 52. Caſpenſ *p.* 2. *Curſ. Theol. tract.* 23. *diſp.* 4. *ſect.* 5. *n.* 82. Trollench. *lib.* 3. *de ſacram. cap.* 8. *dub.* 17. *n.* 2. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *q.* 1. *n.* 4.

3 Ratio autem deſumitur ex inhabilitate materiæ, non quia poroſa ſit, quia non videtur magis poroſa quàm ſtamnom, ſed quia facillimè ſordes contrahit, quæ oon facilè abſterguontur, & quia, vt experientia patet per contactum diffundit plombeam quamdam ſubſtantiam, quæ proinde ſe comunicaret vino, & quodammodo ipſum inficit cum periculo vomitus, quando ſumerentur ſpecies conſecratæ.

4 Difficultas tamen remanet. An poſſit conſtare ex plumbo, ſed inaurato. Et quidem ſi probè deauretur, videtor corrigi vitium, ratione cuius eſt materia inhabilis, & ſuperficies illa aurea in functione ſacra cõtinentiæ vini conſecrandi, aut conſecrati æquipoller materiæ aureæ, itavt eodem modo cuppa inſeruiat, ac ſi eſſet aurea; vnde cum materia Calicis conſideretut in ordine ad functionem, pro qua debet inſeruire, vt pto illa habilis ſit, ideo videtur, quod plumbum deauratum eſſet materia habilis, quia eodem modo inſeruiret,

---

Qvæstio 767.

An Calix conſtare poſſit ex Aurichalco, ære, ſeu cupro deaurato.

SVMMA.

1 *Calix an poſſit conſtare ex aurichalco, ære, aut cupro deauratis, & num ſeq.*
2 *Ex certa cauſa prohibitur, illa ceſſante non eſt prohibitum. Lex reſtringitur ad terminos rationis.*
3 *Metallum inauratum non continet immediatè, ſed ſuperficies auri.*
4 *Conſuetudo non excludit Calices æreos inauratos.*

QVamuis ex cap. *Vt Calix* de *conſecrat. diſt.* 1. non poſſit Calix conſtare ex ære, aut aurichalco, ex hoc tamen non ſtatim ſequitur, quod ſit etiam determinatum, quod noo poſſit conſtare ex eadem materia, quando eſt inaurata; quia valdè mutatur, vt conſtabit ex dicendis. Quod autem non poſſit conſtare ex aurichalco; ære, ſeu cupro, licèt inaoratis, docent Silueſt. *verbo* Calix *n.* 1. Suarez *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 7. *dicto* 2. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 13. Hurtad. *de Sacram. diſp.* 4. *de ſacrif. miſſ. difficult.* 10. vet. *Materia autem.* Feroand. *p.* 3. *exam. Theol. moral. cap.* 5. §. 11. *n.* 1. Tamb. *opuſc. de ſacrif.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *n.* 2. Nullum aliud fundameotum habet hæc ſententia, niſi conſuetudinem, & quia hæc noo eſt materia præſcripta à Rubricis. 1

Secunda Sententia aſſerit, poſſe conſtare ex dicta materia; ſed inaurata; ita Facundez *precept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 10 qui teſtatur de praxi, Logo Card. *diſp.* 20. *de Euchar. ſect.* 4. *n.* 90. qui teſtatur de praxi; & frequenti etiam Romæ, quam & ego obſeruaui Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 7. *q.* 26. Franc. Logo *lib.* 5 *de ſacram. cap.* 8. *q.* 1. *n.* 4. Auerſa *q.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 13. vet. *ſecundò præcipuè.* Quart. *in Rubr. miſſal. p.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 2. *dub.* 1. ver. *Colligitur quarto.* 2

Dicendum eſt. *Calicem confici poſſe ex aurichalco, ære, cupro, & quouis metallo inaurato.* Probatur in cap. *Vt Calix* de *conſecr. diſt.* 1. non prohibetur fieri abſolutè Calices ex ære, & aurichalco, ſicut prohibentur fieri ex ligno, aot vitro; ſed ex certa cauſa, quia ſcilicet contrahunt rubigines, & prouocant vomitum, & proinde materia iſta eſt prohibita, vt ſtat ſub hac ratione finali expreſſa in lege; ergo ſi ita qualificetur, & alteretur, vt non ſtet amplius ſub tali cauſa finali, neque amplius erit prohibita. Tum quia quandò affirmatio eſt cauſa affirmationis, etiam negatio eſt cauſa negationis. Tum quia lex non excedit terminos ſuæ rationis, & ideo reſtringitor, vt ſolum locum habeat quãdo locom habet ipſa ratio. *l. cum pater* §. *dulciſſimis ff. de legat.* 2. vbi Bart. Imol. & cæter. DD. & *l. Addigere* §. *Quamuis ff. De iure patr.* & *l. Milites agrum ff. de re milit.* & traduot cõmuniter DD. Abb in cap. *Quia in Inſulis, not.* 1. *de appell.* Bott. in cap. *Poſt tranſlationem n.* 24. *de regul.* Dec. in cap. *ſuggeſtũ de venũc.* Suar. *lib.* 6. *de legib. c.* 5. *n.* 5. Tiraq. cũ aliis *tr. ceſſante cauſa, p.* 1. *n.* 144. Quãdo autem metallũ eſt inauratũ ceſſat cauſa finalis; quia 3

nec rubigo locum habet, nec prouocare potest ad vomitum

4 Confirmatur. Quando metallum est inauratum, gerit vices substéraculi respectu superficiei aureæ, nec est materia proxime continēs vinum consecrandū, aut consecratum; sed quod proximè continet est ipsa aurea superficies; sicut enim in loco, quod proximè continet, est superficies, ita etiam in vase. Ergo siue cuppa sit aurea, siue inaurata, semper quod immediatè continet, erit aureum. Ergo cum Calix debeat constare ex materia habili in ordine ad continendum tam erit habilis Calix inauratus, quam aureus, quia semper ad proximè, & immediate continendum applicabitur aurum & obtinebitur idem finis munditiæ & decentiæ.

5 Nec obstat fundamentum oppositæ sententiæ; quia Consuetudo non est in contrarium, imo tot actus sunt consuetudinis quoad vsum Calicis æris inaurati, vt sufficiant ad asserendam consuetudinem conficiendi etiam ex hac materia. Quod autem Rubrica præscribat argentum & aurum, præscribit ad maiorem decentiam, ita tamen, vt non excludat aliud metallum inauratum, imo cum admittat stamnum, vt dictum est in superioribus, debet etiam admittere aliud metallum inauratum tamque nobilius, & magis conferens munditiæ, & decori sacrificij.

QVÆSTIO 768.

An Calix constare possit ex Lapide.

SVMMA.

1 *Lapis non est materia neque prohibita, neque concessa pro Calice.*
2 *Calix an constare possit ex lapide.*
3 *Ex quanam materia lapidea constare possit.*
4 *Materia auri & argenti non stat taxatiuè pro calice.*
5 *Calix confici potest ex cristallo, vulgo de Rocca.*
6 *An confici poterit ex Ebore.*
An ex cornu Vnicornis.

1 Circa materiam Lapidis. An ex ipsa constare possit Calix, neque reperitur prohibitum, neque concessum in Cap. *Vas.* & in Cap. *Vt Calix* de *consecr. dist.* 1. neque etiam in Rubricis. Communiter tamen DD ponunt lapides inter materias, ex quibus non possit confici ita Laiman. *lib.* 5. *theol. mor. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 12. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 2. *n.* 52. Vasquez 3. *part. disput.* 233. *cap.* 4. *num.* 30. qui excludit etiam lapidē pretiosum, Palaus. *part.* 4. *oper. mor. tract.* 23. *disp. vn. pun.* 10. *n.* 6. Dicast. *de sacram. tract.* 3. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 174. Quart. *in Rubr. miss. p.* 2. *tit.* 1. *sect.* 2. *dub.* 1. *init.* & alij. Fundamentum est, quia lapis est porosus, & imbiberet sanguinem Christi.

2 At Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1 *cap.* 1. §. 1. *n.* 2. admittit, posse confici ex lapide æquè precioso, ac est aurum, & argentum & in hanc partem inclinant Henriq. *lib.* 9. *cap.* 28. *n.* 2. *littera M* Facund *pracep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 13. & referunt Valentiæ in Aragonia conseruari Calicem ex lapide Agatha; in quo dicitur Christus consecrasse.

3 Dicendum est. Calicem constare posse ex Lapide non vulgari sed duro, & qui optimè poliri possit; Ratio est; quia in tantum non posset constare, in quantum esset porosus, & posset imbibere species consecratas, & hæc est tota ratio, ob quam lapis censetur materia inhabilis. Cessat autem hæc ratio, si lapis sit ex illo genere, quod nequaquam est porosum, & poliri, & leuigari ita potest, vt omnino cesset periculum, quod imbibat species consecratas, & quod non contrahat maculas. Tunc enim ista materia non est minus apta, quàm sit argentea aut aurea. Hoc autem habet locum supposito, quod possit ex lapide formari Calix aptus, etiam quoad formam artificialem pro vsu sacrificij.

Neque obstat, quod Canones concedant, & exprimant tantum quod fiat ex auro, aut argento, aut ad summum ex stamno, sicut etiam Rubricæ; quia huiusmodi expressio non stat taxatiuè; sed demonstratiuè ad ostendendam materiam habilem; nam cum ratio, ob quam concedunt has materias, sit aptitudo ad ministerium, & cur excludant alias sit ineptitudo, eo ipso quod aptitudo reperitur in alia materia, censetur concessa sicut censetur prohibita, in qua reperitur ineptitudo, & proinde expressio illarum materiarum non stat restrictiuè, sed exemplificatiuè, vt obseruant Bald. *in l. de quibus* ver. *Item nota quod non deciditur. ff. de legib.* Ias. *in lit. A Titio* circa finem *ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 75 *lib.* 5. Costa *in memorabil.* ver. *Rationis identitas* Tiraquel. *tract. cessante causa p.* 1. *n.* 152. 4

Ex his colligitur. Calicem confici posse ex Christallo, vulgo de Rocca, est enim materia valde apta, & pro ortionata ratione puritatis pro tanto mysterio, cum nullas sordes contrahat, & sit preciosior argento, & sit tantæ duritiæ, & soliditatis, vt nullum adsit periculum, quod frangatur; Quin inter preciosas Gazas Ducis Mantuani, antequàm diriperentur, vidi apparatum Altaris pro celebratione missæ ex huiusmodi Cristallo; nempe Candelabra, Crucem Ampullas, ac etiam Calicem, aliaque vasa. 5

Secundo colligitur. Quod quamuis ebur esset aliàs materia habilis, vt ex ipso conficeretur Calix, attamen quia recipiendo vinum maculas contraheret, quæ non possent abstergi, ideo ex hoc Capite non est, habenda pro materia apta. Oportet enim quod vasa, huic sacrificio destinata, munda conseruari possint. An autem constare possit ex cornu vnicornis pendet ex eo; an contrahat hæc materia maculas, quæ non possint abstergi, nam cum aliàs ea ipso conficiantur pocula, quæ in multo precio habentur, nisi contractio macularum obstet videtur aliàs materia habilis etiam pro Calice, imo esset in maiori pretio, quam si constaret ex auro. 6

QVÆSTIO 769.

An sufficiat, si sola Cuppa Calicis constet ex materia debita.

SVMMA.

1 *Sufficit, si sola cuppa Calicis sit ex materia debita.*
2 *Nec est necessariū, quod pes Calicis sit ex eadem materia.*
3 *Rubrica requirit solam cuppā Calicis ex materia habili.*
4 *Pes Calicis constare potest ex quacumque materia habili pro pede.*

Dicendum est. *Sufficere, si sola cuppa Calicis sit ex materia debita.* Ita Vasquez 3. *p. disp.* 233. *cap.* 4. 1
n. 30. Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 7. *dicto.* 2. Facund. *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 10. *in fine.* Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 198. Henriq. *lib.* 9 *sum. cap.* 28. *n.* 2. Laiman. *lib.* 3. *Theol. mor. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 12. Coninch. *de sacram. q.* 83. *n.* 244. Palaus *part* 4. *oper. mor. tract.* 22. *disp. vn. punct.* 10. *n.* 6. in fine Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. Dicastil *de sacram. tract.* 5. *disput.* 4. *dub.* 9. *num.* 170. Granad. 3. *p. contron.* 6. *tract.* 14. *disp.* 12. *n.* 3. Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. miss. difficult.* 10. ver. *Materia autem* Leand. *de sacram. tract.* 8. *disput.* 7. *q.* 27. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 3. *num.* 52. Garzia *in sum.*

in summ tract. 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *puncl.* 2. n. 27. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8 q. 1. n. 2. Auersa q 11. *de Euchar sect.* 13 ver. *secundo præcipuè.* Quart. *in Rubric. missal. p.* 2. *tit.* 1. *sect.* 2. *dub* 1. ver. *Colligitur quintò.* Tamb. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. n. 1.

2 Et quamuis Ledesma *p.* 1. *summ tract. de Eucharist. cap.* 21. *conclus.* 2. Ludouic. à S. Ioann. *in summ. q.* 11. *de Euchar. art.* 15. *dub.* 1. *diff.* 2. Faust. *de Euchar. lib* 2. *de sacrif. miss. q.* 241. Putent, totũ Calicem, etiã quoad pedem constare debere ex auro, aut argento, nullo tamen firmo fundamento nituntur, quia licet appellatione Calicis veniat Calix integer, attamen ex eo quod iura dicant constare debere ex auro, aut argento, non fit, quod totus constare debeat, quia limitatur quoad Cuppam, ex ratione, quam assignant, quia scilicet contrahit rubiginem, & prouocat ad vomitum, quæ ratio locum habet solum quoad Cuppam.

3 Quod autem sola Cuppa ex necessitate debeat constare ex materia habili, habetur ex Rubrica *tit.* 10. n. 1. *de defect. in ministr. occurrent.* Ita enim habet, *si non adsit Calix cum Patena conueniens; cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stamnea, non ærea, vel vitrea.* Cum ergo loquatur expressè de sola cuppa Calicis, remanet coarctata materia habilis ad ipsam solam, & non extenditur ad totum Calicem. Et ita etiam declarat Praxis, cum ferè vbique adhibeantur Calices cum pede vt plurimum ex ære; vnde, si non adesset præfata Rubrica, sufficeret Praxis ad inducendum ius. *l. de quibus ff. de legib.* & *l. Nulli digest.* Quod *cuiusque vniuersit* & *l. o seruare ff.* de *offic. proconsul*

4 Ex quibus colligitur, quod, vt notant etiam Autores n. 1 allati potest pes Calicis constare ex quacumque decenti materia, quia habilitas consideratur in materia solum in ordine ad cuppam respectu cuius militant rationes assignatæ in cap. *Vt Calix. de consecrat. dist.* 1. Verum in materia pedis requiritur alia habilitas, nempe quod sit apta vniri cuppæ, & ipsam substentare Vnde pes vitreus non esset habilis, tum ob suam fragilitatẽ, tum quia nõ potest firmiter vniri cuppæ. An autem adhiberi possit pes ligneus, non videtur negandũ si ipsi firmiter adhæreret pes Cuppa, & sit alicuius precij, itavt correspõdeat dignitati mynisterij, quia iam materia prohibita est coarctata ad Cuppam, & materia pedis sufficit, quod sit habilis pro munere pedis, & cessat ratio, quod sit porosum, quia habet substentare tantum cuppam, cui muneri non obstat porositas materiæ.

QVÆSTIO 770.

An Patena & Calix debeat intra Cuppam esse inauratus.

SVMMA.

1 *Patena & Calix debet in parte interiori inaurari.*
2 *Si materia aliàs non sit habilis, debet inaurari.*
3 *Si ex se sit habilis non debet sub graui obligatione inaurari.*
4 *Inauratio non est necessaria in materia aliàs habili.*
5 *Itaque etiam non discernenda fragmenta.*
Si cuppa Calicis sit stamnea, an necessario inauranda.

1 IN Rubricis p. 2. *tit.* 1. *De præparat. Sacerd.* n. 1. ita præscribitur. *Deinde præparat Calicem, qui debet esse aureus, vel argenteus, aut saltem habere Cuppam argenteam intus inauratam, etiam simul cum Patena itidem inaurata ab Episcopo consecratus.* Difficultas autem est. An hæc inauratio sit necessaria sub graui obligatione. Et quidem si Calix & Patena non sint ex argento esse necessariam inaurationem sub graui obligatione tradit Leand. *tract.* 8. *de sacram. disp.* 7. q. 28. Si verò sit argentea, sentit cum aliis infra referendum.

Hoc mihi videtur certum, quod si Calix sit ex materia, quæ aliàs non sit habilis, (vtpote ex aurichalco) debere Cuppam esse inauratam interius, sicut etiam Patenam in parte super qua reponitur hostia; Quia tunc inauratio requiritur ad reddendam materiam aptam, sine qua aptitudine, aut est prohibita, aut est ex natura sua inepta; vnde sicuti tenemur sub graui obligatione cõficere hæc vasa ex materia habili, ita etiã ex materia inaurata, quãdo sine inauratione est inhabilis. 2

Quando autem materia est habilis, quale est argentum. Dicendum est. *Non adesse grauem obligationem deaurandi Calicis cuppam ab interiori parte, neque patenam in ea parte, super qua reponitur hostia,* ita Granad. 3. *p. controu.* 6. *tr.* 14. *disp.* 12. n. 3. Lugo Card. *disp.* 20. *de Euchar. sect.* 3. n 9. Auersa q. 11. *de euchar. sect.* 13. ver. *secundo precipuè.* Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacr. cap.* 8. q. 1. n. 5. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4 *dub.* 9. n. 171. Quart. *in Rubr. Miss. p.* 2. *tit.* 1 *sect.* 1. ver. *Colligitur* 3. Tambur. *opusc. de sacrif. Miss. lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. n. 4. qui ait, neque esse peccatum veniale; si argentum non sit inauratum. 3

Ratio est, quia cum argentum sit materia preciosa, & valde habilis pro tali ministerio, inauratio non potest esse necessaria ad habilitandam materiam sicut est in ære, aut Aurichalco: sed solum ad ornandam; Et proinde non potest hæc inauratio præscribi à Rubrica tanquam necessaria, cum nulla sit necessitas in ordine ad finem; sed solum tanquam de decentia, & ad tractandum nobiliori modo sacrificium; & ideo est solum directiua in ordine ad decentiam, non autem obligatiua, stante præsertim sensu DD. non agnoscentium sub grauem obligationem. 4

Dices. Esse necessariam inaurationem, vt discerni possint fragmenta. Contra, diuersitas coloris facit, ea discerni, quando scilicet Patena est coloris diuersi à fragmentis, sicut etiam interior cuppa Calicis; hæc autem diuersitas adhuc interuenit inter fragmenta, & argentum, & ideo adhuc discerni poterunt. 5

Maior difficultas est, si Cuppa sit stamnea; an debeat esse inaurata sub graui obligatione; Et quamuis modo cuppæ stamneæ; saltem in his nostris Regionibus non sint in vsu cum tamen sint aptæ pro sacrificio iuxta *cap vt calix De consecrat. dist.* 1 nec per hunc text requiratur inauratio, videtur concludẽdum quod Rubrica eam requirens; solum ob decentiam requirat; non autem quia sit necessaria pro habilitare vasis, & proinde non sit necessaria sub graui obligatione; nam cum citatus text. distinguat inter habilem materiam, & non habilem, & concedat Calicem stamneum tanque habilem venit in consequentiam, quod ea; quæ supperadduntur à Rubricis, sint solum in ordine ad ornamentum, & ad decentiam. 6

QVÆSTIO. 771.

Quam formam artificialem debeant habere Calix, & Patena.

SVMMA.

1 *Duplex forma Calicis*
2 *Pro Calice ac patena sufficie quacunque forma apta pro ministerio.*
Forma Calicis habenda pro omissa cum non exprimatur
3 *Consuetudo quoad formam Calicis non obligat grauiter.*
Actus in materia facultatiua non inducunt consuetudinem obligantem.
4 *Mutare formã Calicis & Patenæ non est peccatum graue.*
5 *Pes Calicis omni modo apto formari potest.*

DVplex forma consideratur potest in Calice; Altera artificialis, & altera motalis, ratione cuius inter res 1

res sanctificatas reponitur; quæ acquiritur per consecrationem. Est autem certum quod cum sint instrumenta ad offerendum sacrificium, habere debent eam formam artificialem ratione cuius sint apta pro tali munere; ita vt ex forma nullum inconueniens sequatur; Quia tamen hoc saluari potest cum diuersa structura, & forma artificiali; ideo dubium remanet, an sit aliqua determinata forma necessaria; & cum ea, quæ modo est in vsu, sit apta pro ministerio, an obliget ad eam retinendam sub graui obligatione.

2 Dicendum est. *Calicem, & Patenam non requirere aliquam certam formam artificialem, sed sufficere quamcunque aptam pro ministerio*; ita Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 2. *dicto.* 2. ver. *De forma autem.* Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. in fine; Ratio est, quia neque in iure, neque in Rubricis aliquid præscribitur, & proinde tanquam non expressa huiusmodi forma habenda est pro missa *l. commodissimè ff. de liber; & posthum.* & *l. quidquid adstringendo.* 99. *ff. de verb. oblig.* & notant Bald. *in l. Ad probat. c. de probat*; Decian. *resp.* 52. *n.* 4. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 14. *n.* 5. Roland. *cons.* 56. *n.* 7. *vol.* 3. Surd. *dist.* 502. *n.* 10. atque adeò relicta dispositioni Artificum.

3 Ex his sequitur, quod licet adsit consuetudo construendi Calices cum certa forma; sicuti etiam Patenas, non tamen adsit obligatio saltem grauis seruandi hanc consuetudinem. Ratio est quia huiusmodi consuetudo non est introducta propter aliquam exigentiam ministerij, quasi talis forma, & non alia sit proportionata ministerio; sed merè voluntaria, & proinde tanquam in materia facultatiua, in qua licitum erat vnicuique cum qualibet forma Calicem conficere, non obligat quia in materia facultatiua per quoslibet actus, etiam immemorabile tempore continuatos, non inducitur consuetudo, aut ius obligandi. *l.* 1. *init. ff.* vti *possidetis* Bart. *ibidem. §. huius autem interdicti. n.* 3. Riminald Senior. *cons.* 341. *n.* 6. *lib.* 2. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 3. *n.* 19. Garzias *de Beneficijs p.* 7. *cap.* 1. *n.* 88. Dec. *cons.* 175. *n.* 6. ver. *Præterea.* Roland. *cons* 53. *n.* 38. *lib.* 2. Calderin. *cons.* 3. *in fine. de consuetud.* Surd. *cons.* 127. *n.* 81. Thesaur. *decis.* 16. *n.* 3. *in fine.* Ludouis. *decis.* 162. *n.* 10. Corain. *decis.* 402. *n.* 10. Merlin. *dist.* 825. *n.* 24. Rota *dist.* 778. *n.* 5. *p* 1. *Diuers.* & *decis.* 536. *n.* 4. *p.* 2. *Recent.* & *dist.* 112. *in fine p.* 4. & *dist.* 29. *n.* 6. *p.* 5. & *in Brixien. Capellania.* 5. *martij,* 1598. coram. Litta.

Sequitur. 2. Non esse peccatum saltem graue,
4 facere sibi confici Patenam, aut quadratam, aut triangularem, aut octangularem, dummodo ita construeretur vt esset apta muneri, quod deberet exhibere, quia figura ipsius est omnino accidentalis, & sufficit, quod sit apta vsui, quem exhibere debet in ministerio, qua aptitudine salua, est vnicuique liberũ vti qua libuerit forma; Vnde miror quod aliqui recentiores agnouerint peccatum graue in fabricatione talis Patenæ, & non agnouerint in vsu, cum potius vsus sit attendendus, quàm constructio.

5 Sequitur. 3. Quod pes Calicis formari possit omnibus illis modis; qui apti sunt ad substentandam cuppam, vt si pes ad modum columnæ; aut piramidis formaretur, aut si loco pedis supponeretur Angelus substentans cuppam, aut aliquo alio artificio formaretur; quia sufficit, quod sit aptus ad substentandam cuppam absque periculo effusionis; similiter nec etiam necessarium est, quod Cuppa sit rotunda; sed potest esse oualis; aut aliquo alio modo formata; dummodo tamen in sumendo sanguinem non afferret periculum effusionis; siquidem hoc solum est vitandum, & ideo quæcunque figura Cuppæ, quæ non habeat annexum huiusmodi periculum, erit habilis.

QVÆSTIO. 772.

An Calix constare possit cuppa separabili à pede.

SVMMA.

1 *Cuppa Calicis an vniri possit pedi amouibiliter.*
2 *Omnis forma Calicis admittenda, nonnulla sit expressa*
3 *Pes Calicis constare potest pluribus partibus amouibiliter vnitis.*

Potest confici Calix tali modo, vt Cuppa vniatur pedi amouibiliter, absque eo quod aliquid 1
frangatur; difficultas autem est, an hæc amouibilitas obstet formæ Calicis. Dicendum est, *Calicem posse habere Cuppam amouibilem à pede, aut ratione operis formalis, aut aliquo modo.* Ita Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 58. *q.* 7. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 5. Fillim. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 33. Coninch. *q.* 83. *de sacram q.* 83. *ar* 3. *dub.* 2. *n.* 246. Vasquez 3. *par. disp.* 533. *cap.* 3. *n.* 35. Suarez *disp.* 85. *de Euchar. sect.* 7. ver. *Rursus inquiri.* Reginal *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 599. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. pun.* 9. *n.* 20. Lugo Cardin *disp.* 30. *de Euchar. sect.* 3. *n.* 93. Facundez *precept.* 1. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 17. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 6. Fernandez *par.* 3. *Exam. theol. moral. cap.* 5. §. 12. *n.* 15. Auersa *q.* 11. *de Euchar. sect.* 53. ver. *debent hæc* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 188. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *q.* 2. *n.* 20. & alij, quatenus volunt, quod si cuppa separetur à pede, quando vnitur amouibiliter, non amittat consecrationem.

Ratio est. Quia cum nihil, nec in Iure, nec à Ru- 2
bricis definitum sit circa formam artificialem Calicis, admittat omnem illam, quæ compossibilis est cum eiusdem habilitate in ordine ad ministerium pro quo inseruire debet. Coniunctio autem cuppæ cum pede amouibilis nihil præiudicat habilitate ad inseruiendũ pro destinato ministerio, quia adhuc cuppa manet firma, nec adest vllum periculum effusionis sanguinis. 3
Ex dictis sequitur, quod pes quoque constare possit pluribus partibus inuicem vnitis amouibiliter. Quia solùm requiritur vnitas Calicis: hæc autem vnitas, quia est vnitas operis artificialis, ideo non potest esse, nisi artificialis, quæ quocumque modo se habeat, ex genere suo erit sufficiens ad construendum vnum artificiale, & ideo Calix non magis requireret hunc, vel illum modum vnitatis, & consequenter non magis partes vnitas inamouibiliter, quam amouibiliter; & propterea vterque modus sufficiet pro forma artificiali Calicis.

QVÆSTIO. 773.

Ex quanam materia, & forma constare debeat Pixis in qua consecratur Eucharistia.

SVMMA.

1 *Materia pixidis non est determinata.*
Quæ non est apta pro calice, potest esse apta pro Pixide.
2 *Forma Pixidis non est determinata sed remanet libera.*
3 *Intra Pixidem an collocandum vasculum ex linteo.*
4 *Pixis in qua conseruatur Eucharistia an reponenda super lapide consecrato.*

Vsus obtinuit, quod sequatur conditionem Ca- 1
licis quoad materiam, vt proinde confici soleat ex illa materia, ex qua conficitur Calix, vt aduertit etiam Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. miss. q.* 247.

Ex

Et quidem ob reuerentiam debitā tanto sacramēto requiritur materia nobilis, vt conseruetur cum eo decore, cum quo conuenit. Nulla tamen circa hoc adest determinatio, siue ex Iure siue ex Rubricis, vt aduertunt etiam Suarez *disp.* 81. *de Eucharis. sect.* 7. ver. *tertio obiter.* Vasquez 3. *par. disp.* x33. *cap.* 4. *n.* 36. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit cap.* 9 *sect.* 7. *n.* 201. in fine Caspens. *par* x. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 3. *n.* 86. Tambur. *opusc. de sacrific. miss. cap.* 5. §. 6. *num.* 5. Marchin *de sacram. ordin. tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 13 *n.* 6. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 3. *n.* 55. solùm est aduertendum. Quod diuersa est ratio de Calice, & de Pixide, & quod eæ rationes finales, ob quas aliqua materia prohibetur tanquam inepta pro Calice, non habent locū quoad Pixidem, quia Pixis nō habet continere aliquid quod imbibatur, at quod causet eruginē aut quod Pixis possit prouocare vomitum. Vnde censerem non esse indecens, si Pixis ex aliquo ligno nobili & quod optimè poliri posset, aut ex ebore cōficeretur, quia in his cessant illa inconuenientia, quæ locū habent in Calice Vitrum tamē etiam quoad Pixidem erit materia inhabilis ob suam fragilitatem.

2 Quod spectat ad formam, nulla habetur determinatio neque in iure, neque in rubricis; & ideò sufficit quod commodè continere possit Eucharistiam, & habeat operculum, quo claudi possit. Quoad reliqua libera manet forma artificialis ipsius, & relinquitur ingenio artificis, vt possit se exercere in inuentione variarum formarum, ex quo magis artificium elucescat, eò magis confert ad splendorem, & decus conseruationis Eucharistiæ, solum est aduertendum, quod si hoc ipsum vas inseruire debet pro administranda Eucharistia, debet esse aptum pro hoc ministerio, & proinde forma debet esse talis vt commodè inseruire possit.

3 An autem intra Pixidem collocandum sit aliud vasculum ex linteo confectum, intra quod reponatur Eucharistia; affirmat Vasquez 3. *part. disp.* 233. *cap.* 4. *num* 36. in fine, & Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 7. in fine asserit, id maximè decere, si Pixis non sit argentea. Verùm de hoc nullam vidi determinationem, neque etiam directiuum, & praxim vbicumque fui, obseruaui in contrarium, & proinde non videtur hoc seruandum, nisi fortè vasis conditio id exigeret, vt scilicet possint facilè colligi fragmenta.

4 Addunt Vasquez *num. præced.* citat. Ledesma *part.* 1. *sum. tract de Euchar. cap.* 21. *part.* 3. *conclus.* Pixidem, in qua conseruatur Eucharistia, esse reponendam super lapide consecrato; Verùm contra hoc adest praxis, nam solùm reponitur in Tabernaculo super Corporale, neque hoc exigitur ab aliquo iure, & ita censuit etiam Garcia *in rubr. missal. part.* 2. *tit.* 2. *num.* 3. *lit. P.* Lugo Card. *disp.* 10. *de Euchar. sect.* 3. *num.* 96. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 7. *quæst.* 36. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 4. *dub.* 9. *num.* 194. Auersa *q.* 11. *de Euchar. sect.* 13. ver. *Addit Vasquez*, Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. missæ diffic.* 10. ver. *Id verò*. Vnde in cap. *sanè de celebrat. missar.* solum statuitur hoc pacto, *districtè præcipiendo mandamus, quatenus à Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo, & signato semper honorificè collocata, deuotè, ac fideliter conseruetur.*

QVÆSTIO. 774.

An Calix debeat necessariò consecrari.

SVMMA.

1 *Calix est consecrandus.*
2 *Sub graui obligatione.*
3 *Consecratio Calicis est ritus in materia graui.*
4 *Patena est simul cum Calice consecranda.*
5 *Vtentibus calice non consecrato, an in Iure imposita aliqua pœna.*

FOrma moralis, per quam Calix construitur in ordine rerum sacrarum, consistit in consecratione, quæ fit cum vnctione Chrismatis. Esse autem Calicem conseruandum habetur ex Cap *vn.* §. *fin. de sacr. vnct.* vbi Innocentius III. exemplo veteris testamenti Exod. 30. ostendit, Calicem esse vnctione consecrandum, nam Deus præcepit Moysi, quod faceret oleum, quo vngeret mensam cum vasis, hoc est consecraret. Difficultas autem est, an hæc consecratio cadat sub graui obligatione. 1

Dicendum est. *Calicem sub graui obligatione esse consecrandum, & proinde esse peccatum mortale vti Calice non consecrato in oblatione sacrificij.* Ita D. Th. 3. *par. q.* 83. *ar.* 3. *ad* 8. *in fine & in* 4. *dist.* 13. *q.* 1. *ar.* 3. *quæst.* 6 Palud. *q.* 2. *ar.* 5. *conclus.* 2. Sotus *quæst.* 2. *ar.* 3. *ad* 8. *in* fine D. Antonin. 3. *par. tit.* 13. *cap.* 6. §. 1. *not.* 3. Tabiena *verbo.* Calix *n.* x. Armilla *ibidem* Syluester *verbo.* missa. *q.* x. vet. *secundum* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 2. Azor. *par* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 1. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 21. Vasquez 3. *par. disp.* x33. *cap.* 4. *n.* 31. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 7. *dist.* x. ver. *Alia autem* Facundez *præcept. Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 14. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 198. Filliuc. *tr.* 5. *n.* 131. Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. miss. q.* x37. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 177. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *q.* x. *n.* 6. Ludou. à S. Ioann. *in sum. q.* 11. *de Euchar. ar.* 5. *dub.* 1. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub* 3. *pun.* 2. *n.* 24. Villalob *par.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* x7. *n.* 3. Bonac. *disp* 4 *de sacram quæst. vlt. punct.* 9. *n.* 16 Pax Iordan. *tom.* 1. *Lucubrat lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 175. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *n.* 1. Quartus *in rubr. missal. par.* 2. *tit.* 1. *sect.* x. *dub.* 2. ver. *Respondeo, & dico.* 2

Ratio est, quia consecratio est ritus in materia graui; nam concernit instrumenta sacrificij, quæ immediate tangunt Corpus, & sanguinem Christi. Vnde debent ob reuerentiam debitam sacrificio, esse per consecrationem segregata à vasibus prophanis, & dedicata huic functioni; si enim debet esse dedicatum altare, debent à fortior esse dedicata etiam ista vasa, & ideo materia est grauis habita ratione finis, ob quem exigitur consecratio, atque adeo trangressio circa ipsam est peccatum mortale. 3

Quod autem dicitur de Calice idem dicēdum est de patena, quia sicuti quoad materiā sequitur conditionē Calicis, ita etiam quoad consecrationē; vt tradunt cōmuniter Doctores, presertim *n.* 2. citati; nam loquūtur coniunctim de patena, & Calice, Calix enim, & patena cōstituunt simul vnum adæquatum instrumentum ordinatū ad oblationem sacrificij, cum vnū inseruiat pro corpore, & alterū pro sanguine Christi; & ideo quod censetur necessarium ratione vnius iuxta exigentiam functionis quam debet præstare; debet etiam censeri necessarium respectu alterius. 4

An autem, sit imposita à iure aliqua pœna offerentibus sacrificium cum Calice non consecrato. Affirmant Suarez. *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 7. ver. *Alia autem forma.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. pun.* 9. *n.* 17. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* x7. *n.* 3. qui volunt esse impositam pœnam depositionis ab Honor. III. in Cap. *fin. de celebrat. missar.* nam ille Sacerdos celebrauerat cum Calice ligneo, atque adeò non consecrato. Verum non ideò, quomodo ex hoc text. colligatur hæc pœna, vt aduertunt etiam Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 175. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap* 1. §. 3. *n.* 2. Ille enim Sacerdos obtulerat sacrificium in Calice ligneo, qui licet non fuerit consecratus, erat tamen etiam ex materia prohibita, 5

& grauius

& granius delictum eſt offerre in Calice ligneo quam offerre in Calice non conſecrato, ſed ex materia debita. Vnde non licet inferre; quod pœna impoſita duplici delicto, ſit etiam impoſita vnico, & minori. Rurſus ille ſacerdos commiſerat etiam in hac materia & ex eius confeſſione conſtitit, alia delicta. Nam celebrauerat in fermentato, offerebat ſine mixtione aquæ, & ſine lumine, & ideo pœna depoſitionis tanquam adequata pro tot delictis, & pro ipſis impoſita, non eſt cenſenda impoſita pro delicto celebrandi ſine Calice conſecrato; preſertim quia tale delictum in text. nō exprimitur nam aliud eſt celebrare cum ſcypho ligneo, & aliud cum Calice ex materia debita, ſed non conſecrato.

QVÆSTIO 775.

An ratione neceſſitatis liceat celebrare ſine Calice conſecrato.

SVMMA.

1 *Quando, & vbi celebrari poſſit cum Calice non conſecrato.*

2 *Lex requirit, quod eius obſeruantia ſit moraliter poſſibilis*

3 *Ratio eſt anima legis.*
Lex non poteſt præſcribendo minus bonum, impedire maius.

4 *Vbi eſt liberum exercitium Catholicæ Religionis, in aliquo caſu offerri poteſt ſacrificium cum Calice non conſecrato.*

5 *Lex non extenditur vltrà mentem Legiſlatoris.*
Lex reducenda ad terminos, vt non ſequatur abſurdū.

6 *Eccleſia non extendit legem de conſecratione Calicis ad caſus neceſſitatis.*

7 *In omni caſu neceſſitatis poteſt offerri ſacrificium ex inſtitutione Chriſti.*

1 HAnc difficultatem non reperio reſolutam apud aliquem; iuxta tamen ea, quæ dicta ſunt de altari Dicendum primo *in locis in quibus non eſt liberum exercitium Religionis catholicæ ſtante neceſſitate ita vt non poſſit haberi Calix conſecratus celebrari poſſe cum non conſecrato*. Ratio deſumitur ex eo, quod conſecratio Calicis eſt neceſſaria tantùm de iure Eccleſiaſtico poſitiuo, & proinde hoc Ius debet ſequi naturam legis humanæ ac conditiones eſſentiales, quarum aliqua ſi deficiat deficiet etiam lex in illo caſu, in quo non habet talem conditionem, quia reſpectu illius caſus non erit lex atque adeo non compræhenderetur ſub ipſa.

2 Inter autem Conditiones eſſentiales legis ea eſt, quod ſit poſſibilis moraliter, hoc eſt, quod moraliter ſit poſſibilis eius obſeruantia, vt tradunt communiter cum D. Th 1. 2. *q.* 15. *ar.* 3. & *q.* 96. *ar.* 4. & D. Auguſt. *De natura, & gratia cap.* 46. & 69 & deſumitur ex Cap. *Erit autem* & Cap. *denique diſt.* 4. & ex *l.* 1 § *Dies autem ff.* Quando *appellandum ſit*. Quia ſcilicet debet conducere ad bonum commune ſecundum capacitatem ſubditorum, atque adeo quatenus obſeruantia moraliter poſſibilis, poteſt attingere finem, ſi ergo contingit, quod in aliquo caſu, aut loco euadat moraliter impoſſibilis, reſpectu illius loci aut caſus eſſe lex, atque adeo non extendit illuc ſuam obligationem: Ergo ſi lex de vtendo in oblatione ſacrificij Calice conſecrato fiat impoſſibilis obſeruantia in aliquo loco deſinet obligare. Fit autem impoſſibilis, quando non poteſt haberi calix conſecratus.

3 Dices. In tali caſu eſſe potius abſtinendum ab oblatione ſacrificij, verùm hoc dici non poteſt, quia non poteſt eſſe de intentione legis. Cùm enim ratio ſit anima legis *l. ſcire ff. de legib* & *l. cùm oratio ff. de bon. damnat.* non poteſt lex aliquid præſcribere, quod non ſit conforme rectæ rationi. Non eſt autem conforme rectæ rationi, quod lex præſcribendo minus bonum impediat maius, quia tunc non conferret, ſed detraheret communi bono; atque adeò careret conditione eſſentiali legis Sic etiam votum, quod eſt impeditiuum maioris boni, non tenet, quia non eſt ſecundum rectam rationem, quod promittatur Deo id, quod impedit maius bonum, atque adeò maiorem honorem extrinſecum ipſius. Si autem vbi non poteſt haberi Calix conſecratus, adhuc eſſet ſeruanda lex de non offerendo in Calice non conſecrato; lex præſcribendo minus bonum, præualeret contra maius, & ipſum impediret, & conſequenter impediret maiorem honorem Dei. Quod autem ſit maius bonum oblatio ſacrificij, quam ſit illa reuerentia, quæ conſurgit ex conſecratione Calicis, eſt notum ex ipſis terminis; nam oblatio ſacrificij importat ſupremum cultum Dei, & ſupremum valorem; illa vero reuerentia importat ſolùm aliquam circumſtantiam cultus præſertim quia ea ceſſante non conſurgit irreuerentia; ſiquidem non eſt reuerentia exigita a natura ſacrificij, ſed ſolum ab extrinſeca determinatione Eccleſiæ

Dicendum 2. *In locis, vbi liberum eſt exercitium religionis in aliquâ inopinata neceſſitate poſſe offerri ſacrificium in Calice non conſecrato* Ita etiam Thom. Hurtad. *par.* 1. *reſol. moral. tract.* 2. *cap.* 1. *reſol.* 2. *n.* 22 dum dicit, celebrari poſſe ſine ijs, quæ ſunt de iure poſitiuo Dixi *Inopinata* quia ſi eſſet neceſſitas præuiſa poſſet occurri & reperiri Calix conſecratus, cum facile haberi poſſit. Debet autem intelligi de illa neceſſitate, quæ præualere poteſt contra legem humanam, qualis eſt lex de offerendo in Calice conſecrato, & in confirmationem huius reſolutionis faciunt, quæ dicta ſunt ſupra Nam proportionabiliter, hic quoque locum habent, & propterea, quod leges humanæ non obligant in caſu axtraordinariæ neceſſitatis, & cum graui incommodo, & ea omnia applicari poſſunt, quæ in ſuperioribus allata ſunt, cum ageretur, an liceret in caſu neceſſitatis offerre ſacrificium abſque altari conſecrato. 4

Et præterea confirm. poteſt, lex non extenditur plusquam extendatur mens legiſlatoris, à qua habet totam ſuam efficaciam in ordine ad obligandum. *l. ſcire etiam* §. *Aliud ff. de excuſat. tut.* ibi, *Sed & ſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legiſlatoris aliud vult* & Cap. *Humanæ aures*, 22. *q.* 1. & tradunt communiter Doctores addentes ad ſaluandam mentem Legiſlatoris, verba etiam in ſenſu improprio accipienda eſſe. In preſenti autem Lege de vſu Calicis tantum conſecrati, non potuit mens Legiſlatoris eſſe, vt obligaret, etiam in caſu grauis neceſſitatis, & impediret vſum, & finem ſacrificij, ad quos à Chriſto ordinatum eſt. Quia talis intentio non fuiſſet recta, preſertim quia non eſt neceſſaria ad tollendum aliquod inconueniens, quod alias ſequeretur. Et proinde eſt reducenda ad terminos, per quos excludatur abſurdum, vt deſumitur ex *L. nulla iuris. ff. de Legib.* & tradunt communiter Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *q.* 9. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 1. *num.* 17. Salaſ. *diſp.* 21. *de legib. ſect.* 3. *num.* 4. 5

Ex his autem fit, quod non poſſit eſſe de intentione Eccleſiæ, quando tulit hanc legem, velle illam extendere atiam ad caſus neceſſitatis; nam ſi id voluiſſet, habuiſſet intentionem contrariam intentioni Chriſti, quando inſtituit hoc ſacrificium; nam tunc voluit, quod poſſet offerri vrgente neceſſitate, aut fructus ipſius, aut Sacramenti, qui per ipſum fit, vt proinde Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. *de ſacrific. miſſ* in fine doceat juxta traditionem apoſtolicam eſſe inſtitutum, 9

vt oſte

vt offeratur pro noſtris neceſſitatibus. Si autē Eccleſ. nollet offerri in aliqua neceſſitate, quia non adeſt Calix cõſecratus, detogaret huic intentioni Chriſti, quod noo eſt dicendum.

7 Dices: non habere contrariam intentionem, ſed tantùm determinare vſum ſacrificij iuxta poteſtatem, quam habet à Chriſto. Verùm in primis non conſtat, quod in tali caſu neceſſitatis nolit offerri ſacrificium, ſi noo adſit Calix conſecratus, vt proinde recurrendum ſit ad explicationes, quomodo id faciat, vel potiùs præſumendum eſt quod velit, vt offeratur, cùm hoc ſit pium, & iuxta inſtitutionem ſacrificij, nec de oppoſito conſtet. Deinde cùm inſtitutio Chiſti fuerit generalis pro omnibus neceſſitatibus iuxta traditionem Apoſtolicam, certum eſt, quod omnis caſus neceſſitatis comprehenditur ſub inſtitutione, & intentione Chriſti. Et ideò excluderetur ab Eccleſia contra generalem inſtitutionem, ſi in aliqua neceſſitate nollet offerri quando non adeſt Calix conſecratus. Per id autem, quod velit adhiberi Calicem conſecratum noo excludit, quia debet lex iſta interpretari, vt ſit conformis inſtitutioni Chriſti. Nec poſſet excludere niſi aut in pœnam, aut ad euitandum aliquod graue inconueniens; non autem ad manutenendam aliquam ſpecialem reuerentiam neceſſariam tantùm ex inſtitutione eiuſdem Eccleſiæ.

Qvæstio 776.

An ſi celebretur cum Calice conſecrato, remaneat conſecratus.

SVMMA.

1 *Bona vel mala fides celebrantis non confert ad conſecrationem Calicis.*

2 *Calix, an ex celebratione remaneat conſecratus,* & num. ſeq.

4 *Remanet ſubſtantialiter conſecratus.*

5 *Sanctitas rerum inanimatarum in quo conſiſtat.*

6 *Celebrans cum Calice non conſecrato, quomodo deputet vſui Sacrificij.*

7 *Per oblationem ſacrificij Calix non conſecratur rituali modo.*

8 *Solemnitas actiua conſecrationis habet peculiarem effectum in re conſecrata.*

9 *Calix ſanctificatus per oblationem Sacrificij, eſt ritualiter conſecrandus.*
Interim tamen adhibens non peccat.

10 *Celebrans cum Calice non conſecrato, vt conſecret, peccat grauiter.*

1 ALiqui diſtinguont inter celebrationem cum bona, & celebrationem cum mala fide, quæ tamen diſtinctio in præſenti noo prodeſt, quia bona, vel mala fides non confert ad conſecrationem Calicis: Nam ſi oblatio ſacrificij habet vim reddendi Calicem conſecratum, id certè habebit, quatenus eſt talis actio, & quatenus per ipſam deputatur Calix huic miniſterio; & proinde id præſtabit, ſiue in miniſtro adſit bona, ſiue mala fides. Si verò non habet, nec etiam bona fides id ei conferet, quia quod putetur Calix conſecratus, non influit in oblationem ſacrificij aliquam virtutem, præſertim quia bona fides ortum habet ex errore.

2 Prima ſententia aſſerit, non remanere conſecratum. Ita ij qui hoc ipſum docent de Altari, aut etiam in ſpeciali de Calice Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 5 *n.* 13. Sagr. *lib* 5. *de cenſur. cap.* 16. *num.* 11. Suarez *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 7. *dict.* 2. ver. *Alia autem.* Fagundez *precep.* 1. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. Reginald. *lib.* 29. *praxis fori. pœnit. cap.* 9. *ſect.* 7. *num.* 198. Pottel. *in dub. regul. verbo de* Eccleſ *num* 5. Lugo Card. *diſp.* 20. *de Euchar. ſect.* 2. *num.* 63. Fauſtus *de Euchar lib.* 2. *de ſacrificio miſſ. q.* 258. Piaſec. *in praxi corporum p.* 1. *cap.* 5. *n* 3. Franc. Lugò *lib.* 3. *de ſacram. cap.* 8. *q.* 2. *n* 9. Quartus *in Rubric. miſſal p.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 2. *dub.* 3. ver. *ſecunda ſententia.* Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia Eccleſia non celebrationem, ſed formam à ſe præſcriptam conſtantem certis precibus, & ritibus, inſtituit, vt habentem vim conſecrandi, & aſſignauit actum conſecrationis certis miniſtris. Ergo ſi hęc non adhibeantur, non obtinebitur effectus conſecrationis.

Secunda ſententia aſſerit; remanere conſecratum. 3
Ita Alphonſus de Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnal. cap. vlt. poſt.* 3. *concluſ.* ver. *ſed numquid* Zerola *in praxi verbo.* Pollutio Eccleſ. num. 5. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 27. *n.* 5. & 6. *à verbo.* Eccleſ. *num* 19. Auila *par.* 5. *de conſ. diſp.* 7. *dub.* 3. *concluſ.* 1. *in fine* Graf. *conſ.* 1. *n.* 10. *de conſecrat. Eccl. lib.* 3. *tom.* 1. Hald. *in ſum. verbo.* Eccl. *num.* 24. Bonacina *de matrim. q.* 4. *punct. vlt. num.* 27. Franc. de Nigro *in addit. ad Ruiz p.* 6. *animaduer.* 8. *n.* 4. *alios citans*, Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 13. *n.* 3. Marchant. *in quaſt. Paſtoral. tract.* 5. *cap.* 8. ver. *Hinc reſolue.* Del Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 1. *n.* 6. Celeſtin. *in compend. moral. Theol. tract.* 8. *cap.* 5. *quaſt.* 9.

Dicendum 1. *Per oblationem ſacrificij, Calicem reddi conſecratum ſubſtantialiter: hoc eſt ſanctificatum in ordine ad oblationem ſacrificij, vt proinde, non ſolum ſit habile phyſicè ad hoc munus, ſed etiam moraliter.* Prob. Quando Calix conſecratur modo conſueto ab Eccleſia, conſecratio poſitiua; quam recipit, non conſiſtit in alio, quàm in quadam morali, & ſpirituali deputatione, per quam dedicatur Deo in ordine ad illud peculiare miniſterium, ratione cuius acquirit quandam venerabilitatem, ratione cuius exigit tractari cum reuerentia, tanquam quid Dei. Sed hoc ipſum, quoad ſubſtantiam acquirit etiam per id, quod in ipſo offeratur ſacrificium; nam per ipſam actionem oblationis, & per ipſum factum deputatur eidem miniſterio, & dedicatur Deo ita vt eſſet grauiter contra regulas rectæ rationis, poſtquam huic miniſterio inſeruiuit, vti ad vſus prophanos manente in ſua forma: Ergo ſanctificatur quoad ſubſtantian, cum recipiat quoad ſubſtantiam, quod reciperet per conſecrationem. 4

Confirm. Sanctitas rerum inanimatarum dicitur talis analogiam ad ſanctitatem creaturæ rationalis, & ideò proportionabiliter importat id, quod importat earumdem ſanctitas: Ergo cùm ſanctitas creaturæ rationalis conſiſtat in eo, quod ordinet hominem in Deum, & ipſum illi aliquo modo coniungat, vt tradunt communiter cum D. Th. 1. 2. q. 3. *art.* 1. *in corp.* etiam ſanctitas rerum inanimatarum conſiſtet in aliqua proportionabili ordinatione, & coniunctione; Vnde ſanctitas Calicis conſecrati in eo conſiſtet, quod ordinetur ad inſeruiendum Deo in miniſterio ſacrificij, & quod coniungatur tanquam quid ipſi dedicatum pro ſupremo cultu recipiendo, tanquã per inſtrumentũ ſacrificij, & proinde fiat aliquid Dei ex ſpeciali titulo. Hoc autem totum ſecundum ſubſtantiam acquirit Calix per actionem oblationis ſacrificij; nam ex vi talis actionis tanquam quid ex arte factum ob miniſterium ſacrificij, ordinatur & determinatur ad miniſterium ſacrificij, ita vt ſubdatur tali vſui, & veluti ſacrificium acquirat poſſeſſionem vtendi tali inſtrumento. Rurſus dedicatur Deo, vt per ipſum tanquam per inſtrumentum recipiat ſupremum cultum; nam ſuppoſita deputatione artis; & habentis dominium materiæ pro miniſterio ſacrificij accedente oblatione cõpletur talis deputatio per vſum in eodem miniſterio, tanquam per formam moralem, quæ operatur, quod 5

præuia deputatio, quæ consistit in destinatione, recipiat vltimum complementum, & quæ erat tantùm materialis, & corporalis; spiritualizetur ad talem vsum, atque adeo etiam spirituali modo remaneat deputatus.

6 Confirmatur 2. sacerdos nomine Christi, vt principalis offerentis, & nomine Ecclesiæ, vt eius publicus minister offert sacrificium. Ergo etiam, vt talis vtitur Calice in tali ministerio; siquidem vsus non consistit in alio, quàm in oblatione cum tali instrumento & vase: Ergo Calix nomine Christi, & Ecclesiæ substernitur vsui sacrificij, quia substernitur per sacerdotem, qui agit nomine Christi: Ergo Sacerdos quoad substantiam præstat totum id, quod præstat consecrator, quando consecrat Calicem; quia nihil aliud facit quam, vt Minister Ecclesiæ, & Christi ad illam verbalem, & ritualem consecrationem substernere vsui sacrificij Calicem, cum hoc solùm discrimine, quod Consecrator substernit verbo, & ritibus; vtens Calice in sacrificio, substernit facto: vterque tamen eadem auctoritate, nempe Ecclesiæ & Christi, siquidem consecratio non habet vim, nisi ex auctoritate Ecclesiæ, & potestate Christi.

7 Dicendum 2. *Per oblationem sacrificij Calicem non consecrari rituali modo, seu non recipere sanctificationem ritualem.* Ratio est, quia hæc consecratio nedum dicit deputationem ad cultum diuinum, seu ad ministerium sacrificij; sed etiam quod tali modo, hoc est cum tali solemnitate deputetur, quod licet secundum substantiam non dicat quid diuersum, dicit tamen in hominum opinione, quamuis ex diuersa causa, concipiunt sanctificationem, atque adeo vt diuersam in ordine morali: Ergo cum oblatio sacrificij non habeat illam solemnitatem, quam habet consecratio non poterit præstare in ordine rituali, quod præstat ipsa consecratio.

8 Confirm. solẽnitas actiua, quæ adhibetur in cõsecratione, debet habere suum effectum passiuum in re consecrata. Quod satis ex eo patet. Quod in Cap. *vnico de sacra vnct.* iubetur suppleri sacra vnctio in Episcopo, qui sine vnctione consecratus fuerat, quod Pontifex non iussisset, nisi in ordine ad sanctificandum aliquid præstaret, quod proinde fuerat supplendum. Ergo etiam Calicis ritualis consecratio aliquid peculiare præstabit, quod non præstabit oblatio sacrificij, tanquam non habens illam solemnitatem actiuam, quam habet ritualis consecratio. Ex quibus solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ, nam solum probat; quod oblatio sacrificij non sanctificet, seu consecret rituali modo, non autem quod non sanctificet quoad substantiam.

9 Ex his sequitur, quod licet Calix sit sanctificatus per oblationem sacrificij, adhuc tamen consecrari debeat ritu ab Ecclesia prescripto. Non quidem, vt suppleatur sanctificatio, & dedicetur ministerio sacrificij, sed vt suppleatur solemnitas, cum qua solet sanctificari. De iure enim supplendæ sunt solemnitates, quando prætermittuntur, vt de solemnitate pretermissa in ordinatione statuitur in Cap. *Vnico. de sacra vnct.* Interim tamen si quis offerret in ipso sacrificium antequam consecraretur, non peccaret, quia non offerret in Calice non consecrato, sed iam sanctificato quoad substantiam, & dedicato ministerio sacrificij per præcedentem oblationem, & proinde non vteretur vase prophano, ex quo capite peccatur, dum non adhibetur Calix consecratus.

10 Sequitur 2. Quod si quis in hunc finem celebraret in Calice nõ consecrato, vt redderet sanctificatũ, & aptũ pro oblatione sacrifie peccaret grauiter dupliciter. Primò quidẽ quia offerret sacrificiũ in vase, seu calice adhuc prophano, quod est peccatũ mortale, vt constat ex dictis in superioribus, secundo quia in re graui faceret contra institutionẽ Eccl. neq; enim Ecclesia instituit, quod consecratio fiat per oblationem sacrificij, sed quod præcedat oblationem sacrificij, & fiat certo ritu. Quod si sequitur ex oblatione sacrificij, non sequitur tamen secundum institutionem Ecclesiæ, sed ex natura functionis: vnde semper violaretur institutio Eccl.

QVÆSTIO. 777.

A quonam Calices consecrandi sint.

SVMMA.

1 *Consecratio Calicis spectat ad Episcopum, nec inferiori committi potest.*
2 *Abbates de iure proprio non possunt consecrare Calices.*
3 *Nec id ipsis conuenit ex consuetudine.*
4 *Possunt consecrare ex priuilegio.*
Priuilegium Innocentij VIII.
5 *Priuilegium Vrbani IV.*
6 *Declaratio S. Congregationis.*
7 *Abbates Cassinenses possunt Campanas, & Calices benedicere.*
8 *Priuilegia consecrandi Calices, quibus communicentur.*
9 *Simplices Sacerdotes, in remotissimis regionibus possunt consecrare Calices.*
10 *Hoc priuilegium est communicabile.*
11 *Prouinciales Minorum apud Indos cõsecrant Calices.*
12 *Communicatur Superioribus, qui præsunt loco Prouincialium.*
13 *Quantum distare debeant Episcopi, vt locum habeat hoc priuilegium.*

QVod Calicis consecratio, cum fiat mediante vnctione iuxta *cap. vnic. §. fin. de sacram.* tanquam actus Ordinis Episcopalis pertineat ad Episcopos, certum est apud omnes. Hinc nõ potest huiusmodi consecratio committi ab ipsis alicui inferiori, & proinde neq; inferiori auctoritate propria potest illã exercere, sed solum Summus Pontifex potest simplici Sacerdoti eam committere. quæ omnia constant ex dictis in superioribus, vbi de consecratione Altaris, cùm sit eadem ratio; nec ibi dicta, sint repetenda; Vnde solùm difficultas est, an ex priuilegio possit aliquis inferior Episcopo, Calices consecrare. 1

Est autem supponendum contra Cardinal. *in Clem. antecedentes §. statuimus, de statu monachor.* Abbates habentes vsum Pontificalium; quantum est ex vi potestatis Abbatialis non posse consecrare Calices, vt aduertunt communiter. Ita Gloss. *fin. in cap. Abbates, de priuileg. in 6*, Ioan. Andr. *ibidem*, & cæteri Canonistæ. Tabiena *verbo* Abbas *num.* 12. Armill. *n.* 8. Angelus *verbo* benedictio *q.* 2. Syluest. *n.* 5. Sà *n.* 4. Axor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 2. Facundez *precep.* 1. *Eccl. lib.* 3. *c.* 21. *n.* 14. Pax Tordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 176. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 2. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *q.* in fine. Barbosa *de iure Eccl. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 63. Hyeronim. Garzia *in summ. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 3. *punct.* 2. *num.* 25. Ratio clara est, quia talis consecratio est actus Ordinis Episcopalis, non autem insignium Episcopalium, & ideo conuenire non potest non habenti ordinem, quamuis vtatur insignibus Episcopalibus, & ita declarauit S. Congregat. Concil. Trident. *sub die* 14. *Septemb.* 1614. apud Barbosam citat. 2

Et quamuis Armilla *verbo* Calix *n.* 4. Laiman. *lib.* 5. *Theol moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 13. Axor. *p.* 1. *lib* 10. *cap.* 28. *q.* 2. & *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 7. *q.* 2. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 178. & alij putent, id conuenire Abbatibus quibusdam ex immemorabili consuetudine, hoc tamen subsistere non potest, quia cùm talis consecratio sit actus Ordinis, non potest consuetudine acquiri, aut præscribi à non habente Ordinem 3

nem ob incapacitatem præscribeotis. Nec praxis id confirmat quia Abbatibus exercentibus hanc functiooem id conuenit ex Priuilegio,vt mox dicetur.

4 Dicendum 1. *Abbates habentes vsum Pontificalium posse ex Priuilegio consecrare Calices.* Hæc Priuilegia refert Tamb.*tom.1 de iure Abbat.disp.13.q.1.* Inter præcipua autem priuilegia est illud Innocentij VIII. concessum quatuor Abbatibus Cistercienfibus apud Roderiquez *in Bullar. constit. 5. huius Pontificis* vbi ita conceditur. *Vt de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta & quæcumque alia vestimenta, ac ornamenta ecclesiastica, Corporalibus, vasculisque ad reponendam sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis in locis, & domibus dicti Ordinis, benedicere, & Calices consecrare, tam de dicto Ordine, quàm si ad vos nonnunquam deferantur.* Quod priuilegium per communicationem participant omnes Abbates habentes vsum Pontificalem quod fanè magnum eft, quia extenditnr etiam ad consecratiooem eorum, qui ab exteris deferuntur.

5 Idem priuilegium concessit Vrbanus IV. Abbati Montis Virginis, vt in Bullario Cassinensi *constit.* 336 Quamuis in hoc priuilegio non exprimatur de Calicibus, qui aliunde deferuntur benedicendi. Hoc autem priuilegiũ extenditur ad omnes Abbates habentes communicationem priuilegiorum, & vsum Pontificaliũ vt loquens de præced. aduertit etiam Tamburin. *tom. 1. de iure Abb. disp. 13 q.2 num.* 2. Extat quoque aliud priuilegium, in quo Iulius II. idem concedit Abbati Monasterij S. Emiliani della Cogolla Vallisori Ordinis S. Benedicti apud Rodriquez *in Bullar. constit.* 25. huius Pontificis.

6 Et quia S. Congregat. declarauerat, quod Abbates non possint benedicere ea, in quibus interuenit vnctio,cum hinc ortum fuisset dubium,an Abbates Monachorum possent coosecrare Calices, eadem S. Congregat. Concil. Trident. rursus declarauit, quod non procedit prædicta declaratio quoad Abbates priuilegiatos. Tenor declarationis est. *Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. interpretum declarauit, decisionem a se alias editam quod Abbates vtrumque benedicti, benedicere non possint ea,in quibus vnctio requiritur,non obstare quò minus iidẽ munus prædicta benedictionis quoad ea in quibus vnctio requiritur, impendere queant si specialibus Sedis Apostolicæ priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogauit, muniti fuerint. Datum die* 10 *Septembris* 1614. *P. Card. Aragon.* Ita in Bullar. Cassinen. *constit.* 175. Et rursus cùm Abbas Congregat.S. Iustinæ de Padua molestaretur ab Episcopo Patauino super vsu præfati priuilegij,fecit eidem S. Congregat. exhiberi priuilegium Vrbani II. ab aliis quoque Pontificibus approbatum, & confirmatum, & S. Congregat.rursus ita declarauit. *S. Congregatio Cardinaliũ Concil. Trident. interpretum censuit, Abbates Congregationis Cassinensis, vti hac in parte Sedis Apostolicæ priuilegiis munitos, posse vtique in locis eorumdem iurisdictioni subiectis Campanas & Calices benedicere. Die* 5. *April.* 1620. *R. Card. Vbaldinus.*

7 Est tamen aduertendum cum Hieronymo Garzia *in sum. tract. 3. difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 1. *num.* 16. Huiusmodi priuilegia non communicari omnibus Superioribus etiam Generalibus aliarum Religionum, stante qoacumque amplissima communicatione, sed tantum Abbatibus habentibus vsum Pontificalium. Nam habent pro fundamento vsum, quo deficiente, deficit quoque concessio. Dicendum 2. *Simplices sacerdotes existentes in remotissimis Regionibus, posse consecrare Calices Chrismate accepto ab Episcopo catholico, si ibi non adsint catholici Episcopi.* Ita Paulus III. concessit Presbyteris societatis Iesu apud Roderiquez *in Bullar. Constit.*8. *huius Pontificis. editu XV. Kal Nouembr. anno MD.XLIX.* & huius Priuilegij mentiooem faciunt Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 27.*n.*6.& *in Comment. Litt. Tom. I I.*

N. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist.sect.*7.*ver. Alia autem,* Vasquez 3. *par. disp.* 233. *cap.* 4. *n.* 23 Facundez *præcept.* 1. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 14. & *cap.* 22. *n.* 3.

Et quamuis Facundez modo citat. putet hoc priuilegium non communicari aliis Regularibus, quia est concessum solis Presbiteris Societatis Iesu; fallitur tamen, quia etiam si priuilegia fint determinatis personis concessæ, nec ex vi huius concessionis ad alias extenduntur, attamen extenduntur ex vi communicationis, quia in hoc eius efficacia consistit, & proinde extendi, & communicari aliis Regularibus Sacerdotibus quoad eadem loca tradunt Pottel. *in dub. Regul.verbo* Benedicere *in addit.n.*3.Tamburin. *opusc.de sacrific Miss. lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. *n.* 6. Garzia *in summ. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 3. *punct.* 2. *n.* 26. in fine. 10

Rursus extat alind quoque priuilegium concessum à Leone X. & Adriano VI. Prouincialibus Minorum Indiarum consecrandi Calices, si in Prouincia non existant catholici Episcopi. Insuper etiam possint communicare hoc ipsum priuilegium suis Fratribus existentibus in ijsdem locis. Refertur hoc priuilegium à Rodriquez *in compend. quæst. Regul. resol.* 13. *num.* 3. Participatur autem etiam à cæteris Religiosis habẽtibus communicationem priuilegiorum, & existentibus in ijsdem locis; Constitutiones horum Pontificum habentur in Bullar. Rodriquez, & sunt *const.* 3. *Leonis X.* & *const.* 1. *Adriani VI.* 11

Sed quid dicendũ si non adsint Prouinciales, siue apud Fratres Minores, siue apud alios Religiosos. an tunc locum habebit huiusmodi priuilegium? Resp. habere locum, & conuenire Superioribus, qui cæteris præsunt, quocumque titulo præsint, quia in concessione priuilegij habetur ratio, non nominis, sed Superioritatis; & hoc satis constat ex constit. Adriani VI. nam loquitur de iis, qui præsunt, & super alios superioritatem exercent, vt constat ex illis verbis. *Vt Fratres, qui pro tempore assumentur ad regimen aliorum Fratrum prædictis terris Indiarum, &c.* 12

Quando autem ponitur conditio, quod non debeant in Prouincia reperiri Episcopi catholici vt vti possint hoc priuilegio, aduertendum est, quod Adrianus VI. declarauit quantum distare debeant Episcopi, vt possint prioilegio vti, nempè vltra duas dietas, vt in præfata constitutione ibi, *In quibus nondũ fuerunt Episcopi creati,vel si fuerint,tamen infra duarũ dietarum spacium, ipsi, vel Officiales eorum inuenire minimè possint.* Quomodo autem istæ dietæ accipiendæ sint, iam in io superioribus in simili materia explicatum fuit. 13

QVÆSTIO 778.

An Pixis, in qua conseruetur Eucharistia, sit benedicenda.

SVMMA.

2 *Pixis an de necessitate benedicenda, & art.seq.*

3 *De iure non præcipitur benedictio Pixidis.*

4 *Vasa in quibus fit cõsecratio,cur benedicẽda,& nõ Pixis.*

5 *Rubrica non præcipiunt, sed supponunt Pixidem consecratam.*

6 *Pixis, quando in ipsa consecrantur particulæ non inseruit vt instrumentum consecrationis.*

7 *Ostensorium & Lunula non sunt consecranda.* *Materia ostensorij est determinata.*

8 *Fistula, per quam Summus Pontifex sumit sanguinem, an benedicenda.*

9 *Ostensorium, Lunula, fistula per quam Pontifex haurit sanguinem, ex ipso vsu sanctificantur.*

Extat tàm in Missali, quàm in Pontificali benedictio specialis pro Pixide, in qua conseruatur 1

B 2 Eucha-

Euchariſtia. Quòd ſatis indicat, eſſe benedicendam, ſolum difficultas eſt, an ſit de neceſſitate, an verò ſolum de congruitate benedicenda. Eſt autem aduertendum, quod in huiuſmodi benedictione non interuenit vnctio. Prima ſententia aſſerit, eſſe benedicendam. Ita Durand. *De ritib. Eccleſ. cap. 16. n. 4.* Suarex *diſput. 81. de Euchar. ſect. 7. ver. Tertio obiter* Rodriquez *par. 1. ſum. cap. 249. concluſ. 21. in fin* Reginald. *lib. 29. Praxis fori pœnit. cap. 9. ſect. 7. n. 201.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 27. n. 14.* Ludouic. à S. Ioann. *in ſum. quæſt. 11. de Euchariſt. art. 15. difficult. 8. dub. 4. concluſ. 2.* Garzia *in ſum. tract. 3. difficult. 8. dub. 3. punct. 2. n. 30.* Pax. Tordan. *tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. n. 203.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 3. cap. 12. num. 55.* Scortia *lib. 4. de ſacrific. miſſ. cap. 29. n. 16.* Fauſtus *de Euchariſt. lib. 2. de ſacrific. miſſ. q. 246.* Gaſpard. Hurtad. *de Sacram. diſp. 4. de ſacrific. miſ. difficul. 10. ver. Gulielmus verò* Filliuc. *Tract. 5. cap. 5. num. 133.* Trullench. *lib. 3. de ſacram. cap. 8. dub. 17. num. 1.* ſubdens quod probabilius eſt, hoc vas debere eſſe etiam conſecratum, quod tamen ſubſiſtere non poteſt, ſi enim deberet conſecrari, ad quid Eccleſia poneret pro ipſo ſimplicem benedictionem Gauant. *in Rubric. miſſal. par. 2. tit. 2. n. 4. Littera P.* Vuigerſ. *3. par. quæſt. 83. dub. 16. n. 76.* Amicus *tom. 7. Curſ. theol. diſp. 33. ſect. 12. num. 360.* Marchant *in Tribun. ſacram. tract. 2. part. 2. tit. 4. quæſt 2 dub. 6.* Mercer. *de Sacram. quæſt. 83. art. 3. propoſ. 3. n. 5.* Granad. *3. part. controuerſ. 6. tract. 14. diſp. 12. n. 6.* Zanas. *part 1. direct. cap. 14. de Euchariſt.* Dicaſtil. *de Sacram. tract. 5. diſp. 4. dub. 9. n. 193.* Ioan. à Cruce *in Director. conſcien. quæſt. 3. de ſacrific. miſſ. dub. 3.* Leander *de ſacram. tract. 8. diſp. 7. quæſt. 35.* Fundamentum huius ſent. eſt, quia in Rubr. *tit. Ritus ſeruandi in celebrat. miſſ. tit. 2. num. 3* habetur, quod quando particulæ conſecrandæ in corporali, aut patena capi non poſſunt, ponantur in aliquo Calice, aut vaſe mundo conſecrato retro poſt Calicem.

2 Secunda Sententia aſſerit, non debere de neceſſitate benedici, ſed ſolùm de congruentia. Ita Palud. *in 4. diſt. 13. q. 1 art. 4. concluſ. 4.* in fine Syluеſter *verbo* Euchariſtia *3. n. 1.* Tabiena *verbo* Communicate, *num. 57.* Sà *verbo* Euchariſtia *n. 31.* Sotus *in 4. diſt. 13. q. 1. art. 3. dub. 2. poſt 3. argum.* Axor. *part. 1. lib. 10. cap. 27. q. 7.* in fine Henriquex *lib. 9. ſum. cap. 28. n. 1. Littera Q.* Vaſquez *3. part. diſp. 233. cap. 4. n. 56.* Facundez *præcept. 1. Eccl. lib. 3. cap. 22. num. 14.* Tannes *tom. 4. diſp. 5. q. 10. dub. 3. n. 55.* Caſpenſ. *part. 2. curſ. Theol. tract. 23. diſp. 3. ſect. 5. n. 87.* Bonac. *de ſacr. diſp. 4. q. vlt. punct. 9. n. 23.* Coninc. *de ſacr. q 83. art. 3. dub. 3. n. 245* Anton. Tambur. *de iure Abbat tom. 1. diſp. 23. quæſt. 3. n. 7.* Nugn. *3. p. q. 83. art. 3. dub. 4.* Auerſa *quæſt. 11. de Euchar. ſect. 13. verſ. Adhibetur præterea* Laiman. *lib. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 6. n. 22.* Præpoſ. *3. part. quæſt. 83. art. 3. dub. 5. num. 171.* Serra *dub. vnic.* Palaus *part. 4. tract. 22. diſp. vnic. punct. 6. n. 7.* Mann. à S. Ioſepho *tom. 1. moral. lib. 1. tract. 16. de Euchar. num. 17.* Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib. 1. cap. 1. §. 6. num. 1.* Quartus *in Rubr. miſſal. part. 2. tit. 2. ſect. 4. dub. 5. verſ. ſecunda ſententia.*

3 Dicendum eſt. *Pixidem non eſſe neceſſario conſecrandam, ſeu benedicendam, ſed ſolùm de congruentia.* Ratio eſt, quia in iure nullum extat præceptum de huiuſmodi benedictione, neque enim in Rubricis, quia ſolum dicunt, quod quando conſecratur, reponatur poſt Calicem in vaſe conſecrato, quod non eſt præcipere conſecrationem, ſed ſupponere, atque adeò eo modo, quo ſolet adhiberi, nempe de congruentia. Imo in cap. *Sanè de celebrat. miſſar.* vbi agitur de conſeruat. Euchariſtiæ ſolum dicitur, quod conſeruetur in loco ſingulari, mundo, & ſignato, nihil autem dicitur de benedictione vaſis.

4 Ratio vero deſumi poteſt ex differentia inter vaſa, quæ inſeruiunt oblationi ſacrificij, & ea, quæ inſeruiunt ſolùm conſeruationi Euchariſtiæ. Nam, quæ inſeruiunt oblationi ſacrificij, ſe habent tanquam inſtrumenta, quibus vtitur Sacerdos in actione oblationis; Et ideò ſicut Inſtrumentum facit vnum cum ſua cauſa, ita etiam debet eſſe in eodem ordine, cum ergo Miniſter ſit ſpecialiter conſecratus in ordine ad actionem offerendi ſacrificium, ita etiam debent eſſe conſecrata vaſa, quæ vt inſtrumenta concurrunt ad eandem actionem. Econtra verò Pixis, in qua conſeruatur Euchariſtia, non eſt inſtrumentũ alicuius actionis ſacræ, ſed merè paſſiuè ſe habet, & ideò non requiritur conſecrationem, ſeu benedictionem.

5 Ad fundamentum oppoſitæ Sententiæ conſtat ex dictis. Nam Rubrica in tantum dicit, quod particulæ, quando non capiunt ſuper corporali, imponantur in aliquo vaſe conſecrato, in quantum ſupponit, quod de congruentia Pixis benedicatur, & intentio Rubricæ eſt, quod non reponantur in quocumque vaſe prophanis vſibus inſeruiẽte, ſed deſtinato ad cõtinendam Euchariſtiam. Imo ſi Rubrica acciperetur vt ſonat, non ſufficeret Pixis benedicta, ſed requireretur vas conſecratum, ſicut conſecratur calix, quia non dicit in vaſe benedicto, ſed in vaſe conſecrato.

6 Dices, quando conſecrantur particulæ. Vas, in quo reponuntur, inſeruit tanquã inſtrumẽtũ oblationi ſacrificij. Ergo debet eſſe conſecratum iuxta dicta ſupra *num.* 4 Reſp. Nequaquam inſeruire, vt inſtrumentum, quia non concurrit ad aliquam actionem ſacrificij, ſicut calix, & patena, ſed mere paſſiuè ſe habet continendo, quod deberet reponi ſuper corporale; imò neque iſta continentia eſt requiſita ratione ſacrificij ſed per accidens ſubſtituitur ex eo, quod particulæ capi non poſſint à corporali.

7 Ex dictis colligitur cum Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quæſt vlt. pun 9. num. 23.* Tamburin. *opuſculo de ſacrific. miſſ. lib. 1. cap. 1. §. 6. num. 1.* Quart. *in Rubr. miſſal. par. 2. tit. 2. dub. 5.* Oſtenſorium, ſeu Ciborium, in quo exponitur Euchariſtia, aut defertur in proceſſionibus, non eſſe neceſſario benedicendum, ſicut, nec etiam Lunulam, quæ intra Ciborium ſubſtentat Euchariſtiã quamquam Quartus *verſ. Colligitur idem.* ſubdat, quod conſuleret, vt dicta Lunula benediceretur benedictione, qua Pixis benedicitur. Veruntamen cum hæc benedictio non ſit inſtituta pro Lunula, neq; etiam de congruentia videtur neceſſaria. Quæ ratio facit etiam pro Ciborio, circa autem materiam Ciborij nihil eſt determinatum, neque à iure, neque à Rubricis, vt aduertunt etiam citati Doctores & alij vnde fieri poterit ex qualibet decenti materia, imò conſuetudo obtinuit, vt pauperiores Eccleſiæ vtuntur oſtenſorio ligneo, inaurato.

8 Secundo colligitur cum ijſdem Doctoribus *num. præced.* citat. Neque fiſtulam, per quam ſummus Pontifex in ſolemni celebratione ſumit ſanguinem, eſſe de neceſſitate benedicendam, ſed ſolum de congruitate, quia non eſt inſtrumentum neceſſarium ſacrificij, ſed ſolum inſeruit pro quodam ſpeciali ritu illius miſſæ, & ideò cum non ſit vas ſacrificij, nec etiam debet neceſſariò ſpeciali modo dedicari.

9 Tertio colligitur, quod Pixis, Lunula, quæ intra Ciborium ſubſtentat Euchariſtiam, fiſtula, qua vtitur Summus Pontifex hauriendo ſanguinem, eò ipſo, quod inſeruiunt ſuo vſui remanere ſuo modo ſanctificata, vt obſeruat etiam Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib. 1. cap. 1. §. 4. n. 3.* Quia per contactum corporis, aut ſanguinis Chriſti ſanctificantur. Addo etiam, quia adhibentur pro vſu ſacro, & proinde vſus ipſe ea ſanctificat. Hinc D. Aug. *Concione 2. in Pſam. 113.* habet. *Sed enim, & nos pleraque Inſtrumenta, & vaſa, & huiuſmodi materia,* (auro & argento,) *vel metallo habemus in vſum celebrandorum Sacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata ſancta dicuntur in eius honorem, cui pro ſalute noſtra inde ſeruitur.* Ex quibus patet, quod ſentit, vaſa

iſta

iſta conſecrari ipſo miniſterio; vnde hæc auctoritas probat etiam pro Calice, & etiam pro Altari, quia militat in omnibus eadem ratio.

QVÆSTIO 779.

Quando Calix & Patena amittant conſecrationem.

SVMMA.

1 *Calix & Patena quand: amittant conſecrationem.*
2 *Conſecratio perit pereunte forma rei conſecrata.*
3 *Calix & Patena amittunt conſecrationem, ſi deformentur, & fiant indecentes.*
4 *Calix ictibus percuſſus non amittit conſecrationem.*
5 *Calix an ex modico foramine amittat conſecrationem.*

1 DIcendum eſt. *Tunc Calicem & Patenam amittere conſecrationẽ, quando ita franguntur, ſeu amittũt ſuã formã artificialem, vt non ſint amplius apta pro miniſterio oblationis ſacrificij.* Intelligitur autem non ſolũ de aptitudine phyſica ſed etiam morali, & decenti. Ita communiter omnes Palud *in 4. diſt. 13. quæſt 2. ar. 5. concluſ.* 2. Tabiena *verbo.* Calix *num.* 2. Angel. *ibidem in fine.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. *not.* 3. Vaſquez 3. *part. diſp.* 233. *cap.* 4. *n.* 34. Suarez *diſp.* 81. *de Euchariſt. ſect.* 7. verſ. *Alia autem*, Facundez *pracept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 16. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 7. *n.* 199. Rodriquez *part.* 1. *ſum cap.* 249. *concluſ.* 11. Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *diſp. vnic. punct.* 10. *n.* 12. Nauar. *cap.* 25. *Manual. num* 84 Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 5. verſ. *Simili ratione.* Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. part.* 9. *num.* 19. Pax. Tordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 178. ver. *Pariter.* Coninch. *de ſacram. quæſt.* 83 *art.* 3. *dub.* 3. *n.* 245. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 7. *q.* 32. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 9. *n.* 180. Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib.* 1. *cap.* 1. §. 5. *num.* 1. Quartus *in Rubr. miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *dub.* 5. *init.* Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 2. *n.* 11.

2 Ratio eſt, quia conſecratio ſe habet per modum qualitatis moralis inhærentis ſubiecto, & ideò indiget ipſo, vt poſſit manuteneri, vnde perit pereunte ſubiecto; Quia autem forma eſt illa, quæ dat eſſe rei quando perit, res quoque ipſa perit, atque adeo & ipſa conſecratio, quæ eidem adheret. Perit autem forma in Calice, quando perit illud artificium, quo conſtituitur habile inſtrumentum pro ſacrificio, quia ad hoc tendit forma, quæ per artem inducitur. Et ſicuti pereunte iſta habilitate inſtrumentali in ordine ad ſacrificium, perit etiam deputatio artis, qua fuerat deputatum ad hanc functionem, ideo etiam perit deputatio ſpiritualis impertita per conſecrationem, nam hæc in illa fundatur.

3 Ex quibus colligitur, quod ſi ita Calix & patena frangantur; vt poſſint quidem inſeruire Miniſterio, ſed remaneant deformia, itavt præſeferant aliquam indecentiam, amittere conſecrationem, quia non ſunt amplius habilia inſtrumenta conſiderata decentia. In hac enim materia habilitas debet eſſe coniuncta cum decentia, quia reuerentia tanti Sacrificij requirit inſtrumenta habilia in ſua forma, & decentia.

4 Secundò colligitur, falſam eſſe vulgi opinionem, quod calix amictat conſecrationem, ſi aliquibus ictibus malleo percutiatur, quam ſequutus eſt Tamburin. *tom.* 1. *de iure Abb. diſp.* 23. *quæſt.* 3. *n.* 6. qui citat pro hac ſententia Armillam *verbo.* Calix. *num.* 4. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæſt.* 6. Bartholomeum ab Angelo *dialogo* 5. *de ſacrific miſſ.* §. 323 qui tamen his locis oppoſitum tenent, nempe non omittere conſecrationem. Idem etiam docent Fauſtus *de Euchariſt. lib.* 2. *de ſacrific. miſſ. quæſt.* 244. Tabiena *verbo.* Calix *num.* 2. in fine Vgolin. *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *cap.* 31. *n.* 4. Naldus *verbo.* Calix. *num.* 1. qui tamen cum Vgolino addit, quod ratione conſuetudinis poteſt calix ſic percuſſus haberi pro execrato. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 9. *n.* 19. verſ. *tertio. Addunt* Baunius *par.* 1. *Theol. moral. tr.* 10. *de Præsbit. q.* 21. Barboſ. *lib.* 3. *de iure Eccl.* 2. *num.* 11. Garzia *in ſum. tract.* 3. *diff.* 8. *dub.* 3. *pun.* 2. *n.* 29. in fine Auerſa *q.* 11. *de Euchar. ſect.* 13. ver. *Debent hac vaſa*, in fine, Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib.* 1. *cap.* 1. §. 5. *n.* 9. Quartus *in Rubr. miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *dub.* 5. *difficult.* 4. Nullo enim fundamento nititur hæc execratio, & proinde tanquam popularis non eſt admittenda: Nulla enim actio materialis, ſeu corporalis poteſt in rem ſpiritualem directè, ſed ſolum indirectè. Vnde cum hi ictus non immutent ſubiectum conſecrandum, nec etiam auferent conſecrationem Nec ſufficit quod de conſuetudine Calix percuſſus habeatur pro execrato, quia talis conſuetudo nititur errori populari, & proinde nullam habet vim.

Tertiò colligitur, quid dicendum, quando in Calice contingit aliquod modiciſſimum foramen, è quo ſpecies conſecratæ effluere poſſint. Quod enim amittat conſecrationem, affirmat Tamburin *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib.* 1. *cap.* 1 §. 5. *n.* 1. Quia ſtante illo foramine non remanet aptus pro ſacrificio verum licet non remaneat aptus pro ſacrificio durante illo foramine, attamen, quia ita concinnari poteſt, vt neque remaneat veſtigium, & inhabilitas non eſt ex fractura Calicis notabilis, neque quæ cauſet indecentia, ſed eſt valdè modica, & per accidens reddit Calicem inhabilem; non autem quia deſtruat, aut immutet formam, cenſere non amitti conſecrationem, & proinde obturato decenter foramine adhiberi poſſe abſque noua conſecratione. 5

QVÆSTIO 780.

An Calix amittat conſecrationem ſi Cuppa ſeparetur à pede.

SVMMA.

1 *Separata cuppa Calicis à pede perit conſecratio, ſi fixa ſit vnio.*
2 *Quid ſi coniungatur pedi amouibiliter.* & num. ſeq.
4 *Cuppa an conſecratur independenter ab hoc, vel illo pede.*
5 *Amouibilitas cuppa Calicis à pede pertinet ad formam artificialem.*
6 *Si cuppa tornatilis vniatur pedi alterius Calicis quare retineat conſecrationem.*
7 *Sacra indumenta non amittunt conſecrationem ex ſeparatione partium amouibiliter vnitarum.*
8 *Si Calix complicari poſſit, aut vna pars pedis poni intra aliam, non perit conſecratio ex effectuatione.*

COnueniunt Doctores communiter præſertim infra citandi. Quod ſi Cuppa ſit annexa pedi inamouibiliter, ita vt ſeparari non poſſit abſque aliqua fractione, amittat conſecrationem. Quia licet fractio quoad materiã ſit exigua, eſt tamen notabilis in forma artificiali, & reddit Calicem inhabilem propriæ functioni. Quod adhuc verum eſt, etiam ſi Cuppa permanere poſſit in altari firma, abſque periculo effuſionis, nam adhuc non poteſt tractari commodè ſicuti in miniſterio tractari debet. Deinde, quia non eſſet idem Calix, qui prius. Vnde remanet difficultas, quando Cuppa coniungitur pedi tornatili modo, & amouibiliter; itavt abſque fractione diſiungi poſſit. 1

2 Prima sententia asserit amittere consecrationem. Ita Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. in medio, Palud. *in* 4. *dist.* 13 *q.* 2. *art.* 5. *conclus.* 2. Tabiena *verbo* Calix *num.* 2. Armilla *ibid.* Syluester *q.* 2. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 7. Comitol. *lib.* 1. *respons. moral. q.* 51. Bartholom. ab Angelo. *dial.* 5. *de miss.* §. 326. vers. *sed mihi.* Qui addit, quod si cuppa esset ita fabricata, vt posset, quis ea vti ad sacrificandum absque pede, & esset consecrata separatim à pede, non amitteret consecrationem, quia pes non esset pars Calicis, sed tantum apponeretur ad bene esse. Fundamentum est, quia per hanc separationem perit forma Calicis, cum nec cuppa sola, nec solus pes sint Calix. Vnde nec vna sine altero, aut econtra consecrari potest. Secundo si mensa Altaris separetur ab inferiori basi, amittitur consecratio, ergo etiam dum cuppa Calicis separatur ab inferiori parte nempe pede.

3 Secunda sententia asserit, non amittere consecrationem. Ita Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 2. in fine Sà *verbo* Calix *n.* 1. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 7. vers. *Rursus inquiri.* Vasquez 3. *par. disp.* 233. *cap.* 4. *num.* 35. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 21. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 17. Reginald. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. cap* 9. *sect.* 7. *n.* 200. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 132. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 6. Auersa *q.* 11. *de Eucharist. sect.* 13. vers. *Debent hac.* Coninch. *de sacram q.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *n.* 248. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. punct.* 9. *n.* 20. Lugo Cardin. *disp.* 20. *de Eucharist. sect.* 3. *n.* 93. Fernandez *part.* 3. *Examin. theolog. moral. cap.* 5. §. 12. *n.* 8. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub* 9. *n.* 188. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *q.* 2. *n.* 20. Naldus *in sum. verbo.* Calix *n.* 2. Garxia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 2. *n.* 28. Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. miss. q.* 245. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punct.* 10. *n.* 12. Marchin. *de sacram. ordin tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 12. *n.* 5. Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 27. *n.* 40. Nugn. 3. *part. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 4. Ascan. Tambur. *de iure Abb. disp.* 23. *q.* 3. *n.* 6. Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. miss. difficult.* 10. vers. *Quando verò.* Ledesma *part.* 1. *sum. cap.* 21. *de Eucharist. post* 3. *conclus.* Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 7. *q.* 33. Tannet. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 3. *n.* 53. Caspens. *part.* 2. *curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 5. *n.* 83. Amicus *tom.* 7. *curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 12. *n.* 389. Pax. Tordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 178. vers. *Pariter.* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 27. *n.* 6. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 17. *num.* 4. in fine, Thom. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap.* 1. §. 5. *n.* 2. Quartus *in Rubr. missal par.* 2. *tit.* 1. *dub.* 5. *difficult.* 3. vers. *secundo.*

4 Dicendum est. *Calicem tornatilem non amittere consecrationem per separationem cuppæ à pede, dummodo non interueniat aliqua fractura.* Hoc probant Suarez, & alij, quia Cuppa consecratur independenter ab hoc, vel illo pede, vnde Dicastil. citatus videtur inferre, quod cuppa possit inseruire modo cum hoc, modo cum illo pede, sicut altare portatile potest inseruire cum hac; vel illa mensa; Verum, quod cuppa consecretur independenter à pede non videtur posse subsistere, quia Calix supponitur Consecrationi, tanquam instrumentum habile pro sacrificio, ita vt consecratio supponat habilitatem artificialem. Non est autem habile sine pede, aut independenter à Pede est Calix, sed pars Calicis, atque adeo nec est subiectum Consecrationis independenter à pede.

5 Ratio ergo est, quia forma artificialis Calicis includit in se amouibilitatem cuppæ à pede, itaut talis amouibilis sit quid ipsius artificij, & pertinens ad formam: Ergo per id, quod exerceatur ista amouibilitas non amittitur Consecratio, quia non est quid contrarium formæ artificiali; sed quid ipsius, & ideo non facit eam perire, sed exerceri. Dum autem non perit forma, non perit subiectum Consecrationis, atque adeo nec consecratio.

Ex his colligitur. Quod si cuppa, quæ tornatili modo coniungitur pedi, coniungatur cum alio pede, cum quo consecrata non sit, etiam si sit eiusdem formæ, eo simul cum alia cuppa consecratus, quamuis vtraque pars retineat in habitu consecrationē, non tamen habebunt in actu, itaut inseruire possint in oblatione sacrificij, sicut non potest inseruire si ex duabus planetis conficeretur vna, nam non esset amplius idem Calix, qui subiectus fuit consecrationi, & ideo in illa coniunctione non esset habendus pro consecrato. Rursus quia forma artis subsistit in materia, ad manutenendā eamdem formam requiritur etiam eadem materia. In illo autem coniuncto cuppa esset diuersa materia respectu pedis, & pes respectu cuppæ, & ideo non fundarent eamdem formam artificialem, quam prius fundabant. 6

Secundo colligitur cum Lugo Cardin. *disp.* 20. *de Eucharist. sect.* 3. *num.* 93. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 3. vers. *deperditur* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *q.* 7. *num.* 20. in fin. Quart. *in Rubric. Missal. par.* 2. *tit.* 1. *dub.* 5 *difficult.* 3. vers. *secundo*, vt hoc obiter hic adnotemus quod vestes sacræ, si constent partibus amouibilibus nempe globulis, aut funiculis inter se connexis, non amittent benedictionem per separationem harum partium ob eamdem rationem, quia amouibilitas includitur in earumdem forma, & separatio est exercitium eiusdem formæ. 7

Tertio colligitur à fortiori, Calicem non amittere consecrationem, si ita fabricatus sit, vt aliquo modo cōplicari possit ad minorem locum occupandum, quia per hanc complicationem non perit forma artificialis ipsius. Imo si pes esset ita fabrefactus vt divideretur in plures partes quarum vna reponeretur intra aliam, & separarentur, neque adhuc per separationem amitteret consecrationem, quia est eadem ratio de vna coniunctione amouibili, ac de pluribus cum omnes pertineant ad formam artificialem ipsius, imo si periret paxillus aliquis, qui inferreretur pro manutenenda coniunctione partium, & reficeretur, quia non esset pars Calicis & esset quid minimum spectans ad coniunctionem partium, quod non haberetur in consideratione, quia non esset pars aliqua ex qua constaret forma artificialis. Ex dictis soluta manent fundamenta oppositæ sententiæ, siquidem falsum est quod pereat forma Calicis, nec est eadem ratio de altari, quia iungitur inamouibiliter inferiori structuræ, vnde quia portatile non ita iungitur, non perit ex separatione consecratio ipsius. 8

QVÆSTIO 781.

An si cuppa Calicis amittat longo vsu inaurationem pereat consecratio.

SVMMA.

1 *Si materia fiat habilis ratione inaurationis, hac pereunte, perit consecratio Calicis.*

2 *Consumpta inauratione Calicis, non perit consecratio.*

3 *Consecratio non afficit solam superficiem, sed totum Calicem.*

4 *Quid si certè detrahatur Calici inauratio.*

SVpponendum est tanquam certum. Quod si cuppa Calicis non sit ex materia habili; sed fiat habilis ratione inaurationis, si pereat inauratio, perit etiam consecratio. Imo non est necesse quod pereat tota inauratio, sed sufficit si incipiant apparere aliquæ partes materiæ inhabilis, vt pote eius ratio est, quia cum materia reddatur habilis ratione inaurationis, ea consum- 1

pta

pta remaneat cum sua inhabilitate, & ideo fit magna mutatio dum Calix de habili fit inhabilis. Hæc autem mutatio est sufficiens, vt deperdatur consecratio, quia supponit tanquam fundamentum subiectum habile, & ideo pereunte habilitate subiecti, perit etiam consecratio. Difficultas ergo est quando Calix est ex materia habili independenter ab inauratione.

2 Dicendum est *Non perire consecrationem Calicis, & patena licet vsu consecratur inauratio*, ita communiter Tabiena *verbo*. Calix *num.* 2. Syluester *quæst.* 2. Angel. *num.* 2. Armilla *num.* 3. Sà *num.* 1. Rodriguez *par.* 1 *sum. cap.* 249. *conclus.* 11. Vasquez 3. *par. disp.* 243. *cap.* 4. *n.* 33. Suarez *disp.* 111. *de Eucharist. sect.* 7. vet. *Alia autem* Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori panit. cap.* 9. *sect.* 7. *num.* 199. in fine Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 211. *n.* 2. Filiuc. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 82. Bonac. *disp.* 3 *de sacram. quæst. vlt. pun.* 9. *n.* 19. Coninch *de sacram. quæst.* 113. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 145. Laiman. *lib.* 5. *Theol. Moral. tract.* 5. *cap* 6. *num* 6 Scortia *lib.* 2. *de sacrific. Miss. cap.* 14. Facundez *ex.ept.* 1 *Eccles. lib.* 3. *cap.* 8 *quæst.* 1. *num.* 12 Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 27. *num.* 38. Azor *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 4. Vgolin *de potest. Episc. par* 2. *cap* 31. *num.* 3. Palaus *par* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 10. *num.* 11. in fine Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 10. *lib.* 3. *numero* 53 Gaspar Hurtad. *de sacram. disp* 4. *de sacrific. Miss. difficult.* 10. vers. *& quando* Amicus *tom.* 7. *curs. Theol. p.* 33. *sect.* 12. *n.* 158. Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib.* 1. *c.* 1. §. 5. *n.* 3. Alter Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23 *q.* 3. *n.* 5 Pax Tordan. *tom.* 1. *Lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 178. vers. *pariter* Auersa *q.* 11. *de Eucharist. sect.* 13. vers. *debens hac* Quartus *in rubr. missal. par* 2. *tit.* 1. *dub.* 5. *diffic.* 1.

3 Ratio autem est, quia quando consecratur Calix, non consecratur sola inauratio, sed totus Calix. Rursus pereunte inauratione, non perit forma Calicis; neque pars aliqua considerabilis, nec interuenit aliqua fractura, & ideo nec etiã interuenit aliquid, vnde causari possit amissio cõsecrationis. Confirm. si Calix esset aureus & longo vsu & detritu consumeretur prima superficies auri, non periret consecratio, quamuis in illa prima superficie esset voctus; ergo neque peribit consumpta inauratione; quia inauratio dicit solam primam superficiem.

4 Maior difficultas est, si artificio aliquo detrahatur Calici tota inauratio, quod autem pereat consecratio tradunt Azor. *par.* 1 *lib.* 10. *cap.* 111. *q.* 6. *& par.* 1. *lib.* 9. *cap* 7. *q.* 4 Tamburin. *de iure Abbat. disp.* 13. *q.* 3. *n.* 5. Pax. Tordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. tenendum tertio est, *quod neque in hoc casu pereat consecratio*, vt tenent etiam Doctores citati *n.* 2. absolutè loquentes, & expressè Suarez. Bonau. Lugo. Quartus, & alij. Ratio est quia etiam si tota simul inauratio deperdatur, deperditur solum ornamentum adscititium Calicis, non autem pars aliqua, nec fit mutatio in forma, & ideo cum totus Calix sit consecratus, remanet consecratio, cum remaneat ipsius subiectum, ex cuius defectione tantum deficere potest. Est enim consecratio, ex sui natura inamissibilis, & ideo durat quamdiu durat res consecrata.

QVÆSTIO 787.

An si Calix consecratus inauretur, amittat consecrationem.

SVMMA.

1 *Si Calix inauretur, an amittat consecrationem.* Et num. seq.
2 *Interior superficies Calicis habet vsum principaliorem, &c.*
3 *Consecratio durat, quousque durat res in sua forma.*
4 *Inauratio trahitur ad naturam Calicis consecrati.*
5 *Superficies noua ex amido, non tollit benedictionem corporalis.*
6 *Execratio Calicis contingit proportionaliter ad execrationem Ecclesiæ.*
7 *Calix & Patena cur consecrentur.*
8 *Superficies aurea non est pars principalis Calicis.*
9 *Diuersa ratio de inauratione, ac de cuppa subtilissima immissa in Calicem,*
10 *Vtens Calice de nouo inaurato, non peccat.*

EST diuersa ratio de amissione inaurationis, ac de noua inauratione, quia quando consecratur Calix inauratus, non consecratur sola inauratio, sed totus Calix, & ideo pereunte inauratione, remanet, quod est consecratum. At quando Calix consecratus inauratur, additur ipsi, quod nullo modo est consecratum. Prima sententia asserit, quod si Calix consecratus deauretur, debere denuò consecrari. Ita Diuus Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6 §. 5. Tabiena *verbo* Calix, *num.* 2. Angel. *ibidem.* Syluester *quæst.* 1. Armilla *num.* 2. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 7. vers. *alia autem* Azor. *p.* 1 *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 4. Vasquez *disput.* 233. *cap.* 4. *n.* 33. Reginald. *lib.* 29. *Prax. fori Panit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 199. Rodriquez *p.* 1. *summ. cap.* 249. *conclus.* 21. Facundez *præcept. primo Ecclesiæ c.* 21. *n.* 24. Fernandez *p.* 3. *exam. Theol. Moral. cap.* 5. §. 12. *n.* 7. Henriquez *lib* 9. *summ. cap.* 28. *n.* 1. Scottia *lib.* 2 *de sacrific. Miss. cap.* 14 *n.* 8. Molfes. *p.* 1. *summ. tract.* 3. *cap.* 12. *n.* 53. Faustus *de Euchar. lib.* 2. *de sacrific. Miss. q.* 243. Barbosa *lib.* 3. *de iur. Eccles. cap.* 2. *n.* 14. Ludouic. à S. Ioanne *in summ. quæst.* 11. *de Eucharist. art.* 15. *difficult.* 8. Villalob. *p.* 1. *summ. tract.* 8. *difficult.* 27. *n.* 5. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vltima pun* 9. *n.* 19. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 32. 13. *n.* 4. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *q.* 1. *num.* 5. Garzia *in summ. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *pun.* 2. Ledesma *p.* 1. *summ. tract. de Eucharist. cap.* 21. *post* 3 *xonrl.* Gauant. *in Rubric Miss. par.* 1 *tit.* 1. *littera H.* Pitiguian. *in* 4. *dist.* 11. *q.* 8. *art. vn.* Barthol. ab Angelo *Dial.* 5. *de miss.* §. 314. Pax Tordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 178. in fine. Quart. *in Rubricas Missal. p.* 2. *tit.* 1. *dub.* 5. *difficult.* 2. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 10. *dub.* 3. *n.* 58. qui tamen oppositum putat probabile Gaspar. Hurtad *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. Miss. difficult.* 10. ver. *& quando* Caspens *p.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4 *sect.* 5. *num.* 85 qui oppositum putat probabile. Trullench. *lib.* 3 *de sacrament. cap.* 8. *dub.* 17. *n.* 4. & ex parte adheret Dicastill. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 187. dum vult quod Calix de nouo inauratus non amittat consecrationem, sed remanet impedita.

Fundamentum huius sententiæ est, quia Calix consecratur propter immediatum contactũ cum sanguine Christi, & ideo debet esse consecratus secundum interiorem cuppæ superficiem, quia est illa quæ attingit sanguinem. Secundò quia principalitas partis non est attendenda ex quantitate materiæ; sed ex vsu ad quem ordinatur; interior autem superficies Calicis habet principaliorem vsum, nempe contactum sanguinis Christi. Tertiò, si intra Calicem ponatur subtilissima cuppa, quæ ex se ipsa, non regeretur, indigeret consecratione, illa autem superficies se habet instar subtilissimæ cuppæ. 2

Secunda sententia asserit, non indigere noua consecratione, ita Duran. *lib.* 1. *de diuin offic. cap.* 6. *n.* 36. Ioan. de Sylua *par.* 1. *de benefic. q.* 5. *n.* 99. Sà *verbo.* Calix. *n.* 2. Bannius *par.* 1. *Theol. Moral. tract.* 10. *de Presbyter. q.* 21. Laiman. *lib.* 5. *Theol. Moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 7. Coninch. *de sacrament. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *n.* 246. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 7. *q.* 34. vers. *sed æquè* Lugo de Eucharist. *disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 95. Amicus *tom.* 7. *Curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 12. *n.* 358. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacrame.* 8. *q.* 2. *n.* 16. Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib.* 1. *capite* 1. §. 5. *num.* 6. 3

Dicendum

4 Dicendũ est. *Si Calix post consecrationẽ inauretur non indiget noua cõsecratione.* Ratio potissima est. Quia inauratio nõ est pars Calicis; aut cupæ Calicis sed ornamẽtũ accessoriũ, & ita illi adhærens, vt ipsi incorporetur, & fiat vnum cum ipso; ergo inauratio non ponit indigentiam nouæ consecrationis. Tum quia manet idem Calix, qui est subiectum consecrationis; consecratio autem durat quocunque durat in sua forma res consecrata, vt communiter docent cum D. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 3. Tum quia cum illa superficies sit accessoria Calice; & idem cum ipso Calice, communicat in consecratione cum ipso, quia consecratio, seu sanctitas ex consecratione non est qualitas quædam physica, quæ inhæreat subiecto, nempe cuppæ Calicis, & proinde non transeat ad illud aurum, quo constat inauratio; sed est quædam qualitas moralis, quæ consistit in deputatione ad Cultum diuinum, seu ad oblationem sacrificij; & ideo eò ipso, quod inauratio communicat inesse cum Calice, remanet deputata ratione ipsius eidem functioni, atque adeo communicat cum Calice in consecratione. Tum quia accidentia trahuntur ad naturam subiecti, non subiectum ad naturam accidentis. Illa autem inauratio se habet veluti accidens, tum quia cum omne quod recipitur, per modum recipientis recipiatur, & Calix tanquam instrumentum sacrum destinatum pro oblatione sacrificij recipiat inaurationem, recipiet ad inexistendum in se ipso sacro modo, & cum destinatione ad oblationem sacrificij.

5 Confirmatur. Quando lauantur Corporalia, & postea imbuuntur amido, itant totus linteus imbibatur eodem amido, & consurgat in toto linteo superficies ex amido crassior fortasse, quam sit superficies cuppæ inauratæ, & tamen quamuis habeat contactum immediatum cum corpore Christi, non benedicuntur de nouo. Ergo neque etiam Calix debet de nouo consecrari ex eo quod inauretur, quia militat eadem ratio, quod scilicet quod additur in vtroque est per modum accessorij ordinatum ad idem munus, & vt subiectum melius se habeat; sic etiam si Ecclesia dealbetur, pingatur & inauretur, non indiget noua consecratione; quia hæc omnia sunt accessoria, & ad ornatum ipsius. Nec valet quod consecratio Calicis fiat propter contactum sanguinis Christi, quia hoc est falsum, vt dicetur in respons. ad argumenta.

6 Confirmatur 2. Execratio Calicis est introducta cum proportione ad execrationem Ecclesiæ, & Altaris; ergo non debet habere locum, nisi in iis casibus, in quibus locum habet iuxta sacros Canones execratio Ecclesiæ, & altaris. Inauratio autem non correspondet alicui casui execrationis Ecclesiæ, & Altaris; imo correspondet casui in quo in Ecclesia non sequitur execratio, vt si dealbetur, aut inauretur, & pingatur, & ideo casus nouæ inaurationis non est admittendus tanquam execratiuus.

7 Ad 1. Resp. Non esse verum, quod Calix, & patena consecrentur propter contactum corporis, & sanguinis Christi; nam etiam Pixis exerceret hunc contactum, & tamen non consecratur, imo secundũ cõmuniorem sententiã solum de congruentia benedicitur. Consecrãtur autem quia sunt Instrumenta oblationis sacrificij, quæ proinde debent esse in eodẽ ordine sacro, in quo est sacerdos, ita exigẽte oblatione sacrificij, quæ etiam exigit Altare consecratum, licet non tangat corpus, & sanguinem Christi, imo consideretur contactus, quia non est considerandus mathematico modo, sed morali modo; quia considerari debet in ordine ad dignitatem rei, quæ tangitur, non fit secundum solam superficiem, sed secundum totam cuppam Calicis. Adde quod inauratio trahitur ad inexistendum Calici, & ad communicandum cum ipso in consecratione.

8 Ad. 2. Attendendo principalitatem partis in ordine ad vsum, ad quem ordinatur, superficiem auream non esse principalem partem. Sed totum calicem; quatenus dicit partes necessarias; sine quibus non posset inseruire vsui destinato; nam vsus non est contactus corporis, & sanguinis Christi, vt non rectè supponit opposita sententia, sed oblatio sacrificij; Quis autem non videat quod illa aurea superficies de se independenter à Calice non est apta vsui sacrificij. Si enim seorsim se haberet, esset omnino inepta ob suam nimiam flexibilitatem, cum idem Calix econtra sine inauratione sit habilis pro vsu oblationis sacrificij, principaliori modo se habebit.

Ad. 3. Esse longè diuersam rationem de inauratione; ac de cuppa subtilissima aurea immissa in Calicem, quia hæc esset vas distinctum à Calice, nec communicaret cum ipso in esse, & consecratione, sicut communicat inauratio, ideo nil mirum si non posset in ipsa offerri sacrificium, tanquam in vase non consecrato. Inauratio vero est veluti imbibita in ipso Calice & habetur pro vno, & eodem vase, imo nullo modo facit vas diuersum. 9

Ex dictis colligitur pro Praxi, quod si quis vteretur Calice de nouo inaurato absque noua consecratione, seclusa conscientia erronea, nullum committeret peccatum, nam quod non sit necessaria noua consecratio, est opinio probabilissima, cum habeat pro se plures, & graues Doctores, & quoad rationem melius fundatur, quam opposita, cum procedat iuxta principia certa in hac materia, vt iam constat ex dictis. 10

Qvæstio. 788.

Qualis apparatus exigatur pro Calice

SVMMA.

1 *Quæ sint necessaria pro apparatu Calicis.*
2 *Velum Calicis, & tunica non cadunt sub præcepto. Corporale, & palla sunt de necessitate.*
3 *Purificatorium ex qua materia constare debeat. Valdè immundum non potest sine peccato adhiberi.*
4 *Materia purificatorij sufficit, si sit apta ad abstergendum.*

PRo apparatu Calicis exiguntur Purificatorium ad detergendum Calicem, Palla parua ad cooperiendum; Bursa, in qua reponatur Corporale, velum, quo operiatur, & Corporale, quod super Altare extendatur; ita constat ex Praxi; & desumitur ex Rubric. *tit.* 1. *de præparat. sacerdos. n.* 1. ibi. *Deinde præparat Calicem super os eius ponit Purificatorium mundum, & super illud Patenam cum hostia integra quam leuiter extergit, si opus est, à fragmentis & eam tegit parua palla linea cum velo serico, super velum ponit Bursam coloris paramentorum intus habentem Corporale plicatum; quod ex lino tantum esse debet, nec serico, vel auro in medio intextum, sed totum album, & ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem simul cum palla benedictum.* 1

Quod spectat ad prædictum apparatum, velum, & Bursa non sunt necessaria in ordine ad sacrificium neque adest vllum præceptum adhibendi, quia Rubrica est tantum directiua, pertinent tamen ad decentiam, & splendorem apparatus, & ideo debent adhiberi, & solum ex causa necessaria omitti. Corporale vero, & Palla sunt necessaria & de corporali extat præceptum, vt suo loco dicetur; necessitas autem pallæ prouenit ex natura rei, quia debet Calix cooperiri, vnde primitus hæc necessitas introduxit quod pars corporalis eleuaretur & cum ipsa operiretur Calix; similiter quoque Purificatorium est necessarium ex natura functionis, quæ exercetur, nam ad conseruandam mundi- 2

ditiam debet calix abſtergi, & mundari, ſicut etiam digiti celebrantis.

3 Circa Purificatorium adſunt nonnullæ difficultates; & prima eſt ex qua nam materia conſtare debeat, nihil enim habetur determinatum, nam Rubrica dicit tantum, debere eſſe mundum & eſſe peccatum mortale, ſi ſit valdè immundum, docent Tabiena. *verbo.* Corporalia *n.1. in fine.* Sylueſter *n.2. in fine* Armilla *n.5* Sa *verbo.* Miſſa *n.16.* Henriq. *lib. 9. summ. cap. 28. n.3. in litera V* Azor. *par. 1 lib. 9. cap. 9. q. 6.* Graf. *par. 1. decis. lib. 2. cap. 42. n. 3.* Suarez *disp. 81. de Euchar. sect.* 8. ver. *Quarto addendum,* Facundez *precept. 1. Eccles. lib. 3. c. 21. n. 30* Reginal *lib. 29. Praxis fori pœnit. c. 9. sect. 8. n. 203* in fine, & alij communiter loquentes generaliter de apparatu pro miſſa; & merito quia inſeruit pro miniſterio ſublimi; præſertim quia fieri poteſt, quod in abſterſione ſecum trahat aliquid ſacrarum ſpecierum.

4 Quod autem ſpectat ad materiam, quod debeat eſſe ex linteo lineo; tradunt Doctores *num. praced.* citati & conſonat conſuetudo. An autem adſit grauis obligatio vtendi ex hac materia, non explicant, nec ego video, vnde colligi poſſit, quia nulla extat præſcriptio de materia, nec manus, pro quo inſeruit exigit, quod ſit ex hac potius materia, quam ex alia; ſed ſufficit quæcumque apta ad abſtergendum, & decens. Hæc conſuetudo habet fundamentum, vnde obligare poſſit, cum non conſtet, quod ſit introducta animo ſe obligandi, imo cum nihil de hoc ſit præſcriptum à Iure, & Rubricis, remanet in materia facultatiua, & ideò non obligat. Præſertim quia probabiliſſimum eſt quod ſit introducta talis materia, vtpote apta, vt lauetur, & munda conſeruetur, nec etiam talis materia exigitur ob aliquod myſterium; quia nullum aſſignatur, imò ſi contineret, ratione ipſius præſcripta fuiſſet materia iſta linea.

Qvæstio 784.

An Purificatorium ſit benedicendum.

SVMMA.

1 *Purificatorium eſſe benedicendum, qui ſentiant.*
2 *Qui negent.*
3 *Praxis habet, quod non benedicatur.*
4 *Purificatorium tractari debet tanquam res ſacra.*
5 *Quænam ex tangentibus Euchariſtiam debeant eſſe ſacra.*
6 *Quod aliqua benedicantur, alia non, pendet ex inſtitutione Eccleſiæ.*

1 Purificatorium eſſe benedicendum, tradunt Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 42. num. 2.* Facundez *precept. 1. Eccleſ. lib 3. cap. 21. n. 30.* & ratione decentiæ, Laiman. *lib. 5 theolog. moral. tract. 5. c. 6. n. 12.* Quart *in Rubr. Miſſ. p. 2. tit. 1. sect. 3. dub. 5.* verſ. *dico 2.* Probatur ſpecies conſecratæ ob reuerentiam debitam non debent tangi ab aliqua re, quæ conſecrata, vel benedicta non ſit. Purificatorium autem tangit ſpecies conſecratas, quando contingit remanere in Calice. Secundò. Benedicuntur tobaleæ Altaris, quæ magis remotè ſe habent ad ſacrificium; ergo à fortiori etiam Purificatorium.

2 Secunda ſententia aſſerit, non eſſe benedicendum, ita Suarez *disp. 81. de Euch. sect.* 8. verſ. Quarto *addendum,* Reginald. *lib. 29. Praxis fori Pœnit. cap. 9. sect. 8. n. 203.* in fine, Lugo Card. *disp. 20. de Euchar. sect. 2. n. 76.* Gauant. *in Rubr. Miſſ. p. 2. tit. 1. Lit. I.* Fauſt. *lib. 2. de Euchar. q 249* verſ. *De purificatorio,* Garzia *in ſumm. tr. 3. diffic. 8. dub. 3. p. 1. n. 16.*

3 Dicendum eſt *Purificatorium non eſſe benedicendum.* Deſumitur ex Praxi. Siquidem vt obſeruaui non ſolet benedici. Deinde etiam quia non aſſignatur in Miſſali, aut Rituali benedictio pro purificatorio, cum tamen aſſignetur pro iis, quæ ſolum de congruentia ſunt benedicendas. Nec rectè Quartus ait, benedicendum benedictione, quæ ponitur pro tobaleis, ac linteaminibus Altaris, quia purificatorium non venit nomine tobalearum, & linteaminum Altaris, & ratio eſt, quia ea ſola benedicuntur, quæ inſeruiunt pro apparatu ſacrificij: purificatorium autem non inſeruit, ſed inſeruit ſolum poſt ſacrificium ad detergenda vaſa ſacrificij, & proinde eſt extra apparatum pro ſacrificio.

4 Sed quamuis non benedicatur, debet tamen tractari tanquam res ſacra, itaut non debeat inſeruire pro vſibus prophanis, & debet cum reuerentia conſeruari, itaut in prima lotione non lauetur, niſi à perſonis ſacris, vt docent Quart *in Rubr. Miſſ. p. 2. tit. 10. sect. 3. dub. 5.* ver. *Colliguntur purificatoria,* & Doctores citati, *quaſt praced. num. 3* nam ratione muneris, cui inſeruit, meretur reuerentiam, ſiquidem abſtergendo abſtrahere poteſt reliquias ſanguinis, & corporis Chriſti.

5 Ad fundamentum in oppoſitum. Reſp. Pati difficultatem, quod dicitur, quod ſpecies ſacræ non debent tangi ab aliqua re ſaltem non benedicta, & tamen tangit Euchariſtiam. Quidquid tamen ſit. Reſp. Huiuſmodi propoſitionem eſſe limitandam ad ea, quæ in ſacrificij oblatione ordinantur ad tangendum ſacras ſpecies. Purificatorium autem non ordinatur, quia ordinatur ad abſtergenda vaſa poſt ſacrificium. Vnde per accidens eſt, ſi tangat aliquas reliquias ſacrarum ſpecierum.

6 Ad 2. Quod aliqua benedicantur & aliqua non benedicantur, pendere ex inſtitutione Eccleſiæ, inſtituit autem quod tobaleæ, & non purificatoria benedicantur, vnde pro ipſis inſtituit benedictionem, & non pro his, deinde tobaleæ, cum inſeruiant pro apparatu Altaris, inſeruiunt in ordine ad ſacrificium, & ideo benedicuntur. At purificatorium non pertinet, vt dictum eſt ad apparatum pro ſacrificio, ſed ad abſtergenda vaſa, completo ſacrificio, & ideo cum non inſeruiat pro ſacrificio, non eſt benedicendum.

Qvæstio 785.

An conſuetudo Clericorum Regularium abſtergendi Calicem poſtquam peruenerunt ad Sacrarium ſit ſubſtinenda.

SVMMA.

1 *Conſuetudo Clericor. Regul. in abſtergendo Calice Motiua ob qua fuit introducta.*
2 *An ritè ſit introducta.*
3 *An ſublata per conſtitutionem Pij V.*
4 *Non immutat ritum præſcriptum in Miſſali.*
5 *Conſtitutio Clementis VII. ad fauorem Clericor. Regul. confirmata à Pio V.*
Prægnantiſſima clauſula.

1 Clerici Regulares celebrantes poſtquam ſumpſerunt purificationem, non abſtergunt intus cuppam calicis purificatorio; ſed ſolum quando completa Miſſa, peruenerunt ad ſacrarium, & tunc priuſquam abſtergant, ſumunt Reliquias purificationis, quæ confluxerunt ad fundum Calicis, hæc autem Conſuetudo fuit ab ipſis introducta ab initio naſcentis Religionis, Motiua introducendi fuerunt. Primò quia iudicauerunt, melius eſſe, quod illæ reliquiæ purifica-

tionis interim, dum completur missa, & peruenitur ad sacristiam coadunarentur in fundo Calicis, & sumerentur à sacerdote, quàm quod inbiberentur in Porificatorio. Secundò quia hoc magis conducit ad conseruandam munditiam Purificatorij, si quidem in Sacristia identidem motatur Purificatorium, quò abstergunt calicem. Tertiò, quia pertinet ad decorem, & decentiam sacrificij, quod vasa sacrificij non abstergantur in altari; sicut non pertinet ad decentiam mensæ vulgaris, quod vasa, durante mensa, ibi abstergantur, quæcunque ea sint, & inseruiant solum ad bibendum; modò autem dubitatur an ista Consuetudo possit subsistere.

2 Dicendum est. *Hanc Consuetudinem subsistere, & legitimam esse.* Ratio est. Qnia Clemens. VII. *in sua Cant.* Exponit nobis *sub die. 24. Iunij.* 1524. quæ est. XI. huius Pontificis. *tom.* 1. *Bullarij* concessit primis nostris Fundatoribus, vt circa celebrationem missarum, & Horas Canonicas disponere possent, quæ pro ipsis celebrandis meliora viderentur, quæ exhibita summo Pontifici pro tempore censerentur approbata, ita text. habet. *Nec non statuta quæcunque, ordinationes, & constitutiones de omnibus, & singulis, quæ ad huiusmodi vitæ propositum conducere; moresque, & institutum honestè, & deuotè clericaliter viuendi concernere videbuntur, de missis precipuè, & alijs diuinis officijs, seu Horis canonicis prout nobis melius videbitur, celebrandis & recitandis, licita tamen, & honesta, rationabilia & bonis moribus, & sacris Canonibus non contraria, facere, addere, & pro tempore facta, addita, corrigere, reformare, & in parte vel in totum immutare, ac de nouo alia, prout vobis expedire videbitur, instituere, & ordinare, ac iuxta illa viuere, quæ post quam à vobis condita, edita, reformata, instituta, aut immutata, & ordinata, ac nobis, seu successoribus nostris exhibita fuerint, Apostolica Authoritate approbata, & confirmata sint, & esse censeantur.* In vigore autem huius Concessionis Consuetudo de qua in præsenti, fuit introducta, & Apostolicæ sedi exhibita, & ideo tamque Anthoritate Apostolica munita subsistit.

3 Dices. Hanc Consuetudinem remanere exclusam per Constitutionem Pij V. *Quo primum tempore* præfixam reformato Missali, in qua iubet, seruari Ritus in ipso præscriptos, & tollit ritus, & consuetudines quascunque contrarias, & diuersas à præscriptis. Hæc autem Constitutio est. 106. *huius Pontificis. tom. 2. Bullar. Rom.* Resp. Pontificem in illa Constitutione nō tollere consuetudines, quæ ab initio introductæ fuerūt cum approbatione Sedis Apostolicæ, vt cōstat ex illis verbis. *Nisi eaab ipsa prima institutione à sede Apostolica approbata vel consuetudine, quæ, vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarū in eisdem Ecclesijs assiduè obseruata sit, à quibus, vt præfatam celebrandi Constitutionem, vel consuetudinem nequaquam auferimus.* Consuetudo autem, de qua in præsenti, fuit in sui prima introductione approbata ab Apostolica Sede.

4 Deinde. Hæc Consuetudo non continet immutationem Ritus præscripti in missali; nam seruat, quod in ipso præscribitur, secundum substantiam, quæ in eo consistit, quod purificatorio abstergatur Calix sed solum variat circumstantiam temporis; nam non abstergit intra missæ Celebrationem; sed post completam missam. Hæc tamen variatio, cum sit admodum leuis, & aliàs conducat decentiæ, non est censenda prohibita; quia prohibitio est tantum circa ritus, cum quibus celebratur Missa; hic autem non est ritus aliquis; sed seruitium, qui proinde in missa solemni non exercetur à celebrante; sed à Ministro subdiacono.

5 Accedit, quod Constitutio Clementis. VII. manet in suo Robore, nec est reuocata per Constitutionem Pij V. de qua supra; Ratio est. Quia dicta Constitutio Clementis VII. fuit confirmata in forma specifica cum insertione totius tenoris de verbo ad verbum ab eodem Pio Quinto, cum elargitione aliarum gratiarum ijsdem Clericis Regularibus, vt in sua *Constitution. 31. tom. 2. Bullar.* cum Clausulis præseruatiuis à subsequuturis reuocationibus, & prægnantissimis, vt constat ex. §. 20. ibi *sed semper valida, & efficacia existere, ac eisdem Congregationi, & illius Regularibus Clericis, & alijs personis suffragari, & sub nullis etiam totum earundem presentium tenorem in se continentibus reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut alijs alterationibus similium, vel dissimilium confirmationum, concessionum & gratiarum, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibus vis Clausulis & decretis, etiam motu, & scientia similibus, etiam consistorialiter, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ex quibus causis, etiam iustissimis pro tempore, quomodolibet factis nullatenus comprehendi, sed semper ab illis excipi, ac quoties illa emanabunt, toties in pristinum restituta, & plenariè reintegrata existere, & conseri. Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios, vt praferitur, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, sententiari, & definiri debere. Nec non irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attētari.* In dicta autem Constitutione Pij. V. non ad sunt Clausulæ Derogatoriæ, quæ obstent præseruationi ab eodem Pontifice facta in fauorem Clericorum Regularium, & proinde disposita & confirmata in illa Constitutione, manent in suo robore, atque adeò potuerunt dicti Clerici Regulares continuare suam Consuetudinem, vt pote non reuocatam.

QVÆSTIO 786.

An palla sit necessaria, & qualis esse debeat.

SVMMA.

1 *Palla Cooperiens Calicem, quomodo introducta sit.*
2 *Palla est necessaria.*
3 *Vsus ipsius obligat sub mortali.*
3 *Ex qua materia constare debeat*, & num. seq.
6 *Palla cooperiens Calicem, debet esse ex linteo lineo, aut ex alia materia decenti.*
7 *Necessitas lintei linei pro Corporali non extenditur ad pallam.*
8 *Palla an de necessitate benedicenda.*
9 *Rubrica non disponit quod palla sit linea.*
10 *Si pars Inferior sit linea potest.*
Superior ornari serico, &c.

ANtiquitus non adhibebatur Palla ad cooperiendum Calicem; sed cooperiebatur Corporali, & proinde erat tam latum, vt inseruiret etiam pro Calice cooperiendo; Postea tamen ob maiorem commoditatem introducta est Palla, quasi diuidendo partem cooperientem Calicem à parte; supra quam ponebatur calix, & hostia; de quo agit Innoc. *lib. 2. de myst. missæ cap.* 56. Hæc autem diuisio non fuit materialis, quasi pars corporalis ab alia separetur; sed fuit diuisio in munere; quia duplex manus, quod præstabat corporale, substituendo paruam pallam in munus cooperiendi Calicem, quod præstabat Corporale.

Supponendum autem est. Pallam esse necessariam his temporibus, quia cum Corporalia non sunt tantæ amplitudinis, vt possint inseruire pro Calice cooperiendo; si tamen alicubi vigeret Consuetudo cooperiendi Corporali, vt vigere apud. PP. Dominicanos testatur Garzia in *summ. tractat. 5 difficultat. dub. 8.* 2

8. *dub.* 3. *puncto primo num.* 13. *in* fine, non esset palla necessaria, & ita inter alios notant Sotus *in quarta, distinctione trigesima, quæstione secunda, articulo quinto.* Rodriquez. *parte prima, summo capite* 249. *conclusione decima octaua*, Suarez *disputatione octaua primo de Eucharistia sectione* 6. vers. *Tandem circa hoc* Facundez *precept.* 1. *Ecclesiast. libro* 3. *cap.* 21. *numero* 31. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tractat.* 22. *disputat. vnic. punct.* 10. *numero* 2. Tota enim exigentia prouenit ex necessitate cooperiendi Calicem, & ideo sufficit, quod vno, aut altero modo cooperiatur.

3 Secundo supponendum est. vsum Pallæ modo obligare sub mortali, vt docent suarez; Rodriquez, facundez *num. præcedenti* citati, vasquez. 3. *par. disputat.* 233. *cap.* 3. *n.* 24. in fine, quia modo corporalia non ita conficiuntur, vt non possint inseruire pro cooperiendo calice, esset peccatum mortale non cooperire Calicem, ob periculum, cui exponerentur species sacræ, quod aliquid indecens in Calicem incideret, & etiam quod ob nauseam non posset sumi a celebrante, quando incideret in ipsum aliquid, quod nauseam causaret; neque oppositum docuit Sotus, quando in fine *art.* 5. citati, *num. precedenti* significare videtur quod Palla non sit necessaria, quia intelligit, supposito, quod possit Calix cooperiri corporali.

4 An autem constare debeat ex eadem materia, ex qua constat Corporale, nempe ex linteo lineo, affirmant Rodulphus *Tangrem. lib. de Canonic. obseruan. proposit.* 23. Vasquez *disputat.* 233. *cap.* 2. *num.* 24. *in fine*, Suarez *disputat.* 81. *de Eucharist, section.* 6. §. *tandem in fine.* Facundez *precept. post eccles. cap.* 21. *n.* 31. Reginal *lib.* 29. *Prax. fori Penit. cap.* 9. *section.* 7. *num.* 195. Garzia *in summ. tractat.* 3. *difficultat. octaua, dubio tertio, punct.* 1. *numero* 14. Filliuc. *tractatu quinta, capit.* 5. *numero* 125. Gauantus *in Rubric. missal. part.* 2. *titul.* 1. *litera M.* Amicus *tom.* 7. *curs. theolog. disputatione* 33. *sectione duodecima, num.* 363. Gasp. Hurtad. *de sacram. disput.* 4. *de sacrific. miss. difficult.* 9. vers. *Et quamuis* Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tractat.* 23. *sectione quarta, numer.* 78. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tractatu vigesimo secundo, disputat. vnic. punct.* 10. *numero secundo*, Tanner. *tom.* 4. *disputat.* 5. *quæst.* 10. *dub.* 3. *num. quadragesimo nono.* vers. *Ad corporale,* Franciscus Logo *libro quinto de sacram. cap.* 7. *quæstione quarta, numero trigesimo quinto*, Dicastill. *De sacram. tract.* 5. *disputatione quarta, dub.* 9. *num.* 157. Quart. *in Rubric. missal. part.* 2. *titul.* 1. *sectione* 3. *dub.* 3. vers. *Vera tamen.* Fundamentum huius sententiæ est, quia hæc parua palla est pars Corporalis ab ipso separata. Ergo debet esse eiusdem conditionis cum corporali, quia per id, quod est facta separatio, non est mutatum præceptum quoad talem partem Corporalis.

5 Secunda sententia asserit, non debere ex necessitate esse ex linteo lineo; sed posse esse ex serico, auro, aut quacumque decenti materia, quia non est aliquid de substantia apparatus, ita Sotus. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *ar.* 5. *circa finem* Rodriq. *part.* 1. *sum. cap.* 247. *n.* 18. Fernandez *part.* 3. *exam. theol. moral. cap.* 5. §. 12. *num.* 10. Villalob. *par.* 1. *summ. tract.* 8. *difficult.* 26. *num.* 3. Trullench. *lib.* 3. *de Sacrament. capit.* 8. *dub.* 16. *numer.* 9. Ludouic. à S. Ioann. *in summ. quæst.* 11. *de Eucharist. articul.* 13. *dub.* 2. *difficult.* 2. *in conclus.* Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. miss. quæst.* 249. vers. *Alij vero.* Marc. Hurtad. *de sacrific. miss. quæst.* 14. vers. difficultas. Machad. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 11. *docum.* 3. *num.* 1. Et de consuetudine testatur Sotus in Germania, & Rodriquez in Hispania.

Dicendum est. Pallam cooperientem Calicem non debere esse necessario ex linteo lineo; sed posse constare ex quacunque materia decenti. Ratio est. Quia facta separatione Pallæ à corporali in munere tegendi Calicem, seu potius introducto nouo operimento Calicis cessauit ratio, ob quam debeat constare ex linteo lineo, quia ideò debebat constare, quia erat pars corporalis, quod constare debet ex tali materia, modò autem non est pars corporalis, sed quid omnino distinctum, ergo non sequitur amplius conditionem corporalis; sed operimenti eiusdem Calicis, & ideò sufficit, quod constet ex materia decenti pro tegendo Calice.

Confirmatur. Quando Corporale inseruiebat protegendo Calice, id non habebat ex instituto suo, sed per accidens, quia scilicet cùm esset valdè amplum, nec adesset, quo Calix cooperiretur, vsi sunt Corporali. Ergo corporale non requirit, quod sit ex linteo lineo; quia inseruiret pro tegendo Calice, sed quia inseruiret suo proprio muneri: quia nihil requirit aliquid de necessitate ratione eorum, quæ ipsi conueniunt per accidens, Ergo cum Corporale non exigat esse ex linteo lineo, quia cooperiret Calicem, neque etiam modo refundet in pallam, quæ substituta est pro tegumento Calicis, hanc exigentiam. Ex quibus solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ; nam Palla non est amplius pars corporalis, quia non communicat cum ipso, neque in materia, neque in munere; sed munus, quod conueniebat Corporali, per accidens, attributum est instrumento distincto, & ideo nec etiam debet communicare in conditionibus. 7

An autem Palla debeat esse benedicta, affirmant Doctores relati pro prima sententia; negant verò relati pro secunda, quia scilicet non habet tangere sacras Species. Verùm hæc ratio non subsistit, quia cætera quoque, quæ non habent tangere, vt mappæ Altaris, vestes sacerdotales, benedicuntur, quia sufficit quod sint ornamenta personæ consecratæ in ordine ad offerendum sacrificium; Illud videtur facere contra necessitatem benedictionis, quod non assignatur propria benedictio. Benedictio verò Corporalium non ei conuenit; vnde si benediceretur, simul cum corporali, exprimeretur in benedictione munus, quod ab ipsa non præstatur; posset tamen adhiberi secunda oratio posita in benedictione Corporalium, nonnullis verbis omissis, nempe *inuoluendumque Corpus.* 8

Dices, ex Rubrica habetur quod Palla debeat esse ex lino, vt *parte secunda, titulo prima de præparation. Sacerdot. numero primo*, ibi. *Et eam* (hostiam in patena) *tegit parua palla linea.* Respondeo. Hanc Rubricam disponere quidem, quod tegat hostiam super patena; sed non disponere quod sit linea, quia tribuit tantum pallæ adiectiuum. *Linea*, quia nimirum communiter adhiberi solet talis materia; præsertim immissis priuatis, quod si voluisset, quod esset linea, dixisset, quod debet esse linea, sicut paulò antea dixerat de Calice, qui debet esse aureus, vel argenteus, &c. Vnde cum solum dicat, *Palla linea*, & non vtatur verbis dispositiuis, non præscribit, quod debeat esse linea. 9

Ex dictis colligitur, quod si pars inferior Pallæ sit linea, potest in parte superiori absque vllo scrupulo ornari serico auro, vnionibus, & quocumque alio decenti modo, quod sine vlla difficultate admittunt etiam Doctores, qui volunt debere de necessitate esse lineam: Nam ornamenta sunt extra 10

substantiam rei, & ideo per id, quod Palla debet esse linea, non excluduntur ornamenta cuiuscumque generis sint.

QVÆSTIO 787.

Ex quanam materia constare debeat Corporale,

SVMMA.

1 *Corporale quodnam sit, & cur sic dicatur.*
2 *Corporale constare debet ex linteo lineo.*
3 *Idque ex institutione Ecclesiæ.*
4 *Potest in partibus exterioribus ornari auro, gemmis, &c.*
5 *Offerre sacrificium sine corporali est peccatum mortale.*
6 *Appellatione lini an veniat canabis, &c.*
7 *An veniat gossipium.*
8 *Linteamina ex genista, veticis, an materia apta pro corporali.*
9 *Quamnam formam requirat corporale.*

1 COrporale est illud linteum, quod sacerdos celebraturus super imponit Altari, & cui imponit hostiam censecrandam, & etiam consecratam, quousque super imponit Patenæ; dicitur Corporale à Corpore Christi, quod super ipso sacrificatur, & significat Syndonem, in qua inuolutum fuit Corpus Christi mortuum depositum de Cruce, vt tradunt scribentes de rebus Ecclesiasticis Præsertim S. Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus *in Theoria rer. Ecclesiast. §. Quia misericors, tom. 6. Bibliothec. Patrum.* Dicitur etiam Palla in Cap. *sacrata dist.* 23. vt ibi aduertit Glos. de mysticis autem significationibus Corporalis agunt Rabanus *lib. 1. de instit. Cleric. cap.* 33. Amalar. *lib. 3. de Ecclesiast. offic. cap.* 19. Remig. Antisiodoten. *de celebrat. Miss. post. verb. Orate fratres* Guillelm. Duran. *lib. 4. de diuin. offic. cap.* 29. D. Thom. *opusc* 58. *cap.* 15. Difficultas autem modo est, ex quanam materia constare debeat.

2 Dicendum est. *Corporale constare debere ex linteo lineo,* ita obseruant communiter Doctores. D. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 7. & *in* 4 *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 5. *ad* 3. Palud. *q. art.* 6. *conclus.* 1. Scotus *q.* 2. *art.* 3. *ad.* 7. Vlens. *p.* 4. *q.* 36. *mem.* 4. Valden. *tom.* 3. *de sacram. tit.* 14 *cap.* 30. *n.* 1. Syluest. *verbo* Corporalia *num.* 1. Angel. Tabiena, Armill. *ibidem* Rodriq. *p* 1. *summ. cap.* 249. *conclus.* 17. Henriq. *lib.* 9 *summ. cap.* 28. *n.* 3. Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 8. Vasquez 3. *p. disp.* 233. *cap.* 3. *n.* 23. Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 6. ver. *Secundo præter.* Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 25. Reginald. *lib.* 29 *for. pænit. cap.* 9. *sect.* 7. *num.* 195. Bonac. *disp.* 4 *de sacram. quæst. vlt. pun.* 9. *n.* 23. Marchin. *de sacram. ord. tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 12. *n.* 3. Dicastill. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 9. *n.* 155. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 10. *dub.* 3. *n.* 49. Gasp Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. Miss. difficult.* 9. vers. *Materia autem* Caspen. *p.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 4. *n.* 78. Villalob *p.* 1. *summ. tract.* 8. *difficult.* 29. *n.* 2. Trullen. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 16. *n.* 9. Pax Iordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 205. Auersa *q.* 11. *de Euchar. sect.* 13. vers. *Item ad subsistenda* Franc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 2. *q.* 4. *n.* 33. Faust. *de Euchar. lib.* 2. *de sacrific. Miss. q.* 248. Quart. *in Rubr. Missal. p.* 2. *tit.* 1. *sect.* 3. *dub.* 1. *difficult.* 2. & communiter etiam canonistæ cum gloss. *in cap. Consulto, de consecrat. dist.* 1.

3 Non potest autem assignari alia ratio præter institutionem Ecclesiæ; à qua prouenit necessitas adhibendi Corporalo ex tali materia, ita enim statutum fuit à Syluestro Papa in Concilio Romano vt refertur in Cap. *Consulto, de consecr. dist.* 1. ibi *Consulta omnium statuimus, vt sacrificium Altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat; sed in puro linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato, atque contexto, sicut Corpus Domini nost i Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit*, vbi redditur ratio congruentiæ, cur debeat ex lino puro, & mundo, vt scilicet imitetur Syndonem, in qua inuolutum fuit Corpus Christi, cum sepeliretur.

4. Quamuis autem debeat esse ex lino, non repugnat tamen quod in partibus exterioribus ornetur serico, argento, auro, gemmis, &c. vt aduertunt etiam Doctores *n.* 2. citati, quia ornamenta tanquam accidentalia non variant substantiam, sufficit autem, quod sit ex lino quoad eam partem, supra qua ponuntur sacræ species, quia huiusmodi materia est determinata propter recipiendum Corpus Christi sub sacris speciebus.

5 Dicendum. *Esse peccatum mortale offerre sacrificium sine Corporali*, ita communiter Doctores, præsertim citati *numero* 2. & præterea Filliuc. *tract.* 8. *num.* 125. Laiman *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n* 11. Lugo Card. *disp.* 10. *de Euchar. sect.* 3. *num.* 76. Fernandez *p.* 3. *exam. theol. mor. Cap.* 5. §. 11. *numero* 8. & 10. Molfes. *parte* 1. *summ. tract* 3. *cap.* 12. *numero* 48. & desumitur ex citato Cap. *Consulto* ibi, *Celebrare præsumant.* Si enim celebrare sine corporali lineo est præsumptio, oportet, quod id sit grauiter prohibitum, quia præsumptio non habet locum, nisi concurrente graui prohibitione.

6 Superest autem difficultas, quid veniat nomine lini. An scilicet veniat canabis, & gossipium, & quod spectat ad canabem, dicendum est *esse speciem lini & proinde posse Corporale ex ipso constare*, ita Tabiena *verbo* Missa *num.* 19. Armilla *num.* 9. Azor *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *p.* 8. Reginald. *lib.* 29. *Prax. fori pænit. cap.* 9. *sect.* 7. *num.* 195. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. punct.* 9. *n.* 25. Gauan. *in Rubr. Missal. p.* 2. *tit.* 1. *litt.* P. Tamb. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 5. *cap.* 5. §. 3. *numero* 5. Verricel *de mission. Apost. tit.* 15. *q.* 262. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *q.* 4. *numero* 42. Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 208. quod satis ex eo patet, quia linteamina ex canabe vix dignoscuntur à linteaminibus ex lino, quæ similitudo satis indicat, ita esse diuersæ speciei, vt tamen sint sub eodem genere.

7. Quod spectat ad gossipium negat Fernandez *p.* 3. *oper. moral. cap.* 5. §. 11. *n.* 8. quia gossipium non est linus sed arborum Lanugo. At tenendum est. *Quod etiam ex gossipio constare possit*, ita Azor *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 8. Franc. Lugo, *lib* 5 *de sacram. cap.* 7. *q.* 4. *n.* 43. Tambur. *opusc. de sacrific. Miss. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *n.* 3. Verricell. *de Apost. mission. tract.* 15. *q.* 262. Quart. *in Rubr. Missal. p.* 1. *tit.* 1. *sect.* 3. *dub.* 1. *difficult.* 2. vers. *Alij probabiliter.* Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 209. Ratio est, quia gossipium quoque ponitur inter species lini à Plinio *lib.* 10. *natur. histor. cap.* 1. & ex ipsu confici linea, quæ dicuntur Lilina, est tamen aduertendum quod debet ita esse leuigatum vt possint fragmenta colligi, alioquin esset inepta materia.

8 Quoniam autem contingit, quod in diuersis Regionibus conficiantur Linteamina ex diuersis herbarum speciebus vt ex genista; ex vrticis, & aliis, dubitatur; An hæc linteamina sint materia apta pro Corporali Quod sint materia apta videtur sentire Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1 *n.* 210. quamuis subdat, quod id nō audet affirmare quia apud neminem reperit. Verum si ista linteamina sint pura & candida, videntur esse materia apta, quia possunt dici constare ex aliqua specie lini, & concurrit, quod requiritur in d. Cap. *Consulto, de consecrat. dist.* 1. quod sint lintei terreno lino procreato, & contexto.

9 Quod spectat ad formam artificialem solet esse quadrata, nihil tamen de hoc præcipitur; sed id tantum ex consuetudine introductum est, non videtur tamen hæc consuetudo obligare, & ideo non crederem peccaturum, qui alia forma vteretur, dummodo alias esset

aptum

aptum pro munere, quod debet exhibere; & præsertim si ornamenta ita essent disposita, vt ad aliam formam reduceretur, nam tunc non variatur forma corporalis, sed ornamentorum. Imo dum antiquitas inseruiebat etiam pro tegendo Calice oportebat, quod potius esset oblongum, quam quadratum.

QVÆSTIO 788.

An Corporale debeat necessariò benedici.

SVMMA.

1 *Corporale est benedicendum.*
2 *Vti Corporali non benedicto est peccatum mortale.*
3 *Vti Corporali valdè immundo est peccatum mortale.*
4 *Corporale quando amittat benedictionem.*

1 SVpponendũ est, Corporale esse benedicendũ, vt habetur ex cap. *Consulto, de consecrat, dist.* 1. & id etiam præscribunt Rubricæ, *pat.* 1. *dist.* 1. *de ritu seruando, in celebrat. miss. n.* 1. Nam cum sit instrumentũ valdè principale inseruiens oblationi sacrificij quippe super ipsum imponitur immediatè corpus Christi sub speciebus, debuit speciali modo per benedictionem dedicari huic muneri. Difficultas est, an sit peccatum mortale vti Corporali non benedicto.

2 Dicendum est. *Ita de necessitate requiri, quod Corporale sit benedictum, vt sit peccatum mortale vti scienter non benedicto.* Ita communiter Doctores D. Thom. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *ad* 8. *& in* 4. *dist.* 13. *q.* 1. *art.* 2. *quæstiunc.* 6. Sotus *quæst.* 2. *art.* 3. *ad* 8. in fine D. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. § 6. Syuester *verbo* Missa 1. *q.* 2. vers. *Tertium* Tabiena *n.* 11. Angel *n.* 36. Armil. *n.* 6. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 3. Nauar. *cap.* 26. *Manual. num.* 84. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 17. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 8. Sà *verbo* Missa *num.* 1. Vasquez 3 *par. disp.* 233. *cap.* 3. *n.* 11. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *secundò præter* Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 12. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 195. vers. *Porrò.* Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. miss. q.* 248. Ludouic. à S. Ioan. *part.* 1. *sum. q.* 11. *de Euchar. art.* 3. *dub.* 1. *conclus.* 3. Martin. à S Ioseph, *tom.* 1. *moral. lib.* 1. *tract.* 16. *de Eucharist. n.* 3. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 26. *n.* 2. Filliuc. *tract.* 5. *n.* 125. Lugo Cardin. *disp.* 20. *de Euchar. sect.* 3. *n.* 76 Fernandez *part.* 3. *Exam. theol. moral. cap.* 5. §. 1. *n.* 10. Franc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 7. *quæst.* 4. *n.* 33. Et huiusmodi grauis obligatio desumitur ex cap *Consulto. de consecrat. dist.* 1. ibi. *In panno lineo ab Episcopo consecrato.* Antea autem præmiserat Pontifex, quod super alio panno lineo quisquam non præsumeret offerre sacrificium, quo modo loquendi declarat grauem prohibitionem celebrandi super alio Panno, quã in lineo consecrato.

3 Notant etiam communiter Doctores quod sit peccatum mortale, celebrare cum Corporali valdè immundo. Ite Palud *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 6. *conclus.* 4. Caiet. *in sum. verbo*, Missæ *celebratio* Tabiena *verbo*, Missa *num.* 11. Angel *q.* 37. *in fine.* Armilla *verbo.* Corporalia *num.* 5. Syluester *verbo* Missa 1. *quæst.* 2. ver. *Tertium.* Sà *num.* 15. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 20. Suarez *disp.* 81 *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Vltima pars.* Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 3. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 7. *n.* 195. vers. *cæterum* Gauant. *in Rubric. missal. p.* 2. *tit.* 1 *Littera Q.* Quartus *item in Rubric. missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 3. *punct.* 1. *difficult.* 4. Nam in cap. *Reling. de custodia Eucharist.* Præcipitur, quod corporalia munda seruentur, ibi. *Præcipimus quoque, vt Oratoria vasa, Corporalia, & vestimenta prædicta, munda, & nitida conseruentur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis.* Cum autem materia sit grauis quippe imunditia contineret irreuerentiam erga sacrificiũ sicut contineret si apparatu immundo offerretur munus alicui Principi, præceptum erit proportionatum materiæ, atque adeò sob mortali.

Quando autem Corporale amittat benedictionem, 4
vnicum tantum casum assignant Communiter DD. nempe quando ita rumpitur, aut laceratur vt non possit amplius inseruire pro suo munere. Vnde non amittit, quando lauatur, & de nouo amido imbuitur. Ita præsertim Tabiena. *verbo* Corporalia *num.* 2. Angel. *num. vlt* Syluester *num.* 3. Armil. *num.* 4. Vasquez 3. *par. disp.* 233. *cap.* 3. *num.* 24. in fine, Graf. *par.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *secundò præter* Facundez *precept.* 1 *Eccles. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 11. in fine Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9 *sect.* 7. *num.* 195. Quartus *in Rubric. Missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 3. *dub.* 1 *difficult.* 3. vers. *Qualiter autem* & citati in *Præcedent quæst. num.* 1. Quamdiu enim manet res consecrata, aut benedicta in sua substantia, tamdiu etiam durat consecratio, aut benedictio, quæ non perit nisi pereunte subiecto.

QVÆSTIO 789.

A quo Corporalia benedicenda sint.

SVMMA.

1 *Corporalia non consecrantur, sed benedicuntur.*
2 *Benedictio Corporalium de iure spectat ad Episcopum.*
3 *Episcopus in aliena Diœcesi an possit benedicere corporalia.*
4 *Benedictio Corporalium non continet exercitium Pontificalium.*
5 *Benedictio Corporalium non est actus ordinis Episcopalis.*
6 *Plura reseruantur Episcopo, quæ non sunt ordinis Episcopalis.*
7 *Episcopus exercens bona fide Pontificalia in aliena Diœcesi, non incurrit suspensionem.*

QVamuis Corporalia dicantur in Iure consecrata 1
aut vocentur consecrata, reuera tamen non consecrantur, sed tantum simplici benedictione benedicuntur, quia propiè loquendo sola benedictio cum vnctione Chrismatis est consecratio; hæc autem vnctio non adhibetur in consecratione corporalium, & proinde eorum benedictio est impropriè consecratio, quatenus scilicet facit sacrum; & Dei obsequiis dicatum. Quæritur ergo à quo Corporalia benedicenda sint.

Supponendum est, quòd benedictio Corporalium 2
de iure spectat ad Episcopum, vt desumitur ex cap. *Consulto, de consecrat, dist.* 1. ibi, *In paro linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato, atque contexto.* Cum enim requirat Pontifex Syluester, quod sit consecratum ab Episcopo, satis indicat, Episcopum esse illum, ad quem spectat consecratio corporalium Dubitatur tamen, an possit extra propriam Diœcesim hanc functionem exercere, & solutio difficultatis ex eo dependet, an contineat exercitium Pontificalium.

Quod autem Episcopus non possit in aliena Diœ- 3
cesi benedicere corporalia absque licentia Ordinarij loci, & si benedicat incurrat suspensionem, de qua in Trident. *sess.* 6. *cap.* 5. *de reform.* traduot Zerola *in Praxi Episcop. part.* 2. verbo *Episcopi*, vers. *secundo.* Leo *part.* 3. *Thesauri fori Ecclesiast cap* 8. *n.* 15 Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 6 *n.* 8. qui ait incurrere hanc suspensionem, etiam si inaduertenter benedicat. Quartus *in Rubric.*

missal. parte 1. titulo 1. sectione 3. dub. 3. vers. *Pro resolutione* Gascantus *in manuali verbo functione Episcopi, numero tertio*, fundamentum huius sententiæ est, quia talis benedictio est exercitium Pontificalium, quia est actus ordininis Episcopalis. Pontificalium autem exercitium in aliena diœcesi prohibetur, sub pœna suspensionis ab iisdem Pontificalibus.

4 Verùm hæc sententia placere non potest, quia non nititur firmo fundamento. Et ideo existimo quod possit benedicete corporalia in aliena diœcesi, quia talis benedictio non est exercitium Pontificalium; Nomine enim Pontificalium veniunt actus illi, qui conueniunt Episcopo, quia Episcopus consecratus est, hoc est ratione otdinis, ita vt sint actus ordinis Episcopalis, vt communiter notant cum Glos. *in extrauag. suscepti Regiminis*, verbo *à Pontificalibus de elect.* Sanchez *libro 7. Consil. capite 1. dub. 50.* Sagtus *libro 4. de censur. capite 6. numero 26.* Squillant. *de priuileg. Episc. p. 2. cap. 3. n. 2.*

5 Benedictio autem Cotporalium non est actus Episcopalis, nec de iute diuino, vt per se constat nec de iure Ecclesiastico, quia non reperitur dispositio aliqua, quæ requirat pro hoc actu ordinem Episcopalem, sicut consectatio Ecclesiæ & tatio est clara, quia non fit cum vnctione, nec requirit insignia Episcopalia, vnde quæ sunt otdinis Episcopalis non teperiuntur concessa non Episcopis, nisi habeant vsum Pontificalium, vt Abbatibus Mitratis, quibus est ex priuilegio concessum, vt possint consectare altaria, vt dictum est suo loco. At benedicere cotpotalia est concessum etiam non habentibus vsum Pontificalium insignium, imo etiam omnibus qui ex accidenti præsunt regimini monasterij, vt infra dicetur.

6 Nec obstat, quod de iute ista benedictio sit reseruata Episcopis iuxta Cap. *Consulto de consecrat.* Dist. 1. Quia aliud est, esse reseruatum Episcopis, & aliud esse actum ordinis Episcopalis. Nam pluta Episcopis reseruata sunt, quæ non sunt otdinis Episcopalis, vt benedictio sacrarum vestium, absolutio à casibus sibi reseruatis; absolutio à reseruatis Pontifici, quando absoluendus non potest ad Romanam sedem accedere, dispensatio in votis, & alia huiusmodi. Vnde licet benedictio Cotpotalium sit ex reseruatis Episcopis, non tamen sequitur, quod sit actus ordinis Episcopalis.

7 Hic autem obiter aduertendum est. Non posse subsistere, quod tradunt Barbosa supra *numero tertio*, citat. & alij, quod; scilicet Episcopus bona fide benedidicens corporalia in aliena diœcesi; aut inaduertenter, sicut etiam si eodem modo exerceat alia Pontificalia incurrat suspensionem, vt contta ipsos aduertit. Quartus *in Rubr. missal. parte 1. titulo 1. sectione 3. dub. 3.* vers. *Dico secundo.* Nam suspensio imposita à Trident. *sectione 6. capite 5. de reformation.* est pœna grauis, & proinde non habet locum iuxta communem doctrinam, nisi locum habeat etiam culpa, cum non possit imponi pœna, nisi pro culpa, vt etiam communiter docent cum D. Augustin. *libro 1. Retract. capite 9.* & D. Thom. *1. 2. quæstione 87. articulo 7. & 8.* & *2. 2. quæstione 108. articulo 4.* vbi autem est bona fides, aut inaduertentia, non adest culpa, quia non est culpa, nisi sit voluntaria.

QVÆSTIO 790.

An ab aliis, quàm ab Episcopis Corporalia benedici possint.

SVMMA.

1 *Abbates benedicere possunt omnia, quæ solis verbis benedicuntur.*
2 *Etiam si inseruiant alienis Ecclesiis.*
3 *Superiores Regulares benedicunt Corporalia ex priuilegio.*
4 *Priuilegia hoc concedentia.*
5 *Priuilegium speciale Innocentij VIII.*
6 *Communicantur aliis Regularibus.*
7 *Facultas benedicendi Corporalia conuenit omnibus exercentibus superioritatem.*
8 *Regulares possunt solum benedicere quoad proprium vsum Corporalia, &c.*
9 *Nisi in specie pro alienis Ecclesiis concedatur.*
10 *Declaratio quoad hoc S. Congregat.*
11 *Declaratio S. Congregat. quoad benedicendi facultatem non præiudicat priuilegiis Regularium.*

QVod Abbates benedicete possint omnia, quæ simplici verbali benedictione benedicuntur, tradit Geminian. *in cap. Abbates de priuileg. in 6.* limitando tamen ad ea, quæ inseruiunt pto proptiis ipsotum Ecclesiis. Quod tamen hoc de iure non possint, sed solum ex consuetudine præscripta tradunt Tabiena *verbo.* Abbas *n. 12.* circa finem Syluester *verbo.* Benedictio *n. 5.* Angelus *n. 2.* Armilla. *verbo* Abbas *n. 8.* Et hoc videtut desumi ex constit. Sixti IV. *Alias cum exposuisses* sub die 13. *Februar.* 1483. quæ est 96. *in Bullar. Casinen.* vbi narrat Pontifex sibi expositum fuisse, quod Abbates Abbatiæ Florentinæ Congregat. S. Iustinæ de Padua ex antiqua consuetudine benedicerent Cotporalia, linteamina Altatis, & sacros vestes, & supplicatum, vt de oppottuno temedio declarationis consuleret. Et Pontifex concessit, quod posset Abbas benedicere, sicut consueuerat, & hanc concessionem infta voca declarationem. Declaratio autem facit, quod consuetudo censeatur legitima. 1

Et hæc consuetudo nedum est in ordine ad ea, quæ inseruiunt propriæ Ecclesiæ, sed etiam quoad ea quæ deferuntur benedicenda, vt constat ex constit Sixti IV. de qua in *n. præced.* nam cum Abbas Casinens. Abbatiæ Florent. exposuisset Sixto IV. Quod Abbates dicti Monasterij credebantur præsctipsisse horũ benedictiones, & ptoinde dignaretur opportunè prouidere, disposuit Pōtifex *Nos præmissis attentis, ac huiusmodi supplicationibus inclinati, vt Monasterium ipsum tuum Abbatia Florentia, tuque & qui pro tempore fuerint Abbates in eo statu & conditione suis quoad prædicta, in quo tu, & monasterium ipsum eratis ante primam concessionem, seu declarationem huiusmodi, per signatura in manu nostra factā tenore præsentiū annuimus, & concedimus.* Erant autem in statu benedicendi cotporalia &c. etiam, quæ aliunde deferebantur benedicenda. An autem aliquibus conueniat facultas, benedicendi ex priuilegio. 2

Dicendum est. *Pluribus Regularibus conuenire ex priuilegio posse benedicere Corporalia.* Extant in hac materia pluta priuilegia. Primum est Innocentij VIII, concessum Generali & Prouincialibus Minorum, quod benedicere possint Corporalia, & refertur in *Compend. Priuileg. mendicant. verbo*, Benedicere *numero septimo.* Quod etiam Priuilegium ab eodem Pontifice concessum fuit Vicario Generali, & visitatoribus Congregationum Augustinianorum. 3

Secundum

4 Secundum Priuilegium concessum fuit à Iulio II. Generali Prouincialibus & eorum Vicariis Ordinis Minimorum, vt possin't benedicere Corporalia suorum locorum, & domorum. Refertur in eodem *Compendio Priuileg. mendicant. eodem verbo*, Benedicere *numero vndecimo*, & *numero decimo quarto*, refertur tertium priuilegium, quod Leo X. concessit Generalibus Prouincialibus, Custodibus, Guardianis fratrum Minorum Obseruantiæ, quod possint omnia benedicere, in quorum benedictione non interuenit Chrisma, hoc tamen priuilegium est limitatum quoad ea, quæ inseruiunt pro vsu proprio. Quartum priuilegium concessum fuit à Pio V. *anno* 1566 Ordini Sancti Hieronimi Hispaniæ, vt scilicet non solum vestes, & alia ornamenta Ecclesiastica; sed etiam Corporalia; & alia omnia, in quibus Chrisma non interuenit, benedicere possint, vt refert Garzia in Compend. priuileg. à se collect. & apud Sorb. *in Compend. priuileg. mendican. verbo* Benedicere *in Adnotat.* vers. *& Pius V.*

5 Magis autem amplum priuilegium concessum fuit ab Innocentio VIII. Abbatibus Cistercien. sub *die nono Aprilis* 1489. vt habetur in *Constit.* 343. *Bullary Casinen.* nam conceditur facultas benedicendi non solum pro vsu propriarum Ecclesiarum; sed etiam quæ aliunde benedicenda deferuntur, ita enim habet concessio. *Vt de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta, & quacumque alia vestimenta, & ornamenta Ecclesiastica Corporalibus, vasculisque ad reponendam sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis in locis, & domibus dicti ordinis benedicere, & Calices consecrare tam de dicto ordine, quàm si ad vos aliundè non nunquam deferontur.* Hanc tamen facultatem exercere non possunt, nisi in locis propriis, seu sibi subiectis, vt constat ex tenore priuilegij.

6 Hæc autem priuilegia participantur ab omnibus habentibus communicationem priuilegiorum, vt obseruant communiter Doctores præsertim Sorbus *in compend. priuileg. Medican. verbo.* Benedicere *in Adnotation* versiculo *& Congregat. Sancta Iustina*, Henriquez *libro nono, summar. capite vigesimo-nono, numero sexto, in commentar. littera F.* Sà *verbo* Benedictio, *numero tertio*, Suarez *disputatione* 81. *de Euchar. sectione sexta* versiculo *secundo præter.* Reginald. *libro vigesimo-nono. Praxis fori Pœnitent. capite nono, sectione septima, numero* 195. Participant autem ij Regulares, qui in officio correspondent concessionariis. Vnde etiam in nostra Religione, visitatores; qui in aliquibus funguntur munere prouincialium participabunt facultatem benedicendi Corporalia; cum sit concessa Prouincialibus.

Vnde est etiam aduertendum, quod cum hæc
7 facultas sit concessa Abbatibus Localibus, Guardianis, Custodibus, conuenit omnibus Superioribus Localibus Monasteriorum, quicunque ij sint, etiam si contingat pro aliquo tantum tempore præesse. Quia dum exercent munus Superioris, fruuntur etiam priuilegiis annexis muneri. Imò id concessit Innocentius VIII anno 1487. Congregationi S. Iustinæ, vt ex libro eorundem priuilegiorum refert Sorbus *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo.* Benedicere *in Adnotat.* vers. *Et Congreg. sancta Iustina*; vbi habetur, quod concessit Prioribus Ordinis, & Vicariis in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscumque Monasterij posse benedicere Corporalia, &c. Et hoc insuper notant Miranda *tom.* 2. *Manual. quæst.* 40. *art.* 1. *conclus.* 1. *& art.* 2. *conclus.* item 1. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 27. *numero* 44. Lezana *in summ. verbo.* Benedictio, *numero* 8.

Verùm emanauit Declaratio S. Congregat quod 8
hæc facultas competat tantum quoad benedicenda, quæ inseruiunt pro propriis Ecclesiis, *die* 24. *Augusti* 1629. apud Nouar. *in Lucerna Regularium verbo.* Benedicere *num.* 2. *& die* 18. *Augusti anno* 1629. Declarauit non habere locum Consuetudinem in contrarium apud Nouar. citat. & Gauant. *in Manual. verbo*, Abbas *num.* 30. *& die* 13. *Marty anno* 1632. vt apud Nouar. *num.* 3. citati loci, & Lezanam *in summ. verb.* Benedictio *num.* 8. emanauit declaratio Benoui sequentis. *Abbates, Priores, Guardiani, & aly Religionum Prælati, etiam ex Societate Iesu habentes Priuilegia benedicendi vestes sacras, Cœmeteria, & similia dicto priuilegio vti non possunt nisi in iis rebus, in quibus sacra vnctio non adhibetur, & pro seruitio dumtaxat monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum.* Vnde Lezana citat. Portel. *in dub. Regular. verbo.* Benedicere *n.* 3. Hieron. Rodriq. *in Compen. resolut.* 13. *n.* 2. in fine, Barbosa, *de iure Ecclesiast. libr.* 3. *cap.* 2 *num.* 32. volunt. Non posse regulares vti his priuilegiis vti, nisi quoad ea, quæ inseruiunt propriis vsibus.

Verum supradictæ declarationes procedunt de pri- 9
uilegiis benedicendi in genere sacras vestes Corporalia, &c. non autem de priuilegiis, quæ in specie, & determinatè concedunt facultatem benedicendi, &c. ea in quorum benedictiones interuenit sacra vnctio, & in quibus fit expressa, & specifica mentio de iis etiam, quæ aliundè ab exteris deferuntur benedicenda vt fit in constitutione Sixti IV. *sub die* 13. *februa-ry* 1483. quæ est *quæstione* 6. *in Bullar. Casinen.* in qua conceditur Benedictinis benedicere etiam pro exteris & in Constitutione Innocent. VIII. *sub die* 9. *Aprilis* 1489. quæ est 343. *in Bullar. Casinen.* per quam conceditur Cisterciensibus benedicere, &c. quæ aliunde deferuntur benedicenda. quod satis ex eo constat, quia S. Cong. non declarasset, sed renocasset priuilegium, si etiam de his intellexisset, quod tamen non fecit, quia declarauit non conuenire ex vi priuilegiorum quod tamen non potuit dicere de priuilegiis, quæ in specie, & expressè concedunt benedicere quæ aliundè deferuntur.

Rursus id etiam deducitur ex alia declaratione. S. 10
Congregationis Concil. Trid. Nam cum aliàs hoc ipsum declarasset, quod ex vi priuilegiorum benedicendi; &c. intelligeretur solù de benedictionibus, in quibus non interuenit sacra Vnctio. Instauit Procurator Generalis Congregationis Casinen. quod eadem S. Congregatio declararet. An dicta declaratio comprehenderet priuilegiatos in specie quoad benedicendum cum sacra vnctione. Vnde subsequuta est declaratio tenoris sequentis. *Sacra Congregatio Cardinalium Concily Trident. interpretum declarauit. Decisionem à se aliàs editam, quod Abbates vtcumque benedicti, benedicere non possint ea, in quibus vnctio requiritur non obstare quominus iidem munus prædicta benedictionis quoad ea, in quibus vnctio requiritur impendere queant, si specialibus sedis Apostolica priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat muniti fuerint.* Cum ergo S Congregatio declarauerit, quod sua declaratio, nempe quòd priuilegiati quoad benedicendum non possint benedicere ea in quibus sacra vnctio requiritur; non comprehendere eos, qui in specie priuilegiati sunt ad benedicendum cum sacra vnctione, eodem modo quando declarauit, quod priuilegiati ad benedicenda corporalia, & sacras vestes, non possint benedicere pro alienis Ecclesiis, erit hæc declaratio accipienda de priuilegiatis in genere, non autem de priuilegiatis in specie ad benedicendum etiam ea, quæ pro alienis Ecclesiis deferuntur benedicenda. Possumus enim adhibere illam

declaratio

declarationem, quam ipsa sacra Congregatio adhibuit. Hæc autem declaratio emanauit sub *die X. Septembris* 1614. & habetur in Bullar. Casinen *constit.* 271.

10 Et rursus sub *die* 15. *April.* 1620. cõtradicente Episcopo Patauino priuilegiis Monachorum Sanctæ Iustinæ de Padua quoad benedictionem Calicum, & Campanarum pro parte Abbatis dicti Monasterij fuit supplicatum sacræ Congregationi pro declaratione, exhibito quoad hoc priuilegio Vrbani IV ab aliis Pontificibus approbato, & confirmato, & sacra Congregatio Concilij censuit Abbates Congregationis Cæsinensis, vti hac in parte sedis Apostolicæ priuilegiis munitos, posse vtique in locis eorum Iurisdictioni subiectis, Campanas, & Calices benedicere, ex quibus manifestum sit, quod declarationes S. Congregationis quod Regulares non possint benedicere, quando requiritur vnctio, aut quæ ab exteris deferuntur benedicenda, non præiudicant ex mente eiusdem sacræ Congregationis priuilegiis, quæ in specie huiusmodi benedictiones concedunt. Atque adeo nunc quoque posse Regulares iisdem priuilegiis vti.

QVÆSTIO. 792.

An ex causa necessitatis liceat sine Corporali offerre sacrificium.

SVMMA.

1 *In casu necessitatis, an liceat celebrare sine Corporali.*
2 *Vsus Corporalis est de mero iure Ecclesiastico.*
3 *Celebrans sine Corporali ex necessitate non præsumitur.*
4 *Necessitas facit cessare prohibitionem legis.*
5 *Intentio Ecclesiæ circa vsum Corporalis, quatenus se extendat.*
6 *Ecclesia non præcipit, quòd non offeratur sacrificium sine Corporale.*
7 *Vrgente necessitate potest offerri sacrificium cum Corporali non benedicto.*
8 *Si offeratur sacrificium sine Corporali, erit prouidēdum vt fragmenta colligi possint.*
9 *Vrgente necessitate viatici celebrari potest sine Corporali.*

1 NVnquam esse licitum celebrare sine Corporali, quando interuenit contemptus fidei, aduertit etiam Quart. *in Rubr. Missal. p.* 2. *tit.* 7. *sect.* 3. *dub.* 1. vers. *dicendum est*, quia contemptus Fidei est intrinsecè malus, itavt nunquam possit fieri licitus, & ideo neque licita esse possunt, quæ autē ad contemptum fidei ordinantur, ant ex ipso originem trahunt solum difficultas. An secluso contemptu ex quauis necessitate liceat celebrare sine corporali. Posse autem celebrari absqoe Corporali in casu extremæ necessitatis tradit Quartus modo citatus, & casum extremæ necessitatis exemplificat in necessitate vitandæ mortis, vnde videtur sentire in minori causa necessitatis non licere celebrare sine Corporali, quia inquit, est ritus valde grauis.

2 Verùm licet Ritus sit valdè grauis, attamen est ritus merè de iure Ecclesiastico, nullum ius diuinum aut naturale habens admixtum: & idèo etiam in hoc casu locum habet Regula, quod concurrente duplici lege, quæ inferioris est ordinis, cedere debeat, & ideo quando exigente lege, quæ habeat admixtum ius diuinnm, aut naturale, est celebrandum licebit celebrare sine corporali, si haberi non potest, quia tunc præualet lex celebrationis tanquam habens admixtam exigentiam prouenientem à lege diuina, aut naturali, quod etiam tenet Thom. Hurtad. *p.* 1. *resolut. moral. tract.* 2. *cap.* 1. *resol.* 2. *num.* 22.

3 Confirmator quia in Cap. *Consulto de consecrat. dist.* 1. prohibentur celebrare sine Corporali interueniente præsumptione, ibi *statuimus, vt Sacrificium Altaris non in Serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat; sed in puro linteo ab Episcopo consecrato.* Quando autem necessitas facit, quod celebretur absque hoc puro linteo ab Episcopo consecrato, non præsumitur celebrare; sed celebratur, quia aliter non potest fieri; præsumptio enim dicit ornatum voluntaris contra legem quando obseruari potest, non autem, quod ex necessitate excludatur obseruantia. Ergo lex de vsu corporalis non violatur, nisi per præsumentes, atque adeo, nisi quando, seclusa necessitate, non seruatur.

4 Confirmatur. 2. Necessitas facit cessare prohibitionem legis Cap. *Consuluisti de celebrat. miss.* ex cap *fin. de sacram. Euchar.* & Cap. *Licet de pænit. & remiss.* & Cap. *Licèt de feriis* & Cap. *Quant. de consuetud.* Quia præsumitur, quod lex sit posita, quatenus eius obseruantia sit possibilis; non autem pro casibus, in quibus obseruantia non est possibilis, quia necessitas eam excludit; quando ratione necessitatis seruari non pntest; præsertim quia est solum de ritu, qui concernit solum non aliquam necessitatem pro reuerenter offerendo sacrificio; sed tantum maiorem decentiam, & proinde non est verisimile, quod Ecclesia voluerit obligare cum tanto rigore ad hanc maiorem decentiam, vt neque etiam voluerit præualere necessitatem.

5 Nec dici potest, quod deficiente Corporali, sit potius abstinendum ab oblatione sacrificij, cum non possit offerri secundum ritum Ecclesiæ, quia licèt hoc verum sit, quando non est necessitas offerendi, secus tamen vrgente necessitate, nam non est verisimile, quod Ecclesia intenderit tam strictè obseruantiam huius ritus, qui concernit solum ad decentem modum oblationis sacrificij, vt voluerit potius non offerri sacrificium, quàm omitti hunc ritum, quod ex eo desumitur, quod intentio Ecclesiæ sit rationabilis, & pronde voluerit priuare tanto bono in necessitatibus ob obseruantiam Ritus, cuius bonitas noo potest æquiparari vtilitati quæ prouenit ex sacrificio. Præsertim qnia, si comparetur honor qui prouenit Deo ex reuerentia, ex vsu corporalis in sacrificio, & qui prouenit ex ipsa oblatione sacrificij, ille est longè minor, quam sit iste.

6 Neque ex eo, quod Ecclesia præcipiat offerri sacrificium super Corporali lineo Consecrato ab Episcopo, sequitur quod nolit offerri, vrgente necessitate, sine Corporali, quando haberi non potest. Et quamuis prohibeat simul offerri in serico panno, aut tincto, hæc tamen prohibitio est in consequentiam ad præceptum offerendi super panno lineo, & proinde venit prohibitum, quatenus hoc præcipitur, quia tamen valde diuersa sunt præcipere, quod offeratur sacrificium super Corporali lineo, & prohibere, quod non offeratur, nisi tali modo offerri possit; ideo hoc non sequitur ex illo, imo sequitur quod possit offerri, quia quando non potest offerri supra Corporali, relinquitur naturæ suæ, itavt offerri possit, seruatis iis, quæ exiguntur ex natura sacrificij. Habet enim lex omnis semper imbibitam tacitam conditionem possibilitatis obseruantiæ.

7 Ex his colligitur. Quod vrgente necessitate, offerri poterit sacrificium cum Corporali nondum benedicto, quia si ratione necessitatis cessat adæquata obligatio Corporalis, à fortiori cessabit pars tantum obligationis, nempe benedictionis. Nec dici potest, quod absque benedictione non sit instrumentum aptū, quia habet solum habilitatem physicam, non autem moralem; nam habilitas ista est tantum necessaria, non ex natura sacrificij, sed ex institutione Ecclesiæ, cū autem

necessitas

necessitas faciat cessare obligationem institutionis Ecclesiæ, faciet etiam cessare exigentiam habilitatis moralis, cùm sit tantum secundum exigentiam institutionis.

8 Secundò colligitur, Quod si contingat offerri sacrificium sine corporali, erit prouidendum aliquo modo, vt colligi possint fragmenta, si quæ adsint, quamuis cum frangatur, & diuidatur hostia super Calice, & diuisa ponatur super Patena, non ita facilè possunt extra Calicem, & Patenam cadere fragmenta, nihilominus, tamen erit adhibenda debita diligentia, quæ suppleat id, quod præstat corporale, ne videatur minui reuerentia, quæ debetur sacrificio.

9 Tertiò, colligitur si vrgeat necessitas ministrandi viaticum, posse celebrari sine cum corporali non benedicto; siue etiam absque Corporali, si non possit haberi; quia hæc est magna necessitas; Nam indigens viatico de iure diuino habet ius ad ipsum; quia instituta fuit Eucharistia, præcipuè pro illa necessitate, & vrget etiam præceptum diuinum de ea sumenda Rursus ex parte ministraturi si sit pastor, concurrit obligatio iuris diuini, & naturalis ministrandi, cum ex vtroque iure obligetur munus suum præstare ouibus sibi commissis. Si verò non sit Pastor, concurrit obligatio Charitatis; vnde cum tot iuribus concurrens lex Ecclesiastica de vsu Corporalis debet omninò cedere tanquàm longè inferioris obligationis. Dicere autem, quod Ecclesia velit suam legem merè ritualem, concernentem tantum aliquam maiorem decentiam, præualere contra tot iura, est dicere, quod Ecclesia irrationabiliter procedat, cum non sit rationabile, quod vnum motiuum, & minoris ponderis, præualeat tot motiuis grauissimis, nec quisquam prudentis iudicij poterit vnquam hoc sibi persuadere.

QVÆSTIO 792.

An licitus, & laudabilis sit vsus secunda Palla linea, cui superponatur hostia, antequam incipiat vsus patena.

SVMMA.

1 *Vsus secunda palla, & quibus motiuis introductus.*
2 *Pacis Iordani hallucinatio.*
3 *Consuetudo vtendi secunda Palla linea, est legitima.*
4 *Approbata à sede Apostolica.*
5 *Remanet excepta à Constit. Py V.*
6 *Constitutio Py V. circa Missale non derogat Constitutioni Clementis VIII. in fauorem Clericor. Regul.*
7 *Vsus secunda Palla linea laudatus à Pio V.*
8 *Coadiunat ritum præscriptum.*
9 *Significatio secunda Palla linea.*
10 *Palla secunda linea quomodo benedicenda.*
11 *Ex qua materia constare debeat Palla linea.*

1 Apud nos Clericos Regulares est in vsu secunda Palla linea, quæ adhibetur instar patenæ, cui super imponatur hostia, quousque debeat ipsa patena adhiberi, vnde inseruit tam pro hostia non consecrata, quam pro consecrata. Fuit autem introducta à nostris fundatoribus ex multiplice fine. Primò vt fragmēta, quæ separari possunt ab hostia, dum tractatur, à Sacerdote super ea maneant, & faciliùs suo tempore immitti possint in Calicem; quod non est ita facilè, si essent super corporali, & cum patena essent colligendi. Secundò ad vitandum periculum impellendi Calicem, & effundendum sanguinem dum cum patena colliguntur fragmenta è corporali. Tertiò ad seruandam decentiam maiorem in colligendis fragmentis, nam non opus est veluti radere patena corporale, vt colligantur; sed cum sint in ipsa palla; sufficit illam aliquantulum in-curuare super Calicem, vt in ipsum delabantur. Quartò ad secernenda fragmēta specierum sacrarū à fragmentis hostię nō consecratæ, siquidē antequam consecretur hostia excuti potest palla, & supra corporale decidunt fragmenta, si quæ adsint. Quinto ad vitandum, quod dum cum patena colliguntur fragmenta, è corporali non fiant noua fragmenta, ex amido, quo imbutum est corporale, & misceantur in Calice cum sacris fragmentis, nam illa abrasio excitare potest fragmenta ex eodem corporali.

Non defuerunt qui vsum huius Pallæ reprehenderunt tanquam titum nouum; & proinde reiectum per Constitutionem Pij V. præfixa missali reformato, & quod mirum est, Pax Iordan. qui diù in curia Romana versatus est. *tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. n. 217.* Scripsit, *Et ideo cum quidam Regulares duabus Pallis vterentur, ab ipso summo Pontifice permissionem habere dicebant, sed hodie. S.D.N. Vrbanus VIII. omnibus interdixit.* Hoc falsum est, quia hic Pontifex nihil prorsus innouauit circa hanc consuetudinem; quæ proinde hodie quoque *anno.* 1657. die 21. Martij, in quo hæc scribo in suo robore manet, nec à quoquam reprehensa fuisset, si non ignorasset, quo iure introducta fuisset. 2

Dicendum est, *hanc consuetudinem legitimam esse, & iure introductam, & proinde manutenendam*, ita Molfes. *parte prima, summ. tract. 9. cap. 11. numer. 61. & seq.* vbi latè Megal. *resolut. 199. num. 5. & sequene.* Quart. *in Rubric. Missal. part. 2. titul. 1. sectione tertia dub. 4.* ver. *Certum est autem.* Castald. *lib. 2. Prax. cerem. sectione septima, cap. 1. num. 5.* Viger. *in addit. ad* Ruiz. *parte prima, præsupos. 3. quæstione decima*, Gauant. *in Rubric. Missal. part. 2. titul 1. Littera M.* 3

Ratio est, quia est consuetudo introducta cum approbatione Sedis Apostolicæ. Nam Clemens VIII. primis fundatoribus Religiosis sub *die 4. Iuny 1594. in sua Constitutione vndecima, in Bullar. Rom.* dedit facultatem amplam non solum condendi Constitutiones, & conditas mutandi & reuocandi, quæ concernerent institutum vitæ Clericalis Regularis, sed etiam disponendi ea, quæ magis expedire sibi videbantur circa Missas, atque alia diuina officia, seu horas canonicas quæ postquam disposita essent, & sibi, aut successoribus suis exhibita, Apostolica authoritate approbata essent, & esse censerentur. Vnde sola exhibitio erat loco approbationis, etiam si alia approbatio non emanaret. Hoc autem factum est in introductione Consuetudinis vtendi hac speciali Palla, cum introducta sit in virtute dictæ concessionis, & talis introductio exhibita Romano Pontifici. 4

Neque hæc consuetudo remanet exclusa per Constitutionem Pij V. incipit. *Quo primum tempore*, præfixa missali reformato, quatenùs videtur tollere ritus omnes, qui non sunt expressi in eodem Missali, ibi. *Etiam in Apostolica Sedis Indulto, consuetudine priuilegio, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel aliis quibusuis facultatibus munita sint, nisi ab ipsa prima institutione, à Sede Apost. sacà approbata, vel consuetudine.* Nam vt dictum est in superioribus, dum ageretur de purificatione Calicis ex ipsis 5

verbis constitutionis remanet excepta hæc nostra cousuetudo, nam excipit quæ ab ipsa prima institutione à sede Apostolica approbata sunt, vt constat ex telaro tenere, hæc autem consuetudo in sua prima institotione habuit approbationem sedis Apostolicæ.

6 Deinde, vt ibi etiam dictum est. Constitutio prædicta Clementis VII. approbata, & confirmata fuit ab ipso Pio V. insetto toto eius tenore de verbo ad verbum in sua *constitutione 31. tom. 2. Bullarij Romani*, cum clausulis præseruatiuis prægnantissimis à quibuscunque subsequuturis reuocationibus Romanorum Pontificum. In constitutione antem Pij V. pro missali teformato non adsunt clusulæ reuocatoriæ præualentes præseruationi factæ ab eodem Pontifice pro manutentione suæ dictæ. constitutionis, vt constar ex inspectione, & ideo dicta constitutio, & quæ in vigore ipsius introducta sunt, manent in suo robote, quia etiam postea introduci potuissent.

7 Denique cum Prosper Vitalianus Episcopus Bisinianensis retulisset eidem Pio V. quod à Clericis Regularibus didiscisset Ritus, & Ceremonias Missæ, & specialiter vsum hnius secundæ Pallæ, laudauit Pontifex hunc Ritum vt decentem, & optimum, & benefacere ipsum obseruando, vt refert Ioannes Baptista de Tufo Episcopus Acerensis in sua Historia. Imo Pontifex Clemens VII. tantum confidit de diligentia, & prudenti electione Clericorum Regularium circa sacros Ritus, & ceremonias, vt speciales litteras, quæ conseruantor in Archiuio Sancti Pauli Neapoli mandauerit, vt componerent speciale Breuiarinm, quo per annum integrum vterentur, & postea ad Apostolicam sedem transmitterent, vt ex illius inspectione, an publico Ecclesiarum vsui tradendum, esset inspicere posset, quod factnm est, vt est illud Breuiarium, quo modò vtimur à Pio V. postea, paucis mutatis approbatum, & toti Ecclesiæ propositum.

8 Confirmatur. Per constitutionem Pij V. prohibentur solum Ritus diuersi à præscriptis in Missali reformato, non autem ij qui coadiuuant præscriptos, & reddunt faciliorem obseruantiam ipsorum: vnde non censetur Ritus diuersus introdoctio Pallæ ad cooperiendum Calicem, qui prius eleuato Corporali tegebatur, vnde dicunt Doctores quod ista Palla sit pars Corporalis ab ipso separata; sed etiam Palla, super qua ponatur Hostia, quousque iuxta Rubricas vtendum sit patena; coadiouat ritum præscriptum, & reddit faciliotem eius obseruantiam de colligendis fragmentis, vt constat ex dictis *numero primo*, & est pars Corpotalis ab ipso seiuncta, sicut Palla, qua cooperitur Calix, ergo non est consuetudo prohibita per Constitutionem Pij V. Hinc Paulus IV. & plures Cardinales, & Prælati, vt teneatur Molfes. *parte prima, summa. tractatu nono, capite 11. numero* 77. vsi sunt, huiusinodi Palla tanquam valde apta ad commodè, & decenter colligenda fragmenta, ex quibus constat, quod vsus huius Pallæ non est superfluus, cum habeat finem valdè bonestum, & plurimum inseruiat pro commoditate colligendi facilè fragmenta, & non potest dici superfluus attendendo ad doctrinam Caietani in *summario*, verbo, *superstitio*, vbi de superstitione circa diuinum cultum in fin.

9 Dices. Quæ adhibeotur in sacrificio Missæ, debent significare aliquod Mysterium. Hæc autẽ palla nullũ mysteriũ significare potest Respondeo. Habere suas significationes. Mysticas. quia cũ sit pars Corporalis licet ab ipso seiuncta, & cõmunicet innumerè cum Corporali, habet eandẽ significationẽ, quã habet Corporale, vnde simul cum ipso significat Syndonem; Deinde non est necessarium quod omnia habeant mysticam significationem; sed sufficit quod conferant ad commodum, prudentem & honestum modum operandi, vt inter alios notat Suarez *disputatione 84. de Eucharistia. sectione prima* §. 1. sic velum quo operitur Calix, Bursa, in qua reponitur Corporale, purificatorium, nullam habent mysticam significationem.

Dices 2. Ista Palla, cum inseruiat loco Corporalis, esset benedicenda, sicut Corporale, si autem sic benedicatur, continebit falsitatem, quia Corporale benedicitur tanquam destinatum ad continendum corpus, & sanguinem Christi, atque adeo Hostiam & Calicem, quod non potest conuenire huic Pallæ ratione paruitatis. Resp. Esse benedicendam simul cum ipso Corporali eadem benedictione; quia sicut communicat in munere, ita etiam communicat in benedictione, neque interuenit aliqua falsitas; quia coniunctim cum Corporali habet continere corpus, & sanguinem Christi, cum se habeat tanquam pars illius, licet seiuncta, vt dictum est. Et sicut benedicitur Palla, qua tegitur Calix eadem benedictione Corporalis, ita etiam hæc benedici potest. 10

Ex dictis colligitur, quod ea, quæ dicta sunt de Corporali quoad materiam, ex qua constare debet, & benedictionem, locum habent etiam in hac Palla, itaut ex necessitate constare debeant ex Panno lineo mundo, & benedicto ab habente auctoritatem benedicendi Corporalia, quia inseruit in eodem munere, pro quo inseruit Corporale, solum est aduertendum, quod licet corporale ornari possit variis ornamentis in extremitatibus hoc tamen non potest habere locum in hac Palla ob periculum, quod inter illa ornamenta remanerent fragmenta, præsertim quando è Palla deuoluuntur in Calicem, sed debet esse puta ab omni etiam lineo ornamento, & taliter fabrefacta vt non retardentur fragmenta, quin commodè deuolui possint in Calicem. 11

QVÆSTIO 793.

An celebrantes in Ecclesiis Clericorum Regularium, vti possint Palla sub Hostia.

SVMMA.

1 *Celebrantes in Ecclesiis Clericorum Regular. vti possunt Palla sub Hostia.*
2 *Sententia asserens.*
3 *Vsus Pallæ sub Hostia dicit accessionem ad eundem ritum.*
Accessio quid dicat.
Concesso principali conceditur accessorium.
4 *Vsus Pallæ sub Hostia continet interpretatiuam obseruantiam ritus.*
Obseruantia interpretatur omnem dispositionem.
Declaratio est in declarato.
5 *Vsus pallæ sub Hostia est opportunius pro colligendis fragmentis.*
6 *Vsus pallæ sub Hostia non est personalis.*
Sed ritus communis cum speciali modo obseruantia.
8 *Qui non sunt subditi ritui Romano possunt vbique vti Palla sub Hostia.*
8 *Extra Ecclesias Cleric. Regul. an adhiberi possit Palla sub Hostia.*

QVod spectat ad eos, qui in celebratione Missæ 1
tenentur sequi ritum Romanum, negat. Quartus in

in Rubricas missalis part.2.tit.1.sect.3.dub.4. vers. *secunda nihilominus*, vnde videtur concedere quoad alios, qui non sunt obstricti ritui Romano. Putat tamen oppositam sententiam esse probabilem. Fundamentum ipsius est, quia permissio talis ritus est personalis, & ideo non egreditur personas, quibus permittitur. Quod sit personalis ex eo patet, quia non est communis toti Ciuitati, sicuti est v. g. Mediolani ritus Ambrosianus.

2 Secunda sententia asserit quod Celebrantes in Ecclesiis Clericorum Regularium possint ipsi quoque vti palla sub Hostia Ita generaliter loquens de celebrantibus in Ecclesiis Regularium qui habent aliquos ritus proprios, quod possint se illis conformare sentit Io. Præpositus *3.par.quæst.83 art.4.dub.5.num.19.* ex illo fundamento, quod exteri possint se conformare ritui, & consuetudini loci.

3 Dicendum est *Celebrantes in Ecclesiis clericorum Regularium posse vti speciali palla sub Hostia.* Ratio est. Quia vsus huius pallæ sub Hostia non importat ritum diuersum à Romano; sed potius accessionem quandam ad eundem ritum Romanum coadiuuandum, vt decentiori modo se habeat; nomine enim accessionis veniunt non solùm, quæ sunt partes rei; sed etiam quæ ipsi adhærent iuxta *l.3.§1.ff* de tit vino, ol. ex iuxta *l.12.§. & libro 19.§. 13. ff. de auro & argent. leg.* vnde fit quod vsus huius pallæ censeatur licitũ, vbi est introductus omnibus celebrantibus iuxta ritum Romanum. Quia cum accessorium sequatur naturam sui principalis *l. etiam C. de Iure dot.* & Cap. *Accessorium de reg. iur. in 6.*, fit, quod concesso principali censeatur etiam concessum huiusmodi accessis, vt in casu sepulturæ loquentes, quod scilicet ea concessa sit etiam concessa delatio defuncti processionaliter, & celebratio pro ipsius anima tradunt Federic. de senis *consil. 186. init.* Oldrad. *consil.* 325.14. vers. *vltimo videtur* Tusch. *l t. A. conclus. 77. n.9.*

4 Rursus vsus huius pallæ sub Hostia est introductus vt fragmenta super ipsa remaneant, & possint facilius colligi & in Calicem immitti, & proinde est introductus tanquam obseruantia interpretatiua ritus ordinarij reducens ipsum ad maiorem commoditatem colligendi fragmenta siquidem ritus ordinarius est, quod Hostia ponatur super Corporali, & hic ritus hoc seruat secundum substantiam, sed addit circumstantiam quod ponatur super parte Corporalis tanquam seiuncta à reliquo Corporali, quia ratione circumstantiæ huiusmodi consurgit facilior collectio fragmentorum. Ergo cum obseruantia sit optima interpres cuiuscumque dispositionis *l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de legib.* & Cap. *cum dilectus de consuet.* & notant Bald. *in l. Diuturna ff. de legib.* Bald. *in cap.1. de feud. sine cul.* Abbas *in cap. 1. num. 14. de Constit.* Roman. *consil.* 271. *n* 4. Surd. *consil* 140. *n.*41. Vsus huius pallæ non erit aliud, quam interpretatio, & declaratio ritus ordinarij, quatenus meliori modo, & decentiori inseruire potest in ordine ad colligenda fragmenta; ergo cum declaratio virtualiter contineatur in declarato, vt obseruant Decian. *Consil.* 243. *in fin.* Socin. Inn. *cons.* 95. *num.*74. Ruin. *consil.* 225. *n.6. vol.*1. Potest quisque sequi hanc interpretatiuam obseruantiam, seu declarationem, vbi eam reperit, quia non erit sequi nouum ritum; sed ordinarium declaratum ab obseruantia.

5 Accedit. Quod huius Pallæ vsus est inductus tanquam quid decentius, & opportunius, quoad modum in ordine ad colligenda fragmenta in virtute Constitutionis Clementis VII. de qua in *præced. quæst.* est tanquam interpretatio ritus ordinarij attento fine, & decentia seruanda in oblatione sacrificij. Et vt talis est approbatus ab Apostolica sede, & tanquam conformis facultati concessæ in dicta Constitutione, ibi *de missis præcipuè, & aliis diuinis officiis, seu horis canonicis, prout vobis melius videbitur celebrandis, & recitandis.* Rursus hic vsus non remanet exclusus per constitutionem Pij. V. vt constat ex dictis in *præced. quæst. numero* 5. ergo de mente Apostolicæ sedis est, quod quisque possit illum sequi, cum non sit verisimile, quod nolit ritum Romanum in aliqua circumstantia melioratum, & vt talem à se approbatum posse complecti.

Ad fundamentum in oppositum neg. quod talis ritus, seu vsus Pallæ sub Hostia sit persona, quia non continet aliquid concessũ personis. Nam est ipsemet ritus Romanus cum speciali circumstantia declaratiua, seu sic interpretatus, vt commodiori modo, & decentiori se habeat Et ideo æquiparatur iuri communi, quod in aliquo speciali loco cum aliqua speciali obseruantia & declaratione vigeret. Tunc autem sicut in illo loco posset quisque sequi ius commune sic interpretatum, ita etiam potest quisque sequi ritum Romanum cum prædicta interpretatione vbi illam habet. 6

Ex his colligitur Eos, qui non sunt addicti Ritui Romano, posse sequi hunc vsum non solum in Ecclesiis Clericorum Regularium, sed etiam in propriis, & vbicumque. Ratio est. Quia recipere possunt aliquam interpretationem, seu additamentum circumstantiæ supra ritum proprium, quod concernat maiorem decentiam, & securitatem, ne pereant fragmenta. 7

Secundo colligitur probabile esse, quod posset quisque addictus Ritui Romano etiam extra Ecclesias Clericorum Regularium complecti vsum huius Pallæ, quia cum non sit nouus ritus, vt dictum est, sed interpretatiua obseruantia prioris, ritus, habita præsertim ratione finis & decentiæ, & proinde sit idem ritus magis explicito modo accommodatus functioni, videtur hæc obseruantia tanquam valde accommoda functioni, trahi ab ipso ritu ad suam vniuersalitatem, & consequenter fieri commune omnibus, qui eumdem ritum sequuntu. 8

QVÆSTIO 794.

A quibus Corporalia lauanda sint:

SVMMA.

1 *Corporalia &c. lauanda à Diaconis.*
2 *Lotio Corporalium non spectat solum ad Diaconos, sed etiam ad humiles ministros, & quinam hi sint.*
3 *Antiquitus Corporalia erant lauanda cum maiori reuerentia.*
4 *Post primam lotionem Corporalia lauari possunt à Monialibus, etiam laicis.*
5 *Palla, quibus imponitur Host a eodem modo lauanda ac Corporalia.*
6 *Prima aqua, cum qua lauantur Corporalia, proiicienda in sacrarium.*

Constat, Corporalia, pallas purificatoria, & cætera linea, quæ inseruiunt ministerio sacrificij, esse lauanda, vt in ipsis conseruetur munditiès, quod autẽ Corporalia sint lauãda à Diaconis, habetur ex Cap. *Nemo per ignorantiam de consec. dist.* 1. vbi Clemens Papa ita disponit; *Pallas vero, & Vela sanctuarij, si sordidata fuerint, ministerio Diaconi cum humilibus Ministris intra Sanctuarium lauent non eiicientes foras à sacrario, & Velamina Dominicæ mensæ abluant ne fortè puluis Dominici corporis foris decidat. Syndonem verò non foris abluant, & erit hæc operanti peccatum. Idcirco intra sacrarium Ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire.* 1

ſanè peluis noua comparetur & præter hoc nihil aliud tangat, ſed nec ipſa peluis velis apponatur lauandus, niſi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. Palla alteri ſola in ea lauentur. In hoc autem Canone nonnulla habentur, quæ abrogata ſunt, nempe quod corporalia, & cætera linteamina lauantur in ſacrario, quia hoc hodie non ſeruatur, vt conſtat ex praxi. Secundò, quod iſta ita conſeruentur in ſacrario, vt extra ipſum non exeant, vt conſtat ex illis verbis. *Non eyciente foras à ſacrario*, ſiquidem hoc hodie non ſeruatur, nec intra ſacrarium, ita lauari poſſunt, vt reducerentur ad perfectam munditiam, ſicuti reducuntur.

2 Ex hoc autem canone colligitur, lotionem corporalium non ſpectare tantum ad Diaconum, ſed etiam ad humiles Miniſtros, vt conſtat ex illis verbis. *Miniſterio Diaconi cum humilibus Miniſtris intra ſanctuarium Lauent.* Per humiles autem Miniſtros non poteſt alios Pontifex intelligere, quàm inſeruientes in Miniſteriis infimis qui ſunt Clerici ordinati ſolis minoribus ordinibus, vndè his quoque demandari poterit lotio corporalium ſimul cum Diacono, & ideò non ſolum ſubdiaconus poterit in hoc munere deſeruire, vt deſeruit his temporibus, & notant Doctores ſed etiam initiati minoribus Ordinibus.

3 Rurſus etiam eſt aduertendum. Quod tunc temporis cum maiori reuerentia erant lauanda corporalia, quàm nunc, quia hodie vix fieri poſſit quod adſit aliquod fragmentum ſacrarum ſpecierum. At tunc temporis erat ferè moraliter certum, quod aduenit, vt ſignificat Pontifex, dum in citato canon. inquit, *ne fortè puluis Dominici Corporis fori decidat.* Quod inde proueniebat, quia panis conſecrandus, non ſolum erat vſualis, quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum loquendi, & formam artificialem, & conſecrabant non particulas pro vnoquoque ſcorſim, qui erat ſumpturus Euchariſtiam, ſed panes magnos, quos poſtea in altari frangebant diſtribuendos populo; vnde contigebant, in fractione plurima fragmenta, & aliqua ita minuta, vt eſſent inſtar pulueris, & hæc ita intermiſcebantur panno lineo, vt non facilè excuti poſſent, præſertim quia non eum imbuebant amicto, ſicut modo imbuitur, & ideo tunc magis exigebant lauari à perſonis ſacris, quam hoc tempore.

4 Et quamuis Tabiena *verbo.* Corporalia *n.* 19. *in fine* putet, quod abſolutè debeant corporalia lauari à Diaconis, itavt non liceat neque etiam Monialibus ea lauare poſt primam lotionem non obſtante conſuetudine, quæ non excuſet: attamen communiter docent, quod poſt primam lotionem lauari poſſent à Monialibus, & etiam Laicis. Ita D. Antonin, *part.* 3 *ſum. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. Caiet *in ſum. verbo.* Mulierum peccata *in fine.* Syluester *verbo.* Corporalia *n.* 2. *in fine,* Armilla *ibid.* Sà *verbo.* Miſſa *n.* 16. Henriquez *lib* 9. *ſum. cap.* 28. *n.* 3. *diſput. de Euchariſt. ſect.* 81. verſ. *Quarto addendum.* Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 26. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 8. *n.* 103. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. punct.* 9. *n* 23. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 1. *num.* 15. Ludouic. à S. Ioan. *in ſum. q.* 11. *de Euchariſt. art.* 19. *dub.* 2. *difficul.* 3. *in concluſ.* Coninch *de ſacram. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 249 Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *q.* 7. *n.* 62. Quartus *in Rubric. miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 3. *punct.* 6. verſ. *ſecundum eſt.* Nonnulli tamen ex his Doctoribus, & Suarez, Bonac. & alij dicunt, conuenientius eſſe, vt tribus lotionibus lauentur à perſonis Sacris. Ratio autem eſt, quia ideò non debent lauari primò à Laicis, aut Monialibus, quia benedicta ſint, nam hæc ratio haberet locum etiam poſt mille lotiones, cum per quaſcumque lotiones non amittant benedictionem, ſed quia fieri poteſt, quod ipſis adhæreat aliqua reliquia Corporis Chriſti. Hæc autem ratio ceſſat poſt primam lotionem, quia quælibet reliquia in prima lotione deſtruitur.

Quod autem dictum eſt de corporalibus habet locum etiam in pallis, quibus vtantur Clerici regulares, vt ipſis ſuperimponant hoſtiá, nam vt dictum eſt, ſunt pars corporalis, & funguntur munere corporalis. Rurſus etiam eſt intelligendum de purificaturijs, quibus abſterguntur calices labia, & digiti ſacerdotis, nam in ipſis militat potior ratio, quia faciliùs ipſis quam corporalibus adhærere poſſunt reliquiæ, præſertim ſanguinis Chriſti, quæ fortaſſe labijs, aut calici adhærent, & ideo etiam in prima lotione indigent maiori diligentia.

Denique eſt aduertendum, quod prima aqua, cum qua ſupradicta lauantur, proiicienda eſt in ſacrarium, quia cum fieri poſſit, quod in lauandis adfuerit aliqua reliquia, quamuis corrumpatur in prima lotione, adhuc tamen illa aqua tanquam aliquo modo ſanctificata eſt habenda in reuerentia, & proinde proiicienda in ſacratium, vt ſtatuitur in cap. *Nemo per ignorantiam, De conſecrat. diſt.* 1. 6

QVÆSTIO 795.

An ſi Laici aut Moniales lauent corporalia prima lotione peccent mortaliter,

SVMMA.

1 *Corporalia an ſub mortali lauanda in prima lotione à perſonis ſacris.*
2 *Cur à perſonis ſacris lauanda.*
3 *Si Corporalia lauentur à perſonis non ſacris eſt ſolum peccatum veniale.*
4 *Lotio corporalium non exigit perſonam ſacram.*
5 *Lotio corporalium per perſonas ſacras non præcipitur.*
6 *Diſpoſitio cap.* Nemo de conſecrat. diſt. 1. *eſt abrogata.*
7 *Ratio, quam affert, ſupra quod cadat.*
8 *Nunc non habet locum cauſa finalis illius diſpoſitionis.*
9 *Proiicere extra ſacrarium primam lotionem corporalium non eſt peccatum graue.*

QVamuis plures Doctores tradant, Corporalia eſſe lauanda in prima ſaltem lotione à perſonis ſacris, non tamen explicant, an hæc ſit obligatio grauis ſub mortali. Quod hæc obligatio ſit ſub mortali tradit Villalob. *part.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficult.* 29. *n.* 5. Excuſat tamen à mortali Laicos lauantes in prima lotione, ſi delicatè appræhendant ſolam extremitatem corporalium, & immittant in aquam abſque eo, quod manum in eandem aquam immittant. Addit eſſe mortale, ſi prima lotio proiiciatur extra ſacrarium: non eſſe tamen mortale, ſi in prima lotione lauentur in riuo aquæ fluentis. 1

Fundamentum huius ſententiæ deſumitur ex cap. *Nemo per ignorantiam, de conſecrat. diſt.* 1. vbi redditur ratio propter quam à perſonis Deo dicatis ſint lauanda, *Ne fortè puluis Dominici corporis foris decidat.* Ob quam rationem Tabiena *verbo.* Corporalia *num.* 1. Syluester *num.* 2. Angel. *num.* 1. dicunt quod conſuetudo, quod lauentur à laicis tanquam, irrationabilis non poteſt ſubſiſtere. 2

Dicendum tamen eſt *Non eſſe peccatum mortale ſed ad ſummum veniale, ſi corporalia, & purificatoria in prima lotione lauentur à Laicis.* Ita Ludouic. à S. Ioan. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchariſt. art.* 19. *dub.* 2. *difficult.* 4. *concluſ.* 1. Quintus *concluſ.* 2. limitat niſi adſit contemptus Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 1. *num.* 15. in fine. Quartus *in Rubr. miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 3. *dub.* 3. verſ. *difficultas eſt.* Ratio eſt quia quod prima lotio fiat à Laicis non dicit aliud ſupra lotionem, quæ fit à perſonis Sacris, ratione cuius prohibita eſſe poſſit 3

quoad

quoad Laicos, nisi contactum. Quod autem corporalia tanguntur à Laicis secluso contemptu tradunt communiter, esse tantum peccatum veniale: imo quam plures, nullum esse peccatum, si ex causa id fiat. Vnde miror, quod aliqui id doceant, & postea velint esse peccatum mortale, quod corporalia lauentur in prima lotione à Laicis.

4 Prætcrea Lotio prima corporalium non est actio sacra neque ex obiecto, neque aliunde, sed consistit in solo contractu rei sacræ, qui Laicus prohibitus nō est: vnde tangunt alias res sacras, vt vestes sacras, aquā exorcizatam, lapidem sacratum altaris licet vnctione consecratum, vt quando cœmentarij calce liniunt sigillum. Ergo non exigit ex se personam Deo consecratam, sed quod fiat à personis sacris, est tantum ob maiorem reuerentiam, ita tamen vt oppositum non sit irreuerentia. & id non exigatur ex natura actionis, sed solam minor reuerentia.

5 Neque obstat text. cap. *Nemo per ignorantiam, de consecrat. dist.* 1. Quia in primis non est præceptiuus, sed tantum directiuus tradens modum, quo cum summa reuerentia linteamina sacra debeant lauari. Quod ex eo patet quia est Clementis Papæ desumptus ex ipsius *Epist. ad Iacob. fratrem Domini*, in qua ipsum instruit circa sacra linteamina. & nullum ponit verbum, vnde colligitur præceptum, quod vtique fecisset, si voluisset præcipere, sicut fecit statim, quando voluit, quod hæc linteamina custodirentur intra sacrarium subdit enim. *Idcirco intra sacrarium ministerio præcipimus, hæc sancta cum diligentia custodire.*

6 Deinde in hoc Text plura præscribuntur. Primò, quod lauantes fiot Diaconi cum humilibus Ministris, Secundo, quod lotio fiat intra Sanctuarium, ibi. *Intra Sanctuarium lauent.* & ibi *non eiicientes foras à Sacrario.* Tertiò non solum est sermo de Corporalibus, sed etiam de aliis linteaminibus, & rursus ibi *& velamina Dominica mensa.* Et rursus ibi: *Pallas verò, & vera Sanctuarij*, & rursus ibi *Syndonem verò non foris abluant.* Vnde cum per Syndonem intelligatur Corporale, vtpote quia repræsentat Syndonem, in qua Corpus Christi inuolutum fuit oportet, quod per Pallas, & vela intelligantur cætera linteamina. Hic autem canon est abrogatus quoad lotionem faciendam intra Sanctuarium. Tum quoad alia linteamina, quæ à laicis in prima lotione lauantur, vnde non video cum non debeat censeri abrogatus etiam quoad tertiam partem.

7 Denique Ratio, quam affert Text: *Ne forte pulnis Dominici corporis foris decidat*, ob quam Syluester, Tabiena, Angelus *num.* 2. citati dicunt, consuetudinem, quod lauentur à laicis, esse irrationabilem, non affertur à Pontifice pro eo, quod dixerat, quod lauentur Miuisterio Diaconi cum humilibus Ministris, quia non congruit huic dispositioni; nam puluis Dominici corporis potest foris decidere, tam si lauentur à Diacono, quam si lauentur à laicis, sed affertur pro eo, quod dixerat, quod lauent intra Sanctuarium, & huic congruit, quia si decideret puluis Dominici corporis, foris extra Sanctuarium decideret, si extra ipsum lauarentur. Vnde si hæc ratio redderet consuetudinem irrationabilem, non redderet illam quod lauētur à laicis, sed illam quod lauaretur extra Sanctuarium, quæ nihilominus introducta est. & subsistit.

8 Accedit etiam quod ista hodie non habet locum, quia, vt notatum est in Superioribus, fundabatur in eo, quod pro communione Fidelium consecrentur panes magnæ quantitatis cocti, eo modo quo coqui solet panis vsualis, & postea in frusta minuta frangerentur, quod fieri non poterat, nisi cum magna quantitate fragmentorum, & eorum præcipuè, quæ instar puluis adhærerent linteis, quæ in ipsis permanebant, nam fragmenta grandiora dabantur edenda pueris innocentibus. Hæc autem in præsenti cessauerunt, quia & modus coquendi panem pro Eucharistia, & formatio particularum pro singulis communicandis, abstulit occasionem horum fragmentorum, & consequenter fecit cessare rationem allatam in tex. atque adeo etiam dispositionem in ipsa fundatam.

9 Ex dictis colligitur. Quod quamuis valde decens sit aqua, in qua primum lauantur Corporalia, & purificatoria, tractetur cum ista reuerentia, vt proiiciatur in sacrarium noo erit tamen peccatum secluso contemptu proiicere extra sacrarium in loco tamen decenti, vt aduertit etiam Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 11. *de Eucharist. art.* 19. *dub.* 2. *difficult.* 4. *append.* 1. Nam circa hoc nullum adest præceptum, cum Canon. *Nemo per ignorantiam de consecrat. dist.* 1. quoad hanc partem lotionis sit solùm directiuus, vt dictum est. Et ideo solùm seruari debet, quod exigitur ex natura rei nempe, vt non proiiciatur in loco immundo, de cætero autem parum refert, quod resoluatur in sacrario, aut in loco alio decenti.

10 Secundò colligitur, quod non erit peccatum saltem graue, lauare Corporalia, & purificatoria aqua currenti, vt notant etiam Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 29. *n.* 5. Quia aqua lotionis statim miscetur cum alia, & dispergitur, itavt non remaneat quidquam, quod dici possit fuisse loturam Corporalium, quod irreuerenter tractari possit; vnde statim obtinetur id, quod intenditur dum lotura proiicitur in sacrarium, quod scilicet consumatur.



DE ORNATV SACERDOTALI.

Ad offerendum sacrificium requiruntur in Sacerdote aliquis specialis ornatus vestimentorum, sicut etiam fuit obseruatum in veteri testamento, vt scilicet appareat, quod accedit ad actionem offerendi sacrificium nomine Ecclesiæ, tanquàm publicus Minister, & ad conciliandam functioni Maiestatem, & reuerentiam. Circa hunc autem ornatum Sacerdotalem occurrunt nonnullæ difficultates, quæ modo explicandæ sunt.

QVÆSTIO 796.

An ornatus Sacerdotalis sit necessarius, & in quibus vestibus consistat.

SVMMA.

1 *Qui tractent de ornatu Sacerdotali.*
2 *Ornatus Sacerdotalis necessarius in oblatione sacrificij.*
3 *Dispositio Concil. Bracharens. circa ornatum Sacerdotalem.*
4 *Orarium habitus Sacerdotalis, & quomodo. Quando deferendum.*
5 *Quas vestes importet ornatus Sacerdotalis.*
6 *Cingulum non est pars ornatus Sacerdotalis.*
7 *Manipulus an propriè vestis ornatus sacerdotalis: & eius origo.*
8 *Rocchetum & superpelliceum, an pertineat ad ornatum sacerdotalem.*
9 *Sacerdotes antiquitùs in offerendo sacrificio vtebantur Dalmatica.*

1 De sacro ornatu Sacerdotis agunt Amalar. *lib.* 2. *de offic. Ecclesiast.* Vualfrid. Strabo. *de reb. ecclesi.* cap.

*cap.*24. Rupertus *lib.*1. *de diuin. offic.* Alcuin. *lib. de offic. Ecclesiast. cap. de vestib. sacr.* Rabanus *lib.* 1. *de instit. Cleric.* Vgo Victorin. *lib.*1. *de sacram. par.*4. Innocent. III. *lib.*1. *de myst. missæ* D. Bonauent. *tract. de explicat. missæ*, Durand. *lib.* 3. *de diuin. offic. cap.* 1. Vndè constat quod perpetuò & continuo vsu adhibitus est in oblatione sacrificij specialis ornatus à Sacerdoribus.

2 Dicendum, 1. *Vestes sacerdotales secundum Ecclesiæ institutionem esse necessarias in oblatione sacrificij pro ornatu sacerdotali.* Ita docent communiter Doctores, & desumitur ea cap *Episcopus de consecrat. dist* 1. desumpto ex *Epistol.*1. *decret.* Anacleti Papæ, vbi statuitur, quod Episcopus sacrificans habeat secum Ministros sacris vestibus indutos, & ex cap *Vestimenta ead. dist.* desumpto ea *epist.*1. *de ret. cap* 3. Stephani Papæ, I vbi statuitur. Vestimenta Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, debere esse sacrata, nec aliis vsibus inseruire.

3 Sed celebris est text. in cap. *Ecclesiastica dist.*23. desumptus ex *can.* 3. Concilij III Bracharens. quod licet sit prouinciale, continet tamen nonnulla notatu digna. Ita autem habet. *Ecclesiastica & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos, cum ordinatur orario vtroque humero ambiatur, sicut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera, & aduersa virtutum semper ornamento vtroquè circumseptus appareat humero. Quæ ergo ratione tempore sacrificij non assumit, quod se in sacramento accepisse, non dubitatur. Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecrationis honore, hoc retineat, & in oblatione, vel perceptione suæ salutis scilicet, vt cum Sacerdos ad Missarum solemnia accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut, & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus; ita vt de vno eodemque orario Ceruicem pariter, & vtrumque humerum premens, signum in suo pectore preparet Crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat.*

4 In hoc tex. nonnulla obseruanda sunt. Primo quod habitus proprius sacerdotalis est orarium, seu Stola circa Collum, & ab vtroque humero descendens ad pectus, & supra ipsum formans Crucem, & quod Stola est proprium ornamentum Sacerdoris, cum de ipsa Stola fiat mentio, tanquàm de ea, quæ traditur, dum consecratur Sacerdos. Secundò, quod Stola in consecratione sua traditur Sacerdoti modo, quo eam deferre debet, quia dum eleuatur ad dignitatem Sacerdotalem, debet etiam indui habitu proprio dignitatis. Tertiò quod huiusmodi Orarium, seu Stolam deferre debet modo supra explicato, quoties accedit ad offerendum sacrificium: & quod ideò deferre debet, quia accedere debet ad offerendum eo modo, quò consecratus est ad hoc munus. Quarto quod deferre debet huiusmodi ornatum, etiam quando accedit ad sumendam Eucharistiam. Quinto quod corrigit abusum eorum, qui non deferebant Stolam, quando offerebant Sacrificium sub pœna excommunicationis, quam dum vocat debitam, videtur supponere, quod aliàs huiusmodi excommunicatio esset imposita.

5 Dicendum 2. *Vestes componentes ornatum Sacerdotalem enumerat sex, nempè Amictum, Albam, Cingulum, Stolam, seu Orarium, Manipulum, Casulam, seu Planetam,* quæ recensentur etiam in Concil. Demensi *can.* 4. Ita communiter Doctor Diu. Th. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 3. *art.*4. Durand. *lib.* 3. *de diuin. offic. cap.* 1. *n.* 18. Vualdens. *tom.*3. *de sacram. tit.*4. *de Missa cap.*29. *n.*5. D. Antonin. 3. *part. tit.* 14. *cap.*16. §. 10. Tabiena *verbo* Missa *n.* 10. Angel. *num.*35. Armilla *num.* 6. Syluester *quæst.*2. vers. *Secundum* Palud. *in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 5. *art.* 1. *conclus.* 7. Sotus *dist.*13. *q.* 2. *art.*4. Azor. *part.* 1. *sum. c.*149. *conclus.* 23. Henriquez *lib.*9. *sum. cap.* 29. *num.*4. Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.*2. *dicto* 2. Pax. Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.*4. *tit.* 1. *num.* 260. Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 11. *de Eucharist. art.* 16. *dub.* 1. *conclus.* 2. Garaia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.*4. *punct.* 1. *num.* 2. Faustus *de Eucharist. lib.* 2. *de sacrific. Miss. quæst.* 250. Quod autem hæ vestes requiruntur ad componendum ornatum Sacerdotalem prouenit ex institutione Ecclesiæ, supposita tamen exigentia Sacrificij, quæ sicut exigit offerri à speciali persona consecrata, ita etiam specialiter ornata, prout exigit munus, quod exercet; hoc autem ornamentum determinatum est ab Ecclesia.

Est tamen aduertendum circa hunc ornatum, quod Cingulum, non est propriè vestis, nec pars ornatus Sacerdotalis, sed introductum est solum in adiumentum Ornatus, vt scilicet supra Albam cingeretur Sacerdos, quia cum alba eadem inseruiat modò pro vno, & modo pro alio Sacerdote, & Sacerdotes non sint eiusdem staturæ, facta est satis longa, vt vnicuique inseruire posset; vndè opus fuit Cingulo; vt posset ab ipso substentari, ne impediret gressum. Vndè si alba esset ad mensuram. nihil indecens esset, si non cingeretur, vt constat in Clericis Hispanis, qui non cingunt vestem talarem, quam cæteri cingunt; imò nescio quid maioris grauitatis præsefert. 6

Similiter quoque Manipulus, non est propriè vestis 7
componens ornatum Sacerdotalem, quod satis constat ex introductione ipsius. Nam antiquitus nihil aliud erat, quam Sudariolum alligatum in brachio sinistro, quo vtebatur Sacerdos ad tergendum sudorem, nares, & oculos, si opus esset, vt desumitur ea Amalario *lib.* 2. *de reb. Eccles.* ibi. *in manu sinistra Sudarium, siue Mappula portatur, vt eo detergamus sudores.* Sumit autem manum pro brachio, nam certum est, quod non potuit portari in manu alioquin non fuisset expedita pro functionibus, quæ exercendæ sunt in Missa, & ex Stephano Durand *lib.* 2. *de ritib. Eccles. cap.*9. *num.*16. vbi de ipso loquens ait. *In sinistra parte gestatur, quæ pituitam oculorum, & narium detergimus* Ex quo manifestum fit, quod non fuit institutus pro ornatu Sacerdotis, sicut modo non est institutum Sudariolum, quod cingulo annexum defertur ad eundem finem. Paulatim postea fuit immutatus, ita vt fieret ex eadem materia, ex qua clausula, & sicut fuit introductus ob necessitatem, ita postea conuersus fuit in ornamentum, ita vt desineret inseruire muneri, pro quo erat inductus, & aliud Sudariolum introduceretur. Vnde solum ex consuetudine non autem ex institutione Ecclesiæ conuersum est in ornamentum. Nec credo hanc consuetudinem habuisse motiuum ex aliqua significatione mystica, sed solùm ex libera voluntate, quatenùs maior quædam decentia fuit considerata.

Denique circa vestes Sacerdototales est aduertendum, quod Rocchettum pro Prælatis, & Superpelliceum pro cæteris pertinet ad ornatum Sacerdotalem, nam supra ipsa induere debent albam. Siquidem etiam Sacerdotes ordinarij, priùs induere debent superpelliceum; si commodè possint, deinde Albam; vt disponit Rubrica *part.* 2. *de præparat. sacer. tit.* 1. *num.* 2. ibi. *Induit se, si sit Prælatus sæcularis supra Rocchettum, si sit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos sæcularis, supra superpelliceum si commodè haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes.* 8

Rursus etiam est aduertendum, quod antiquitus Sacerdotes in offerendo Sacrificio vtebantur Dalmatica, & postea loco illius successit casula, vt desumitur ex Vualfrido Strabone, *de reb. Eccles. cap.* 24. ibi. *Primo quidem Sacerdotes Dalmaticis ante casularum vsum induebantur: postea verò cum casulis vti cœpissent, Dalmaticas Diaconibus concesserunt.* Vnde modo non potest Dalmatica connumerari inter vestes Sacerdotales, cum iam ipsi renunciatum sit, & reposita inter ornamentum Diaconale. 9

QVÆST.

QVÆSTIO 797.

Ex quanam materia constare debeant vestes Sacra

SVMMA.

1 *Materia vestium non est de iure, nec institutione Ecclesiæ determinata.*
2 *Amictus, & Alba ex consuetudine sunt linea.*
3 *Cingulum constare potest ex qualibet materia apta.*
4 *Materia Casulæ, Stolæ, & Manipuli potest esse quæcunque habilis.*
Nec necessaria est eadem pro omnibus.
Pluuiale, & Dalmatica non habent determinatam materiam.

1 NIhil esse in iure, quoad hoc determinatum, aut ex institutione Ecclesiæ notant Vualdens. *tom.* 3. *tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quest.* 2. *art.* 4. vers. *Alba.* Henriquez *lib.* 9. *sum.cap.* 29. *num.* 4. Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 2. ver. *secundo est obseruandum.* Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 7. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 157. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 3. *punct.* 1. *num.* 14. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. Quartus *in Rubric. Missal. part.* 1. *tit.* 19. *dub.* 5. *init.* Vnde solum requiritur materia, quæ ex natura sua sit apta pru his vestibus in ordine ad functioocm, quam præstare debent.

2 Quod tamen spectat ad Amictum, & Albam, coosuetndine antiquissima introductum est, quod sint ex lioo, vt constat ex omnibus scribentibus de teb. Eccles. & obseruant communiter Doctores, præsertim citati *num. præced.* Quæ consoetudn est omninò seruanda tâquam communi Ecclesiasticorum consensu, & Capitis ipsorum firmata, quod sufficit, vt in hae rituali materia habeat vim legis. Linum tamen sumi debet in sua tota latitudine, prout etiã complectitur gossipinm Hoc ramen non obstat, qnia hæ vestes ornati possint serico, auro, & similibus ornamentis, quod etiam vsu comprobatur.

3 Quod spectat ad Cingulum, quamois regulariter ex lino confici soleat, non tamen hoc est necessarium; vt notant iidem Doctores, *num.* 2. citati, & constar etiam ex praxi, nam solent adhiberi cingula, & cum setico, & etiam cum auro intexto. & proinde constare poterit ex qualibet materia apta ad cingendum. Quod & etiam deducunt Doctnres, Suarez *num.* 1. *citat.* Sà *verbo* Missa *num.* 9. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. Gauant. *in Rubr. Missal. part* 3. *tit. de mensur.* Quart. *in Rubr. Missal. part.* 1. *tit.* 19. *dub.* 5. ver. *Dico* 2. in fine, & alij: Quia nimirùm Stola potest inseruire pro cingulo, & tamen fit ex varia materia, sicut etiam fit casula. Vnde non requirit nisi materiam aptam ad cingendum.

4 Quod spectat ad Casulam, Stolam, Manipulum, quamuis soleant confici ex eadem materia vniformi, hoc tamen non est oecessarium, sed possent esse etiam difformes, siquidem vniformitas seruatur solum ob maiorem venustatem. Materia autem Casulæ, sicut & Stolæ, & Manipuli potest esse quæcunque, quæ sit apta pro fuoctione ipsarum, dummodò sit decens ministerio Sacerdotali, siue sit lanea, siue linea, siue setica, siue auro intexta, vt notant Doctores *num.* 1. & 3. citati, & communiter, & constat ex praxi, quia nimirùm, neque de inre, neque de consuetndine aliquid determinatum est. Vnde in materia harum vestium, nihil est determinatum, nisi quod prouenit ex natura rei, vt oimirùm sit materia apta pro vestimentis, & decens pro functiooe Sacrificij. Quò tamen materia præciosior fuerit, eo decentior erit pro functione, quæ est peragenda.

Ex dictis colligitur cum Quarto *in Rubr. Missal. part.* 1. *tit.* 19. *dub.* 5. ver. *colligitur idem.* Pluuiale, & Dalmaticas non habere determinatam materiam, ex qua constare debeant, sed posse fieri ex quacunque decenti, & apta pro functione, qua fungi debent: vndè vt plurimùm constare soleot ex ea maretia, ex qua conficiuntur Casulæ. Imò qui delectantur veoustate in rebus Ecclesiasticis curare solent quod planetæ, & Dalmaticæ, sint ex eadem materia vniformi: hæc enim vniformitas materiæ valdè confert ad decorem. 5

QVÆSTIO 798.

De forma artificiali, & colore Sacrarum vestium.

SVMMA.

1 *Forma vestium Sacerdotalium pendet ex consuetudine.*
2 *Singula vestes habent propriam formam.*
Non potest notabiliter variari sine peccato.
3 *Color sacrarum vestium est consuetudine determinatus.*
4 *Consuetudo hæc non obligat.*
5 *Vti indifferenter coloribus secluso scandalo, & negligentia non est peccatum.*
Color niger, quando adhibendi sunt colores lætitiæ, non potest adhiberi.
6 *Aureus color pro vnoquoque colore inseruire potest.*
7 *Cur in festis Virginum, & Martyrum adhibeatur color Rubeus.*
8 *Color ornatus Altaris officio, an potius Missæ congruere debeat.*

FOrma artificialis harum vestium pender ex consuetudine, quia de ipsa, nihil reperio sancitum, imò nec semper eadem fuit. Dalmatica enim fuit prius introducta sine manicis. Si autem Syluester Papa manicas addidit. Casula, seu Planeta erat prius tam lata, quàm longa ad eum ferè modum, quo hodie est Pluuiale, sed non aperta à parte anterioti, sicut pluuiale. & Sacerdos eam obuoluebat super brachia, quam formam ego vidi in nonnullis Planetis antiquis, quæ apud varias Ecclesias non paucis ab hinc annis conseruabantur, sed paulatim ob commoditatem diminui cæpit in latitudine, dooec ad hanc formam præsentem ioducta est. 1

Sed quamuis circa formam nihil sit determinatum à iure, à consuetudine tamen est singulis vestibus determinata propria forma, & cum hæc consuetndo inducta sit cum approbatione Ecclesiæ, quæ ipsam admisit quoad publicas functiones, quas eius ministri nomine ipsius exercent, obtinuit vim legis in hac materia ritnali, & æquiualet institutioni Ecclesiæ, quia facto ipso instituit hanc formam. Vndè non liceret, absque peccato graui eam totaliter variare, non solum ob scandalum, & vsurpationem auctoritatis publicæ, ad quam spectat determinare, quæ concernunt functiones publicas; sed etiam quia in re graui faceret cõtra ritum publicum Ecclesiæ, atq. adeò grauiter læderet ordinem publicum, quo Ecclesia moderatur ritus Sacros. Posset tamen admitti aliqua variatio, quæ non indueeret nouam formam, sed solum præsentem alteraret præsertim si ad maiorem decentiam, aut venustatem conferret. Excipiendum tamen est cingulum, quia nullam habet formam determinatam, nisi eam, quam requirunt cingula in genere, vt scilicet sint apta ad cingendum. Quod etiam ex eo constat, quia vti possemus eadem stola etiam pro cingulo, vt dictum est *in præcedenti quæst.* 4. 2

Quod

3 Quod spectat ad colorem sactorum indumentorum nihil quoque in iute determinatum est. Solùm ex cõsuetudine quinque colores adhibentur, nempè albus, robeus, viridis, violaceus, & niger, qui etiam præscribuntur in Rubr. gener. *tit.* 18. *de colorib. paramen. num.* 1. ibi: *Paramenta Altaris, Celebrantis, & Ministrorum, debent esse coloris conuenientis officio & Missa dici secundum vsum Romana Ecclesia, qua quinque coloribus vti consueuit, Albo, rubro, viridi, violaceo, & nigro.* Hæc tamen Rubrica, non est præceptiua, sed directiua, vt inter alios notant Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 2. *not.* 2. Homobonus *par.* 3. *Exam. Eccles. tract.* 4. *cap.* 15. *quæst.* 144. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 13. ver. *Rursus.* Faust. *de Eucharist. lib.* 2 *de sacrific. miss. quæst.* 250. ver. *Circa autem*, io fine. Quartus *in Rubric. Missal. part.* 1. *titul.* 18. *dub.* 1. *init.* Neque enim constat verbis præceptiuis, sed tantum explicat congruentiam, & id, quod consueuit fieri. Consuetudo tamen obtinuit, quod alij colores inseruiant pro iis, quibus assimilantur, imò quod plures colores inuicem misceantur, & quod eadem Casula inseruiat pro diuersis coloribus.

4 Nonnulla difficultas est, an hi colores cadant sub obligatione ratione consuetudinis. Sed neque adesse obligationem, ex consuetudine sentiunt iidem Doctores, dum absolutè dicunt, quod non adsit obligatio. Neque enim est consuetudo, tanquam de re necessaria pro reuerentia sacrificij, sed solum tanquam de re conuenienti, & proindè voluntaria, & facultatiua, & proindè nullo vnquam tempore inducens obligationem Quod etiam ex eo colligi potest, quod casulæ acu pictæ variis coloribus adhibentur indifferenter pro quocumque colore.

5 Ex his sequitur, quod secluso scandalo, negligentia, aut alio huiusmodi titulo, non erit peccatum vti indifferenter huiusmodi coloribus, quantum est ex parte obiecti, seclusa tamen causa rationabili, vix poterit vitari peccatum veniale. Et ita notant *num.* 2. citati. Videtur tamen excipiendus color niger; qui tanquam color mortis, & mœstitiæ, si adhiberetur, quando adhibendi sunt colores lætitiæ, contineret contemptũ, & irreuerentiam in cultu Diuino, contra præceptum Diuinum naturale tractandi res sacras reuerenti modo & posset esse peccatum mortale ratione circumstantiarum, vt si publicè adhiberetur, præsertim in aliqua solemnitate. Et ideò sicut sufficit quæcumque causa, etiam rationabilis, vt possit sine peccato vnus color pro alio adhiberi, ita requiritur grauis, vt adhibeatur niger, quando esset adhibendus color lætitiæ, quæ sit sufficiens, vt cessare faciat contemptum, & irreuerentiam, quæ autem causa sufficiat, arbitrio prudentis viri iudicandum relinquitur.

6 Sequitur 2. quod color auri, seu quod vestes panno aureo; vulgò *Lama d'oro*, inseruire possit pro quolibet alio colore, vt notat etiam Quartus *in Rubr. missal. part.* 1. *tit.* 18. *dub.* 2. propter affinitatem, quam habet cum omnibus aliis coloribus, ratione cuius videtur mixtus ex omnibus, & eos eminenter continere. Sicut enim aurum supereminet omnibus metallis, ita, & eius color superueniet omnibus coloribus, & ratione huius supereminẽtiæ possent omnibus æquiualere. Et quamuis Quartus *citat.* dicat non esse substituendum pro violaceo, & nigro in diebus ieiuniorum, & Afflictionũ quia est color festiuus; attamẽ hoc non vrget, quia si habet æquiualentiam pro omnibus coloribus, pro omnibus substitui potest, nec obstat preciositas materiæ, nam etiam in funeribus feretrum tegi solet culcitris aureis. Et ille aliqualis pallor auri facit, quod color congruat etiam pœnitentiæ & tristitiæ.

7 Sequitur. 4. Cur in festis Virginum, & Martyrum potius adhibeatur color congruens Martyris, quam congruens virginitati, nempe rubeus. Quia nimirùm Martyrium præualet virginitati, vt notat etiam Quartus *in Rubr. Missal. par.* 1. *tit.* 18. *dub.* 5. ver. *Respondeo*, iuxta dictum Christi Io. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat, quis pro amicis suis.* Et ratio est, quia Martyrium imperatur ex perfectissimo actu charitatis, quæ facit, quod propter Deum exponatur vita, quæ est maximum bonorum, quod in præsenti sæculo habere possumus, cum sit fundamentum ad participanda bona huius vitæ, & proindè facit, quod in actu exercito Deus anteponatur bonis omnibus huius vitæ. Charitas autem ex genere suo est perfectissima omnium virtutum.

8 Sequitur 3. vt contra Quartum *in Rubr. Missal. par.* 2. *tit.* 18. *dub.* 3. ver. *Dico secundo*, notat etiam Gauant. *in ead. Rubr. Missal par.* 1. *tit.* 18. *num.* 6. Ornatum Altaris, etiam dum cantatur Missa conuentualis, quando commodè mutari non potest, debere potiùs in colore conuenire cum officio, quàm cum missa. Nam quamuis Altare sit propter Sacrificij oblationem. Ornatus tamen Altaris, quale est pallium, nõ est propter oblationem Sacrificij, cum non sit necessarium in ordine ad ipsam, sed in ordine ad celebrationem diuinorum officiorum: & proinde ille color, qui congruit ratione Diuini officij, congruit per se, qui autem exigitur à Missa quæ discordat ab officio, congruit per accidens. Rectus autem ordo postulat, vt quando vtraque locum habere non possunt, præferantur, quæ congruunt per se iis, quæ congruunt per accidens.

QVÆSTIO 799.

An sint necessaria alia vestes Sacra, & quales esse debeant.

SVMMA.

1 *Materia Pluuialis, Dalmatica, &c.*
2 *Forma harum vestium est consuetudine determinata.*
3 *Pluuiali quando vtendum.*
4 *An sit peccatum non vti Pluuiali, quando præscribitur a Rubrica.*
5 *Functiones Sacra sine vestibus sacris non possunt sine peccato graui exerceri.*

1 INter Vestes sacras enumerantur etiam Pluuiale, Dalmatica, & Tunicella, quæ inseruiunt pro Diacono, & Subdiacono, & pro illo Stola, & Manipulus, & pro isto Manipulus tantum: & pro vtroque Amictus, Cingulum, & Alba. Quod spectat ad materiam Pluuialis, Dalmatiæ, & Tunicellæ solet esse eadem cum materia Planetarum, ita vt confici possint ex quacunque materia habili pro vestimentis & decenti pro Ministerio, cui debent inseruire. Et quamuis valdè conferat ad splendorem ex necessitate, quod sint omnes vniformes ex eadem materia cum planeta, hoc tamen non est necessarium, quia nulli ista vniformitas præscribitur: imò obseruari alicubi in missis solemnibus, celebrantem vti planeta preciosiori, quàm essent vestes Ministrorum.

2 Circa formam quoque artificialem. nihil habemus determinatum, adest tamen consuetudo quæ continuo vsu præscripsit formam, quæ cum sit circa rem publicam, seu inseruientem pro functione publica Ecclesiæ, atque adeò cum approbatione eorum, qui possunt leges ferre vt etiam dictum est de consuetudine Sacrarum vestium Sacerdotis, transiuit in legem, & ideò, modo non liceret variare talem formam, quia quæ sunt publica non possunt subesse priuatæ dispositioni. Variare tamen in aliquo formam, dummodò non destrueretur

ſtrueretur, poſſet admitti, præſertim ſi variatio conferret ad maiorem decorem, & venuſtatem.

3 Quod ſpectat ad vſum Pluuialis, Rubrica determinat quando vtendum ſit *par.1 tit.19.num.3* ibi *Pluuiali vtitur in Proceſſionibus, & Benedictionibus, quæ fiunt in Altari, in officio Laudum, & Veſperarum, quando ſolemniter dicuntur. Eodem vtitur Aſſiſtens celebranti in Miſſa Pontificali. Item quando celebrans poſt Miſſam Defunctorum, facit in fine abſolutionem.* Hæc tamen Rubrica non eſt præceptiua, ſed tantùm directiua, vt inter alios in ſpecie notat Quartus *in Rubr. par.1 tit.19.dub.1.init.* Quia nec continet verba præceptiua, nec ad ipſum ſe extendit conſtitutio Pij V. præfixa miſſali, nam diſponit ſolùm de ritibus, quibus componitur actus celebrationis. Vnde etiam citata Rubrica *num. 4. ſequenti*, ita diſponit. *Cum Pluuiale haberi non poteſt in in Benedictionibus, quæ fiunt in Altari, Celebrans ſtat ſine Planeta, cum Alba, & Stola*

4 Ex quibus colligitur. Quod, ſi in prædictis functionibus, de quibus in Rubr. *num. præced.* allata, non adhibeatur Pluuiale, quantum eſt ex obiecto, neque venialiter peccabitur. Difficile erit tamen vitare peccatum veniale, ratione motiui, quod habebit omiſſio, niſi ſit aliqua rationabilis cauſa, quæ licet leuis, ſufficiet ad ipſum excludendum. Nam vel aderit negligentia, vel quidam contemptus ritus ſacri, vel aliquid aliud ſimile contrarium rectæ rationi, atque adeo iuri naturali diuino, quo obligamur tractare res ſacras decenti modo. Vnde omittens decentiam præſcriptam à Rubricis abſque rationabili cauſa, facit contra hoc ius, atque adeo peccat, vel grauiter, vel leuiter iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ.

5 Colligitur 2. Quod ſi quis exerceret functiones ſacras publicas, nempè benedictiones, proceſſiones, ſine aliqua veſte ſacra, peccaret mortaliter, vt aduertit etiam *in Rubrica Miſſal.par.1.tit.19.dub.1.* ver. *Colligitur ſecundò.* Non ſolùm ſi adeſſet concurſus Populi, ſed etiam abſque ipſo. Nam functio ipſa cum ſit publica ex ſui natura, & exerceatur nomine Eccleſiæ per publicum Miniſtrum ad id ſpecialiter conſecratum, exigit quod Miniſter tanquam talis etiam in habitu externo illam exerceat, & oppoſitum continet contemptum talis actionis, & eſt grauiter contrarium iuri naturali diuino obliganti ad tractandum cultum Diuinum, & res ſacras reuerenti modo. Et ſicut quis grauiter offenderet Principem, qui electus ad aliquam functionem publicam coram ipſo exercendam in certo habitu ſolemni, illam exerceret in habitu ſuo priuato, ita vt iure ſe grauiter contemni exiſtimaret. Sic etiam in caſu præſenti.

QVÆSTIO 800.

An Ornatus Sacerdotalis, & aliorum Miniſtrorum ſit benedicendus.

SVMMA.

1 *Ornatus Sacerdotalis habet quoad ſingulas partes myſticam ſignificationem.*
2 *Significatio Amictus.*
3 *Alba ſignificatio myſtica.*
Cinguli ſignificatio.
4 *Manipulus quid ſignificet.*
5 *Quid ſignificet Stola.*
6 *Caſulæ ſignificatio.*
7 *Veſtes ſacræ ſunt benedicendæ.*
8 *Vnde id habeatur.*
9 *Cingulum an neceſſariò benedicendum*, & num. ſeq.
10 *Nomine veſtium quæ veniant.*
11 *Pluuiale an benedicendum*, & num ſeq.
12 *Dalmatica, & Tunicella an benedicenda.*

1 ORnatum Sacerdotalem, quoad ſingulas ſuas partes habere myſticam ſignificationem, conſtat ex iis, qui ſcripſerunt de rebus Eccleſiaſt. Alcuin. *lib. de offic. Eccleſiaſt. cap. de veſtib. Sacerd.* Amalar *lib.2. de offic. Eccleſiaſt* Hugo. Victor *lib.2. de ſacram part.4.* Rabano *lib.1. de inſtit. Cleric.* Valfrido Strabone *de reb. Eccleſ. cap.24.* Ruperto. *lib. 1. de Diuin. offic.* Innocent. III. *lib.1. de Myſter. Miſſ* Durand *lib.3. de Diuin. offic.* Myſtica autem earum ſignificatio eſt in ordine, tum ad Chriſtum, & eius Paſſionem, tum etiam in ordine, ad virtutes, quibus florere debet Sacerdos.

2 Amictus ergo cum imponatur Capiti ſignificat in ordine ad Chriſtum, velum quo Iudei faciem eius velauerunt, vt habetur Matth. 26. dum dicebant. *Prophetiza nobis*, & hoc factum eſt in honorem illius paſſionis, & quod Chriſto ceſſit ad ignominiam, nunc Sacerdotibus cedat in honorem. In ordine verò ad virtutes ſignificat fiduciam cum qua debet Sacerdos accedere ad offerendum ſacrificium. refertur ènim ad Galeam. qua tegitur Caput, & cauſat fiduciam, quatenus reddit ſecurum, & ideo quando Capiti imponitur Amictus, dicitur. *Impone Domine Capiti meo Galeam Salutis &c.* Galea autem ſignificat fiduciam, iuxta illud Apoſtol. ad Epheſ.6. *Galeam ſalutis aſſumite.*

3 Alba autem in ordine ad Chriſtum ſignificat veſtem illam albam, quæ ab Herode iuſſus fuit induci in ſignum contemptus. & modo aſſumitur in ſignum honoris, quia contemptus Chriſti fuerunt honores noſtri. In ordine autem ad mores ſignificat puritatem, cum qua debet Sacerdos accedere ad offerendum ſacrificium, vt proinde totum Corpus tegat, quia Sacerdos debet eſſe mundus totus. Et ideo, dum Sacerdos eam induit, orat. *Dealba me Domine, vt in ſanguine Agni dealbatus &c.* Ita diſeurrit Durand *De Diuin. offic. lib.3.cap.3. num.2.* Ad hanc ſpectat cingulum tanquam quid ipſi acceſſorium, cum inſtitutum ſit ad Albam præcingendam, & in ordine ad Chriſtum ſignificat funem, qua comprehenſus à Iudæis in horto ligatus eſt. In ordine autem ad mores conſignificat albæ, ſiquidem ſignificat puritatem ex continentia, vt proinde dicatur, quando aſſumitur *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, &c.*

4 Manipulus vero, vt ait Durand *num. præced.* citat. ſignificat in ordine ad Chriſtum funem, qua fuit columnæ alligatus, dum flagellaretur, fuit manibus ligatus, in ordine autem ad mores, ſeu virtutes ſignificat actus pœnitentiæ, quibus deterguntur etiam minimæ maculæ: vt proindè, quàndo aſſumitur dicatur. *Merear, Domine portare Manipulum fletus, & doloris.*

5 Stola, ſeu Orarium in ordine ad Chriſtum ſignificat Crucem, quam ſibi impoſuit, vt obediens eſſet Patri, & proinde ita humeris imponatur, vt deſcendens ad pectus ſupra ipſum Crucem formet. Quoad mores verò ſignificat collectionem virtutum, qua veluti veſte ornari debet Sacerdos, itavt inter proſpera, & aduerſa ipſis ornatus ſemper permanere debeat, vt explicat Concil. Bracharen. III. relatum in Cap. *Eccleſiaſtica de conſecrat. diſt.23.*

6 Caſula deniquè ſignificat veſtem coccineam, qua Chriſtus inductus fuit, vel ſecundùm alios veſtem inconſutilem eiuſdem Chriſti, quæ poſtea ſorti commiſſa eſt poſt Crucifixionem; iuxta illud Pſalmi. *Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* In ordine verò ad mores ſignificat charitatem, vt obſeruat D. Thom. *in 4. diſt.24.quæſt.3. art.3.* quia Sacerdos conſecrans Euchariſtiam, quæ eſt ſacramentum Charitas, debet excellere in Charitate; ſignificat etiam legem Euangelicam, cuius obſeruantia excellere debet in Sacerdote, ad quod

alludit oratio, quæ recitatur, dum assumitur: *Domine, qui dixisti Iugum meum suaue est, & onus meum leue, fac vt istud portare sic valeam, &c.*

7 Quod spectat ad benedictionem, quæ est forma moralis sacrarum vestium, conueniunt communiter Doctores, esse benedicendas iuxta formam præscriptam ab Ecclesia. Ita Scot. *in 4. dist. 13. quæst. 2. §. Restat ergo.* Paludan. *quæst. 2. art. 6. conclus. 2.* Sotus *dist. 14. quæst. 2. art. 4.* post init. D. Antonin. 3. *part. tit. 14 cap. 16. §. 10.* Tabiena *verbo* Missa *numero* 10. Angel. *numero* 35. Armill. *numero* 6. Syluester *verbo* Benedictio *quæst.* 5. Nauar. *capite* 25. *Manual. numero* 74. Azor. *part. 1. lib. 10. capite 28. quæstione* 6. Rodriquez *parte 1. sum cap. 249. conclusione* 23. Henriquez *libro 9. summ. capite 29. num.* 5. Graf. *part. 1. decisione libro 2. capite 41. numero* 4. Suar. *disp. 82. de Eucharist. sect. 2. not.* 3. Reginal. *lib. 29. Praxis for. pœnit. cap. 9. sect. 3. num.* 160. Ledes. *part. 1 sum. tract. de Eucharist. cap.* 21 Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 9. num.* 27. Ludouic. à S Ioan. *in sum. quæst. XI. de Eucharist. art. 16. difficult. 4.* Garzias *in sum. tract. 3. difficult. 8. dub. 4. punct. 1. num.* 15. Faustus *de Eucharist. lib. 2. quæst.* 251. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 250. Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vn. pun.* 10. *numero* 8. Quartus *in Rubric. Missal. par. 1. tit. 1. sect. 4. dub. 2.* init. & alij præsertim infra citandi.

8 Ita autem statuitur in Cap. *Vestimenta de consecrat. dist.* 1. vbi Stephanus Papa ita iniungit. *Vestimenta Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta, quibus aliis in vsibus non debent frui, quàm in Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis.* Ratio porrò est. Quia vestes sacræ, sicut sunt ornamentum Ministri specialiter consecrati ad tale Ministerium, ita etiam sunt in ordine ad munus quid accessorium ipsius, & ideò debent sequi eiusdem conditionem. Ergo cum per consecrationem sit deputatum ad tale Ministerium, vestes quoq; debent per benedictionem deputari. Solum difficultas est de aliquibus minùs principalibus, vt de cingulo, pluuiali, &c.

9 Quod spectat ad cingulum, non esse necessariò benedicendum, sentiunt Scot. *in 4. dist. 13. quæst. 2. §. Restat ergo* Richar. *art. 3. quæstione* 4. Syluester. *verbo* Missa 1. *quæst. 2. dicto* 2. Angel. *num. 55. in fine* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 29. numero* 5. qui alios citat in *com. littera B.* Sà *verbo* Missa *num.* 10. Fernandez *parte 3. exam. Theol. moral. cap. 5. §. 13. num.* 2. Et probabile putat Facundez citand. fundamentum est quia text. allatus *num. preceden.* loquitur tantùm de vestimentis, cingulum autem non est vestimentum, sed ligatura vestimentorum.

10 At debere benedici de necessitate, sentiunt Palud. *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 6. conclus.* 2. D. Antonio. 3. *part. tit. 13. cap. 6. §. 5.* Tabiena *verbo.* Missa *numero* 10. Armil. *numero* 6. Nauar. *cap. 25. Manual. num.* 84. Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst.* 9. Vasquez 3. *part. disp. 233. cap. 4. n.* 39. Soarez *disp. 82. de Eucharist. sect. 3. dict.* 2. Reginal. *libro 29. Praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 3. numero* 161. Facundez *precept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 24. numero* 12. Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. punct. 10. numero* 8. Laiman. *lib. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 6. numero* 14 Molfes. *parte 1. summ. tract 3. cap. 12. num.* 31. Villalob. *par. 1. summ. tract. 8. difficult.* 28. *num.* 8. Ioan. à Cruce *part. 2. direct. quæst. 3. de miss. dub. 5. conclus.* 2. Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 8. quæst. 3. num.* 26. Faust. *de Eucharist. lib. 2. quæst.* 252. vers. *sed cæteri.* Dicastil. *ad sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 10. num.* 208. Tanner *tom. 4. disp. 5. quæst. 10. dub. 3. num.* 40. Quartus *in Rubric. Missal. par. 2. tit. 1. sect. 4. dub. 2.* ver. *secunda sententia.* Quamuis enim cingulum non sit propriè vestis. est tamen aliquid accessorium vestibus, cum inseruiat pro iis cingendis, & ideò tanquam quid accessorium, benedicendum est. Præsertim quia nomine vestium veniunt omnia quæcunque inseruiunt pro complemento vestitus, *L. Argumento* §. *Tapeta ff. de auro, & argent. leg.* & notant Menoch. *præsumpt.* 161. *numero* 15. *lib.* 4. Simon. de Prætis. *libro 4. de interpretation. vltim. volunt. interpret. 1. dub.* 11. *numero* 42. Cingulum autem inseruit pro complemento vestitus.

11 Quod verò spectat ad Pluuiale, seu cappam esse benedicendum ob decentiam diuinorum officiorum, & Sacrarum functionum, quibus inseruit, ita vt non benedicere sit peccatum veniale, tradit Quartus *in Rubr. Missal. par. 1. tit. 20. dub. 2.* ver. *Dico secundo,* asserens Romæ in Basilicis & præcipuis Ecclesiis benedici. Est enim vestis Sacra, ita vt prophanis vsibus deseruire nó possit, & non sit Sacrum, nisi per benedictionem per quam solam legitimè deputatur ad sacros vsus, & sacræ vestes deputentur etiam ad vsum diuinorum officiorum, & ideò Pluuiale vt tale benedicendum est. Præsertim vt correspondeat in benedictione, aliis vestibus, quibus vtitur Sacerdos simul cum Pluuiali.

12 At non benedici, tradunt Gauant. *in Rubr. Missal. par. 1. tit. 19. num. 3. littera I.* Trullench. *lib. 3. de sacramen. cap. 8. dub. 18. num. 2. in fine,* testans de communi vsu. Et quidem, quæ affert Quartus pro sua opinione, sunt tantum congruentiæ, & proinde solum probant, quod congruum sit benedici, quod neque negant Auctores modo citati, cum semper meliùs se habeat res benedicta, quàm non benedicta. Verum cum nullibi præscribatur eius benedictio, neque sub peccatu veniali potest esse necessaria.

13 De Dalmatica autem, & Tunicella videtur sentire Syluester *verbo.* Diaconus, *n.* 6. quod non sint benedicendæ, dum docet, quod non est necesse, quod Diaconus & Subdiaconus vtatur vestibus benedictis. Quartus autem *in Rubr. Missal. par. 1. tit. 19. dub. 2.* ver. *Dico secundo,* asserit debere benedici ob decentiam diuinorum officiorum, & consequenter esse peccatum veniale vti non benedictis, Trulen. autem *lib. 3. de sacram. cap. 8. dub.* 18. asserit benedicendas, quia habetur earundem benedictio in Pontificali, subdit tamen se dubitare, an hoc sit necessarium. Verum necessarium esse persuadet, quod sint vestes Ministrorum inseruientium Sacrificio, & qui sunt specialiter consecrati in ordine ad munus, quod exhibent in oblatione Sacrificij, vnde vestes quoque pro ipsis destinatæ sequi debent conditionem ipsorum, & benedici, vt sint proportionatæ ministerio.

QVÆSTIO. 801.

A quibus sacræ Vestes sint benedicendæ.

SVMMA.

1 *Episcopus de iure ordinario benedicit vestes sacras.*
2 *Non posse hanc facultatem delegare simplici Sacerdoti, qui sentiant.*
3 *Qui sentiant posse.*
4 *Benedictio sacrarum vestium, non est actus ordinis Episcopalis.*
5 *Quæ sunt ordinis Pontificalis, non facilè conceduntur non habentibus vsum Pontificalium.*
6 *Benedictio sacrarum vestium cur reseruata Episcopo. Corruente præsupposito, corruit quod inde infertur. Multæ concessiones sunt sub tacita conditione salis opinionis, &c.*
7 *Protonotarius Apostolicus non potest benedicere sacras vestes.*
8 *Simplex Sacerdos non potest benedicere sacras vestes iure proprio.*

1 DE iure videtur determinatum, à quo Sacræ vestes sint benedicendæ, nam in cap. *Vestimenta, de con*

de conſecrat. Diſt. 1. tantum habetur, quod veſtimenta, quibus Domino miniſtratur, Sacrata eſſe debent, à quo autem ſacranda ſint, non exprimitur. Attamen dubium eſſe non poteſt, quia huiuſmodi benedictio, licèt ſit ſimplex abſq; vnctione, ſit de reſeruatis, cũ ita praxis interpretetur, ſiquidem nec quiſquam Sacerdos præſumit benedicere, nec etiam in dignitate conſtituti. Id etiam declarant priuilegia, quæ ab Apoſtolica Sede emanarunt in fauorem Regularium pro huiuſmodi benedictione. Quod autem Epiſcopus de iure ordinario poſſit benedicere has veſtes, eſt omninò certum, quia habet facultatem ad quamcunque benedictionem, quãtumuis priuilegiatam, & eminentem, & ita docent communiter Tabiena *verbo* Conſecratio *num.* 1. Armil. *num.* 2. Syluest *verbo* Benedictio. *quæſt.* 2. & 3. Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 84. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæſt.* 9. Henriquez *lib.* 9. *ſum cap.* 29. *num.* 6. Suarez *diſp.* 82. *de Eucharſect.* 2. *not.* 3. Reginal. *lib.* 29. *praxis fori pænit. cap.* 9. *ſect.* 5. *num.* 160 & alij. Solum difficultas eſt, an Epiſcopus poſſit hanc facultatem ſimplici Sacerdoti delegare.

2 Prima ſententia aſſerit ſolum Summum Pontificem poſſe ſimplici Sacerdoti hanc benedictionem delegare, non autem Epiſcopum Ita Tabiena *verbo.* Abbas *num.* 12. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 52. *num.* 5. Auerſa *de Euchariſt. quæſt.* 11. *ſect.* 13. vet. *ſexto. Vt indicemus* in fine Gauant. *in Rubr. Miſſal. par.* 4. *tit.* 19 *num.* 13. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 22. *quæſt.* 2. *num.* 4. Alter Tamburin. *Opus. de ſacrific Miſſ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *num.* 5. fundamentum huius ſententiæ eſt, quia hæc benedictio eſt actus ordinis Epiſcopalis & ideò delegari non poſſe. Et pro coonr. affert Gauant. quod ſæpius S. Rituum Coogregatio requiſita fuit etiam à Cardinalibus eiuſdem Congregat. quod ſtante abſentia à ſuis Eccleſijs concederet facultatem delegãdi alijs facultatem benedicendi, quam ſæpius etiam cooceſſit, aliquando cum limitatione ad perſonas in dignitate conſtitutas. vt *die* 14. *Nouembr.* 1615. Aliquando cum limitatione quoad tempus, *vt die* 14. *Martij* 1616. & ſæpius ſine vlla limitatione, *vt die* 2. *Maij* 1619. Vndè non declarauit, quod non poſſint Epiſcopi delegare, vt putat Auerſa citat. afferens declarationem, de qua primo loco, quia aliod eſt declarare, quod non habeant Epiſcopi facultatem delegandi, & aliud tribuere facultatem delegãdi, nam hoc ſtare poteſt cum eo, quod illam habeant, & quod oolint vti, vel ob diuerſitatem opinionum, vel vt magis auctoritatiuè procedant

3 Secunda ſententia aſſerit, poſſe delegari. Ita Poſſeuin. *De offic. Curati cap.* 2. *num.* 37. Niger. *in addit.* ad *Ruiz part.* 1. *præſumpt.* 4. *quæſt.* 39. & ita etiam videtur ſentire Quart. *in Rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 3. vet. *Vt ergo melius.*

4 Dicendum eſt, *Epiſcopos delegare poſſe hanc benedictionem ſimplici Sacerdoti.* Ratio eſt. Quia non eſt actus ordinis, neque ex inſtitutione Chriſti, vt per ſe patet, quia eſt tantùm talis benedictio de iure Eccleſiaſtico, oon autem de iure diuino. Neque etiam de iure Eccleſiaſtico, cum oullibi habeatur, quod ſit actus talis ordinis, neque hoc inferri poteſt ex eo, quod ſit reſeruata Epiſcopo, nam plura ſunt reſeruata in ſignum præeminentiæ Epiſcopalis, quæ non ſunt actus Ordinis. Epiſcopus autem poteſt delegare omnia, quæ ſibi conueniunt, & non ſunt actus ordinis.

Confir. Ex praxi Pontificum, qui non ſolent concedere ita facile quæ ſunt ordinis Epiſcopalis non habentibus vſum Pontificalium: & ſi aliquandò concedunt id ſolum concedunt intuitu neceſſitatis, & vbi non ſunt Epiſcopi. Rurſus ſi eſſet actus ordinis. S. Congregat. non conceſſiſſet præſertim tam frequenter, vt dictum eſt *num.* 2., quod poſſent Epiſcopi hanc facultatem delegare etiam ſimplici ſacerdoti & abſquè vlla limitatione.

5 Ad fundamentũ in oppoſitum conſtat ex dictis, quod ſcilicet iſta benedictio nõ ſit actus Ordinis Epiſcupalis. Vndè de ſe non excedit facultatẽ Sacerdotalẽ, cùm ſit ſimplex benedictio, & ſolum eſt reſeruata Epiſcopo, vt ſunt plura alia, quia ſcilicet, cum in ſua Diœceſi pertineat ad ipſum regulare cultum Diuinum, debuit etiam ad ipſum pertinere dedicare cultui Diuino, quæ pro ipſo inſeruiunt Ad declarationes S. Congregationis, ſeu potius conceſſiones reſp. quod procedunt ioxta petitionem, & ex præſuppoſito ipſius. Petitio autem procedit ex præſuppoſito illius opinionis, quod non poſſint delegare. Vnde ſi corruunt præſuppoſita, corruit etiam argumentum ductum ex dictis cooceſſionibus cap *ſi. Papa De priuileg. in.* 6. & Clemen *ſi. ſummus De ſent. ex communicat* hoc autem præſuppoſitum corruit, ſi teneatur oppoſita opinio, quæ probabiliſſima eſt Vnde abſolutè loquendo & conceſſiones Congregationis & petitiones ſunt tacitæ Conditionales, nempe ſuppoſito quod Epiſcopus non poſſit delegare ioxta ea, quæ tradunt Dec. *conſil.* 644. *num.* 15. Decian. *reſp.* 1. *n.* 16. *vol.* 1. Menoch. *conſil.* 175. *num.* 12.

6 Ex dictis colligitur Protonotarius Apoſtolicus ooo poſſe benedicere Sacras veſtes, vt declarauit S. Rituum Congregatio 17. *Iulij* 1627. apud Gauant. *in Rubric. Miſſal. par.* 4 *tit.* 19. *num.* 22. in fine. Et ratio eſt quia munus ipſorum non ſe extendit ad hanc functionem. Cum enim hæc benedictio importet dedicationem veſtium pro cultu Diuino, ſupponit in dedicante facultatem circa cultum diuinum, nempe quoad directionem, & moderationem ipſius, quia facultas hæc benedicendi eſt facultas prouidendi circa cultum diuinum, & conſequenter ſupponit etiam regimen Eccleſiæ. Ad Protonotarios autem, neque pertinet regimen alicuius Eccleſiæ, neque moderari cultum Diuinum.

7 Ex his colligitur contra Aogel. *verbo.* Benedictio. *quæſt.* 1. Non poſſe ſimplices Sacerdotes benedicere iure proprio Sacras veſtes. Quia ſcilicet non ſpectat ad ipſos regimen Eccleſiæ alicuius, nec prouidere circa cultum Diuinum Non hinc tamen licet inferre, quod Rectores Eccleſiarum benedicere poſſint, vtpotè quia habent regimen Eccleſiæ, nam vt dictum eſt, hæc benedictio eſt de reſeruatis in ſignum præeminentiæ Epiſcopalis.

QVÆSTIO 802.

An Abbates poſſint benedicere iure proprio Sacras veſtes.

SVMMA.

1 *Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem benedicere poſſunt ſacras veſtes.*

2 *Abbates Regulares habentes vſum Pontificalium poſſunt benedicere Sacras veſtes.*

3 *Simplici Sacerdoti an poſſint delegare benedictionem.*

Difficultas procedit de Abbatibus, qui habent iura Epiſcopalia, atque iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos. Dicendum eſt, *Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, benedicere poſſe Sacras veſtes pro Eccleſiis ſibi ſubditis.* Ita Syluester *verbo* Benedictio, *num.* 5. Angel. *quæſt.* 2. Roſella *num.* 1. Tabiena *verbo* Abbas *quæſt.* 5. Ar. milla *num.* 8. Sà *verbo*, Benedictio, *num.* 4. Quartus *in Rubrica Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 3. verſ. *Dico ſecundo.* Ratio eſt quia cum habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſunt omnia in ſuis Eccleſiis, exceptis, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quæ poſſunt Epiſcopi, niſi ſint aliàs iis interdicta. Hæc autem benedictio, oon eſt actus ordi- 1

nis Epiſcopalis, & aliàs non reperitur ipſis interdicta, & ideò erit functio ipſis conueniens.

2 Ex his ſequitur, Abbates quoque Regulares, qui habent vſum Pontificalium poſſe de iure benedicere Eccleſiaſticas veſtes, non abſolutè, ſed ex ſuppoſitione priuilegij exercendi Pontificalia. Nam eo ipſo, quod conceditur vſus Pontificalium, conceditur etiam facultas benedicendi Eccleſiaſticas veſtes, vt conſtat ex declaratione S. Congr. Concil. Trid. *ad cap. 10. de reform. ſeſſ. 23.* apud Suarez *tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 30. num. 2.* talis tenoris. *Abbas, qui eſt benedictus, vel qui ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ habet, vt Pontificalia exercere poſſit, ac ſi eſſet benedictus, poteſt omnia Sacra benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requiritur.* Hoc autem habet locum pro veſtibus, & aliis Sacris, quæ inſeruiunt Eccleſiis ſibi ſubiectis, quia ſicut poteſt tantùm in Eccleſiis ſibi ſubiectis, & in ordine ad ipſa exercere Pontificalia, ita etiam cum eadem limitatione poſſunt benedicere, quia cum hæc facultas veniat in conſequentiam ad exercitium Pontificalium, non poteſt latius ſe extendere, quàm ſe extendat exercitium Pontificalium.

3 An autem poſſint Abbates delegare hanc facultatem ſimplici Sacerdoti, eadem eſt ratio, ac de Epiſcopo, cum vtrique conueniat de iure ordinario, & ideò cum Epiſcopus, vt dictum eſt, poſſit delegare, poterunt etiam Abbates. Facultas enim, quæ iure ordinario conuenit, poteſt alteri delegari. Neque obſtat, quod veniat in conſequentiam ad exercitium Pontificalium, quia cum non ſit exercenda Pontificali modo, poteſt delegari non habenti vſum Pontificalium. Et in Abbatibus regularibus, id certum eſt, quia Prælati regulares habent priuilegium delegandi ſuis ſubditis Sacerdotibus hanc functionem, de quo infrà.

QVÆSTIO 803.

An Regulares poſſint benedicere Eccleſiaſticas veſtes.

SVMMA.

1 *Prælati Regulares poſſunt benedicere Sacras veſtes.*
Priuilegia id concedentia.
2 *Confirmatio facultatis benedicendi Sacras veſtes.*
3 *Conceſſio Innocentij IV. in eadem materia.*
4 *In abſentia Superiorum, qui vices gerunt, poſſunt benedicere Sacras veſtes.*
5 *Regulares an poſſunt benedicere, quæ non inſeruiunt proprijs Eccleſiis.*
6 *Declarationes S. Congregat. quoad benedictionem Sacrarum veſtium.*
7 *Huic alij ſentiant.*
8 *Virtute quorum Priuilegiorum non poſſint Regulares benedicere pro alienis Eccleſiis.*
9 *Virtute quorum poſſint.*
Dictio Aliunde *quid importet.*
10 *Dictio vndecunque quid comprehendat.*
11 *Declaratia explicat, quod eſt obſcurum.*
Non perimit, quod declarat.
12 *S. Congregat. Declaratio circa benedictiones non procedit de Priuilegiis in ſpecie.*
13 *Quid requiratur, vt Priuilegia Caſinenſium reuocentur.*
14 *Mens Pontificum circa benedictionem Sacrarum veſtium.*

1 Dicendum eſt. *Prælatos regulares, & nonnullos alios, vt infra, poſſe ex Priuilegiis benedicere Eccleſiaſticas veſtes.* Pro hoc extant plura priuilegia conceſſa à Summis Pontificibus. Iulius II. conceſſit Ordini Minimorum, vt Generalis, Prouinciales, & eorum Vicarij poſſunt benedicere Corporalia, & alia ornamenta Eccleſiaſtica ſuorum locorum, & domorum. Ita refertur in Compend. Priuilegior. Mendicant. *verbo.* Benedicere *n. 11.* Magis autem amplum eſt priuilegiũ conceſſum à Leone X. fratribus minorib. *ibid. n. 14* Nam cõcedit, Quod Generalis, Prouinciales, Cuſtodes, & Guardiani pro tẽpore benedicere relatũ poſſint Paramenta, & ornamenta, & alia quæcunq; ad diuinum cultum, & vſum fratrum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit pro eorundem fratrum vſu tantum. Tertium Priuilegium conceſſum fuit à Pio V. anno 1566. Ordini S. Hieronymi hiſpaniæ, vt ſcilicet Priores Monaſteriorum Ordinis poſſent benedicere non ſolum veſtes & alia quæcunquè ornamenta Eccleſiaſtica, ſed etiam Corporalia, & quæcunquè alia ſuorum Monaſteriorum in quibus Chriſmatis vnctio non interuenit. Refertur in Compen. Priuileg. Mendicant *verbo.* Benedicere *in Adnotat. ver. Et Pius V.*

Præterea Sixtus IV. conceſſit, ſeu potius confirmauit 2 conſuetudinem benedicẽdi Corporalia, linteamina Altaris, veſtes Sacerdotales, & alias diuino cultui dicatas etiam pro alienis Eccleſijs in fauorem Abbatis Congr. S. Iuſtinæ Florent. vt habetur in *Conſt. 96.* Bullar. Caſin. extracta ex *Archiuio eiuſd. Abbatiæ florẽt.* Ita enim habet narratiua illius Conſt. *Alias cum expoſuiſſet nobis ex conſuetud. antiqua Abbates Prædeceſſores in iſta Abbatia tua Corporalia Altaris linteamina, nec non Sacerdotales, & alia diuino cultui dicatas veſtes, tam ad Abbatiam ipſius pertinentia, quam vndecumquè tranſmiſſa benedicere conſueuiſſe.* Accepta autem hac narratione Pontifex Xiſtus IV. conceſſit facultatem benedicendi pertinentia ad Monaſterium Abbatis. Rursùs cum fuiſſet de nouo ſupplicatum pro conceſſione iuxta conſuetudinem, Pontifex diſpoſuit, vt *Monaſterium ipſum tuum Abbatia Florentina, tuquè, & qui pro tempore fuerint Abbates in eo ſtatu, & conditione ſitis quoad prædicta, in quo tu, & Monaſterium ipſum eratis ante primam conceſſionem, ſeu declarationem huiuſmodi per ſignaturam manu noſtra factam tenore præſentium annuimus, & concedimus.*. Hoc autem priuilegium factum commune toti Religioni, atque adeò etiam cæteris Religionibus, participantibus per priuilegium Alexandri VI. *ſub die 1. Aprilis 1511.* in quo priuilegia cuiuſcunquè Monaſterij particularis ſingulis Monaſterijs Congregationis communicat & de conceſſis & concedendis particularibus Monaſterij eamdem extenſionem fecit Eugenius IV. *vt in Conſtit. 58. num. 20.* Bullar. Caſſinenſ.

Rursùs Innocent. VIII. conceſſit quinque Ab- 3
batibus Ciſtercienſibus. *Vt de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta, & quæcumque alia veſtimenta, ac ornamenta Eccleſiaſtica, Corporalibus, vaſculiſque ad reponendum S. Euchariſtiam, ac Imaginibus quibuslibet comprehenſis in locis, & Domibus dict. Ordinis benedicere, & Calices conſecrare tam de dicto Ordine, quam ſi ad vos aliundè nonnunquam deferantur.* Ex quibus patet, quod huiuſmodi Priuilegium ſe extendit ad benedicendum etiam Pro Eccleſijs, quæ ad ipſos non ſpectant, vt clarè indicant illa verba. *ſi ad vos aliundè deferantur.* Et quamuis hoc priuilegium non ſit conceſſum toti Ordini, fuit tamen poſtea extenſum in virtute priuilegij, quod particularia priuilegia ſint communia toti Religioni. Et quod ſpectat ad communicationem, non eſſet neceſſarium, quod fuiſſet extenſum toti Ordini, quia communicatio facta pluribus Religionibus, & præſertim nobis Clericis Regularibus, complectitur etiam ea, quæ conceſſa ſunt peculiaribus perſonis, aut locis.

Eſt etiam aduertendum, quod dictum priuilegium 4
benedicendi Eccleſiaſticas veſtes, & ornamenta, non ſolùm conuenit Prælatis localibus, ſed etiam in ipſorum abſentia eorundem vicariis, & cuilibet alteri, cui incumbat principale regimen Monaſterij, ita conceſ-

ſit Inno

sit Innocentius VIII. anno 1487. Congregationi S. Iustinæ Monachorum Benedictinorum, vt refertur in Compend. *Priuileg. Mendicant. verbo* Benedicere *in Adnot. Capucin.* verf. *Et Congregat. S. Iustina.* Vnde si in absentia Superiorum regimen Monasterij deuoluatur ad seniorem, quamuis aliàs non habeat titulum Superioris, poterit benedicere, quia priuilegium non requirit titulum Superioritatis, Sed solum exercitium regiminis Monasterij.

5 Circa tamen hæc priuilegia grauis difficultas est; An modo subsistant quoad facultatem benedicendi, quæ non inseruiunt propriis Ecclesiis. Prima autem sententia tenet, quod non subsistant, & proinde non possint benedicere, nisi pro propriis Ecclesiis. Ita Gauant. *in Rubr. Missal. parte 4. titulo 19. numero 22.* Rodriquea *part. 1. summ. cap. 47. numero 1.* qui tamen alibi oppositum tenet Hieronim. Rodriquea *in Compend. resol. 13. numero 2.* Barbosa *de iure Ecclesiastico libro 1. capite* 18. *numero* 61. & *lib. 3. cap. 2. numero* 32. Portes. in dub. Regul. *verbo.* Benedicere *numero* 3. Lezana *tom. 1. quæst. Regul. cap. 18. numero* 57. Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 13.* verf. *Sexto* Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 8. dub. 4. punct. 1. num. 10. & sequen.* vbi latè. Quartus *in Rubr. Missal. par. 2. tit. 1. sect. 4. dub 3. difficult. 1.* verf. *secunda sententia.*

6 Præcipuum fundamentum huius sententiæ desumitur ex declarationibus S. Rituum Congregat. in quibus declarauit, quod huiusmodi priuilegia sint tantum accipienda quoad ea, quæ inseruiunt propriis Ecclesiis. Ita die 24. *Augusti* 1609 apud Nouar. *in Lucerna Regul. verbo.* Benedicere *numero* 2 & apud Gauant. *num. praced. citat.* & in fauorem Episcopi Spoletani *die* 30. *Septembr.* 1628. apud eumdem Gauant. *& die* 18. *Augusti* 1629. declarauit, non habere locum contrariam consuetudinem apud Gauant. & Nouar. *citat.* *& die* 13. *Marty* 1633. emanauit declaratio tenoris sequentis. *Abbates, Priores, Guardiani, & aly Religiosorum Prælati etiam ex Societate Iesu habentes priuilegia benedicendi vestes sacras, Cœmeteria, & similia, dicto priuilegio vti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra vnctio non adhibetur, & pro seruitio dumtaxat Monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum.* Ita apud Nouar. *citat. num. 1. sequen.* & Lezanam *in sum. verbo.* Benedictio *numero* 8. Confirm. quia talis est intentio summorum Pontificum, nam vt plurimum, quando concesserunt huiusmodi priuilegia adhibuerunt limitationem, quoad ea, quæ inseruiunt propriæ Ecclesiæ. Et quod talis sit mens Pontificum, satis declarant declarationes subsequutæ S. Congregat.

7 Secunda sententia asserit, posse benedicere quascumque Ecclesiasticas vestes, & paramenta, siue pro propriis, siue pro alienis vsibus. Ita Rodriquez *quæst. Regul. 19. art. 2. tom.* 1. Io. à Cruce *lib. 1. de statu relig. cap. 5. dub.* 2. Peirin. *de priuileg. tom. 1. ad Constit. 1. Iuly 1. §. 19. num. 44. & de Prælato relig. quæst. 3. cap. 8 num. 2.* Niger. *in Addit. ad Rui. part. 1. præsup. 4. quæst. 16.* Ludouic. à S. Io. *in sum quæst. 12.* | *de Eucharist. art. 10. dub. 2. appen.* 4. Ascan. Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 23. quæst.* 4. Thomas Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib. 1. cap. 3 §. 2. num.* 7. Martin. à S. Ioseph. *in Reg. S. Francisc. tract. de Auctor. Prælat.* tit. *de Auctorit. Guardian. num.* 16.

8 Dicendum est. *Prælatos Regulares posse benedicere virtute priuilegiorum paramenta, & Ecclesiastica indumenta, etiam pro alienis Ecclesiis.* Neque obstare allatas declarationes S. Congregat pro quo est supponendum quod priuilegia concessa in hac materia sunt in triplici differentia. Nam quædam sunt cum expressa limitatione pro iis, quæ inseruiunt pro propriis Ecclesiis. Quædam vero sunt absque vlla limitatione, & etiam absque expressa extensione ad ea, quæ inseruiunt pro alienis Ecclesiis. Quædam verò continent expressam extensionem ad ea, quæ pro alienis Ecclesiis inseruiunt. Certum est autem, quod non possunt benedicere pro alienis Ecclesiis in virtute priuilegiorum primi generis, quia stante limitatione prædicta excluditur à concessione facultas huiusmodi. Priuilegia autem secundi generis dubia sunt, & possunt accipere interprætationem pro vna, & altera parte, & de his procedunt declarationes S. Congregat. de quibus supra, vt infra dicetur

9 Possunt ergo benedicere etiã pro alienis Ecclesiis in virtute priuilegiorũ tertij generis; nam cum expressè, & in specie concedant facultatem benedicendi etiam pro alienis Ecclesiis, certum, & manifestum est priuilegium quoad hanc partem. Huiusmodi autem sunt priuilegium Sixti IV. de quo supra *num.* 2. & Innocentij VIII. in fauorem Cisterciensium, de quo supra *num.* 3. Nec valet responsio Garziæ *num.* 15. citati quod intelligatur pro alienis Ecclesiis, quæ tamen sint subiectæ priuilegiatis, seu habentibus facultatem benedicendi, quia verba priuilegij non admittunt hanc expositionem. Nam priuilegium Innocentij VIII. habet dictionem *Aliunde* quæ resoluitur in dictionem, ex alio loco, & proinde importat quandam generalitatem loci se extendentem ad omnem locum iuxta notata per specular *Tit. de instrument. præsen. §. fin.* verf. *Quod si quis* Ioan. Andr. *ibid. in Addit.* Curt iun. *consil. 38. in fine* Caputaquens. *decis. 296. n. 6. par.* 2.

10 Priuilegium verò Sixti IV. habet clausulam. *Vndecumq; transmissa*; dictio autem *Vndecumq;* cum sit eadem ac dictio, *vndique*, eadem est cum clausula. *Ex omni loco*, & proindè importat vniuersalitatem, quæ non potest coarctari ad certa loca, seu affectos qualitate subiectionis, sed locum omnem comprehendit, quicumque ille sit, & consequenter operatur, quod facultas benedicendi sit vniuersalissima, & se extendat ad omnia vestimenta Ecclesiastica, cuiuscunque loci ea sint cum plena, & libera facultate iuxta notat. in cap. *Licet. de offic. delegat.* & in *l. 2. §. Postea C. de vet. Iur. enucl. & in §. fin.* Auth. *quomodo oper. Episc.* & obseruat etiam Paris. *consil. 111. num 11. lib. 1.*

11 Ad fundamentum in oppositum. Resp. Declarationes illas S. Congregat. procedere de priuilegiis secundi generis, in quibus indefinitè conceditur facultas benedicendi neque limitando ad ea, quæ inseruiunt pro propriis Ecclesiis, neque extendendo ad ea, quæ inseruiunt pro alienis. Non autem procedere potest de priuilegiis, quæ in specie concedunt, & expresse posse benedicere pro alienis, alioquin non essent declarationes, sed reuocationes priuilegiorum quod non facit S. Congregat. Cum enim natura declarationis sit quod obscurum, & dubium est, explicare, vt notant Dec. *in l. edita, num. 47. C. de eden.* Socio. iun. *consil. 95. num. 71. & 76. vol.* 3. Ruin. *concil. 225. n. 6. vol. 1.* Paris. *conc. 65. n. 5. vol. 1.* non debet perimere, quod declarat cap. *cum dilecti de accusat* Et notat Bald. *in auth. atqui semel n. 4. c. de probat.* Nec mutare substantiam dispositionis, vt notant Decian. *concil. 6 n. 3. lib.* 4. Roland. *concil. 15. num. 27. vol.* 3. Menoch. *concil. 360. num. 15.* Perimeretur autem priuilegium à Sacr. Congregatione, si Declarationes ipsius quoad ista priuilegia locum haberent. Cum enim priuilegium hoc concedat, quod possint benedicere Ecclesiasticas vestes pro alienis Ecclesiis, quis dicat declarari, si declaratio dicat, quod non possint pro alienis Ecclesiis benedicere.

12 Quod insuper ex eo constat; vt dictum est etiam, quando agebatur de benedictione Corporalium, cum S. Congregatio declarasset, quod priuilegia concessa Abbatibus benedicendi, non essent intelligenda de benedictionibus in quibus interuenit vnctio Sacra Procurator generalis Casinensium supplicauit, vt S. Cõgregatio declararet, an prædicta declaratio comprehenderet priuilegiatos in specie quoad benedicendum

cum facra vnctione. Et sub *die* 10. *Septembris* 1614. respondit vt in Bullar Casinens. *constitut.* 175. decisionem à se alias editam. *Quod Abbates vtcumque benedicti benedicere non possunt ea, in quibus vnctio requiritur, non obstare quominus idem munus prædictæ benedictionis quoad ea, in quibus vnctio requiritur impendere queant, si specialibus sedis Apostolicæ priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat muniti fuerint.* Ecce ergo quomodo declarationes huiusmodi S. Congregat. non se extendunt ad priuilegiatos in specie.

13 Rursus supradicta priuilegia, oon possunt esse reuocara per dictas declarationes, quia Casinenses, & communicantes in priuilegiis habent speciale priuilegium Eugenij IV. *vt in Constit.* 61. Bullat. Casinens. per quod conceditur, quod non possint eius priuilegia reuocari. nec censeantur derogata, nisi adhibeatur specialis forma in eadem Constitutione præscripta quæ nec fuit adhibita, nec dictæ formæ adhibendæ derogatum. Rursus Monachi Casinenses soluunt Cameræ Apostolicæ annuum censum pro manutentione suorum priuilegiorum, vt constat ex instrumento allato in Bullar. Casinensi post *Constitut.* 58. atque adeò tanquam qootannis confirmata ex contractu onetoso manent in suo vigore, & consequenter etiam pro aliis Religionibus participantibus.

14 Ad id aotem, quod dicitur, quod mens summorum Pontificum est, quod Prælati Regulares non benedicant pro alienis Ecclesiis, resp. quod licèt Pontifices habuerint hanc mentem, qui concesserunt priuilegia cum hac limitatione, alij tamen habuerunt oppositam mentem, nempè ij, qui concesserunt, quod etiam pro alienis Ecclesiis possent benedicere quod autem spectat ad summos Pontifices, qui regnabant, quando emanauerunt sopradictæ declarationes S. Coogregat. Non potest dici, quod habuerint dictam mentem, tum quia nec habuit sacra Congregatio, cum non declarauerit de priuilegiatis in specie ad benedicendum pro alienis Ecclesiis. Tom quia dictæ declarationes non emanarunt, facto verbo cum sanctissimo.

QVÆSTIO 804.

An ornatus Sacerdotalis remaneat benedictus ex eo, quod nondum benedictus adhibeatur in oblatione sacrificij.

SVMMA.

1 *Vestes Sacerdotales an remaneant benedicta ex eo, quod adhibeantur in oblatione sacrificij.*
2 *Quoad substantiam remanent benedicta licet non rituali modo.*
3 *Vestes non benedicta consuta cum benedictis, si adhibeantur, an indigeant alia benedictione.*

1 EAdem est ratio ferè ac de Calice, vnde pro vtraque parte citari possunt Doctores, qui agunt de Calice. Quamuis cum benedictio vestium non sit consecratio, adest aliqua diuersitas, vt facilius admitti possit, quod remaneant vestes benedictæ, quam Calix consecratus. Quod autem pertinet ad vestes io speciali negant remanere benedictas Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. Posseuinus *de offic. curat. cap.* 2. *num.* 30. Gauant. *in Rubr. Missal. part.* 4. *tit.* 19. è contra verò remanere benedictas, atque sufficere eam consecrationem, quæ ex sacro Mynisterio si ipsas resultat putat probabile Tamborin. *opus de sacrific. Miss. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *num.* 4. & absolutè tenet Pax Iordan. *tom.* 1 *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 271. Verritel. *de Mission. Apost. tract.* 15. *quæst.* 263. ver. *Aduerte tamen*.

Dicendum est *Remanere benedictas, quoad substantiam, non autem rituali modo, & ideo alium vtentem talibus vestibus, non peccare.* Ratio est quia ratione formæ artificialis sont deputatæ pro cultu Diuino in sacrificio secundùm suam substaotiam, & per benedictiooem deputantur spirituali modo; Nam sanctitas, quam acquirunt ex benedictiooe. non est aliud, quàm spiritualis deputatio, seu dedicatio pro tali functione. Hoc autem totum habetur secundùm substantiam in primo vsu ipsarum, nam quod facit benedictio deputando verbaliter ad vsum sacrificij, facit æquipollènter actio celebrationis, quia hæc, facto ipso deputat pro eadem functione, ita eas veluti ponat in possessione inseruiendi pro oblatione sacrificij. Præsertim quia cum illa actio exerceatur à Sacerdote in persona Christi, & Ecclesiæ nomine quoque ipsorum deputantur, atque adeò auctoritatiuo modo. Adhibenda tamen nihilominus erit ritualis benedictio, vt seruetur institutum Ecclesiæ, & rituali modo benedicantur. 2

Ex his colligitur, quid dicendum de ijs, qui vestes non benedictas consuunt cum benedictis, & vtuntur in oblatione sacrificij, & postea dissuunt, & vtuntur tanquam benedictis. Hoc enim reprehendunt Posseuin. & Gauant. *num.* 1 cit Verom ex dictis constat remanere quoad substantiam, & per æquipollentiam benedictas. Et facto excusari possent, si ex causa necessitatis id facerent, quia scilicet indigerēt talibus vestibus nec haberent, à quo benedicerentur, vt si Episcopus esset extra Diœcesim. Cum enim in celebrando vtantur veste benedicta, quamuis cum ea coniuogaot non benedictam, ex hoc capite non peccant, quia non benedicta est superaccessoria. Deinde adest quidem obligatio vtēdi vestibus benedictis, non tamen adest prohibitio, ne simul cum ipsis adhibeaotur non benedictæ. 3

QVÆSTIO 805.

Quando sacra vestes amittant benedictionem.

SVMMA.

1 *Sacra vestes amittunt benedictionem, quando amittunt suam formam.*
2 *Pereunte forma artificiali perit benedictio: & quando pereat forma.*
3 *Vestis per partes refecta non amittit benedictionem.*
4 *Vestes si habeant partes amouibiliter connexas per separationem non amittunt benedictionem.*
5 *Per separationem partis notabilis, sacra vestes amittunt benedictionem.*
6 *Detracto à sacra veste panno interiori, vulgo* fudera *non perit benedictio.*
7 *Vestes sacra duplices, si separentur non amittunt benedictionem.*
8 *Si ex Manipulo fiat Stola, aut è contra non est opus alia benedictione.*
9 *Si ex pluribus vestibus fiat vna, indiget benedictione.*
10 *Vestes sacra non amittunt benedictionem, si à Laicis ad prophanos vsus adhibeantur, si ab excommunicatis, schismaticis, &c.*

DIcendum est *Sacras vestes tunc solum amittere benedictionem, quando ita rumpuntur, aut lacerantur, vt amittant formam suam artificialem, & non sint amplius habiles pro functione, cui inseruire debent.* Ita Gloss. *in cap. Quod in dubijs. De consecrat. Eccles.* & Canonistæ *ibid.* Palud. *in* 4. *dist.* 14 *quæst.* 1 *art.* 6. *conclus.* 3. D. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. circa med. Tabiena *verbo.* Benedictio *num.* 3. Angel. *quæst.* 3. Armilla *num.* 3. Syluester *quæst.* 6. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 19. *num.* 5. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 9. Suarez *disput.* 81 *de Eucharist. sect.* 2. §. *vlti* 1

§. vltimo Reginal. lib. 29. praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 3. num. 160. Coninch. quæst. 83. de sacram. art. 3. dub. 5. num. 151. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct. 9. num. 17. Facundez præcep. 1. Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 9. Francisc. Lugo lib. 5. de sacram. cap. 8. quæst. 3. num. 27. Auersa quæst 11. de Eucharis. sect. 13. ver. Deperditur. Garzia in summ. tract. 3. difficul. 8. dub. 3. pun. 1. num. 17. Molfes. par. 1. sum. tract. 3 cap. 12. num. 33. Gaspar. Hurtad. de sacram. disp. 4. de sacrif. Miss. difficul. 11. Dicastil. de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 10. num 209. Leander de sacram. tract. 8. disput. 7. quæst. 45. Tamburin. opusc. de sacrif. Miss. lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 1. Pax Iordan. tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. num. 272. Quartus in Rubr. Missal. par. 2 tit. 1 sect. 4. dub. 4.

2 Ratio desumitur ex ijs, quæ canones statuunt circa amissionem Consecrationis aliarum rerum sacrarum, vt in cap. Quod in dubiis. De consecrat. Eccles. quæ statuuntur omittere Consecrationem; quando enormiter franguntur. Et ratio est, quia pereunte forma artificiali, perit illud subiectum, cui adhærebat benedictio tanquam subiecto capaci: ratione enim formæ artificialis, sicut fit aptū pro tali functione: ita etiā fit subiectū capax talis benedictionis, & ideò pereunte tali forma, perit benedictio, seu sanctificatio adhærens. Hæc autem forma censetur perire, non solùm quando secundùm suas dimensiones & ordinem partium dissoluitur, sed etiam quando partes in se ipsis ita lacerātur, vt quamuis appareat forma, sit tamen vestis inepta pro functione sua, nam tunc perit habilitas, quæ resultat ex forma, atque adeò censetur forma perire, cum sit introducta ad dandam talem habilitatem.

3 Ex his sequitur, vt notant etiam Doctores num. 1. citati, quod si aliqua vestis paulatim reficiatur, & successiuè per partes, quamuis secundùm maiorem partem mutetur, non amittet benedictionem; quia nunquam fit talis mutatio, quæ destruat formam, vt contingit etiam, quando Ecclesia paulatim reficitur. Quod autem additur tanquàm accessorium illius, quod additur trahitur ad esse sacrum iuxta cap. Quod in dubijs. De consecrat. Eccles. E contra verò si vestis dissuatur tantùm, & postea de nouo consuatur, amittet benedictionem, quia amittet formam, quamuis nulla pars, aut rumpatur, aut mutetur. Et quamuis, quando de nouo consuitur recuperet formam, non tamen recuperat benedictionem, quia non adest causa illam inducens.

4 Secundò sequitur. Quod si partes vestis sacræ connectuntur inter se amouibiliter, nempè aut vittis sericeis, aut globulis, si separentur, non perire benedictionem, vt notant Palaus par. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vn. pun. 10. num. 8. Garzia in sum. tract. 3. difficult. 8. dub. 4. pun. 1. num. 17. Lugo Cardin disp. 10. de Eucharist sect. 4. num. 93. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 9. num. 27. Dicastil. de sacram. tract. 5. disput. 4. dub. 10. num. 212. Facundez præcept. Eccles. lib. 3. cap. 23. num 9. Leander de sacram. tract. 8. disp. 7. quæst. 45. Tamburin. opusc. de sacrific. Miss. lib. 1 cap. 3. §. 3. num 1. Auersa quæst. 11. de Eucharist. sect 13. ver. Deperditur. Quartus in Rubr. Missal. par. 2. tit. 1. sect. 4. dub. 4. ver. Quod si Manica. In tali enim casu forma sacrarum vestium includit in sui substantia illam amouibilitatem, & ideò exercitium illius non est contra naturam formæ, sed secundùm ipsam, atque adeò non est apta illam destruere, sed exercere; vt contingit in Calice tornatili quando cuppa separatur à pede, vt dictum est suo loco.

5 Tertiò sequitur, quod si à sacris vestibus separetur, etiam per dissuitionem aliqua pars tantùm, dummodò sit notabilis, vt manica, ab alba, amittere benedictionem, vt notant Palaus; Lugo, Bonac. Auersa, Leander, Tamburin. num. praced. citati Dicastill. de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 10. num. 209. Gaspar. Hurtad. de sacram. disp. 4. de sacrif. Miss. difficul. 11. vers. circa amissionem. Quartus in Rubr Missal. part. 2. tit. 1. sect. 4. dub. 4. vers. Colligitur secundo Pax Iordan. tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. num. 273. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 28 quæst. 9 Gauant. in Rubr. Miss. part. 2. tom. 1. num. 2. littera V. Nam alba etiam si illi desit vnica tantum manica, fit inhabilis, vt inseruiat pro functione destinata, atque adeo amittit suam formam necessariam.

Quarto sequitur, vt notat etiam Pax Iordan. tom. 1. lucubrat. lib 4. tit. 1. num. 274. Quod si ab aliqua veste sacra detrahatur pannus interior, quo suffulcitur absque eo tamen, quod pānus exterior dissoluatur, & alius interior apponatur, qui vulgo dicitur, fodera, non amittat benedictionem. Nam pannus iste interior accessorius est, & extra formam sacræ vestis, & ideo remanente integra parte exteriori, sicut subsistit forma, ita etiam subsistit sanctificatio & vestis ipsa tanquam dignior, & principalior, trahit ad se interiorem partem tanquam accessorium ad communicandum secum in sanctificatione. 6

Quinto sequitur. Quod si vestes sacræ duplices sint, 7
ita vt ex vna parte inseruiant pro vno colore & ex alia pro alio, non amittere benedictionem, si inuicem separentur & simplices fiant, vt notant in specie Palud. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 6. conclus. 5. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 28 quæst 9. Suarez disput. 81. de Eucharist. sect. 2. §. vltimo Facundez præcep. 1. Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 9. Francisc. Lugo de sacram. lib. 5. cap. 8. quæst. 3. Pax Iordan. tom. 1. lucubrat. lib 4. tit. 1. num. 274. Sà verbo Missa num. 10. Palaus part. 4. oper moral. tract. 22. disput. vn. punct. 10. num. 8. Tamburin opusc. de sacrific. Missæ lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 5. Dicastil. de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 10. num. 211. Quartus in Rubricas Missal. part. 2. tit 1. sect. 4. dub. 4. vers. colligitur tertio. Nam tales vestes sunt singulæ duplicatæ, & per accidens coeunt in vnum, non autem tanquam partes eiusdem vestis, aut ordinatæ ad eandem formam: & ideo si separentur, tollitur tantùm vnio quædam per accidens, qua sublata remanent simplices, sed integræ in sua forma, atque adeò conseruant suam benedictionem.

Sexto sequitur. Quod si ex Manipulo fiat Stola, & 8
ex Stola Manipulus, non opus esse noua benedictione, dummodo non fiat additio nouæ materiæ, aut saltem additio, & detractio fit secundùm minorem partem. Et in hoc casu habet locum, quod tradunt Facundez præcept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 23. num 13. Tamburin. opusc. de sacrific. Miss. cap. 3 §. 3. num. 9. Nam non fit mutatio formæ, & ea minor pars, quæ additur tanquam accessoria trahitur ad communicandum in benedictione. Quod si maior pars, aut æqualis adderetur, aut detraheretur; amitteretur benedictio, atque in hoc casu locum habet opinio Pacis Iordani tom. 1. Lucubrat. lib. 4. tit. 1. num 275. Niger. in Addit. ad Ruiz. par. 1. præsup. 4. quæst. 29. qui citat Trimarch. & Perrin. Quartus in Rubr. Missal. part. 2. tit. 1. sect. 4. dub. 4 vers. Colligitur. quinto. In hoc enim casu additio, & detractio mutat formam artificialem: vnde licet benedicantur eadem benedictione, non subsistit tamen benedictio defectu subiecti.

Septimo sequitur, vt notat etiam Tamburin. opusc. 9
de sacrific. Miss. lib. 5. cap. 3. §. 3. num. 7. Quod si ex pluribus vestibus, etiam inmutatis fieret vna, vt ex pluribus Amictis vna Alba, ex pluribus manipulis vna stola, ex pluribus stolis vna planeta, opus esset noua benedictione. Quia quamuis non immutarentur, concurrerent tamen ad nouam vestem tanquam partes ipsius, & ad nouam formam artificialem, & proinde illa noua vestis non esset benedicta in sua forma, & ideò necessaria esset benedictio. Maior difficultas est, quid dicendum si dissuantur, & redirent ad pristinam formam. Quod tamen indigeant noua benedictione, asserit Tamburin. citato loco num. 8. quia cum non desierit esse, quod erant prius, non amiserunt benedictionem. Quod tamen mihi videtur difficile. Quia reuera dum vniuntur tanquam partes in diuersam formam artificialem,

artificialem communicat in illa ipsa forma, atque adeo incipiunt esse sub ipsa, & proinde propria forma incipit se habere materiali modo, & determinari per aliam formam, quod est amittere propriam formam, saltem formali modo, eo quod non exerceat amplius rationem formæ. Sic enim positis formis partialibus, quamuis remaneant in viuente, mutatur tamen forma, quando corpus organicum his formis informatum subiicitur animæ informanti. Sic etiam numeri binarius, ternarius, &c. quando fiunt partes maioris numeri, quia stant sub forma maioris numeri, amittunt propriam Vnde cum amittant propriam formam in illa artificiali compositione, amittent etiam benedictionem, & ideo licet eam recuperent per separationem, opus erit noua benedictione.

10 Octauò sequitur, quod vestes sacræ non amittant benedictionem, etiam si à laicis adhibeantur ad vsus Prophanos, siue etiam à Schismaticis, Excommunicatis, Hæreticis Ecclesiasticis. Ita statuitur in Cap. *A nobis de sacram. non iteran* vbi Gloss. *verbo. Benedic.* Io. Andr. *num.* 4. Pax Iordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 277 Ratio est quia cum retineant propriam formam non amittunt benedictionem, veluti per execrationem. Rursus etiam non amittunt veluti per pollutionem, quia cum pollutio sit introducta de iure Ecclesiastico, non habet locum nisi vbi à iure disponitur, ius autem non disponit, quod polluantur vestes sacræ, neque vasa sacra, sed tantùm Ecclesiæ, & Cæmeteria, & ideo extra ipsa non est admittenda.

QVÆSTIO 806.

Quando Cingulum amittat benedictionem.

SVMMA.

1 *Si nulla pars cinguli rupti, sit apta ad cingendum, amittit benedictionem.*
2 *Si partes cinguli vniantur, opus sit noua benedictione,* & num. seq.
3 *Si neutra pars cinguli inseruiat, perit eius forma.*
4 *Calix tornatilis non rumpitur amota cuppa à pede sicut rumpitur cingulum.*
5 *Si pars cinguli remaneat apta ad cingendum, poterit annecti pars rupta.*
6 *Stola adhiberi potest loco cinguli.*

1 ADest specialis difficultas circa cingulum ex eo, quod non requirat aliam formam, præter illam, qua sit aptum ad cingendum. Conueniunt autem communiter in nonnullis, quæ sunt extra difficultatem. Primo, quod si ita frangatur, vt neutra pars sit apta ad cingendum, amittat benedictionem. Secundò, quod si vna, & non altera pars sit apta ad cingendum, illa quæ est apta, retinet benedictionem. Tertiò, quod si vtraque pars remaneat apta ad cingendum, retineat vtraque benedictionem. Quarto, quod si antequam totaliter rumpatur, connectuntur partes, non amittit benedictionem. Ita Syluester *verbo.* Benedictio, *quæst.* 6. *in fine* Tabiena *num.* 3. Armilla *ibidem* Henriquez *lib.* 9. *sum cap.* 29. *num.* 3. Suarez *disp.* 82. *de Eucharist sect.* 2. §. *vltimo* Reginal. *lib.* 29. *praxis fori pænit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 160. ver *Vnde inferre.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 9. *num.* 26. Gastiat. *in Rubric Missal. part.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. *littera V.* Pax Iordan *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 277. Quartus *in Rubr. Missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 4. *dub.* 4. ver *Colligitur quarto.* Tambur. *opusc. de sacrifio. Miss. lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 2. & alij infrà citandi. Quia in his casibus, aut non deperditur forma, aut remanet in aliqua parte.

2 Difficultas est, si ita rumpatur, vt neutra pars sit apta ad cingendum, vt possint partes vniri simul, & inseruire absque noua benedictione eo pacto, quo cuppa Calicis vnita pedi tornatili modo, quandiu manet separata, non potest inseruire, & si vniatur potest inseruire absque noua benedictione. Prima sententia asserit, partes innouatas inseruire posse absque noua benedictione Ita Ioan. à Cruce *par.* 2. *direct. Conscien. quæst.* 3. *de sacrific. Miss. dub.* 4. *conclus.* 2 Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 12 *num.* 33. Scottia *lib.* 2. *de sacrif. Miss. cap.* 8. *num.* 5. Cœlestin *in compend. Theol. moral. tract.* 8. *cap.* 5. *quæst.* 8. Marchant. *in quæst. Pastoralibus cap* 4. *de celebrat. Miss. quæst.* 2.

Secunda sententia asserit, indigere noua benedictione. Ita Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 2. §. *vltimo*, Bonac. *disp* 4. *de sacram. quæst. vltim. punct.* 9. *num.* 27 Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pænit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 160. Pitigian *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art* 4 Lugo Cardin. *disp.* 10. *de Eucharist. sect.* 3. *num.* 100. Tanner *tom.* 4 *disp.* 5. *quæstione* 10. *dub.* 3. *num.* 3. Gaspar Hurtad. *disp.* 2. *de sacrif. Missæ difficult.* 11. ver. *Circa ommissionem* Caspens. *par.* 2. *vers. Theol. tract.* 23. *disp.* 5. *sect.* 6. *num.* 90. Faustus *de Euchar. lib.* 2. *de sacrif. Miss. quæst.* 253. ver. *Sed cæteri* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram cap.* 8. *quæst.* 3. *num.* 30. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist sect.* 13. ver. *Deperditur.* Leander *de sacram tract.* 8. *disp* 7. *quæst.* 47. Gauant. *in Rubr. Miss. par.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. *littera V.* Pax Iordan. *tom* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1 *num.* 272. Dicastil. *de sacram. disp. pract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 11. *num.* 209. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4 *punct.* 1. *num.* 17. Tamburin. *opusc de sacrific. Miss. lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 4. Quartus *in Rubr. Missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 4. *dub.* 4. ver. *Controuersia est.* 3

Dicendum est. *Cingulum, si ita rumpatur, vt neutra pars sufficiat pro consueta functione, amittere benedictionem, nec quocunque modo coniunctum adhiberi posse sine noua benedictione.* Hoc mihi videtur certum Quia Auctores oppositæ sententiæ, quamuis in numero sufficienti, nullam tamen afferunt rationem, vnde non constat, quam probabilitatem habere possit opposita opinio ex illorum auctoritate. Hæc verò deducitur ex certo principio, quod nimirum tunc sacra omnia amittant benedictionem, seu consecrationem, quando pereunt in se, seu destruitur eorum forma, nam pereunte subiecto, pereunt, quæ ipsi adhærent. Quando autem cingulum ita rumpitur, vt neutra pars sufficiat ad cingendum, pereunt forma, & subiecta benedictionis, & ideo perit etiam benedictio. Nec per id, quod partes coniungantur adinuicem, resurgit benedictio, cum non adsit causa, quæ destructam reparet. 4

Nec est eadem ratio de calice, in quo tornatili modo cuppa iungitur pedi, quia, vt dictum est alibi, iunctura amouibilis includitur in forma Calicis, vt proinde separatio sit exercitium iuncturæ artificiosæ, atque adeo formæ artificialis, non autem eius destructio. Non fit autem in cingulo, quia partes non sunt inter se vnitæ amouibiliter, & ideo per separationem, per quam deperditur vsus cinguli, deperditur, quando cuppa Calicis separatur à pede, si sit coniuncta inamouibiliter. 5

Ex his colligitur cum Doctoribus *n.* 1. citatis, & pluribus etiam ex citatis *n.* 2. & 3. quod si cingulum rumpatur, & pars aliqua remaneat apta ad cingendum & proinde retineat benedictionem iuxta dicta *n.* 1. poterit ipsi annecti altera pars, & recuperabit benedictionem, quam amiserat ex separatione ab alia comparte, nam tanquam accessoria, & minus principalis, trahetur, ad communicandum in benedictione cum parte maiori iuxta Cap. *Quod in dubiis de consecrat Eccles.* sicut contingit etiam in Ecclesia, quando reficitur, & pars noua minor additur præexistenti. Vnde etiam addi poterit parti maiori præexistenti, minor noua, quæ eodem modo remanebit benedicta. 6

Colligitur

7 Colligitur 2. Poſſe adhiberi ſtolam loco Cinguli, vt notant Doctores, *quæſt. ſequent.* citandi *num.* 2. Ratio eſt, quia cingulum non requirit certam aliquam materiam, ſed ſufficit, quæcumque, quæ de ſe ſit apta ad cingendum, ſiue ſit ſericea, ſiue linea, ſiue aurea, vt dictum eſt ſuo loco, vnde quantum etiam ex hoc capite ſtola eſt apta, vt inſeruiat pro cingulo; imò habet hanc aptitudinem ex parte quoque formæ artificialis. Rurſus benedictio eſt communis vtrique, ita vt benedicantur benedictione ſacrorum indumentorum in genere, & ideò etiam ex hoc capite habet aptitudinem, cum non requirat cingulum ſpecialem conſecrationem.

Qvæstio 807.

An liceat vti ſtola pro Manipulo, & Manipulo, loco ſtolæ.

SVMMA.

1 *Licet vti Manipulo pro ſtola: & è contra in aliqua neceſſitate.*
2 *Et etiam extra Caſum neceſſitatis.*
3 *Manipulus, & ſtola ſunt eiuſdem formæ, & eadem benedictione benedicuntur.*
4 *Licet ſint diuerſa materiæ, & coloris adhiberi poteſt Manipulus pro Stola, & è contra.*

1 Talis vſus locum habere poteſt, ſi Manipulus ſit ſatis longus, ita vt humeris circa collum impoſitus deſcendere poſſit ad pectus ad formandum in eo Crucem. Rurſus ſtola ita plicari poteſt, vt non excedat longitudinem Manipuli. Et quidem id eſſe licitum vrgente aliqua neceſſitate, non videtur negandum, quia ſunt veſtes ſimul benedictæ eadem benedictione, & habent formam artificialem eamdem, cum hoc ſolum diſcrimine, quod ſtola ſit longior, quæ eſt differentia Materialis, & ſolum neceſſaria, vt poſſit formare Crucem ſupra pectus. Vnde ſi manipulus non poſſet formare Crucem ſupra pectus, nequaquam adhiberi poſſet loco ſtolæ; quia neceſſariò requiritur, vt ſtola ſit habitus proprius Sacerdotalis, quod formet Crucem ſupra pectus ex cap. *Eccleſiaſtica diſt.* 23.

2 Dicendum eſt. *Etiam extra caſum neceſſitatis adhiberi poſſe Manipulum loco ſtolæ, & ſtolam loco Manipuli.* Ita Palud. *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 6. *concluſ.* 2. D. Antonin 3. *par. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. Circa med. Tabiena *verbo.* Benedictiò *num.* 3. Angel. *quæſt.* 3. Syluest. *quæſt.* 6. Armilla *num.* 3. Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 84. Axor *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæſt.* 9. ver. *Dubitatur*, Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 29. *num* 5. Sà *verbo* Miſſa *num.* 9. Suarez *diſp.* 82. *de Euchariſ. ſect.* 2. *in fine*, Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 13. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pænit. cap.* 9. *ſect.* 3. *num.* 160. Fauſtus *de Euchar. lib.* 2 *quæſt.* 257. *in fine* Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 10. *num.* 205. Leander *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 7. *quæſt.* 44. ver. *Ego vero.* Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 28. *num.* 3. Tamburio. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. lib.* 1. *cap* 3. §. 1. *num.* 2. Quartu. *in Rubric. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 3. ver. *Colligitur quinto.*

3 Ratio eſt. Quia habent eamdem formam artificialem, quamuis diuerſo modo plicentur, quando induuntur. Habent eandem formam moralem benedictionis, quia ſimul cum caſula eadem benedictione benedicuntur, nec habent determinatam quantitatem ſecundùm longitudinem, cum aliqui vtantur longioribus, alij minus longis. Ergo nihil obeſt quin poſſit vna loco alterius, & è contra inſeruire; nam quamuis manipulus eſſet breuior ſtola, dummodo, tamen aptari poſſet, ſicut aptatur ſtola, nihil referret, & idem dicendum de ſtola, quando deſeruit loco Manipulo; quamquam ita plicari poſſet, vt in menſura non excederet conſuetum Manipulum.

4 An autem adhiberi poſſint, licet ſint diuerſæ materiæ, aut etiam diuerſi coloris, vt ſi deeſſet Manipulus adhiberi ſtola pro manipulo, quæ non reſponderet in colore Caſulæ, & in materia, & econtra affirmatiuè reſoluendum videtur. Quia conformitas materiæ, & coloris inter caſulam, ſtolam, & manipulum eſt introducta ex conſuetudine requirente venuſtatem ornamenti, atque adeò eſt facultatiua, & non obligans. Rurſus qualitas coloris non cadit ſub obligatione, ſed tantùm ſub directione, dummodò tamen non habeat grauem diſſonantiam cum celebritate officij, vt dictum eſt ſuo loco. Et defectus manipuli, eſſet cauſa ſufficiens ad excuſandam illam diſſonantiam, quæ eſſet inter has veſtes in materia, & colore.

Qvæstio 808.

An & quale peccatum ſit, celebrare cum veſtibus Sacerdotalibus, ſed non benedictis.

SVMMA.

1 *Non eſt idem celebrari ſine veſtibus Sacerdotalibus, & celebrare cum iiſdem.*
Sed non benedictis.
2 *Obligatio quod ornatus Sacerdotalis ſit benedictus, eſt grauis.*
3 *De ſtola ſpecialiter diſponitur.*
4 *In vſu ornatus Sacerdotalis non benedicti an detur paruitas materiæ.* & num. ſeq.
6 *Paruitas materiæ locum habet in materia diuiſibili.*
Paruitas materiæ, quando locum habeat.
7 *Quæ ſit parua materia in ornatu Sacerdotali non benedicto.*
8 *Qualibet pars ornatus Sacerdotalis an parua materia.*
9 *Præceptum de benedictione ornatus Sacerdotalis an affirmatiuum, an vero negatiuum.*
10 *Si eſſet negatiuum, quid prohiberetur.*
11 *Cauſa rationalis excuſat vtentem ornatu Sacerdotali non benedicto in parua materia.*

1 Qvamplures Doctores videntur habere pro vno & eodem celebrare cum veſtitu Sacerdotali, ſed non benedicto, ac celebrare ſine tali veſtitu, quia ſcilicet veſtis, quæ non eſt benedicta, non eſt ſacra, & proinde perinde eſt, ac ſi non adhiberetur. Exiſtimo tamē, eſſe quid longè diuerſum, vt notant etiam Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *punct.* 2. *num.* 19. Tamburin. *opuſc. de Sacrific. miſſ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *num.* 2. Nam cum Eccleſia præcipiat, & quod adhibeantur veſtes cum tali forma artificiali ad componendum ornatum Sacerdotalem, & quòd ſint benedictæ, dum adhibentur veſtes, licet non benedictæ, violatur tantùm pars præcepti, non autem totum præceptum. Rurſus ſaluatur ornatus Sacerdotalis, quia veſtes illum componunt, tanquàm partes diuerſæ, non autem tanquam benedictæ, quia eſt vna omnium benedictio, & ornatus conſurgit ex diuerſitate veſtium. Tertiò licèt veſtes non ſint benedictæ in habitu tamen exteriori repræſentant Sacerdotem, tanquam Sacerdotem, & proinde ſunt ſignum poteſtatis ipſius, quod non obtineretur, ſi nullus adeſſet ornatus; quod tamen eſt neceſſarium, quia debet Sacerdos in habitu exteriori accedere ad offerendum tanquam Sacerdos. Quartò remoueretur ſcandalum, quod aliàs oriretur, ſi ſine ornatu ſacerdotali, Sacerdos, accederet ad offerēdū, quia quod

ſit benedictus, vel non, non apparet, & ideò non generat ſcandalum. Vndè non dubito quia grauius peccaturus eſſet Sacerdos, qui ſine ornatu ſacerdotali accederet ad offerendum, quàm qui accederet cum ornatu non benedicto.

2 Dicendum eſt. *Adeſſe obligationem grauem, quod ornatu ſacerdotalis ſit benedictus iuxta ritum Eccleſiæ.* Ita communiter Doctores, Paludan. *in 4. diſt.* 13. *quæſt.* 2. *artic.* 6. *concluſ.* 5. Sotus *quæſt.* 2. *artic.* 8. ver. *Ex quibus* D. Antonin. 3. *part. titul.* 13. *cap.* 6. §. 5. *poſt med.* Tabiena *verbo.* Miſſa. *num.* 11. Angel. *quæſt.* 36. Armilla *num.* 6. Syluester *quæſt.* 2. *dicto* 3. Aſtenſ. *lib.* 4. *ſum. tit.* 14. *art.* 4. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 249. *concluſ.* 22. & 23. Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 84. & *conſil.* 3. *num.* 2. *de celebrat. miſſar.* Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 26. *num* 3. Graf. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 2. Vaſquez 3. *part. diſp.* 233 *cap.* 4. *num.* 38. Suarez *diſp.* 82. *de Euchariſt. ſect.* 3. *dicto* 1. Facundez *precept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 15. Reginal *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 3. *num.* 161. Bonac. *diſput.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. punct.* 9. *num.* 28. Franciſc. Lugo *lib.* 5 *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 32. Tanner. *lib.* 4. *diſp.* 5. *quæſt.* 10. *dub.* 1. *num.* 40. Fauſtus *de Euchariſt. lib.* 2. *quæſt.* 255. init. Ledeſma *part.* 1 *ſum. cap.* 21. *de Euchariſt. concluſ.* 5. Ludou. à S. Ioan. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchar. art.* 16. *difficult.* 4. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *punct.* 1. *num.* 15. Coninch. *quæſt.* 83. *de ſacram. art.* 3. *dub.* 3. *num.* 250. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *diſp. vn. pun.* 10. *num.* 8. Granad. 3. *part. controuerſ.* 6. *tract.* 14. *diſp.* 12. *num.* 7. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 10. *num.* 205. Leander *de ſacram tract.* 8. *diſp.* 7. *quæſt.* 44. Tamburin. *opuſc. de Sacrific. miſſ. lib.* 1. *cap.* 3. §... *num.* 1. Lugo Card. *diſp.* 20. *de Euchariſt. ſect.* 4. *num.* 98. Quartus *in Rubric. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 5. init. Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 263.

3 Id autem quoad ſtolam habetur ex Cap. *Eccleſiaſtica. Diſt.* 23. vbi ponitur pœna ex communicat Offerenti ſacrificium ſine ſtola, & ſtephanus Papa id ſtatuit vniuerſaliter in Cap. *veſtimenta.* De *conſecrat. Diſt.* 1. Quod autem hæc obligatio ſit grauis, conſtat tum ex praxi, quia tanquam talis accipitur, & practicatur. Tum quia communis interpretatio Doctorum pro graui eum habet. Tum quia materia de ſe eſt grauis, cum ordinetur ad offerendum ſacrificium cum debita reuerentia, & ad conſtituendum ornatum ſacerdotalem in eo ordine, in quo eſt ſacerdos nempè in ordinè ſacro.

4 An autem detur paucitas materiæ excuſans à mortali, non conueniunt Doctores. Quidam enim non admittunt paucitatem materiæ, ita vt celebrare etiam ſine cingulo benedicto putent, eſſe mortale. Ita ſuarez *diſp.* 82. *de Eucharīſ. ſect.* 3. *dub.* 2. Vaſquez 3. *par. diſp.* 233. *cap.* 4. *num.* 38. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 3. *num.* 161. ver. *vltimo.* Filliue. *tract.* 5. *num.* 150. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt pun.* 9. *num....* Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 35. Fauſtus *lib.* 2. *de Euchar. quæſt.* 255. Nauar, *cap.* 25. *Manual. num.* 84. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 28. *num.* 8. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 31 Io. à Cruce, *par.* 2. *Direct. Conſcient. quæſt.* 3. *de ſacrif. Miſſ. dub.* 4. *concluſ.* 20. Nugn. 3. *par. quæſt.* 83. *ar.* 3. *concl.* 3. Dicaſtil. *tract.* 5. *de ſacram. diſp.* 4. *dub.* 10. *num.* 204. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 7. *quæſt.* 29. ver. *ſed certiſſimè* Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 264. Trullench. *lib.* 3. *de ſacram. cap.* 8. *dub.* 18. *num.* 3. Quorum tamen aliqui excipiunt caſum neceſſitatis, vt Fauſtus &c. fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia materia huius præcepti non eſt celebrare cum ornatu ſacerdotali benedicto, ſed non celebrare ſine eodem ornatu benedicto & ita tota materia prohibitionis eſt in omiſſione cuiuſlibet ſacræ veſtis. Quia ſicuti poſt minimum cibum non poteſt ſumi Euchariſtia, quia materia præcepti eſt non ſumere poſt cibum, ita, & in præſenti.

Secunda ſententia admittit paruitatem materiæ, & proindè non eſſe peccatum graue vti minoribus veſtibus non benedictis vt cingulo, manipulo, ſtola Ita Scot. *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. Palud. *quæſt.* 2. *ar.* 5. Richar. *quæſt.* 4. *ar.* 3. Syluester *verbo.* Miſſa 1. *num.* 2. Sà *num.* 10. Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 29. *num.* 5. *in Com. littera Z.* Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 249. *concluſ.* 23. Auerſa *quæſt.* 11. *de Eucharīſ. ſeſſ.* 13. ver. *Communior autem.* Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 53. *num.* 1. Machad. *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 11. *docum.* 4. *num.* 3. Ludouic. à S. Io. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchar. ar.* 16. *difficul.* 3. Garzia *in ſum. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 4. *pun.* 2. *num.* 24. Coninch. *de ſacram. quæſt.* 83. *ar.* 3. *num.* 250. Facundez *precep.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 15. Niger. *in Addit. ad Ruiz. par.* 1. *præſupp.* 4. *num.* 42. *quæſt.* 28. Tamburin *opuſ. de ſacrif. Miſſ. lib.* 1, *cap.* 3. §. 1. *num.* 3. Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 5. ver. *ſecunda ſententia.* 5

Dicendum eſt. *Admittendam eſſe paruitatem materiæ in celebrando abſquè ſacerdotalibus veſtimentis non benedictis.* Ratio eſt, quia Ornatus ſacerdotalis componitur per modum vnius ex pluribus veſtibus; ita vt præceptum benedictionis cadat ſupra totum ornatum, & non ſupra ſingulas veſtes ſeorſim ſumptas, quaſi tot ſint præcepta, quot ſunt veſtes: vndè etiam totius ſimul eadem benedictione benedicitur, & omnes ſimul veſtes componunt vnicum integrum indumentum ſacerdotale. Ergo cum ſimus in materia diuiſibili, & quæ habet partes, aderit etiam paruitas materiæ reſpectu præcepti, vt contingit in omnibus præceptis, quæ habent materiam diuiſibilem. Confir. Tùm paruitas materiæ habet locum, quando motiuum præcepti non reperitur adæquatè in vna parte, ſed ſecundundùm portionem reſpectu totius parua cenſetur; nam tunc præceptum commenſuratur motiuo inducendo obligationem ipſi proportionatam. In caſu autem præſenti totum motiuum præcepti eſt tantum inadæquatè ſecundùm partem in ſingulis veſtibus Nã ſi ſumatur præceptum, vt poſitiuum, vt verè eſt, iniungens, quod veſtitus ſacerdotalis adhibeatur benedictus, motiuum eſt ſpecialis quædam reuerentia erga ſacrificium, quæ conſurgit partialiter ex benedictione ſingularum veſtium, & ideò inadæquatè obtinetur per ſingulas ſeorſim, & in vna eſt quid leue reſpectu totius. ſi verò ſumatur vt præceptum negatiuum non celebrandi, niſi cum veſtibus benedictis, adhuc motiuum erit vitare irreuerentiam, quæ non eſt irreuerentia poſitiua, ſed negatiua, hoc eſt minor reuerentia. Et proindè cum hæc minor reuerentia non ſit tota in ſingulis veſtibus, ſed inadæquatè per partes, adhuc motiuum non repetietur ſecundùm ſe totùm in ſingulis veſtibus ſeorſim, ſed tantùm inadæquatè. 5

Quæ autem ſit materia parua. Doctores pro ſecunda ſententia citati exiſtimant eſſe Cingulum, & vt plurimum etiam addunt Manipulum, & ſtolam, tanquam veſtes minores. Sed ob hanc cauſam reponendus eſſet amictus inter veſtes minores, cum ipſe quoquè, tùm quoad functionem, tùm quoad munus, quod exhibet, minor ſit in comparatione aliorum. Verùm paruitas materiæ non videtur conſideranda ſecundùm eſſe materiale veſtium, ſeu quantitatem, quia conſiderantur veſtes ſecundum qualitatem benedictionis: & ideò ſecundùm hanc aſſignari debet paruitas materiæ. Cùm autem omnes æqualiter benedictæ ſint, quia ſimul eadem benedictione benedicuntur, ſicut etiam, ſi ſeparatim benedicātur, non adeſt maior benedictio in vna, quàm ſit in alia, quia non creſcit ratione quantitatis ſubiectæ; & ideò quoad benedictionem non dantur maiores, & minores veſtes. 6

Quælibet

8 Quælibet igitur veſtis ratione cæterarũ ſimol ſumptatum, erit quoad qualitatem benedictionis patua materia,& proindè reſpectu totius ornamenti Sacerdotalis,io quo communicat,erit patua materia,& tanquam minot pars trahetur ad communicandum io benedictiooe,ſicut communicat in ornamento ſacerdotali;eo pacto proportionaliter quo trahitur,quando teficiuntur ſacerdotalia indumeota,pars non benedicta,quæ de nouo additur Quamuis enim ſacerdotalis ornatus conſtet pluribus veſtibus ioter ſe diſtinctis,& quarum ſingulæ habent ſuam proptiam formam artificialem, adhuc tamen eſt vnus, & continetur ſub ſpeciali forma ornatus,& hæc ratio vnitatis ſufficit vt veſtes trahantur ad inuicem communicandum

9 Ad fundamentum io oppoſitum reſp. neq. Quod materia præcepti non ſit celebrare cum oroatu ſacerdotali benedicto, nequè enim probatut, quod materia ſit non celebrare, niſi cum ornatu benedicto Sed gratis aſſumitur. Et ſi liceret ita interpretari, ſeu accipere præcepta,plura alia pręcepta poſſent ita accipi,& excludi ab ipſis patuitas materiæ cũ,tamẽ paruitas materię in ipſis cõmuniter admittitur,ſic dici poſſet,quod materia dettactionis,nõ ſit loqui de ptoximo cõtra iuſtitiã,ſed ſit non loqui de ipſo,niſi ſecũdùm iuſtitiam, atq; quod in qualibet leui detractione, eſſet tota materia præcepti. Ad exemplũ de Euchariſtia negandum ſimiliter eſt,quòd materia præcepti ſit non ſumere Euchatiſtiam poſt cibum, ſed materia eſt, quod ſumatur,à ieiunis naturali ieiunio. Ieiunium autem naturale excludit ſumptionem cuiuſcunquè cibi per modum cibi Et ideò in Cap. *Aiku ~. quæſt.* 1. prohibetur ſumptio Euchariſtiæ, etiam poſt minimum cibum.

10 Deindè adhuc admiſſa tali explicatione, vt dictum eſt ſupra, locum habet paruitas materiæ. ſiquidem celebrare ſine veſtibus benedictis, non prohibetur ratione celebrationis, ſed ratione circumſtantiæ, ſeo defectus veſtium, quæ ſint benedictæ: atque adeò ſolum prohibetur celebratio, vt ſtat ſub tali circumſtantia. Et ideò quod directè prohibetur eſt circumſtantia; tum quia id directè prohibetur, quod directè contrariatur fini intento, cootrariatur autem fini intento, qui eſt reuerentia,defectus benedictiooís.Tum quia id directe prohibetur, quod eſt ratio, quod aliud prohibeatur. Defectus autem benedictionis eſt ratio, cum prohibeatur etiam celebratio. Materia autem, quæ directe prohibetur non reperitur tota in qualibet veſte quia ſiue ſit defectus benedictionis, ſiue minot reuerentia, non tota eſt in qualibet veſte, ſed tantòm inadæquatè vt conſtat ex dictis.

11 Ex his ſequitur vt notant etiam plures ex citatis pro ſecunda ſententia, quod cum ſit ſolom peccatum veniale vti veſtibus non ſacris, ſeu benedictis in paruitate materiæ, concurrente aliqua rationabili cauſa, nequè erit peccatum veniale. Non eſt autem neceſſe, quod cauſa ſit valdè grauis; ſed ſufficit, quod poſſit honeſtare actionem, & proindè quod in ſe contiocat motiuum honeſtum, ratione cuius veriſimile ſit, quod Eccleſia remittat prohibitionem leuem; nam tunc veluti informabit, ſeu veſtiet actionem, vt habeat debitum ordinem ad vltimum finem, qoo dum carebat, erat veniale peccatum Tunc autem poteſt cenſeri, quod Eccleſia veriſimiliter remittat prohibitiooem, quando cauſa concurrens iudicio prædentis viri eſt maior, quam ſit leuis prohibitio; vndè quando aderit obligatio grauis celebrandi, aut etiam vtilitas conſiderabilis, cenſenda eſt remiſſa huioſmodi leuis prohibitio, eum ex oppoſito illius præponderet quid grauius, & magis appretiandum.

Qvæstio 809.

An aliquando liceat celebrare cum veſtibus ſacerdotalibus, quarum nulla ſit benedicta

SVMMA.

1 *Quando celebrari poſſit cum omnibus veſtibus non benedictis.*

2 *Benedictio ſacerdotalis, ornatus eſt ſolum de iure Eccleſiaſtico ob ſpecialem reuerentiam.*

3 *Votum impeditiuum majoris bonj non obligat,*& n.ſeq.

4 *Quanta debeat eſſe neceſſitas, vt adhiberi poſſint veſtes non benedictæ.*

5 *Ornatus ſacerdotalis non benedictus adhiberi poteſt ob neceſſitatem viatici.*

Lucrum amittere, & damnum pati, paria ſunt

Vtilitas æquiparatur neceſſitati.

6 *Vt populus audiat Miſſam in die feſto, poſſunt adhiberi veſtes non benedictæ.*

7 *Vtendumne veſtibus non benedictis, an potius benedicendæ à ſacerdote.*

EX dictis in *quæſt. præced.* conſtat, quomodo cum 1 qualibet veſte non benedicta celebrari poſſit ex iuſta, & rationabili cauſa. Nunc autem videndum, an celebrari poſſit cum omnibus non benedictis. In qua difficultate, qui tenẽt, quod etiam abſolotè ſine ſacerdotalibus veſtibus celebrari poſſit, aut ad euitandom mortis periculum, aut grauiſſimum damoum, eò qood leges humanæ non obligent cum periculo grauiſſimi damni, tenebunt à fortioti, quod celebrari poſſit cum veſtibus omnibus non benedictis. Ita Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 84. Azot. *par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *quæſt.* 1. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 161. *cap.* 3. Valeot. *tom.* 2. *ſum. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *pun.* 6. *quæſt.* 4. Salas. *de legit. diſp.* 11. *ſect.* 1. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 17. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchariſ. ſect.* 13. *ver. Communior* Fernandez *par.* 3. *Exam. theol. moral. cap.* 5. §. 13. *num.* 2. Franciſ. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 4 *num.* 38. Thomas Hurtad. *par.* 1. *reſol. moral. tract.* 2. *cap.* 1. *reſol.* 2. *num.* 12 Et Ludou. à S. Ioan. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchar. ar.* 16. *concluſ.* 1. generaliter excipit caſum oeceſſitatis, in quo non ſit peccatum celebrare cum omnibus veſtibus non benedictis.

Dicendum eſt. *Vrgente graui neceſſitate celebrari poſſe* 2 *cum omnibus veſtibus non benedictis.* Ratio eſt. quia Benedictio veſtium ſacerdotalium requiritur ſolum de iore Eccleſiaſtico, cuius finis non eſt excludere aliquam poſitiuam irreuerentiam,quæ eſſet in vſu veſtiũ, quæ non eſſent benedictæ,nam carentia benedictionis, cùm ſit merè quid negatiuom, non infert aliquam poſitiuam indecentiam, præſertim quia oon eſt carentia alicuius qualitatis debitæ ex natura ſacrificij, ſed ſolum ex inſtitutione Eccleſiæ, ſed finis eſt indocere aliquam ſpecialem reuerentiam. Ergo cum Eccleſia, & omnis legiſlator ordinet ſuas leges ad bonum Communitatis, ad quod ſemper debet reſpicere; non eſt præſumendum, qood velit obſeruantiam ſuarum legum habere locom, quando impediret maius bonum, nam tunc eſſet nociua, qnia impediret maiorem vtilitatem, atquè adeò ſortiretur finem contrarium fini iotento à legiſlatore.

Confir. Quando votũ eſt impeditiuum maioris boni, 3 non obligat,quia non placet Deo,nec recipit pro obſequio, quod impedit maius bonum. Quia reuera hoc non eſt præſtare Deo obſequium,ſed detrahere de eius obſequio. Qoia cùm omne bonum morale habeat pro fine ipſum Deum,tendit etiam in eius obſequium: & maius bonum, fundat maius obſequium, vnde quod Impedit maius bonum, facit, qood obſequium, quod

Deo impenditur, sit mious, atquè adeò detrahit de Dei obsequio. Ergo si lex de non vtendis vestibus sacerdotalibus, nisi sint benedictæ, veniat ad casum, io quo impediat maius bonum, & obsequium Dei, desinet obligare, quia tunc sortietur finem contrarium suæ institutioni, nam cum sit facta in obsequium Dei, detraheret de eios obsequio.

4 Ex his autem resolui potest, quanta debeat esse necessitas, vt possint in oblatione sacrificij adhiberi omnes vestes non benedictæ, potest enim statui regula, quam tunc poterunt adhibere, quando obseruantia huius legis impediret maius bonum. Tum enim obseruantia legis esset contra interpretatiuam voluntatem Dei, qui præsumitur velle semper maius suum obsequium, & proindè, id ex quo resultat, & etiam contra voluntatem interpretatiuam Ecclesiæ, quæ cum in suis legibus habeat pro fine obsequium Dei, debet præsumi, quod eas non extendat ad casum, in quo eius maius obsequium impedirent. Et iuxta hanc regulam resolui possunt casus particulares, qui occurrere possint.

5 Et primò deducitur, qood pro conficiendo viatico adhiberi possent vestes omnes non benedictæ, quando aliàs non posset meliori modo occurri necessitati, Nam quamuis viaticum non sit medium necessarium ad salutem, est tamen potentissimum subsidium, quo carere, æquiparatur damno grauissimo, cum lucrum amittere & damnum pati, paria sunt *l. proind.* §. *fin.* & *l. sequen. ff.* Ad *leg. aquil.* Quod saltem verum est, quando ad lucrum, & vtilitatem capiendam adest ius. Vnde etiã am vtilitas æquiparatur necessitati Cap *fin.* De *Eccles. ædifican.* & Clemen. 1. *De reb. Eccles. non alien.* & notant Crauetta *consil.* 195. *num.* 8. Corneus *consil.* 181. *n.* 3. *lib.* 2. Decian. *consil.* 56. *n.* 39. *lib.* 2. Vndè non est verisimile, quod velit Ecclesia obseruantiam suæ legis præualere necessitati, & vtilitati constituti in periculo mortis, quia subuenire ipsi continet maius obsequium Dei, cum contineat exercitium Charitatis, quæ est omnium principalissima virtus, atque adeò excedit cæteras in obsequio erga Deum. Accedit etiam, quod dum ministratur viaticum, seruatur, quod est de iure Diuino, & redditur iofirmo id, ad quod habet ius ex institutione Christi. Maius autem obsequium redditur Deo si seruentur, quæ sunt de iure Diuino, & iuxta Christi institutionem, quàm si seruentur ea, quæ sunt de iure Ecclesiastico, & solùm coadiuuant Ius Diuinum.

6 Sequitur secundò. Quod liceat offerre sacrificium cum omnibus vestibus, licet non benedictis, quando aliàs Populus in die festo esset cariturus Missa, & hoc non solum, si esset sequuturum scandalum, aut murmur Populi, sed etiam absolutè. Si enim in hoc casu omitteretur missa, obseruantia legis exigentis in vestibus sacerdotalibus qualitatem benedictionis, impediret maius obsequium Dei, siquidem cum de iure naturali, diuino sit colere Deum sacrificio, & hoc ius sit indeterminatum, quoad tempus, io quo exigit exhiberi Deo hunc cultum, Ecclesia determinauit aliquos dies, in quibus exhibeatur. Et quamuis determinatio excedat exigentiam Iuris, attamen trahit semper secùm hoc ius, cum contineat illius exequutionem. Et ideò cum celebratio in tali casu contineat exequutionem Iuris diuini, naturalis, continet etiam maius obsequium Dei, & Deus magis sibi complacet in obseruaotia iuris naturalis diuini, quàm in illa maiori reuerentia in oblatione sacrificij, quæ consurgit ex benedictione vestium. Accedit, quod cum Populus existens concurrat ad oblationem sacrificij, exhibet Deo supremum Cultum, qui certè continet maius obsequium, quàm contineat illa reuerentia, quæ consurgit ex benedictione ornatus sacerdotalis in oblatione sacrificij. Et eodem modo alij similes casos resolui possunt.

7 Dubium tamen occurrit. Quid potius faciendum, quando occurrit necessitas, an cælebrandum cum ornatu sacerdotali oon benedicto, an verò potius præmittenda benedictio ab eodem sacerdote celebraturo. Ex vtraquè enim parte adest lex Ecclesiastica, siquidem ex vna parte lex Ecclesiastica exigit, quod ornatus sacerdotalis sit benedictus, & ex alia lex Ecclesiastica exigit, quod ornatus sacerdotalis benedicatur tantùm ab Episcopo, Abbatibus, & priuilegiaris. Et proindè dubitatur, quænam potius lex ex his duabus cedat. Resp. Cedere potius legem de benedictione sacerdotalis ornatus. Nam cum lex cedat ex causa necessitatis, debet cedere lex illa cui opponitur causa necessitatis, seu cuius obseruantia immediatè se habet contra necessitatem; in casu autem præsenti necessitas exigit celebrationem Missæ, cui oppooitur defectus benedictionis ornatus sacerdotalis, atquè adeò lex de tali ornatu, & ideò debet lex ista cedere necessitati.

QVÆSTIO. 810.

An in omissione alicuius vestis sacerdotalis locum habeat paruitas materiæ.

SVMMA.

s *Maiores, & minores vestes sacerdotales.*
2 *Stola est præcipua inter vestes sacerdotales.*
3 *In omissione vestium sacerdotalium an detur paruitas materiæ,* & num. seq.
5 *Ornatus sacerdotalis admittit paruitatem materiæ.*
6 *Licet constet ex partibus hæterogeniis.*
7 *Et licet sint tantum sex.*
8 *Ornatus sacerdotalis reperitur in partibus non notabilibus.*
9 *In cingulo habetur paruitas materiæ.*
10 *In Manipulo quoq.*
11 *Amictus an dicat paruitatem materiæ.*
12 *significatio sacrarũ vestium stat cum paruitate materiæ.*
13 *Resticulæ quibus ligatur planeta inseruire possunt pro cingulo.*

Paruitas materiæ modo consideranda est non secundùm benedictionem, cum de ea actum sit in superioribus, sed secundùm ipsas vestes, & videndum est, an prætermissio alicuius sit parua materia, quæ non contineat peccatum mortale, solent autem distingui vestes sacerdotales in maiores; & minores. Maiores sunt Alba, Casula, & stola, & secundùm aliquos etiam Amictus. Minores verò sunt Cingulum, Manipulus, & secundùm aliquos Manipulus. Imò suarez, & alij ponunt inter Minores etiam stolam fortè quia quoad quantitatem materiæ est inferior maioribus. 1

Sed oullo modo potest stola collocari ioter Vestes sacerdotales Minores. Nam, vt docent communiter cum D. Th. 3. *part. quæst. supplem. ar.* 7. *in Corpore.* stola est habitus proprius sacerdotis, & est veluti forma totius ornatus sacerdotalis, siquidem ipsum determinat, vt sit proprius ipsius. Vnde in Cap. *Ecclesiastica. Dist.* 23. sub pœna excommunicationis præcipitur quod non audeant celebrare, aut accedere ad sumendam Eucharistiam sine stola, vtpotè qoia est habitus proprius illius, de ipsa enim loquitur, tanquàm de habitu, quem accepit in sua Consecratione, atquè adeò vt de proprio sacerdotis. Quis autem dicat proprium habitum sacerdotis, & quæ est forma totius ornatus sacerdotalis esse connumerandum inter vestes Minores. 2

Prima sententia negat paruitatem materiæ, sed omissionem etiam solius cinguli, esse peccatum mortale. Ita suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 3. *dub.* 2. Vasquez 3. *par. disput.* 233. *cap.* 4. *numero.* 38. Reginaldus *lib.* 29. *Fraxis fori panit. cap. nono. sectione tertia num.* 161 Filliuc. 3

161, Filliuc. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 150. Bonac. *disput.* 4. *de sacrament. quæst. vlt. punct.* 9. *num.* 27. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 255. Nauar. *cap.* 5. *Manual. num.* 84. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *quæst.* 4. *num.* 35. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 28. *num.* 8. Molfes. *part.* 1. *sum tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 31. Io. à Cruce, *part.* 2. *direct. conscient. quæst.* 1. *de sacrific. Miss. dub.* 4. *conclus.* 20. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *concl.* 3. Dicastil. *tract.* 5. *de Sacram. disput.* 4 *dub.* 1. *num* 204. Leandet *tract.* 8. *de sacram. disp.* 7. *q.* 39. vet *Sed certissimè.* Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vnic. punct.* 10. *num.* 8. Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 264. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 18. *num.* 3. Fundamentum huius sententiæ est, qoia quælibet vestis est pars notabilis otnatus Sacerdotalis, & babet suam specialem significationem, vnde deficiente quacumque, deficit notabiliter ornatus Sacerdotalis, tum io esse otnatus, tum io esse significationis.

4 Secuoda sententia admittit patuitatem materiæ, cuius omissio voluntaria onn inducat peccatum mortale. Ita Scot. *in* 4. *dist.* 13. *quæst* 2. Palud. *quæst.* 2. *art.* 5. Richatd. *quest.* 4. *ar.* 3. Syluest *verbo.* Missa. *num.* 2. *in com. littera. Z.* Rodtiquez *part.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 3. Facundez *pracept* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 15. Niget. *in addit. ad Ruiz part.* 1. *pracept.* 4. *num.* 42. *quæst.* 28. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 250. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *punct.* 2. *num.* 28. Ludouic. à S. Io. *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 16. *difficult.* 3. Auersa *quæst.* 15. *de Eucharist. sect.* 13. ver. *Communior autem.* Marchin. *de sacram, ordin tract.* 5. *part.* 3. *cap.* 13. *num.* 1 Machad *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 11. *docum.* 4 *num.* 3. Tamburio. *opusc. de sacrific. Miss lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 3. Quattus *in Rubr. Missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 4. *dub.* 5. ver. *Secunda sententia*, Vericel. *de Mission. Apost. tract.* 15. *quæst.* 283. ver. *Aduerte secundo*, qui tamen non cooueniunt in assignanda paruitate materiæ, nam aliqui assignant solum Cingulum, alij etiam Manipulom seorsioi tamen, alij etiam stolam, sed non rectè, vt constat ex dictis *num.* 2.

5 Dicendum est. *In omissione sacrarum vestium minorum dari paruitatem materiæ, cuius voluntaria omissio inducat peccatum tantùm veniale.* Prob. Ornatus Sacerdotalis cōponitur ex diuersis partibus hæterogeneis, seu vestibus. Ergo petest in sua integritate admittere patoitatem materiæ, cuius defectus sit leuis, & proinde eius omissio sit solum peccatum veniale. Conseq. prob. Quia vbi sunt partes sunt etiam partes mioores, & paruæ, atque adeò, quæ important patuitatem materiæ.

6 Dices id esse verum, quando partes sunt homogeneæ, seu eiusdem rationis, noo autem quando sunt hæterogeneæ, seu diuersæ rationis, vt in Sacerdotali ornatu, nam semper deficit aliqua pras dissimilis à cæteris, quæ ptoindè causat notabilem defectum. Verum non obstat paruitati materiæ hæterogeneitas partium, seu diuersitas, quia si aliqua pars sit, & secundum quantitatem, & secundum ornatum leuis momenti, adbuc est paruitas materiæ, quia in ornatu non inducit notabilem defectum, imò talem, qui vix aduerti possit, sic in homine dentes sunt partes hæterogeneæ, qoæ spectāt ad integritatem corpotis; & tamen si desint, non est pars aliqua notabilis, quæ in ordine ad totam integritatem corpotis, & speciositatem inducat notabilem defectum.

7 Dices 2. Vestes sacerdotales esse taotum sex, & ideò defectum vnius, omnium minotis esse notabilem, quia facit deesse sextam partē ornatus, sed nequè hoc subsistit, licet vestes minores sint singulæ, sexta pars ornatus, quoad numerum noo sunt tamen quoad quantitatem. Ornatus autem oou attenditur secundum numerum, sed secundum quantitatem, quia ordinatur ad ornandam personam sacerdotis, quæ magis, vel minus ornatur iuxta quantitatem ornamenti; vode Alba, & Casula valde ornant, quia se extendunt circa totam personam.

8 Confir. Vestes Sacerdotales cadunt sub præcepto, quatenus componentes ornatom Sacerdotalem: ergò cum ornatus Sacerdotalis non sit totus in singulis, sed secundum partem, dabitur paruitas materiæ, quotiescunquè ornatus reperietur in aliqua parte, quæ non importet partem notabilem ornatus, sed exiguam. Quia paucitas materiæ in rebus præceptis, aut prohibitis habet locum, quando quod formaliter præcipitur, aut prohibetur, non reperitor secundum se totum in quacumque materia.

9 Quænam autem vestes dicant paruitatem materiæ, noo est ita facilè determinare. Quod spectat ad cingulum, communiter omnes, qui admittunt paruitatē materiæ eam in ipso agnoscunt, & ita omninò tenendū est. Quia cingulum non est propriè vestis Sacerdotalis, sed quid accessorium alterius vestis, nempe Albæ, cum inseruiat pro ipsa cingenda, & modificanda circa personam Sacedotis. Accedit etiam, quod secundùm se oon est talis pars otnamenti, vt si desit remaneat imperfectus notabiliter ornatus Sacerdotalis, si enim Alba sit ad mensutam induentis, siue sit cincta, siue non sit, non variatur notabiliter ornatus, imo vix sensibilis est differentia, & proinde non potest haberi pro parte notabili ornatus Sacerdotalis, sed erit parua materia.

10 Qood spectat ad Manipulum, videtur quoque saluari in ipso paruitas materiæ Primo quia non fuit iotroductus ex intentione, quod esset vestis Sacerdotalis, sed vt visum est in superioribus, antiquitus erat mappula, seu sudariolum quo vtebatur celebrans ad detergendos nares, & oculos, & cum successu temporis ob venostatem seruandam introdoctum fuerit, quod cooficeretur ex alia materia, & præcipuè ex ea, ex qua constaret casula, cœpit etiam benedici tanquam vestis Sacerdotalis simul cum ipsa Casula. Non constat autem, quod sit hoc introductum sub graui obligatione, cum ortum habuerit ex sola cousuetudioe, de qua non constat, ex qua intentione processerit. Secundò quia non adest speciale præceptum de vsu manipuli, sicut adest de vsu stolæ, sed ad summum venit sub præcepto generali de ornatu Sacerdotali, & ideo solum cadit sub obligatione eo modo, quo se babet ad otnatum Sacerdotalem. Respectu autem totius ornatus Sacerdotalis est pars valdè exigua, vt per se constat, & ideo cadet etiam sub obligatione tanquam exigua pars, & consequenter sub leui obligatione.

11 Quod verò attinet ad Amictum, considerandus videtur secuodùm duplicem modum, quo solet adhiberi, quidam enim vtuntur ad tegendum caput, dum è sacrario procedunt ad Altare, & dum è Altari redeunt ad sacrarium quidam verò solum ipsum imponunt humeris, & circundant collum vt tegatur pars illa vestis ordinariæ, quæ non tegitur Alba. Secundum primum modum videtur habere vsum considerabilem, & notabilem, & in ratione ornatus Sacerdotalis præstare functionem spectabilem, & consequenter eius omissio non videtur materia leuis, siquidem deesset ornatui Sacerdotali pars ordinata ad vnam ex specialibus functionibus. Iuxta verò secundum modum adhibendi oon videtur pars notabilis otnatus Sacerdotalis, siquidē exiguam functionem præstat, & ideo non videtur improbabile, quod haberi possit pro paruitate materiæ.

12 Ad foudamentum in oppositum constat ex dictis. Siquidē quælibet pars ornatus Sacerdotalis io ratione ornatus non est notabilis, sicut non est notabilis in ratione vestis, ad quam coosequitur ratio ornatus; Quod vero spectat ad significationem, cum non sit iostitutus otnatus sacerdotalis ex fine significandi; sed posita institutione adiouenta sit significatio. Tum quia diuersimodè solet explicari à Doctoribus: vnde alij ponunt vnam, alij aliam,

prout magis ipsis congruere videtur, quod non contingeret, si præfixa prius significatione esser postea vestis inuenta. Tom quia significatio manipuli est inuenta postquam reductus est in vestem Sacerdotalem, cum prius esset mappula. vt dictum est. Sequitur quod sit significatio voluntaria, & præter institutionem, non autem necessaria: & ideo defectus huius significationis non est defectus alicuius rei necessariæ, quasi ornatus Sacerdotalis, non subsisteret in suo esse; nisi subsisteret significatio, cum optimè subsistat etiam in esse sacro, seu benedicto independenter à significatione. Deinde si significatio consequeretur ex natura institutionis ad sacras vestes, sequeretur conditioná earundem vestium, vnde non plus esset necessaria significatio, quam esset ipsa vestis: & ideo si vestis aliqua ex minoribus se habet, vt parua materia, se habebit etiam vt talis significatio consequens ad ipsam.

23 Ex dictis sequitur. Quod si Casula à parte anteriori haberet restieulas, seu vittas, quibus ligetur circa corpus celebrantis, poterunt dictæ restieulæ, seu vittæ deficiente cingulo inseruire loco cinguli; nam dum ligant casulam, vt non fluat in aliam partem, circumdat etiam celebrantem, & proinde gerit vicem eiusdam cinguli, vnde cum sint benedictæ eadem benedictione, qua benedicta est casula, & non referát, ex quarum materia constet cingulum, poterunt inseruire loco cinguli.

Qvæstio 811.

An ex causa necessitatis liceat celebrare sine aliqua ex vestibus Sacerdotalibus.

SVMMA.

1 *Ex causa necessitatis an liceat celebrare sine aliqua veste Sacerdotali*, & num. seq.

3 *Triplex gradus necessitatis.*

4 *In necessitate graui, aut ordinaria non licet offerre sacrificium sine Stola.*

Sacrificium exigit ministrum, sed signo visibili ministerij.

5 *In necessitate ordinaria licet celebrare sine aliqua ex minorib. vestib.*

6 *Vnde id oriatur.*

7 *Si minores vestes non importarẽt leuem materiam, adhuc id liceret.*

8 *Necessitas celebrandi, & defectus vestis sacerdotalis debent inuicem comparari.*

9 *In graui necessitate licet celebrare sine aliqua ex maioribus vestibus Stola excepta.*

Necessitas grauis celebrandi, habet assistentiam iuris naturalis, & etiam diuini.

10 *Omissio vnius vestis Sacerdotalis est solum partialiter contra legem.*

11 *Obligatio celebrandi non cessat, si sit debita ex iure naturali, &c. quando non potest seruari totus ritus Ecclesiæ.*

12 *Vnde colligatur ex intentione Ecclesiæ non praualere ritum contra necessitatem.*

13 *Quando potest celebrari sine aliqua ex sacris vestibus, potest etiam omitti.*

PRima sententia asserit, quod neque ex causa necessitatis liceat celebrare sine aliqua tantùm ex vesti-
2 bus Sacerdotalibus. Ita D. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 16. §. 8. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 53. Pax Iordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 265. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 2. Victoria *in sum. tit. de Eucharist. num.* 82. Homobon. *part.* 1. *Exam. Eccles. tract.* 4. *cap.* 11. *quæst.* 99. Marchin. *de Sacram. ordin. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 14. *num.* 5. Valent. *tomo* 4. *disputatione* 8. *puncto* 3. vers. *verum hæc opinio.* Dicastill. *tract.* 5. *de sacram. disputatione* 4. *dubio* 10. *numero* 114. Leander *de sacram. tract.* 8. *disput.* 7. *quæstione* 41. ver. *Sed longè.* Fundatur in eo hæc sententia. Quod quando non licet celebrare cum rito præscripto ab Ecclesia, cessat obligatio celebrandi, siue proueniat ex præcepto, siue ex aliquo alio iure, quia in tantum potest adesse necessitas celebrandi in quantum celebrari potest cum ritu præscripto ab Ecclesia.

Secunda sententia asserit, ex causa necessitatis licere 3
celebrare sine aliqua ex sacris vestibus. Ita Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 3. ver. *secundo dicendum est.* in fine Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 21. *de Eucharist. conclus.* 5. *dub.* 3. Coninch. *de Sacram. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 250. qui tamen loquitur tantum de cingulo Io. à Cruce *part.* 2. *direct. conscient. quæst.* 3. *de sacrific. Miss.* § 1. *dub.* 4. *conclus.* 2. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 149. Ludouic. à S. Ioan. *quæst.* 11. *de Euchar. art.* 16. *difficult.* 3. Machad. *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 2. *tract.* 11. *docum.* 4. *num.* 3. & 4. Garzia *in sum. tract.* 3. *diffic.* 8. *dubio* 4. *puncto* 2. *numero* 22. alios citans. Lamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 11 Martin à S. Ioseph. *tom.* 1. *moral. lib.* 1. *tract.* 16. *de Eucharist. numero* 14. Præposit. 3. *pars. quæstione* 83. *articulo* 3. *dub.* 6. *n.* 173. Faustus. *lib.* 2. *de Eucharist. quæstione* 255. ver. *Dixi* Facundez *præcept.* 1. *Eccles. libro* 3. *capite* 23. *numero* 12. Laiman. *libro* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *capite* 6. *numero* 17. Francisc Lugo *libro* 5. *de sacrament. capite* 8. *quæstione* 4. *numero* 40. Tambotin. *opusc. de sacrific. Miss. libro* 1. *capite* 3. §. 1. *numero* 7. Verricel. *de Mission. Apost. tract.* 13. *quæstione* 263. ver. *Qualis autem.* Quattus *in Rubr. Missal. parte* 2. *titulo* 1. *sectione* 4. *dub.* 6. ver. *Respondeo.* Et probabilè putant Granad. 3. *parte controuer.* 6. *tract.* 14. *disputatione* 12. *numero* 7. Lugo Card. *disp.* 20. *de Eucharist. sect.* 4. *num.* 98. Vt plurimum tamen citati Doctores intelligunt de vestibus minoribus.

Quia tamen non est eadem semper necessitas, ideo 4
non potest commodè resolui difficultas, nisi distinguantur diuersi gradus necessitatis. Primus enim gradus continet necessitatem grauissimam seu extremam, vt ob euitandam mortem, aut aliud grauissimum damnum. Secundus gradus continet necessitatem grauem, vt esset in præsenti necessitas ministrandi viaticum, necessitas offerendi sacrificiũ pro aliqua graui indigentia, aut implendi præceptum naturale diuinum de offerendo sacrificio aut alia huiusmodi. Tertius gradus continet necessitates ordinarias, & communes, quarum intuitu solet offerri sacrificium, vt est præceptum audiendi missam, necessitas implorandi diuinum auxilium pro aliqua speciali indigentia. Quidam etiam addunt indigentiam eleæmosynæ, quæ datur intuitu celebrationis. Ad hanc etiam necessitatem reducitur obligatio celebrandi, siue ratione Cappellaniæ, siue ratione voti, aut promissionis acceptatæ, siue ratione stipendij iam accepti, siue ex quocunque alio capite proueniat. Quod spectat ad primum gradum necessitatis, quid resoluendum sit constabit ex dicendis. Quod enim fieri potest in aliis gradibus necessitatis, fieri poterit etiam in ipso. Quid vero respectu ipsius sit speciale, in sequent. explicabitur.

Dicendum 1. *Neque in tertio, neque in secundo gradu* 5
necessitatis offerri posse sacrificium sine Stola, sed esse peccatum mortale. Ratio est. Quia ad offerendum sacrificium requiritur aliquis habitus, qui sit in signum potestatis Sacerdotalis, & hoc ex natura sacrificij, siquidem Sacrificium exigit offerentem specialiter ad hunc effectum consecratum, & à cæteris ratione præeminentiæ segregatum, per quam constituitur Minister publicus, qui offerat nomine Christi, & Ecclesiæ. Et cum sit sacrificium visibile, quod sensibili modo offertur, exigit etiam Ministrum visibilem, non solum ratione personæ, sed etiam tanquam Ministrum, hoc est secundùm potestatem offerendi. Cum autem potestas offerendi, non possit secundum se esse

sensi

ſenſibilis debet eſſe ſenſibilis in aliquo exteriori ſigno, & ideo ſacrificium ex natura ſua requirit aliqood ſenſibile ſignum in Miniſtto ſuæ poteſtatis, vt ſenſibiliter appareat, quod non accedit ad offerendum tanquam perſona ordinaria, ſed tanquam Miniſter deputatus. Hoc aotem ſigoum eſt determinatum ab Eccleſia nempe habitus Sacerdotalis, qui vt dictum eſt in ſuperioribus conſiſtit in Stola ſupra humeros, cadente ad pectus, & aptata ad modum Crucis. & ideo hoc ſignum noo poteſt cedere prædictis neceſſitatibus, tanqoam exigitum ex uatura ſacrificij, eo quod ſacrificium inſeruit quidem neceſſitatibus, ſed ſaluis iis, quæ ex natura ſua exigir: & neceſſitas exigit quidem ſacrificium, & proinde quod cedant ea impedimenta, quæ obſtare poſſent, ſed non, quod prætermittantur ea quæ exiguotur ex natura eiuſdem ſacrificij.

5 Dicendum 2. *in tertio gradu neceſſitatis, ſeu occurrente neceſſitate ordinaria, & communi, licet celebrare ſine aliqua ex veſtibus minoribus* Sequitur ex dictis *in preced. quæſtion.* Nam ſi veſtes minores ſunt parua materia in oroatu Sacerdotali, & proinde omiſſio earum ſeorſim importat tantum peccatum veoiale, dum ex cauſa oeceſſitatis ordinariæ omittitur aliqua nullum erit peccatum, quia illa leuis obligatio, cuius tranſgreſſio, eſt
6 peccatum veniale, ceſſat intuitu neceſſitatis.

Ratio autem eſt, quia neceſſitates iſtæ, licet ordinariæ, aut oriuntur ex aliqua obligatione, cui eſt ſatisfaciendum: aut ex cauſa depellendi aliquod malum, cui alias eſſet ſubiacendum, ad quod reducitur etiam priuatio alicuius commodi, ſeu vtilitatis, atque quæcunque indigentia Si neceſſitates oriantur ex aliqua obligatione, cum hæc obligatio ſit grauis, præualere debet obligationi non omittendi aliquam ex minoribus veſtibus, cum talis obligatio leuis ſit. Si vero neceſſitates ſe habeant ſecundo modo, habent aſſiſtentiam iuris naturalis, quæ facit, quod poſſit quiſque à ſe depellere quodcunque maloio, vnde cedere debet obligatio non omittendi aliquam ex mioori bus veſtibus tanquam leuis, & originata ex iure Eccleſia-
7 ſtico.

Et boc locum habet, etiam ſi minores veſtes non importarent leuitatem materiæ. Nam adhuc non cadunt ſub obligatione, niſi tanquam partes ornatus ſacerdotalis, ita vt non adſit ſpeciale præceptum de ſiogulis ſeorſim; ſed tantum vnicum de toto ornatu; & proinde omiſſio vnios ex ipſis, ſemper eſt omiſſio vnius partis ex Minoribus eiuſdem ornatus. Et ideo ex cauſa ordinariæ neceſſitatis, poteſt cedere ornatus Sacerdotalis, quia non cedit ſecundum ſe totum, ſed ſolum ſecundum aliquam partem ex minoribus: vnde adhuc adimpletur præceptum de ornatu Sacerdotali, licet cum defectu alicuius partis integralis.

8 Et quoad gradum huius neceſſitatis locum habet, quod tradunt Laiman. *lib. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 6. num.* 17. Franciſc. Lugo *lib. 3. Theol. moral. cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 41. Nimirùm, quod cooſiderandum ſit, quanta ſit neceſſitas ex vna parte, & quantus ſit defectus veſtis Sacerdotalis ex alia. In hoc enim gradu neceſſitatis ordinaria, vna neceſſitas eſt maior alia, & inter veſtes minores, defectus vnius eſt maior, quàm ſit defectus alterius, nam maior eſt defectus manipuli, quàm cinguli. Vt enim cedat obligatio adhibẽdi veſtem minorem, quæ deeſt, debet neceſſitas eſſe maior, quam ſit talis obligatio, & ideò opus eſt iudicio prudentis viri. Hoc tamen ſolum habet locum ſuppoſito, quod omiſſio vnius veſtis ex minoribus, non ſit parua materia: nam ſi eſt parua materia, quælibet neceſſitas ſufficiet ad cohoneſtandam omiſſionem atque ad reducendam in ordinem reſpectu finis vltimi refundendo in ipſam bonitatem motiui, ex quo procedit; atque adeò ad excludendum peccatum veniale.

9 Dicendum 3. *in caſu grauis neceſſitatis celebrari poteſt abſque aliqua ex maioribus veſtibus, dummodò non ſit ſtola, vt dictum eſt ſupra.* Per grauem autem neceſſitatem, intelligitur neceſſitas quæcunque ſecundi gradus. Ratio ex eo deſumitur ex regula illa, quod in concurſu plurium obligationum debet minor cedere maiori, tanquàm potentiùs ſtringenti. Et hoc præcipuè habet locum, quando obligatio ex lege humana, ſiue ciuili, ſiue Eccleſiaſtica, concurrit cum obligatione iuris diuini, aut naturalis; nam cum Lex Eccleſiaſtica deriuet à Iure diuioo naturali, ſeruat reſpectu ipſius ſubordinationem, & non extendit contra ipſum ſuam obligationem. Obligatio autem adhibeodi veſtes maiores eſt iuris Eccleſiaſtici humani, & non ex exigentia Sacrificij, quia exigit tantum ſignum externum poteſtatis Sacerdotalis, quod ex determinatione Eccleſiæ cõſiſtit io ſtola, vt dictum eſt. Econtrà verò neceſſitas grauis, ſi eſt propria, habet aſſiſtentiam iuris naturalis, & aliquando etiam diuini ſubleuandi ſe, aut etiam præſeruandi ab illa neceſſitate. Si verò eſt neceſſitas proximi, concurrit idem ius ex parte ipſius, & proinde habet ius etiam ad media neceſſaria pro neceſſitate depelleuda. Ex parte verò cæterorum conſurgit obligatio iuſtitiæ, ſi ratione muneris teneantur ſubleuare, vel ſi non tenentur ratione muoeris, conſurgit obligatio charitatis. Et ideò ſemper eſt maior obligatio, & ius ex parte neceſſitatis, quàm ſit ex parte legis vtendi Sacerdotali ornato.

Confirm Quia non agitur de omittendo toto or- 10
natu Sacerdotali, ſed tantùm aliqua veſte, licet ex maioribus. Atque adeò oon agitur de excludenda totaliter obſeruantia legis Eccleſiaſticæ, ſed tantùm ex parte ita vt non habeat locum ſolum quoad integram materiam. Ergo à fortiori debet neceſſitas præualere: ita vt lex Eccleſiaſtica ſeruetur eo modo, quo ſeruari poteſt, quia faciliùs in aliquo derogatur legi, quam tota abrogetur, & faciunt etiam ea, quæ allatæ ſunt, quando agebatur de oeceſſitate Altaris conſecrati, Calicis, &c. Nam præſenti quoque materiæ applicari poſſunt.

Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Non eſſe ve- 11
rum quod quando non poteſt celebrari cum ritu præſcripto ab Eccleſia, ceſſet obligatio celebrandi; nam non ceſſat, quando eſt debita, vel de iure diuino, vel de iure naturali, quia ritus Eccleſiæ tanquàm de iure Eccleeſiaſtico, non poteſt præoalere contra Ius diuinum, aut naturale. Et quamois Eccleſia habeat poteſtatem ſtatoendi, quæ congruentia ſunt circa oblationem ſacrificij, non tamen ad perimendam obligationem iuris diuini, aut naturalis, in quo tantùm ad ſummum locum habere poteſt diſpenſatio, aut declaratio. Hucvſque autem non cooſtat, quod Eccleſia declarauerit, quod ceſſet obligatio iuris diuini, aut naturalis offerendi ſacrificium, quando non poſſunt omnes, & ſingulæ veſtes adhiberi. Deinde quamuis poſſit aliquando ceſſare obligatio celebrandi, non tamen eo ipſo, quod deeſt aliqua ex ſacris veſtibus extinguitur ius celebrandi, ſicut eſſet neceſſarium, & non poſſet celebrari abſque aliqua ex ſacris veſtibus.

Deinde cum ritus offerendi ſacrificium fuerit in 12
Eccleſia diuerſus, vt conſtat ex variis Litturgiis Antiquorum, quæ adhuc apud nos conſeruantur. Imò etiam de præſenti ſit varius, nam alius eſt ritus Latinorum, alios Græcorum, alius Ambroſianorum. Imò etiam apud Latinos ſit varius, vt conſtat ex ritu Monachorum, & aliquarum Religionum ex mendicantibus, & ſit permiſſus à Romana Sede, vt conſtat ex Bulla Pij V. præfixa Miſſali reformato, colligitur, quod non ita ſtrictè ab Eccleſia præcipiatur, vt velit præualere contra neceſſitatem, cum ſinat contra ipſum ſubſiſtere ritus diuerſos, quorum permaneutiam, oeceſſitas non extorquet. Vnde à fortiori cenſendum eſt, quod nolit permanere cõtra neceſſitatẽ, præſertim grauem, quãdo extorquet omiſſionem alicuius partis eiuſdem ritus.

Ex di

13 Ex dictis ſequitur, vt notat etiam Tamburin. pro praxi *Opuſt. de ſacrific. Miſſ. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 5.* occurrente caſu neceſſitatis poſſe celebrare ſine aliqua ex ſacris veſtibus, & etiam poſſe ceſſare à celebrando. Quia cum pro vtraque parte adſit opinio, quæ habet ſufficientes Doctores pro ſtabilienda eiuſdem probabilitate, poterit in praxi quiſque ſequi quam libuerit. Quod occurrente neceſſitate tertij gradus, nullam videtur habere difficultatem. Si tamen occurrat neceſſitas ſecundi gradus poteſt aliquando contingere, quod teneatur ſequi opinionem aſſerentem. poſſe celebrari abſque aliqua ex ſacris veſtibus, vt ſi agatur de ſuccurrendo proximi neceſſitati, aut etiam propriæ, vt ſi eſſet conficiendum viaticum, non ratio charitatis, conſurgere poteſt obligatio ſequendi opinionem, quæ fauet neceſſitati.

Qvæstio. 812.

An aliquando ex cauſa neceßitatis ſecundi gradus liceat celebrare abſque vlla ex ſacris veſtibus.

SVMMA.

1 *In graui neceſſitate an liceat celebrare abſque aliqua ex ſacris veſtibus*, & num. ſeq.

3 *Nulla neceſſitas exigit, quod offeratur ſacrificium abſque aliqua ſacra veſte.*

4 *Secluſa omni ſacra veſte Sacerdos non eſt Miniſter congruus in apparentia.*

5 *Exercetur actio ſacra prophano modo.*

6 *Sola Stola an ſufficiat in graui neceſſitate*

7 *Cæteræ veſtes an cedant graui neceſſitati.*

8 *Non conſtat quod Eccleſia voluerit ſacras veſtes, Stola excepta, deturbare ius ad oblationem ſacrificij.*

1 EXemplum eſſe poteſt de neceſſitate miniſtrandi viaticum, & quod in tali caſu poſſit celebrari abſque ſacris veſtibus videtur ſentire Maior *in 4. diſt. 9. quæſt. 3. &* Marchin. infra citand. Thomas Hurtad *par. reſol. moral. tract. 2. cap. 5 reſol. 2. num. 22.* pro hac opinione citat Philiar. *de offic. Sacerd. lib. 2. cap. 2.* Zambran. *in deciſ. cap. 3. de Euchariſt. dub. 6.* vbi tamen nihil de hoc habet. Et hæc ſententia deduci poteſt de doctrina Dicaſtill. *tract. 5. de ſacram. diſp. 4. dub. 10. num. 203.* quatenus vult. quod eadem ſit ratio de vna, ac de omnibus ſacris veſtibus, quia omnes ſunt ex institutione Eccleſiaſtica, & ideò ſi ſemel ceſſat obligatio de vna, poteſt etiam ceſſare de omnibus, cum eodem modo ceſſet præceptum Eccleſiæ, quoad vnum, & quoad omnes.

2 Communis tamen ſententia tenet, quod non liceat in tali caſu celebrare. Ita Sotus *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. ar. 8.* D. Antonin. *3. par. tit. 13. cap. 16* §. 8. Victoria *in ſumma tit. de Euchariſt. num. 82.* Nauar. *cap. 21. Manual. num. 52.* Valen. *tom. 4 ſum. diſp. 6. quæſt. 8. pun. 3.* ver. *Quarto non tenentur.* Homobon. *par. 1. examin. Eccleſ. tract. 4. cap. 11. quæſt. 99.* Suarez *diſp. 82. de Euchar. ſect. 3.* ver. *Secundo dicendum eſt*, Henriquez *lib. 9. ſum. cap. 29. num. 5.* Facundez *precept. 1. Eccleſ. lib. 3. cap. 23. num. 19.* Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 3. par. 3. cap. 14. num. 5.* Caiet. *1. 2. quæſt. 98. art. 4.* Palaus. *par. 1. oper. moral. tract. 2. diſp. 2. pun. 13. num 9.* Salas *diſp. 11. de legib. ſect. 1. num. 8.* ver. *Tertio adde* Vaſquez *1. 2. diſp. 161. cap. 3.* & alij allati *in præced. quæſt.* tam pro prima, quam pro ſecunda ſententia.

3 Dicendum eſt. *In nullo caſu neceſſitatis ſecundi gradus, vt ob conficiendum viaticum, licere offerre ſacrificium cum ſolo veſtitu ordinario, abſque aliqua ex veſtibus ſacris.* Sequitur ex dictis *præced. quæſt. num. 4.* Et ratio eſt. Quia neceſſitas quæcumque, quæ exigit offerri ſacrificium, eſt conſequens ad inſtitutionem ſacrificij, & ad ea, quæ conſequuntur ſacrificium, quia ſupponit ſacrificium, quod exigit offerri. Ergo non poteſt exigere, quod offeratur, niſi eo modo, quo ex ſui natura exigit offerri, quia tanquam quid conſequens, & poſterius non poteſt immutare naturam ſacrificij, neque exigere aliquid contra naturam ipſius. Ergo non poteſt exigere, quod offeratur abſque aliquo ornatu Sacerdotali. Conſeq. hæc prob. Quia ſacrificium, ſicut exigit ex natura ſua Miniſtrum publicum, & deputatum, ita etiam exigit, quod talis accedat ad offerendum, atque adeò cum inſignibus ſuæ poteſtatis, & deputationis, nam exigit, quod appareat deputatio in eo ordine, in quo eſt ſacrificium, nempè in ordine viſibili.

Confirm. Licet Sacerdos independenter à ſacris veſtibus habeat poteſtatem offerendi ſacrificium; attamen dum induit ſolas veſtes prophanas in externo habitu non apparet Miniſter congruus illius actionis, & proindè quoad externum habitum eodem pacto, res ſe habet, ac ſi prophanus Miniſter offerret. In hoc autem etiam habitu ratione ſolius externæ apparentiæ interuenit poſitiua indecentia, & irreuerentia, quia adeſt apparentia prophanationis, dum apparet quod ſacrificium tractetur à prophano Miniſtro. Et ideò nulla neceſſitas poteſt exigere, quod tali modo offeratur; cum non poſſit exigere, quod irreuerenter tractetur ſacrificium. 4

Confirm. 2. Externa apparentia conſurgens ex ſolo habitu prophano, operatur, quod licet actio ſacra exerceatur à Miniſtro conſecrato, exerceatur tamen prophano modo, quia exercetur cum veſtito prophano, ſicut contingit, quando Epiſcopus celebrat cum inſignibus Pontificalibus, celebrat Pontificali modo, quando verò celebrat ſine ipſis non celebrat Pontificali modo, ſed modo ordinario Sacerdotali. Et ideò ſicut celebrans cum veſtibus ſacris celebrat ſacro modo: Ita celebrans abſque ipſis cum ſolo veſtitu prophano, celebrabit prophano modo. Offerre autem ſacrificium prophano modo continet irreuerentiam erga ſacrificium, & ideò nulla neceſſitas exigere poteſt, quod tali modo offeratur, quia non poteſt exigere, quæ ſunt contra ipſius reuerentiam debitam. 5

An autem ſufficiat ſola ſtola, tanquam habitus proprius Sacerdotis, pars affirmatiua videtur ſequi ex ſententia eorum, qui volunt, quod ob vitandam mortem, aut ob aliam grauiſſimam neceſſitatem liceat celebrare cum ſolo veſtitu prophano, quos infra referam, Nam ſi ex grauiſſima cauſa, licet omittere omnes veſtes ſacras, ex alia minori licebit omittere illas, quæ non ſunt propriæ ſacerdotis, & veluti materialiter ſe habent, retento ſolo proprio habitu ſacerdoti. 6

Rurſus. ſecluſa ſtola tanquam habitu proprio ſacerdotis, quæ proindè eſt determinata ab Eccleſia, tanquam inſigne ſacerdotale, vt in Cap. *Eccleſiaſtica. Diſt. 23.* ceteræ veſtes ſunt tantum ex inſtitutione Eccleſiæ, atque adeò de mero iure Eccleſiaſtico abſque eo, quod exigantur ex natura ſacrificij. Ergò videtur ceſſare obligatio, concurrente adeò graui neceſſitate, qualis eſt neceſſitas miniſtrandi viaticum; nam præualet ius, quod ſe tenet ex parte neceſſitatis, nam ex parte vſus ſacrarum veſtium concurrit tantùm ius merè Eccleſiaſticum. Ex parte verò miniſtrationis viatici concurrit ius ipſum ſumendi, quod eſt diuinum, tanquam radicatum in diuina inſtitutione. Concurrit etiam præceptum diuinum de eo ſumendo. Ex parte verò miniſtraturi, ſi eſt Paſtor concurrit obligatio, quæ oritur ex officio, quæ eſt iuris diuini naturalis; ſi verò non eſt Paſtor, concurrit obligatio charitatis. Vndè cum ex hac parte tot iura concurrant, videntur omnino præualere contra merum ius Eccleſiaſticum. 7

Præſertim

8 Præſertim. Quia cum hiuſmodi ſunt omninò certa, non poſſunt deturbari, niſi per ius contrarium certum, & quod præualere poſſit, quod tamen non apparet, nam licet Eeclesia ſtatuerit ſacras veſtes adhibendas in oblatiooe ſacrificij, non tamen ſtatuir, quod ſi eæ, atque omnes non ſuppetant, non poſſit offerri ſacrificium, etiam vrgente neceſſitate adeò graui, qualis eſt miniſtrandi viaticum. Rurſus neque etiam conſtat, quod voluerit priuare aliquem iure, quod habet ad viaticum, atque adeo etiam ad oblationem ſacrificij quando non adſunt conſuetæ veſtes Eccleſiaſticæ, cum quibus ſolet offerti. Vnde cum non adſit ius certum contra iuta, quæ exigunt miniſtrationem viatici, atque adeò oblationem ſacrificij, & ſint in ſuperiori ordine, quàm ſit ius Eccleſiaſticum, videntur manutenenda in ſua poſſeſſione, cum non adſit porens deturbare. Hæc faciunt pto hac parte, quæ conſideranda relinquo. Nihil in hac difficultate determinans.

Qvæstio. 813.

An ex cauſa timoris mortis, aut alij grauiſſimi damni vitandi, excuſetur celebrans abſque omni veſte ſacra.

SVMMA.

1 *In contemptum religionis nunquam licet celebrare abſque ſacris veſtibus.*
2 *Extra contemptum religionis an poſſit occurrere, quod caſu mortis celebrandum ſit abſque ſacris veſtibus.*
3 *Ex metu mortis an liceat celebrare abſque omni veſte ſacra*, & num. ſeq.
5 *Leges humanæ quatenus poſſint obligare cum periculo mortis.*
6 *Poteſtas Sacerdotalis in oblatione ſacrificij debet eſſe viſibilis in aliquo ſenſibili ſigno.*
7 *Sine quo oblatio ſit indecens.*
8 *Signum aliquod ſacerdotij ſemper fuit neceſſarium in oblatione ſacrificij*
9 *Ad vitandam mortem cum ſola ſtola poteſt offerri ſacrificium,*
10 *Deficiente ſtola, an cum aliqua alia ſacra veſte.*
Alba, Amictus, Manipulus ſimul an ſint ſufficiens ſignum poteſtatis ſacerdotalis in oblatione ſacrificij:

1 Conueniont communiter Doctotes, quod ſi metus incutiatur in contemptum Religionis, ſit potius mors ſubeunda quàm abſqoe ornatu Sacerdotali offerendum ſacrificium, quod eſt commune io omni alia materia. Ita ſpecialiter Medina 1. 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. *dub.* 2. Sayr. *lib.* 3. *clauſ. reg. cap.* 7. *num.* 35. in fine Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 16. *num. in Com. littera O*, & *cap.* 29. *num.* 5. in fine. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 161. *cap.* 3. *num.* 15. Salas. *diſp.* 11. *de legiſ. ſect.* 1. *num.* 7 *ad* 3. *ſecunda ſententi.* Azur. *par.* 1 *lib.* 1. *cap.* 13. *quæſt.* 1. *ad* 2. *argum.* Suarez *lib.* 3. *de legib. cap.* 30. *num.* 15. & alij infra citandi, præſertim pro poſteriori ſententia, quatenus excipiunt hunc caſum Dum enim celebraturus conſentiret, concurreret ad coutemptum teligionis, & præberet occaſionem ſcandali, & proinde, metus mortis non ſufficeret ad euacuandum peccatum. Difficultas autem eſt ſi quis metu mortis, & non in contemptum fidei, aut religionis, cogatur celebrate abſque omni veſte ſacra.

2 Et quamuis Coninch. *De ſacram. quæſt.* 83. *num.* 3. *dub.* 4. *num.* 250. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 17. Aueſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 13. ver. *Sed dubium eſt* Franciſc. Lugo. *lib.* 5. *de ſacram, cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 36 Bannius *par.* 1. *Theol. moral. tract.* 10. *quæſt.* 20 *de Præſbit* putent, quod non poſſit occurrere caſus, niſi ſit in contemptom Religionis, attamen non video cur non poſſit occurrere, quando cogens ad celebrandum habeat motiuum alias rationabile, vt ſi cogeter ad celebrandum pro miniſtrando alicui viatico, aut quia aliqua multitudo expectaret Miſſam. Aut quia aliunde non poſſint habere miſſam, vt apud Infideles, & Hæreticos In his enim caſibus non eſt præſumendus contemptus Religionis, cum appareat motiuum coactionis.

Prima ergo ſententia aſſerit: non licere, etiam ob metum mortis celebrare, abſque omni veſte ſacra cum ſolo veſtitu communi. Ita Caiet. 1. 2. *quæſtione* 96. *articulo* 4. & 2. 2. *quæſtione* 125. *art.* 3. §. *Ad hanc quæſtionem.* Henr. Bot *de Synodo par.* 1. *art.* 1. *numero* 131. *tom.* 13. *tractatu* Nauar. *in Manual. Hiſpan. cap.* 25. *num* 84. Henriquez *lib* 29. *ſumm cap.* 19. *num.* 5. *littera* C. Suarez *diſputatione* 82 *de Euchariſt. ſect.* 3. *dicto* 2. *dubio* 1. Filliuc. *tractatu* 5. *capite* 5. *numero* 139. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9 *ſect.* 3. *num.* 161. Tamburin. *opuſc. de ſacrific. Miſſ. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 6. Marchin. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *c.* 11. *n.* 5. Trullench. *lib.* 3. *de ſacram. cap.* 8. *dub.* 17. *num.* 4. Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 17. & 19. Granad. 1. 2. *controuerſ.* 7. *tract.* 1 *diſp.* 8. *ſect.* 5. Pa aus *par.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *pun.* 13. *num.* 9. Ludou. à S. Ioan. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchariſt. art.* 16. *difficult.* 2. *appen.* 1. Fauſtus *lib.* 2. *de ſacrif. Miſſ. quæſt.* 256. Ledeſma *par.* 1. *ſum. cap.* 21. *concluſ.* 5. *difficult.* 2. Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia leges humanæ obligant etiam cum periculo vitæ. Deinde quia omiſſio omnium veſtium ſacerdotalium continet talem irreuerentiam, & ſcandalum geoerat, vt neque ad vitandum periculum mortis, poſſit habere locum. 3

Secunda ſententia aſſerit, quod excuſetur ſacerdos, ſi ad vitandum periculum mortis, aut aliud grauiſſimum damnum celebret, omiſſo toto ornatu Sacerdotali ita qui ſenſent, quod leges humanæ non obligent cum periculo vitæ, & ſpecialiter Nauar. *in manual. Latino cap.* 25. *num.* 84. Medina 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. *dub.* 2. Valent. *tom.* 2. *ſum. diſp* 7. *quæſt.* 4. *pun.* 6. *quæſt.* 4. ver. *vnde capnt.* Azor. *par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *quæſt* 1. *ad* 2. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 35. Sà *verbo* Miſſa *num.* 13. Salas *diſp.* 11. *de legib. ſect.* 1. *n.* 1. *ad* 3. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 161. *cap.* 3. *num.* 15. Betan. *tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *n.* 8. Laiman. *lib.* 4. *theol. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 17. Bunac. *diſp.* 2. *in Decal. quæſtione* 8. *punct.* 2. *num.* 9. Fernandez *part.* 3. *exam. theol. moral. cap.* 5. §. 13. *num.* 2. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 13. ver. *Sed dubium eſt.* Gaſpar Hurtad. *de ſacram. diſp.* 4. *de ſacrif. Miſſ. diffic.* 11. init Franciſc Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 39. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 10. *num.* 201. Pax Iordan *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 267. Garzia *in ſum. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 4. *punct.* 2. *n.* 20. Leander. *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 7. *q.* 41. 4

Dicendum eſt. *Neque ad euitandum periculum mortis, aut quodcunque damnum grauiſſimum licere celebrare abſque omni veſte ſacerdotali cum ſolo veſtitu communi.* Ratio eſt quia licet leges humanæ non poſſint, quatenus humanæ ſunt, obligare cum periculo vitæ, poſſunt tamen obligare, quatenus applicant legem oaturalem, aut diuinam obligantem ad aliquid, etiam cum periculo vitæ. In præſenti autem caſu lex Eccleſiaſtica de vſu ſacrarum veſtium applicat legem naturalem, & diuinam obligantem ad adhibendum aliquod ſignum miniſterij quod ſubſtinet Sacerdos offerendo ſacrificium, & ideò dum facit ſubintrare has leges, poteſt obligare cum periculo vitæ, ratione ipſarum. 5

Quod ſubintrent hæ leges, ex eo conſtat, Quod ſacrificium ex inſtitutione ſua, atque adeò ex lege diuina tanquam viſibilis cultus Dei requirit proportionatum Miniſtrum conſecratum ad hunc effectum viſibilem, & cum non poſſit eſſe viſibilis ſecundùm poteſtatem, quæ 6

est ſpiritualis, debet fieri viſibilis in aliquo externo ſigno poteſtatis. Rurſus Hominum quoque natura exigit viſibile ſacrificium, vt habet Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. cap. 1. de ſacrif. Miſſ.* & conſequenter etiam exigit viſibilem Miniſtrum, qui ſit talis, quatenus Miniſter eſt, quia exigentia non eſt ad Miniſtrum quatenus perſonam, ſed quatenus Miniſtrum; atque adeò vt talem, viſibilem in aliquo ſigno, cum alio modo non poſſit eſſe viſibilis. Rurſus lex naturalis exigit, quod ſacrificium tractetur cum eâ reuerentia, quæ ipſum decet; atque adeò eo modo, quo ex natura ſua exigit tractari: Ergo cum exigat Miniſtrum cum ſigno viſibili ſuæ poteſtatis, lex naturalis obligabit ad adhibendum huiuſmodi ſignum, & conſequenter ad illud, quod pro hac functione ab Eccleſia determinatum eſt, pœnes quam adeſt talis poteſtas. Imò ad hoc etiam obligabit lex diuina, quia obligat ad ea ſeruanda, quæ ex natura ſua exiguntur à ſacrificio, & ad vitanda quæ continent irreuerentiam.

7 Dices. Licet ſubiret obligatio legis naturalis, & diuinæ, non tamen eſſe talem, vt exigat præferri periculo mortis, aut alio grauiſſimo damno. Verùm hoc dici non poteſt in præſenti caſu, quia lex naturalis, & diuina non admittunt quicquam, quod in ſe ſit indecens, & contra regulas rectæ rationis, & hoc prohibent etiã cum periculo mortis, & alijs grauiſſimis damnis. Quod autem non ſeruetur id, quod pro ſui reuerentia exigit ſacrificium, eſt quid in ſe indecens, quia eſt contra reuerentiam debitam ſacrificio, & inducit modum offerendi ſacrificium irreuerẽtem, dum Miniſter ſe gerit tanquam prophanus Miniſtrum in externa apparentia, & non tanquã perſonã ad id ſpecialiter conſecratã.

8 Dices 2. In primitiua Eccleſia conſueuiſſe offerri ſacrificium in habitu communi, vt teſtatur Valfrid. Strabo. *De reb. Eccleſiaſt. cap* 24. vbi habet quòd primis temporibus, communi indumento veſtiti Miſſas agebant, & ſubdit tunc quoque hoc ſeruari à quibuſdam Orientalibus. Verum ex hoc teſtimonio non colligitur, quod offerrent ſacrificium abſque aliquo inſigni poteſtatis ſacerdotalis, nam ſupra commune indumentum imponere poterant aliquod ſignum publicum, & ad hoc inſtitutum, quod non eſſet indumentum, quia ſufficit ſenſibile ſignum poteſtatis miniſterialis. Deinde, vt etiam hodie conſueuerunt ſacerdotes quidam Gentilium, poterant continuo in communi veſtitu habere ſignum ſacerdotij, & ſuæ deputationis ad offerendum ſacrificium, quod ſufficit, quia natura ſacrificij ſolum exigit, quod eius Miniſter appareat talis viſibiliter, quod autem per hoc, vel illud ſignum, hoc dependet ex inſtitutione Eccleſiæ.

9 Ex quibus ſequitur. Quod in huiuſmodi caſibus offerri poterit ſacrificium cum ſola ſtola, quia cum hæc ſit habitus proprius ſacerdotis, quo in ſui conſecratione, tanquam per deſtinationem ad hoc miniſterium induitur text. in Cap. *Eccleſiaſtica Diſt.* 23. eſt ſufficiens ſignum poteſtatis, & deputationis, quam accipit in ordinatione. Imò non ſolum eſt ſufficiens ſignum, ſed etiam proprium, & ad hoc ſpecialiter inſtitutum ab Eccleſia; ita vt cœteræ veſtes materiali modo ſe habeant, & potius ordinatæ ad ornamentum, quàm ad exprimendam appropriationem perſonæ pro tali miniſterio.

10 An autem in tali caſu deficiente ſtola offerri poſſit ſacrificium cum alijs veſtibus ſacerdotalibus aut cum vna tantùm ex ipſis. *Reſp.* Quod certum mihi videtur, quod non ſufficiat adhibere cingulum, quia non eſt veſtis, ſed ligatura veſtium, nec habet aliquid in ratione ſigni poteſtatis ſacerdotalis. Quod verò ſpectat ad Caſulam, videtur ſufficere, quia cum ſolus ſacerdos ea vtatur in oblatione ſacrificij, & non cæteri Miniſtri, ſufficienter declarat poteſtatem ſacerdotalem in Miniſtro. Nec obſtat, quod pro habitu ſacerdotali ſit inſtituta ſtola, quia in hoc caſu præſumitur quod ceſſet lex Eccleſiaſtica quoad determinationem ſigni poteſtatis ſacerdotalis, & quod remaneat ſolum exigentia ſacrificij, quæ cum non ſit determinata ad hoc, vel illud ſignum, ſufficit quodcunque ex ijs, quæ ſecundum præſentem inſtitutionem determinata ſunt. 11

At quod ſpectat ad Albam, Amictum, & Manipulum, quamuis adhibeantur etiam ab aliis Miniſtris Eccleſiaſticis in ordine ad alias functiones, attamen ſi ſimul adhibeantur, videntur ſufficere ad declarandam poteſtatem ſacerdotalem in ratione ſigni, quia aſſumuntur in ordine ad oblationem ſacrificij, cum quo coniunguntur. De ſe enim declarant indutum ijs eſſe Miniſtrum Eccleſiaſticum, & tanquam talem peracturum functionẽ, ad quam ſe præparauit: Vnde ſtatim ac apparet, qualis functio ſit, venit etiam in notitiam, qualis Miniſter ſit. Quoad ſolum verò manipulum non videtur ſufficere, quia eſt habitus proprius ſubdiaconi, & ideò determinatus vt ſit ſignum ſpecialis poteſtatis ipſius. ſimiliter neque videtur ſufficere ſolus Amictus, quia non habet tales qualitates, vt ſeorſim ab alijs veſtibus ſacerdotalibus, ſe exhibeat tanquam veſtem ſacram cùm valdè ſimilis ſit ſudariolis, mappulis, & ſimilibus.

QVÆSTIO 814.

An omittere aliquam ex Sacris veſtibus ex negligentia, inaduertentia, obliuione, &c. ſit peccatum.

SVMMA.

1 *Omiſſio alicuius veſtis ex negligentia inculpabili, &c. non eſt peccatum.*
2 *Voluntarium fundatur in cognitione.*
3 *Ignorantia craſſa non excuſat omittentem aliquam ex ſacris veſtibus.*
4 *Ignorantia craſſa aliquando auget voluntarium.*

Dicendum eſt. Omittere aliquam ex ſacris veſtibus ex negligentia inculpabili, inaduertẽtia, obliuione &c. poſſe excuſari à peccato etiam veniali iuxta rationem negligentiæ, inaduertentiæ &c. Eſt tamen aduertendum, quod ratione negligentiæ, difficilè excludi poteſt peccatum veniale, quia ſi eſt negligentia, eſt ſaltem venialiter peccaminoſa, & talem quoque reddit omiſſionem. Ita D. Antonin. 3. *part tit.* 13. *cap* 6. §. 6. Angelus *verbo* Miſſa. *quæſt.* 36. Tabiena *num.* 11. Sylueſter *quæſt.* 1. *dicto* 3. Armilla *num.* 6. Graf. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 2. & 4. Victoria *in ſum. titul. de Euchariſt. n.* 98 Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 3. *ad* 8. Rodriq. *part.* 1. *ſum. cap.* 249. *concluſ.* 23. Caiet. *in ſum. verbo.* Miſſæ celebratio *in fine* Suarez *diſp.* 82. *de Euchar. ſect.* 3. *dub.* 2. *in fine.* Regional. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 3. *num.* 161. Fauſt. *lib.* 2. *de Euchariſt. quæſt.* 255. ver. *Tum demum.* Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 33. Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 5. ver. *Difficultas eſt*, in fine, & communiter. 1

Ratio generalis eſt, tum pro hac, tum pro ſimilibus materijs, quia vbi non eſt voluntarium, neque eſt peccatum; ſiquidem peccatum eſt qualitas moralis propria actus humani, ſeu liberi, qui ſine voluntario ſubſiſtere non poteſt. Quia autem voluntarium, ita intrinſece fundatur in cognitione, vt nihil volitum, quin præcognitum, ideò cum obliuio, inaduertentia, ignorantia, & etiam negligentia excludant cognitionem, excludunt etiam voluntarium: & prout magis vel minus excludunt de cognitione, magis etiam, vel minus excludunt de voluntario, & libero, atque adeo de peccato. 2

Ex his

3 Ex his ſequitur. Quod ſi ex ignorantia craſſa, & affectata, ſeu inaduertentia omittatur aliqua ex veſtibus ſacris, non poſſit excludi peccatum, quod continetur in huiuſmodi omiſſione. Quia hæc non ſufficit ad excludendum voluntarium, ſaltem in cauſa atque adeo ad excludendum peccatum. Imo multoties poteſt huiuſmodi ignorantia augere voluntarium, vt docet D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 3. atque adeò etiam peccatum, quia ſcilicet ſupponit in voluntate magnam inclinationem, ratione cuius creſcit voluntarium.

QVÆSTIO 815.

An, & quale peccatum ſit celebrare cum ornatu Sacerdotali immundo, aut lacero.

SVMMA.

1 *Vti ornatu ſacerdotali notabiliter immundo, aut lacero eſt mortale.*

2 *Id ſanciunt canones, & dictat lumen naturale.*

3 *Obligatio circa munditiam, & honeſtatem ornatus ſacerdotalis afficit qui eius curam habent, ſed etiam celebrantes.*

Præceptum cap. 2. de Cuſtod. Euchariſt. afficit tantum curantes ſuppellectilem.

4 *Qui ſunt ſubditi nec habent curam ſuppellectilis an excuſentur.*

5 *Sacra veſtes quando ſint notabiliter immundæ aut lacera.*

6 *Qui teneantur curare munditiem ſacrarum veſtium, & quod non ſint lacera.*

7 *Aduertens immunditiam aut lacerationem ſacrarum veſtium cœpta Miſſa, debet proſequi.*

1 COnueniunt communiter Doctores, quod celebrare cum ornatu ſacerdotali notabiliter immundo, aut notabiliter lacero ſit peccatũ mortale: veniale autẽ, ſi non ſit notabiliter immundus, aut lacer. Ita Angelus *verbo*. Miſſa *q.* 37. Tabiena *q.* 10. *n.* 21. Syluest *q.* 2. *dicto* 3. Caiet. §. 2. Armilla *verbo*. Corporalia *n.* 2. Palud. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 6. *concluſ.* 4. Rodriquez *par.* 1. *ſum. c.* 248. *concluſ.* 20. Sà *verbo* Vaſa ſacra *num.* 5. Suarez *diſp.* 82. *de Euchar. ſect.* 3. *dicta* 2. *dub.* 2. Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 20. Reginald. *lib* 29. *Praxis fori pœnit cap.* 9. *ſect.* 3. *num.* 162. Ludouic. à S. Ioan. *in ſum. quæſt.* 11. *de Euchariſt. art.* 14. *dub.* 1. *diffic.* 2. Villalob. *par.* 1 *ſumm. tract.* 8. *diffic.* 28 *num.* 8. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 9. *num.* 23. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 5 *quæſt.* 10. *dub.* 3. Fauſt. *lib.* 2. *de Euchar. quæſt.* 259. Martin. à S. Ioſeph. *tom.* 1. *moral. lib.* 1. *tract.* 16. *de Euchar. n.* 10 Fernandez *par.* 3. *exam. theol. moral. cap.* 5. §. 13. *num.* 5. Laiman *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 15. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 11. *verſ. Rurſus* Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 43. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *pun.* 2. *num.* 27. Machad. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 11. *docum.* 3. *num.* 5. Dicaſtill. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 10. *num.* 213. Tambur. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. lib.* 1. *cap.* 3. § 1. *n* 1. Gauant *in Rubr. Miſſal. par.* 2. *tit.* 1 *littera V.* Pax Iordan *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 276. & 278. Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.* 2. *ſect.* 4. *dub.* 7.

2 Hoc autem deſumitur ex Stephano Papa relato in Cap. *Veſtimenta de conſecrat. diſt.* 1. ibi *veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacra eſſe debent, & honeſta.* In eo autem conſiſtit honeſta ipſorum, quod ſint decentia pro functione, cui debet inſeruire non ſunt autem decentiæ, ſi ſint lacera, & immunda Ex Innocentio III. *in Concilio Lateranen.* relato in Cap. 2. *de cuſtod. Euchariſt.* vbi præcipit veſtimenta, &c munda, & nitida conſeruari, reddens rationem. *Nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis,* in qua text. notandæ ſunt verba illa; (nimis abſurdũ,) quæ ſatis ſignificant, quod Pontifex ſupponit turpitudinẽ rei, quæ prohibet, & quæ proinde illicita ſit ex natura ſua. Lex enim naturalis medio dictamine rectæ rationis oſtẽdit, quod ratione reuerentiæ, cum qua tractari debet ſacrificiũ, exigantur veſtes decentes, & quæ oſtendant quod functio illa reuerenti modo peragitur. Huic autẽ exigentiæ contrariatur immunditia, & eſſe lacerũ, & ideo ſi ſit notabilis fundabit contrarietatem grauẽ ad rectam rationem, ſi vero leuis, contrarietatem leuem: atque peccatum graue vel leue.

Ex quo deducitur, quod non tam ij, ad quos pertinet cura ſacræ ſuppellectilis, ſed etiam Sacerdotes celebrãtes, tenentur huiuſmodi præcepto cum ad vnum pertineat cura ſacrarum veſtium, ad alios verò vſus: & proinde contrauenientes vtrique peccent. Quod verò ſpectat ad præceptum Eccleſiaſticum de quo in cap. 2. *De. cuſtod. Euchariſt.* vt notant etiam Suarez, Facundez, Reginal. eos tantùm afficit ad quos pertinet cura ſacrarum veſtium, quia lex eos tantum obligat, ad quos dirigitur. Ibi autem Pontifex loquitur tantùm cum prædictis. In cap. autem *veſtimenta* nihil ſtatuitur, ſed tantùm ponitur monitio de eo, quod requiritur de iure naturali. Et proinde Sacerdotes ratione celebrationis tenentur tantùm præcepto iuris naturalis. 3

An verò Sacerdotes, ad quos non pertinet cura ſacrarum veſtium, vt ſunt ſubditi Religioſi, & qui euadunt ad alienas Eccleſias ad offerendum ſacrificium excuſentur, ſi vtantur veſtibus immundis, aut laceris, affirmant Laiman, Facundez, Quartus, Iordanus *num.* 1. citati, & ex parte Dicaſtil. ibid ſimiliter cit. dum id admittit, quando veſtes non ſunt enormiter immundæ, aut laceræ. Sed vtroſque peccare mihi certum videtur. Vni quidem non curando, vt mundæ ſint, & reſarciantur. Alteri verò ijs vtendo. Præceptum enim iuris naturalis afficit primo, & per ſe celebraturos, quia exigit, quod illa functio cum debita reuerentia, & decentia peragatur, & ideò obligat celebraturos ad id ſeruãdum, & ſi non ſeruant ipſi faciunt actionem prohibitam, atque adeò peccant contra præceptum, vel mortaliter, ſi immunditia, & laceratio ſit notabilis: vel venialiter, ſi non ſit notabilis. Qui verò tenentur ſeruare ſacras veſtes, ſi non curent munditiam, & reſarcimentum, non peccant contra hoc præceptum, quia non inferunt irreuerentiam ſacrificio, nec cum indecentia exercent illam functionem, ſed contra proprium munus, quod de iure naturali, & Eccleſiaſtico obligat ad conſecrandas ſacras veſtes tales, vt poſſint inſeruire abſque indecentia. Solum ij, ad quos non ſpectat, poſſent excuſari, ſi immunditia eſſet leuis, aut eſſent veſtes leuiter laceræ, ita vt prudenter deponere poſſent ſuam conſcientiam ſuper iudicio eorum, qui tenentur eas curare: iudicando, quod, dum eas exponunt vſui, non adſit talis defectus, vt ſit peccatum iis vti. Et ideò quod omnes peccent, notat Garzia *num.* 1. citat. 4

Quando autem veſtes ſint notabiliter immundæ aut laceræ, non poteſt certa regula definiri, ſed hoc relinquendum eſt iudicio prudentis viri. Cenſerem tamen, tunc eſſe notabiliter immundas, aut laceras, quando, ſi tales eſſent veſtes communes, dedecerent nobilem virum. Imò in iudicando, quando ſint, vel non ſint notabiliter laceræ, aut immundæ, habendam eſſe rationẽ qualitatis eccleſiæ, pro qua inſeruiunt, nam quæ tales erunt reſpectu Eccleſiæ, in qua nobiliori modo tractari ſolet cultus diuinus, nõ erunt tales reſpectu Eccleſiæ pauperis, reſpectu cuius immunditia, & attritio magis conſiderata debet eſſe. In ſe tamen conſiderabilis, erit talis reſpectu cuiuſcumque Eccleſiæ. Solum eſt aduertendum, quod quam difficile eſt quod in hac materia peccetur mortaliter, tam facile eſt, quod peccetur venialiter, quia quælibet minima indecentia, 5

quæ insurgat ex vestibus immundis, aut laceris, sufficit pro veniali peccato.

6 Ex dictis sequitur. Quod non solùm superiores, seu Rectores Ecclesiarum tenentur curare, quod vestes sacræ non sint laceræ aut immundæ, sed etiam omnes, ad quos quocunque modo pertinet cura ipsarum, vt sunt sacristæ Coadiutores in hoc officio &c. Nam cómonieat in officio in ordine ad curam habendam de sacra supellectili, & ideò communicant etiam in obligatione, quam inducit officium.

7 Sequitur secundò. Quod si quis induens sacras vestes non aduertat esse immundas, aut laceras, sed postea hoc aduertat, quando iam cæpit celebrare, non per hoc debet turbari, sed debet prosequi Missam, quia dum non aduertit, quando eas induit, non possunt adeò laceræ, aut immundæ, aut earum vsus contineat peccatum mortale; Circumstantia autem inceptionis Missæ, aut etiam ingressus in Ecclesiam pro celebrando, est sufficiens causa excusans etiam à veniali, quia affert sufficiens motiuum non recedendi ab incepta functione. Imò si Missa esset incepta, etiam si essent notabiliter immundæ, aut laceræ, esset prosequenda, quia præualet præceptum de complenda missa.

QVÆSTIO 816.

An ratione necessitas liceat vti vestibus immundis aut laceris.

SVMMA.

1 *Quando ex necessitate adhiberi possint vestes sacræ laceræ, & immundæ.*
2 *Quid si seclusa necessitate esset peccatum mortale ijs vti.*
3 *Ex graui necessitate adhiberi possunt.*
Necessitas facit licitum, quod alias non est licitum.
4 *Ex sordibus & laceratione sacrarum vestium non semper consurgit irreuerentia.*
5 *Quo vestes sunt magis laceræ, & immundæ, eò maior necessitas requiritur.*

1 SI sint solùm eousque immundæ, & laceræ, vt earum vsus contineat tantùm peccatum veniale, posse adhiberi etiam sine peccato veniali concurrente causa necessitatis, est secundùm communem doctrinam, quantum in hac, tum in similibus materijs tradunt Doctores. Siquidem necessitas celebrandi exhibet motiuum, quod potest honestare vsum; & facere cessare illam, quæ aliàs adesset, indecentiam, sicut enim indecens esset, quod Vir Nobilis compareret in publico cum vestibus laceris absque necessitate, ita si coactus compareret, & non haberet in promptu alias vestes, cessaret indecentia. Imò non requiritur necessitas valdè grauis, vt esset talis indecentia, quia cum ipsa sit leuis, cessabit ex leui necessitate, vt esset obligatio audiendi, aut celebrandi missam, si etiam extra obligationem audiendi plures desiderarent Missam obligatio celebrandi in Cappellano, & huiusmodi. Difficultas ergo est, quando vestes sunt ita immundæ, aut laceræ, vt seclusa necessitate esset peccatum mortale ijs vti.

2 Quod autem ijs vti in necessitate non sit peccatum saltem mortale, desumitur ex Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 1. *vers. vltima pars*, & *disp.* 82. *sect.* 3. *dicto.* 2. *dub.* 2. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 162. Facundez *præcepto* 1. *Ecclesi. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 10. quatenus volunt, quod ad summum sit peccatum veniale. Quod tamen non videtur admittendū, quia si necessitas excusat à mortali, excusabit etiam à veniali, Nam si ponit rectitudinem, quæ excludat mortale, poterit etiam excludere veniale, siquidem rectificabit actionem, & ponet in ipsa ordinem debitum.

Dicendum est. *Ex causa graui necessitatis adhiberi possse vestes laceras, & sordidas, quæ aliàs sine peccato graui non possent adhiberi.* Hoc tamen ita accipiendum est, vt non sint ita laceræ, & immundæ, vt potius se præferant ornatum ridiculum, aut abhorrendum, quàm sacerdotalem. Ratio est, quia necessitas reddit licitum, quod aliàs non est licitum. Cap. *Quod non est.* De *reg. iur.* & Cap. *sicut.* De *consecrat. Dist.* 1. & Cap. 1. *De pignoribus*, & Cap. 2. *De dispensat. impub.* & *L. In bello* §. *Medio tempore ff.* De *capt. & postlim. reuer.* & *L. Item quamuis* in fine *ff. Commun. diuid.* Siquidem, quæ illicita sunt, & prohibita, ideò talia sunt, vel quia obstant ordini, quem humanæ actiones seruare debent, respectu vltimi finis, vt sunt omnia, quæ sunt intrinsecè mala, vel quia non est decens, vt per ipsa manuteneatur talis ordo, & ideò superueniente prohibitione, ipsa quoque obstant eidem ordine. Necessitas ergo in istis facit cessare prohibitionem, quia supponitur facta, quatenus quæ prohibita sunt, omitti possunt, non autem pro eo casu, in quo necessitas vrgeat ad ea adhibendi: Cum igitur non sit intrinsecè malum adhibere vestes immundas, aut laceras in sacrificij oblatione, censentur solum prohibita, quatenùs necessitas non vrget adhibere. 3

Dices. Quod vestes sint laceræ notabiliter, aut immundæ, continet irreuerentiam erga sacrificium. Irreuerentia autem est semper prohibita, quia est intrinsecè mala; & ideò in nullo casu licebit ijs vti. Verum licet irreuerentia sit semper mala, & in nullo casu permissa: non tamen consurgit semper ex eo, quod vestes sacerdotales sint immundæ, aut laceræ. Hæc enim irreuerentia est secundum hominum apprehensionem; ita vt tunc interueniat, quando secundum prudens iudicium apprehenditur interuenire, & quando non apprehenditur interuenire, non interuenit. Quando autem ad hibentur vestes laceræ, aut immundæ extra necessitatem statim apprehenditur irreuerentiam erga sacrificium: quæ tamen non apprehenditur, si vrgeat necessitas. Et ideò irreuerentia est separabilis ab his vestibus, & ipsarum vsus honestari potest. 4

Ex his colligitur. Quod cum necessitas vincat indecentiam, quæ consurgit ex vestibus laceris, aut immundis, quo magis immundæ sunt, aut laceræ, eò maior necessitas requiritur, vt vincatur. Vnde vestes illæ, quæ possent adhiberi, stante necessitate conficiendi viaticum, non possent adhiberi in alia minori necessitate. Quia non esset sufficiens ad causandam apprehensionem, quod in vsu illarum non adesset hic, & nunc irreuerentia. 5

QVÆSTIO 817.

Vbi Sacerdos oblaturus sacrificium induere debeat sacras vestes.

SVMMA.

1 *Vbi sacræ vestes assumendæ.*
2 *In cornu Altaris an sumi possint.*
3 *Quid si adsit consuetudo.*
4 *Assumens sacras vestes de Altari an peccet.*
5 *Sacræ vestes de Altari sumi possunt ex causa, sed non modo Episcopali.*

DIcendum est. *Sacerdotem oblaturum sacrificium debere induere sacras vestes in Sacristia, aut in alio loco congruo: non autem in Altari.* Ita Gauant. *In Rubric. Missal part.* 2. *tit.* 1. *num.* 2 in fine. & in *Manuali Episcopi verbo*, Missæ ritus, *num.* 10. Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat.* 1

*brat. lib.4.tit.1 num.*280.Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 2.*tit.*2. *dub.*4. Ita enim declarauit S. Rituum Congregatio *die* 7. *Iuly* 1612. apud Gauant. *citat.* Nam ſumere de Altari eſt prærogatiua reſeruata Epiſcopis, Cardinalibus, &c.

2 Verùm cum Epiſcopi ſumant de medio Altaris ſtãtes ante inferiorem gradum imponentibus miniſtris, videtur quod ratione huiuſmodi ſumendi ſeruetur prærogatiua Epiſcopalis, & proindè ſi in aliquo Cornu Altaris ponerentur ſacræ veſtes, & ſacerdos more conſueto ſe ijs indueret, non vſurparet ſibi prærogatiuam Epiſcopalem. Vnde ex cauſa neceſſitatis poſſe ſumi ſacras veſtes in Altari, eas ponendo in Cornu Euangelij notaot citati Doctores.

3 Rurſus ſi adſit conſuetudo in contrarium, valebit, vt notat etiam Pax Iordanus *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1 *num.* 280.ver. *Deficiente.* Quia ſi conſuetudo poteſt abrogare legem Cap. *fin.* De *conſuet.* poterit etiam abrogare Decretum S. Congregat. præſertim quia non eſt de re magni momenti, cum concernat tantùm materiam ritualem.

4 An autem ſumere ſacras veſtes de Altari ſit peccatum. Respondet. Quartus *in Rubric. Miſſal. part.*2. *tit.* 2.*dub.*4. Secluſo contemptu non eſſe graue peccatum: & ſtante rationabili cauſa omninò carere culpa. Verùm ſi non vſurpetur modus ſumendi Epiſcopalis, crederem nullum adeſſe peccatum. Quia Decretum S. Congregat. tanquam de materia rituali eſt ſolum directiuum. Si verò vſurparetur modus ſumendi Epiſcopalis, eſſet veniale peccatum, quia non eſſet cum damno Epiſcoporum, nec vſurparetur aliqua præeminentia notabilis.

5 Ex quibus colligitur, quod ſecluſo modo ſumendi Epiſcopali, ex quacunque rationabili cauſa ſumi poterunt ſacræ veſtes de Altari, etiamſi non ſit grauis. Vnde Sacerdos laborans podagra, aut crurium debilitate, aut ſolitus incedere cum baculo, vel vitandum incommodum ſumere poterit de Altari, præſertim ſi Sacriſtia aliquantulum diſtet ab Eccleſia, & eo magis ſi priuatim celebret.

QVÆSTIO 819.

An teneatur Sacerdos, dum induit ſacras veſtes recitare orationes præſcriptas.

SVMMA.

1 *Orationes recitandæ in ſumptione ſacrarum veſtium*
2 *An ex præcepto*, & num. ſeq.
5 *Earum recitatio neque ſub veniali obligat.*
Ea interpretatio ſumenda, qua quiſque minus obligetur.
6 *Bulla Pij V. Nil diſpone de iis, quæ præcedunt, vel ſubſequuntur recitationem miſſæ.*
Verbum debet diuerſimode ſignificat.
7 *Quomodo iudicandum de conſuetudine.*
8 *Orationes recitandæ poſt Miſſam non cadunt ſub obligatione.*

1 ORationes recitandæ in ſumptione ſacrarum veſtium, quæ præſcribuntur in Miſſali, præſcribuntur ſolum pro ſumptione ſacrarum veſtium, in ordine ad offerendum ſacrificium, non autem quando ſumuntur eædem veſtes in ordine ad aliam functionem, vt notat Caſtald *in praxi cærem. lib.*2. *ſect* 5. *cap.*8. *num.*3. Quartus *in Rubr. Miſſal. par.*2. *tit.* 1. *ſectione* 4. *dub.* 8. in fine, vbi alios citat. Et ideò, licet recitari poſſint, non tamen ritus recitandi tunc ſe extendit ad huiuſmodi recitationem. An autem in ſumptione ſacrarum veſtium pro Miſſa celebranda, recitandæ ex præcepto.

Prima ſententia aſſerit eſſe recitandas ſub peccato mortali. Ita Nauar. *conſil.* 3. *de celebrat. Miſſ. lib.* 5. Syluius 3. *par. quæſt.* 83. *art.*6. Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 41. & probabile putat Azor. *par.* 1. *lib.*10. *cap.* 29. *quæſt.* 5. Fundamentum eſt, quia huiuſmodi orationes ſunt recitandæ ex præcepto. Quia Pius V. in Bulla præfixa Miſſali reformato præcipit, quod ſeruentur ritus modus, & norma prout in Miſſali præſcribitur. Præcipitur autem, quod hæ orationes recitentur, vnde in Rubrica dicitur orationes dicendæ cum Sacerdos induitur, &c. verbum autem *dicendæ* importat præceptum, quia reſoluitur in clauſulam, quæ debent dici. Rurſus eſt notabilis defectus, ſi omittuntur, & ideò ſtante præcepto, & notabili defectu, peccatum erit mortale. Confir. quia adeſt conſuetudo, quæ proinde habet vim legis & ideò ſeruanda Cap. *fin. de conſuetudine.*

2 Secunda ſententia aſſerit, recitationem ipſarum obligare ad ſummum ſub peccato veniali. Ita Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.*247. *num.* 12. Vega *par.*2. *ſum. cap.*28. *de Miſſa caſu* 6. Facundez *præcep.*1. *Eccleſ. lib.*3. *cap.* 21. *n.*9. Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 27. *num.*7. *in com. littera Q* Zerola *in praxi Epiſcopali verbo* Miſſa 2. §. 8. Pitigian. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.*10. Palaus *par.*4 *oper. moral. tract.* 22. *diſp. vn. pun.* 10. *num.*8. in fine Fernandez *par.*3. *exam. theol. moral. cap.*5. §. 13. *num.*4 Fauſtus *lib.* 2. *de ſacrif Miſſ. quæſt.* 267. qui addit, nec futurum peccatum veniale eas omittere, ſi recitentur Pſalmi, vel hymni deuoti. Fundamentum huius ſententiæ eſt, Quia non eſt materia grauis, nec Rubricæ grauiter eas præcipiunt.

3 Tertia ſententia aſſerit, nullum eſſe peccatum omittere huiuſmodi orationes. Ita Suarez *diſp.* 82. *de Euchar. in proœm.* Molfeſ *par.*1. *ſum. tract.*3. *cap.*11. *n.*75. Scortia *lib.*2. *de ſacrif. Miſſ cap.*6. *num.*14. Lugo Cardin. *diſp.*20. *de Euchar. ſect.*4. *num.*106. Quartus *in Rubr. Miſſal. par.*2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 8. Et quod non peccent mortaliter, quamuis non explicent, an peccent venialiter, tradunt Laiman. *lib.*5. *theol moral. tract.* 5. *cap.*6. *numero* 12. ver. *Octauo* Bonac. *diſp.*4. *de ſacram quæſt. vlt. parte* 9. *numero* 32. Trullench. *libro* 3. *de ſacram. capite* 8. *dub.* 17. *numero* 9.

4 Dicendum eſt. *Nullam adeſſe obligationem ſub peccato etiam veniali recitandi orationes præſcriptas, dum aſſumuntur Sacræ veſtes.* Ratio eſt, quia Rubrica præſcribens has orationes, eſt tantum directiua, non autem præceptiua, & proinde ponit eas recitandas de conuenientia ad bene eſſe, non de conſilio. Quod ex eo deſumitur, quia ex natura actionis, quæ exercetur, non requiritur oratio, neque adeſt aliquod præceptum aliunde, ratione cuius cadant ſub obligatione. Rurſus non pertinent ad ſacrificium; ſed tantùm ad præambula ſacrificij. Quod verò Rubrica eas præſcribat, non ſufficit ad inducendam obligationem, alioquin omnia, quæ præſcribuntur, caderent ſub obligatione, quod tamen nullus admittit, cum conſtet, plura præſcribi, quæ non obligant. Vnde cum de nullo titulo obligationis conſtet, non eſt inducenda. Semper enim ea interpretatio eſt facienda, qua quiſque non obligetur, aut eò minus obligetur, quo fieri poteſt *l. ſi peculium §. ſicut ff. de pecul. leg.* & notant Crauett. *conſil.* 55 *num.*53. Pariſ. *conſil.*96. *num.*2. *lib.*3. Menoch. *conſil.* 31. *num.*52. Quod præcipuè locum habet in lege, quæ non eſt inducenda, niſi de ea conſtet, quia quiſque eſt in poſſeſſione, ſuæ libertatis, quæ non debet ligari tanquam à lege, niſi certum ſit tanquam lex obligans poſita. De hac autem Rubrica non conſtat quod ſit poſita tanquam lex obligans.

5 Ad fundamentum 1. ſentent. Reſp Bullam Pij V. nihil diſponere de iis, quæ præcedunt, aut ſubſequuntur recitationem Miſſæ: ſed tantùm de ritu intrinſeco, cum quo Miſſa celebrari debeat. Diſponit enim, quod Miſſa non celebretur cum alio ritu, modo, & norma, quàm præſcribatur in Miſſali, & ideò nullam obliga-

tionem induceit quoad recitationem harum orationum. Neque verba Rubricæ continent præceptum, quia dum ponitur titulus *Orationes dicendæ*, &c. verbum *Dicenda* non stat præceptiuè, sed directiuè & ideo si resoluatur, debet resolui in verba quæ dici debent secundùm directionem, quæ ponitur, non autè debeant de præcepto. Verbum enim *Debet* est æquiuocum, vnde licet aliquando importet necessitatem aliquando etiam idem est, ac *Potest*, vt notant Glos. *in l. obseruare §. fin. verbo.* Debet *ff. de offic. Proconsul.* Hyppolit *in repet. l. vn. num. 278. C. de rap. Virgin.* Vnde verbum *Dicenda* resoluitur in clausulam, quæ dici possunt. Imò in lege positum importat tantùm decentiam, vt in *l. Non solum §. 1. ff. de noui oper. nunciat.* & notant Doctores in *l. 3. verbo Debent C. de pignor.* Burgos. de Paz. *consil. 46. n. 3.* vnde cessat notabilis defectus in omissione harum orationũ, non enim est defectus vbi non est obligatio.

7 Ad confir. resp. Quod si liceret arguere ex consuetudine recitandi, plures aliæ obligationes essent inferendæ, vt recitandi Salutationem Angelicam, quando per campanas signum datur; aspergendi se aqua benedicta in ingressu Ecclesiæ, & aliæ huiusmodi. Quando igitur agitur de consuetudine, vt possit iudicari de obligatione, respiciendum est ad radicem, vnde processit, & iuxta ipsam iudicandum, consuetudo autem recitandi has orationes ortum habuit ex directione Rubricæ, & ideò de ipsa ferendum est iudicium, quod fertur de Rubrica, quæ cum non sit obligatiua, nec etiam erit obligatiua consuetudo.

8 Ex dictis sequitur, quod neque orationes, quæ in Missali ponuntur recitandæ post Missam, quæ incipiunt ab Antiphona. *Trium puerorum* cadant sub obligatione etiam peccati venialis, nam in hoc quoque Rubrica est tantum directiua, & eas præscribit recitandas de congruentia tantum. Pertinent enim ad gratiarum actionem, quæ licet valdè conueniens sit, non est tamen de necessitate. Neque obligatio naturalis agendi. Deo gratias pro beneficiis acceptis obligat semper, & statim post accepta singula beneficia, sed tantum tempore congruo.

QVÆSTIO 819.

An, & quale peccatum sit vti Sacris vestibus ad vsus prophanos.

1 *Vestes sacræ in suos vsus tantum adhibendæ.*
2 *Nec in humanos vsus deputandæ.*
3 *Vti in prophanis vsibus sacris vestibus est peccatum mortale.*
4 *Ob iniuriam, quæ fit Deo.*
5 *Peccatum mortale excludi potest ob paruitatem materiæ.*
6 *Sacræ vestes an adhiberi possint in repræsentatione Comediarum.*

1 SAcras vestes esse adhibendas tantùm in vsibus, pro quibus sunt destinatæ, statuit Stephanus Papa I. relatus in cap. *Vestimenta. De consecrat. dist. 1.* ibi: *Quibus aliis in vsibus non debent ferri, quàm in Ecclesiasticis, & dignis Deo officij: quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus.* Idem etiam statuit Vrban. III. relatus in cap. *Ad hac.* De *Religiosis domibus.* Ibi. *Quod si locus ad hospitalitatis vsum, & pauperum prouisionem fuerit sicut mores est, auctoritate Pontificis destinatus, cum sit Religiosus, non debet humanis vsibus deputari. Sicut de vestibus, & ligneis vasis, & aliis vtensilibus ad Cultum Religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter obseruat, & Venerabilium Patrum edocent Sanctiones.* Circa quos text. illud est obseruandum. Quod in primo exprimitur conuenientia, seu potiùs exigentia sacrarum vestium, quod scilicèt, eo quod sacræ sint, solis vsibus sacris inseruire debeant, & à solis consecratis personis indui.

In secundo verò text. exprimitur, quod consuetudo habeat, quod sacræ vestes non deputentur humanis vsibus, & quod ista consuetudo irrefragabilis sit, & simul etiam, quod ita edoceant Patrum sanctiones, 2
Vnde consuetudo ista, non est merè voluntaria, sicut neque Patrum sanctiones. Sed fundatur in exigentia materiæ, quæ tanquam Deo dicata exigit non conuerti ad alios vsus, & proinde conuersio contineat indecentiam, & irreuerentiam erga res sacras. Difficultas autem est, quale peccatum sit vti ad prophanas actiones, vt esset pro recitandis comediis, aut similibus.

Dicendum est *Vti in prophanis vsibus sacris vestibus ex co:→io, seu ex genere suo esse peccatum mortale.* Oppositum, nempè esse solum peccatum veniale sentit Henriquez *lib. 9. sum. cap. 29. num. 1.* Communis tamen sententia est in oppositum, docens esse peccatum mortale. Ita Palud. *in 4. dist. 24. quæst. 5. art. 1. conclus. 3.* D. Antonin. *3. part. tit. 13. cap. 6. §. 5.* Tabiena *verbo.* Consecratio *num. 11.* Angel. *verbo* Vestis. *quæst. 2.* Syluest. *verbo.* Benedictio, *quæst. 7.* Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 3. in fine.* Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 14.* Vasquez *disp. 233. cap. 4. num. 37.* Suarez *disp. 81. de Euchar. sect. 8.* ver. *Quarto addendum.* Reginal. *lib. 29. praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 8. num. 204.* ver *Quartum est.* Dicastil. *de Sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 11. num. 231.* Quartus *in Rubr. Missal. part. 1. tit. 19.* ver. *Respondeo, & dico primo.* 3

Ratio autem est. Quia per benedictionem segregatur à communibus vsibus, & dedicantur obsequiis diuinis: & proinde non subsunt ampliùs contrectationi humanæ. Ergo si applicentur ad aliquem vsum humanum, subtrahitur Deo, quod est eius obsequiis dedicatum, & fit ipsi iniuria, non secus, ac si, quæ sunt specialiter reseruata pro seruitio Principis, adhiberentur pro seruitio vilis personæ, in quo interuenit quidam virtualis contemptus, & propterea ex genere suo continet grauem offensam Dei. Quod satis constat ex seuera punitione Balthasar. Regis, eò, quod sacra vasa adhibuerit in vsibus prophanis. 4

Ex dictis autem colligitur. Posse excludi peccatum mortale ex paruitate materiæ, vt etiam notant Doctores *num. 1.* citati, vt si quis pro breui tempore indueret ex quadam leuitate sacras vestes: aut si quis vteretur in actione aliqua sacra, pro qua tamen non sint deputatæ, vt in aliqua processione. Cum enim consurgat peccatum mortale ex graui indecentia, quæ est in vsu harum vestium pro vsibus prophanis, potest indecentia, ratione circumstantiarum ita minui, vt fiat leuis, atque adeò contineat tantum peccatum veniale. 5

Secundo colligitur, quid dicendum de vsu sacrarum vestium pro repræsentatione Comediarum. Si enim sint sacræ, & recitentur in loco sacro, videntur nonnulli excusare à peccato, & præcipuè Dicastil. *tract. 5. de sacram. disp. 4. dub. 11. num. 231.* Verum negari non potest, quin hoc quoque fit contra text. allatos *num. 1.* Nam in Cap. *Vestimenta de consecrat. dist. 1.* habetur, quod non debent adhiberi in aliis vsibus, quàm in Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis. Certum est autem, quod recitatio comediarum licet sint sacræ, & in Ecclesia recitentur, non est Ecclesiasticum officium: & ideò per hunc canonem remanet exclusus huiusmodi vsus. Præsertim quia licèt argumentum Comediæ sit res sacra, & recitetur etiam in loco sacro; recitatio tamen est prophana. Vnde hic Romæ paucis ab hinc annis iussu Innocentij X. fuit prohibitum quibusdam Religiosis recitare Comediam, cuius argumentum erat res sacra, in eorumdem Ecclesiæ, quia putauit indecens esse vti loco sacro pro actione prophana. 6

QVÆST.

QVÆSTIO 820.

An liceat sacris vestibus induere Corpora Defunctorum Sacerdotum, dum sepeliuntur

SVMMA.

1 *Sacerdotum cadauera an liceat induere sacris vestibus,* & oum. seq.
3 *Praxis antiqua induendi.*
4 *Hic vsus reducitur ad vsum pro officio Ecclesiastico.*
5 *Palla, seu Corporale non potest adhiberi circa corpora Defunctorum.*
6 *Nec ipso cooperiri corpus Defuncti, & postea inseruire altari.*

1 QVod non liceat Sacerdotum corpora cum sacris vestibus sepelire, tradunt Palud. *in 4. dist. 24. q. 5. art. 2. conclus. 4.* Syluester. *verbo.* Benedictio *num.* 8 Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 14.* io fine. Qui tamen id excusant ratione consuetodinis. Hoc autem prob. ex cap. *Nemo De consecrat. dist.* 1. ibi, *Nemo per ignorantiam Clericum mortuum credat obuoluendum, aut Diaconus scapulas operire velit palla, quæ fuit in Altari aut certè quæ Diacono data est in mensam Domini.* Ex Concil. Aruernense canon 3 ibi *De opertorio Dominici Corporis, seu palla Altaris, nunquam Sacerdotis Corpus, dum ad tumulum deuehitur, obtegatur, quia sacro velamine vsibus suis reddito; dum honorantur corpora, Altaria polluuntur.*

2 Secunda sententia docet, licitum esse defunctos Sacerdotes indui ornato Sacerdotali. Ita Gloss. *in cap. Nemo verbo.* Mortuum. *De consecrat. dist.* 1 Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 8. ver. *Quarto addendum.* Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 8. num.* 204. ver. *Quintum.* Dicastil. *tract. 5. de sacram. disp. 4. dub. 11. num.* 229. Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæstion. 11. de Euchar. art. 20. dub. 2. conclus.* 1. Faust. *lib. 2. de Euchar. q.* 261.

3 Dicendum est. *Consuetudinem induendi Sacerdotes Defunctos habitu Sacerdotali, esse licitam.* Pro confirmatione potest sufficere ptaxis, & obseruantia, de qua constat seruatam fuisse, vsque à temporibus S. Gregor. *lib. 4. Dialog. cap.* 40. vbi Cardinalis Diaconus Paschasius in feretro Dalmatica fuit indutos, & *lib. 4. Regis Epist.* 44. eadem Dalmatica induebantur summi Pontifices. Accedit etiam tatio. Nam pietas erga Defunctos exigit, quod cum honore sepeliantur, & ideò Sacerdotes non debent sepeliri, sicut sepeliuntur ordinariæ personæ; sed tanquam personæ Deo consecratæ, & tanqoam publici Ministri Christi, & Ecclesiæ in ordine ad offerendom sacrificiom, & ideo vt pro talibus cognoscantor, sepeliri debent.

4 Dices. Ex cap. *Vestimenta de consecrat. dist.* 1. Vestes sactæ non sunt adhibendæ, oisi in Ecclesiasticis officiis Deo gratis: Ergo non possunt ioseruire pto sepoltora Defunctorum. Resp. Dum adhibentur ad ornandos Defunctos Sacerdotes, adhiberi in officio Ecclesiastico, quia sepultora est pats illius officij, qnod consistit in exequiis: & conseqoenter etiam ornatus corpotis Defuncti, quando tanquam persona Deo consecrata, tanquam talis ornatut. Et ideò hæc consuetudo non excedit limites dicti text.

5 Ad fundameotum in oppositum resp. Disponi tantùm de Laicis defunctis in illo text cap. *nemo. De consecrat. dist.* 1. vt notat ibi Gloss. *verbo. Mortuum*, non autem de Sacerdotibus. Rursus non disponit, quod non induantut Sacerdotes vestibus sactis, sed loquitur solum de palla, hoc est de corpotali, vt ibid. notat Gloss. & desumitur etiam ex cit. Can. Concil. Aruernens. ibi *De opertorio Dominici Corporis, seu palla Altaris*, qua prohibet coopetire, aut obuolui defunctos. Hoc autem prohiberor de corporali, qoia tangit Corpus Domini, & qoia nihil pertinet ad indumenta sacra, respectu quorum adest congruentia, quod tanquam propria insignia conceduntut iis, qui vsi sunt in vita.

Concil. autem Aruernense in illo 3. *can* tollit abosum cooperiendi Corpus defuncti Sacerdotis palla, seu Corporali. Et reddit ratiooem suæ dispositionis. Quia pollountut Altaria, dum Corporale, quod ptius defuncti corpus texit, redditur pristino vsui Altaris, vndè non habetur in consideratione, quod ipso tegatur corpus defuncti Sacerdotis honoris causa, sed quod postquam huic muneri inseruiuit, inseruiat rursus Altari. Quæ ratio non habet locum, quando sacris vestibus induuntur corpora defunctorum Sacerdotum, siquidem cum iis sepeliuntur. Neque etiam in præsenti casu locum habet dispositio, quia non disponit de ornatu sacerdotali, sed de palla, seu corporali. 6

QVÆSTIO 821.

An sacræ vestes confici possint ex vestibus prophanis.

SVMMA.

1 *Sacræ vestes an ex prophanis vestibus confici possint,* & num. seq.
Priuilegium ad hunc effectum.
3 *Negatiua quando remaneat probata.*
4 *Conficere sacras vestes ex prophanis, nihil illicitum contiaet.*
5 *Vestes prophanæ non contrahunt aliquam immunditiam.*
6 *Cur prophana in sacra & non sacra in prophana conuerti possunt.*
7 *Quid operetur priuilegium conficiendi vestes sacras ex prophanis.*
8 *Res prophana cum propria forma conuerti potest in vsum sacrum.*

PRima sententia asserit, neqoaqoam sacras vestes confici posse ex vestibos ptophanis. Ita Gloss. *in cap. Ad nuptiarum. De consecrat. dist.* 1. Alchidiac. *ibid.* Abbas *in cap. Ad hæc, num. 5. de Relig. domib.* Zabarel. *in Clement. 1. de celebrat. Missar.* Imola *ibid.* Rosella *in sum. verbo. Vestis*, & D. Antonin. *3. part. tit. 13. cap. 6. §. 5.* putat, decentius esse, quod conficiantur ex iis, quæ non inseruierunt vsoi alicui ptophano. Fundamentum pro hac sententia desumitur primo ex cap. *Ad nuptiarum, de consecrat. dist.* 1. vbi, quæ inseruierunt sæculari pompæ, sunt indigoa sacris mysteriis. Ita enim statuitur. *Ad nuptiarum ornatum diuina Ministeria non præstentur, nedum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur ad officia sacri Mysterij videantur indigna.* Secundò qoia Sixtus IV. concessit fratribus Minoribus, quod possint tuta conscientia pannos prophanos in paramenta, & alios vsus Ecclesiasticos conoertere, vt refertur in Compend. *priuileg. mendican. verbo.* Ornamenta Ecclesiastica *num.* 7. Si enim opus fuit priuilegio, fit, quod de se non liceat. 1

Secunda sententia asserit. id esse licitum Ita Syluester. *verbo.* Corpotalia, *num.* 4. Tabiena *verbo.* Consecratio 2. *num.* 11. Angelus *verbo.* Vestis, *quæst.* 1. Henriquez *lib. 9. sum. cap. 29. num.* 1. Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 41. num.* 8. Facundez *precept. 2. Eccles. lib. 2. cap. 13. num.* 23. Suarez *disp. 81. de Eucharist. sect.* 8. ver. *Sed quæ res.* Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 8. num.* 205. Azor. *par. 1. lib. 9. cap. 9. quæst.* 8. Bonac. *disp. 3. de* 2

3. *le adorat. quæst.* 1. *pnn* 4. in fine Palaus. *par.* 2. *oper. moral. tract.* 8. *disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 26. Dicastill. *de sacram. tract.* 6. *disp.* 4. *dub.* 11. *num.* 224. Ludouic. à S. Ioan *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 20. *dub.* 2. *diffic.* 4. Quartus *in Rubric. Missal. parte* 1. *titulo* 19. *dub.* 4. ver. *Communis tamen.*

3 Dicendum est. *Sacras vestes confici posse ex vestibus prophanis, quamuis vsui prophano inseruierint.* Ratio ex eo desumitur, quod nulla extet prohibitio; & quod ex natura sua non sit quid illicitum. Quod nulla extet prohibitio ex eo probatum manet, quod non affertur, quod sufficit, vt remaneat probata negatiua, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l.* 2. *num.* 6. *C. de error. Aduocat.* Castrens. *num.* 4. Salicet. *num.* 3. ver. *Vt tamen*, Herculan. *De probat. negat. num.* 45. Menoch. *consil.* 322. *num.* 44. Rota coram Merlino *decis.* 832. *num.* 1.

4 Quod verò ex natura rei non sit quid illicitum, ex eo constat, quod actus iste continet donationem quandam, qua vestes prophanæ donantur Deo, dum eius seruitio dedicantur. Hæc autem donatio non est quid illicitum quia licet vestes inseruierint vsibus prophanis; non est quid indecens, aut displicens Deo, quod iisdem subtrahantur & dedicentur seruitio ipsius. Sic etiam si homines, licèt se peccatis inquinauerint, ita vt essent Deo odibiles, & abominabiles, si tamen conuertantur, & se dedicent obsequiis diuinis faciunt quid valde Deo gratum. Sic etiam cum antiquitus destruerent Templa Idolorum, vtpote quia in ipsis commissæ fuerant abominationes sacrificiorum, putauerunt melius esse, ea purgare, & consecrare in honorem Dei, vnde Bonifacius IV. Pantheon, quod erat Templum omnium Idolorum, dedicauit Deo in honorem omnium Sanctorum.

5 Confirmatur. Ex eo, quod vestes inseruiant vsibus prophanis, non contrahunt aliquam immunditiam, ratione cuius displiceant Deo, siquidem inseruiunt iis vsibus, quibus ex natura sua aptæ sunt inseruire. E contra verò per benedictionem, qua dedicantur cultui Diuino fiunt Deo acceptæ tanquam repositæ in ordine sacro: Ergo nullum adest inconueniens, quod ex vestibus prophanis conficiantur.

5 Ad primum in oppositum. Resp. valdè diuersam rationem de vestibus, & alio apparatu sacro, quando conuertitur ad actus prophanos, ac de prophano, quando conuertitur ad sacros. Nam quando res sacræ inseruiunt vsui prophano, suo modo violantur, & fit Deo iniuria, dum res eius cultui dedicatas, in vsibus prophanis adhibentur; & ideò tanquam violatæ, remaneant indecentes respectu cultus diuini. At quando res prophanæ dedicantur pro cultu Diuino eleuantur ad statum sublimiorem, nec per id, quod inseruierant vsibus prophanis, habent aliquam maculam, quæ impediat dedicari pro cultu Diuino.

6 Ad 2. Colligi ex priuilegio, quod non sit indecens, quod ex vestibus prophanis fiant sacræ, quia quod est ex natura sua indecens, nec etiam per priuilegium concedi potest. Vnde censendum est, quod huiusmodi priuilegium fuerit concessum potius ad tollendos scrupulos, qui poterant oriri stante opposita sententia, quæ fortè tunc habebat maiorem auctoritatem, quam nunc habeat, non autem quia esset necessarium. Quod eò magis nunc dicendum est, quando iam praxis communis ostendit id omni scrupulo carere.

7 Ex his sequitur, quod non solùm, quando res prophana mutat formam artificialem, & acquirit propriam rei Ecclesiasticæ conuerti potest ad vsum Sacrum: sed etiam quando eidem vsui inseruire potest cum propria forma. Quia cum non habeat aliquam inhabilitatem positiuam in ordine ad sacrum vsum, non est necesse, quod prius per mutationem formæ veluti destruatur vt fiat apta pro cultu Diuino. Vnde Mappæ, quæ vsibus prophanis inseruierunt retenta propria forma dedicari possunt cultui diuino. Et ita notant Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 8. ver. *Sed quæres.* Quartus *in Rubr. Missal. parte* 1. *tit.* 19. *dub.* 4. ver. *Colligitur*, Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 20. *dub.* 2. *difficult.* 5.

QVÆSTIO 822.

An liceat vti ornatu Sacerdotali Schismaticorum & an rebenedicendus sit, si ipsi nostro vtantur.

SVMMA.

8 *Catholici non possunt vti ornatu Sacerdotali Schismaticorum.*
2 *Talis ornatus se habet, ac si non esset benedictus.*
3 *Nulla sunt, quæ faciunt Schismatici nomine Ecclesiæ.*
4 *Sacerdotales vestes, quibus vsi sunt Schismatici, & Heretici non sunt rebenedicendæ.*

Quoad primum punctum difficultatis spectat *die* 7. *Maij anno* 1631. fuit resolutum in quadam Congregatione Theologorum coram Eminent. Cardinali Pamphilio, postea Innocentio X. habita occasione resoluendi nonnulla dubia transmissa à Patribus Capuccinis Missionis Orientalis non posse Catholicos vti ornatu Sacerdotali Schismaticorum, vt refert Verricellus *de Apostol. Mission. tit.* 4. *quæst.* 98. *dub.* 21. Addit etiam Missionariis esse specialiter interdictum, ne accedant ad Ecclesias Hæreticorum, & Schismaticorum ad vitandum scandalum, & offensionem simplicium Catholicorum, quia ex hoc opinari possunt quod sit licitum eorum ritus sequi, & quod non errent, neque sint separati ab Ecclesia. 1

Ratio autem est. Quia cum sint separati ab Ecclesia, non sunt amplius Ministri ipsius in ordine ad functiones Ecclesiasticas. Et proinde ornatus Sacerdotalis ab ipsis benedictus, eodem pacto se habet, ac si non esset benedictus; quia cum benedictio sit instituta ab Ecclesia, habet etiam in virtute auctoritatis ipsius vim sanctificandi; Vnde cum Ecclesia non interponat suam auctoritatem cum iis, qui ab ipsa separati sunt, neque ipsi sint eius Ministri, nulliter benedicunt, & proinde frustratur effectus sanctificationis. 2

Ex quo sequitur. Quod idem quoque contingat in consecratione Altarium, Calicis, Corporalium, &c. quia militat eadem ratio; nempè defectus auctoritatis, quàm ipsis Ecclesia non communicat; & ideò omnia, quæ faciunt tanquàm Ministri Ecclesiæ nulliter faciunt. Vnde non licebit Catholicis celebrare in Altari ab ipsis consecrato, aut cum Calice ab iisdem consecrato, non solum, quia reuera non sunt consecrata; sed etiam quia viderentur approbare eorumdem consecrationem, atque eos habere pro veris Ministris Ecclesiæ. 3

Quod spectat ad secundum; Vestes sacerdotales, quibus vsi sunt Schismatici, aut Hæretici nequaquam rebenedicendæ sunt, vt docent Palud. *in* 4. *dist.* 14. *q.* 5. *art.* 1 *conclus.* 2. Sylvester *verbo.* Benedictio, *quæst.* 6. Armilla *num.* 7. Ratio est, quia per hoc, quod ab ipsis adhibeantur, non polluuntur; cum enim pollutio sit de iure Ecclesiastico, non habet locum, nisi secundùm mensuram, secundùm quam est inducta ab Ecclesia: non est autem inducta quoad vestes sacras. Accedit etiam, quod celebratio Missæ, quamois per Schismaticos, aut hæreticos, de se est actus sacer, & ideò non potest polluere vestes sacras, cum quibus exercetur. 4

QVÆSTIO

Qvæstio 823.

An vestes sacræ sint necessario adhibendæ à Diacono, & Subdiacono, quando ministrant.

SVMMA.

1 *Diaconus, & Subdiaconus tenentur sub mortali vti suis vestibus sacris.*
3 *Idque ex vi suæ consecrationis.*
3 *Quid vrgente necessitate, aut ob metum mortis.*
4 *Ministerium Diaconi, & Subdiaconi quomodo necessarium.*

1 NOn defuere, vt refert Ludouic. à S. Io. mox citand. Recentiores Theologi, qui docerent, quod secluso contempto, esset tantùm peccatum veniale celebrare absque proprio ornatu. Dicendum tamen est. *Diaconum, & Subdiaconum teneri sub mortali vti proprio ornatu vestium Ecclesiasticarum, quando ministrant.* Ita etiam Ludouic. à S. Io. *in sum. quæst.* 12. *de Eucharist. art.* 17. *dub.* 3. difficult. 2. Faust. *lib.* 2. *de sacrif. miss. quæst.* 265.

2 Et Ratio est. Quia institutio harum vestium pro ministris Diacono, & Subdiacono, & impositio, quādo consecrantur, trahit secum obligationem deferendi, quando exercent suum ministerium, siquidem ex vtroque capite manifestatur intentio Ecclesiæ, quod velit tales vestes ab ipsis in Ministerio adhiberi, præsertim, quia inseruiunt sacrificio visibili, tanquàm ministri visibiles Ecclesiæ, & ideò tenentur in exteriori habitu tanquàm tales se gerere. Ergo cum materia sit grauis, siquidem agitur de modo exercendi proprium ministerium in oblatione sacrificij, obligatio erit sub mortali.

3 Quid autem faciendū sit vrgente necessitate, aut ob metum mortis, & an in omissione harum vestium locum habeat paruitas materiæ, constat ex dictis de vestibus sacerdotalibus, quæ proportionaliter applicanda sunt. Solùm aduertendum est, quod respectu subdiaconi, Manipulus non est parua materia, quia est habitus proprius ipsius, sicut stola super vnum humerū, vel latus oppositum est proprius habitus Diaconi. Vndè in nullo casu poterit Diaconus ministrare sine stola: subdiaconus solum, dato quod possit ministrare simplex Clericus, sicut aliquando de facto aliqui ministrant sine manipulo defectu subdiaconi.

4 Solum est aduertendum. Quod non potest, quoad hos ministros habere locum illa necessitas, quæ locum habet respectu sacerdotis, siquidem horum ministerium non est necessarium, nisi ad celebrandam missam solemniter: vnde cum celebratio missæ solemnis non sit necessaria, sicut potest esse necessaria Missa priuata, fit quod ij casus necessitatis, qui habent locum quoad Missam, nōn habeant quoad solemnem. Vndè solum potest esse necessaria solum necessitate quadam communi, & proindè neque poterit necessitas obtinere, quod hi Ministri ministrent, sine aliqua ex principalioribus vestibus, sed ad summum sine aliqua ex minoribus, vt Diaconus sine cingulo, aut manipulo; subdiaconus sine cingulo.

Qvæstio. 824.

Quales debeant esse vestes communes celebraturi Missam.

SVMMA.

Qualis debeat esse habitus communis celebraturi.
2 *Sacerdotibus ruralibus permittitur vestis exterior breuior.*
3 *Accedens ad celebrandum sine veste talari, an vndè non peccet.*
4 *Quid seclusa rationabili causa*, & nom. seq.
5 *Habitus Clericalis non habet connexionem cum actione sacrificandi.*
6 *Celebraturus debet esse calceatus pedibus.*
7 *An sub mortali.*
8 *Ex nullo capite colligitur obligatio.*
9 *Ex rationabili causa nudis pedibus potest offerri sacrificium.*
10 *Non debent permitti celebranti nudi pedes.*

HAbitum communem sacerdotis celebraturi debere esse conuenientem, & honestum, constat ex Rubrica Missal. *par.* 2. *tit.* 1. *De præpar. sacer. num.* 2. Vbi dicitur *Calceatus pedibus, & induens vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat.* Et proindè debet accedere cum proprio habitu clericali si sit Clericus, aut regularis, si sit Religiosus, Regularis enim habitus Clericorum debet esse honestus, vt in cap. *Clerici officia.* De *vita & honest.* intelligitur autem secundùm morem, & consuetudinem Regionis. Et debet esse talaris; vt desumitur ex Cap. *Nullus* 21. *Quæst.* 4. & Cap. *Vt præsbiteri.* 17 *quæst.* 4. 1

Est tamen aduertendum, quod sacerdotibus ruralibus, & iter habentibus permittitur vestis exterior breuior, vt notant etiam Homobon *par.* 1. *Exam. Ecclesiast. tract.* 4. *quæst.* 45. Cauant. *in Rubr. Missal. par.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. *littera Q.* Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 291. Quartus *in Rubr. Missal. par.* 2. *tit* 1. *dub.* 9. ver. *Colligitur secundò.* Habent enim isti iustam causam deferendi breuiores; nec talis habitus stantibus circumstantijs, personarum censetur indecēs. Quanto autem breuior possit esse vestis exterior, resp. Pax Iordan modo citat. debere saltem pertingere ad medium cruris Verùm consuetudo habet, quod adhibeantur breuiores, quæ solum genua tegant. Neque videtur indecens, & consequenter nullum continebit peccatum, præsertim quoad itinerantes. 2

Dubium autem est, an si Sacerdos accedat ad celebrandum sine veste exteriori talari, aut saltem breuiori grauiter peccet. Et quidem si id ex necessitate contingat, vel quia reperiatur in loco, vbi non potest vti vestibus huiusmodi, vt apud Hæreticos, aut Infideles, aut etiam ex aliqua rationabili causa, quæ posset excludere indecentiam, nullum esset peccatum, quia circumstantiæ excusarent factum, & tollerent indecentiam, quæ aliàs in facto apprehenderetur. Vnde difficultas est, quid dicendum, seclusa necessitate, aut rationabili causa. 3

Quartus *in Rubr. Missal. par.* 2. *tit.* 1. *sect.* 4. *dub.* 9. ver. *Respondeo.* per se putat esse peccatum mortale si Sacerdos accedat ad sumendas vestes sacras in habitu Laicali, & eas superponat vestibus merè sæcularibus. Quia neglectus habitus Clericalis tunc saltem est peccatum mortale, quando ratione circumstantiarum personæ, temporis, & loci repugnat notabiliter honestati, & fini, ob quem præcipitur. Hoc autem contingit in præsenti casu 4

Non tamen mihi videtur adesse sufficiens fundamētum condemnandi de peccato mortali eum, qui sine veste Clericali, indutus Sacerdotali ornatu celebraret. Ita etiam Quintanaduco *tom.* 2. *singul. tract.* 2. *singul.* 10. *num.* 1. Nam dato, quod sub mortali teneantur deferre habitum Clericalem, non tamen mortaliter peccant, si pro breui tempore non deferant, & proinde ex hoc capite non peccaret mortaliter Sacerdos, quia sine ipso celebraret: præsertim, quia non conspiceretur in publico sine tali habitu. Deinde cum sit habitus status Clericalis, non habet connexionem talem cum actione sacrificandi, quod necessariò requiratur: quia talis actio requirit solum habitum Ministerij, seu qui 5

conuenit Sacerdoti ratione officij, alium verò habitum non requirit. Rubrica verò, quando dicit, quod celebraturus debet esse indutus veste talari, considerat, quod est de conuenientia, non autem qood est de necessitate. Vnde ex nullo capite apparet, qoomodo locum habere possit peccatum mortale, & ita sentit Quintanaduen. *in instruct. Ordinar. part.* 5. §. 9. in fine.

6 Debet præterea Sacerdos celebraturus esse calceatus pedibus, & habet Rubrica *num.* 1. citata, & seruat prazis, & notant Suarez cum alijs. *disp.* 82. *de Euchar. sect.* 3. circa finem. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 26. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 151. Difficultas est an sit peccatum mortale eelebrare oudis pedibus. Pro sententia affirmatiua, affert Quartus infracitand. Siluestr. *verbo.* Miss. 1. *quæst.* 92. sed malè cum non excedat ille titulus quæstionem duodecimam. Hoc tamen non reperi apud Syluestrom.

7 Tenendum tamen est, *Quod non sit peccatum mortale celebrare nudis pedibus.* Ita Suarez *citat.* Vasquez 3. *part. disp.* 233. *cap.* 4. *num.* 39. Sà *verbo.* Missa *num.* 15. Cooioch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 251. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 21. Lugo Card. *disp.* 20. *de Euchar. sect.* 4. *num.* 102. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 15. Scortia *lib.* 2. *de sacrif. Miss. cap.* 8. *n.* 2. Booac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 9. *num.* 29. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 19. Barthol ab Angelo. *Dial.* 5. *de Missa* §. 286. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 10. *num.* 214. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 13. ver. *Septimo.* Ludouic à S. Io. *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 17. *dub.* 1. *difficult.* 1. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 14. *num.* 3. Leander *de Sacram. tract.* 8. *disp.* 3. *q.* 48. Quinianaduen. *in instruct. Ordinar. part.* 5. §. 9. in fine.

8 Ratio est. Quia nullum adest præceptum de hac re, vt notant citati Doctores, siquidem à oemine affertur. Consoetudo verò ooo est introducta cum animo se obligandi, sed tantùm ob decentiam & proindè oon habet vim obligandi ad mortale. Robrica verò non præcipit, sed tantùm docet, quomodo celebraturus accedere debeat ad sumendas sacras vestes, habita ratione decentiæ, & coosuetudinis. Solum enim dicit calceatus pedibus, quæ verba nullum præceptom continent. Indeceotia verò, ratione cuios noo debet nudis pedibus sacerdos offerre sacrificium, est leuis, & ideò ex se non fundat grauem culpam. Imò ex alio capite potest accipi tanquàm signum humiliationis, & pænitentiæ, cum ita fieri soleat in quibusdam actionibus ordinatis ad placandum Deum.

9 Ex dictis sequitur, vt notant etiam Laiman. Scortia, Marchin. neque futurum peccatum veniale oudis pedibos offerre sacrificiom, ita exigente necessitate, aut ex aliqua rationabili causa: & est iuxta communē doctrinam, quia tam necessitas, quàm rationabilis causa absorbent illam leuem indecentiam, quæ alias adesset. Siquidem io his circumstantijs hoc non appræheoditur indecens, sicut aliàs appræhenderetur.

10 Sequitur 2. vt ootat etiam Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubr lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 307. Quod licet nodis pedibus celebrare non sit peccatum graue, non debet tamen ab Episcopis permitti, sed coercere deheot contrafacientes. Ratiò est. Quia si negligerentur ritus, & laudabiles consuetudines concernentes oblationem sacrificij, paulatim sterneretur via etiam ad negligendum, quæ suot maioris momenti cum magna iactura sacrorum rituum. Imò etiam si non oegligentur ritus maioris momenti, non parùm tamen detraheretur maiestati sacrificij, si ritus, & consuetudines leuioris momenti non seruarentur. Ez quo fit, qood licet contrafacientes non peccent grauiter, peccaret tament grauiter Episcopos negligens communirer correctionē, quia ratione sui muneris tenetur corrigere sub graui culpa, siquidèm ex omissione correctionis sequeretur grauis iactura in ritu Ecclesiastico. Non secùs ac superiores tenentur corrigere negligentes regulares obseruantias, quamuis subditi non obligentur ad eas, sub aliquo peccato etiam veniali.

QVÆSTIO 825.

An, & quale peccatum sit cooperto capite offerre sacrificium.

SVMMA.

1 *Celebrant tùm ingreditur Altare debet detegere caput.*
2 *Sacerdotes Chinenses in signum reuerentiæ celebrant cooperto capite.*
3 *Offerre sacrificium cooperto capite, est peccatum mortale.*
4 *Grauitas materiæ in hoc, vnde desumatur.*
5 *Quando excommunicatio ferenda sit signum peccati mortalis.*
6 *Sacerdos celebrans nequit vti Pileolo.*
7 *Qualis Pileolus adhibendus quando conceditur celebranti.*
8 *Non licet in celebratione amictu tegere caput.*
9 *Amictus quando habeat cooperire caput.*
10 *Reuerentia in detegendo capite, dum celebratur, attendenda est secundum institutionem Ecclesiæ.*

QVamuis Sacerdos oblaturus sacrificium debeat 1
cooperto capite accedere ad altare, vt præscribit Rubrica *par.* 2. *tit.* 2. *de ingress. Sacerd. ad Altare num.* 1. attamen statim ac peruenit ad Altare ante infimum gradum ipsius debet detegere caput & sic incipere, & prosequi missam. Et de hoc extat dispositio in cap. *Nullus Episcopus de consecrat. dist.* 1. vbi Zacharias Papa in Synodo Romana ita statuit *Nullas Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato Capite Altari Dei assistere. Quoniam, & Apostolus prohibet viros velato capite orare in Ecclesia, & qui temerè præsumpserit, communione priuetur.* Ex quibus patet, quod huiusmodi dispositio continet præceptom; solum difficultas est, an obliget suh mortali.

Est autem prius supponendum. Qood apud Chi- 2
nenses Sacerdotes celebrant cooperto capite ex concessione Pauli V. vt notant Præpositus 3. *par. quæst.* 83. *ar.* 3. *dub.* 6. Tamburin. *opusc. de sacrif. Miss. lib.* 1. *cap.* 7. §. 4. in fine Verricel. *de Apost. Mission. tit.* 15. *quæst.* 254. Hoc aotem fit in signum reuerentiæ, quia apud illam nationem signum reuerentiæ non est detegere, sed cooperire caput. Ez quo fit. qood Sacerdotes alterius regionis, si ibi celebrent, possint se accommodare vsui regionis, imo etiam debeant si contingat io publico celebrare ad euitandum scandalum simplicium, nam potarent quod irreuerenter offerretur sacrificium, non secus ac, si qois apod nos cooperto capite offerret, nam videret deesse signum reuerentiæ consuetum Regionis.

Dicendum. *Offerre sacrificium cooperto capite esse pec-* 3
catum mortale. Intelligitur aotem, si durante toto sacrificio, caput sit coopertum; nam si tantùm vsque ad canonem, est alia ratio, vt infra. Ita communiter Syluester *verbo.* Missa 1. *quæst.* 2. *dicto* 1. Angel *quæst.* 8. Armill. *num.* 7. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. ver. *Ex quibus.* Henriquea *lib.* 9. *sum. cap.* 26. *num.* 3. in fioe. Vasquez 3. *par. disp.* 233. *cap.* 4. *num.* 38. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 16. Suarez *disp.* 82. *de Eucharist. sect.* 3. in fine Regioal. *lib.* 29. *praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 162. Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 21. *de Euchar. conclus.* 7. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 249. *conclus.* 13. Villalob *par.*

1. *sum.*

1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 29. *num.* 11. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 14. *num.* 11. Leander. *de sacram. tract.* 8 *disp.* 7. *quæst.* 49. Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 17. *dub.* 2. vbi ver. *Hæ se de notar.* limitat, vt non habeat locum, quando adest causa rationabilis. Quartus in *Rubr. Miss. par.* 2. *tit.* 2. *dub.* 3. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 48. & alij.

4 Ratio ex eo desumitur, quod materia de se est grauis: siquidem quando signa reuerentiæ sunt debita, & non exhibentur, interuenit quidam tacitus contemptus, qui est grauis iniuria, quando persona, cui est debita reuerentia, est excellens, & in honore habenda; Vndè si quis personam excellentem teneretur salutare, vt non salutaret, tacitè contemneret, & iniuria esset grauis. Sacerdos autem, quando celebrat in signum reuerentiæ, tenetur offerre sacrificium iuxta Cap. *nullus Episcopus. De consecrat. dist.* 1. detecto capite, & talis reuerentia, etiam debita Deo, cui offertur sacrificium & ideò Deus contemneretur tacitè, si cooperto capite offerretur. Omnis autem contemptus Dei, ratione excellentiæ ipsius, est peccatum mortale.

5 Accedit etiam, quod in dicto Cap. *Nullus Episcopus* imponitur contrauenientibus pœna excommunicationis: quæ quamuis non sit latæ sententiæ, sed ferendæ; attamen adhuc est signum peccati mortalis, quia lex non requirit, quod vt feratur excommunicatio præmittatur monitio, sed potest Iudex transgressorem statim citare ad dicendum. Quare non debeat excommunicari. Tunc autem solùm excommunicatio sententiæ ferendæ, non est signum peccati mortalis, quando requirit adhuc præuiam monitionem, nam tunc requirit nouum peccatum, nempè contumaciam. Et quamuis nonnulli doceant, quod semper requiritur præuia monitio, quando lex illam non excludit, hoc tamen est contra praxim, nam sine alia monitione Iudices citant ad dicendum, quare non debeat transgressor excommunicari.

6 Ex dictis colligitur. Neque licere tegere caput Pileolo vt docent Filliuc. *tract.* 5. *num.* 151. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 9. *num.* 28. Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 301. & cæteri *num.* 3. citati. Nam quamuis vti Pileolo præseferat quandam speciem reuerentiæ, attamen non est tota illa reuerentia, quæ requiritur, & id quoque prohibetur in d. Cap. *Nullus Episcopus. De consecrat. Dist.* 1. dum prohibetur, ne velato capite præsumat assistere. Et quamuis vsus Pileoli non videatur reddere caput propriè velatum attamen, quia sic praxis interpretatur legem; ideò ipsi standum est.

7 Colligitur secundò contra Nauar. *consil.* 7. *num.* 6. *dicto* 3. *De celebrat. Miss. lib.* 3. quod quando in celebrando adhiberi potest Pileolus, non est adhibendus ex linteo albo, sed nigro. Tum quia niger magis ad honestatem confert, & ad grauitatem actionis, albus verò potius risum excitaret Tum quia niger est minùs conspicuus, atque adeò ostendit maiorem reuerentiam. Tum quia ita habet praxis, quoad eos, qui ex dispensatione eo vtuntur.

8 Tertiò colligitur. Neque licere amictu tegere caput, dum actu celebratur, sicut sentiunt Nauar. *consil.* 7. *de celebrat. Missar. lib.* 3. Rudriquez *part.* 1. *sum. cap.* 249. *num.* 13. Hoc enim esset propriè velare caput contra prohibitionem, d. Cap. *Nullus Episcopus de consecrat. Dist.* 1. vt notant Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 18 *quæst.* 16. Pitigian *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 5. Bonac. *disp.* 4 *de sacram. quæst. vlt. pun.* 9. *num.* 28. Gauant. *in Rubr. Miss. par.* 2. *tit.* 2. *num.* 2. *init.* Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 300. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 44. Ludouic. à S Io. *in sum. quæst.* 11. *de Eucharist. art.* 17. *dub.* 2. in fine. Quartus *in Rubr. Missal. part.* 2. *tit.* 2. *dub.* 3. *difficult.* 2 & alij *num.* 3. citati.

Neque obstat, quod amictus introductus sit ad cooperiendum caput, vt constat ex oratione, quæ dicitur, dum induitur. *Impone Domine Capiti meo galeam salutis,* Vndè etiam Durand. *in Ration. diuin. offic. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. habet. *Ideò amictu Caput operimus, ne circumquaque liberè prospiciendo illicita cogitemus.* Nam fuit institutus ad cooperiendum caput, donec sacerdos perueniret ad Altare, vbi postea ipsum demittebat ad Collum vt modò solent nonnulli Religiosi, qui adhuc seruant hunc vsum inponendi amictũ Capiti. Et hoc etiã voluit significare Durand. *cit* nam potest accipi, quod imponatur Capiti, ne dùm sacerdos pergit ad Altare, liberè circumquaquè respiciat: siquidem quando actu celebrat, supponitur, quod ita attendat functioni, vt non distrahatur ad hinc, & illuc prospiciendum. Quod præsertim dicendum est, quia ante plures annos emanauerat Decretum Zachariæ Papæ de non assistendo altari velato capite: & proindè non est verisimile, quod tempore Durandi amictu caput tegeretur, dum actu celebraretur. 9

Dices. Ideò offerendum est sacrificium detecto capite, quia hoc est in signum reuerentiæ, sed etiam si amictu cooperiatur caput, est in signum reuerentiæ; nam significat, quod sensus omnes colligantur, vt sacerdos maiori attentione vacet illi functioni Præsertim quia tegitur veste sacra, & quæ proindè censeri potest instituta cùm aliquo mysterio. Resp. Quidquid sit an hoc importare possit reuerentiam, standum tamen est ordinationi Ecclesiæ, quæ cum exigat, quod Sacerdos detecto, & non velato capite assistat Altari dum celebrat, non potest, quod est directè contra ipsius prohibitionem, introduci in signum reuerentiæ; siquidem ipsa reiicit velare caput tanquam non conueniens reuerentiæ, cum qua debet offerri sacrificium. 10

QVÆSTIO 826.

An sit peccatum mortale vti Pileolo, vsque ad Canonem.

SVMMA.

1 *Vti Pileolo vsque ad Canonem, an sit peccatum mortale,* & num. sequent.

3 *Grauitas prohibitionis vsus Pileoli, est in ordine ad oblationem sacrificij.*

4 *Concessio Pileoli in celebratione, cur reseruetur Pontifici.*

5 *In Parasceue, & Sabbatho sancto, an in Officio adhiberi possit Pileolus.*

PRocedit difficultas supposito, quod non adsit causa iusta extinguens obligationem præcepti. Prima sententia asserit esse peccatum mortale, etiam vsque ad canonem vti Pileolo. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. ver. *Ex quibus.* Suarez *disp.* 82. *de Euchar sect.* 3. in fine, Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 16. Vasquez 3. *part. disp.* 233 *cap.* 4. *num.* 38. Reginal *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 8. *num.* 162. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 7. *quæst.* 49. in fine, Verricel. *de Apostol. mission. tit.* 15. *quæst.* 253. *num.* 2. Fundamentum huius sententiæ est tùm præceptum Cap. *Nullus Episcopus, de consecrat. dist.* 1. tum quia licentia vtendi Pileolo est de reseruatis summo Pontifici; etiam vsque ad canonem, & ideò est materia grauis, atque adeò obligans sub mortali. 1

Secunda sententia asserit esse tantum veniale. Ita Nauar. *consil.* 7. *num.* 3. & 7. *de celebrat. Miss. lib.* 3. Rodriquez *part.* 5. *sum. num.* 249. *conclus.* 13. Marchin *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 14. *num.* 11. Villalob. *part.* 2

1. *sum.tract.* 8.*difficult*.19.*num*.11. Franeisc. Lugo *lib*.5. *de sacr.cap*.8.*q*.6.*nu*.48. licet sub dubio. Tambur. *opusc. de sacrific. Miss.lib*.1.*cap*.7. §.4. *num*.4. Quartus *in Rubr. Missal.par*. 2. *tit* 2. *dub*.3.*difficul*.1. ver. *Tertia sententia*, Bonac.*discut*.4 *de sacram. quæst. vlt. pun*. 9.*num*. 29. & à fortiori Ledesma *par*. 1. *sum.cap*. 21.*de Euchar.concl*.7.

3 Dicendum est. *Non esse peccatum mortale vti pileolo vsque ad canonem, sed tantum veniale*. Ratio est, Quia in hoc locum habet paruitas materiæ; quæ considerari debet non in ordine tantùm ad tempus, in quo adhibetur, sed etiam in ordine ad functionem, quæ peragitur. Cum enim vsus Pileoli sit prohibitus in ordine ad Sacrificium ratione reuerentiæ debitæ, vtpotè quia in ipso offertur verus Christus, qualificatur prohibitio à motiuo prohibendi, quod est ipsa actio offerendi Sacrificium. Hæc autem non incipit ab initio Missæ, sed solum à Canone; nam quæ præcedunt Canonem, sunt tantùm quædam præparatoria ad oblationem Sacrificij; & ideò cum oblatio Sacrificij tanquam functio excellentissima, & tractanda cum reuerentia, qualificet prohibitionem grauem, cætera, quæ præcedunt tanquàm præparatoria, qualificabunt prohibitionem leuem, & quæ tantùm sit sub veniali peccato.

4 Ad fundamentum in oppositum resp. Prohibitionē Cap. *Nullus Episcopus* esse specialiter intuitu oblationis sacrificij, & ideò quatenùs grauis est, respicere tantùm celebrationem missæ, quatenus continet oblationem Sacrificij. Ad alteram partem eiusdem fundamenti. Quæ reseruantur Sedi Apostolicæ, non solùm reseruari ob earundem grauitatem, sed etiam ad tollendam nimiam facilitatem dispensandi, quod contigisse in præsenti casu credendum est.

5 An autem Sacerdos in feria sexta Parasceuè, & in Sabbato sancto vti possit Pileolo in celebratione officij, non reperio tactum ab aliquo Doctore. Quod autem spectat ad feriam sextam Parasceuè, non videtur prohibitio dict. Cap. *Nullus Episcopus* extendi ad celebrationem huius officij, nam apertè loquitur de celebratione Missæ, vt constat ex illis verbis. *Ad solemnia Missarum celebranda*. In illo autem die non celebratur Missa, quia non consecratur Eucharistia, sed consumuntur præsanctificata, & ideo non videtur prohibitum vti Pileolo quovsque profertur Eucharistia. Similiter etiam, cum in Sabbato sancto Missa solum incipiat, quando post sumpta paramenta, Alba Sacerdos ingreditur Altare, & facit confessiionem, dicta prohibitio non videtur extendi ad officium præcedens cum non sit celebratio Missæ, sed officium speciale illius diei. Vnde si adesset aliqua causa rationabilis vtendi Pileolo, sine scrupulo, adhiberi posset, quod à fortiori debent tenere Doctores, qui volunt in Missa vti Pileolo vsque ad Canonem, esse solum peccatum veniale.

QVÆSTIO 827.

An valeat consuetudo celebrandi cum Pileolo, vbi est introducta.

SVMMA.

1 *Consuetudo vtendi Pileolo vsque ad consecrationem an valeat.*
2 *Consuetudo introducta ex rationabili causa valet.*
3 *An introduci possit vbi non est.*
Præsumere importat actionem temerariam, & sine ratione.

IN Polonia Sacerdotes omnes hyemis tempore celebrare Missam cooperto capite vsque ad consecrationem, testatur Vasquez infrà citandus; & fortè etiam alibi adest huiusmodi consuetudo. Dicendum autem est. *Huiusmodi consuetudinem valere*. Ita Vasquez 3.*part.disp*.233.*cap*.4. *num*.38. Palaus *part*.4. *tract*.22. *disp.vn.pun*.10.*nu*.10. Tamburin.*opusc de sacrific. Miss. lib*.1.*cap*.7.§ 4.*num*.4. Verricel. *de Missionib. Apost.tit*. 15.*quæst*.253.*n*.1.

Ratio est. Quia vsus Pileoli in celebratione Missæ 2
est prohibitus tantum iure Ecclesiastico, quia licet reuerentia exigat ex natura functionis, quod detecto capite peragatur à Sacerdote, non tamen exigit, quod non tegat caput Pileolo. Siquidem illo vtimur etiam quando detecto capite aliquid peragendum est, & adhuc seruatur cum vsu ipsius reuerentia, quæ ex capite detecto consurgit. Cum autem consuetudo præualere possit contra ius Ecclesiasticum vt in Cap. *fin. de consuetud.* si rationabilis sit, & hæc consuetudo sit rationabilis, vtpotè quia est introducta ratione extraordinarij frigoris regionis & ad vitandum damnum, quod consequi potest ex capite detecto, ideo præualere potest contra ius Ecclesiasticum.

Verùm adhuc difficultas remanet, an possit de no- 3
uo introduci consuetudo, vbi non est, vtendi Pileolo vsque ad Canonem in celebratione Missæ. Et quidem si attendatur dispositio Cap. *Nullus Episcopus de consecrat.dist*.10 Nihil videtur obstare, quin possit introduci, si adsit causa rationabilis introducendi. Nam in dicto textu solum prohibetur, ne quis præsumat velato capite celebrare, atque adeò solum prohibetur vsus Pileoli ex causa præsumptionis, non autem ex causa rationabili, vt etiam infra dicetur. Dictio enim (præsumat) importat actionem temerariam, atque adeò non regulatam ratione, vt notant Dec. *in cap*. 2.*num* 6. ver. *secundo principaliter de iud*. Hippolit. *in l. de minori in princ.num*.39.*ff.de quæst*. Barbatia *in cap.prudentiam not*.1.*de offic. deleg* Bald. *cons*.486.*num*.5. *vol*.4. Menoch. *consil*.763. *num*. 10. & communiter. Vnde si quis ex rationabili causa inciperet vti Pileolo, non præsumeret, quia non temerè ageret: atque adeò inciperet consuetudinem absque peccato.

QVÆSTIO. 828.

An ex iusta causa liceat cum Pileolo celebrare.

SVMMA.

1 *Ex iusta causa licet celebrare Missam cum Pileolo vsque ad Canonem.*
2 *In cap.* Nullus Episcopus, *prohibetur velamentum capitis temerarium.*
3 *Quando adsit iusta causa vtendi Pileolo vsque ad Canonem.*
4 *Ex iusta causa an possit adhiberi Pileolus in publico.*

DIcendum est. *Ex iusta causa licere celebrare Missam* 2
cum Pileolo, vsque ad Canonem, vel ad summum vsque ad consecrationem. Ita Syluest. *verbo* Missa, 1.*quæst*.2. Angel *quæst*.8. Tabiena *num*.18. Armilla *num*.7. Nauar. *consil*.7.*num*.6.*de celebrat. Missar.lib*.3. Sà *verbo*. Missa *num*.17. Rodriquez *par*.1.*sum.cap*.149.*concil*.13. Henriquez *lib*.9.*sum.cap*.26 *num*.3. Azot.*par*.6.*lib*.10.*cap*.28. *quæst*.16.ver. *Quares* Suarez *disp*.82. *de Eucharist.sect*.3. in fine. Vasquez 3.*par.disp*.233.*cap*.4.*num*.38. Facundez *præcep*.1. *Eccles.cap*.21. *num*.33. Reginal. *lib*.29. *praxis fori pænit.cap*.9.*sect*.3.*num*.162. Ludouic. à S. Ioan.*par*. 1.*sum quæst*.11.*de Eucharist.art*.17.*dub*.2.ver. *Hase de Notar*. Zerola *parte* 2. *Praxis Episcop. verbo* Missa §. 1. Francisc. Lugo *libro* 5. *de sacrament. capite* 8. *quæst*. 6. *num*. 50.

Ratio

2 Ratio est. Quia prohibitio vtendi Pileolo originem habet ex Cap. *Nullus Episcopus de consecrat. distinct.* 1. quatenus ibi probibetur velato capite celebrare: Pileolus enim importat quoddam capitis velamentum: & proinde iudicandum est de vsu ipsius iuxta mensuram dispositionis dicto textu. In ipso autem prohibetur solum velamentom capitis temerarium, & præsumptuosum, vt satis exprimunt verba *præsumat*, & *temerè præsumpserit*. Et ideò non remanet prohibitus quicunq; vsus velandi caput, sed tantũ sic qualificatus, qui proueniat ex temeritate, & præsumptione. Quando autem interuenit necessitas, aut iusta, & rationabilis causa excluditur temeritas, & præsumptio, atque adeò materia prohibita à lege

3 Quod spectat ad causas iustas, & rationabiles, Doctores assignant nimiam regionis frigiditatem, infirmitatem, capitis debilitatem, senectutem, & caluitium. Sed quod spectat ad caluitium, non mihi videtur esse causa sufficiens, nec praxis suffragatur, obseruaui enim plures non obstante caluitio absque Pileolo celebrare. Et ideò videndum est, an stante caluitio patiatur celebrans vbi quod nocumentum notabile ex eo, quod detecto capite celebret, similiter etiam neque senectus videtur absolutè causa sufficiens pro vsu Pileoli, cum senes etiam decrepiti detecto capite celebrent absque vllo nocumento Itaque pro regula habendum est quod tunc adsit iusta causa, quando absque vsu Pileoli celebrans subiret incommodum considerabile, siue ex hac, siue ex illa causa proueniat. Tunc enim subintrat regula, quod lex humana nõ obliget cũ notabili incõmodo. Præsertim ista, de qua agimus, quæ
3 solom prohibet vsum temerarium, & præsumptuosum.

4 An autem stante iusta causa possit adhiberi in publico non ita facile conecdunt plures ex citatis Doctoribus ob timorem scandali. Verum nõ video, quodnam scandalum oriri possit, si in publico adhibeatur. Cum enim Populus videat celebrantes seruare omnes ritus Ecclesiæ in celebratione Missæ, dum videt vsum Pileoli, recta ratio exigit quod quisq; iudicet, licitè adhiberi, aut ex dispensatiooe aut ex necessitate, nec vllum adest motiuũ iudicandi oppositũ, nisi temerè iudicetur, & ideò si oriatur scandalum, erit absq; fundamento, & mere ex alterius malitia, & proinde non attendendum.

QVÆSTIO 829.

An quando adest causa rationabilis vtendi Pileolo in Missa, sit necessaria dispensatio.

SVMMA.

1 *Stante iusta causa pro vsu Pileoli an sit necessaria dispensatio*, & num seq.

3 *Causa euidẽs pro vsu Pileoli nõ requirit dispensationẽ.*
Dispensatio quando sit necessaria.

4 *Lex non prohibet, vsum necessarium Pileoli.*

5 *Si causa non sit euidens, est necessaria dispensatio.*

6 *Causa euidens pro vsu Pileoli quid operetur.*

7 *Causa approbata à Medico est habenda pro euidenti in vsu Pileoli.*
Peritus æquiparatur Iudici.

8 *Præceptum non velandi caput in celebratione, quomodo se habeat.*

9 *Rubrica, & Declaratio S. Congregat. accipitur cum conformitate ad ius commune.*
Lex noua secundum antiquam intelligenda. Decretum S. Congregat. recipit declarationes, quas recipit ius. commune.

1 PRima sententia absolutè docet, esse necessariam licentiam seu dispensationem. Ita Sotus *in 4. dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4 Sà *verbo.* Missa *num.* 17. Ganant. *in Rubr. Missal. part.* 2. *tit.* 2. *num.* 2. *littera F.* Granad. 3. *part. contron.* 6. *tract.* 14. *disp.* 12. *num.* 8. Leander *de sacram. tract.* 8 *disp.* 7. *quæst.* 49. ver. *Sed probabilius.* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 10 *num.* 215. Quartus *in Rubr. Missal part.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. *dub.* 3. ver. *secunda sententia.* Fundamentum est Quia posito quod quis velit celebrare, præcipitur quod celebret sob talibus ritibus, & capite detecto: Ergo si non potest celebrare detecto capite, potius debet omittere celebrationem, aut obtinere dispensationem. Confirm. Quia ita colligitur ex Rubr. *de defectib. num.* 1 & ex Decreto *S. Congregat. Rituum* approbato ab Vrbano VIII. & posito in principio Missalis.

Secunda sententia asserit. Quod si causa sit certa, & euidens, non sit necessaria dispensatio, præsertim quando non potest commodè obtineri. Si verò non sit euidens, opus esse dispensatione. Ita Nauar. *consil.* 7. *num.* 6 *dicto* 2. *de celebrat. Missar. lib.* 3 Suarez *disp.* 82. *de Eucharist sect.* 3. in fine Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 162. Vasquez 3. *part. disp.* 233. *cap.* 4. *num.* 38 Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 247. *conclus.* 13. Tabiena *verbo.* Missa. *num.* 18. Angel. *num.* 8. Syluest. *quæst.* 2. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 26. *num.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 6. ver. *Quæres.* Laiman. *lib.* 5. *theol moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 16. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 33. Lugo Cardin. *disp.* 20. *de Euchar. sect.* 3. *num.* 102. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 52. Tamburin. *opus. de sacrif. Miss. lib.* 1. *cap.* 7. §. 4. *num.* 4. Verricel. *De miss. ot. Apost. tit.* 15. *quæst.* 253. *num.* 6. Palaus. *par.* 4. *oper. mora tract.* 22. *disp. vu pun.* 10. *num.* 10. Syluius 3. *par. quæst* 83 *ar.* 3. in fine, Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pur.* 4. *num.* 28 Bartholom. ab Angelo *dial.* 5. *de Missa* 9. 460. Pitigian *in* 4. *dist* 13 *quæst.* 2. *ar.* 5. Filliuc. *tract.* 5 *cap.* 5. *num* 152. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 17. *num.* 8. Gaspard Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. Miss. diffic.* 11 *in fine.* 2

Dicendum est. *Si causa sit, certa, & euidens non est opus dispensatione, sed potest quis sine ipsa vti Pileolo.* Ratio est, quia tunc est necessaria dispensatio, quando adhuc viget obligatio Legis; non autem, quando extinguitur, aut non se extendit ad casum. Est enim dispensatio, relaxatio Legis adhuc obligantis, vt desumitur ex Cap. *Necessaria.* Cap *Dispensationes*, & Cap. *Tanta* 1. *Quæst.* 7. Quando autem causa est euidens, cessat obligatio Legis, quia non se extendit ad obligandum in tali casu. 3

Confirm. Lex in præsenti materia prohibet solum vsum temerarium, & præsumptuosum Pileoli, non autem vsum necessarium, vt constat ex Cap. *Nullus Episcopus. De consecrat. Dist.* 1. ibi *Præsumat*, & ibi *Temerè præsumpserit.* Ergo quando adest causa rationabilis, & iusta vtendi Pileolo, non sumus in materia prohibita; & ideò non est necessaria dispensatio. 4

Ex dictis sequitur. Quod si causa non sit euidens, necessaria sit dispensatio. Cùm enim lex semper loquatur, semper prohibet vti Pileolo, nec potest quis ab ipsa se subtrahere, nisi obijciat causam certam, quæ impediat extensionem legis ad vsum occurrentẽ. Nec obstat, quod lex requirat præsumptionem, & temeritatem, nam adhuc quando causa non est euidens, interuenit aliqua præsumptio, & temeritas: siquidem cum non constet, quod sit solutus à lege, qui habet huiusmodi causam, se ipsum soluit, in quo consistit temeritas, & præsumptio. 5

Sequitor secundò. Quod dispensatio, quando causa est euidens, quamuis non operetur quoad solutionem obligationis legis, operatur tamen quoad iustificationem actionis pro foro exteriori: & ideò nunquam sit superflua. Imò fieri possit, quod quamuis causa sit euidens, adhuc tamen pro foro exteriori: sit necessaria 6

dispensatio, si nimirum causa extrinsecùs non appateat, quia quamuis debeat quisque præsumere, quod vtens Pileolo, licitè vtatur, adhuc tamen etiam ipse tenetur satisfacere Populo, & mediante dispensatione docere, quod habeat causam sufficientem. Quod præsertim locum habet, quando vsus est futurus continuus, vt obseruant etiam Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 8. quæst. 6. num. 53.* Verricel *de Mission. Apost. tit. 15. quæst. 253. num. 8.*

7 Sequitur tertiò. Quod si habens causam vtendi Pileolo dubitet de sufficientia, si accedat iudicium Medici iudicantis esse sufficientem; eo quod si non vtatur, subire posset considerabile damnum; tunc habenda sit pro causa certa, etiam pro foro externo, vt in alia materia notant etiam Sanchez *lib. 5. consil. moral. cap. 5. dub. 5. num.* 28. Martin. à S. Ioseph. *tom. 1. moral. lib. 2. tract. 11. de iejun. num. 5.* Medicus enim tanquàm peritus profert suam sententiam super sufficientia causæ, & ideò cum æquiparetur iudici vt tradunt Bar. *in l. 1. § fin. num. 2. ff. De verbor. obligat.* Alberic. *num. 5.* Alex. *num. 2.* Bal. *in l. 2. num. 4. Refer.* Dec. *in Cap. Proposuisti. num. 52. ver. Vltimo de istis de probat. in Noua addit. felin. num. 9.* Riminal *iun. consil. 112. num. 16. vol. 2.* & communiter, dum profert suam sententiam de sufficientia causæ, reddit illam certam, etiam pro foro exteriori.

8 Ad fundamentum oppositæ sentent. negandum est quod assumitur. Neque enim, præcipitur quod non celebretur, nisi celebratur detecto capite, sed ne quis temerè præsumat accedere ad celebrandum cooperto, seu velato capite, & ideò non absolutè prohibetur velato capite celebrare, sed quando est cum præsumptione, & temeritate, vt dictum est in superioribus & notant etiam Doctores pro secunda sententia allati. Et ideò cum præceptum sit scriptum, non est fingendum aliò modo, & forma impositum, quàm in littera exprimatur, præsertim contrario. Nam dum exprimitur vsus temerarius, & præsumptuosus velandi caput, relinquit locum vsui rationabili, & non præsumptuoso.

9 Ad confirm. Rubricam, & Decretum S. Congregat. debere accipi cum conformitate ad ius commune, quia non condunt quoad vsum Pileoli nouum Ius, sed supponunt, & decretum S. Congregat. supponens prohibitionem vsus Pileoli, disponit solùm de dispensatione, de qua in Iure, nihil fuerat expressum, & ideò prohibitio relinquitur in eo statu, quem habet ex Iure communi. *Lex* enim noua secundùm legem antiquam debet intelligi. *l. Non est nouum, & l. sed & posteriores ff. de legib.* & notant Gloss. *in l. sciendum init. ff.* Qui *satisdar. cog.* Bar. *ibid.* Bettazzol. *consil. 93. num. 7.* Cacheran. *decis. Pedemon.* 167. *num.* 17. alios citans. Et recipit declarationes, quas recipit ius commune *l. 1. §. Lex falcidia ff.* Ad *l. falcid.* & Cap. *Ex parte. De verb. signif.* vbi Doctores.

Qvæstio 830.

Quis possit concedere, seu dispensare pro vsu Pileoli in celebratione Missæ.

SVMMA.

1 *Ante Decretum S. Congregat. Episcopus dispensabat in vsu Pileoli.*

2 *Quando ex consuetudine Episcopus dispenset in iure communi.*

3 *Pro vsu Pileoli modo dispensat solus Pontifex.*

4 *Decretum S. Congregat. circa dispensationem vsus Pileoli.*

5 *Quid dicendum si pro dispensatione in vsu Pileoli non possit recurri ad Pontificem.*

6 *Prælati Regulares an dispensare possint cum suis subditis in vsu Pileoli.*

Ante Decreta S. Congregat. Rituum, de quibus 1
infra; posse Episcopum dispensare pro vsu Pileoli docebant communiter Doctores. Nauar. *consil. 7. de celebrat. Missar. lib. 3.* Azor *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 16.* Sà *verbo.* Missa. *num. 17.* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 28. num. 53.* Laiman. *lib. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 6. num. 6.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 26. num. 2.* Pitigian. *in 4. dist. 12. quæst. 2. art. 5.* Syluius 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. in fine. Rodriquez *part. 1. sum. cap. 247. num 13.* Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect. 13. in fine.* Homobon. *part. 1. Exam. Eccles. cap. 15. quæst. 145.* Zerola *part. 2. Praxis Episcop. verbo.* Missa. § *Decimoprimo* Bonac. *disp. 4. de Sacram. quæst. vlt. punct. 9. num. 27.* Ludouic. à S. Io. *in sum quæst. 11. de Eucharist. art. 16. dub. 5.* Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. disput. vn. punct. 10. num.* 10. Et alij. Imò Lugo Cardin. *disp. 20. de Eucharist. sect. 4. num. 102.* Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. cap. 7. § 4. num. 2.* & alij ex infra cit. aduertunt, quod antedicta Decreta, dispensatio concedebatur ab Episcopo.

Ratio est. Quia licet prohibitio sit de iure commu- 2
ni, ex consuetudine tamen in casibus quæ frequenter occurrunt, solet dispensare Episcopus, nisi dispensatio sit specialiter reseruata Sedi Apostolicæ; quæ consuetudo in eo fundatur, quod ius commune committat Episcopo dispensationes in eodem iure quoad plures leges: vnde ex identitate, aut similitudine rationis, censetur etiam fieri extensio ad cœtera quæ non sunt reseruata. Et proinde erat introducta consuetudo, quod Episcopi dispensarent super vsu Pileoli, concurrente iusta causa.

Secunda sententia, quæ tamen non discrepat à præ- 3
cedenti, asserit, quod modò dispensatio conditur tantùm à Sede Apostolica. Ita Gauant. *in Rubr. Missal. p. 2. tit. 2. littera F.* Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect. 13.* in fine. Leander *De sacram. tract. 8. disputat. 7. q. 5.* Dicastill. *de sacram. tractatu 5. disp. 4. dub. 10 num. 215.* Lugo Card. *disp. 20. de Euchar. sect. 4. num. 102.* Verricel. *de mission. Apost. tit. 15. quæst. 253. num. 9.* Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. cap. 7. § 4. num. 2.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 8. quæst. 6. n. 54.* Pax Iordan. *tom. 1. Lucubrat. lib. 4. tit. 1. num. 305.* Quartus *in Rubr. Missal. part. 2. titulo. 2. dubio 3. difficult. 4.*

Hoc autem constat ex Decreto S. Rituum Congr. 4
quod emanauit sub *die 13. Iulij 1626.* quod postea approbatum fuit ab Vrbano VIII. & modò præfixum est cum aliis Decretis eiusdem S. Congregat. Missali nouiter reformato, tenoris sequentis *Nemo audeat vti Pileolo in celebratione Missæ sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, non obstante quacumque contraria consuetudine.* Circa quod Decretum est obseruandum, quod concordat in modo iniungendi præceptum, quod iam erat iniunctum de iure communi, cum eodem iure communi Cap. *Nullus Episcopus De consecrat. dist. 1.* nam sicuti ibi dicitur, *Nullus præsumat, & temerè præsumpserit*; ita in Decreto dicitur. *Nemo audeat*, & solùm addit supra ius commune reseruationem dispensationis, seu licentiæ Sedi Apostolicæ.

Quid autem dicendum sit, quando recursus ad Se- 5
dem Apostolicam, aut non patet, aut difficilis est, aut etiam repentinus, vt in casu improuisæ emergentiæ. Resp. Hic habere locum communem doctrinam, quod possit dispensare Episcopus, quam tradit & firmat Sanchez cum aliis *lib. 2. de matrim. disp. 40. nu. 6. & seq.* Et ita in præsenti casu tradunt Doctores *num. 1.* citati, & etiam habita ratione supradicti Decreti, Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib. 1. cap. 7. § 4. num. 3.* Quartus *in Rubr. Missal. part. 2. tit. 2. dub. 3. ver. Colligitur se*

qui

quis Verricel. *De Miſſion. Apoſt. tit.* 15. *quaſt.* 253. *n.* 10. Nam ſicut bonum Communitatis exigit, quod in lege diſpenſari poſſit, ita etiam quælibet lex, cum ſit propter booum communitatis, atque adeò ſecundùm menſuram exigentiæ ipſius, exigit eſſe diſpenſabilis, atque habere, qui occorrente caſu diſpenſare poſſit, alioquin non eſſet prouiſom bono communi ſecundùm exigeotiam ipſius.

6 Ex hoc autem ſequitur, vt notant etiam Doctores *num. praced.* citati, & plures ex citatis ſupra *num.* 1. Qood Prælati Regulares diſpenſare poſſunt in hoc cum proprijs ſubditis, habent enim reſpectu ipſorum iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; & ideò poſſunt cum ipſis quidquid poſſunt Epiſcopi cum proprijs ſubditis, quoad abſolutiones, diſpenſationes, &c. vt declarauit etiam Pius V. *Sub die* 21. *Iulij* 1571. *in ſua conſtit.* quæ eſt 132. *in Bullario*, motus ex ea ratione, quod non debent Religioſi eſſe deterioris conditionis, quàm ſint ſubditi Epiſcoporum.

QVÆSTIO 831.

Quoſque caput tegi poſſit Pileolo; quando ex iuſta, cauſa adhibetur.

SVMMA.

1 *Pileolus adhiberi poteſt iuxta tenorem diſpenſationis.*
Diſpenſatio quomodo accipienda.
2 *Quando ſine diſpenſatione adhibetur, quouſque adhiberi poſſit.*
3 *Depoſitio Pileoli eſt ob reuerentiam præſentiæ Christi.*
4 *Pileolus an ex aliqua cauſa adhiberi poſſit tota Miſſa.*
5 *Ius & decretum S. Congregat. relinquunt locum vſui Pileoli pro tota Miſſa ex neceſſitate.*

1 QVandò adhibetur per viam diſpenſationis, attendendus eſt tenor ipſius: neqoe enim per ipſum plus conceditur, quàm exprimatur. Quamuis enim diſpenſatio trahatur ad omnia acceſſoria iuxta doctrioam Gloſſ. communiter receptæ *in cap. quia in tantum de præbend.* attamen io ordine ad principale non ſe extendit vltra expreſſa. Vnde difficultas eſt, quando in diſpenſatione oon exprimitur, aut ex cauſa euidenti adhibetur.

2 Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4 *tit.* 1. *num.* 303. vult, qood adhibendus ſit Pileolus, ſolum vſque ad canonem, non autem vſque ad conſecrationem, quia ita exprimitur in facultatibus, quæ conceduntur, vt io Faventina *die* 2. *Ianuarij* 1590. conceſſit S. Epiſcoporum Congregat. Vnde etiam ſecluſa tali expreſſione regulandus eſt vſus Pileoli, quando adhibetur ex euidenti cauſa aut qoocunque alio modo. Verùm huiuſmodi licentias non eſſe ſemper eiuſdem tenoris, cum aliquibus conceſſum ſit vſqoe ad canonem, aliis vſque ad conſecrationem ex praxi didici. Vnde ex hoc non poteſt deſumi regula pro vſu Pileoli, quando ſine diſpoſatione, aut quando in ea nihil eſt expreſſum, adhibetur.

3 Itaque adhiberi poſſe vſque ad conſecrationem tradunt. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quaſt. vlt. punct.* 9. *num.* 19. Vaſquez 3. *part.* 233. *cap.* 4. *num.* 38. Nauar. *de celebrat. Miſſar. conſil.* 7. *num.* 1. *lib.* 3. Sã *verbo.* Miſſa *num.* 17 Lezana *verbo.* Miſſa *num.* 64 Verricel. *de miſſion. Apoſt. tit.* 15. *quaſt.* 253. *num.* 5. Et hoc videtur magis rationabilè. Siquidem illa maior reuerentia, quæ conſurgit ex depoſitiooe Pileoli, cenſetur debita ratione præſentiæ Chriſti, ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non autem ratione canonis, quia non continet, niſi orationes quæ fundontur nomine Eccleſiæ, & ſolum differunt à cæteris orationibus, quod ſunt circa virtualem oblatiotionem ſacrificij. Ergo hæc maior reuerentia, non eſt exigenda, niſi quando proximè Chriſtus eſt futurus præſens atque adeò quando Sacerdos incipit verba Conſecrationis. Vnde ſequitur quod qui habet vſum Pileoli, conſumpto ſacrificio, poſſit ipſum reaſſumere. Quod locum habet, etiamſi vteretur ex diſpenſatione, & in ipſa concederetur tantùm vſque ad Conſecrationem, Vel etiam ſolùm vſque ad Canonem. Nam tunc eſt peractum ſacrificium & completus canon, & proinde ceſſat ratio, ob quam depoſitus fuerat Pileolus, & limitatos vſus. Et ita etiam praxis declarat conceſſionem.

Maior difficultas eſt, an ex aliqoa cauſa poſſit quis durante tota miſſa vti Pileolo, & quidem ex natura rei, oon videtur negandum, ſi nimirum notabile damnum pateretur celebrans; nam reuerentia, quæ debetur ſacrificio ratione præſentiæ Chriſti, ſaluatur cum Pileolo: vſus enim Pileoli declarat, quod adhibetur tota illa reuerentia, quæ ex capite detecto conſurgit, nam oſtendit, quod deponitur in ſignum reuerentiæ conſuetum tegimen capitis, & quod ad vitandum damnum adhibetur humile tegumentum, qualis eſt Pileolus. 4

Rurſus in Cap. *Nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. prohibetur tantùm velato capite Miſſas celebrare ex præſumptione, & temeritate; & proinde non ex neceſſitate, & loquitur de tota celebratione. Et eodem modo loquitur etiam Decretum S. Congregationis. dùm dicit *Nemo audeat*, & proinde non diſponunt in caſu neceſſitatis; neque enim audet, qui ex neceſſitate facit, vt notat etiam Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib.* 1. *cap* 7. §. 4. *num.* 3. Et ideò videtur relinquere locum vſui Pileoli pro tota Miſſa, quando neceſſitas id exigeret. Accedit etiam quod Sacerdos deferens Euchariſtiam ad infirmos, debet incedere detecto capite, & tamen quando neceſſitas exigit, vt in Villis, quando longè deferenda eſt, defert cooperto capite. 5

QVÆSTIO 832.

An licitus ſit Pileolus coopertus capillis, & cum tonſura ficta.

SVMMA.

1 *Pileolus coopertus capillis, &c.*
2 *An in Miſſa adhiberi poſſit.*
3 *Cum ipſo ſaluatur honor exterior.*
4 *Capillitium adſcititium non detrahit de honore, quem exhibet caput detectum.*

FOrmari poteſt Pileolus, & modo, quo formatur Ceſaries artificialis, ſed cum capillis breuioribus ad formam eorum, quos regulariter Sacerdotes deferre ſolent, & cum tonſura, ita vt in externo habitu referat nudum caput vt cótingit in iis qui capillitio adſcititio vtuntur, vel defectu capillorum naturalium, vel ex alio motiuo Vnde dubitatur; an in celebranda Miſſa, poſſit quis vti adſcititio capillitio, vt ſimul etiam prouideat capitis indemnitati. Poteſt autem huiuſmodi adſcititium capillitium ita fingi vt ſit ſimilis naturali, ita vt non ſit facile dignoſcere, an ſacerdos habeat ſolum capillitium proprium naturale, an verò etiam adſcititium, vel poteſt eſſe diſſimile naturali, vt ſtatim appareat eſſe adſcititium. 1

Quod autem adhiberi poſſit, ex eo ſuadetur. Quia Eccleſia requirit, quod offeratur Sacrificium detecto capite ob reuerentiam, vt ſcilicet in tali ſigno honoris 2

tis ostendatur reuerentia, cum qua est tractandom Sacrificium: & hoc pacto per signa honoris testificetur excellentia Sacrificij, iuxta ea, quæ baber D. Thom. 2. 2. *quæst.* 103. *art.* 1. *in corpore.* Hoc autem saluatur etiam si quis vtatur Pilcolo capillitio modo explicato cooperto. Siquidem in externo habitu se habet, tanquam si detecto capite celebraret, & proinde adest illud signum reuerentiæ, quod exigitur ab Ecclesia, itavt adstantes apprehendunt quod detecto capite celebret, si capillitium artificiale sit simile naturali.

3 Præterea in eo, quod detecto Capite Sacerdos celebrat, duo interueniunt, bonor exhibitus in illo signo exteriori io restimonium excellentiæ sacrificij, & honor interior, atque reuerentia consistens io motu cotdis recogitanris excelleotiam Sacrificij, tatione cuius illi exhibetur honor ille extrinsecus. Hæc antem duo saluantur, etiam cum vsu prædicti Pileoli, Nam saluatur honor externus, qui consistit in signis quatenus apta sunt notificare hominibus honorem interiorem vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 103. *art.* 1. *in corp.* Siquidem Pileolus cum prædicto capillitio, idem præstat id ordine ad testificandum bominibus honorem interiorem, quod præstaret nudum caput, omnes enim apprehendunt, quod detecto capite offerat sacrificium, saluatur etiam bonor intetiot, quia adest tecogitatio excellentiæ Sactificij practica, seu operatina, nam operatur, quod deponatur consuetum tegumentum capitis & adhibeatur signum, quod sit sufficiens ad testificandum hominibus interiorem honorem, & reuerentiam.

4 Quod etiam ex eo confirmari potest ex praxi eorum, qui continuo vtuntur adscititio capillitio, nam quando comparent in conspectu Principis, & tenentur coram ipso stare detecto capite in signum honoris, & reuerentiæ, sicut etiam coram summo Pontifice, eodem modo ceosentur ipsum honorare, ac si detecto capite cum solis capillis naturalibus coram ipso starent, quia licet caput tectum sit adscititio capillitio, habet tamen exteriorem habitum capitis detecti: & censentur seruare regulam standi coram Priocipe, aut summo Pontifice cum capite detecto. Ergo idem continget etiam in oblatione Sacrificij, ita vt sufficiat habitus exterior capitis detecti ad seruandam reuerentiam debitam, & ritum præscriptum. Hæc pto parte affirmatioa deduci possunt, quæ consideranda relinquo, nihil decernens in hac noua difficultate.

QVÆSTIO 833.

An Episcopus dispensare possit, vt deferens Eucharistiam infirmis vtatur Pileolo.

SVMMA.

1 *Eucharistia defertur à Sacerdote detecto capite.*
2 *Ex consuetudine obligatoria.*
3 *Episcopus dispensare potest vt deferens Eucharistiam vtatur Pileolo.*
4 *Episcopus dispensare potest in consuetudine licet vniuersali.*
5 *Dispensatio pro vsu Pileoli in deferenda Eucharistia non est reseruata.*
6 *Reseruatio alicuius tacitè concedit non reseruata.*
7 *Reseruatio habet vim exceptionis.*
Operatur abdicationem cæterorum.
8 *Superiores Regulares dispensare possunt cum suis subditis pro vsu Pileoli, quando deferunt Eucharistiam.*

QVamuis nihil reperiatur determinatum, quod deferens Eucharistiam infirmis procedar detecto capite, ex consuetudine tamen id seruatur. Hæc autem consuetudo videtur ortum babuisse ex præcepto celebrandi detecto capite, quia si oblatio sacrificij ex eo, quod in ipso sit præsens Christus, requirit hunc honorem, & reuerentiam, vt Sacerdos sit detectus capite, etiam Eucharistia, cum in ipsa sit Christus, requirit eundem honorem, & reuerentiam. Et proinde habita ratione huius motiui censeri debet introducta consuetudo. 1

Ex quo fit, quod hæc consuetudo erit obligatoria, quia ortum babuit ex dictamine naturali, quod cum reuerentia deferenda sit, quod etiam constat ex praxi eam adorandi, quando dum defertur per viam, pro cuius executione est introductum, quod deferatur capite detecto. Vnde eodem modo proportionaliter discurrendum est in boc de obligatione habendi caput detectum, quo dictum est de celebratione. Vnde sine causa deferre Eucharistiam cooperto capite erit peccatum mortale. Stante aut causa iusta non erit peccatum quia sufficit; quod deferatur cum ea reuerentia, & honore, qui est possibilis. Quod etiam declarat praxis, nam in Villis, quando iter est longum solet deferri, & æquitando, & etiam cooperto capire. Difficultas autem est, an possit Episcopus dispensare ex causa rationabili, quod deferens vtatur Pileolo. 2

Dicendum est. *Episcopum dispensare posse, vt deferens Eucharistiam infirmis; vtatur Pileolo, si adsit iusta causa.* Ita sentire debent ij, qui volunt, quod Episcopus dispensare possit pto vsu Pileoli in cælebranda Missa. Nam hoc est quid maius, & trahit in consequentiam etiam dispensationem, de qua in præsenti tanquam minus ptincipalem, & accessoriam. Ita Nauar. *consil.* 7. *de celebrat. Miss. lib.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28 *quæst.* 16. Sà *verbo* Missa *num.* 17. Facundez *præp.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 33. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 6. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 26. *num.* 2. Ludouic. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 11. *de Euchar. art.* 16. *dub.* 3. Pitigian *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 5. Sylnius 3. *par. disp.* 83. *art.* 3. in fine. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 247. *num.* 13. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 13. *in fine.* Homobon. *par.* 1. Exam. Ecclesiast. *cap.* 15. *q.* 145. Zerola *par.* 2. *praxis Episcop.* verbo *Missa* §. 11. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punct.* 10. *num.* 10. & alij, qui tenent, quod ante Decretum S. Congregat. de quo infra poterant dispensare. 3

Ratio est. Quia Episcopus dispensare potest in iure communi, quando dispensatio non est reseruata, & leges sunt tales, vt frequenter exigant dispensari ob occurrentes casus. Nam cum publica vtilitas, ad quam leges ordinantur, exigat, quod leges sint dispensabiles, quando scilicet notabile incommodum afferunt, alioquin sicut essent detrimento singularibus personis, ita etiam essent detrimento communitati, cuius ipsæ membra sunt. Ita etiam exigit, quod adsit, qui possit dispensare pro casibus occurrentibus, atque adeò Leges canonicæ exigunt quod possit Episcopus dispensare, quando casus frequenter occurrere possent, quia non semper potest sine difficultate recurri ad summum Pontificem. Et hoc à fortiori, locum habet in consuetudinibus, quæ ad similitudinem alicuius legis introductæ sunt, qualis est ista deferendi Eucharistiam detecto capite, etiam absque Pileolo, quia licet sint vniuersales, non habent tamen expressam assistentiam Legislatoris vniuersalis, & ideò nec etiam resistentiam ad dispensari per inferiores, & particulares Legislatores, quibus tantùm resistere potest, ne dispensent auctoritas supremi Legislatoris. 4

Confirm. Ante decretum S. Congregat. de consensu summi Pontificis Vrbani VIII poterant Episcopi dispensare quod Sacerdotes etiam in Missa vterentur

Pileolo

Pileolo, vt proinde opus fuerit reſeruatione huius diſpenſationis, ne diſpenſarent: Ergo modò poſſunt diſpenſare in vſu Pileoli, dum defertur Eucharistia ad infirmos, quia io dicto Decreto noo eſt reſeruata diſpenſatio huiuſmodi ſummo Pontifici, ſed tantum diſpenſatio pro vſu Pileoli in celebratione Miſſæ, vt ſatis conſtat ex tenore Decreti, qui talis eſt. *Nemo audeat vti Pileolo in celebratione Miſſa ſine expreſſa licentia ſedis Apoſtolica, nonobſtante quacunque contraria conſuetudine.* Ita *ſub die* 13. *Iulij* 1626.

6 Ex quo fit, quod cum reſeruatio ſit facta pro celebratione Miſſæ, retineat tacitam conceſſionem ſeu potius præſeruationem facultatis diſpenſandi pro vſu Pileoli in fauorem Epiſcoporum, quando defertur Euchariſtia infirmis iuxta *l. Cum in rem ff. de iudic.* & *l. Nam. quod liquide § penult ff. de pen. leg.* & notant. Pinel. *in Rubr. C. de bon. mater. par.* 1. *num.* 30. Crauet. *conſil.* 214. *num.* 3. Aldobran *conſil.* 104. *num.* 19. *lib.* 1. Haraman. Piſtot *lib.* 1. *quæſt. iur. q.* 26. *n.* 19. Merlin. *deciſ.* 586. *num.* 4. Rota *in Romana Domus* 3. *Euſtach.* 15. *Februar.* 1581. *coram* Lancelloto.

7 Quod præſertim verùm eſt, quia reſeruatio habet vim exceptionis, vt notant Caſſan. *conſil.* 55. *num.* 17. Ludou. *deciſ.* 81. *num.* 17. & propterea excipit à conceſſione, quod reſeruatur, & operatur abdicationem cæterorum, quæ oon ſunt reſeruata iuxta *l.* 12. §. 42. ibi *Nam hac ff. de inſtrum. leg.* & 12 *ff. de iuriſdict.* Vnde cum per prædictam reſeruationem ſit tantùm excepta diſpenſatio pro vſu Pileoli in celebratione Miſſæ, pro quo requiratur licentia ſedis Apoſtolicæ, fit quod remaneat conceſſa facultas diſpenſandi pro vſu eiuſdem in cæteris functionibus Eccleſiaſticis. Quod etiam veniret in conſequentiam, etiam ſi ante prædictum Decretum non potuiſſent Epiſcopi diſpenſare.

8 Ex quibus ſequitur quod Superiores Regulares diſpenſare poterunt in hoc cum ſuis ſubditis, qui exercent curam in propriis Eccleſiis Parochialibus, nam quoad ipſos habent totam illam iuriſdictionem, & facultatem in diſpenſando, abſoluendo &c. quam habent Epiſcopi cum propriis ſubditis, vt ex *conſt.* 137. Pij V. in *Bullario* dictum eſt in Superioribus. Nec obſtat quod dicti Regulares in iis quæ concernunt curam Animarum ſubiiciantur Epiſcopis, quia ſubiiciuntur etiam ſuis Superioribus, à quibus deputantur, & ideò etiam in iis, quæ pertinent ad curam Animarum ab ipſis dirigi poſſunt, & corrigi, atque adeò etiam diſpenſari io prædicto vſu Pileoli.



DE REVERENTIA, ET HONORE DEBITO

Sacris Veſtibus, Vaſis, Altari.

Quia Sanctitas eſt Excellentia quædam, quæ exigit ſpeciali modo honorari ea, quibus ineſt, ideo cum Sacræ Veſtes, Vaſa Altaris, & Altaria ipſa, ſuo modo Sanctificentur, vel per Benedictionē, vel per Conſecrationem, ideo tanquam ea quibus ineſt Sanctitas exigunt ſpecialem Reuerentiam, & Honorem, de qua materia modò agendum eſt, & explicandæ difficultates, quæ occurrunt propter ea quæ io Superioribus dicta ſunt.

QVÆSTIO 834.

An ſacra Supellex conuerti poſſit in vſus prophanos.

SVMMA.

1 *Sacra ſuppellex quæ non tangit corpus Chriſti, à Laicis tangi poteſt.*
2 *Corporalia &c quando à laicis tangi poſſint.*
3 *Sacra veſtes amiſſa forma an conuerti poſſint ad vſus prophanos.*
5 *Reuerentia debita ſacra ſuppellectili, in quo fundetur.*
6 *Mutata forma, ſuppellex ſacra non ita æſtimanda, ſicut prius.*
7 *Cur functis aliqua dignitate debeatur honor, & non ſacra ſuppellectili amiſſa forma.*
8 *Sacra ſuppellex ex conuenientia, cum amplius non inſeruit, comburenda, &c.*
9 *Idque ſeruandum quantum fieri poteſt.*
10 *Suppellex, quæ non benedicitur poteſt inſeruire prophanis vſibus, non tamen ex decentia.*
11 *Cerei benedicti in Purificatione B V poſſunt ſine peccato adhiberi ad prophanos vſus.*

Ex dictis in Superioribus conſtat, quod veſtes Sacræ non poſſunt adhiberi in prophanis functioni- 1 & hoc procedit, quandiù retinent propriam formam, atque adeo benedictionem, vnde difficultas remanet, quando iam amiſerunt formam. Eſt autem ſupponendum, quod Sacra Suppellex quæ non tangit Corpus Chriſti, licet benedicta, tangi poteſt à laicis tam viris quam fœminis, vt notant communiter, præſertim Vaſq. 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 4. *num.* 36. Suarez *diſp.* 81 *de Euchar. ſect.* 8. *ver.* 3, *Exemplum* Sanchez *lib.* 6. *conſ. moral. cap.* 1. *dub.* 7. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 20. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *ſect.* 8. *numero* 202. Filliuc. *tract.* 5. *numero* 135. Tamburin. *opuſc. de ſacrif. miſ. lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *n.* 4. Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 8. *q.* 7. *num.* 60. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4 *dub.* 11. *n.* 226. Ita enim declarat Praxis, de qua nulla adeſt prohibitio; nec reuerentia iis debita exigit tantum honorem, vt non tangantur à laicis, quia tangere non eſt aliqua irreuerentia. Nec obſtat Cap. *Veſtimenta de conſecrat. diſt.* 1. vbi veſtibus ſacris dicitur nec ab aliis debent contingi, aut ferri niſi à ſacratis hominibus, quia verbum *Contingi*, non importat nudum tactum, ſed contrectationem, quæ ſumitur pro vſu, vnde ſenſus eſt, quod iis vti non debeant & ferre niſi ſacrati Homines.

Supponen. 2. Corporalia, & Pallas antequam contingant Corpus Chriſti, etiam ſi ſint benedicta & etiam poſt lutionem ſubſequutam ad contactum Corporis Chriſti poſſe à laicis tam viris quam fœminis tangi, vt ſpecialiter notat Tamburin. *de ſacrif. Miſſ. c.* 2. §. 1 *n.* 6. & communiter, dum docent, quod poſt primam lotionem lauari poſſunt à fœminis, quod etiam intelligendum eſt de Purificatoriis. Ratio eſt quia ideò non poſſent contingi, quia tetigerunt Corpus Chriſti, hæc autem ratio non habet locum, quando nondum tetigerunt, aut ſi tetigerunt poſtquam abluta ſunt, quia lotio cenſetur veluti abſtergere illum contactum. An autem ſit peccatum tangere, quando tetigerunt Corpus Chriſti explicabitur infra ſuo loco. An autem ſacræ veſtes poſtquam amiſerunt formam conuerti poſſint ad vſus prophanos. 2

Prima ſententia negat, ita Abbas *in cap. Ad hæc n.* 5. 3 *de Relig. domib.* Palud. *in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 5. *art.* 1. *concluſ.* 3.

Tabiena

Tabiena *verbo*.Conseruatio 2.*n*.11.Syluester *verbo*.Benedictio *q*.7.Suarez *disp*.81.*de Euchar.sect*.8. ver.*vltimo pertinet* Facundez *pracept*.1.*Eccl.lib*.5.*cap*.23.*n*.22. Reginal.*lib*.29.*Praxis fori pœnit.cap* 9.*sect*.8.*n*.105.Dicastil. *de sacram. tract*.5.*disp*.4. *dub*.11.*num*.221.Ledesm.*p*.1. *summ.cap*.22. *de Euchar. concl*.4. *dub*.2. Trullench.*lib*.3. *de sacram.cap*.8.*dub*.19.*n*.5. Fundamentum pro hac sententia desumitur ex cap. *Altaris palla de consecr. dist*.1. vbi Clemens Papa refertur Iacobo Hierosolimitano Episcopo ita scribens. *Altaris Palla, Cathadra, Candelabrum, & Velum, si fuerint vetustate consumpta incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cinerem quoque eorum in Baptisterium inferantur*, vbi *nullus transitum habeat aut in pariete, aut in focis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur* & In Cap. *ligna eadem dist* prohibetur, ligna Ecclesiæ dirutæ conuerti in prophanos vsus.

4 Secunda sententia docet non esse peccatum, conuertere in vsus prophanos, aut ad summum veniale, si fiat autem aliqua irreuerentia. Ita Garzia *summ. tract*. 3 *difficult*.8.*dub*.4.*pun*.3.*n*.32.Palaus *p*.2.*oper.moral.tract*. 8. *disp*. 1.*pun*. 6.*num*.25. ver. *Verùm* Auersa *q*.11.*de Euchar. sect* 13. vers. *Quinto*. Tamburio. *opust. de sacrific. Miss.lib*.1. *cap*.2.§.3.*num*.2. Quart.*in rubr.missal. par*.1. *tit*.19.*dub*.3.vers.*Dico* 2.

5 Dicendum est. *Vestes sacras sicut etiam, & reliquam sacram supellectilem, postquam amiserunt formam, posse conuerti ad vsus prophanos & solùm posse esse peccatum veniale ratione alicuius circumstantiæ concomitantis, quæ importet aliquam irreuerentiam.* Ratio est quia tota exigentia reuerentiæ, quæ ipsis debetur, fundatur in eo, quod sint sacræ mediante benedictione, vnde mappæ quæ non fuerunt benedictæ postquam inseruierunt Altari possunt redire ad vsus prophanos. Ergo cessante Benedictione cessat etiam exigentia reuerentiæ, & remanet materia pura, ex qua constabant eiusdem qualitatis, ac esset si non inseruiat pro veste sacra cessat autem benedictio, & sanctificatio, dum destruitur forma, & ideo disponi potest de materia ac si nunquam fuisset materia rei sacræ.

6 Confir. In rebus naturalibus, quando fit transmutatio de vno in aliud, si fit in deterius, quod consurgit de nouo non æstimatur sicut æstimabatur id, ex quo fit, sic non exhibetur ille honor vermibus, qui nascuntur ex cadauere hominis, qui exhibebatur ipsi homini quia vnaqne res æstimatur tanti, quanti est, vnde cum materia sacrarum vestium amissa forma, & benedictione remaneat materia communis potest disponi de Ipsa tanquam de materia communi, & quoad Calicem & Patenam praxis Id declarat, & confirmat nam absque vllo scrupulo materia ipsorum amissa consecratione conuertitur in vsus prophanos. Cur igitur poterit argentum Calicis fundi, vt inde fiat aliud vas in vsus prophanos & non poterit linteus Albæ, Amictur, mapparum macerari, vt inde fiat Papyrus.

7 Dices Qnamuis amittant Benedictionem, & non sint ampliur res sacræ, deberi tamen reuerentiam in memoriam pristinæ excellentiæ, seu dignitatis, sicut debetur specialis honor Hominibus postquam fuerunt constituti io aliqua dignitate, & illa iam functi sunt. Respondeo esse diuersam rationem. Quia quando homines functi sunt aliqua dignitate retioent fundamentum eiusdem dignitatis; nempe illam excellentiam ratione cuius habiti sunt digni, vt eleuarentur ad talem dignitatem, quæ per ipsam dignitatem remanet testificata, & ideo ratione excellentiæ iam testificatæ debetur specialis honor, qui antea non debebatur, quia licet adesset excellentia, non habebat tamen testimonium à dignitate. At in materia sacrarum vestium nihil remanet, ratione cuius debeatur aliqua reuerentia, cum pereat totum fundamentum ipsius quod consistebat in mera benedictione, quæ non supponit aliquam excelleotiam in materia, ratione cuius assumatur ad munus sacræ vestis.

8 Ad fundamentum desumptum ex cap. *Altaris, palla de consecrat. dist*.1. respondere solent quod intelligitur de sacris vestibur quandiu seruant suam formam, sed ratione vetustatis ineptæ sunt vt inseruiant. Verùm hoc posset admitti, nisi subderetur, quod cineres facta combustione proiiciantur in sacrarinm, vnde cum velit adhiberi reuerentiã etiam in cineribus in quibus non est nulla benedictio, à fortioti volet quod adhibeatur etiam vestibus licet amiserint formam & benedictionem. Itaque accipienda est illa dispositio, quod procedat, non de necessitate, sed de conuenientia, sicut etiam Text. Cap *Ligna eadem dist*. nec obstat, quod quæ semel Deo seruata sunt, non debeant in alios vsus conuerti Cap. *Quæ semel* 19. *Quæst*.3. quia intelligitur quamdin permanet forma ipsorum atque adeo coosecratio; nam deperdita consecratione non possunt dici amplius Deo dicata.

9 Ex dictis colligitur quod quamuis non sit necessarium, quod vestes sacræ, quando iam amiserunt consecrationem comburantur, est tamen decentissimum itavt quantum fieri potest seruari debeat. Sunt enim plura quæ licet non cadant sub obligatione, sunt tamen debita ratione decentiæ itavt oppositum generare possit scandalum, saltem apnd Pusillos, vt esset, si quis in ingressu Ecclesiæ non se aspergeret Aqua benedicta, licet enim hæc coosuetudo sit ex mera deuotione attamen apprehenditur adeò conueniens, vt eam non seruans notaretur. Quod præcipuè contingit præsenti casu: nam sacri Canones hoc ipsum præscribunt tanquam de conuenientia.

10 Secundò colligitur, vt notat etiàm Tambur. *de sacr. Miss. lib*.1.*cap*.2.§.3.*n*.1. Ecclesiasticam supellectilem quæ non benedicitur vt tapeta, pelues, candelabra, sericos pannos & huiusmodi posse adhiberi in casibus prophanis, etiam si retineant propriam formam, nam cum non benedicantur, atque adeò nullam acquirant sanctitatem, ratione cuius exigant specialem reuerentiam, nullum quoque habent obicem, quominus vsibus prophanis inseruire possiot. Decentia tamen exigit, quod absque necessitate iis non applicentur, quia adhuc sunt de Ecclesiastica supellectile, quamuis non sacra. Et sicut quæ inseruiunt pro vsu Principis non decet, quod inseruiant pro aliis vsibus, ita nec quæ inseruiuot pro vsu Ecclesiæ decet, quod adhibeaotur in vsibus prophanis, vnde etiam in cap. *Altaris palla. De consecrat. dist*. 1. de Candelabro dicitur, quod vetustate consumptum comburatur.

11 Tertiò colligitur cum eodem Tambur. *de sacrific. miss.lib*.1.*cap*.2.§.3.*n*.3. Cereos benedictos In die Purificationis B Virginis posse adhiberi sine peccato etiam veniali ad vsus communes. Ratio est quia benedictio non adhibetur ad dedicandos Cereos seruitio, & obsequio diuino, sicuti quando benedicuntur vestes sacræ, sed solùm ad tribuendã habilitatem vt possiot inseruire etiã pro alio vsu sacro, qui tamẽ non est determinatus, sed determinatur iuxta deuotionem fideliũ, & ideò nõ ponitur aliquis obex, ne possiot ioseruire etiam pro vsibus communibus. Imò videntur benedici etiam in vsus communes, itavt primò, & per se benedicantur in ordine ad illum ritum deferendi accensos in processione, & secundariò pro humanis vsibus sicut benedicuntur comestibilia, naues, Thalami, qnod videtur indicari in prima oratione Benedictionis, dum dicitur. *Vt has Candelas ad vsus hominum & sanitatem Corporum, & Animarum, &c. benediceres, &c.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO 835.

An sacra Suppellex vendi, aut oppignorari possit.

SVMMA.

1 *Vendere res sacras ratione materia non est Simonia.*
2 *Sacra Suppellex nec vendi, nec oppignorari potest, nisi ex necessitate.*
3 *Id in iure statutum.*
4 *Si sacra suppellex, dum venditur, debet inseruire vsibus prophanis, debet forma destrui.*
5 *Sacra suppellex potest alienari pro vsu alterius Ecclesia.*
6 *Casus, in quibus vendi, aut oppignorari potest sacra suppellex.*
7 *Mobilia pretiosa, & immobilia modo alienari non possunt sine licentia, &c.*
8 *Vendere sacram suppellectilem in vsus prophanos durante benedictione, est sacrilegium.*
9 *Sacra vasa, quando sine licentia vendi possint.*
10 *Non licet vendere sacra vasa pro extrahendis carceratis.*
Legatum pro redimendis captiuis, an possit distribui pro redimendis carceratis ex maleficio.

1 PRocedit Difficultas tam de vestibus, quàm de vasis sacris. Est autem suponendum tanquam certum, vt docent communiter Doctores præsertim infracitandi, non esse simoniam veudere buiusmodi res sacras, dommodo tamen non soluatur aliquid supra id, quod esset soluendum intuitu materiæ. Ratio est quia prætium soluitur pro compensatione materiæ, ex qua constant, quæ sola venit in contractum, habita tamen ratione etiam formæ artificialis, nam fieri potest, quod expensæ pro forma artificiali superent valorem materiæ. Vnde cùm nihil spirituale veniat in contractũ, sed detur pretium pro temporali, nulla potest interuenire simonia.

2 An autem vendi sen oppignorari possint, cõueniunt cõmuniter Doctores, quod nec vendi nec oppignorari possunt nisi ex causa necessitatis, aut pietatis Ita D. Th. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 4. *ad* 2. & *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 3. *ar.* 2. *q.* 3. *ad* 1. Durand. *q.* 3. *n.* 9. Paludan. *q.* 5. *ar.* 2. ver. *Ad idem.* D. Antonin. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 5. § 23. Tabiena *verbo* Consecratio. 5. *num.* 2. Syluester. *verbo.* Emptio *n.* 5. *vers. Quarto.* Arm:llia *n.* 14. Nauar. *Cap.* 17. *manual. num.* 205. *vers.* 86. Sot. *lib.* 9. *de Iust. & Iur. q.* 7. *ar.* 1. *conclus.* 2. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 3. Bellarm. *lib.* 2. *de miss. Cap.* 14. *tit. de vasis* §. *vlt* Molina *tom.* 2. *de Iust. & Iur. disp.* 340. *n.* 26. Sà *verbo. sacra, num.* 2. Facundez *pracept.* 1 *Eccl. lib.* 3 *cap.* 21. *n.* 19. Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 8. ve:. *vlt. pertinet* Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori penit. Cap.* 9. *sect.* 8. *n.* 205. Couar. *lib.* 2. *Variar. Cap.* 16. *n.* 8. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. Cap.* 8. *que* 7. *n.* 66. & 67. Pax Iordan. *tom.* 1. *Lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 186. & 194. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 11. *n.* 223. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *pun.* 3. *n.* 32.

3 Hoc autem desumitur ex Cap. 1. *de pignor.* ibi: *Nullus Præsbyter præsumat Calicem, vel Patenam vel vestimẽtum sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum tabernario, vel negociatori aut cuilibet laica, vel fœmina in vadium dare, nisi iustissima necessitta vrgente.* Ex quo text cõstat quod suppellex Ecclesiastica non potest regulariter alienari, sed tantum ex iusta necessitate.

4 Et est aduertendum cum pluribus ex citatis Doctoribus & insuper cum Palao *pars.* 2. *tom.* 8. *disp.* 31. *pun.* 6. *n.* 15. Ludou. à S. Io. *i. sum. quæst.* 11. *de Euchar. ar.* 20. *difficult.* 2. quod si dum alienantur, inseruire debent vsibus prophanis, debet prius destrui forma artificialis, vt benedictionem amittant. Et à fortiori est aduertendum, ne dentur Hebræis quia adesset grauis suspicio, quod tanquam inimici Christianæ Religionis irreuerenter tractarent.

5 Ex Text. autem *num.* 1. citato satis constat quod sacra alienari possunt in personas Ecclesiasticas, & in vsum pro alia Ecclesia, quia tantum prohiber, ne dẽtur laicis, aut fœminis. Et ratio est, quia, quando transferuntur in laicos, vel ipsi accipiunt, vt conuertant in vsus prophanos, & tunc fit ipsis irreuerentia, vel vt conseruent, & vendant pro alijs Ecclesijs, & tunc fiunt materia mercaturæ quod est similiter vsus prophanus rei sacræ, atque adeo illicitus. Quando vero tradantur alijs Ecclesijs pro vsu Ecclesiæ cessat hoc incõueniens, nam habetur solum ratio materiæ & non mutatur vsus destinatus, sed tantùm Ecclesia, pro qua inseruire debent.

6 Casus autem in quibus vendi, aut oppignorari possunt, reducuntur ad iustam necessitatem in dict. Cap. 1. *de pignor*, & nomine necessitatis veniunt etiam vsus pietatis, quia semper trahunt secum etiam necessitatẽ. Eos autem recenset D. Ambros relat. in Cap *Aurum* 12 *quæst.* 2. vt sunt redemptio Captiuorũ. Alimonia pauperum, reparatio Ecclesiæ, & similia. Aduertit tamen Conanin, *lib.* 2. *var. cap.* 16. *n.* 8. quod, vt possint distrahi pro alimonia pauperũ, nõ sufficit cõmunis indigentia; alioquin deberent continuo detrahi; sed requiritur summa necessitas, quæ de iure naturali contra leges Ecclesiasticas obliget ad subueniẽdum: nam in synodo VIII. vniuersali prohibetur alienatio sacrorum vasorum excepta redemptione Captiuorum, nam hæc, vt ibidem dicitur *can.* 15. & refertur in Cap. *Apostolicos* 12. *qu.* 2. antiqui Canones ita sanxerunt

7 Est tamen aduertendum quod nunc mobilia præciosa Ecclesiæ, sicut & immobilia bona non possunt alienari & pro redemptione Captiuorum absque licentia sedis Apostolicæ, vt statuitur in Paulina Ambitiosè *de reb. Eccles. non alien.* sub pœnis in ea expressis, inter quas est irritatio contractus. Per quam Constitutionem non prohibetur absolutè, quod vasa sacra non alienentur pro redemptione Captiuorum, sed quod non alienentur etiam in hunc finem absque licentia sedis Apostolicæ, dummodo tamen connumerentur inter mobilia pretiosa.

8 Ex dictis sequitur, vt notant etiam Doctores *num.* 2. citati, quod vendere supellectilem sacram durante benedictione, & non in vsus sacros sit sacrilegium, quia fit iniuria rei, aut vendendo ad vsus prophanos, aut subijciendo mercaturæ & ita habetur etiam ex cap. *si quis Præsbiter. dist.* 50. ibi, *quia sacrilegium committ.* vbi etiam pro debito statuitur pœna, nempè, vt vendens, in ordinatione Ecclesiastica non habeatur. An autẽ quãdo sunt mobilia pretiosa habeat locum hæc pœna negatiuè resoluendum est, quia de Iure posteriori subintrat pœna prædictæ. Paulinæ *de Reb. Eccl. non alien.* secundum quam debet modò delinquens iudicari.

9 Sequitur 2. quod non obstante Paulina. *Ambitiosè. De reb. Eccles. non alien.* vt notat etiam Pax Iordan. *tom.* 1. *lucubrat. lib* 4. *tit.* 1. *n.* 200. Quod si repentina necessitas vrgeat redimendi captiuos, itavt non permittat recursum ad sedem Apostolicam, poterunt absque licentia ipsius vẽdi vasa sacra pretiosa ad hunc effectum; debet tamen necessitas esse talis, vt inducat grauem obligationem redimendi, nec sit parùm opus pietatis. Tunc enim prohibitio Ecclesiæ de alienatione cessat, quia non potest præualere contra naturalẽ obligationẽ Charitatis, & in hoc cõmittit casu reuiuiscũt antiquiores Canones ob assistentiam legis naturalis, seclusa hac tamen necessitate acquiritur licentia; quia, sicut non possunt ministri Ecclesiæ disponere de alienis, etiam ex causa eadem pietatis, ita nec etiam de vasis Ecclesiæ stante dispositione legis, quia non sunt sub eius Do-

minio, sed tantùm sub cura in ordine ad ministerium, & ideò prohiberi potuerunt ne inconsulta sede Apostolica alienent.

10 Sequitur 5. Contra Pacem Iordan. *tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. n.* 196. Quæ dicta sunt de venditione sacræ supellectilis pro redemptione Captiuorum non habere locum, quoad eos qui propter delicta in Carcere detinẽtur, quicquid enim sit an Legatũ pro redimendis Captiuis posset distribui pro redimendis carceratis ex maleficio, sicut volunt Bald. *in Authen. similiter, init. C. Ad L. Falcid. & in L. Illud init. C. De sacros. Eccl. & in L. quamuis ff. soluto matrim.* vbi etiam Roman, & Imola. Fælin. in *Cap. significauit. De Iudæis.* Est diuersa ratio. Tum quia Ecclesia ex pietate tenetur subuenire Captiuis tanquam absque propria culpa patientibus, & ita exercet pietatem vt non interrumpat cursum Iustitię. At carcerati ex propria culpa patiuntur, & quoad ipsos exercetur Iustitia. Tum quia causa carceratorum ex maleficio non est causa redemptionis Captiuorum, quam solam excipit Cap. *Apostolicos 12. quæst. 2.*

QVÆSTIO 836.

An, & quale peccatum sit uti vasibus sacris, Corporalibus ad vsus prophanos.

SVMMA.

1 *Vasa sacra non possunt conuerti ad vsus prophanos.*
2 *Conuertere ad vsus prophanos est graue sacrilegium.*
3 *Vnde hoc desumatur.*
4 *Seuera punitio Balthassar id ostendit.*
5 *Debitum reuerentiæ se extendit etiam ad accessoria.*
6 *Consuetudo exhibendi patenam ausculandam populo an approbanda.*
7 *Præbere potum ægrotantibus in calice, an approbandum.*
8 *Purificatio non debet exhiberi in calice communicantibus.*

1 QVoad sacras vestes dictum est in superioribus, esse peccatum mortale vti ad vsus prophanos, nisi excuset paruitas materiæ: modò videndum est de vasis, & corporalibus. Certum est autem, quod, cum hæc sacra sint, atque adeo dedicata obsequio, & seruitio Diuino, non possunt conuerti ad vsus prophanos iuxta Cap. *Quæ semel 19. quæst. 3. vbi* hoc decernit Concil. Calcedonens. ex quo desumpta est etiam Regula Iuris Cap. *quæ semel. De reg. Iur. in 6.* Nam ratione sanctificationis segregantur à comunibus vsibus, & constituuntur in ordine superiori, & ideo non possunt ad communes vsus amplius conuerti absque iniuria Dei, cuius obsequio sunt dicata. Et ita notant comuniter Doctores Gloss. *in Cap. ad hæc De Relig. dom.* Abb. *n. 5.* Tabiena *verbo.* Consecratio 2. *num. 11. in fine*, Syluester *verbo.* Benedictio, *quæst. 7.* & infra citand.

2 An autem hoc sit peccatum graue, Dicendum est. *esse graue sacrilegium.* Ita comuniter Doctores. Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 3. ad 3.* in fine Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 14* Henriq. *lib. 9. sum. cap. 28. n. 3.* Facundez *præcep. 1. lib. 3. cap. 21. num.* 18. Suarez *disp. 81. de Euchar. sect. 8.* vers. *Circa priorem* Reginal. *lib. 29. Praxis fori pœnit. Cap. 9. sect. 8. num. 204* Filliuc. *tract. 5. num* 135. Franc. Lugo *lib. 5. de sacram. Cap. 8. qu. 7. num.* 63. Garzia *in sum. tract. 3 difficul. 8. dub. 4. pun. 3. n. 31.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 11. num. 219.* & sequen. Pax Iordan. *tom. 1. lucubrat. lib. 4. tit. 1. num.* 183.

Grauitas autem huius sacrilegij desumitur ex *Epist.*
3 2. Xisti Papæ relata in Cap. *In sancta De consecrat. dist. 1,* ibi: *statutum est, vt sacra vasa non ab alys, quam à sacratis, Domino que dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, vt sacra Domini vasa, quæcumque sint, humanis vsibus seruiant, aut ab alys, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat Populo suo & hi etiam, qui non peccauerint mala patiantur, aut pereant, quia perit iustus sæpissimè pro impio, vbi* nonnulla adnotanda sunt. Primum quod dicit esse valdè indignum; si enim esset peccatum veniale, ad summum esset indignum, non autem valde indignum. II. quia habet, ne pro talibus presumptionibus iratus Dominus, presumptio enim non est in malo sine graui delicto, & cum sit presumptio que causat iram Dei, & proinde facit inimicum erit peccaminosa mortaliter, III. quia dubitat, ne pro tali peccato imponat Deus plagas Populo suo, quod importat seueram punitionem. Non punit autem Deus, præsertim seuerè, totum aliquem Populum, nisi supposito graui aliquo delicto.

Et hoc Confir. potest ex seuera punitione Balthassar Regis, quæ legitur Dan. *cap. 5.* cùm enim Nabuchodonosor asportasset de templo Hierusalem sacra vasa non fuit punitus à Deo, quia non conuertit ad vsus prophanos, sed reposuit in templo Idolorum. Quando verò Balthassar afferri ea iussit in conuiuio, & conuertit ad vsus prophanos bibendi, statim sequuta est Diuina vltio. Ita ponderat Deus Hieron. in *cit. loc.* Daniel inquiens. *Quandiu vasa fuerunt in Idolio Babilonis, non est iratus Dominus; videbantur enim rem Dei secundum prauam quidem opinionem, tamen Diuino cultui consecrasse. Postquã autem humanis vsibus Diuina contaminant statim pœna sequitur post sacrilegium.* 4

Ratio autem est quia Debitum reuerentiæ, quod respicit principalem. extenditur etiam ad eius accessoria. Vndè debitum reuerentiæ erga Deum, erga sanctũ extenditur ad imagines ipsorum. Debitum reuerentiæ erga Principem extenditur non solũ ad eius imagines, sed etiam ad ministros, ad Domum, ad famulos, & ad quæcumque alia, quæ ad ipsum pertinent. Ergo debitum reuerentiæ erga Deum extenditur etiam ad sacra vasa, & alia Instrumenta, quæ inseruiunt oblationi sacrificij tanquam ea, quæ pertinent ad Deum, at Instrumenta, cum quibus ei defertur principalissimus cultus. 5

Ex dictis colligitur, quid dicendum de Consuetudine exhibendi Patenam deosculandam Populo dum fit oblatio quæ alicubi præsertim in Ruribus obseruatur. Hanc enim consuetudinem non admittunt Concilium Mediolanense prouinciale primum. Ganant *in Manual. verbo.* Missa *num. 22.* & indecens esse putat Pax Iordan. *tom. 1. lucubrat. lib. 4 tit. 1. num.* 188. quia cum sit consecrata in ordine ad ministerium sacrificij, non debet ad alios vsus adhiberi. Sed in hoc nulla videtur interuenire irreuerentia, neque aliquid contra vsum, ad quem est Instituta; siquidem vasa sacra, ratione consecrationis haberi debent in reuerentia. Illa autem deosculatio, quæ fit in missa, est publica quædam protestatio reuerentiæ, in qua habentur Exhiberi autem vasa sacra ad honorem, & reuerentiam excipiendam, non est quid indecens, sed quid conueniens vsui, pro quo destinata sunt. 6

Colligitur 2. Cum Dicastil. *de sacrament. tract. 5. disp. 4. dub. 11. n.* 220 Non esse graue peccatum præbere potum ægrotantibus. aut male habentibus in Calice ob deuotionem. Et quidem non potest dici quod Calix adhibeatur ad aliquem vsum prophanum, quia licet bibere sit vsus comunis, attamen quia radicatur in deuotione, eleuatur aliquo modo ad esse sacrum. quatenùs scilicet assumitur tanquam medium ad participandam sanctitatem, seu benedictionem aliquam, quam Deus medio sacro Vase communicet, & ideo vsus Calicis in hoc ministerio non videtur indecens cum ordinetur ad aliquid spirituale, & ad nutriendam deuotionem & reuerentiam erga sacra. 7

Colligitur tertiò Non licere in Calice exhibere pu- 8

rificationem

rificationem ijs, qui sumpserunt Eucharistiam, quia cum soleant exhibere in communibus vasibus, & non sit actio de se sacra, nec ordinata ad dandum, aut recipiendum aliquid spirituale, iam Calix applicaretur vsui communi quia substitueretur loco vasorum communium. Existimo tamen, quod non esset peccatum mortale, quia vsus communis esset accessorius, ad actionem, & ideò aliquo modo traheretur ad naturam ipsius.

QVÆSTIO 837.

A quibus Ministris Altaris sacra Vasa contingi possint.

SVMMA.

1 *Sacra vasa continentia corpus & sanguinem Christi non possunt tangi, nisi à Sacerdote, & Diacono.*
2 *Idem de pixide, Ostensorio, &c.*
3 *Calix & patena, dum non continent Eucharistiam tangi possunt à Diacono.*
4 *Accholitus tangere potest sacra vasa.*
6 *Clerici inferiores an possint tãgere sacra vasa*, & n. seq.
7 *Clerici minoribus ordinibus initiati, sunt Deo sacrati.*
8 *Initiati prima tonsura sunt in ordine Ministrorũ Dei.*
9 *Consuetudo, quod Clerici minores non tangant vasa sacra non obligat.*
Errantis nullus est consensus.
10 *Clerici in minoribus constituti, possunt mundare vasa sacra.*

1 Difficultas procedit de contactu simplici, nam si loquamur de contactu ministeriali, iam constat, quibus competat ratione sui officij. Est autem supponendũ, vt notant cõmuniter Doctores, quod si vasa sacra contineant Corpus, aut sanguinem Christi, seclusa necessitate, aut alia ad summum rationabili causa, non possunt tangi, nisi à Sacerdote, & Diacono; de quo constat habere hanc facultatem cum antiquitùs, quando Eucharistia ministrabatur sub vtraque specie sanguis ministraretur à Diacono. Ita notant specialiter Palud *in 4. dist. 13. q. 1. art. 4. concl. 2.* Henriq. *lib. 9. sum. cap. 28. num 3. in com. litt. A*, Reginal. *lib. 19 praxis fori pœnit. cap. 9. sect. 8. n. 202.* vers. *Secundum est* Suarez *disp. 81. sect. 8.* vers. *Tertium exemplum* Garzia *in summ. tract. 3. difficult. 8. dub. 4. pun. 3. num. 19.* Facundez *precept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 21. num. 28.* Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 1. cap. 2. §. 1. n. 3.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 11. n. 125.* Quartus *in Rubr. missal. part. 2. tit. 1 sect. 2. dub. 6.* vers. *Certum est secundò*, Faust. *lib. 2. de Euchar. q. 265.* ver. *Quartò dico.* Qui volunt tangentes vix excusari posse à peccato mortali. Ratio est, quia actus tangendi requirit proportionem inter tangentem, & obiectum, vnde in tactu physico, vt simpliciter sequi possit, requiritur proportio in esse physico: quoad temperamentum qualitatum sensibilium. Ergo in tactu morali, hoc est honesto, vt sequi possit secundùm suam naturam, hoc est licitus, & honestus, requiritur proportio in esse morali inter tangentem, & rem tactam. Hæc autem proportio in præsenti consistit in consecratione qua tangens consecratur in ratione Ministri in ordine ad Corpus, & Sanguinem Christi.

2 Supponendum est Quod neque Pixis, neque Ostensorium, neque Lunula, quando continent Corpus Christi, tangi possunt à cæteris præterquam à Sacerdote & Diacono, vt notant plures ex citatis *nu. præced.* Quatenùs loquuntur generaliter de vasis, quæ continent Corpus, aut Sanguinem Christi. Militat enim eadem ratio, quia talis contactus non est licitus ratione vasorum sed ratione contenti, quod requirit in tangente consecrationem, qua fiat aliquo modo minister circa ipsum. Sanctitas enim sacramenti exigit, vt ad eorum tantùm manus deueniat qui circa ipsum habent aliquam potestatem. Nec obstat, quod antiquitus Eucharistia, dum ministrabatur daretur in manibus participantium, quia hic est contactus ordinatus ad sumptionem, atque adeo ad quem sumentes ius habebant stante modo illo ministrandi.

3 Tertiò supponendum est. Quod Calix, & patena, dum non continent Corpus Christi, tangi possunt etiam à Subdiacono, vt notant Palud. Henriq. Suar. Reginal *num. 1* citati Quart. *in Rubr. missal. p. 2. lib 1. sect. 2. dub. 6.* vers. *Certum est 3.* quod desumitur ex cap *Non liceat. Dist. 23* ibi: *Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra Altaris vasa portare nec aliis, nisi iis, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati*, & ex cap. *In sancta de Consecratione dist. 1.* ibi *statutum est, vt sacra vasa non ab aliis, quàm à sacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus.* Et constat ex praxi, nam in ministrando deferunt Calicem, & patenam ad Altare, & ideò si in ministerio Altaris possunt tangere, poterunt etiam extra ipsum.

4 Supponendum 4. Accholitum quoque tangere posse sacra vasa, vt desumitur ex Cap. *Non liceat 2. dist. 23.* ibi *Non liceat cuilibet ministeria tangere nisi Subdiacono, aut Accholito in secretario vasa Dominica.* Cum autem secretarium fuerit locus, in quo vasa sacra conseruabantur, ex hoc text fit quod Accholitus possit ea tangere extra ministerium Altaris, quod ideo ei conceditur à Martino Papa ibi relato, quia ad ipsum quoque pertinet parare vasa necessariã pro oblatione sacrificij, & cum sit consecratus, seu ordinatus ad hoc ministerium, habet proportionem Ministri, & ideo habilis est ad tangendum. Difficultas autem est de cæteris Clericis inferioribus.

5 Prima sententia asserit non licere Clericis inferioribus tangere sacra vasa, etiam extra sacrum ministerium. Ita Azor *p. 1. lib. 9. cap. 9. quest. 6.* Laiman. *lib. 5. theol. moral. tract 5. cap. 6. n. 19.* Pax Iordan *tom. 1 lucubr. lib. 4. tit. 1. n. 180.* Fundamentum huius sententiæ est primo quia ita habet praxis, vt non audeant Clerici etiam minoribus initiati tangere sacra vasa, & hoc videtur exigere consecratio, cum fiat per vnctionem Secundò quia conceditur per priuilegium, quod possint tangere sacra vasa: non esset autem necessarium priuilegium nisi adesset prohibitio

6 Secunda sententia asserit, quod possint omnes Clerici etiam initiati sola prima tonsura tangere sacra vasa. Ita Suarez *disp. 81. de Euch. r. sect. 8.* vers. 3. *exemplum* in fine Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 1. cap. 2. §. 1. num. 9.* Ludouic. à S. Ioan. *in summ q. 11. de Euchar. art. 19. dub. 1. difficult. 1. conclus. 4.* in fine Quart. *in Rubr. missal. parte 2. titulo 1. sectione 2. dub. 6.* vers. *Certum est tertiò.*

7 Dicendum est Clericos etiam sola prima tonsura initiatos posse tangere sacra vasa. Desumitur, ex Cap. *Non oprte. 3. Dist. 23.* vbi prohibetur solùm hominibus insacratis, hoc est non consecratis, tangere sacra vasa. Clerici autem licet minoribus tantùm initiati, sunt Deo sacrati; quia licet ordo ipsorum non sit sacer, dedicat tamen Deo & dat ipsis specialem potestatem in ordine ad cultum Diuinum, & proinde suo modo consecrantur non secus, ac per simplicem benedictionem res benedictæ consecrantur. Debet enim text. tanquam fauorabilis accipi in ampla significatione, atque adeo pro sacratos intelligi omnes, qui quocumque modo sacri sunt.

8 Quod verò spectat ad initiatos tantùm prima tonsura adhuc ipsi sunt Deo dedicati, & adscripti Cle-

ticali militiæ, & proinde sunt in ordine ministrorum Dei, quibus Dei cultus publicus incumbit. Et ideo sunt in eo ordine, in quo sunt vasa sacra, quæ tanquã instrumenta Cultus diuini, sunt in ordine ministeriali, & proinde adest aliqua proportio inter ipsos, & vasa ratione eiusdem Ordinis, in quo sunt, vnde sequi potest contactus naturalis, atque adeò honestas, quia in tantum esset non honestus in quantum excederet proportionem tangentia rationem ordinis.

9 Ad primum resp. Suarez *num.* 6 citat. testati de consuetudine, quod Clerici in minoribus tangant vasa sacra, vndè cum Laiman. *num.* 5 citatus testetur de proposito, oportet concludere, quod consuetudo sit diuersa. Quicquid tamen sit, hæc consuetudo non obligat, nam si est inducta cum scientia, quod non adesset prohibitio, censenda est voluntaria ad ostendendam aliquam specialem reuerentiam, sicut alij actus reuerentiæ adhibentur erga sacra, qui non cadunt sub obligatione & proinde non erit consuetudo obligantis si verò est inducta ex opinione quod adesset prohibitio, non obligabit tanquam inducta ex errore, quia requiritur animus se obligandi vt consuetudo obliget. Errantis autem nullus est consensus *l. si per Errorem ff. De Iuris. omn. Iud.* & *l. Nam idcirco C. De. Iur. & fact. ignor.* Quod verò additur de priuilegio, non conuincit quia plura priuilegia conceduntur ad tollendas difficultates, quia scilicet adsit opinio in contrarium, & ad tollendos scrupulos seu potius dubietatem.

10 Ex quibus sequitur, quod cum Clerici in minoribus constituti tangere possint sacra vasa, atque adeo etiam Corporalia, & purificatoria, poterunt etiam ea mundare, lauare, atque adeo lauare etiam Corporalia. Nec obstat, quod id munus iuxta Canones antiquos sit Diaconi, quia cessauit ratio, ob quam id munus Diacono fuit commissum. Antiquitus enim consecrabatur massa panis etiam pro populo, quæ postea frangebatur, & distribuebatur, & in hac functione contingebant, plurima minutissima fragmenta instar pulueris quæ adhærebant corporali vnde ob hanc causam, quæ hodie cessauit, erit etiam commissa lotio Diacono, quod satis significatur in cap. *Nemo per ignorantiam de consecrat dist.* 1. ibi. *Ne fortè puluis Dominici Corporis malè decidat.*

QVÆSTIO 838.

An Laici tangere possint sacra Vasa, Altaria, & Corporalia.

SVMMA.

1 *Tangere sacra vasa, & c. mediante aliquo velo non est peccatum.*
2 *Laici prohibentur tangere sacra vasa.*
3 *Non tamen sub mortali Secluso contemptu & irreuerentia.*
4 *An si tangant sine. causa sit peccatum veniale,* & oum. sequent.
6 *Vnde colligatur peccatum veniale.*
. *Interpretatio & obseruantia ponit casum sub lege.*
7 *Conscientia dictat abstinendum ob reuerentiam à contactu sacrorum vasorum.*
8 *Supellex benedicta sine vnctione, & non tangens corpus Christi, potest tangi à laicis.*
9 *Reliquiæ Sanctorum possunt tangi à laicis.*
10 *Laici non prohibentur tangere cereos sacros.*

1 Eadem est ratio de sacris vasibus, ac de Altaribus, loquendo quoad mensam consecratam, quia ipsa quoq; consecratur cum vnctione. Corporalia autẽ eadunt sub eadem difficultate, quia licet non consecrentur cum vnctione, tangunt tamen immediatè Corpus Christi. Est autem supponendum tanquam certum, quod non peccant laici tangentes hæc, mediante aliquo velo, aut alio instrumento vt notant inter alios Suarez *disp.* 81 *de Euchar. sect.* 8. vers. 3 *exemplum* Facundez *precept.* 1. *Eccl lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 28. Quart. *in Rubr. miss. p.* 2. *tit.* 1. *sect.* 2. *dub.* 6. *concl.* 4. nam in hoc modo tangendi euitatur irreuerentia, si quæ fortè interueniret, imo ostenditur specialis reuerentia, dum tangens non audet immediatè tangere.

Supponendum 2. Communiter Doctores docere adesse prohibitionem, ne sacra vasa, & alia supradicta tangantur à laicis. Ita docent Gulliel. *lib.* 4. *de diuin. offic. cap.* 29. *n.* 6. Palud. *in* 4. *dist.* 12. *q.* 5. *ar.* 1. *conclus.* 4. D. Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. Tabiena *verbo* Fœmina *n.* 3. Armilla *ibidem* Angel. *n.* 2. Syluester *verbo* Benedictio *n* 8. Caiet. *verbo* Mulierum peccata, §. *quæ autem* Azor. *p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 6. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap* 28. *n.* 3. Bellarm. *lib.* 4. *de Euchar. cap.* 16. §. *vltimo*. Reginald. *lib.* 29. *Praxis fori pænit. cap.* 9 *sect.* 8. *n.* 202. Suarez *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 8. vers. *Tertium exemplum* Facundez *precept.* 1. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 26. & 28 Laiman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 19. Villalob. *in compen. cap.* 5. *de missa n.* 27. Garcia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 4. *pun.* 1. *n.* 29. Coninch. *de sacram. q.* 83. *ar.* 3. *dub.* 3. *n.* 249. & alij communiter, præsertim infra citand. Hæc autem prohibitio desumitur ex iure Canonico, quatenus talis contactus permittitur tantùm sacratis Deo hominibus, & licet text. possint ex plicari non de simplici contactu, sed de contactu vel in ordine ad vsus communes, vel de contactu ministeriali in ordine ad vsum Altaris, attamen satis constat ex mente, quod ratione consecrationis debeant esse separata à comercio & tantum ire per manus ministrorum qui sunt pro Dei cultu deputati, & ita praxis interpretatur Canones, quæ est optima Legum interpres.

Supponendum teriò. Quod secluso contemptu, & irreuerentia non est peccatum mortale tangere sacra vasa, mensam Altaris, aut Corporalia, vt notant communiter Doctores præsertim *num praced.* citati. Quia contactus non est prohibitus, nisi ratione reuerentiæ, in qua prædicta haberi debent, quia autem simplex cõtactus non detrahit multum de reuerentia debita, vt per se constat, ideò importat paruitatem materiæ, quæ non potest fundare peccatum graue. Imò tangere ex rationabili causa, vt ob necessitatẽ transferendi de loco ad locũ, ob reficiendũ aliquid circa ipsa, excusabit etiam ab omni peccato, vt etiam aduertunt Doctores citati, & citandi, quia tunc causa est sufficiens ad honestandam illam exiguam substractionem reuerentiæ, quæ in contactu interuenit. Difficultas ergo remanet an sine causa tangere secluso contemptu, & irreuerentia sit peccatum veniale.

Prima sententia asserit, nullum esse peccatum. Ita Sot. *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 3. *ad* 3. in fine Sa *verbo* Sacra *n.* 2. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 28. *n.* 3. Sanchez. *lib.* 2. *sum. cap.* 43. *num.* 17. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 28. Bartholomeus ab Angelo *Dialog.* 5. *de miss.* §. 321. Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 7. Aliqui tamen ex his non loquuntur ita absolutè, sed dicunt, nullum esse peccatum, aut ad summum veniale leuissimum. Ita Sot. Henriq. Bartholom. ab Angelo, fundamentum est, quia nulla extat prohibitio, nam Canones, qui solent afferri, non loquntur de simplici contactu, sed de contactu pro vsu communi, vel ministeriali, quos sigillatim expendit Tamburin. citat. 4

Secunda sententia docet, quod sit peccatum veniale. Ita proculdubio sentiunt Doctores *num.* 2. citati, qui agnoscunt prohibitionẽ tangendi ex sacris Canonibus, quæ ad minus sub veniali obligare potest & in fœminis. Suarez *disp* 81. *de Euchar. sect.* 8. vers. *tertium exemplum* 5

exemplum Reginal.*lib*.29. *Praxis fori pœnit.c.* 9.*ſect* 18. *n*.202.verſ.*ſecundum eſt*.Laiman .*lib*.5.*Theol.moral.tract*. 5.*cap*.6.*n*.19.Coninch. *de ſacram*. *q*.83.*art*.3.*dub*.3.*num*. 249 Filliuc *tract*.5.*n*.135 Franc. Lugo *lib*.5 *de ſacram*. *cap*.8.*q*.7.*n*.62.Bonac.*diſp* 4.*de ſacram.quæſt.vlt.punct*.9. *n* 20,Gauant *in manual. verbo* Calix *n*. 20. & *in Rubric. miſſal.part*.2.*tit*.1.*n*.1.*litt*. Q Pax Iordan.*tom*.1.*lucubrat*. *lib*.4.*tit*.1.*n*.180 Garcia *in ſum.tract*.3.*difficult*. 8. *dub*.4. *punct*.3 *n*.29 Ludouic. à S. Io *in ſumm.q*.11.*de Euchar*. *art*.19 *dub*.1.*difficult*.1.*concluſ*.2.Tanner. *tom*. 4. *diſp* 5. *q*. 10.*dub*.3.*n*.50.verſ.*exiſtimat*, Amicus *tom*.7. *Curſ.theol. tract*.23.*diſp*.3.*ſect* 5.*n*.88 Fauſt. *lib*. 2. *de Euchar*. *quæſt*. 365.verſ.30.*dico*. Dicaſtil.*de ſacram*. *tract*.5.*diſp*. 4. *dub*. 11. *n*.225.

6 Dicendum eſt. *Laicos & etiam Moniales peccare venialiter, ſi abſque cauſa rationabili tangant ſacra vaſa, menſas Altarium vnctione conſecratas, Corporalia, quando contigerunt Corpus Chriſti*. Et quidem, licet nullus adſit. text. qui præcisè loquatur de ſolo contactu, nam loquuntur de contactu in ordine ad vſus prophanos, vt cap. *In Sancta*, & cap. *Veſtimenta de conſecrat. diſt*.1. aut in ordine ad miniſterium Altaris, vt in cap. *Sacratas*, & cap. *Non oportet* 1. & cap. *Nonoportet* 2. & cap. *Non liceat* 1. & cap. *Non oportet* 2.& Cap.*Non liceat* 1. & Cap. Non *liceat* 2. *Diſt*. 23.Adhuc tamen ex bis textibus conſtat, quod ſacra vaſa, & cætera ſacra, ſint ſpeciali veneratione digna, & quod graue peccatum ſit vti in humanis vſibus. Et quia in humanis vſibus interuenit etiam tactus perſonarum, quæ non ſunt Deo dicatæ ideo ſequuta eſt comunis interpretatio, quod etiam tactus per perſonas non dedicatas Deo ſit prohibitus, itavt ſicut tactus cum vſu comuni eſt materia grauis, ſic ſolum tactus ſit materia leuis, contenta tamen ſub prohibitione tanquam pars materiæ prohibitæ quæ interpretatio cum ſit cōmunis veterum Doctorum, & inter populos, non ſolùm habet magnam vim interpretandi legem, ſed etiam conſtituit ius, & facit, quod lex amplectatur caſum, quod per obſeruantiam ponitur ſub ipſius diſpoſitione *l. De quibus ff. De legib*. & *l. Nulli ff*. Quod *cuiuſque vniuer*.& L.*obſeruare* §. 5. *ff. De offic. proconſul*.

7 Confir. Nemo eſt, qui non ſentiat aliquam repugnantiam Conſcientiæ quoad tangenda vaſa ſacra, & cætera ſupradicta,& hoc ex motiuo reuerentiæ, quæ ipſis debetur. Ergo ſi tangit, facit contra dictamen Conſcientiæ & proinde peccat, quia quicquid non eſt ſecundùm Conſcientiam peccatum eſt Nec iuuat ſi dicatur, quod hoc dictamen Conſcientiæ proueniat ex errore, quia ſcilicet putent hunc contactum prohiberi, nā adhuc ſtante hoc errore peccarent ex Conſcientia erronea. Deinde hic ſenſus non eſt ſolum indoctorum, ſed etiam Theologorum. qui putant, prohibitionem extendi ad contactum Denique quia omnes apprehendunt, quod ratione reuerentiæ ijs debitæ ex natura rei, nempe ratione conſecrationis abſtinendum ſit à contactu ipſorum;& proinde ratio naturalis non ex errore aliquo præſuppoſito, ſed ex vero motiuo reuerentiæ dictat, quod ſit à tali contactu abſtinendum & ideo contactus erit contra dictamen rectæ Rationis, atque adeo peccaminoſus iuxta qualitatem materiæ, nempe venialiter cum materia ſit leuis.

8 Ex dictis colligitur, vt notant etiam plures ex Doctoribus citatis, *n*. 1. pro ſecunda ſententia, quod cætera ſupellex ſacra, quæ non conſecratur vnctione, aut non tangit immediatè Corpus Chriſti, tangi poterit à laicis, etiam fœminis, quod etiam notant Vaſq. 3.*par*. *diſp*. 233. *cap*. 4. *num*. 36. Reginald *lib*. 29. *Praxis fori pœnit.cap*.9.*ſect*.8. *num* 202. Nam quoad hæc ceſſat ratio, quæ militat in ſacris vaſibus, quia nimirum nec ſunt vnctione conſecrata, nec tangunt corpus Chriſti, & ideo non debetur ipſis hæc ſpecialis reuerentia de obtinendo etiam à contactu. Et hoc etiam extendendùm eſt ad oſtenſorium, quia cum ſacra Hoſtia non contineatur immediatè in ipſo, ſed in lunula non habet immediatum contactum ad corpus Chriſti.

Colligitur ſecundò vt notant etiam Laim. *lib*. 5. *Theol.moral.tract*.5.*cap*.6.*n*.20.Sanchez *lib*.2.*ſum.cap*.43. *n*. 26. Palaus *par*.2. *oper. moral. tract*. 8. *diſp*. 1.*punct*.6. *n*. 15. Quart.*in Rubr. miſſal.part*.2.*tit*.1.*ſect*.2.*dub.corol*. 2.Laicos poſſe tangere ſacras Reliquias. Nam quamuis Reliquiæ ſanctorum ſint habendæ in veneratione, quia tamen verè ratio non eſt ijs debita, niſi quia ſunt aliquid eorum, qui apud Deum glorificantur, non autem quia ſint quid ſegregatum ab humanis vſibus per conſecrationem, & dedicationem in obſequia Diuina, ſicut ſunt vaſa ſacra, ideò non eſt debita hæc ſpecialis reuerentia de abſtinentia à contactu. 9

Colligitur 3. contra Azor. *part*. 1 *lib*.9.*cap*.9. *q*.3. & 10 alios, Laicis non eſſe prohibitum tangere cereos conſecratos, qui dicuntur *Agnus Dei*, vt notant etiam Sanchez *lib*.2.*ſum.cap* 43. *num*. 27. in fine, & alij, & à fortiori teneri debent Authores citati pro prima ſententia *num*. 4. Ratio eſt quia licet conſecrentur Chriſmate non ſunt tamen reſeruati, vt inſeruiant pro ſolo obſequio Dei, ſed conſecrantur pro vſu omnium, quibos diſtribuuntur, vndè eorum conſecratio non ordinatur ad cultum Dei. ſed ad vſum hominum, & ideò, vt poſſint vti, debet eſſe ipſis permiſſus eorundem contactus. Sicuti quando antiquitùs diſtribuebatur Eucbariſtia in manus percipientium, erat licitus Laicis contactus ipſius, tanquam quid acceſſorium ad vſum, & ideo cum vſus horum cereorum ſit conceſſus Laicis, erit etiam conceſſus contactus, vt quid acceſſorium.

QVÆSTIO 839.

An ex vi Priuilegiorum concedatur aliquibus, qui de iure non poſſunt tangere ſacra vaſa.

SVMMA.

1 *Priuilegium concedens Laicis Religioſis tangere vaſa ſacra.*
2 *Aliud Priuilegium idem concedens, & etiam lauare Corporalia.*
3 *Priuilegium requirens, quod tactus ſit cum reuerentia.*
4 *Hæc priuilegia participantur ab omnibus habentibus communicationem.*
5 *Fratres laici an ſine licentia ſuperiorum poſſint tangere vaſa ſacra.*
6 *Fratres laici inſeruientes Euchariſtiæ; ſecluſo priuilegio tangere poſſunt vaſa ſacra.*

EX dictis conſtat, quod extra ordinem Clericalem non poteſt aliquis ſine peccato veniali tangere ſacra vaſa. Vnde neque Regulares Laici, ſeu conuerſi poterunt tangere cum non ſint in ordine Clericali, loquendo de Iure. Extat tamen priuilegium Leonis X. relatum in compend. *priuil. mendic. verbo*.Laici fratres *num* 3. in quo concedit quod Laici fratres ſocij Generalium, vel Prouincialium pro tempore, in quo ſocij fuerunt, quando extra loca & Conuentus inſeruiunt Miſſis ſuorum Prælatorum poſſint propriis manibus tractare vaſa ſacra miniſterij, vt Calices, Corporalia, plicando, & explicando. Et hoc Priuilegium extenditur ad participantes, quoad Laicos conſtitutos in eodem officio, & cum iiſdem conditionibus. 1

Magis amplum priuilegium conceſſit Calliſtus III. iiſdem fratribus Minoribus, vt habetur in eodem cōpend *Priui. mendic.eodem verbo Laici fratres*, *num*. 1. nam indulſit indifferenter, quod fratres Laici poſſint tangere Calices, & lauare Corporalia, & alia Eccleſiaſtica, 2

ftica, cum expedierit. Per alia autem Ecclesiastica, quæ aliàs non possint lauari ab ipsis, non videntur venire alia nisi purificatoria. Hoc autem priuilegium non est restrictum ad certas personas, sed se extendit ad omnes Fratres Laicos, nec ad tempus, aut locum.

3 Extat quoque aliud priuilegium ad fauorem eorundem fratrum Minorum concessum à Sixto I V. & relatum in eodem compend. *Priuil. mendic. verbo* Corporalia *num.* 2. & *verbo* Ornamenta Ecclesiastica, *n.* 6. nempe quod omnes Fratres Clerici, & Laici possint tangere sine scrupulo Conscientiæ Calices, & Corporalia, & alia ornamenta cum reuerentia tamen. Hæc autem reuerentia ponitur tanquam conditio, sub qua locum habet priuilegium, & ideò si non adimpleatur non habet locum priuilegium, atque adeò tangentes peccabunt venialiter, vt autem saluetur, quod tangantur cum reuerentia requiritur,quod habitus exterior interiorem reuerentiam ostendat, vt proinde non tangantur res prophanæ.

4 Hæc autem priuilegia participantur ab omnibus, qui habent communicationem priuilegiorum Mendicantium, & de ipsis mentionem faciunt Rodriquez *quæst. Regul.* 123. *art.* 2. *tom.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 6. in fine Henriq. *lib.* 9. *summ. cap.* 8. *num.* 3. in fine Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 17. vnde poterunt prædicti regulares vti huiusmodi priuilegio, quia cum non sit priuilegiã magni momenti & proinde nec difficilis concessionis, venit in quacumque generali communicatione,est tamen aduertendum, quod cùm priuilegium sit concessum Fratribus Laicis, non se extendit ad seculares, qui inseruiunt Sacristiæ Regularium priuilegiatorum, vnde nisi aliàs fiot Clerici initiati saltem prima Tonsura, non poterunt tangere sacra vasa.

5 Solùm difficultas remanet an cum hoc Priuilegium sit concessum Fratribus Laicis omnibus,possint omnes absque licentia Superiorum tangere sacra vasa, &c. Et negatiuè resoluendum est, sed eos tantùm, qui deputati sunt seruitio Sacristiæ; nam omnis concessio censetur facta præsupositis terminis habilibus & conuenienti modo *l. Mutus ff. de procurat.* & *l. gradatim* §. *lege ff. de mun. & honor.* & ideò præsens concessio censetur facta pro iis, qui habent occasionem ratione muneris tangendi vasa sacra. Quem enim finem rationabilè potuerunt habere Pontifices in concedendo, quod, ipsi non sint deputati pro seruitio Sacristiæ, tangunt sacra vasa. An verisimile est quod voluerint coquum,& alios huiusmodi seruitiis viliori-

6 bus deputatos posse tangere vasa sacra.

Verùm supradicta Priuilegia esse viuæ vocis oracula asserit Rodriq. *quæst. Regul.* 123. *art.* 2. *tom.* 2. & proinde hodie nullã vim habebunt cum reuocata sint à Gregorio XV. & Vrbano VIII. Hoc tamen nonobstante probabile est eos, qui Sacristiæ inseruiunt, neque venialiter peccare, si tangant, quod etiam valet de monialibus, quæ Sacristiæ curam gerunt, vt notat etiam Quintanaduen. *tom.* 1. *singul. tract.* 2. *singul.* 1 1. *n.* 2. & videtur idem etiam sentire Suar. *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 8. *vers. Tertium exemplum.* Quia peccatum veniale, quod aliàs committerent excluditur ratione officij quod præstet rationabilem causam tangendi, debent enim ratione officij mouere dicta vasa, quod sine tactu non possunt præstare. Deinde cum sint viuæ vocis oracula, quæ sortita sunt effectum, & habeant fructum successiuum, non sunt reuocati, vt alibi dictum est ex declarat. S. Congregat.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

DE OBLIGATIONE OFFERENDI

Sacrificium.

Cum pro Ecclesia institutum sit visibile sacrificium,vt habet Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *de sacrificio* in ordine ad deferendum Deo cultum debitum, & ad participandos fructus Passionis Christi, qui per ipsum nobis communicantur, inquirendum est, an & qualis obligatio ex hac institutione consurgat, & penès quos sit huiusmodi obligatio.

QVÆSTIO 840.

An ratione ordinis obligetur Sacerdos aliquando offerre Sacrificium.

SVMMA.

1 *In tota communitate adest obligatio offerendi Sacrificium.*
2 *Penes quos sit hac obligatio.*
3 *Sacerdotes in communi tenentur offerre Sacrificium.*
4 *Singuli Sacerdotes an teneantur offerre Sacrificium,* & num. seq.
Christus imposuit præceptum Ecclesiæ, non autem singulis offerendi Sacrificium.
6 *Patres, & Concilia agnoscunt in singulis Sacerdotibus obligationem offerendi Sacrificium.*
7 *Præceptum quoad singulos Sacerdotes in quo fundetur.*
8 *Verba.* Hoc facite in meam commemorationem, *Continent præceptum offerendi.*
9 *Et personale præceptum quoad singulos Sacerdotes.*
10 *Cur non sufficiat, quod per aliquos hoc præceptum impleatur.*
11 *Quisque Sacerdos ratione muneris trahit ad se obligationem offerendi Sacrificium,* &c.
12 *Tenetur sub mortali offerre Sacrificium.*
13 *Præceptum offerendi quoad Sacerdotes est de iure naturali diuino.*
Cur ex assumpto munere Sacerdotis oriatur obligatio offerendi.
14 *Cur non sit determinata obligatio, Sacerdotum ad offerendum.*

Svpponendum est tanquam certum. In tota communitate Christianorum adesse obligationem de iure naturali & diuino offerendi sacrificium. Ratio est 1
quia de iure naturali tenemur Deum colere, vnde primum præceptum Decalogi vnum Deum coles explicat Præceptum naturale de colendo Deo; natura enim dictat, Deum esse colendum, ex quo fit, quod de iure naturali sit colendus per sacrificium, quia de iure naturali est exhibendus ille cultus,qui conuenit ipsi quatenus Deus est, hic autem est cultus sacrificij, nam per ipsum recognoscitur vt Deus, si quidem per sacrificium nos totos deuouemus Deo & protestamur,nos illi omnimodè subesse. Cum autem sacrificium nostrum, quod est solum offerendum Deo, sit institutum à Christo, obligationi naturali accessit obligatio Diuina determinans sacrificiũ offerendum, & proinde de

de Iure naturæ Diuino adest obligatio offerendi sacrificium.

2 Supponendum secundò Hanc obligationem de Iure naturali diuino ad offerendū sacrificiū esse penes omnes illos, qui sunt intrà gremium Ecclesiæ, & penès singulos ipsorum, non quidem offerendi per se ipsum immediatè, cum hoc munus sit tantum sacerdotis, sed per sacerdotes, quatenus scilicet assistendo sacrificio suo modo offerunt. Ratio est, quia hæc obligatio tradicatur in obligatione colendi Deum, quæ proinde exigit exhiberi illum cultum, qui est proprius Dei, vndè cum talis cultus sit ex institutione Christi determinatur ad talis sacrificij oblationem, fit, quod obligatio colendi Deum se extendat ad oblationem huius sacrificij. Cum autem hæc obligatio sit vnicuique pro propria & singulos afficiat, tenebuntur singuli offerre hoc sacrificium modo explicato.

3 Supponendum tertiò saltem penès sacerdotes in communi esse obligationem offerendi sacrificium; nam quando Christus in vltima Cœna instituit hoc sacrificium, & dixit discipulis *hoc facite in meam Commemorationem*, imposuit præceptum Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerret hoc sacrificium, ita enim habet Concil. Trid. *sess. 22. c. 1. de sacrif. miss. Et eisdē eorumq; in Sacerdotio successoribus, vt offerrēt, præcepit per hæc verba. Hoc facite in meā cōmemorationē.* Et ratio est, quia cū adsit obligatio offerēdi hoc Sacrificiū de Iure diuino naturali & nō possit offerri, nisi per sacerdotes, necesse est, quod hæc obligatio sit penès ipsos, quia cæteri tanquā incapaces ad offerendū immediatè sunt etiā incapaces huius obligationis. Modò autē difficultas est. An hæc obligatio afficiat omnes & singulos Sacerdotes eo ipso, quod Sacerdotes sunt ratione officij.

4 Prima sententia docet sacerdotes non teneri ratione officij Sacerdotalis aliquando offerre Sacrificium Ita Alens. *part. 4. quæst. 51. memb. 2. ar. 4. §. 1.* D. Bonau. *in 4. dist. 2. part. 1. ar. 2. qu. 2.* Gabr. *lect. 87 in Can. miss.* Caiet. *3. part. quæst. 82 ar. 4.* cuius tamen opinio expuncta fuit tempore Pij V. in Rom. editione. Rosella *verbo. Euchar. 2. num. 33.* Palat. *in 4. dist. 13. disp. 2.* Victoria *in summa de Sacram. num. 84.* Ledesma 1 *part. 4. quæst. 23. ar. 10. dub. 2.* Rodrig. *in sum. tract. de miss. cap. 149. concl. 4* Io. Sanchez *in select. de sacram. disp. 7. n. 16.* Lugo Cardin. *disp. 20. de Euchar sect. 1.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. dist. 4. dub. 1. num. 10.* Palaus. *part. 4. tract. 22. disp. vn. pun. 12. num. 2.* marchin. *de sacram. ordin. tract. 3. part. 2. cap. 36. n. 8.* Granad. *3. part. contra. 6. tract. 14. disp. 10. num. 1.* Ludou. à S. Io. *part. 1. summ. q. 11. de Euchar. ar. 1. diffic. 1.* Fundamentum est quia nullum apparet præceptum, quod afficiat singulos sacerdotes ratione officij: non Humanum, quia ex cap. *Dolentes de celebrat. miss.* vbi reprehenduntur celebrantes vix quater in Annó, non constat, quod loquatur de simplicibus sacerdotibus, & proinde accipi potest de sacerdotibus curatis, aut Prælatis Ecclesiarum, & eum reprehendat quater celebrantes, non potest loqui de sacerdotibus simplicibus, quia hi ex nullorum sententia tenentur plusquā quater celebrare. Non diuinum, quia dum Christus Luc. 22. dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*, imponendo præceptum vt habet Concil. Trid. *sess. 22. cap. 1. de sacrific.* imposuit solum præceptum communitati Ecclesiæ, non autem singulis Sacerdotibus Non naturale, quia ex potestate offerendi non oritur obligatio offerendi sic in lege veteri omnes primogeniti erāt Sacerdotes, & tamen non omnes offerebāt. Hoc omnis Sacerdos approbatus ad Cōfessiones audiēdas tenetur audire, nec Diaconus tenetur in suo munere ministrare.

5 Secunda sententia asserit, adesse obligationem ex vi Sacerdotis præcisè. Ita D. Thom. *3. pars. quæst. 82. art. 10.* vbi oppositam sententiā vocat irrationabilem, & *in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. ad 2.* Durand. *q. 1. n. 6.* Palud. *ibid. art. 1. concl. 1.* Sotus *q. 1. art. 10.* Richard. *art. 2. q. 2.* Maior. *dist. 12. quæst. 5. §. Dubitatur primò.* D. Antonin. *3. part. tit. 13 art. 16. §. 12.* Syluest. *verbo. Missa 1. q. 7.* Angel. *n. 4.* Nauar. *in manual. cap. 25. n.* 88. Azor. *p. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 1.* Graff. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 39. num. 3.* Miranda *tom. 1. manual. quæst. 40. ar. 7. concl. 2.* Valent. *Com. 4. sum. disp. 6. q. 10. pun. 3.* Suarez *disp. 80. de sacram. sect. 3.* Vasquez *3. part. disp. 232. cap. 1.* Nugn. *q. 82. art. 10.* Coninck. *q. 83. art. 2. dub. 1.* Præpos. *ibid.* Mercer. *Item ibid.* Chellison. *ibid. dicto* 1. Sylulus *q. 82. art. 10.* Bonac. *q. vlt. de Euchar. punct. 7. propos. 1.* Camerota *de sacrific. miss. dub. 13.* Homobon. *p. 1. Exam. tract. 4. cap. 14. q. 133.* Reginal. *lib 29. Prax. fori pœnit. n. 166.* Villalob. *p. 1. sum. tract. 7. diffic* 49. Io. à Cruce *p. 1. direct. q. 1. de sacrific. miss. dub. 2. conclus. 2.* Auersa *q. 10. de Euchar. sect. 1. vers. Asserendum tamen.* Henriq. *lib. 9. sum. cap. 13. num. 2.* Laim. *lib. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 3. n. 1.* Petrus Sot. *lect. 7. de Euchar.* Facundez *præcept. 1. Eccl. lib. 3. cap. 15. n. 3.* Bannius *p. 1. Theol. moral. tract. 10. q. 4.* Tambur. *de Iure Abb. tom. 2. disp. 5. q. 5.* Barbos. *ad cap. Dolentes n. 12. de celebrat. miss.* Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 2. dub. 2. n. 14.* Martinon. *tom. 4. de Euchar. disp. 40. n. 2.* Isambert. *3. p. q. 83. disp. 2. art. 2.* vbi vult teneri celebrare solemnioribus diebus. Amicus *tom. 7. Curs. Theol. disp. 33. sect. 9. n. 293. & sequen.* Caspens. *p. 2. Cur. Theol. tract. 23. disp. 3. sect. 1. n. 45.* Gaspard Hurtad. *de sacram. disp. 4. de sacrif. miss. difficult. 2. vers. Sotus verò* Filliuc. *tract. 5. cap. 4. n. 96.* Trullench. *de sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 9. n. 3.* Lublinus *in sum. verbo.* Missa *n. 8.* Gauan. *in Rubr. p. 3. tit. 12. n. 6.* Machad. *lib. 4. de perfect. confessar. p. 1. tract. 11. docum. 9. n. 1.* Leander *de sacram. tract. 8. disp. 5. q. 3.* Catharin. *lib. 5. contra Caiet.* summa Coofess. *lib. 3. tit. 24. q. 123* Altens. *lib. 4. cap. 14. art. 1.* Tabiena *verbo*, Communicare *q. 12.* Armila *verbo* Communio *n. 14.* Archid. *in cap. sufficit. de Consecrat. dist. 1.* Cardin. *in cap. Dolentes, de celebrat. miss.* Fernandez *p. 3. Exam. Theol. mor. cap. 5. §. 5.* Viuald. *in Candel. tit. de Euchar. cap. de Sacerdote n. 1.* Llamas *p. 3. meth. cap. 5. §. 14.* Vega *tom. 1. summ. cap. 10. Casu* 111. Thomas Hurtad. *tom. 1. resol. moral tr. 2. cap. 7. §. 4. & 4.*

Dicēdum est, *Sacerdotem simplicem ex vi Ordinis sacerdotalis teneri aliquando in Anno celebrare.* Pro confirmatione prnsset sufficere, quod D. Thom. qui parcissimus est in censurandis opinionibus, vocat oppositam opinionem irrationabilem vt vidimus *num præced.* quod certè non fecisset, nisi cognouisset certitudinem huius sententiæ, & improbabilitatem oppositæ. Desumitur autem ex D. Aug. *in Manual. cap. 11.* ibi *Quod tu Domine Deus meus sacerdos immaculate instituisti & offerre præcepisti* & serm. 47. *Ad fratres in Eremos* Beda *in cap. 8. Episcopus ad Heber.* Hoc *enim nobis præcepit ipse Dominus. Hoc facite in meam recordationem.* Ambros. *in cap. 10. Epist. ad Hebr.* Primat. *ibid* Basilio *in sua Liturgia* Chrisost. *ibid.* Et hanc obligationem adeò cætera Cōsilia agnouerunt, vt Concil. Atansican. *cap. 2.* statuetit, Quod Episcopi cum possibile fuerit quotidiana sacrificia frequentent. Et Concil. Tolet. *1. cap. 5.* quod Præsbyter non habeatur, si loco, in quo Ecclesia est, ad sacrificium quotidianum non venerit. 6

Præceptum autem offerendi sacrificium habetur in primis de Iure Diuino ex illis verbis Christi Lucæ 22. 7 *Hoc facite in meam commemorationem.* Io quibus præceptum agnoscit Concil. Trid. *sess. 22. cap. 1. de sacrific.* inquiens, *Corpus, & Sanguinem suum sub speciebus Panis & Vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem Rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebat, vt sumerent tradidit, & ipsis eorumque in Sacerdotio successoribus, vt offerrent præcepit per hæc verba. Hoc facite in meam commemorationem, vti semper Ecclesia Catholica intellexit, ac docuit.* Ex quibus constat quod adsit præceptum impositum à Christo sacerdotibus de offerendo.

Nec subsistit responsio Marchini quod Concilium intelligat de præcepto offerendi sub ijsdem Symbolis, nempe panis, & vini, quasi id significent verba illa,

quæ subduntur, *vti semper Ecclesia Catholica intellexit, ac docuit*, nam cum non sit ab Ecclesia declaratum, quod Sacerdotes simplices teneantur offerre non possunt hæc verba referri ad oblationem, sed solùm ad modum oblationis. Nam hæc verba referuntur ad præcedentia, & proinde cum in præcedentibus dicatur quod præcepit Apostolis, & successoribus in Sacerdotio, vt offerret sub eamodē rerū Symbolis, fit quod præceptum ex sensu Ecclesiæ cadat supra ipsam oblationem, & modum, atque adeò, quod offerre tale sacrificium cadat sub præcepto. Secundò, quia deducit præceptum ex illis verbis Christi. *Hoc facite in meam Commemorationem*. Dictio autem. *Hoc* demonstrat factum Christi. Ergo ipsum factum Christi ex declaratione Concilij cadit sub præcepto. Factum autem Christi importat oblationem sacrificij. Tertiò, quia hunc sensum, quod scilicet præceptum cadat supra oblationem explicat idem Concil. dum *Can. 2. eiusdem sess.* definit, Christum illis verbis præcepisse oblationem, absque mentione de rerum Symbolis, habet enim. *Si quis dixerit illis verbis.* Hoc facite in meā commemorationem, *Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes aut non ordinasse, vt ipsi, aliique Sacerdotes offerrent Corpus, & Sanguinem suum. Anathema sit.*

9 Secundò posset responderi, quod istud præceptum non sit impositum singulis sacerdotibus, sed toti Ecclesiæ, quatenus scilicet debeat per congruos ministros offerre. Sed etiam hæc responsio non potest subsistere. Quia Concilium declarat, quod præceptum sit impositum Apostolis, & eorundem successoribus in sacerdotio; dum autem est impositum Apostolis, & eorundem successoribus, præceptum est personale, atque adeò afficit immediatè personas. Secūdò, quia Concil. deducit præceptum ex verbis, quibus Christus eos ordinauit sacerdotes, nempe. *Hoc facite in meam commemorationem.* Ergo cum iisdem verbis potestatem sacerdotalem contulerit, & præceperit offerre, oportet, quod in collatione talis potestatis imbibatur etiā impositio obligationis offerendi sacrificium. Tertiò quia ad obligandam Ecclesiam ad offerendum, non erat opus præcepto, quia eo ipso quod Christus instituisset sacrificium, & ipsi illud reliquisset, remanebat obligata ad offerendum. Quartò quia Pius. V. intellexit hoc præceptum esse personale sacerdotum, vt explicauit in Cathechismo, *vbi de sacrificio missæ*, inquiens. *Eos enim* (Apostolos) *quemadmodum à S. Synodo definitum est, tunc sacerdotes instituit, præcepitque vt ipsi, & qui eis in sacerdotali munere successuri essent Corpus eius immolarent, & offerrent.* Vndè cùm expungi iusserit contrariam opinionem à Caietano, oportet, quod putauerit contrariari Concilio, nedum D. Thom. cum ipse ita Concilium explicauerit. Nec obstat, quod non iusserit expungi ex alijs libris, quia factum ipsum sufficiebat ad eius mentem declarandam.

10 Tertiò posset respondere. Hoc quidem præceptum afficere singulos, sed secundum mensuram finis, qui est, quod in Ecclesia offeratur sacrificium & ideo si per aliquos obtineatur finis, cessare obligationem in alijs, quo pacto obligat etiam præceptum Charitatis obligans ad subueniendum constitutis in graui, aut extrema necessitate, nam si per aliquos subueniatur, cessat in alijs obligatio. Verùm hæc quoque responsio reijciatur, quia tunc cessat præceptum si per alios adimpleatur, quando per talem adimpletionem subtrahitur materia præcepti, vt contingit in præcepto Charitatis, nam per subuentionem vnius tolligitur proximi necessitas, ratione cuius cōsurgit obligatio. Hoc autem non contingit in obligatione offerendi sacrificium, cum per id, quod alij offerunt, non subtrahatur materia præcepti si quidem non est determinatum, quod tot tantum sacrificia offerantur, quibus oblatis cesset obligatio offerendi. Secundò quia adest præceptum sumendi Eucharistiam impositum à Christo ad recolendam memoriam passionis ipsius, vt habet Concil. Trid. *sess. 13. cap. 2.* ibi. *Et in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annunciare mortem donec ipse ad iudicandum mundum veniat*, non cessat præceptum per id, quod ab aliquibus colatur illius memoria, & annuncietur mors, sed singuli tenentur hoc præstare. Ergo cum etiam Sacerdotibus sit impositum præceptum offerendi non cessabit per id, quod aliqui offerant. Tertiò, hæc obligatio non prouenit ab aliqua exigentia extrinseca, cui si per alios satisfiat, cesset, sed prouenit ab exigentia intrinseca muneris, siquidem eò ipso, quod Christus instituit sacerdotium nouæ legis, annexuit ipsi obligationem offerendi, vt proinde in illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meā Commemorationem*, agnoscat Concil. Trid. *sess. 22. cap. 1.* Vtrumque nempe Institutionem sacerdotis, & præceptum offerendi. Ergo vt extinguatur obligatio debet satisfieri exigentiæ muneris vniuscuiusque Sacerdotis.

Ratio autem est, quia de iure naturali adest obligatio apud vnumquemque colendi Deum per sacrificiū, cum solum per ipsum illi exhibeatur supremus Cultus debitus. Quia autem non conuenit vnumquemque per se ipsum offerre Sacrificium instituti sunt Sacerdotes, qui offerant nomine aliorum vnde ad Hebr. 5. dicitur. *Omnis Pontifex ex Hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt Dona offerat & sacrificia pro Peccatis.* Ergo quando quis assumit munus Sacerdotale, assumit obligationem offerendi sacrificium, quia ratione muneris Sacerdotalis trahit ad se communem obligationem populorum colendi Deum per sacrificium cum ad hoc sit destinatum hoc munus. Confir. Eo ipso, quod quis assumit in se debitum alicuius consentiente Creditore, tenetur soluere debitum, quia iam fecit proprium. Dum autem quis assumit dignitatem Sacerdotalem, assumit ipso commune debitum populorum colendi Deum per sacrificium, nam se constituit ministrum pro hominibus in Ordine ad Deum, ad illi exhibēdum cultum sacrificij, vt habet Apost. modò allatus, *pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt efferat sacrificia.* Ergo tenetur soluere debitum, quod in se assumit. 11

Ex his colligitur Obligationem ad celebrandum esse sub mortali. Quia quatenus ex iure Diuino versatur circa rem grauem, & proinde ipsi commensuratur; nam licet posset res grauis præcipi sub veniali, dum tamen non exprimitur qualitas obligationis, supponitur proportionata rei præceptæ. Quatenus verò de iure naturali, est eiusdem rationis cum ea, quam habent homines colendi Deum per sacrificium, quæ est sub mortali, hæc enim obligatio transfertur in sacerdotē, quatenus assumit munus offerendi. Nec obstat, quod aliqui sancti viri ordinati sacerdotes ob humilitatem nunquam obtulerint sacrificium, quia hoc factum est ex speciali motione Spiritus sancti, ratione cuius existimarunt se dispensari in tali obligatione, quo secluso non possent excusari. 12

Ad fundamentum in oppositum Resp. Hoc præceptum esse Diuinum, & naturale, vt constat ex dictis. Vt diuinum desumitur ex verbis Christi Luc 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, quæ verba continent præceptum respectu singulorum, vt constat ex dictis. Quatenus naturale prouenit ex assumptione obligationis colendi Deum per sacrificium vt constat ex dictis. Ad id quod offertur in contrarium, negatur, quod ex potestate offerendi non oriatur obligatio offerendi. Nec est eadem ratio de cæteris potestatibus, nam potestas offerendi est potestas satisfaciendi obligationi naturali hominum colendi Deum per sacrificium, & ordinatur ad satisfaciendū tali obligationi, & ideò dum assumitur, assumitur etiam obligatio, quam 13

eiga

erga Deum habent Homines in ordine ad cultum quod non contingit in potestate Diaconi in potestate audiendi confessiones. & aliis huiusmodi quia non ordinantur ad satisfaciendum alicui obligationi naturali, nec cum ipsis assumitur aliqua huiusmodi obligatio. Quod verò spectat ad primogenitos Hebræorum, non erant sacerdotes in Actu sed tamen in habitu, & ideo non tenebantur offerre. Ordinatio autem facit ordinatum sacerdotem aut deputatum ad offerendum.

14 Dices, si adesset hæc obligatio de Iure Diuino naturali, esset ab Ecclesia determinatum tempus, quo esset implenda, sicut est determinatum tempus confitendi peccata, sumendi Eucharistiam. Cum ergo non sit determinatum tempus, dicendum est, non adesse. Resp. neg. sequel. Quia cum præceptum naturale colendi Deum per sacrificium non habeat certam determinationem nec etiam debuit determinari obligatio sacerdotum ad offerendum, sed cum sit ordinata ad satisfaciendum tali obligationi naturali debuit relinqui in ijsdem terminis, in quibus est naturalis obligatio. Deinde non potuit assignari certum tempus, quia sacrificium est offerendum Deo iuxta occasiones, & necessitates occurrentes, quæ vt plurimùm incertæ sunt. Rursus potest esse maior obligatio extensiuè in vno tempore, quam in alio, & maior in vno loco, quàm in alio.

QVÆSTIO 841.

Quot vicibus in Anno teneantur sacerdotes simplices celebrare.

SVMMA.

1 *Quàm frequenter teneantur Sacerdotes offerre sacrificium de iure positiuo.*

2 *Quoties in anno ratione muneris tenentur Sacerdos celebrare,* & num. seq.

5 *Non tenetur ratione muneris certis diebus celebrare, ratione tamen congruentia, & ad vitandum scandalum tenetur in præcipuis festiuitatibus.*

6 *Quanam sunt ista præcipuæ festiuitates.*

7 *Celebratio in præcipuis festiuitatibus non sufficit pro implenda obligatione.*
Quando aliis vicibus teneatur celebrare.

8 *Est obligatus quando populus indiget oblatione sacrificij.*
Quia in ordinatione suscipit munus publici ministri pro implenda obligatione populi.

9 *Tenetur frequentius celebrare, vbi sunt pauci Sacerdotes, & in necessitatibus populi.*

10 *Episcopus tenetur Sacerdotes cogere ad celebrandum, si abstineant vt licentiosius viuant, &c.*

11 *Qui per annum à suscepto Sacerdotio non celebrat, an excusetur à mortali.*

12 *An absoluendus Sacerdos, qui nunquam celebraret.*
Confessarius tenetur se conformare probabili opinioni pœnitentis.

13 *Non damnandus, qui ob humilitatem continuò abstineret à celebrando.*

1 ALiud est loqui de obligatione, quæ oritur precisè oratione muneris sacerdotalis, & aliud de obligatione, quæ possit esse ex iure positiuo. Et de hoc loquentes quidam Canonistæ apud D. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *Cap.* 16. §. 12. Syluester *verbo.* Missa 2. *quæst* 7. docuerunt, sacerdotes teneri offerre sacrificium singulis diebus. Quod videtur habere fundamentum in Concil. Tolet. 1. *c.* 5. & Côcil Arausican. *Cap.* 2 apud Bruchard. *lib.* 1. *cap.* 105. & in Cap. *Peracta de Consecrat. Dist.* 2. vt aduertit etiam Thom Hurtad *tom.* 2 *resolut. moral. tract.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 376. Verum quicquid fuerit de antiquis temporibus, modò nulla talis extat obligatio. Et solùm Concil. Triden. *sess.* 23. *cap.* 14. *de reformat.* ita decernit *Curet. Episc. vt ijs (sacerdotes) saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus si autem curam habuerint Animarũ tã frequenter, vt suo muneri satisfaciãt missas celebrent.* Ex quo decreto iniungitur Episcopis specialis cura habenda circa frequentem celebrationem quod certè supponit obligationẽ celebrãdi in sacerdotibus, quamuis non in omnibus ijs diebus, de quibus Concilium, solum ergo difficultas est, quoties in Anno ex vi muneris sacerdotalis teneantur celebrare

Prima sententia docet, ratione Ordinis non teneri celebrare in aliquo determinato die, sed satisfacere præcepto, si celebrẽt ter saltem in Anno. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 1. *ar.* 10 Henriq *lib.* 9. *sum. cap.* 23. *num.* 2. Vasq. 3. *par. disp.* 232. *cap.* 1. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 1. ver. *Quæres itidem.* Gaspar. Hurtad *de sacram. disp.* 4. *de sacrif. miss. difficul.* 1. ver. *Et in primis.* Marchin. *de Ord. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 36. *num.* 5. Gauan. *part.* 3. *in Rubr. missal. tit.* 12. *num.* 6. *Leander de sacram. tract.* 8. *disp.* 5. *quæst.* 2. vers. *sed æquè*, & alij. 2

Secunda sententia docet, teneri celebrari in præcipuis festiuitatibus, in quibus laici religiosiores solent sumere communionem. Ita D Th 3 *part. quæst* 82. *ar.* 10 Syluester *verbo.* Missa *quæst.* 7 Armillia *num.* 14. D Antonin. 3. *par. tit.* 13. *cap.* 16. §. 12. Tabiena *verbo.* Communio *quæst.* 10. Angel. verbo. Missa *num.* 44. Palud *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 1. Maior *dist.* 12. *quæst* 5. Lublin. *in summ. verbo.* Missa *n.* 8. Nauar. *in manual. cap.* 25. *n.* 88. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 6. in fine Thom. Hurtad. *tom.* 1. *moral. resol. tract.* 2. *cap.* 7. *resol.* 29. §. 6. *n.* 379. Et cum his videtur coincidere Suarez *de sacram. disp.* 80. *sect.* 1. §. *sed queres* dum ait considerandum scandalum, detrimentum spirituale ipsorum sacerdotũ, & iuxta hæc obligandum. Adesset autem scandalum, si in precipuis festiuitatibus non celebrarent. Has autem precipuas festiuitates magis, cõmuniter volũt esse tres, Natiuitatem Domini, Pascha, & Pentecostes & addit Hurtad. quod si laici in alijs etiam festiuitatibus. Communionem sumerent, non tenerentur secluso scandalo sacerdotes celebrare. Alij verò his festiuitatibus addunt Assumptionem B. Virginis. Palud. vltra diem Assumptionis addit etiam festum omnium sanctorum & Maior, his quinque festiuitatibus adiungit festum Corporis Christi, quod etiam tenet Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 2. *dub.* 1. *num.* 19 in fine 3

Tertia denique sententia tenet sacerdotes non esse securos in Conscientia, nisi saltem in Anno decem, aut duodecim vicibus celebrent ita Nugn. 3. *part. q.* 82 *ar.* 10. Marcus Huertus de *sacrif. mis. quæst.* 13. non credo tamen hos Doctores alligare certis Diebus, exceptis prædictis solemnioribus hanc obligationem. 4

Dicendum primum *Ratione muneris sacerdotalis precise non teneri sacerdotes celebrare certis aliquibus diebus ratione tamen congruentia, & scandali teneri in precipuis solemnitatibus.* Prima Pars constat, quia præcipuè solemnitates sunt de iure Ecclesiastico positiuo, quod est posterius obligatione prouenienti ex munere sacerdotali ad offerendum sacrificium itavt si non fuissent institutæ ab Ecclesia hæ festiuitates, adhuc adesset dicta obligatio. Ergo ratione muneris sacerdotalis non potest esse addicta his, aut alijs diebus; secunda etiam pars constat quia solemnitas festi exigit speciali modo Deum coli & proinde conueniens est, quod in his diebus sacerdotes satisfaciãt propriæ obligationi colendo Deum mediante sacrificio. Rursus cum communiter fideles in his diebus exhibeant Deo maiorem cultum proculdubio scandalisarentur, si viderent sacerdotes non celebrare, qui essent causa, quod plures eorũ exemplo ducti se retraherẽt à colẽdo Deo. 5

6 Si autem queras, quænam sint præcipua solemnitates, in quibus ratione muneris tenentur celebrare. Resp esse Natalem Domini, Pascha, & Pentecostem, quæ sunt illæ, quæ specificantur in Diplomatibus pro priuatis Oratoriis, quia tamen Puntifex in iisdem Diplomatibus ponit Clausulam. *Necnon alijs solemnioribus festis*. Ideo S. Congreg. Rit. *Die 17. Nouembbis* 1607. Declarauit illa solemniora festa esse Epiphaniam Domini, Annunciationem, & Assumptionem Beatæ Mariæ Virginis, festum SS. Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, & proinde hi omnes dies festi veniunt nomine precipuarum solemnitatum, cum in ijs velit Pontifex, quod cesset, vsus priuatorum Oratoriorum, & teneantur omnes publicè conuenire ad offerendum sacrificium.

7 Dicendum secundò, *Celebrationem in præcipuis prædictis solemnitatibus non sufficere pro implenda absolutè obligatione celebrādi, quæ suscepta est ratione muneris, sed insuper teneri celebrare in ijs occasionibus, in quibus Populus tenetur publicè recurrere ad Deum cum oblatione sacrificij & in publicis necessitatibus grauibus, pro gratiarū Actione alicuius publici Beneficij, & notabilis & huiusmodi.* Ratio est Dum quis suscipit munus sacerdotale suscipit etiam in se obligationem naturalem quam habet Populus colendi Deum per sacrificium, nam constituitur publicus minister ad offerēdum sacrificium pro Populo. Ergo quando Populus tenetur offerre Deo sacrificium de Iure naturali, tenetur etiam ipse tanquam ratione muneris exequutor huius obligationis. Tenetur autem Populus de Iure naturali in dictis occasionibus, quia naturalis ratio dictat, quod in grauibus necessitatibus sit recurrendum ad Deum, & illi exhibendum supremum obsequium, ad ipsum recognoscendum vt Deū, sicuti etiam idem dictat faciendum in gratiarum actionem pro aliquo insigni, & publico Beneficio.

8 Dices sufficere, si huic obligationi satisfiat per aliquos, qui offerant sacrificium, & tunc cæteros non obligari. Contra. per susceptionem sacerdotalis ordinis, nedum accipit potestatem offerendi, si requiratur, sed etiam suscipit obligationē communē populi, quam habet ad offerendum sacrificium, quam sibi appropriat, quia consentit, vt fiat publicus minister in ordine ad satisfaciendum huic obligationi siquidem, vt habetur ad Hebr 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt dona offerat & sacrificia*, vbi non dicitur, vt possit offerre, sed vt offerat: Ergo cum hæc obligatio sit facta propria, & personalis debet ab ipso personaliter impleri, ita vt nō extinguatur, si alij impleāt, quia personales obligationes non implentur, nisi per actiones proprias personales Confir. Dum in ordinatione mediāte sacramento recipit à Deo potestatem offerendi sacrificium interuenit tacitum pactum inter ipsum, & Deū, quatenus ipse suscipit manus publici ministri ad satisfaciendum obligationi populi, quam habet de Iure naturæ ad offerendum Deo sacrificium, & Deus ipsum acceptat in talem ministrum ad satisfaciendum pro dicta obligatione. Ergo ratione muneris suscepti remanet obligatus personaliter, & immediatè Deo ad satisfaciendum quoties de Iure naturali insurgit obligatio in populo, atque adeò debet per se ipsum personaliter satisfacere.

9 Dicendum 3. *In locis, in quibus sunt pauci Sacerdotes, aut in temporibus, in quibus est maior necessitas recurrendi ad Deum cum sacrificio, tenentur simplices Sacerdotes ratione muneris frequentius celebrare.* Hæc autem frequentia non potest determinari, quia potest requiri maior, vel minor, iuxta paucitatem maiorē vel minorem ministrorum, & iuxta maiores vel minores necessitates. Ratio est, quia Sacerdos ratione muneris, quod suscipit, suscipit etiam obligationem annexam muneri. Obligatio autem annexa muneri mensuranda est ex fine institutionis Sacrificij, & ex fine Ecclesiæ constituentis Sacerdotem publicum ministrum ad offerendum. Ergo cum finis sacrificij sit, nedum exhibere Deo supremum cultum, sed etiam obtinere effectus sacrificij, & communicationem fructuum Passionis Christi, tenetur Sacerdos ratione muneris cum illa frequentia offerre sacrificium, quæ sufficiat ad obtinendos cum sufficienti mensura, & congruo modo hos effectus; quia iam assumpsit obligationem cum munere ad se interponendum apud Deum cum sacrificio in ordine ad hunc finem, & ad hos effectus. Ergo quò pauciores erunt Sacerdotes, erit necessaria maior frequentia oblationis, vt sacrificia pertingant ad numerum congruum exigentiæ. Rursus si plures, & pauciores sint necessitates maior etiam erit exigentia sacrificiorum, & ideò frequentior debebit esse oblatio.

10 Ex dictis colligitur. Quod si contingat, aliquem Sacerdotem simplicem nūquam celebrare, vt licentiosius viuat, aut quia implicitus sit negotiis non decentibus statum sacerdotalem, & proinde, vt iis vacet, abstinere à celebratione, teneri Episcopum cogere ipsum ad celebrandum aliquoties in anno, vt obseruant Marchin. *de ordine tract. 4. part. 2. cap. 36. num.* 9. Thom Hurtad. *tom. 1. resol. moral. tr. 2. c. 7. resol. 39. §* 8 *n.* 397. Ratio est. Quia tenetur Episcopus tollere scādala, non potest autē esse sine scandalo, si quis, vt licentiosè viuat, desinat celebrare, aut vt negotijs non decentibus se implicet.

11 Secundo colligitur, an possit excusari à peccato mortali, qui per annum à suscepto sacerdotij. Ordine non celebrat. Posse enim excusari videntur affirmare Filliuc. *tract. 5. num.* 95. Franciscus Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 5. quæst. 1. num.* 11. Quia requiritur aliquod tempus ad preparationem, & ad addiscendos ritus, & cæremonias. Verum hoc non videtur admittendum; quia experientia constat, quod longè breuiori tempore apprehenduntur ritus, & cæremoniæ. & proinde ex hoc capite non est necessaria tanta dilatio; nec etiam ex parte præparationis spiritualis, quia potest quisque paucis diebus, ieiuniis, orationibus congruenter preparari. Vnde cum aliàs incipiat vrgere obligatio, quæ cum munere assumitur, statim ac munus est assumptum: quia vt dictum est, obligatio populi in ordine ad sacrificium transfunditur in Sacerdotem, non potest admitti tanta dilatio. Solum videtur posse admitti, quando Sacerdos ordinatus esset sanctitate vitę ita spectabilis, vt existimari posset, id prouenire ex speciali deuotione, vt scilicet cum singulari, & insigni præ paratione aggrederetur munus sacerdotale.

12 Tertio colligitur. An, sit absoluendus sacerdos, qui nunquam celebraret. Negant esse absoluendum Henriquez *lib. 9. sum. cap. 23. num. 2. in Com. litt. B.* citans Ledesma. 1. *par. 4. quæst. 23. ar.* 10. & Canon. Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 24 quæst. 1.* ver. *sed quæres* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 15. n. 5.* in fine. Reginal *in praxi lib. 29. cap. 9. sect. 4. quæst. 2. num.* 167. Vasquez *4. part. disp.* 232. *cap. 1. num.* 4. Et quidem peccare mortaliter iuxta opinionem firmatam, & proindè esse in statu peccati mortalis si non resipiscat, est dicendum. Atque adeò iuxta hanc opinionem non esse capacē absolutionis. Verum contra hoc obstat, quia tenetur confessarius se conformare opinioni probabili pœnitentis, & ipsum absoluere sequentem talem opinionem, vt communiter docent Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 2. art 5. ad* 5. Sanchez *lib. 1. sum. cap. 9. n.* 29. Montesin. 1. 2. *disp. 29. quæst. 4 num.* 199. Suarez *de pœnit. disp. 32. sect.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 62. *cap. 7. num.* 40. Merol. *tom. 1. resol. moral. disp. 3. cap. 4. num.* 45. Villalob. *par. 1. sum. tract. 1. difficul. 12. num.* 1. Salon. *2. 2. quæst. 63. ar. 4. controu. 2. conclus.* 4. Io. Sanchez *in selectis de sacram. disp. 33. n.* 54. Cum ergo quamplures teneant, quod non adsit aliqua obligatio in simplici sacerdotii ad celebrandum, etiam ex ijs Doctoribus, qui scripserunt post Concil. Trid. vt vidimus, & etiam

etiam plures, qui admittunt obligationem ſub mortali, putent opoſitam ſententiã probabilem, poteſt pœnitẽs ſe tueri, quod ſequatur opinionem probabilem, vnde non video, cur poſſit ipſi denegari abſolutio. Eſt tamen aduertendum, hoc ſolum habere locum, ſi nunquam celebraret abſque ſcandalo; nam ſi adeſſet ſcandalum, obligaretur Sacerdos ad ipſum tollendum, aut celebrando, aut aliquo alio modo, ſi tamen eſſet ſcandalum actiuum, quod certè non oriretur ex ſola omiſſione celebrationis, ſed ex modu viuendi Vndè ſi aliàs non præberet aliam occaſionem ſcandali; quàm abſtinendo à celebratione, itavt ex circumſtantijs abſtinentia huiuſmodi non eſſet ſcandaloſa, non eſſet de ſe ſcandaloſa, quia poſſet eſſe ex humilitate, & ideò tunc ſcandalum non eſſet ſeruandum iuxta doctrinan D.Th. 22.*quæſt*.43.*ar*.7.*&* Communem.

13 Quartocolligitur. Non eſſe aliquem damnandum, qui continuò abſtineret à celebrando ex humilitate reputans ſe indignum miniſtrum pro tanto munere, vt aduertunt D Thom. *in 4 diſt*.13.*quæſt*.1.*art*.2.*quæſt*.1. Durand.*quæſt*.2.*n*.2.Angel.*verbo* Miſſa *quæſt*.44. Syluester.*quæſt*.7.verſ. *Quartum* Tabiena *verbo*. Communicare *n* 15.D. Antonin.3.*part.tit*.13.*cap*.6.§. 12. in fine Marchin.*de ordine tract*.3.*par*.2.*c*.36.*n* 6. Thomas Hurtad.*tom*.1.*reſol. moral. tract*.2.*cap*.7.*reſol*.29. §.8.*n*.393. Ratio eſt. Quia habens huiuſmodi ſenſum de ſe ipſo poteſt ad eum implendum vti opinione, quæ nullum agnoſcit peccatum in totali omiſſione celebrationis, quæ vt dictum eſt, habetur pro probali etiam à nonnullis Doctoribus, qui præceptum defendat; vnde in virtute huius opinionis poteſt formare dictamen conſcientiæ, quod ſibi liceat abſtinere, & in tali caſu non ſolum non peccaret, ſed etiam exerceret actum virtutis.

QVÆSTIO 842.

An ſimplex Sacerdos teneatur in die feſto celebrare, ſi non adſit alius, qui celebret.

SVMMA.

1 *Simplex Sacerdos tenetur, celebrare in feſto de præcepto, ſi non adſit alius.*

2 *Non ratione obligationis charitatis.*

3 *Neque vt vitet notam infamia.*

4 *Sed quia tunc vrget obligatio miniſtri publici.*

5 *Obligatur etiam ſi non ſit de loco.*

6 *Si adſint plures Sacerdotes ſimplices, penes quem ſit obligatio.*

7 *Non deficit obligatio audiendi miſſam, ſit quocunque modo adſit, qui poſſit celebrare.*

1 DIcendum eſt. *Simplicem Sacerdotem teneri celebrare in die feſto de præcepto, ſi non adſit alius, qui celebret.* Ita Rodriquez *tom*.1.*ſum.cap*.247. *n*.6.Fernandez *par*.3.*Exam.Theol.moral.cap*.5.§.8.*n*.1. Franciſc. Lugo *lib*.5.*de ſacram.cap*.5.*quæſt*.1.*n*.15. qui vult teneri ex charitate vt ſuccurrat ſpirituali neceſſitati proximi, quia licet tunc populus non peccaret non audiens miſſam, priuaretur tamen ſpirituali fructu, quem ex auditione perciperet, pluribus forſam neceſſariò ad reparandas animæ vires.

2 Quæ tamen ratio omnino inualida eſt. Nam vt conſurgat obligatio charitatis ad ſuccurrendum, debet quis eſſe conſtitutus in graui neceſſitate, & neceſſitas debet eſſe nota. Priuari autem ſemel in feſto auditione miſſæ, non conſtituit populum in graui neceſſitate & ſi quis eſſet in tali neceſſitate, quod non eſt probabile, non conſtat de neceſſitate, vnde nullo modo poteſt ex charitate induci talis obligatio. Accedit etiam, quod vt quis obligetur ex charitate ſuccurrere alteri, debet eſſe in neceſſitate tali à qua ipſe non poſſit ſe eripere poſſet autem ſe eripere ab alia neceſſitate ratione cuius indigeret auditione miſſæ, aliis ſpiritualibus mediis, nempe oratione, eliciendo actus pœnitentiæ, & obſequij erga Deum, tum erga proximum, aut etiam pergendo ad alium locum ad audiendam miſſam.

Sed neque tenetur, vt vitet infamiæ notam, quam 3
ex charitate erga ſe ipſum tenetur vitare Nam huic periculo occurrere poteſt aliis modis. poteſt enim ſe fingere infirmum, aut aliquo impedimẽto impeditũ, quod non ipſi permittat celebrare, aut aliquo alio modo contendendo, quo ſi non celebrat, non ſit ex defectu voluntatis, ſed ex aliqua impotentia. Deinde poteſt etiam Sacerdos habere talem opinionem apud populum, quod nullam admirationem cauſet, ſi in tali caſu non celebret, nec aliquam nouam infamiam ſubeat.

Ratio ergo eſt. Quia ratione ordinis Sacerdotalis 4
eſt conſtitutus publicus miniſter populi in ordine ad offerendum ſacrificium, vt habetur ad Hæbr 5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum. vt dona offerat, & ſacrificia.* Ergo ratione muneris ſuſcepti tenetur offerre ſacrificium, quoties tenetur populus, itavt deficientibus deputatis Sacerdotibus obligatio deuoluatur ad ipſum; nam licet non obligetur quando adſunt alij qui ex ſpeciali titulo tenentur in hoc inſeruire populo dum tunc nullus adeſt, qui ſpecialiter ad hoc obligetur, & remanet tantum communis obligatio, quæ oritur ex munere, & proinde ad ipſum deuoluitur. Populus autem tenetur offerre ſacrificium ſuo modo, quoties ab Eccleſia iubetur intereſſe, quia omnes intereſſentes offerunt.

Et hoc extendendum eſt etiam ad Sacerdotem, qui 5
non eſſet de loco, in quo deficiunt deputati ad celebrandum, ſed tantum ibi contingenter reperiretur: nam ratione muneris Sacerdotalis non conſtituitur miniſter ad offerendum ſacrificium huius, vel illius populi ſed totius populi fidelis, quia fit publicus miniſter Eccleſiæ, quæ complectitur totum populum, fidelem, & ideo habet munus ſuum obligatum ad totum populum, atque adeò vbicumque ſit, ſi ibi contingat caſus, remanet penes ipſum obligatio offerendi ſacrificium, tanquam habentem munus proprium eidem quoque populo obligatum.

Hinc tamen oritur aliud dubium nempè, ſi contin- 6
gat adeſſe in eodem loco plures Sacerdotes ſimplices, penes quem ſit futura obligatio Reſp. Quod prius erit apud eum, qui magis pertinet ad cõmunitatem, aut quia ſit de loco, aut quia iam habeat ſuam operam in aliquo alio munere addictam cõmunitati, vt exerceret munus docendi, concionandi, &c. nam cum iſte aliquo modo pertineat ad communitatem, ratione huius nexus, obligatio prius conſurgit in ipſo, quam in cæteris. Si tamen omnes ſint æquales, & eodem modo ſe habeant obligatio erit æqualiter apud omnes, quia non erit maior ratio de vno, quam de alio, & ſe habebunt, ac quando plures inſolidum ſunt obligatio. Et ideò qui primus requireretur à populo, teneretur illi exhibere ſuum munus. Exhibente tamen vno proprium munus, extingueretur in cæteris obligatio, ſicut ſoluente vno debitum liberantur cæteri, qui ſunt debitores inſolidum.

Dices. Deficiente Miſſa, deficit etiam obligatio po- 7
puli audiendi, quia præceptum obligat ex ſuppoſitione, quod celebretur: Ergo ſi deficiant deputati ad celebrandum pro tali populo, deficiet etiam in populo obligatio. Ergo cum deficiat obligatio in populo non conſurget in Sacerdote ſimplici ad celebrandum Reſp. Deficiente abſolutà Miſſa, ceſſare obligationem au-

dicdi non autem, si deficiat ex defectu tantũ depotatorum; nam licet obligatio ad audiendum sit relatiua ad celebrationem, non est tamen coarctata ad celebrationem proprìorum Sacerdotum, alioquin si deficeret proprius Sacerdos in aliquo oppido, & solum plures aduenæ ibi in transitu reperti celebrarent, sequeretur, quod oppidum non teneretur audire missam, quod est valde absurdum. Non cessat ergo obligatio, quando adest, qui celebrat, quicumque ille sit, & ideo quando adest simplex Sacerdos, qui possit celebrare populus indiget, ipsius munere ad implendum præceptum, & ideo tenetur ipse impendere.

QVÆSTIO 843.

An Sacerdos simplex teneatur celebrare, vt impleat praceptum audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Sacerdes simplex an teneatur celebrare, & impleat praceptum audiendi Missam*, & num. seq.
2 *Praceptum audiendi Missam ad quid obliget.*
3 *Sacerdos tenetur offerre sacrificium etiam pro seipso.*
4 *Vnum correlatiuum non potest esse sine alio.*
Dispositum de vno correlatiuo est etiam dispositum de altero.
Praceptum audiendi Missam infert etiam praceptum celebrandi.

1 CAsus contingere potest, si non adsit, à quo audiat Missam, vel quia iam sint cælebratæ, quæ erant celebrandæ, vel ex aliquo alio capite, & ideò dubitatur, an tunc ex vi præcepti audiendi Missam teneatur ipse celebrare. Partem negatiuam tradit Fernandez *par. 3. exam. theol. moral. cap. 5. §. 8. n. 2.* Quia præceptum obligat solùm ad audiendam Missam, audire autem Missam & celebrare sunt diuersæ actiones, & ideò si cadit vna sub præcepto, non cadit alia, præsertim cum celebrare contineat onus longè grauiùs, & proindè ad ipsum non debet extendi præceptum. Alij verò sentiunt quod teneatur celebrare. Ita Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 247. num. 6.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 5. q. 1. n. 16.*

2 Dicendum. *Sacerdotes ex quocunque capite non possint diebus festis audire Missam, tenentur ex vi eiusdem præcepti celebrare, nisi aderit tale impedimentum, quod de se possit excusare ab audienda Missa.* Ratio est quia præceptum de audienda Missa non est de illa materiali auditione precum, quæ in ipsa recitantur, alioquin non satisfaceret præcepto, qui ita à longè assisteret, vt non audiret Sacerdotem sub missa voce legentem. Sed est de assistẽdo oblationi sacrificij, atque adeò de colendo Deo per oblationem sacrificij, & offerendo ipso sacrificio, itavt substantia rei præceptæ sit cultus Dei supremus, qui ipsi exhibetur in sacrificio, & hic cultus est ille qui cadit sub præcepto. Quod autem exhibeatur Deo hoc, vel illo modo, hoc est per publicum ministrum, aut per se ipsum, non cadit sub præcepto, nisi ad summum sub disiunctione, itavt non possit cadere modus exhibendi per modum cooperationis, qui interuenit in assistentia, nam alioquin Sacerdotes tenerentur ad hunc modum, nec satisfacerent præcepto dum celebrarent: ergo si Sacerdos non potest audire missam tenetur celebrare vt impleat præceptum. Conseq. Probatur. Tum etiam præceptum desinit obligare, quando fit impossibilis substantia rei præceptæ. In præsenti autem certè non fit impossibilis, nam adhuc potest Sacerdos exhibere Deo cultum supremum contentum in sacrificio

Confirm. Sacerdos ratione muneris nedũ debet, ac tenetur offerre sacrificiũ pro populo, sed etiã pro seipso vt habetur ad Hebr. 5. *Propterea debet quẽadmodũ pro Populo, ita etiam, & pro semetipso Hostias offerre pro peccatis.* Ergo cum teneatur offerre sacrificium vt Populus satisfaciat præcepto audiendi Missam, tenebitur etiam offerre, vt ipse satisfaciat, nam ratione muneris non minus sibi ipsi debet quàm debeat cæteris. Rursus, quia Populus tenetur diebus festis audire Missam tenetur etiam sibi prouidere de celebrante, ergo etiam Sacerdos cum teneatur audire Missa tenetur etiam tanquam vnus de Populo, tenetur etiam tanquam talis sibi prouidere, sicut tenentur cæteri: Ergo si non potest alio modo sibi prouidere, tenetur sibi ipsi exhibere munus Sacerdotale. 3

Confir. 2. Audire missam est correlatiuum ad celebrare, & quia correlatiua ita se habent, vt vnum non possit esse sine alio *l. filio §. Matri. ff De adim. leg.* fit quod si vnum est de necessitate, sit etiam alterum de necessitate Ergo eo ipso, quod Ecclesia in diebus festis præcipit audire missam præcipit etiam missam celebrari quia dispositum de vno correlatiuo est etiam dispositum de altero *l. fin ff. De accepti. & l si quis seruo. C. De fudis & l. 1. C. De transact.* & notant Euerar. *in Top. iur. loco à correlat. num.* 8 Anton. de S Blasio *tract. de correlat. tom. 10. tract.* & hæc extensio præcepti fundatur in eo, quod sacerdotes tenentur exhibere populo suum officium in offerendo sacrificio, quando ipse tenetur offerre, tenetur autem offerre quoties tenetur audire missam. Ergo sacerdos ex vi præcepti audiendi missam tenetur celebrare, si alio modo non possit audire, qui præceptum obligat etiam ad celebrationem, vt ad connexum, & correlatiuum. Et ex his solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ, nã constat, quod dum præcipitur auditio missæ præcipitur etiam celebratio, & ideo dato, quod contineret maius onus adhuc caderet sub præcepto. 4

QVÆSTIO 844.

An Episcopus pracipere possit sacerdotibus, vt diebus Dominicis, & festis solemnibus celebrent.

SVMMA.

1 *Episcopus admonere potest sacerdotes, quod Dominicis, & festis celebrent.*
2 *An teneatur sub mortali.*
Verba imperatiui modi non inducunt praceptum.
Quando inducunt praceptum.
3 *Episcopus an possit lege obligare sacerdotes, vt festis celebrent* & num seq.
4 *Episcopus potest sequi opinionem, quod sacerdos aliquoties in anno teneatur celebrare.*
5 *Ad Episcopum spectat curare obseruantiam diuinorum preceptorum.*
6 *Episcopus non potest lege sub mortali obligare sacerdotes, vt singulis festis celebrent.*
7 *Lex priuat libertate.*
Inducit quandam seruitutem.
Lex non potest imponi nisi sit necessaria.
8 *Ex causa potest Episcopus obligare singulos sacerdotes vt in festis celebrent.*
9 *Curare quid importet.*
10 *Potest Episcopus non cogere ad celebrandum qui se putat indignum.*
Subditus tenetur se conformare cum opinione electa à superiore.
11. *Episcopus potest cogere simplices sacerdotes ad celebrandum vbi est tantum vnus ex officio celebrans.*

Difficultas

1 Difficultas procedit non solum de simplici præcepto, sed etiam de lege, seu statuto iuxta facultatem, quam habet ad ferendas leges pro propria Diœcesi iuxta illud Actor. 20. *Posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Certum est autem, quod præstare hoc potest admonitionibus, exhortationibus, & alijs huiusmodi remedijs, imò etiam tenetur. Quia Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 4. de reform.* ipsis iniungit, quod curent vt Sacerdotes saltem in diebus Dominicis, & Festis solemnibus Missas celebrent Quia enim tenentur regere oues suas, tenentur etiam curare, vt Sacerdotes non sint segnes in exequendo proprio munere offerendi sacrificium. Et ideò Concil. decernit, quod Episcopus curare debeat, quod simplices Sacerdotes celebrent prædictis diebus, cum id spectet ad ipsorum munus

2 An autem teneantur Episcopi Id præstare sub graui obligatione, videtur negatiuè resoluendum, quia talis obligatio sub mortali non oritur, ratione muneris, quia ratione muneris non tenentur sub mortali curare, quod subditi præstent ea, ad quæ non obligantur; Sacerdotes autem simplices non tenentur ratione dispositionis Concilij, quia Concilium vtitur verbo, curet, quod habet vim Imperatiui modi. Verba autem Imperatiui modi non habent vim inducendi præceptum, aut absolutè, vt volunt Caiet. 2.2. *quæst. 186. art. 9 in solut. ad.* 2. Salon. *quæst.* 77. *art.* 1. *controu.* 8. Castro. *lib.* 10. *de lege pœn. cap.* 5. *dicum* 4 Carbon. *de legib. lib.* 7. *disp* 4 in fine, Vasquez t. 1. *disp.* 158. *cap.* 3. *num.* 24. & desumitur ex Clem. *Exiui* §. *Item quia vet. nos itaque de verb. significat.* Vbi Pontifex habet, quod verba imperatiui non continent præceptum, nec ei equipollent. Aut saltem tunc solum importat præceptum, quando materia est magnæ necessitatis, & momenti, vt volunt Bruer. *in cap. nam concupiscentiam* in fine, *de constit.* Abbas *num* 4. Felin *num.* 8. vers. *de aliquibus.* Imola *num.* 10. Euerard. *in Top. iur. loco ab equipollen. nu.* 11. Tabiena. *verbo.* Lex *numero* 29. Angelus *num.* 3. Armilla *num.* 4. Syluester *verbo.* Præceptum *quæst* 2. Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 4. *num.* 39. Non est autem, magnæ necessitatis, & momenti quod Episcopi curent, quod simplices Sacerdotes celebrent dictis diebus; tum quia ad hoc non tenentur sub graui obligatione ex proprio munere; tum quia non est admodum necessarium, siquidem vt plurimum Sacerdotes simplices, etiam frequentiùs offerunt sacrificium. Accedit etiam, quod praxis ita interpretatur dispositionem Concilij, quod non obliget grauiter.

3 An autem possit Episcopus etiam lege obligare, aut præcepto Sacerdotes simplices, vt in diebus Dominicis, & Festis solemnibus celebrent, affirmant Marchin. *de sacram ordin. tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 36. *num.* 1. vt citat Hurtad mox offerendus, sed Marchinos non loquitur in hac generalitate; sed solum quoad Festa solemniora. Thomas Hurtad. *tom.* 1. *resp moral. tract.* 2. *cap.* 7. *resol.* 19. § 7. *n* 389. Dicit autem *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 1. *n.* 21. solum dicit Episcopũ cogere posse ad celebrandum. Fundamentum est, quia Concil. monet Episcopos, vt curam habeant, quod Sacerdotes simplices dictis diebus celebrent, curam autem habere est curare, vt satisfaciant suis obligationibus. Vndè si obligantur potest Episcopus determinare hos dies pro adimplenda obligatione, & ideò in collectan. *ad Concil. Trid. ex Bibliot. Bellar. in obseruat. doctrinæ* verbo. *Curet,* habetur, quod Sacerdotes tenentur diebus Dominicis & aliis Festis celebrare. Confirm. quia Concil. Prouinciale Mediolanense 2. *tit. de frequenti diu. sacr. cbiat.* præcepit omnibus Sacerdotibus, vt diebus Dominicis, & reliquis Festis celebrarent.

4 Dicendum 1. *Posse Episcopum ferre legem, aut præcepto obligare Sacerdotes, vt Festis solemnioribus celebrent.* Vnde si quis in hoc negligens sit, potest particulari præcepto cogere. Ratio est, quia quod simplex Sacerdos teneatur aliquoties in anno celebrare de iure diuino est saltem probabilior opinio: Ergo cùm Episcopus polleat potestate legislatiua, poterit sequendo hanc opinionem ferre legem, quæ determinet hanc obligationem ad dies Festos solemniores, quia potest Ecclesia determinare tempus adimplendi præcepta diuina, quæ Christus reliquit indeterminata.

5 Dices. Cum præcepta diuina sint communia omnibus fidelibus, spectare ad solum Pontificem determinare tempus, & ad hoc manus apponere. Contra, nã etiam ad Episcopum pertinet curare, quod in sua diœcesi impleantur diuina præcepta, & cum ipsi impositum sit à Concil Generali Trid. confirmato à summo Pontifice, quod curet Sacerdotes celebrare diebus Dominicis, & Festis solemnioribus, potest in hac materia saltem ferre legem, quæ determinet obligationem, quam de iure diuino habent Sacerdotes, quia in hoc non excedet id, quod ei à Concil. est impositum.

6 Dicendum 2. *Regulariter non potest Episcopus ferre legem obligantem sub mortali ad celebrandum singulis diebus Dominicis, & festis seclusa causa.* Hæc desumitur ex declaratione S. Congregat. *in collect. ex Bibloth. Bellar. ad cap.* 14. *de reform. sess.* 23. quæ ita habet. *Episcopus cum suis Presbyteris agat exhortationibus, & monitionibus, vt celebrent diebus Dominicis, & Festis, non censuris Ecclesiasticis, quia non curati non tenentur, nec agat pœnis,* si igitur S. Congregat. vult, quod solùm admonitionibus, & exhortationibus procuret celebrationem pro singulis diebus Dominicis, & Festis, consequenter non vult, quod ferat legem præsertim cum censuris, & pœnis.

7 Ratio autem est. Quia non potest ferri lex, nisi sit necessaria pro communitate, nam imponit onus libertate priuans, constringens vitas hominum, vt habetur ex *l. Leges sacratissimæ C. de legib.* & inducit quandam seruitutem, quæ morti comparatur, *l. Seruitutem. ff. de reg. iur.* & *l. Libertas. ff. de statu hominum,* & proinde non potest imponi absque iniusto grauamine nisi sit necessaria pro bono communitatis. Ex quo fit, quod inter conditiones essentiales vt lex subsistere possit, fit, quod sit necessaria, vt desumitur ex cap. *Omnia dist.* 1. & ex Cap. *Erit autẽ dist.* 2. vbi Glos. *verbo* Necessaria & tradunt communiter cũ D. Tho. 1. 2. q. 95. *art.* 2. & 3. Medina Vceiget *ibid.* Vasquez *disp.* 155. *cap* 1. *n.* 16. Ergo cum non sit necessarium, quod singuli simplices Sacerdotes celebrent omnibus Festis, & diebus Dominicis, non poterit eos aggrauare mediante lege, vt celebrent Quod non sit necessarium constat, quia non est necessarium, vt satisfaciant propriæ obligationi, cum non teneantur crebrò celebrare; nec vt satisfaciant indigentiæ fidelium, quia non adest talis indigentia, cùm præsertim diebus Festis adsit abundans numerus sacrificiorum offerentibus ad id obligatis, religiosis, & sæcularibus vt plurimum.

8 Dicendum 3. *Ex rationabili causa potest Episcopus obligare simplices Sacerdotes ad celebrandum singulis diebus Dominicis, & Festis.* Rationabilis autem causa esset penuria Sacerdotum, publica aliqua necessitas, quæ exigeret Deum speciali modo placari, & supplicari, aut quæcumque alia ratione cuius Populus indigeret adeò frequenti oblatione Sacerdotum. Ratio est Quia Sacerdos eo ipso, quod est Sacerdos habet munus suum addictum Populo iuxta illud ad Hæbr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, vt dona offerat, & sacrificia pro peccatis:* ergo si adsit causa rationabilis exigens oblationem, ita frequenter poterit Episcopus lege, aut præcepto constringere Sacerdotes ad offerendum, quia potest constringere ad implendum munus proprium, nedum secundum mensuram obligationis diuinæ

uinæ, & naturali, sed etiam indigentiam eorum, quibus habent munus suum addictum. Indigentia enim communis, facit, quod materia legis sit necessaria pro communitate, & consequenter, quod cadat sub obligatione legis.

9 Ad fundamentum in oppositum resp. quod curam habere nedum refertur ad id, quod cadit sub obligatione, sed etiam ad ea, quæ expediunt præsertim in ordine ad communitatem. Et ideò ex eo, quod Concil. velit curent, quod Sacerdotes celebrent singulis diebus Dominicis, & Festis non fit quod teneantur, vt non rectè dicitur in cit. *Obseruat. doctrina*, sed solum, quod sit expediens tum ipsis Sacerdotibus, tum toti communitati fidelium, & proinde Concil. id desiderans, imponat Episcopis, vt id curent adhortando, monendo, vt habet declaratio allara *n.6*. Ad confirm. resp. quod Bonac. *disp.4. de sacram. quæst. vlt. punct. 7. num.7.* vers. *Existimo tamen*. Illud præceptum Concil. prouincial. 1. non videri vsu respectum cum tanto rigore, & subdit, quod congregatio pœnitentiaria Mediolanensis ipso consulente censuit, quod qui sex, aut septem diebus festis non celebrasset singulis annis non esse reum peccati mortalis. Deindè dum ita Concilium sanxit, dicendum est, quod motum fuerit ex aliqua rationabili causa, ob quam duxerit necessarium ferri huiusmodi Legem, quę fuit negligentia Sacerdotum in celebrando, & consequenter indigentia Populi maioris frequentiæ sacrificiorum.

10 Ex dictis colligitur Quod si aliquis Sacerdos ex humilitate nunquam celebraret reputans se indignum & sequens opinionem, quod non teneatur, poterit Episcopus, quando ipsi constet, quod hæc causa sit cura, eam admittere, & non cogere ad celebrandum, vt aduertunt etiam Marchin. *de sacram. ordin. n.3. p.2. cap.36. n.6.* Thom. Hurtad *p.1. resol. mor. n.2. cap.7. resol.29. §.8. n.393.* Quia poterit tunc Episcopus se conformare illius opinioni. Verum adhuc poterit ipsum cogere ad aliquoties in anno, aut etiam secundum indigentiam populi celebrandum. Nam pertinet ad ipsum eligere opinionem, qua vtatur in ordine ad regimen externum, & tunc subditus tenetur se conformare cum opinione electa à superiore, vt docent cõmuniter Nauar. *lib.3. de rest. cap.3. n.239.* Valent. *tom.3. disp.7. quæst.3. pun.3. vers.3. sequitur* Vasq. 1.2. *disp.62. c.6.* Montesin. *disp.19. quæst.5. §.4. n.189.* Medina *quæst.29. art.5. & 6.* Salas *tract.8. sect.8. n.36.* Tabiena *verbo* Conscientia *n.4.* vers. *Si verò* Sylnester *quæst.4.* Sanchez *lib.1. sum. cap.3. n.6.* Corduba *in quæst.* Sanchez *lib.3. quæst.9.* Laiman. *lib.1. Theol. moral. tract.1. cap.2. §.2. n.11.* Sayr *lib.1. Clauf. reg. cap.12. n.6. de iust. & iur. disp.50. n.9.* Palaus *p.1. disp.2. punct.6.* Perez *in Laur. salam. certam.10. Scholas. n.115.* Villalob. *p.2. sum. tract.1. difficult.11. n.3.*

11 Colligitur secundò. Quod si in aliquo oppido sit vnus tantum Sacerdos, qui teneatur celebrare diebus Festis & adsint alij simplices Sacerdotes, poterit Episcopus eos cogere ad celebrandum diebus Festis. Ratio est, quia scilicet indigentia populi eo, quòd difficile sit, quod omnes ead. hora conueniant ad audiendam missam & ideò cum Sacerdotes habeant ratione ordinis munus suum addictum populis, poterit Episcopus eos cogere, vt impendant officium suum populo offerendo sacrificium, vt absque difficultate possit implere præceptum audiendi Sacrum. In tali tamen casu tenebitur Populus aliquid contribuere iis Sacerdotibus pro substentatione, quia cum ministrent populum æquum est, quod accipiant aliquid pro substentatione.

Quæstio 845.

An, & quando Sacerdotes regulares teneantur celebrare.

SVMMA.

1 *Regulares quando teneantur celebrare.*
2 *Monachi nigri tenentur de iure semel in mense celebrare.*
3 *Obligatio Regularium ad celebrandum ex eorundem Constitutionibus pendet.*
4 *Ex natura rei maior obligatio celebrandi in Religiosis, quàm in sæcularibus.*
5 *Superior an possit obligare Religiosos ad frequentiùs celebrandum, quàm præscribant Constitutiones.*
Superior non potest se ingerere in eo, quod determinauerunt Constitutiones.
6 *Acceptis stipendiis missarum pro liberaliori victu possunt obligari subditi ad satisfaciendum.*
7 *Religiosi tenentur satisfacere oneribus missarum Conuentus.*

Ratione muneris Sacerdotalis non teneri celebrare, nisi eo modo, quo tenentur Sacerdotes sæculares certum omnino est. Quia cùm sit idem munus, non infert diuersam obligationem. Solum difficultas est, an ex eo, quod Regulares sint, habeant maiorem obligationem. Resp. autem, Thomas Hurtad. *tom.1. resol. moral. tract.2. cap.2. n.23.* Quod si Religio accipiat stipendia missarum, quibus regulares alantur, tenentur quotidie celebrare, itavt non possint omittere sine expressa licentia superiorum, quia constituuntur veluti Capellani eorum, qui stipendia elargiuntur; addit tamen semel, aut bis posse omittere sacrificium, & hoc limitat, dum sunt in Conuentu, quia tunc solum substentantur à Conuentu. Si verò religio non recipiat missarum stipendia, si vigeat obseruantia, & vigor regulæ, tunc saltem omnibus diebus Festis & Dominicis, & duplicibus tenetur celebrare ad tollendum scandalum, quod aliàs in communitate oriretur, cum celebratio sit ex præcipuis, quæ attenduntur in communitate obseruanti; & ideò si omitteretur, posset quisque sine temeritate iudicare, quod omittens haberet conscientiam peccati mortalis. Si verò non vigeat obseruantia, non tenebuntur adeò frequenter celebrare, quia non aderit scandalum. Frequentius tamen, quàm teneantur Sacerdotes sæculares. Hæc tamen patiuntur plures difficultates, & de nonnullis ex dicendis constabit. 1

Alij autem docent, quod Regulares sacerdotes proprijs constitutionibus de iure communi tenentur celebrare saltem semel in mense. Ita Tamburin. *de iure Abbat. tom 2. disp.5. quæst.5. num.3.* Garzia *in summ. tract.3. difficult.2. dub.1. num 20.* & prob. ex Clem. *Ne in agro §. sanè. De statu. monach.* Verùm ex hoc non colligitur. Primò quia disponit tantum de Monachis provt distinguuntur à cœteris regularibus nam tota dispositio illius Clement. est circa ea, quæ in monachis indigebant reformatione; imò nec procedit de monachis omnibus, sed solum de nigris, vt constat ex proemio, ibi, *Sacra videlicèt monachorum religione.* Rursus neque eos obligat ad celebrandum semel in mense, sed tantum ad sumendam communionem, nempè prima Dominica mensis. Vndè ex vi huius dispositionis possent omittere celebrationem, & sumere Eucharistiam. 2

Obligatio, ergo regularium ad celebrandum metienda est ex Constitutionibus vniuscuiusq. religionis, quia cum hæc sit specialis ipsorum, ex specialibus legibus oriri debet, & proinde erit sub culpa, vel absq; culpa, 3

culpa, prout Conſtitutiones ipſæ obligant; neque enim onus maius inducendum eſt, quàm inducant Religionis Conſtitutiones. Solum aliquamdo per accidens contingere poteſt quod in celebrando iuxta præſcriptum Conſtitutionum, ſi notabiliter deficiant, mortaliter peccent ratione ſcandali quod an ſequatur, an nun, in vnoquoque caſu particulari diiudicandum eſt. & hoc nedum in ordine ad cæteros religioſos eiuſdem familiæ, ſed etiam in ordine ad reliquos. Quod ſi Conſtitutiones nihil præſcribunt, attendenda erit conſuetudo, quæ erit accipienda tanquam interprætatiua obligationis.

4 Eſt autem aduertendum, quod ex natura rei eſt maior obligatio celebrandi in religioſis quam ſit in ſacerdotalibus ſæcularibus. Tum quia tenentur tendere ad perfectionem atque adeo adhibere medium ſacrificij tanquam potens ad ipſam perducere. Tum quia aluntur à ſecularibus, aut eleemoſinis exhibitis, aut prouentibus collectis, & ideo ex hoc capite tenentur frequentius ſuum officium exhibere Tum quia ſunt ſpecialiter addicti cultui diuino exercẽdo, & ideo exercere debent cultum ſacrificij tanquam præcipuum, & maximum. Et hæc obligatio vrget præcipuè in diebus feſtis, cum in ipſis teneatur populus audire miſſam, & offerre ſacrificium Deo. Et hæc obligatio habet locum etiam quoad Religiones, in quibus non vrget obſeruantia, nam in ipſis quoque militant eædem radices obligationis.

5 Si autem religio accipiat ſtipendia pro miſſis, ſi nõ ſint neceſſaria pro ſubſtentatione religioſorum non poterit ſuperior obligare ad frequentius celebrandom, quam præſcribunt Conſtitutiones, nec accipere plura ſtipendia, quam ſint miſſæ celebrandæ iuxta Conſtitutiones, niſi religioſi conſentiant. Secus autem ſi ſtipendia plura ſint neceſſaria pro ſubſtentatione. Ratio eſt. Quia enim conſtitutiones manum appoſuerint in determinanda obligatione ad celebrandum, non poteſt ſuperior tanquam inferior ſe ingerere augendo frequentiam oblationis Cap *vt noſtrum. De appellat.* & per ea quæ tradunt Couar. *cap. 9. pract. quaſt.* 4. Innoc. *in cap. cum M. ferrarienſis. De conſtit.* Bald. *in cap. 2. §. hac de pace Iuram. firm.* & *in l. ſicut proponis. 1. C. Quem & quar. vid.* Salicet. *conſ.* 9. *num.* 1. *l.* 3. Alban. *conſ.* 73. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 101. *num.* 4. Valaſc. *conſult.* 105. *num.* 63. Si tamen plura ſtipendia ſint neceſſaria pro ſubſtentatione. poterit obligare ad celebrandum etiam quotidiè, quia Religioſi tanquam membra communitatis, debẽt cooperari ad procuranda neceſſaria pro communi ſubſtentatione eo modo, quo per Conſtitutiones licet, atqueadeo offerre ſacrificium, vt ſatisfiat dantibus ſtipendia pro miſſis.

6 Ex his colligitur. Quod ſi ſuperior acciperet plura ſtipendia miſſarum, vt liberaliori modo ſubſtentaret religioſos, dummodo tamen non excederet terminos religioſæ ſubſtentationis, & præfixos à Conſtitutionibus, & ſtatutis, tenerentur religioſi celebrare, vt ſatisfieret obligationibus Ratio eſt. Quia ad ſupperiorem ſpectat moderari ſubſtentationem communem, & diſponere, prout congruum iudicaueri, è contra verò tenentur religioſi celebrare ad ſatisfaciendum pro ſtipendijs acceptis in hunc finem, & ideò tenentur frequentius celebrare, quàm præſcribant Conſtitutiones, ſi opus ſit.

7 Hæc autem, quæ dicta ſunt, locum habent regulariter loquendo, ſeclusis oneribus, quæ aut Eccleſijs, aut ex libera acceptatione ſuſcepta ſunt. Nam Religioſi Conuentus tenentur his omnibus ſatisfacere, & proindè frequentius celebrare, ſi opus ſit, quam Conſtitutiones præſcribant. Nam hæ obligationes ſunt cõmunes totius Conuentus & proindè redundant in omnes qui poſſunt ſatisfacere, & ſunt membra Conuentus, vt etiam alibi dictum eſt.

QVÆSTIO 846.

An ſuperiores regulares obligare poßint, ſubditos pracepto ad celebrandum quotidie.

SVMMA.

1 *Superior Regularis an poßit imponere preceptum de quotidie celebrando.*

2 *Preceptum additum legi illam ſubſtantialiter alterat.*
Qualitas precepti adueniens legi illam reponit in alia ſpecie.

3 *Superior non poteſt addere preceptum conſtitutionibus non obligantibus ad culpam.*

4 *Preceptum contrariaretur fini conſtitutionum.*
Quando attenditur finis, non refert quid ex equipollentibus fiat.
Prohibitum per viam legis eſt etiam prohibitũ per vniuerſale preceptum.

5 *Superior non poteſt ſub cenſura cogere ſubditos ad quotidie celebrandum.*

6 *In caſu particulari poteſt Superior cogere Subditos precepto ad celebrandum ex graui tamen cauſa.*

POſſe Superiores regulares imponere præceptum Subditis celebrandi quotidiè, affirmat Thomas Hurtad *tom. 1. moral. reſol. tract. 2. cap. 2. reſol. 3. init.* Quia præceptum eſſet de re licita, & honeſta, & conducente ad communitatis bonum & ad rectum regimẽ regulare. Subdit tamen quod non poſſint huic præcepto adnectere excommunicationem, aut aliam cenſuram ſibi reſeruando abſolutionem. 1

Tenendum tamen eſt. *Quod Superior non poſſit imponere preceptum Subditis, quod celebretur quotidiè etiamſi conſtitutiones preſcriberent, quod celebrarent quotidiè.* Ratio eſt. Quia adiungere præceptum eſt alterare ſubſtantialiter obligationem legis, ſeu conſtitutionis præſcribentis celebrationem, nam eſt facere, quod lex quæ antea non obligabat ſub mortali annexam habeat obligationem ſub mortali. Hoc enim non poteſt facere Superior quia eum non habeat facultatem ferendi leges; neque abrogandi, neque etiam poteſt alterare earumdem obligationem, ſicut alteraret præceptum Qualitas enim præcepti adueniens reponeret obligationem in alia ſpecie Cap. *Cum Martha de celebrat. Miſſ.* & Cap. *Statutum de elect. in 6.* & *l. ſicut ff. de leg. 3.* ac per ea, quæ tradunt Alex. *in l. 2. §. 1. qmis ſimpliciter. ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in l. ius autem ff de iuſt. & iure* Hyppolit. *ſingul.* 510. verbo. *Qualitas* Felin. *in cap. Nonnulli n. 102. de reſcript.* 2

Et hoc à fortiori locum habet ſi diſponatur, quod conſtitutiones non obligent ad culpam, quia tunc mens legiſlatoris clarè conſtat, quod nolit ad culpam obligare, & proinde remanet prohibitum Superioribus inducere generalẽ obligationem ad culpam, quoad ea, quæ concernunt conſtitutiones, & regularem obſeruantiam, quod enim nolunt leges, remanet prohibitum ſubditis legibus, quales ſunt Superiores regulares, qui ſubduntur conſtitutionibus Et ideo ſi obligarent ad culpam mediante præcepto generale, facerent contra mentem legiſlatoris, & inducerent in ſubditos illam obligationem, quam lex fundamentalis non vult induci, & proinde nulliter procederet, quia hoc non eſt ex illis, quæ licet prohibita, facto tamen tenent, ſiquidem iſta prohibitio aufert facultatem obligandi ad culpam. Cùm enim Superior regularis non habeat, niſi illam facultatem, in ſubditos, quam illi tribuunt conſtitutiones, ſi autem conſtitutiones nolũt ſubditos obligari ad aliquam culpam, nec etiam 3

L tribuunt

tribuunt facultatem, ad obligandum, & ideò defectu facultatis nulliter procedet.

4 Nec dici poteſt, quod conſtitutiones nolint ex vi legis obligari ad culpã. ſecus autẽ ratione præcepti, quia ſi præceptum ſit vniuerſale, quoad inducendam obligationem, & illaqueandas conſcientias equipollet legi, & proinde contrariatur fini conſtitutionum, quæ volunt, quod non ligentur conſcientiæ ſubditorum. Quando autem attenditur finis, nihil refert quicquid ex æquipollentibus fiat *l. 3. C. de inſtit & ſubſtit.* & *l. fin. C. de do at. quæ ſub mo.* & *l. Mulier ff* Ad Trebel & cum prohibitum ſit ſuperioribus per viam legis obligare ſubditos ad culpam, non erit permiſſum obligare per præceptum *l ſcire oportet §. ſi mater, ff. de tut. dat.* & *l. 2. §. Liberi ff. de bonor. poſſeſſ. con. tab.* & Cap. *Tuæ de procurat.* & Cap. *Cum quid vna de reg. iur. in 6.*

5 Et à fortiori ſequitur, quod neque præcipere poſſint ſub aliqua cenſura, non ſolùm quia, vbi præceptum non habet locum, nec etiam habere poteſt cenſura, verum etiam, quia, vt rectè aduertit Hurtad. *tom. 1. reſol. moral. tract. 2. cap. 2. reſol. 3. n. 29.* non eſt ex illis delictis, quæ reſeruari poſſunt iuxta Decretum Clem. VIII. *De caſ. reſeruat.* dato, quod locum haberet præceptum. Nam in hac materia non refert, quod reſeruetur peccatum, aut cenſura ſola, quia ratione cenſuræ remanet indirectè reſeruatum peccatum, & cogitur ſubditus recurrere ad ſuperiorem, quod eſt illud, quod non vult Pontifex. præterquam in caſibus ab ipſo aſſignatis, vt conſtat ex Prœmio Decreti, vbi conſiderat Pontifex, quod nonnulli reformidantes maculas conſcientiæ aperire ſuperiori, poſſunt adduci in periculum damnationis æternæ, non vult teneri, niſi in caſibus ab ipſo deſignatis.

6 Ex dictis colligitur Quod ſolum in aliquo caſu particulari poterit ſuperior adſtringere præcepto ſubditos ad celebrandum, quando aliàs recuſarent, quia tunc vti poterit poteſtate; quam habet præcipiendi in virtute ſanctæ obedientiæ, cum agatur de re, quæ concernit regulam, poteſt enim, ſi opus fuerit præceptis, & aliis viis coactiuis conſtringere ſubditos quoad ea, quæ regulam concernant. Vt tamen poſſit imponere præceptum, neceſſe eſt, quod concurrat grauis, & rationabilis cauſa, quæ faciat, quod præceptum ſit neceſſarium, quia non ſunt ſubditi ex leui cauſa aggrauandi præceptis.

QVÆSTIO 847.

An Epiſcopi teneantur quotidie celebrare, vel ſaltem audire Miſſam.

SVMMA.

1 *Epiſcopi, & alij prælati an teneantur quotidiè celebrare, aut audire Miſſam,* & ſeq.

Vnde videatur deduci obligatio.

3 *Non inducenda obligatio, niſi de ea conſtet.*

Verbum Decet *dicit conuenientiam.*

4 *Epiſcopi, & ceteri prælati tenẽtur frequẽtius celebrare.*

5 *Habent ſpeciali modo ſuum munus addictum populo.*

6 *Pontifex cur diſpenſauerit cum Epiſcopis ſuper Altari viatico.*

7 *Abbates, &c. quibus non incumbit cura animarum, non tenentur frequentiùs celebrare.*

8 *Prælati quibus incumbit cura animarum, tenentur aliquando pro ſuis ouibus celebrare.*

5 Eadem eſt ratio de cœteris Superioribus Prælatis & etiam de inferioribus ordinariis. Aliquam autem obligationem celebrandi, aut ſaltem audiendi Miſſam agnoſcit Thomas Hurtad. *tom. 1. reſol. moral. tract. 2. cap. 6. reſol. 21. n. 277.* quam colligit ex Cap. *Quoniam, de priuil. in 6.* vbi indulget Epiſcopis, quod vti poſſint altari portatili, vt quotidie celebrare, aut Miſſam audire poſſint, & addit rationem, dicens *ſine qua* (omiſſa) *eos tranſire non decet abſque rationabili cauſa vllam diem*, quibus ſignificat decentiam fundatam in obligatione. Licet enim verbum *decet* importet ſolùm conſilium, & honeſtatem, præmiſſa tamen negatione, nempè *non decet* dicit obligationem. Confir. Si non adeſſet aliqua obligatio, non diſpẽſaſſet Pontifex in præcepto grauiſſimo celebrandi extra Eccleſiam, quia non adfuiſſet ſufficiens motiuum, & concludit, quod ſi ſine rationabili cauſa non celebret, aut non audiat Miſſam, peccet ſaltem venialiter, & ſi multum ſit negligens, etiam mortaliter propter ſecundum ſcandalum & virtualem contemptum.

Communis tamen ſententia docet. Quod non teneantur Ita Nauar. *in Manuali cap. 21. n. 1.* Syluester *verbo.* Miſſa 2. *quæſt. 1.* verſ. *Dicitur tertiò.* Tabiena *numero 46.* Angel. *n. 57.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap 4. quæſt. 3.* Facundez *præcept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. num. 11.* Roſella *verbo.* Miſſa, *num. 13.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg. 24. n. 1.* & *de vniuerſo iure lib. 1. cap. 10 n. 38.* Riccius *in praxi aurea reſol. 203. n. 6.* Squellante *de obligat. Epiſcop. part. 3. cap. 4. n. 21.* 6

Dicendum eſt. *Epiſcopos, cæteroſque Prælatos Superiores, aut inferiores ordinarios non teneri aut quotidie celebrare, aut quotidie audire Miſſam.* Ratio eſt. Quia non debet induci aliqua obligatio præſertim ſub mortali, niſi de ea conſtet, & rei claritate compellamur, vt ait D. Thom. *quod lib. 9. art. 15. in corpore.* Ex nullo autem capite conſtat de huiuſmodi obligatione, nã verba, *non decet* in quibus eam fundat Hurtad. non poſsũt importare obligationem. Nam verbum *Decet* importat tantum conuenientiam, non autem aliquam obligationem, & ideo *Non decet*, tanquam contradictorium importabit ſolam negationem decentiæ: vnde ſicut ſi Pontifex dixiſſet in Cap *Quoniam. de priuileg. in 6.* quod decet Epiſcopum quotidie dicere aut audire Miſſam. ſignificaſſet ſolam conuenientiam, ita dum dixit, quod non decet tranſire ſine Miſſa, ſignificat ſolum negationem eiuſdem decentiæ, quatenus ſi tranſit ſine Miſſa, non adſit illa decentia, quæ alioquin adeſſet. 7

Dicendum 2. *In Epiſcopis cæteriſque Superioribus Prælatis, & inferioribus ordinariis adeſſe maiorem obligationem celebrandi frequentius, quàm ſit in ſimplicibus Sacerdotibus.* Quanta autem ſit, ſi eſt determinanda ex circumſtantiis, nam poteſt eſſe maior in vno, quam in alio. Quod autem dictum eſt, valet, ſi habeant actualem curam animarum, non autem ſi ſint Titulares, aut adminiſtrationi renunciauerint. Ratio, eſt quia non ſolum tenentur celebrare ratione muneris Sacerdotalis ſed etiam ratione muneris paſtoralis, quatenus enim Paſtores ſunt, habent munus ſuum ſpeciali modo addictum populo, cuius conſtituuntur Caput, & ideò obligatio populi ad offerendum Deo ſacrificium debet ſpeciali modo impleri in capite tanquam in principali mediatori inter Deum, & populum, & tanquam in eo, in quo apud Deum repreſentatur populus. Rurſus ſi quilibet Sacerdos ratione muneris eſt conſtitutus vt offerat ſacrificia pro populo, vt habetur ad Hæbr. 5. maior obligatio erit in dictis Prælatis, qui ſunt ratione paſtoralis muneris ſpeciali modo addicti ſeruitio ſpirituali populi, & ſunt vniuerſales, & proprij Sacerdotes. 8

Confir. Sacerdotes ſimplices habent ſuum munus addictum populo ſolùm ratione ordinis Sacerdotalis, & ideò tenentur offerre ſacrificium aliquoties in anno, & iuxta populi neceſſitatem. Epiſcopi autem, & cæteri Prælati habent addictum tum ratione dignitatis, & ordinis Epiſcopalis, tum etiam ratione, prouentuum, quos è populo obtinuerunt: ergo ſpeciali titulo 9

titulo teneotur inſeruire populo in iis, quæ ſunt ad Deum, atque adeò io exhibendo ſupremo cultu per ſacrificium.

6 Fundamentum oppoſitæ ſententiæ ſolutum manet ex dictis *numero* 3. vbi oſtenſum eſt quomodo verba *Non decet* non ſupponant obligationem. Ad confirm. Pontificem diſpenſaſſe cum Epiſcopis, vt celebrare poſſint extra Eccleſiam, aut facere celebrare, reſpiciendo ad maximam decentiam, quod Epiſcopus quotidie aut offerat ſacrificium per ſe immediate, aut ſaltem per alium & ad neceſſitatem diuini auxilij, quo continuo indiget pro rectè obeundo munere ſuo, quod fuit ſufficientiſſimum motiuum ad diſpenſandum.

7 Ex dictis colligitur Abbates ſæculares, qui non habent curam animarum cœteroſque Prælatos ſæculares, quibus item non incumbit cura animarum, non teneri frequentius celebrare, quam teneantur ſimplices Sacerdotes, vt aduertit etiam Tamburin. *tom.* 2. *de iure Abbat. diſp.* 5. *quæſt.* 5. *n.* 4. quod tamen intelligi debet dummodò non habeant beneficium cum aliquo onere celebrandi. Ratio etiam Quia dignitas Prælaturæ non inducit de ſe obligationem aliquam celebrandi, quia hæc non oritur, niſi ex munere Sacerdotali, ex cura animarum, aut aliquo onere iniuncto. Et proinde idem dicendum eſt de Epiſcopis titularibus, & de iis, qui renunciauerunt Epiſcopatui Quia hi habent ſolam dignitatem non autem adminiſtrationem muneris Epiſcopalis & ideò ceſſat illa obligatio, quæ ex hoc capite oriretur.

8 Colligitur 3 Prælatos omnes, quibus incumbit cura animarum teneri aliquoties celebrare pro ſuis ouibus offerendo ſacrificium pro ipſis, vt inter alios aduertit Garzia *in ſumm. tr.* [illegible] 3. *diff cul.* 2. *dub.* 2. *numero* 1. aliàs non ſatisfaciunt muneri proprio Cùm enim ratione muneris Sacerdotalis teneantur offerre ſacrificium pro populo iuxta illud ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt dona efferat, & ſacrificia pro peccatis,* hæc obligatio ratione muneris paſtoralis ſpeciali modo trahitur ad oues proprias, quia ratione talis muneris fiunt Paſtores ſpeciali modo mediatores inter Deum, & populum, & proinde debent ſe interponere mediante ſacrificio Quoties autem id neceſſarium ſit, non eſt determinatum, & proinde relinquendum eſt iudicio prudentis Prælati, nam aliquando tenebitur frequentius, aliquando minus frequenter iuxta maiorem, vel minorem iodigentiam populi.

QVÆSTIO 848.

An Superiores Regulares teneantur frequenter celebrare.

SVMMA.

1 *Superiores Monachorum nigrorum quando teneantur celebrare.*
2 *Regulares Superiores tenentur celebrare ad praeſcriptum conſtitutionum.*
3. *Quam obligationem habeant celebrandi ex natura rei.*
4 *Tenentur pluries in hebdomada celebrare.*
5 *An hæc ſit obligatio grauis.*
6 *Superiores Regulares an aliquando offerre teneantur pro ſuis ſubditis.*

1 QVod ſpectat ad Superiores Monachorum nigrorum certum eſt, quod tenentur celebrare in prima Dominica ſingulorum menſium, aut communionem ſumere; nam de omnibus his Monachis diſponitur in Clemen. *Ne in agro* §. *ſane de ſtatu Monachorum*, quod in tali die communionem ſumant. Et quamuis nomine Monachorum noo veniant Abbates, id valet ſolum in odioſis; quæ ſunt reſtringenda. Modò autem noo ſumus in odioſis, quia ſumus in iis, quæ concernuot fauorem animæ conſeruationem regularis obſeruantiæ, & profectum ſpiritualem, & proinde ſub hac diſpoſitione comprehenduntur etiam Abbates. Accedit etiam, quod ſi Monachi tenentur Euchariſtiam ſumere tenentur Abbates tanquam Paſtores miniſtrare, atque adeò celebrare in ordine ad miniſtrandum.

Secundò etiam certum eſt Quod ſi conſtitutiones religionis præſcribant frequentiam celebrandi, tenentur Superiores Regulares ſeruare quicquid præſcribunt. Tum quia ipſi quoque ſubiiciuntur conſtitutionibus, & proindè tenētur ſeruare. Tum quia pertinet ad conſeruandam regularem diſciplinam, quod ipſi præeant exemplo. Tum quia ipſi tanquam paſtores ſuorū ſubditorum tenentur frequentiùs celebrare, & proindè præſcriptio conſtitutionum à fortiori eos obligat. Vnde ſolum difficultas eſt, quam obligationē habeant ex natura rei, ſi conſtitutiones nihil præſcribant. 2

Tamburin. *tom.* 2. *de iur. Abbat. diſp.* 5. *q.* 5. *n.* 5. ait. Quod Abbas tenetur celebrare pro ouibus ſuis iuxta opportunitatem, ſi autem quæras, quibus diebus, & an quotidie ait, ſe nullam inuenire determinationem. Teneri tamen Abbatem de leuiſſima culpa, & teneri adhibere exactiſſimam diligentiam tanquam quemlibet diligentiſſimum Patremfamilias vt ſui ſubditi tanto ſacramento, & ſacrificio adiuuentur & debere præcauere, ne malæ vitæ ſuſpicionem præbeat rario celebrando, & concludit, quod cum in Abbate concurrant aggrauantes conditiones nempè Sacerdotis, Parochi, & Paſtoris conſentaneum eſſe, quod vel quotidie, vel ſaltem frequentiſſime celebret. 3

Dicendum eſt. *Prælatum regularem exercentem adminiſtrationem ſui muneris, habita ratione omnium titulorum, & circumſtantiarum ex quibus oriri poteſt obligatio celebrandi, aut aggrauatio obligationis teneri ſaltem pluries in hebdomada celebrare.* Ratio eſt. Quia Concil. Trid. *ſeſſione* 23. *capite* 4. *de Reformation.* exiſtimat conſentaneum quod ſimplices Sacerdotes celebrent ſingulis diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, & proinde vult quod Epiſcopus curet id præſtari: Ergo cum in Superioribus Regularibus coocurrant tot tituli ratione quorum tenentur celebrare conſentaneum erit, quod longe frequentius celebrent, atque adeò ſaltem pluries in hebdomada: ergo ſi non celebrant deficiunt io eo, quod exigit munus ipſorum tanquam quid conſentaneum. 4

Sed difficultas eſt, an hæc obligatio ſit grauis. Cùm ergo munus ipſorum, exigat hanc frequentem celebrationē tanquã conſentaneã, fit, quod exigat etiã tanquam debitã Quod enim eſt conſentaneũ muneri, euadit etiã debitũ, quia cũ munus obliget ad exequẽdã id, quod ab ipſo exigitur & exigatur quod eſt cõſentaneũ, fit, quod in habente munus conſurgat obligatio ad cõſentaneũ Itaque ſi Superior notabiliter deficiat in exhibendo, quod eſt conſentaneum muneri, ita vt generet opinionem, quod in ſuo munere ſit notabiliter negligens, non poterit excuſari à graui peccato, quia notabilis negligentia in vnoquoque munere, quod circa rem grauem verſemur, continet peccatum graue. Et ideò ſi per plures dies non celebrarent abſque legitimo impedimento non poſſent excuſari à peccato graui tum quia eſſent notabiliter negligentes in munere proprio, tum quia eſſent ſcandalo ſubditis & præberent occaſionem malè ſentiendi de ipſis. 5

An autem Superiores Regulares teneaotur aliquando offerre ſacrificiũ pro ſuis ſubditis videtur negatiuè reſpondẽdum quia ſubditi quoq; efferunt ſacrificiũ verum quia præter eos, qui offerunt ſacrificium adſunt etiã alij, qui non offerunt, ideò reſpectu horũ non poſſunt abſolui ab obligatione muneris paſtoralis offerẽdi

aliquando sacrificium pro suis ooibua, licet supposita minori indigentia in ipsis ob alia auxilia spiritualia, minus frequenter teneantur, quàm alij Prælati, & ita tenet etiam Thom. Hurtad. *tom.1.resol. moral.n.2.cap. 3.resol.4.num.46.*

QVÆSTIO 849.

Quam obligationem celebrandi habeant Canonici, & Dignitates Collegiatæ.

SVMMA.

1 *Canonici &c. tenentur celebrare iuxta exigentiam Ecclesiæ.*
2 *Tenentur per seipsos celebrare.*
3 *Non solum sub pœna imposita à Trident. sed etiam sub culpa.*
4 *Ex rationabili causa excusantur.*
5 *Canonici &c. cuiuscunq. Collegiatæ tenentur celebrare eo modo proportione remota, quo Canonici Cathedralis.*

1 EX speciali dispositione potest io Ecclesijs collegiatis adesse aliqua obligatio celebrandi, vel quotidie, vel statutis diebus, quæ proindè seruanda est, alioquin si notabiliter negligeretur, interuenitet peccatum graue, cum sit obligatio in materia graui, & negligens teneretur ad restitutionem emolumēti pro-rata respondente ooeri noo impleto. Solum ergo difficultas est, ad quid teneantur generaliter omnes Canonici & Dignitates.

2 Dicendum est. *Canonicos, & Dignitates teneri per seipsos celebrare quotiescumq. id ipsis præscribitur ratione muneris, vel à consuetudine, vel à statutis, vel quocumque alio modo.* Ita specialiter Terola *in praxi verbo. Canonicus*, Barbosa *de potest. episc. allegat.53.num.138.* Garzia *part.5. de benef. cap.1.num.199.* Thomas Hurtad. *tom.1. resol moral. tract.2.cap.5.n.205.* & Desinitur ex Concil. Trid. *sess.22. cap.1. de reformat.* vbi ita statuit, *cogant Episcopi diebus statutis dictos ordines per seipsos exercere, & cætera omnia officia, quæ debent in diuino cultu præstare, sub eisdem atque etiam grauioribus pœnis arbitrio eorum imponendis.* Ratio autem est. Quia dum Canonici, & Dignitates assumunt officium, & dignitatem, assumunt etiam aooexa, & ideo remanent obligati, & ita declarauit S. Congr. *die 11. Iulij 159.* ad instantiam Episcopi Legohiensis, & *die 18. Iulij, 1602.* apud Garz. *citat.*

3 An verò hæc obligatio sit solum ad pœnam, de qua Concil. Trid. loco citat. an etiam ad culpam, dicendū est, quod sit etiam ad culpam, vt videntur sentire Doctores *num. præced.* citati, & expresse Garzia. Ratio autem est. Quia est obligatio non extrinsecus imposita, sed nascens ex officio. Ex natura autem sua, & in Conscientia obligat quodlibet officium ad adimplenda onera annexa; & proindè Concil. citat. loco obligatione supposita vult, quod cogantur, vt adimpleant, & imponit pœnam cōtrauenientibus. Ex quo fit, quod si quis in hoc notabiliter negligens fuerit, mortaliter peccet, vt aduertit etiam Garzia citat.

Est tamen aduertendum. Quod excusabuntur, si
4 interueniat aliqua rationabilis causa, ratione, cuius admitti possit, quod per alium munus suum impleant; quæ tamen causa si nota oon sit, recognosci debebit, aut irrationabiliter onera recusare, quæ ratione officij subeunda essent.

5 Et quæ dicta sunt, locum habeot, non solum quoad Canonicos, & Dignitates Cathedralis Ecclesiæ, sed etiam cuiuscumq. Collegiatæ, vt aduertit etiam Thomas Hurtad. *tom.1. resol. moral. tract.2.cap.5.num.211.* & clarè coostat ex Concil. Trid. *sess.24.cap.12. de reform.* oam ibi disponit etiam de Canonicis præbendarijs, portionarijs Collegiatarum; vt coostat ex illis verbis. *Præterea abstinensibus in eisd. Cathedralibus aut collegiatis Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones non liceat,* &c. Et postquam aliqua disposuit, loquens eisd. subdit. *omnes verò diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, &c.*

QVÆSTIO 850.

Quam obligationem habent Sacerdotes habentes curam animarum celebrandi.

SVMMA.

1 *Quoad dies certos non obligantur celebrare habentes curam animarum.*
2 *Tenentur celebrare diebus, quibus populus tenetur audire missam.*
3 *Et quibus diebus statuetur, à Synodo aut Concilio prouinciali.*
4 *Seclusa lege an vltra dies festos teneantur celebrare, &* num. seq.
7 *Ratione decimarum non habent specialem obligationem.*
8 *Tenentur celebrare aliis diebus vltra festiuos.*
9 *Pastores animarum, quando teneantur impendere munus suum.*
10 *Minus frequenter celebrare, quando teneantur.*
11 *Seruare debent consuetudinem in celebrando.*
Consuetudo inducit.
12 *Quomodo ista consuetudo attendenda.*

DIfficultas procedit, de obligatione, quæ præcisè prouenit ratione muneris, nam fieri potest quod aliqui habeant speciales obligationes, aut ratione Ecclesiæ, cui inseruiunt, aut ex aliquo alio titulo, loquendo autem, ratione muneris præcisè nulla adest determinatio quoad dies certos. Nam Concil. Trid. *sess.23. cap.14. de reformat.* solum disponit. quod curet Episcopus vt sacerdotes saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, missas celebrent, quæ autem frequentia requiratur, vt suo muneri satisfaciant, nullibi est determinatum. 1

Conueniunt autem Doctores, quod vt proprio munere satisfaciant, tenentur celebrare ijs diebus, quibus Populus tenetur audire missam. Ita Angel. *verbo. Missa num.44.* Tabiena *quæst.43.* Armilla *num.27.* Syluester *quæst.5. ver. Quartum* Sotus in *4. dist.23. quæst.2. ar.2. dub.1. propos.1.* Henriquez *l.9. sum. cap.24. num.3.* Nauar. *cap.25. manual. num.134* Vasquez *3. par. disp.232. cap. 5. num.13.* Azor *tom.1. l.10. cap.24. quæst.2. & 3.* Suarez. *disp.80. de sacram. sent.2.* Siluius *3. part. disp.83. art.1. q.17.* Facundez, *præcep.1. Eccles. l.3. c.15. mis.8.* Coninch. *de sacram. quæst.83. ar.1. dub.2.* Io. à Cruce *part.2. Director conscient. quæst.1. dub.8.* Molfes. *par.1. sum. tract.3. cap.14. num.16.* Naldus *in summa verbo.* Parochus *num.18.* Bonac. *disp.4. de sacram. quæst. vlt. punc.7. num.3.* Filliuc. *tract.1. cap.6. num.175.* Marchin. *de ordine tract.3. par.2. cap.30. num.2.* Villalob. *par.1. sum. tract.8. difficult.14. num.5.* Barbosa *de potest. Episc. alleg.24. n.22.* Thomas Hurtad. *tom.1. resol. moral. tract.2. cap.3. num.35.* Garzia *in sum. tract.3. difficult.2. dub.2. nu.2.* Et ratio est. Quia Pastores tenētur exhibere Populis spiritualia necessaria, vndè cum teneantur diebus festiuis audire missam, tenentur ipsi exhibere commoditatem celebrando, vt audire possint. Accedit etiam, quod dum populo est impositum præceptum audiendi missam, est impositū simul Parochis, & cæteris, quibus incumbit cura, im- 2

medi

mediata exhibendi populo munus suum offerendo sacrificium, vt possint ipsi assistere & implere præceptum. Hinc tamen fit,vt notant Doctores citati,quod non teneantur semper per seipsos celebrare, sed sufficiat,quod per alios suppleant, nam obligatio ad celebrandum est solum ad exhibendam populo commoditatem audiendi missam. Solum difficultas est,an vltra hos dies teneantur Curati celebrare.

3 In quo etiam conueniunt communiter, quod si Episcopus,vel Concilium Diœcesanum ponat aliquam determinationem celebrandi vltra dies festos, sicut posuit Concilium Prouinciale Mediolanense, *lib. 4. Actor. Mediol.tit.de missa Parochiali*, vt scilicet ter in hebdomada celebrent, aut etiam sæpius iuxta loci cõsuetudinem,vel necessitatem populi teneantur Parochi illi stare,vt etiam inter alios aduertit Thomas Hurtad. *tom.1.resol.moral.tract.2.cap.8.n.37.* Cum enim Episcopus, & Concilium Diœcesanum habeant facultatem condendi leges,possunt obligare Curatos ad celebrandum toties quoties expedire iudicauerint seclusa autem lege municipali.

4 Prima sententia tenet, quod Curati vltra dies festos non tenentur aliquo die celebrare. Ita Facundez *precept. Eccles.lib.3.cap.15.n.8* Marchin.*de sacram.ordin. tract.3.part.2.cap.39.n.2.* Trullench. *lib.2.de sacram. cap. 8.dub.6 n.6.* & in hanc sententiam inclinat etiam Garzia *in sum.tract 3. diffic.2.dub.2.n 2.* seclusa necessitate administrandi sacramenta; & scandalo. Prob. Quia non constat de præcepto, nec debet imponi obligatio,nisi manifestè de ipsa constet. Secundò quia sunt correlatiua populum obligari ad audiendam missam, & Parochum ad celebrandum, & ideò si Populus non obligatur ad audiendam missam, nec Parochus obligabitur ad celebrandum. Tertiò quia plures Parochi timoratæ conscientiæ non celebrant quotidie, nec ipsi sibi nec Confessarij ipsis inijciunt scrupulum.

5 Secunda sententia asserit, quod seclusa institutione, & lege Synodali standum est consuetudini circa celebrandum aliis diebus à festiuis, quia consuetudo habet vim legis Ita Corduba *in quæst. lib. 1. quæst. 4. dub.5.* versic. *Et quia*, Viuald.*in Candel. vbi de Euchar. tit. de sacerd.n.* 3. Rodriquez *p.1.sum.cap. 252. conclus.* 1. Nauar. *manual.cap.25.n. 154.* Reginald. *lib.10. Praxis fori pœnit.cap.5.sect.3. n.62.* Bannius *tom.1.Theol. moral. tract.10.quæst.12.de Parochis, ver. Quid si consuetudo.*

6 Tertia sententia docet, quod Curati vltra dies festos tenentur etiam cæteris diebus celebrare magis,vel minus frequenter iuxta quantitatem decimarum quas percipiunt & prouentuũ Ita Sotus *lib. 9. de iu. & iur. quæst.3. ar. 1. dub. 1. & in 4. dist.13.quæst.2.art.2.dub.1. propos.* Henriquez *lib.9.sum.c 24.num.3.* Azor *part. 1. lib.10.cap.24.quæst.2.* Suarez. *disp.* 80. *de sacram. sect. 2. ver.Dico 3,* Becar. *de sacram. cap.25.part.2. quæst.2.n.5,* Ludouic. à S. Ioan. *quæst. 10.de Euchar.art.2.dub.3. conclus.3.in summ.tract 3.difficult.2. dub. 2. num.* 5. qui duo posteriores volunt, quod possit beneficium esse adeò pingue vt teneatur quotidie celebrare. Et id tenet etiã Thomas Hurtad *tom.1.resol. moral. tract. 2.cap.3. num.* 36 quamuis non dicat,quod hæc obligatio proueniat ratione prouentuum.

7 Et quidem ratione decimarum, aut prouentuum non potest induci obligatio, quia omnes prouentus quicunque sint,tribuuntur in compensationem oneris Parochialis, quod præcipuè consistit in administratione sacramentorum, & ideo non possunt inducere aliam obligationem, quam eam, quam inducit munus. Generaliter enim inducunt obligationem satisfaciendi proprio muneri Curati, & ideo nisi obligatio celebrandi nascatur ex munere non potest induci ex quocumque genere prouẽtuum.Vnde Concil. Trid. *sess.23. cap. 14 de reformat habet,* quod ita frequenter celebrent, vt proprio muneri satisfaciant, si igitur solum requirit,quod proprio muneri satisfaciant, non sentit,quod frequentia in celebrando debeat esse maior,aut minor iuxta quantitatem prouentuum, imò fieri potest, quod habens minores prouentus teneatur frequentius celebrare,vt constabit ex dicendis.

Dicendum 1. *Sacerdotes omnes habentes curam animarum teneri celebrare aliis diebus vltra festiuos.* Hoc conuincitur ex citato *cap.14.de reform. sess.23.* Concil. Trid. nam disponit; quod Episcopi curare debeant circa frequentiam celebrationis, & ait, quod curent, simplices Sacerdotes celebrare singulis diebus Dominicis, Festis solemnibus, qui autem curam habent animarum tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, vbi duo ponderanda sunt. Primum, quod Concilium discretiuè loquitur de habentibus curam animarum, & proindè non censet, quod satisfaciant suo muneri celebrando diebus festiuis tantum. Secundum, quod vult frequentiam celebrationis in habentibus curam animarum; frequentia autem non saluatur nisi vltra festiuos dies pluribus aliis celebretur. 8

Ratio autem est, quia habentes curam animarum non solum tenentur impendere suum munus, quando præceptum obligat, sed etiam quando Parochiani rationabiliter instant impendi, aut si non instant, de se tamen rationabile est, quod impendatur, quia munus ipsorum non ordinatur solum ad necessaria, sed etiam ad ea, quæ vtilia sunt ad salutem; ergo cum debeant ita frequenter celebrare, vt muneri suo satisfaciant; debebunt celebrare non solum quando vrget præceptum audiendi Missam, sed etiam quando populus rationabiliter desiderat,& proinde in iis diebus, in quibus plures solent audire Missam & præcipuè in festis,quæ populus colit ex deuotione; quia tenetur cooperari eiusdem deuotioni. 9

Dicendum 2 *Ad maiorem frequentiam celebrationis teneri Curatos in locis, vbi plures alia Missa celebrantur, aut in Ecclesiis Parochialibus, aut in aliis vicinis, quàm vbi ipse solus,aut pauci solent celebrare.* Ratio est. Quia frequentia celebrationis est necessaria pro indigentia spirituali subditorum, & vt possint propriæ deuotioni rationabili satisfacere. Cessat autem hæc necessitas, quando aliundè suppletur, quàm per Curatum, præsertim, quia non tenetur per seipsum celebrare, sed potest per alios supplere. Confir. quò maior est frequentia sacrificiorum, eò minus frequentatur Missa Curati: ergo signum est, quod est minus necessaria, siue in ordine ad indigentiam spiritualem populi, siue in ordine ad deuotionem. 10

Dicendum 3. *Quando adest aliqua consuetudo celebrandi sine ter vicibus in hebdomada, siue certis diebus seruanda est; si sit firma, & stabilis.* Ratio est. Quia talis consuetudo & obseruantia declarat obligationem Curati: obseruantia enim subsequuta declarat quæcumque dubia sunt Cap. *Cum venissent de init.* & Cap. *Cum dilectus de consuetudine* & *l. si de interpretatione ff. de leg.* & tradunt communiter Doctores, quos plena manu citaui *quæst.canon.200.n.2. centur. 2.* & inducit *tur. l. de quibus ff. de leg.* & *l. Nulli ff. Quod cuiusque vniuer.* & *l. obseruare §.5 ff.de offic. proconsul.* & proinde declarat, quod ad satisfaciendum muneri proprio sit necessaria illa frequentia celebrationis, quæ est in consuetudine. 11

Ex dictis colligitur. Quod ista Consuetudo non est attendenda secundum id, quod vnus aut alter Curatus consueuit, vt obseruant etiam Villalob *part. 1. sum. tract.8.difficult.14.num.4.* Baron.*tom.1.Theol.moral.tract. 10.quæst.12.de Paroch. assert. 3.* Garzia *in sum. tract. 3. difficult.2.dub.2.n.6.* Quia non est consuetudo firmata, quæ habeat vim assignandi. Sumus enim in actibus, qui quoad excessum sunt facultatiui, qui proindè non possunt inducere consuetudinem obligantem, & ideò videndum est, an frequentia celebrationis, qualis esset quo 12

quotidiana inducta sit ex aliqua exigentia populi, an ex sola deuotione celebrantis.

QVÆSTIO 852.

An Parochus teneatur offerre sacrificium pro suis ouibus.

SVMMA.

1. *Parochus obligatur ad offerendum pro ouibus si onus sit annexum, &c.*
2 *Parochus ratione muneris, an & quando teneatur offerre pro suis ouibus* & num. seq.
5 *Ex Concil. Trident. desumitur obligatio offerendi.*
6 *Oblatio pro ouibus includitur in munere pastorali.*
7 *Ex natura rei non est determinatum, quando teneantur.*
Determinatio S. Congregat. quoad hoc.
8 *Ex munere sacerdotali quæ obligatio offerendi pro populo oriatur.*
9 *Specialis obligatio Pastorum offerendi pro populo.*
10 *Curati rurales tenentur frequentius offerre pro ouibus.*

QVomodo teneatur celebrare dictum est in præcedenti. Nunc verò videndum est, an etiam teneatur pro ipsis sacrificium offerre. In qua difficultate certum est. Quod si in institutione, aut alio modo inducta sit obligatio, tenetur Parochus illam implere, nam dum suscipit onus Parochiale, suscipit etiam obligationes, quocumque modo illi annexas; fieri enim potest, quod quis auxerit prouentus parochiales, & simul etiam imposuerit obligationem offerendi sacrificium pro ouibus, aut quod ita ab institutione cautum sit. Sed modò de hoc non agimus, sed solùm de obligatione, quæ oritur ex munere Parochiali.

2 Prima sententia asserit, Curatos teneri offerre sacrificium pro populo suo ijs omnibus diebus, quibus tenentur celebrare. Ita videntur sentire Sotus *lib. 9. de iust. & iur. quæst. 3. ar. 1.* Tolet. *lib. 5. cap. 5. num.* 10. Fundamentum esse potest, quia Curatus habet munus suum addictum populo, nedum in ordine ad ministrationem sacramentorum, sed etiam quatenus sacerdos est, & proindè tenebitur celebrare non solùm, sed etiam offerre pro populo exhibendo ei munus suum.

3 Secunda sententia est omnino opposita, nempè nũquàm Curatos teneri ex vi sui muneris offerre sacrificium pro suis ouibus. Ita Vasquez 3. *par. disp.* 234. *cap. 6. num.* 27. qui citat Maior. *in 4. dist. 45. quæst. 2. §. Contra hanc Conclusionem.* Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 92 in fin. Talem etiam tenet Nald. *in sum. verbo* Parochus. *num.* 18. Baun. *tom. 1. Theol. moral. tract. 10. quæst.* 13. *de Paroch.* ver. *Dico secundo* Palaus. *par. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vt punct. 13. n. 7.* Gaspar Hurtad. *de sacram. disp. 4. de sacrific. difficult.* 16. ver. *Maior vero.* Lugo *de sacram. disp. 21. sect. 1. n. 19.* Auet sa. *quæst. 11. de Euchar. sect.* 17. ver *Aly tamen.* Franc. Lugo *de sacram. lib.* 5. *cap. 11. quæst. 2. n.* 19. Trullench *lib. 3. de sacram. cap. 8. dub. 9. n* 7. qui vult tamen aliquãdo teneri ex charitate Dicastil. *de sacram. tract. 1. disp. 4. dub. 23. n.* 434. Fundamentum est quia nullo Iure, aut ratione stabiliri potest obligatio applicandi sacrificium. Nec in nulla Diœcesi adest talis consuetudo. Confir. Quia non potest deduci ex iure diuino, nam quod sacerdos debeat offerre pro populo, vt habetur ad Hebr. 5. non est obligatio Curati, sed sacerdotis, qua talis est. Deinde nec est necessarium quod specialiter offerat, sed sufficit si in generali, vt facit quilibet sacerdos quotiescumque offert.

4 Tertia sententia asserit. Quod tenetur offerre sacrificium pro suis ouibus aliquibus vicibus in anno. Ita Henriquez. *lib. 9. sum. cap. 22. n.* 6. Rodriquez *part. 1. sum. cap. 251. conclus.* 1. Suarez *de sacram. disp. 86. sect.* 1. vers. *De benef.* Conioch. *de sacram. quæst. 83. art. 1. dub. 11. conclus.* 3. Reginal. *lib. 23. Praxis fori pænit. num.* 238. Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 16. Posseuinus *de offic. Curati cap. 2. num.* 2. vbi Victorel. *in Adnot.* Fraxinell. *de oblig. Sacerd. sect. 3. per not. 2. §.* 2. Ludouic. à Cruce. *in Bul. composit. disp. 3. dub. 19. n.* 17. Gauant. *in Rubr. miss. part. 3. tit. 12. n.* 27. Barbosa *de potest. Episc. alleg. 24. num.* 23. Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 30. par. 2. cap. 30. num.* 2. Filliuc. *tract. 5. cap. 6. quæst.* 2. Thomas Hurtad. *tom.* 1. *resol. moral. tract. 2. cap. 3. resol. 4. num.* 45. Diana *par. 2. tract. 14. resol.* 26. ver. *sed licet.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun.* 7. in fine, qui vult teneri offerre diebus Dominicis, aut semel in hebdomoda.

Dicendum 1. *Curatos teneri aliquoties in anno offerre sacrificium pro suis ouibus.* Desumitur ex Concil. Triden. *sess. 23. cap. 1. de reformat.* ibi. *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas cognoscere, pro his sacrificium offerre &c.* Ex quibus constat, quod adsit præceptum diuinum offerendi sacrificium pro proprijs ouibus Et proindè quãuis hoc non sit determinatum, obligare tamen aliquãdo in anno iuxta exigentiam, vt contingit in alijs diuinis præceptis. 5

Ratio autem est; Quia ratione muneris Pastoralis tenetur quisque pascere oues suas, atque adeo ijs impendere omnia, quæ sunt muneris Pastoralis Et cum munus Pastorale sit de iure diuino, siquidem Pastores omnes sunt ministri Christi, qui est supremus, & vniuersalissimus pastor iuxta illud Io: 11. *Ego sum Pastor bonus.* De Iure diuino tenentur Pastores exhibere, quæ sunt sui muneris proprijs ouibus. In pastorali autem munere includuntur ea omnia, quæ à Christo sunt instituta in ordine ad perducendas oues vel salutem, non solum tanquam necessaria, vt sunt aliqua sacramenta, sed etiam conducentia; vndè tenentur Parochi ministrare etiam sacramenta non necessaria. Inter media autem instituta à Christo pro salute præcipuum est sacrificium quatenus offerendum habetur ex traditione Apostolica, atque adeò ex institutione Christi, vt habet Concil. Trid. *sess. 22. cap. 2. de sacrif. missæ,* in fine. 6

Dicendum 2. *Non posse certo determinari. quoties habens curam animarum teneatur pro ipsis sacrificium offerre, sed hoc determinandum esse iudicio prudentis viri habita ratione circumstantiarum, & indigentiæ subditorum.* Vnde fieri potest, quod in vno tempore frequentius teneatur, quàm in alio, & frequentiùs vnius populi Pastor, quam alterius: & proindè in determinãdo semper erit consideranda indigentia populi. Vnde aliquando sufficere poterit oblatio sacrificij in festis solemnioribus, vt vult Marchin. *num.* 4 citat. Non autem ter, aut quater in anno, vt vult Thomas Hurtad. *eodem num.* citat, quia semper maior erit indigentia, quam vt ipsi per tria, aut quatuor sacrificia subueniri possit. Ratio autem est. Quia agitur de præcepto affirmatiuo, quod vt communiter docent, obligat solum secundum opportunitatem. Opportunitas autem in hoc casu est indigentia populi, quia hæc exigit oblationem sacrificij cui respondere debet munus pastorale. Verum S. Concil. Cógregat. decreuit teneri Parochum simplicis diebus Dominicis, & alijs festis de præcepto applicare sacrificium pro suis ouibus, & ad id posse etiam compelli per censuras, nec eleemosinam pro his missis recipere posse. Ita. 22. August. 1612. & in Hydruntina 12. Febr 1639. & Ciuitatis Castellanæ 8. August. 1648 & in Romana S. Susannæ 17. Iulij 1649. 7

Ad fundamentum primæ sententiæ resp. probare solum, quod dictum est. Nam ex eo, quod habet munus proprium addictum etiam, quatenus Sacerdos est, solum fit, quod debet offerre sacrificium pro populo 8

ubi

sibi commisso iuxta mensuram indigentiæ, non autem toties, quoties celebrat sicut neque fit, quod toties, quoties celebrat debent ministrare Eucharistiam, sed
9 solum quando exigitur.

Ad fundamentum 2. sentent. Quo Iure fundetur præceptum offerendi sacrificium pro propriis ouibus, constat ex dictis *n. 7.* Nec dici potest, quod obligatio offerendi pro populo, sit propria Sacerdotis; & quod impleatur per oblationem generalem. Quia alia est obligatio Sacerdotis, & alia Pastoris. Nam Sacerdos obligatur tantùm in huiusmodi offerre pro toto fideli populo. Pastores autem obligantur vt tales, quatenus obligantur communicare media instituta a Christo pro salute; atque adeò etiam sacrificium quoad fructum est medium ad salutem institutum à Christo, & est relictus sub dispensatione Sacerdotis. Et proindè Concil. Trid. agnoscit *sess. 23. cap. 1. de reformat.* ex præcepto diuino specialem obligationem in Pastoribus ratione muneris Pastoralis ad offerendum sacrificium pro suis ouibus. Dum inquit, *Oues suas cognoscere, pro his sacrificium offerre.* Obligatio autem, quam habent vt Sacerdotes, non est coarctata ad oues proprias, sed
10 se extendit ad omnes fideles.

Ex dictis colligitur. Curatos Rurales teneri frequentius offerre sacrificium pro suis ouibus quia præsumuntur semper in maiori indigentia. Tum quia sunt continuò occupati in operibus ruralibus, & proindè parum aut nihil vacant operibus pietatis, quibus spiritualiter adiuuentur. Tum quia vix in diebus festis assistunt sacrificio, & proinde priuantur illo fructu, quem assistentes participant. Tum quia non frequentant sacramenta, & proindè priuantur fructu ipsorum. Tum quia, cum sint rudes committunt plura peccata ex ignorantia, quæ tamen non eò vsque pertingit, vt excusare possit. Vnde ex tot capitibus consurgit in ipsis specialis indigentia, ratione cuius tenentur Curati frequentiùs pro ipsis offerre sacrificium.

QVÆSTIO 852.

An si adsit consuetudo offerendi sacrificium pro ouibus, quoties Pastor celebrat, sit necessariò seruanda.

SVMMA.

1 *Consuetudo, quod Curati offerant pro ouibus, quoties celebrant, an obliget,* & num. seq.
3 *Extra dies festos de præcepto non obligat.*
Actus facultatiui non inducunt consuetudinem.
4 *A quibus induci possit consuetudo.*
5 *Quid iudicandum de consuetudine applicandi sacrificium pro ouibus, quoties Curatus celebrat.*
Ad validitatem actus non sufficit voluntas, sed requiritur etiam potestas.

1 PRima sententia asserit esse seruandam. Ita Nugn. *3. part. quæst. 83. art. 2. part. 3. de sacrif. miss. dub. 9. conclus. 2.* Marchin. *de sacram. ord. tract. 3. part. 5. cap. 2. cap. 30. n. 2.* Baunius *part. 1. Theol. moral. tract. 10. quæst. 13. de Parochis* vers. *Dico 1.* qui tamen vult consuetudinem debere esse immemorabilē Thomas Hurtad. *tom. 1. res. moral. tract. 2. cap. 5. res. 4. n. 40.* Fundamentum est, quia cùm sit inducta consuetudo, est necessariò seruanda.

2 Secunda tamen sententia asserit, quod talis consuetudo non obligat sub mortali. Ita Fraxinel. *de obligat. Sacerd. sect. 3. concl. 5. §. 1. num. 4.* Posseuin. *de offic. Curati cap. 2. n. 4.* & huc reduci potest etiam Baunius *n. præced. cit.* siquidem, dum vult consuetudinem debere esse certam, & immemorabilem, vt obliget, sentit, quod absolutè non obliget.

Dicendum est. *Consuetudinem offerendi sacrificium semper pro ouibus, quando Curati celebrant, de se seclusis tabulis, institutione, aut alio titulo habente vim obligandi, non obligare sub mortali.* Intelligitur autem de consuetudine extra dies festos. Ratio autem est. Quia iuxta Communem omnium opinionem non tenentur Curati, quoties celebrant applicare sacrificium pro ouibus, imo secundum aliquos, nunquam. Et proindè, quod quis applicet vltra vices à Pastoribus prescriptas, est in eius potestate, itavt possit applicare, & non applicare, & ideò est actus facultatiuus. Actus autem facultatiui, licet multiplicati, non inducunt consuetudinem, vt tradunt Calderin. *Cons. 1. & 3. de consuet.* Dec *cons. 175. num. 6. ver. præterea.* Rolan. *cons. 53. num. 38. lib. 2.* Surdus *cons. 127. num. 81.* Ludouis. *decis. 163. num. 10.* Merlin. *dist. 553. nu. 7.* Rota *decis. 778. num. 5. par. 1. diuer. & decis. 536. num. 4. par 2.* Recent.

Accedit, quod consuetudo non potest induci, nisi ab habente potestatem legis condendæ vel statuendi, vel saltem, inducendi pacta, vt obseruant Butr. *in cap. fin. num. 39. De consuet.* Bart. *cons. 136. num. 2. & 3. lib. 1.* Alex. *cons. 173. num. 12. lib. 6.* Molin. *de primog. lib. 5. cap. 6. num. 5.* Rota *in Toletana decim. 21. May 1589.* coram Pamphilio, & *in Placentina vrbe 16. Apr. 1599.* coram Penia, & *in Caiet. præcedentia 1. Mart. 1563.* coram Robusterio. Vndè in tantum populus potest inducere consuetudinem, in quantum potest sibi legem imponere. Modò autem sumus in casu, in quo non potest Parochus, seu Curatus aggrauare successorē in beneficio Curato, & imponere onus eidē beneficio: nam non est dominus illius, sed tantum administrator, & ideò non potest inducere consuetudinē ratione cuius aggrauetur successor in beneficiò, quia imponeret onus nedum successori sed etiam beneficio. 3

Ex quibus sequitur. Quid dicendum, quando reperitur aliqua huiusmodi consuetudo. Non est enim statim putanda obligare; sed inquirendum est, an ortum duxerit ex fundatione, aut ex aliquo alio titulo iustificato, an verò sistat in puris terminis consuetudinis quia si sistit in puris terminis consuetudinis censendum est, non obligare etiam si sit longissimi temporis, quia præsumendum est, quod non sit inducta cum animo obligandi; & dato, quod esset inducta cum tali animo, neque adhuc obligaret, quis animus obligandi non potuit inducere obligationem, quia non potuit habere talem animum defectu potestatis, & ideò si adfuit, fuit inefficax, quia ad validitatem actus non sufficit voluntas, sed requiritur etiam potestas *l. Multum interest. C. si quis alt. vel sibi.* & notant Socin. *reg. 30. vers. Tertio.* Menoch. *præsumpt. 80. num 11. lib. 1.* Couarruu. *lib. 3. var. cap. 6. num. 9.* Et per hæc solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ. Siquidem datò, quod adsit consuetudo, non erit obligatoria tamquam inducta sine potestate, vt constat ex dictis. 4

QVÆSTIO 853.

An Curati teneantur in die Natiuitatis Domini tres Missas celebrare.

SVMMA.

1 *Sacerdotes non tenentur in die Natalis Domini ter celebrare.*
2 *Curati an teneantur tres missas in Natali Domini celebrare* & num. seq.
3 *Ad quid teneantur Curati.*
4 *Priuilegium ter celebrandi in Natali habet ius tertij implicatum quoad Parochos.*

Prim

Privilegio non potest renunciari, quando impeditur tertius nedum frueretur.

5 *Curatus tenetur ultra ea, ad quæ subditi obligantur.*

1 Circa Curatos adhuc remanet inquirendum, an teneantur tres Missas celebrare in die Natiuitatis Domini. In quo certum est, esse concessum ex priuilegio, posse celebrare tres Missas in illo die, & proinde quantum est ex hoc capite, sacerdotes non teneri celebrare, quia nemo cogitur uti priuilegio sibi concesso. Solum difficultas est. An Curati ratione muneris Pastoralis teneantur celebrare tres Missas.

2 Bellet. *in disquisit clerical part.* 2. §. 29. *num.* 2. in ult. edit. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 236. ver. *Verum* Marchin. *de Ord. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 37. *num.* 3. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 5. *quæst.* 30. censent, non teneri Curatos tres Missas celebrare. Quia sicuti Parochiani non tenentur audire, nisi unam Missam; ita nec Parochi nisi unam celebrare, & cum celebrare tres Missas sit ex priuilegio, cessat omnis obligatio.

3 Dicendum tamen est. *Curatos teneri celebrare tres Missas in die Natiuitatis Domini, nisi ex rationabili causa excusentur.* Ita Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 30. *num.* 6. Quia Curatus tamquam Pastor, nedum tenetur exhibere Ouibus proprijs, quæ ad salutem Necessaria sunt, sed etiam quæ conferunt ad salutem, & sunt ex institutione Ecclesiæ; unde tenetur ad Cultum Diuinũ iuxta Institutionem Ecclesiæ, & proinde Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reformat.* iniungit Episcopis, quod cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, quando vnus non sufficit, tot sacerdotes sibi adiungere, quot sufficiant pro sacramentis administrandis, & Diuino Cultu peragendo. Quod non decreuisset, nisi tenerentur etiam ad Diuinum cultum exhibendum. Ergo cum Diuinus cultus sit secundum mensuram institutionis Ecclesiæ, & celebrare tres Missas in Natali Domini sit pars Diuini cultus, & ex institutione Ecclesiæ, tenebitur Curatus ad ipsum peragendum.

4 Confit, licet celebrare tres Missas in Natali Domini sit priuilegium, in ijs tamen, qui tenentur celebrare ratione Curæ animarum, & proinde pro commoditate, & utilitate Populi, habet Ius tertij implicatum, quia simul etiam priuilegiatur Populus, ut possit in illo die triplex sacrificium simul cum suo Pastore Deo offerre, & percipere illum fructum, quẽ percipiunt assistentes sacrificio, & ideo tante tali priuilegio acquirit Ius ad hoc beneficiũ spirituale, Quãdo autem priuilegium pertinet ad plures, & non potest competere uni, nisi etiam competat alteri, non potest illi renunciari, ut iotet alios notant Cancer. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 2. *de Iurisd. num.* 154. Giurb. *consf.* 95. *num.* 13. Quod præsertim verum est, quando renuncians esset obligatus ad inseruiendum in eo, in quo ipse, & alter priuilegiatur, ut in præsenti sunt Parochi, nam hoc esset constringere Compriuilegiatum, non uti priuilegio.

5 Et ex his solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ, quod spectat ad priuilegium. Quod autem spectat ad alteram partem, si aliquid concluderet, probaret, quod Parochus non teneretur ad aliud, nisi adea, ad quæ Populus sub præcepto tenetur; unde non teneretur Ministrare Eucharistiam, nisi in Paschate, & in articulo Mortis: non teneretur audire confessiones, nisi semel in anno. Quæ tamen sunt falsa, quia tenetur exhibere ministerium suum in ijs omnibus, quæ sunt secundum institutum Ecclesiæ, & rationabiliter exiguntur pro Populi pietate, & deuotione.

QVÆSTIO. 854.

An Parochi teneantur per seipsos celebrare.

SVMMA.

1 *Parochus quando uti possit ministerio aliorum sacerdotum.*
2 *Parochi non impediti non possunt omittere celebrare sine scandalo.*
3 *Ad quam residentiam teneantur Parochi.*
4 *Muneris Pastoralis exercitium in quo consistat.*
5 *Parochi an per seipsos teneantur celebrare.*
6 *Quando attenditur finis sufficit per æquipollens obtineri.*
7 *Curati quando teneantur per seipsos offerre sacrificiũ.*
8 *Pascere oues quid sit.*
9 *Parrochi per alios implere possunt prædicationem. Parochi cur non possint semper per alios supplere oblationem sacrificij.*
10 *Episcopus quando cogere possit parochos ad celebrandum, &c. per seipsos.*

Svpponendum est, quod si Curatus ex aliquo impedimento corporali impediatur, quominus per seipsum celebrare possit, excusabitur, & poterit per alium suplere. Quia in his, in quibus non sufficit potest uti Ministerio aliorum sacerdotum iuxta determinationem Concilij Tridentini; imo cogitur ab Episcopo adhibere, ut habetur *sess.* 21. *cap.* 4. *de reformat.* Et quamuis id decreuerit, quando Curatus non sufficit multitudini Populi, militat eadem ratio quando ob aliquod impedimentum corporale, non potest per seipsum id præstare. 1

2 Secundò est supponendum. Quod si Curati nullo rationabili impedimento detenti non celebrarent per seipsos, aut saltem raro, quamuis per alios supplerent, non possent euitare scandalum. Vnde saltem ad tollendum scandalum tenentur frequenter celebrare. Cùm enim celebrare ex duplici capite ipsi incombat, & ratione sacerdotij, & ratione muneris Pastoralis, si raro celebrarent, se ostenderent negligentes in proprio Munere, atque adeò delinquere in ipso atque amitterent bonam opinionem, quam tenentur sibi conseruare, quia pertinet ad munus pastorale pascere oues bonorum operum exemplo, ut habet Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat.*

Tertiò est supponendum. Quod residentia, ad quam tenentur Parochi, non est residentia materialis, hoc est habitatio in Parocchia; sed est residentia formalis, hoc est exercitium muneris pastoralis, ut docent cõmuniter Sylvester *verbo.* Residere *num.* 1. Angel. *ibidem.* Tabiena *ibid.* Nald. *num. ult.* Zerola *par.* 1. *prax. Episcop. verbo. Parochus* §. 4. Garzia *de Benef. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 179. referens declarationem Sacr. Congregat. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 71. *num.* 3. qui plures alios affert, & constat etiam ex Concilio Trident. *cap.* 1. *de reformat. sess.* 23. dum inculcans debitum pastoralis curæ, inculcat residentiam, qua pascat, & regat. Et ratio est, quia residentia formalis dicit præsentiam cum exercitio muneris Pastoralis; est enim illa, ad quam obligat munus Pastorale, non obligat autem ad solam præsentiam, sed ad exercitium Curæ Pastoralis; & ideo importat præsentiam cum exercitio talis muneris. 3

Quartò est supponendum. Quod exercitium muneris pastoralis formaliter non consistit in materialia exequutione eorum, quæ spectinent ad munus Pastorale, ut aduertit etiam Hurtad. *tom.* 1. *Moral. resolut. tract.* 2. *cap.* 3. *resol.* 6. *num.* 55. Sed in formali regimine, & directione suarum ouium; consistit autem hoc regimen, 4

men, & directio, quod ipse disponat, quæ pertinent ad curam animarum in omnibus, & singulis occasionibus ordinando, quæ necessaria sunt, & disponendo pro cuiusque necessitate. Quod ex eo constat. Quia si Parochus ratione numerosæ Plebis, non possit omnibus assistere, sed adiungat sibi alios sacerdotes, quibus certam partem Parochiæ assignet, adhuc ipse Parochus dicitur residere, etiam quoad eam partem, sicut etiam quando adsunt Vicarij quibus incumbit curam ministrandi sacramenta Quod indicat etiam Concil. Trident. *sess. 23. cap. 1. de reform.* Dum op pouit Mercenariorum more deserere gregem, & incumbere in munera pastoralia, atque inuigilare, & assistere gregi Ex quo fit, quod si quis præsens disponeret, quæ pertinent ad Curam animarum, quamuis per seipsum non mandaret executioni, diceretur formaliter residere; quia videlicet verificaretur, quod incumberet im munera pastoralia scilicet ea disponendo, & ordinando, atque quod gregi suo inuigilatet, atque assisteret. Sic enim Christus dicitur in Deserto pauisse Turbas, quâ is ministerio Discipulorum distribuerit cibum.

5 Quod autem spectat ad celebrationem Missæ Th. Hurtad. *tom. 1. resol. Moral. tract. 1. cap. 3 resol. 6. num.* 50. citat Io. Sanchez *in select. de sacram. disp. ut.* 47. & Dianam *part. 2. tract. 4. resol.* 156 tanquam docentes, quod tenentur Parochi per seipsos celebrare. Verùm hi loquuntur vniuersaliter de muneribus pastoralibus, quæ asserunt per ipsos esse immediatè obeunda, non autem de sola celebratione, de qua forte aliter docerent, ipse verò Hurtad *ibi num.* 55. *& sequent* vult, quod non teneantur celebrare immediate per seipsos, quod etiam asserit de cœteris muneribus pastoralibus, supposito, quod subditi non exigant immediate ab ipsis.

6 Dicendum est. *Curatos non teneri per seipsos immediatè celebrare, quando Populus tenetur audire Missam, sed posse per alium supplere.* Hoc autem intelligitur, quantum est ex vi muneris pastoralis præcisè. Ratio est, quia non tenetur ratione muneris celebrare, nisi vt exhibeat Populo commoditatem implendi præceptum de audienda Missa, nec in hoc munere habet recognoscere oues suas. Ergo cum obtineatur finis curæ pastoralis quoad hoc si faciat alium celebrare nihil refert, quod ipse per se celebret. Quando enim attenditur finis sufficit, quod id quod iniungitur, per æquipollens impleatur, vt tradunt Vasquez *de Eccles. lib.* 1. §. 4. *num.* 31. *tom.* 1. Alderan. *Mascard. de gener. stat. interpr. concl.* 9. *num.* 76. Thusc. *litera F. concl* 419. *num.* 21. Mantil. *de tacit. lib. 2. titulo 4. num.* 45 vbi refert Rotæ decisiones, Rotâ *in Portugallien. Decimarum* 11. *februarii* 1591. *coram Orano* & in *Aurnionen. Parochialis* 7. *Aprilis* 1598. coram Cardinali Lancellotto.

7 Dicendum 2. Curatos teneri per seipsos celebrare iis diebus, quibus tenentur sacrificium offerre pro sua plebe, supposito, quod possint per seipsos celebrare. Ratio est. Quia officium mediatoris, quod suscipiunt Sacerdotes in ordinatione vt se interponant inter Deû, & Populum iuxta illud ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt dona offerat & sacrificia pro peccatis,* est munus personale, quod personaliter ab ipsis adimpleri debet. Vnde Sacerdotes non satisfacerent obligationi propriæ, si iis vicibus quibus singulis annis tenentur celebrare, per alios celebrarent, & ipsi nunquam celebrarent, quia scilicet non est obligatio ad exhibendum solum effectum sacrificij, sed est obligatio exercendi munus Sacerdotale. Ergo cum Curati obligationem Sacerdotalem respectu totius Populi Christiani in ordine ad offerendum sacrificium contrahant ad specialem Populi cuius constituuntur Pastores, & speciales mediatores, tenebuntur ipsam implere per seipsos iis vicibus, quibus tenentur offerre sacrificium pro suo Populo.

Dices. Est de iure Diuino naturali, quod Curati pascant proprias oues: ergo tenentur per seipsos implere munera personalia, quorum vnum est celebratio sacrificij. Respond. neg conseq. Quia vt constat ex dictis in superioribus, Pascere non est personaliter exequi munera ipsorum, sed dirigere, & disponere executionem ipsorum, itavt Curatus disponat, quibus, & quando sit ministrandum atque inuigilet, & assistat gregi suo pro quo requiritur præsentia corporalis, sine qua, vt habet Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat* non possunt inuigilare, & assistere, vt iam constat ex dictis. 8

9 Dices 2. Inter munera Pastoralia recensetur prædicatio Verbi Diuini, vt habet Concil. Tridentin. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* & tamen possunt absolutè per alios suppleri absque eo quòd aliquando per seipsos prædicent Ergo neque tenebuntur per seipsos aliquãdo offerre sacrificium Resp neq. conseq. Quia in prædicatione Verbi Diuini attenditur solus effectus, & idò possunt per alius suppleri iuxta dicta *n.* 6. At in oblatione sacrificij quando agitur de offerendo pro Plebe commissa, non solum attenditur effectus sacrificij, sed quod impleatur munus mediatoris, quod non contingeret, si Curati per alios offerrent sacrificium, siquidem ipsi non exercerent munus mediatoris, quod tenentur exercere, non solum vt Sacerdotes, sed etiam vt Sacerdotes talis Populi cuius ipsi cura incumbit.

Ex dictis colligitur, quod si Curati non celebrarent regulariter per seipsos, sicut etiam, si non exercerent alia munera Pastoralia per seipsos, posset Episcopus cogere ad exercendum, saltem vt plurimum, vt obseruat etiam Thomas Hurtad. *tom.* 1. *resolut. moral. tract. 1. cap. 3. resolut. 6. n.* 76. Cùm enim sint personaliter obligati, potest Episcopus ab ipsis personaliter exigere quod suam obligationem adimpleant. Et si Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 4. *de reform.* disponit quod Episcopi cogant dignitates, Personatus, Præbendatios, Portionatios per seipsos exercere ordines, & officia, ad quæ tenentur pro cultu diuino sub pœnis ibi expressis, & aliis grauioribus, à fortiori poterunt cogere Parochos exercere munera propria, cùm strictius obligentur, siquidem obligantur de iure Diuino naturali, illi autem solum de iure naturali Ecclesiæ. 10

QVÆSTIO. 855.

An Beneficiarij simplices teneantur aliquando celebrare pro Populo apud quem obtinent Beneficium.

SVMMA.

1 *Beneficiarij tenentur celebrare iuxta onera beneficij.*
2 *Beneficiarij secluso onere non tenentur celebrare pro populo apud quem est beneficium.*
3 *Beneficia quam obligationem dese inducant.*
4 *Habens beneficium simplex an ratione gratitudinis teneatur aliquando offerre pro fundatore.*

Respicienda est primo loco institutio Beneficij, quia si habet annexum aliquod onus circa celebrationem Missarum, erit iuxta præscriptum à fundatore adimplendum; quia suscipiens Beneficium init tacitum contractũ quo simul etiam suscipit onera annexa Beneficio, & ideò remanet obligatus ad ea adimplenda. Si verò nulla habeat annexa oneta, & quantum est ex natura beneficij simplicis an inducat obligationem celebrandi pro Populo apud quem extat, relinquit indecisum Thomas Hurtad. *tom.* 1. *resol. Moral. tract.* 1. *cap.* 3. *resol.* 5. *n.* 48. in fine, & videtur dubitare, & subdit 1

subdit, quod in Atchiepiscopatu Hispalensi ex consuetudine videtur adesse ebligatio celebrandi quicquid tamen sit de hac consuetudine.

2 Dicendũ est *Bneficiarios ratione Beneficij simplicis non teneri celebrare aliquoties pro Populo, apud quem extat erectio Beneficy* Ita etiam Suarez *disp.86. de sacr. sect.1. vet. sed cur-ca,* Alphonsus de Leone *de offic. Cappel. q 2. sect. 3. n.42.* Dicastill *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 23. n.434.* Ludouic. à Cruce *in Bull. composit disp. 3. dub. 19. n.15.* Et constat ex praai. Tùm quia obtinentes hoiusmodi Beneficia non sensent se obligatos huiusmodi ad onus. Tùm quia conferuntur habentibus solam primam tonsutam absque obligatione ascendendi ad Sacetdotium. Si autem haberent anneaum onus celebrandi, haberent etiam annexam obligationem ascendendi ad Sacerdotium.

3 Ratio autem est. Quia Beneficium ex genere suo non inducit aliam obligationem, nisi eam quæ, est anneaa officio, ptopter quod datur. Beneficia autem simplicia non dantur propter aliud officium, quam fuodendi Deo preces, quæ ab Ecclesia determinatæ sunt vel septem horas canonicas, vt declatauit, & statuit Leo X. *in Concilio Lateranensi* vt *in constit sua. 7. §. 38. tom. 1. Bull.* Officium autem orandi Deum anoexum Beneficio non haber adiunctam a iam obligationem, quam recitandi horas canonicas. Confit. Obligatio offerendi sactificium noo est apposita in institutione. Beneficij vt supponitur, nec ptouenit ea oatura officij, sicut ptouenit in Beneficijs Cutatis, siquidem Beneficium simplea non habet annexum aliquod munus, quo specialiter Beneficiarius obligetur Populo in Munere sacerdotali. Ergo non est asserenda talis obligatio. Siquidem non debet quis gtauari aliqua obligatione, de qua non cooſtet.

4 Sed quamuis noo sit obligatus Beneficiarius simplea ad offetendum aliquoties sactificium pto Populo, apud quem est erectum Beneficium. Dubitatur tamen, an teneatur saltem ratione gtatitudinis aliquoties celebtare pto fundatore. Et affirmatiuè respond. Alphõs. de Leone *de offic. Cappell. quæsit. 2. sect. 3. num. 43.* & tanto magis esse obligatum, quantò minus oneris est impositum Beneficio. Subdit tamen, quod cum hæc obligatio non sit ex Institia sed solum ea honestate Morali, non obligat sub mortali, vt inter alios docet Rebell. *de obligat. iust. part. 2. quæst. 9. num. 1. & 2.* Verùm praxis videtur in oppositum. Et etiam tatio, ptimò quia cùm hæc beneficia non debeant conferri sacetdotibus, sed possint conferri tonsutatis tantum, non potest nasci determinata obligatio ex gtatitudine celebrandi Missas. Secundò quia fundator erigens beneficium non benefacit beneficiario, siquidem neque scit quis futurus sit; sed tantum Ecclesiæ, & Beneficiarins accipit Beneficium à conferente: obligatio autem ex gratitudine nascitut tantum erga eum à quo immediatè accipimus beneficium. Tertiò. Quia beneficium datur com ooete: obligatio autem ex gratitudine non oascitur ea onetosa acceptione, sed solum ex gtatuita.

QVÆSTIO 856.

An simplex Beneficium granari possit aliquo onere celebrationis Missarum.

SVMMA.

1 *Beneficia non possunt granari aliquo onere.*
Fundator cùm potuerit, & non imposuerit onus beneficio, constat noluisse.
2 *Si beneficiarius continues aliquod onus per decennium, an transeat in obligat.*
3 *Actus aquinocus quocunque tempore continuatus non concludit prastationem.*
4 *Vt inducatur prastatio requiritur titulus.*
Celebratio sine titulo non infert animum se obligandi.
5 *Putans adesse onus celebrandi, non obligatur ex celebratione.*
Iure excludit consensum scientiam, & patientium.
6 *Celebrans in Altari cui est annexum beneficium, non contrahit obligationem si aliàs non adsit.*

DE iure ordinario non posse Beneficia grauati aliquo onere, quod non sit ea institutione. Videtur omninò certum per Cap. *Cum in cunctis §. Inferiora de elect.* & Cap. *Cui de non Sacerdotal. de prabend. in 6.* iuata ta glos. & Cap. *significatum eod. tit.* vbi & Doctores Cap. *Extirpanda §. quia verò de praben.* & tradunt Glos. *in cap. licet. de elect. in 6.* Abb. *cons. 96. § Ad tertium part. 2.* Alphonsus de Leone *de offic. cappell. quæst. 2. sect. 4. n.50.* Quia scilicet standum est voluntati institutoris, cùm collator Beneficij non sit Dominus, sed dispensator. Quod etiam valet licet oous impositum redundaret in beneficiũ institutoris, nam cum potuerit ipse imponete tale onus, & cognouerit sibi profututum, & non imposuerit, cooſtat, quod ooluerit imponi *l. vnica §. Sin autem C. de caducis toll.* & *l. si seruum §. Non dixit ff. de acquir. hared.* & Cap. *Ad audsentiam de decim.* quod intelligitnr, nisi imponatur in vacatione interuenien te autotitate Papæ, vt in dicto Capite *significatum de Prabend.* Solum difficultas est, an si Beneficiarius per aliquod tempus celebtet aliquas Missas, inducatur obligatio continuandi, itavt postea compelli possit. 1

Quod inducatur obligatio, & possit ab ordinario compelli ad continuandum, si per decennium iu obseruauerit, teneot Genuens. *in practicabil. Eccles. quæsit. 390.* Quia interuenit titulus Beneficij, & præstatio decemnalis quæ cum titulo inducit obligationem *l si certis annis ff. de pact.* & ptoinde duoec doceat, quod beneficio noo sit annexa talis obligatio tenebitur celebrare. 2

Sed tenendũ est. *Quod non inducatur oblgatio* ita Abb. *cons. 96. § Ad tertium par. 1.* qui vult requiri tempus quadraginta annorum, Alphonsus do Leone *de offic. Cappell. quæst. 1. sect. 4. num. 53.* Et quicquid sit. An præstatio sufficeret ad inducendam obligationem, sufficit, quod non sit facta in vim tituli, nec de hoc constet. Celebtatio enim Missæ est actus æquiuocus, qui potest esse ex diuerso titulo, nam potest esse in vim dicti tituli, ex deuotione, ex obligatione ob stipendium acceptum vel ex aliqua alia causa; & ideò quocumque tempore continuetur, noo habet vim concludendi præstationem, per ea, quæ tradunt Abb. *in cap. 2. in fine de censib.* Felin. *in cap. cum Bertoldus num 26. de re iudicat* Ruin. *cons. 104. num. 15. lib. 5.* Aretin *cons. 115. num. 8. lib. 5.* Cassador *decis. 8.* Millio. *decis. 431. num 2.* Rota *decis. 280. n. 4. part. 3. Recent.* & *decis. 240. num. 2.* &. *decis. 394. num. 6. part. 2* diuers. 3

Ideò enim requiritur titulus, vt præstatio inducat obligationem, vt scilicet procedere possit in vim dicti tituli, vt loquentes in casu simili de consuetudine tradunt Riminal. *cons. 72. num. 115.* Ripa *resp. 1. init. de consuet.* Patis *cons. 27. num. 40. lib. 1.* Crauetta 814. *num. 9. lib. 5.* Cùm autem celebtatio possit habere diuersas causas, non potest dici seqouta io vim tituli Beneficialis, & cum consensu in obligationem ratione tituli, & consequenter neque com animo se obligandi iuata ea, quæ tradunt Craueta *cons. 171. n. 17. lib. 1.* Roland. *cons. 2. num. 126. lib. 1. & cons. 13. nu. 17. lib. 4.* Lacheran. *decis. Pedemont. 99 num. 9.* 4

Et hoc locum habet, etiam si Beneficiatus ab initio putauerit, adesse obligationem nascentem ea titulo, cuius oppositum videtur sentire Alphons. de Leone 5

num.

num proced. cit. Nam cùm Beneficiatus erret apptehendendo obligationem, quæ reuera unn adeſt, non poteſt habere conſenſum, & animum ſe obligandi, quia error excludit conſenſum, & facit, quod nulla ſit errantis voluntas, *l. Error C de iur. & fact. ignor* & notant Craueta *conſ.* 257. *num.* 2. Dec. *conſ.* 54. *n.* 73. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 214. *n.* 20. *& deciſ.* 130. *n.* 1. Cæſar. de Graff. *deciſ.* 1. *n.* 2 *de tranſact.* Medin. *deciſ.* 573. *n.* 3. Rota *in Romana bonerum* 9. *Iunij* 1617. *coram Andrea*, & excludit ſcientiam, & patientiam errantis *l. nihil. conſenſu* §. *Non videtur ff. de reg. iur. & l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iudic.* & *l.* 2. *ff. de iudic.*

6 Imo etiam ſi celebraret in Altari cui annexom eſſet Beneficium non contraheret obligationem. Nam adhuc actus eſſet æquiuocus, cum poſſit proueoire ex diuerſis cauſis, nempe ex deuotione erga illud Altare, ex commoditate, ex animo defendi in cultu illi Altari, aut ex aliqua alia cauſa ſimili, & ptoinde, non eſſet ſufficiens ad inducendam præſtationem in vim tituli, atque adeò, nec ad ioducendam obligationem & hoc præſertim valeret ſi conſtaret de cauſa, ob quam in illo Altari celebrauit, vt ſi celebraſſet ob manuteoendum cultum Eccleſiæ, aut in defectum alterius.

Qvæstio 857.

An Beneficium pingue annexum Cappellæ præſumatur cum onere celebrandi. Miſſas.

SVMMA.

1 *Non præſumitur onus celebrandi, licet beneficium ſit pingue; niſi conſtet in dubio, res præſumitur allodialis.*

2 *Pingues redditus non præbent fundamentum de obligatione celebrandi.*
Negatiua probatur ex inſpectione.
Probatio vincit præſumptionem.
Præſumptio locum habet in dubio.

1 Difficultas procedit, ſuppoſito quod ex fundationes non conſtet de aliquo huiuſmodi onere, quia ſi conſtaret non ageretur de præſumptione, quæ poſſet oriri ex redditibus pinguioribus Dicendum eſt autem. *Non eſſe præſumendam huiuſmodi obligationem, & proinde non poſſe Beneficiarium cogi ad celebrandum vigore beneficij*, ita Ricc *reſolut.* 356. *part.* 1. *prax. Eccleſiaſt.* in vlt. edit Alphonſ. de Leone *de offic. Cappell. queſt.* 2. *ſect.* 4. *n.* 56. quia inquit Riccius, quod quælibet res in dubio præſumitur libera, niſi probetur ſerua *l. ſi altius C. de ſeruit. & aqu.* & quia in dubio res præſumitur allodialis, & libera, niſi probetur feudalis, vt tradunt Alexander *conſ.* 129. *reſol.* 1. Dec *conſ.* 269. *num.* 1. & *conſ.* 360 *n.* 4. Crauetta *conſ.* 11. *n.* 9. Bellon *conſ.* 10. Cephal. *conſ.* 4. *numero* 30. *vol.* Menoch. *conſ.* 1 *num.* 10. Afflict. *dictione.* 277. *in fine.*

2 Quod amplius confirmari poteſt Quia quod redditus Beneficij ſint pingues, non eſt ſufficiens fundamentum ad fundandam præſumptionem de obligatione celebrandi, cùm conſtet plura talia fundata fuiſſe beneficia abſque tali onere. Et cum in fundatione exprimatur onus, quod imponitur beneficio, dum in fundatione talis Beneficij ſeu Cappellaniæ non eſt expreſſum, non ſumus in dubio, vt proinde locum habere poſſit præſumptio, vt tradunt gloſſ. *in l. vnicam* §. *Accedat, verbo* Præſumatur *C. Reſ. int. alt. act. non. noc.* & *in l. ſiue poſſidetis C. de probat.* vbi Doctores. Imò cum ex inſpectione fundationis conſtare poſſit, quod non ſit appoſitum tale onus; negatiua enim probatur ex inſpectione, & notant Alexan. *conſ.* 186. *n.* 15. *ver. Nec obſtat lib.* 2. Menoch. *conſ.* 21. *n.* 23. Geminian. *conſ.* 57. *n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 968. & 1318. *n.* 18. Fatioae *in praxi par.* 2. *q.* 65. *n.* 118. conſurgit ptobatio non oneris celebrandi, quæ vincit quamcunque præſumptionem, *l. Si Chirographum ff de probat.* & notat Anton. Tab. *lib.* 4. *C. tit.* 14. *de fin.* 26. *n.* 6.

Qvæstio 858.

An Beneficiati teneantur celebrare Miſſas impoſitas à legante certum legatum acceptatum à Prædeceſſoribus.

SVMMA.

1 *Beneficiati tenentur celebrare Miſſas ratione legati, ſi percipiant fructus.*
Res tranſit cum ſuo onere.
Etiam ad Eccleſiam, & priuilegiatos.

2 *Conuerſo legato in beneficium Eccleſiæ, tenetur beneficiatus ad onera Miſſarum.*

3 *Succeſſores tenentur ad debita contracta pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ.*

4 *Si legatum non ſit conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, beneficiarius an teneatur ad onera Miſſarum.*

5 *Legatum quando relictum ſit Eccleſiæ, & quando beneficiatis.*
Teſtator quando cenſeatur locum, & non perſonas contemplaſſe.

1 Difficultas ſuccedit, ſuppoſito quod extet onus abſque vllo emolumento Beneficiatorum: nam ſi legatum eſſet res fructifera, aut in rem fructiferam conuerſum euius fructus prouenirent ad Beneficiatos, non eſſet in dubium reuocandum, an tenerentur ſatisfacere oneri impoſito, ſiquidem cùm ad ipſos tranſiret legatum, tranſiret etiam onus. Res enim tanſit cum ſuo onere, *l. Is cui opus ff. de neu oper. nunc.* & *l. ſi tenuenerit* §. *ſi fundus ff. de pignor. act.* & Cap. *Paſtoralis & cap in aliquibus de decim.* & Cap. *Primò de cenſib.* & Cap. *Tua de vſur.* quod valet etiam ſi tranſeat ad Eccleſiam aut priuilegiatam perſonam, vt obſeruat Duan. *Reg.* 100. *n.* 14. Crauett. *conſilio* 217. *n.* 5. Menoch *conſ.* 75. *n.* 63. Titaquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 3. Et ideo non ſolum quæritur, quando legatum peruenit ad prædeceſſores, & ab ipſis conſumptum fuit.

2 Dicendum eſt. *Si legatum ſit conuerſum in beneficium Eccleſiæ, beneficiatos teneri celebrare Miſſas annexas legato.* Ita Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. cap.* 56. *num.* 4. Alphonſus de Leone *de offic. Capell. quaſt.* 1. *ſect.* 4. *n.* 58. verſ. *Tantùm* & in facti contingentia tenuit Rota *in* *Campilonen celebrat. Miſſar.* 16. *Decembris* 1583. *coram Comitulo*, quæ eſt *deciſ* 41. inter impreſſ. ipſius.

3 Ratio autem eſt, quia ſucceſſores, ſicut ſuccedunt in beneficia Eccleſiæ, ita etiam ſuccedunt in onera eiuſdem; & proinde tenentur ad debita contracta pro Eccleſia ex cauſa neceſſaria, vel vtili Cap. 1. & 2. *ſolut. & obſeru.* Abbas in Cap. *Præſent. dec. de pignor.* Gemin. *conſilio* 3. *init.* Puteus *d.* 40. *libro* 1. & ideo quando legatum cedit in beneficium Eccleſiæ aot in ipſius vtilitatem conuertitur, onus appropriatur Eccleſiæ & proindè tranſit ad ſucceſſores.

4 At ſi legatũ non ſit cõuerſum in vtilitatẽ Eccleſiæ, Doctores *n.* 2. citati ſentire videntur, quod non tenẽtur ſucceſſores, cùm deficiat ratio, ob quam dictũ eſt teneri. Vetũ videndũ eſt, an legatũ ſit factũ Eccleſiæ, an verò prædeceſſorib. beneficiatis Nam ſi eſt factũ Eccleſ dũ à prædeceſſorib. fuit acceptatũ, tranſiuit ad Eccleſ cum ſuo

suo onere, & ideò eum onus maneat apud Ecclesiam transit ad successures, quia sicut succedunt in commoda ita etiam succedunt in incommoda, & onera iuxta regulam. *Qui sentit, de reg. iur. n. 6.* Quod si legatum consumptum sit in proprium commodum, tenebuntur hæredes releuare Ecclesiam stante iniusta consumptione Legati, & constringi poterunt in foro externo ad damnum resarciendum, si verò Legatum sit relictum ipsis beneficiatis, nulla obligatio transibit ad successores & ideò liberi erunt ab onere.

5 An autem Legatum sit relictum Ecclesiæ, an verò beneficiatis, colligendum erit non solum ex verbis testamenti considerando, ad quos dirigantur, an ad beneficiatos, an verò ad Ecclesiam, sed etiam ex qualitate annexi oneris Si enim Legatum sit factum beneficiatis tanquam repræsentantibus Ecclesiam, censebitur factum Ecclesiæ, aut sub nomine ratione cuius veniãt tanquam ministri Ecclesiæ iuxta *L. Annua §. Titia ff. de ann. Leg.* Nam tunc censetur testator locum contemplasse iuxta ea, quæ tradunt Menoch *præsumpt.* 502. *n.* 21. *lib.* 4. Durand. *decis.* 130. *n.* 6. Rot. *decis.* 574. *n.* 8. *part.* 1. *Diuers.* & in *Volaterana capell.* 7. *May* 1607. coram Lancelloto. Rursus si onus missarum annexum ita exprimatur, vt colligatur de mente testatoris debere esse perpetuum, Legatum censebitur factum Ecclesiæ, quia censetur impositum iis in quibus potest perpetuari atque adeò beneficiatis, quatenus Ecclesiæ ministris.

QVÆSTIO 859.

An obligatus celebrare quotidie ratione Beneficij possit celebrare pro Episcopo defuncto.

SVMMA.

1 *Obligatus celebrare quotidie, potest celebrare pro Episcopo defuncto.*

2 *Inter Episcopum & Ecclesiam intercedit spirituale matrimonium.*
Obligatio Ecclesiæ erga Episcopum.

3 *Obligatus celebrare quotidie quot vicibus celebrare possit pro Episcopo.*

1 Dicendum est. *Posse obligatos ad celebrandum quotidie ratione beneficij celebrare pro Episcopo defuncto.* Et idem dicendum est etiam de obligatis ratione Capellaniæ, quia possunt etiam aliquibus vicibus celebrare pro seipsis, aut pro sibi coniunctis. Desumitur ex Naldo *in summa verbo.* Missa. *n.* 7 Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 23. *n.* 4. Homobon. *part.* 3. *examin. Eccles. tract.* 14. *cap.* 1. *quæst.* 2. *resol.* 2. *& resp.* 52. *part.* 7. *tom.* 2. *consil.* Alphons. de Leone *de iulil. part.* 3. *q.* 20. *n.* 22 Franc. de Lugo *lib.* 6. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 6. *n.* 70. Auersa *q.* 11. *de Euchar.* 9. *sect.* 18. vers. *Item posse.* Machad. *tom.* 1. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 12. *docum.* 14. *n.* 1. quatenus docent, quod possunt pro seipsis, & pro coniunctis celebrare.

2 Ratio est. Quia inter Episcopum, & Ecclesiam intercedit spirituale matrimonium Cap. *Inter Corporalia,* & Cap. *fin. de translat. Episc.* & proinde Ecclesia tanquam illius sponsa potest exercere obligationes, quas contrahit erga suum sponsum. Inter has autem obligationes præcipua est, quando moritur offerre Deo suffragia pro anima ipsius. Hoc enim est illi debitum ratione laborum, quibus functus est in regenda Ecclesia. Ergo non obstante obligatione celebrandi quotidie, potest per suos Sacerdotes offerrre Deo sacrificium pro anima ipsius, quia censetur acceptare fundationes, & erigere beneficia salua obligatione, quam habet erga suum sponsum.

Verum adhuc dubitari potest, quot vicibus possit quisque Sacerdos celebrare. Et quidem certum est pro diebus obitus quia hoc est illud minus, quod suffragari possit. Probabile tamen est, quod possit etiam celebrare ceteris diebus quos Ecclesia pro defunctis instituit, nempè tertio septimo, & trigesimo, cùm sit conueniens, quod Ecclesia exhibeat pro suo sponso illa suffragia, quæ pro aliis instituit. An autem possit facere pro ipso celebrare missas D. Gregorij Resp posse, dummodo tamen curet, quod alij suppleant pro illo, pro quo esset celebraturus, qui celebrat pro Episcopo dictas Missas, quia non est æquum, quod vnus Sacerdos tot diebus celebret pro aliis, & non pro quibus ratione beneficij tenetur. 3

QVÆSTIO 860.

An sacerdos noviter ordinatus teneatur celebrare & applicare missas sibi iniunctas in ordinatione.

SVMMA.

1 *Ordinatus sacerdos tenetur celebrare missas iniunctas ab Ordinante.*

2 *Forma qua missæ celebrandæ imponuntur Ordinato.*

3 *Verba imperatiui an importent præceptum.*

4 *Promissio acceptata obligat in conscientia.*
Promissio acceptata transit in pactum.

5 *Promittens potest cogi ad seruanda promissa etiam de iure ciuili.*

6 *Missæ celebrandæ ab Ordinato obligant sub mortali.*

7 *Missa pro defunctis obligat etiam quo ad applicationẽ.*

8 *Aliæ duæ Missæ non obligant quoad applicationem.*

9 *Non sunt aplicandæ pro ordinante.*

10 *Modus discretiuus inducit nouam dispositionem.*

Ex præscripto Pontificalis iniunguntur Sacerdotibus ordinatis ab ordinante, quod celebrent tres primas Missas de Spiritu Sancto, de B. Virgine, & de Requiem. Difficultas autem est, an, & qua obligatione teneantur celebrare, & an teneantur applicare fructum sacrificij. Quod teneantur illas Missas celebrare, non videtur in dubium reuocandum; Nam iniungitur earumd. celebratio ex præscriptione Pontificalis, atque adeo auctoritate summi Pontificis, cuius auctoritate instructum, & promulgatum est, & proindè habet vim legis in ea materia; solum difficultas est, an sit obligatio sub peccato mortali. 1

Verba autem, quibus in Pontificali suæ Missæ imponuntur celebrandæ, hæc sunt. *Ad Presbiteratum verò ordinati post primam vestram Missam, tres alias Missas, videlicet vnam de Spiritu Sancto, aliam de B. Maria semper Virgine. Tertiam pro fidelibus defunctis dicite & omnipotentem Deum etiã pro me orate.* Et statim subdit Rubrica. *Quod illi deuotè suscipiunt, & respondent, se facturos.* Hoc est exequuturos dictarum Missarum celebrationem. 2

Circa quod est aduertendum, quod licet adhibeatur verbum imperatiuum, *Dicite*, non per hoc tamen inferri potest præsertim graue. Quia licet verba Imperatiui, secundum aliquos importent præceptum, secundos alios tamen non important, & probabilior opinio habet quod non importent, nisi obseruantia subsequuta tanquam imponentia præceptum ea acceperit, aut materia tanquam magni ponderis cadat sub dispositione. Ita specialiter Abbas *in cap. Nam concupiscentiam. num.* 4. *de constit.* Butr. *ibid. in fine* Alex *num.* 26. Felin. *num.* 8. ver. *de aliquibus autem.* Imola *num.* 10. Tabiena *verbo* Lex *num.* 29. Angel. *num.* 3. Armilla *num.* 4. Syluester *verbo.* Præceptum. *quæst.* 2. Euerard. *in Topica iur. loco ab æquipollentibus num.* 11. Sanchez *lib.* 6. *in decal.*

decal.cap.4.num.39. Ideo ea verbis impositionis oneris celebrandi dictas Missas non potest colligi obligatio.
4 Quia tamen accedit promissio, qua ordinatus consentit in impositionem oneris, nam vt dictum est, respondet, se facturum, ideo ea promissione consurgit obligatio naturalis. Promissio enim acceptata obligat in conscientia, vt tradunt D. Antonin *part.1.tit.10.cap.1. §.4.* Nauar *cap.18.manual.n.6.* Salin. *2.2.q.5.de Dominio, art.3.dub.2.* Malder *tract.1.cap.9.dub.8.* Torrian. *tom.1.disp.64.dub.16.num.1.num.55.* Sanchez *lib.1.de matrim.disp.5.num.2.* Vasquez *1.p.disp.85.cap.6.num.41.* Et alij plures. Promissio enim acceptata transit in pactum cum interueniat id, quo pactum constituitur nempe duorum consensus in aliquid iuata *l.1.ff.de pactis,& l.3.ff.de pollicitat.* Et proinde adest obligatio seruandi quod promissum est *c.1.*& cap. *Qualiter de pactis.*
5 Et quamuis promissio licet acceptata, non pariat actionem, secundum ius ciuile attamen in conscientia adest obligatio seruandi, & non seruans excommunicari debet iuata cit. *cap.1. de pactis.* Imo etiam secundum ius ciuile, qui non recognoscit superiorē & iudicar secundum conscientiam, poterit cogere ad obseruandas promissiones, vt notant Buttrius *in cap. Qua in Ecclesiarum.* De *constit.* Felin. *ibid.* Iaf. *in §. personam* circa finem Instit. *de act.* Soccin. *in l.legem. C. de pactis.* Andr. ab eaea *de pact. num. 309. vers. Tertiò principaliter.*
6 Et cùm simus in materia graui, obligatio erit sub mortali. Nam materia promissionis sunt tres missæ, quæ in ratione cultus sunt quid notabile. Tum quoad qualitatem cultus, tum quoad quantitatem; & istæ tres missæ exiguntur à nouiter ordinatis in recognitione muneris, quod ipsis Ecclesia communicat; vult enim, quod hoc speciali cultu colant exercendo munus assumptum in gratiarum actionem pro dignitate accepta.
7 Sed hic insurgit dubium, an adsit obligatio applicandi has Missas. Quod spectat ad Missam pro defunctis videtur adesse obligatio, nā dicitur. *Tertiam pro fidelibus defunctis dicite.* Si ergo celebranda est Missa pro defunctis, debet pro ipsis applicari; nam celebrare pro aliquo est offerre pro ipso sacrificium, itavt percipiat fructum. Nam propositio, *pro*, significat, quod sacrificium offeratur in beneficium ipsorum defunctorum eo pacto, quo sacrificium dicitur à Concil. Trid. *sess.22 cap.2. de sacrif. miss.* Offerri Deo pro Defunctis, in Christo nondum ad plenum purgatis.
8 Quod verò spectat ad alias duas missas, nempe de Spiritu sancto,& de B. Virgine ex verbis Pōtificalibus nulla obligatio colligitur applicandi sacrificium, cùm solum dicatur, quod dicant vnam de Spiritu sancto, aliam de Beata Virgine. Quod sufficienter impleri potest absque applicatione sacrificij. Deindè non potest imponi obligatio applicandi sacrificium, nisi exprimatur pro quo applicandum sit, quia applicatio essentialiter includit personam, pro qua est applicandum, nihil autem exprimitur, pro quo applicandæ hæ missæ; & ideò non potest esse imposita obligatio applicandi.
9 Nec dici potest. Quod istæ missæ sint applicandæ pro ordinante, aut iuata ipsius mentem. Quia postquam ordinās iniunxit celebrationem missarum, subdit. *Et omnipotentem Deum etiam pro me orate.* Qui modus discretiuus loquendi declarat, quod quando iniunxit missas, non comprehendit seipsum ad participandum fructum illarum missarum iuata ea, quæ tradunt *Parif. conf.50.a.19.lib.4.* Menoch. *conf.215.a.69.* Surd. *conf.154.n.7.* Rota *decis.413.n.6.& 16.p.3.Rec.* & coram Merlino *decis.800.n.11.* Sed inducat nouam iniunctionem orandi pro ipso, quod etiam indicat dictio, *etiam*, quæ extendit iniunctionem ad nouum onus. Ex quibus concluditur, quod non possunt ordinantes acceptare eleemosynam pro his missis, quasi ad missam ipsorum applicentur, sed si habent onera missarum adimplenda, alio modo satisfacere debent.

DE OBLIGATIONE CELEBRANDI
ex charitate, promissione, & voto.

Quia obligatio prouenire potest ex pluribus titulis, qui etiam possunt se extendere ad oblationem sacrificij pro alio, inter quos sunt Charitas, promissio & votum ideo modò considerandi sunt. Si tituli in ordine ad sacrificium, & inquirendum, an, & qualem obligationem inducant.

QVÆSTIO 861.

An Charitas aliquando obliget offerre sacrificium pro alio.

SVMMA.

1 *Charitas obligat celebrantem, vt non excludat aliquem à participatione sacrificij.*
2 *Sacerdos ratione charitatis an teneatur aliquādo offerre pro alio.*
3 *Charitas obligat in spiritualibus in graui necessitate proximi.*
4 *Sacerdos ex charitate tenetur aliquando offerre pro alijs præsertim Communitate.*
5 *Sacerdos ratione charitatis tenetur aliquando exercere munus mediatoris inter Deum, & homines.*
6 *Et per potestatem sacerdotalem tenetur subuenire, Obligatio orandi quoad alios, in sacerdote fit obligatio offerendi sacrificium.*

SVpponendum est, tanquam certum, vt notant etiam Suarez *disp. 66. de Eucharist. init. in Proemio.* Franciscus Lugo *lib.5. de sacram. cap.11. init.* Charitatem obligare quemlibet sacerdotem celebrantem ad non excludendum aliquem pro ijs, qui sunt capaces à participatione fructus communis sacrificij. Nam cùm vel ex institutione Christi, vel saltem ex institutione Ecclesiæ admittantur ad participationem fructus cōmunis, & debeat sacerdos pro ipsis offerre, eò ipso, quod aliquem excluderet, inuideret ipsi tale bonum, & exerceret actum odij contra ipsum, nam ita illum excluderet, vt nollet participare communia bona, quod est contra charitatem. Et contra illud principium. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, siquidem quantum est de se, priuaret ipsum communi fructu sacrificij quo nollet ipse ab alio priuari Solum difficultas est, an sacerdos ratione charitatis teneatur aliquando pro alio offerre sacrificium. 1

Quod autem ratione charitatis numquam teneatur sacerdos pro alio offerre sacrificium, tradunt Suarez *de Eucharist. disp. 86. in proem.* Dicastil *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 22. num. 427.* Francisc Lugo *lib. 5. de sacrā. cap. 11. num. 1.* Fundamentum est. Quia oblatio sacrificij pro alio non est simpliciter necessaria ad salutem, & ideo non potest charitas ad ipsam obligare. Confir. licet charitas possit aliquando obligare ad orandum pro alijs, præsertim pro bono communi, attamen nunquam 2

quam cadet sub obligatione, quod orationi adiungatur sacrificium.

3 Verùm hæc opinio displicet, secundum se & etiam ratione motiui. Nam videtur supponere, quod charitas obliget solum ad subueniendum proximo in ijs, quæ sunt simpliciter necessaria ad salutem, & non etiam in graui necessitate spirituali præsertim, quando sine vllo, aut saltem non leui incomodo subueniri potest. Alioquin neque etiam charitas obligaret in temporalibus ad subueniendum proximo in graui necessitate constituto, sed solum in ijs, quæ sunt simpliciter necessaria ad conseruationem vitæ, cuius tamen oppositum docent communiter cum D. Th. in materia de charitate.

4 Itaque dicendum est *sacerdotem aliquando teneri ex charitate offerre sacrificium pro alijs præsertim pro communitate constituta in aliqua graui necessitate auxilij diuini.* Prob. sacrificium ita est institutum exhibendum in honorem Dei, & cultum, vt etiam ordinetur ad ipsum placandum, & impetranda beneficia, & auxilia pro quacumque necessitate; vt docet Concil. Trident. *sess. 22. cap. 2. de sacrific.* Ergo est medium præ omnibus maximè idoneum & efficax ad nobis obtinenda beneficia, misericordiam, auxilia necessaria, & omnia quibus indigemus, à Deo. Ergo sacerdos tenetur ratione charitatis, aliquando offerre sacrificium, præsertim pro communitate constituta in aliqua graui necessitate. Conseq. hæc prob. Quia tamquam membrum communitatis tenetur cooperari bono communi, & publicæ vtilitati de iure naturali; & proinde tenetur subuenire, quando periclitatur. Ergo cum habeat medium optimum ad subueniendum, nempe oblationem sacrificij, tenebitur hoc pacto subuenire.

5 Confir. Sacerdos ratione ordinis sacerdotalis est constitutus mediator inter Deum, & homines, & publicus minister in ordine ad offerendum Deo sacrificium, iuxta illud ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Ergo quando videt aliquem constitutum in tali indigentia, & necessitate, vt ei moraliter sit necessarium recurrere ad Deum cum sacrificio, præsertim si necessitas sit communis, tenetur ratione charitatis impendere ipsi munus suum, & se interponere cum sacrificio apud Deum: nam charitas ipsum obligat subuenire cum ijs, quibus ipse abundat, censetur autem subuenire sacrificijs, quia quotidie potest nouum sacrificium offerre.

6 Dices. Posse alio modo subuenire necessitati, quam per sacrificium. Contra licet possit alio modo subuenire, sacerdos tamen ratione sacerdotij est determinatus ad se interponendum apud Deum pro populo mediante sacrificio, nam ad hoc munus assumitur. Ergo tenetur subuenire impendendo proprium munus, quia tenetur subuenire eo modo, qui ei competit ratione muneris, & ratione cuius maximè est aptus ad subueniendum; præsertim cum fi electus ad se interponendum apud Deum mediante sacrificio. Confir. Aliquando tenetur orare pro aliis ex charitate. Ergo quando Sacerdos tenetur orare, tenetur etiam offerre sacrificiũ ratione charitatis. Conseq. Prob. Quia tenetur interponere orationem secundum mensuram suæ obligationis; obligatio autem orandi in ipso transit in obligationem offerendi sacrificium; nam coarctatur ista obligatio ad terminos sui muneris. Cum obligatio orãdi nõ sit alia quã obligatio se interponendi pro aliquo apud Deum, & petendi aliquid ab ipso mediante medio impetratiuo qualis est oratio. Cùm ergo sacerdos sit destinatus ad se interponendum mediante sacrificio, fit quod teneatur se interponere cum sacrificio, quia obligatio, quæ ab alijs exigit orationem tamquam medium, quo possunt se interponere, exigit ab ipso sacrificium tamquam medium, cum quo ratione muneris se debet interponere, nam ex natura sua exigit ab vnoquoque medium interpositionis ipsi proportionatum. Et ex his patet responsio ad ea, quæ tacta sunt in fundamento oppositæ sententiæ.

QVÆSTIO 862.

An dicens alteri, offeram pro te sacrificium, aut iuxta tuam intentionem, maneat obligatus ex promissione.

SVMMA.

1 *Verba enunciatiua celebrandi pro aliquo non semper dicunt promissionem.*
Quia possunt significare solum propositum.

2 *Propositum antecedit promissionem nec inducit obligationem.*

3 *Respondens petenti Missam,* Celebrabo *an contrahat obligationem.*

4 *Non soluitur obligatione celebrandi, qui petens ab amico celebrari Missas, obtinet solam responsionem, quod celebrabit.*

Dicendum est. *Verba enunciatiua celebrandi pro aliquo, aut iuxta eius intentionem, non semper important promissionem, atq. adeo nec semper obligationem ex fidelitate.* Ita Suarez *disp. 86. de Eucharis. in proem.* Francis Lu. *o lib. 5. de sacram cap. 11. num. 1.* Ratio est. Quia verba enuntiatiua celebrandi pro aliquo, aut iuxta suam intentionem, possunt esse indifferentia ad exprimendam promissionem, aut tantum simplex propositum. Ergo si adsit solum propositum, & non actus internus promissionis, non inducunt obligationem ex fidelitate. Sic, si quis dicat *faciam hoc*, potest, vt obseruat Caiet. *2. 2. quæst. 88. art. 1. §. Ad hoc dicitur*, habere triplicem sensum. Primus si enunciet propositum faciendi, quasi diceret. *Intendo hoc facere.* Secundus si enunciet futurum euentum, & sensus sit *Ponetur hoc in effectu.* Tertius est, si enunciet promissionem, & sensus sit. *Promitto quod faciam hoc.* Et ideò non statim, quod quis dicit offeram sacrificium iuxta tuã intentionem, debet censeri obligatus ratione fidelitatis. 1

Confirm. Propositum aliquid faciendi non est ad alterum, & proinde non inducit obligationem implendi, quod proponitur, quia voluntas est mutabilis, & ideò nec sibiipsi obligatur. Promissio autem est ad alterum, & inducit obligationem fidelitatis respectu illius, & ideo supra propositum requirit animum se obligandi, & adstringendi alteri fidem propriam in exequendo, quod exprimitur faciendum, aut non faciendum. Et proinde promissio procedit ex proposito, vt docet D. Thom. *2. 2. quæst. 88. art. 1. in corp.* Ergo nisi verba exprimant actum internum, in quo consistit promissio, non inducent obligationem, nec interueniet obligatio, si voluntas sistat tantum in proposito. 2

Ex his colligitur. Quod si quis petenti vt celebret missam iuxta suam intentionem, & respondeat celebrabo, non statim censendus est obligatus ex fidelitate ad offerendum iuxta ipsius intentionem, cum fieri possit, quod habuerit solum propositum celebrandi sed videndum est, an responsio processerit ex animo non solum faciendi, quia talis animus non excedit propositum, sed etiam ex animo obligandi suam fidem ad offerendum iuxta ipsius intentionem, & secundum hoc iudicandum de obligatione. 3

Secundò colligitur. Quod si quis obligatus sit ad certum numerum Missarum ratione stipendij accepti- 4

non

non poteſt ſatisfacere obligationi, ſi rogans hunc, atque illum amicum Sacerdotem, vt offerat vnum, vel alterum ſacrificium iuxta ſuam intentionem, reſpondeant, quod offerent non liberatur ab obligatione ſiquidem hæc reſponſio non eſt ſufficiens ad declarandam obligationem, & talem, qualis exigitur, vt impleatur obligatio contracta ratione ſtipendij, cum fieri poſſit, quod ſic reſpondens habeat tantum propoſitum offerendi, non autem intendat ſe obligare,& fieri poſſit, quod ex aliqua cauſa ſuperueniente non ſeruet propoſitum. Vnde non poteſt haberi neque moralis certitudo, quod celebrentur miſſæ, atque adeò, quod maneat extincta obligatio contracta ratione ſtipendij.

Qvæstio. 863.

An promiſſio celebrandi Miſſam iuxta alicuius intentionem obliget in conſcientia ratione fidelitatis.

SVMMA.

1 *Promiſſio celebrandi an obliget in conſcientia*, & num.ſeq.

3 *Sequuta acceptatione promittens remanet obligatus. Fidelitas obligat in conſcientia.*

4 *Promiſſio facta Deo obligat in conſcientia.*

5 *Obligatio fidelitatis erga Deum non oritur ex ſubiectione.*

Obligatio fidelitatis fundatur in honeſtate.

6 *Peccatum mortale inducitur ex læſione notabili proximi, & etiam communitatis.*

7 *Fidelitas cur in materia graui inducat grauem obligationem.*

1 De duplici capite poteſt oriri obligatio celebrandi. Primò ratione promiſſionis præciſè, & tunc videre oportet, an promiſſio inducat obligationem in conſcientia. Secundò ſuppoſito quod promiſſio inducat obligationem in conſcientia, an ſit obligatio grauis, & ſub mortali de hoc non agitur in præſenti, ſed ſolum de primo. Prima ſententia eſt eorum, qui vniuerſaliter docent, quod promiſſio, quamuis acceptata, non obligat in conſcientia ſub mortali, qui conſequenter dicent promittentem Miſſam non obligari in conſcientia ſub mortali, licet acceptetur promiſſio à promiſſario. Ita Fumus *in ſum. verbo* Præſidia *num.*... Henriquez *lib.* 13 *ſ.m.cap.* 17.*nu.*6. Ledeſma *tom.* 2.*ſum.tract.* 10.*de voto.cap.*3.*dub.*3.*poſt.*2. *con. ius.* vet *En eſta duda* Fernandez *par.* 1. *Examin. theol moral.cap.* 15.§.6.*num.*11 quos citat & ſequitur Diana *par.* 2.*tract.* 17.*reſol.*9. vers. *Sed. contrariam.* Citat etiam Caiet 2. 2. *quaeſt.*113. *art.*1.*dub.*4. Sed ibi & alibi oppoſitum tenet vt mox videbimus. Fundamentum eſt. Quia non ſeruare promiſſa eſt ſolum frangere fidem in promiſſis, quod non apponitur iuſtitiæ, ſed fidelitati,& proinde non eſt,niſi mendacium. quod, cùm non ſit perniciosum, non erit niſi veniale.

2 Secunda ſententia aſſerit, promiſſionem acceptatam obligare in conſcientia, vel ſub mortali, vel ſub veniali iuxta qualitatem materiæ, & proinde promittentem Miſſam, & non implentem promiſſa poſſe peccare mortaliter,ſi materia ſit grauis, de quo infra, Ita D. Thom. 22 *quaeſt.*88.*art.*3. *ad* 1. vbi habet, quod obligatio promiſſionis eſt iuris naturalis Caiet. *ibid.* §. *In eodem* 3.*art.* vbi habet, quod eſt error dicere, quod ſimplex promiſſio obliget ſolum ſecundum congruitatem,& q. 113 *art.*1.§. *Ad quartam demum dubitationem.* vbi habet, quod homo obligatus in foro conſcientiæ ex qualibet promiſſione, & non ſtare promiſſioni eſt peccatum mortale, quando contrariatur charitati, & §. *Ad* 2 *autem obiectionem.* Quod fides,vt ſe extendit ad debitum ciuile, obligat ad mortale, quia oppoſitum tolleret ſocialem vitam. Sed vt concluditur intra fines debiti moralis, ſolum obligat ſub veniali,quando perfidia parum, aut nihil alicui nocet D. Antonin. *par.*2. *tit.* 10 *cap.*1.§.4.Salon.2.2. *quaeſt.*5. *de Domin. art.*3. *dub.* 1.Nauar.*cap.*18.*Manual num.*6. Sanchez. *lib.* 1.*de matrim.diſp.*5.*num.* 10. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt & iure cap.* 18. *dub.*8. *num.* 55. Vaſquez.1.*par. diſp.* 81. *cap.*6. *num.*41. Molder. 2.2. *tract.* 1.*cap.*5.*dub.*8. Turrian.*tom.*2. *diſp.*64. *dub.*16.*num.*5 Filliuc *tract.*33 *cap* 2.*num.*26 Beia, *in reſponſ.caſ.conſ.cen. par.*4.*caſ.* 25.

Dicendum eſt. *Promittentem aliquas miſſas celebrare iuxta intentionem alicuius remanere obligatum in conſcientia ſequuta acceptatione atque adeo ſub mortali vel veniali iuxta grauitatem vel leuitatem materiæ.* Prob. Remanet obligatus ex vi fidelitatis, itavt obſtrictam habeat ſuam fidem ſtandi promiſſis. Ergo remanet obligatus in conſcientia,atque adeò ſub mortali, vel veniali iuxta qualitatem materiæ, circa quam verſatur promiſſio. Conſeq. prob Tùm quia fidelitas obligat de iure naturali, itavt eſſe infidelem, ſeu non ſeruare fidem, eſt contra regulas rectæ rationis, & ab omnibus apprehendatur tanquàm quid valdè turpe, & omnes abhorreant perſonas non ſeruantes promiſſa ſicut laudant ſeruantes,& apprehendunt tanquam quid maximè honeſtum ſtare promiſſis. Ius autem naturale obligat in conſcientia. Tùm quia non ſeruare promiſſa continet mendacium, nam facto ipſo contradicimus conceptui mentis, & exterius operamur aliter, ac interius ſentiebamus,ſicut antem mendacium ex genere ſuo eſt peccatum, atque adeò ſupponit obligationem in conſciẽtia ad non mentiendum, ita etiam promiſſio non ſeruata contineblt peccatum, & ſupponet obligationem in conſcientia ad ſeruandum.

Confirm. Promiſſio facta Deo obligat in conſciẽtia,& ad mortale, ſi ſit in materia graui: vnde certum non alia ratione inducit obligationem ſeruandi, niſi quia eſt promiſſio facta Deo,& proinde dicitur, quod diſplicet Deo ſtulta, & infidelis promiſſio Ergo etiam eodem modo obligabit facta hominibus. Conſeq. prob. Ideò promiſſio facta Deo obligat in conſcientia,& ad mortale in materia graui tenemur cum Deo ſeruare fidelitatem. Sed etiam cum hominibus tenemur ſeruare etiam ſecundum auctores oppoſitæ ſententiæ, ſiquidem volunt, quod ſaltem ſub veniali teneamur ſeruare. Ergo in materia graui tenebimur ſeruare ſub mortali, quia grauitas materiæ inducit obligationem grauem. 4

Dices. Ideò inducere fidelitatem obligationem grauem reſpectu Dei, quia ſubiicimur ipſi, & propterea tenemur eſſe illi fideles ſub graui obligatione. Contra. Si ſubiectio induceret grauitatem obligationis in materia fidelitatis, ſtante quacumque leuitate materiæ teneremur ſub mortali eſſe fideles quia grauitas obligationis non oriretur ex grauitate,ſeu qualitate materiæ, ſed ex ſubiectione, quæ cum ſit eadem,ſemper induceret eandem obligationem Aut ſi induceret grauem, vel leuem iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, quando nulla adeſt ſubiectio, nulla eſſet obligatio fidelitatis: & quando inter homines adeſt, adeſſet grauis,vel leuis obligatio iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ. Præterea Deus eſt ita fidelis reſpectu hominis, vt non poſſit non eſſe iuxta illud Apoſtoli, 2. Ad Timoth. 2. *Si non credimus, ille fidelis permanet negare ſeipſum non poteſt.* Et tamen in Deo non eſt aliqua ſubiectio reſpectu hominis, ſed in homine eſt ſumma reſpectu Dei. Ergo impoſſibilitas ad non eſſendum fidelem prouenit tantum ratione honeſtatis, quæ eſt 5

in fidelĩ

in fidelitate:& ratione turpitudinis, quæ est in vinlatione fidelitatis. Ergo etiam in hominibus fidelitatis obligatio proueniet rat one honestatis ipsius, & obligatio vitandi oppositum proueniet ratione turpitudinis, quæ est in infidelitate. Ergo potest esse obligatio sub mortali, quia honest: s, & turpitudo in materia graui, fundant grauem obligationem; siquidem grauitas materiæ ex sui natura fundat grauitatem turpitudinis, & honestatis.

6 Confirm. 2. Tunc inducitur peccatum mortale, quãdo proximus læditur in aliquo bono notabili, itavt non solum bonum secundum se sit notabile ratione æstimabilitatis, sed etiam læsio est notabilis; nam talis læsio grauiter contrariatur charitati, qua tenemur diligere proximum. Et tunc læditur proximus, nedum quando læduntur personæ particulares, sed etiam, quando læditur communitas quia tunc læsio est communis cum sit in bono communi, quod participatur ab omnibus. Perfidia autem, seu non seruare fidelitatem, lædit in bono notabili proximum, quia scilicet lædit bonum humanæ societatis. Et ideò, si læsio sit notabilis, erit pecc.tum mortale. Quod etiam ex eo constat, quia quisque ex eo, quod sibi promissa non seruentur, se læsum putat, non quia sit læsus in propriis bonis, quia res promissa nondum est facta proptium bonum ipsios, sed quia læditur in iure quod habet ad sinceram societatem humanam. Et quò plus læditur in hoc iure, eò plus contristatur. Vnde cum ex communi sensu non seruare fidelitatem in promissis importet læsionem erit contra charitatem, & continebit specialem turpitudinem, & proinde in materia graui erit peccatum mortale.

7 De dictis solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ. Nam licet seruare promissa non apponatur iustitiæ, sed solum fidelitati, quia tamen fidelitas non minus obligat, quam iustitia, ideo sicut iustitia in materia graui obligat ad mortale, ita etiam fidelitas. Rursus cum non minus bonum proximi sit societas humana, quam res illæ circa quas versatur iustitia, ideo si læsio grauis in rebus, quæ sunt materia iustitiæ contineat peccatum mortale, continebit etiam læsio grauis in humana societate. Deinde si non seruare promissa est mendacium, habebit malitiam mendacij, & cùm mendacium perniciosum sit peccatum graue, erit etiam peccatum graue non seruare promissa in re graui, nam est mendacium grauiter perniciosum societati humanæ.

QVÆSTIO 864.

An promissio liberalis ratione materiæ de celebranda missa obliget ad mortale.

SVMMA.

1 *Vnica missa an materia grauis promissionis*, & nom. seq.
3 *Materiæ grauitas quoad hoc vnde sumenda.*
4 *Maior materia requiritur, vt sit grauis respectu promissionis ac respectu furti.*
Materiæ grauitas in promissa Missa non est censuranda ex stipendio.
5 *Promissio vnius sacrificij non obligat sub mortali.*
Materia immediata, & mediata promissionis: & quanam vtraque sit.
6 *Actus sumunt speciem ab obiecto formali.*
Grauitas obligationis ex promissione vnde sumantur.
7 *Violatio fidelitatis quando sit in materia graui.*
Societas humana quando grauiter lædatur.
8 *Vnicũ sacrificiũ cur non sit materia grauis promissionis.*
9 *Promissio plurium sacrificiorum an inducat obligationem grauem.*

CVm promissio, licet liberalis, obliget in conscientia ad exhibendum, quod promittitur, & proinde obliget sub mortali si materia sit grauis, videndum est, an vnica missa sit materia grauis, itavt indocat obligationem sub mortali. Prima sententia asserit, vnicam missam esse materiam grauem, & proinde esse peccatum mortale non seruare promissum. Ita Nauar. *cap. 55. Manual. num. 92.* Ledesma *par. 4. quæst. 16. num. 14.* in fine Petrus Nauar. *lib. 2. de rest. cap. 2. num. 329. corol. 1.* Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 252. conclus. 5.* Suarez *de Eucharist. disp. 86. in Proem.* Bonac. *de contract. disp. 3. quæst. 11. pun. 1. n. 8.* Corduba *in q. lib. 1. q. 3. opin. 6.* Bossius *tom. 1. moral. part. 1. tit. 1. num. 401.* Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 9.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 17. num. 194.* verùm licet pro hac sentent. citentur Boss. & Tamburin non loquuntur tamen in præsenti casu, sed quando applicatur Missa ratione stipendij, & applicatur etiam alteri ex alio debito, & dicunt, non satisfacere obligationi contractæ ratione stipendij. Fundamentum est Quia in ordine spirituali vnicum sacrificium est res grauis, cùm contineat magnum fructum spiritualem, & ipsum conferat ex opere operato, & ideo non est materia parua, sed grauis. Vnde à fortiori erit peccatum mortale, si quis plura sacrificia promiserit, & non adimpleat promissa. 1

Secunda sententia asserit, non esse materiam grauem; & ideo si non impleat promissa, non peccare mortaliter. Ita Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 5. num 25.* Facundez *pracep. 1 fides. lib. 3. cap. 8 num. 11.* Portel. *in dub. Regular verbo.* Missa. *num. 10.* Hieronim. Rodriquez, *in Compen. resol. 25. num. 23.* Malder. 88. *tract. 1. cap. 9. dub. 8.* Diana *par. 2. tract. 17. resol. 9.* ver. *Hinc etiam* & *par. 10. tract. 15. resol. 43.* ver. *Nota vero.* Faustus *de Euchar. lib. 2. quæst. 139.* Francis. Lugo *lib. 5. de. sacram. cap. 3. quæst. 3. num. 26.* Marchin. *de sacram ordin. tract. 3. par. 2. cap. 18. num. 2.* Leander *De sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 22. num. 421.* 2

Fundant autem nonnulli ex citatis Doctoribus, vt Facundez, Marchin. Lugo hanc opinionem, quia materiæ grauitas in hac promissione est metienda ex quantitate stipendij, quod solet dari pro vna Missa, quæ cùm regulariter sit vnius Iul j non est materia grauis nam maior quantitas requiritur ad grauitatem materiæ in promissione, quam in furto. Vnde secundum hos Doctores, qui promitteret tot Missas, quot in materia promissionis corresponderet stipendium, quod esset materia grauis, teneretur sub mortali implere promissionem. 3

Verùm quamuis probabile sit, vt tradunt Lopez *par. 1. Inst. cap. 180.* ver. *Tertio requiritur* in noua edit. & *lib. 2. De contr. c. vlt. vbi* in fine. Lessius. *lib. 2. de iust. & iur. cap. 18. dub. 8. n. 26.* Sanch. *lib. 1. de matr. disp. 5. num. 22.* Faustus *lib. 2. de Eucharist. quæst. 139.* ver. *At vero* Quod maior quantitas requiratur pro constituenda graui materia respectu permissionis, quàm respectu furti Vnde secundũ Sanchez citat. debet esse quadruplo maior, quia scilicet minor est obligatio promissionis, quàm obligatio iustitiæ. Attamen hæc Doctrina non potest præsenti materiæ applicari. Primò quidem, quia dicere, quod Missa promissa, est æstimanda materia grauis, aut læuis ratione stipendij & subiicere prætio Missam, & eius fructum, & pronuntiare, quod tanti valeat missa, quantum est stipendium, atque adeò æstimare spiritualia per æquiualentiam ad temporalia, quod non est aliud quam dicere, quod spiritualia temporalibus compensabilia sint, & inducere possibilitatem simoniæ tanquam licitæ. Deinde promittens alicui Missam, promittit ipsam obligationem 4

sacrificij,

sacrificij, & fructum ipsius, non autem est promittere stipendium, imò promittens, vt plurimum nihil cogitat de stipendio. Ergo cùm materia promissionis non sit stipendium, grauitas vel leuitas materiæ non est mensuranda ex stipendio.

5 Dicendum est. *Promissionem vnius sacrificij iuxta alicuius intentionem non obligare sub mortali ratione paruitatis materiæ.* Pro cuius intelligentia est aduertendũ. Quod in promissione est materia immediata, & circa quam, seu obiectum formale & alia est materia in qua & mediata seu obiectũ materiale. Materia immediata circa quam, seu obiectum formale est obstrictio fidei, quæ fit promissario de se immediate ad ponendam obligationem fidelitatis cum promissario, quod non est aliud quam obstringere fidem promittentis ipsi promissario Materia autem in qua mediata, seu obiectum materiale est illa, de qua fit promissio, seu de qua obstringitur fides. Quod ex eo patet, quia non potest eadem res esse obiectum per se immediatum, & formale actuum, qui differunt specie, res autem de qua procedit promissio, est etiã materia propositi, ex quæ procedit promissio, & est etiã materia promissionis, qui actus cum sint specie diuersi, oportet, quod habeant obiecta formalia immediata, & per se diuersa; vnde res promissa, aut respectu neutrius erit obiectum immediatum formale, aut si est respectu vnius, non erit respectu alterius. Rursus obstrictio fidei est proprium promissionis itavt nulli alteri conueniat, & ideò erit obiectum formale.

6 Ea hoc autem fit. Quod cùm actus morales, sumãt suam specificationem ab obiecto formali, seu fine, vt docent communiter cum D. Th. 1. 2. *quæst.* 1. *art.* 3. sument quoque ab ipso grauitatem aut leuitatem prout ab ipso reperitur grauitas, vel leuitas in ordine morali. Vnde etiam promissio erit de materia graui vel leui iuxta grauitatem, vel leuitatem sui obiecti formalis, quod cùm sit obstrictio fidei, quatenus habet pro termino humanam societatem, quæ coagmentur ea eo, quod homines sint sibi inuicem fideles, erit materia grauis, vel leuis prout humana societas erit grauis, vel leuis: est enim diuisibilis & potest esse maior, & minor. Nõ autem sumetur grauitas, vel leuitas ex re promissa. Econtra verò non obseruãtia promissionis, seu perfidia erit grauis, vel leuis, prout grauiter, vel leuiter apponitur humanæ societati. Et proinde Caiet. 2. 2. q. 113. *ar.* 1. §. *Ad* 2. *autem obuiãdum.* Docet quod fides, vt includitur infra limites debiti mortalis, oportet, quod cõsideretur iuxta materiã subiectam, & distinguendo dicatur, quod vt cõcernit ea, quorum perfidia vergeret contra Deũ, aut proximum, obligat ad mortale, quia talis perfidia tollit societatis diuinæ & humanæ bonum: vt verò concernit illa, quorum perfidia, parùm aut nihil alicui nocet, non obligat ad mortale.

7 Ea bis autem conficitur ratio pro resolutione posita. Tunc solum promissio obligat sub mortali, & est de re graui, quando obseruantia ipsius grauiter lædit humanam societatem, nam tunc grauiter læditur proximus in hoc speciali bono, & proinde contrariatur charitati, quia tenemur diligere proximum. Sed non obseruantia promissionis vnius missæ non lædit grauiter societatem humanam. Ergo non erit violatio fidelitatis in materia graui, atque adeò promissio non erit de materia graui. Minor. prob. Societas humana grauiter, vel leuiter læditur prout ipsi grauiter, vel leuiter detrahitur habita ratione exigentiæ finis, ad quem ordinatur: nam finis est regula, atque mensura ipsius. Ergo cùm societas humana in ordine morali naturali ordinetur ad mutuam communicationẽ, qua se homines mutuo iuuent iuxta indigentiam, vnde ait Seneca *lib.* 4. *de benefic. cap.* 18. *Hanc* (Societatem) *tolle, & vnitatem generis humani, qua vita substinetur scindes.* Et in ordine morali supernaturali ad communicationem, qua se mutuo iuuent, in ordine ad finem supernaturalem iuxta indigentiam, læderetur grauiter, vel leuiter iuxta grauem, vel leuem læsionem in eo quod esset debitum ratione indigentiæ, sistendo autem in ordine morali promissio sacrificij non pertinet ad societatem in ordine morali naturali, sed in ordine supernaturali, & si non seruetur non lædit grauiter societatem humanam in hoc ordine, quia non indiget grauiter in hoc iuuari, atque adeo nec communicationẽ in tali promissione, siue sacrificiũ sit promissum in fauorẽ promissarij, siue in fauorẽ alterius.

8 Ex dictis solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ; nam licet sacrificium secundum se, & quoad factum sit res grauis, attamen, quia est obiectum materiale promissionis, & ab ipso non sumit suam speciem ideo nec ab ipso sumit grauitatem, vel leuitatem sed tantum in ordine ad societatem humanam, quæ læditur ex eo, quod fides promissionis non seruetur: vt constat ex dictis. Posset hic obijci, quod videtur sequi, quod neque votum de celebratione vnius missæ obliget sub mortali, quia eodem modo erit dicendum quod non sit de re graui sicut dicitur de promissione. Verùm hæc obiectio soluetur infrà, vbi agetur de obligatione celebrandi ex voto, & ostendetur, quomodo sit diuersa ratio.

9 Colligitur ex dictis Quod non solum promissio de vnico sacrificio sed neque etiam de pluribus, obligat sub mortali, quod sentire tenentur illi, qui absolutè docent, simplicem promissionem cum animo se obligandi, licet acceptatam, non obligare sub mortali, quos in præced. *quæst. num.* 1. citaui. Verùm deducitur ex alio capite. Quia scilicet grauitas, vel leuitas non sumitur in simplici promissione ex grauitate, vel leuitate rei promissæ, & ideò cùm sacrificium sit res promissa, sicut secundum se non dat grauitatem, vel leuitatem, ita neque si augeatur numerus sacrificiorum resultabit grauitas, sed solum ex eo, quod grauiter non obseruantia promissionis contrarietur humanæ societati. Ratio autem, quæ facit, quod non obseruare promissionem de vno sacrificio non contrarietur grauiter humanæ societati, facit etiam, quod non contrarietur grauiter non seruare promissionem de pluribus sacrificiis.

QVÆSTIO 865.

An promittens liberaliter celebrare aliquas missas ei, qui pro ipsis accepit stipendium, teneatur sub mortali implere promissionem.

SVMMA.

1 *Promittens missas obligato ex stipendio tenetur sub mortali celebrare.*

2 *Accollat sibi debitum promissarij.*

3 *Se debet gerere, ac si ipse accepisset stipendium.*

Dicendum est. *promittentem aliquas missas ei, qui pro ipsis accepit stipendium, teneri sub mortali implere promissionem, etiam si liberaliter promittat* Hoc existimo omninò certum etiam in eorum sententia qui volunt, quod simplex promissio, licet acceptata, non obliget sub mortali: nam in hoc casu non sistitur in sola obligatione ex fidelitate, sed etiã interuenit obligatio ex iustitia Oportet, tamẽ quod promittẽs sciat, quod promissarius acceperit stipendiũ & quod intendit satisfacere illis missis, quæ sibi promittuntur. 1

Ratio autem est. Quia eo ipso, quod scit quod promissarius intẽdit satisfacere obligationi assumptæ cũ stipendio, & in hunc finem petit missas, promittendo suscipit in se obligationem satisfaciendi, quam habet ille, qui accepit stipendium, & fit debitor propriè nam 2

accollat sibi alterius debitum, vt tradunt Cencius *de censib.part. 2.q.3 art. 1.num.16.& part.3. cap.1. quæst.3. art.3.n.10.*Ludouis.*decis.*386.*num.*1.Merlin. *decis.* 543. *num.*2. Rota *decis.*14.*num.*14. *in impressis apud Cencium de censib.in fine tract.* Ergo cum debitum susceptum sit ex iustitia, tenetur ipse ex iustitia satisfacere. Quod autē suscipiat in se debitum ex eo constat, quā promittit celebrare missas in satisfactione debiti, quod habet promissarius, quod nō est aliud, quā assumere in se obligationē satisfaciendi pro debito illius.

5 Ex his sequitur. Quod promittens eodem modo se debeat gerere, ac si ipse accepisset stipendium, siquidem suscipit debitum, quod natum est ex stipendio. Et ideo non poterit vti opinionibus, quæ circumferuntur de valore missæ, quod scilicet æquè prosit pluribus, ac vni, tantum, aut quod possit applicari vni pro stipendio accepto & alteri ex liberalitate, gratitudine. &c. Nam quamuis promissio celebrandi fuerit liberalis obligatio tamen liberaliter assumpta est ex iustitia, & ideò tenetur applicare missas, non secundum opiniones, sed secundum certitudinem, ita vt certum sit, quod in re satisfaciat debito assumpto.

QVÆSTIO. 866.

An promittens alteri, quod Petrus v.g. celebrabit aliquas missas iuxta ipsius intentionem, teneatur id cum effectu præstare.

SVMMA.

1 *Promittens missas celebrādas à tertio ad quid teneatur.*
Promissio de facto alieno quatenus subsistat.
Promissio est solum de facto proprio.
2 *Promissio facti alieni resoluitur in procurationem quod fiat.*
3 *Quam obligationem inducat.*
4 *Quid præstare debeat vt dicatur procurasse.*
5 *Promittens missas celebrandas à tertio, non tenetur procurare, quod ab alio celebrentur.*
Promissio restricta ad certam personam habet implicitam negatiuam alterius.
6 *Promittens in genere missas ab alio celebrandas ad quid teneatur.*
Cur vouens religionem debeat apud plures curare admitti.
Numerus pluralis saluatur in duobus.

1 DIcendum est. *Si quis alteri promittat, quod tertius celebrabit aliquas missas iuxta ipsius intētionem non tenetur id cum effectu præstare, sed tantum curare, quod tertius celebret.* Et hoc accipi debet etiam si promissioni superaddiderit iuramentum. Ratio est. Quia promissio quatenus se extendit ad factum alienum, non subsistit, nam non est de eo, quod sit in potestate promittentis, *l stipulatio ista, §.1.ff.de verbor. obligat. & §. si quis alium.* Iustit. *de.inut.stipula.* Promissio, namque obstringit fidem dependenter à voluntate exequendi cùm debeat procedere ex animo se obligandi. Non potest autem adesse voluntas exequendi, nisi quoad ea, quæ sciamus, nos posse exequi, atq; adeò, quæ in nostra potestate sunt, & ideò promissio solum de facto proprio esse potest. *l. inter stipulantē §.1.ff.de verb. oblig.*

2 Quod autem. Ex hac promissione oriatur obligatio procurandi, quod missæ ab illo tertio celebrētur, ex eo sequitur, quod promissio non presumitur vana, sed cū sit seria censetur cadere supra rem promissam, quatenus est in potestate promittentis, vndè cum sit in potestate, quoad procurationē vt fiat, resoluitur promissio rei in procurationem, quod res fiat, vt tradūt Glos. *in cap. Eleuterius dist.*91. Zasius *in l. stipulatio ista in init. ff. de verb. oblig.* Ias. *ibid.* Felin. *in cap. ex rescript. de iureiur.* Panorm. *in cap. ex literis, de sponsal.* Præposit. *ibidē.* Butr. *n.9.* Anchar. *n.4.* Gabr. *consil.*32.*n.*3.*lib.*2. Couar. *in cap. Quamuis part.2. §.5.vers.5.de pact.* Mantic. *de tacit. lib.4.tit.* 33. Veral. *decis.*239. *n.* 2.*par.*2. Rota *decis.*58. *in impressis apud Zacchiam de oblig. camer.* alios allegans & *decis.*67.*num.*1. *par.* 4. *Recent.* Ergo in virtute promissionis tenētur procurare, quod missæ celebrentur.

Quid autē præstare debeat, vt impleat promissionē 3 Resp. sufficere, si faciat id, quod moraliter sufficiat, vt dicatur procurasse, proponēdo videlicet aliquod motiuum, quod potēs sit ad mouendū, vt sibi petenti cōplaceat, aut ipsum rogando, non autem tenetur facere quantum in se est. Ratio autem est. Quia promissio nō obligat ad aliud nisi ad verificādum, quod dicitur, siquidem per hoc seruatur fidelitas. Vt autem verificetur hæc promissio, sufficit quæcumq; procuratio, quæ sit vera procuratio in morali æstimatione: nec requiritur exquisita.

Dices. Qui promittit factum alienum, tenetur facere, quantum in se est, vt sequatur. Ergo non sufficit, si quocumque modo procuret, quod sequatur, sed debet procurare omnimodo sibi possibilli. Resp. debere facere quantum in se est, vt sequatur, hoc est debet ipsum exhibere, prout est in sua potestate: vnde cum solum sit in eius potestate quoad procurationem solum tenetur procurare. Non autem debet facere, quātum est in se, quoad omnem modum procurationis, & quoad extraordinarium medium, verba enim promissionis debent accipi secundū ordinariū cursum, atque adeò quatenus resoluitur in procurationem de ordinaria procuratione argum. *l. stio. §. Meuia ff. de anu. leg.* & notat Regner Sixtin. *consil. Marpurg.* 10. *num.*41. 4

Ex dictis colligitur, quod si quis promittat missas 5 celebrandas ab aliquo determinato sacerdote, si apud 1 ipsum hoc obtinere non possit, non tenebitur ex vi promissionis procurare hoc ipsum apud alium; quia cum promissio sit restricta ad certam personam habet implicatam negatiuam procurandi apud alias personas. *l. Libert. §. libertas ff.de negot. gest.* & *l. Qui scelta. ver. Qui actum* & *l. Inter actum.* & *l. Certo genere ff. de seruit. rusticor. præd.* & cap. *Si duo, de procur. in 6.* Quod etiam habet locum si pro illis missis promissarius acceperit stipendium, tenetur tamen promissor notificare promissario, quod missæ non celebrabuntur, vt possit promissarius satisfacere propriæ obligationi.

Secundò colligitur. Quod si in genere promittat 6 celebrandas Missas, nec determinet personam celebraturam, ad hoc satisfaciet obligationi, si procuret celebrari ab vno tantum sacerdote, nisi fortè significauerit in promissione se procuraturū apud plures. Ratio est, quia procurando apud vnum tantum, verificatur promissio: nam valet dicere procurari celebrationem Missarum. Ergo exhibet quod promisit, & seruat Fidelitatem, qua se obstrinxit. Nec obstat, quod vouēs religionē in genere teneatur adire plures Religiones vt votum impleat, quia est diuersa ratio, nam votum religionis est de facto proprio, quamuis dependēte ab aliena voluntate, & non impletur per id, quod procuret ab vna religione recipi, quia non est de procurā da receptione, sed de susceptione status religiosi, quātum ipsi possibile est: & ideò debet procurare susceptionem apud aliū, & aliā religionem, quovsque sentiatur moraliter impossibile posse obtineri; & promissio de celebratione missarum per alium resoluitur in promissionem procurandi, & ideò sufficit procuratio apud vnū nam ponitur in esse per ipsam res promissa. Si autē significauerit se procuraturū apud plures sufficit si procuret apud duos, nisi talis fuerit significatio expressionis vt plures quàm duos requirat. Quia numerus pluralis, seu pluralis loquutio soluitur in duobus. *l. Inter illā § fin. de verb. signific.* & cap. *Cui, de preben. in 6.* & Cap. *Pluralis, de reg. iur. in 6.*

QVÆST.

QVÆSTIO 867.

An qui promisit missam, satisfaciat, si applicet sacrificium secundaria intentione.

SVMMA.

1 *Promissio missæ non impletur applicatione secundaria.*
2 *Conditione non existente nihil factum est.*
3 *Applicans fructum sibi prouenientem, non implet promissionem de missa.*
Verba significant iuxta communem vsum loquendi.
4 *Promittens missam, si non intendit applicare fructum medium, satisfacit applicando proprium, aut secundaria applicatione.*

1 DIcendum est. *Promittentem alicui sacrificium non implere promissionem, si primariò offerret sacrificium pro aliquo, & secundario pro promissario, si nimirum non sortiatur effectum in eo pro quo primario offert.* Ratio est Quia promissio est de sacrificio absolutè coosiderata, & absolutè promittit offerre, noo autem sub conditione, si in alio non sortiatur effectum. Promissio autem de re absoluta non impletur, si eadem res exhibeatur conditione, quia res absoluta, & res sub conditio-
2 ne valdè differunt.

Confirm. Conditio nihil ponit in esse, & ea, non existente, nihil factũ est. *l. Cedere diem ff. de verb. signific.* & *l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa cau.* Ergo applicando sacrificium, si non sortitur effectum in eo, pro qno primario applicatur, nihil applicabit, si sortiatur effectum in eo, cui primario applicatur, nam deficiet conditio, sub qua applicatur. Ergo non implebit promissionem, quia remanet semper incertum, an sortiatur effectum in eo cui primario applicatur. Obligatio autem promissionis, cum sit certa noo potest impleri
3 per aliquid incertum.

Ex dictis colligitur. Quod promittens missam noo satisfacit promissiooi, si applicet fructum sibi prouenientem ex sacrificio pro promissario, aut iuxta iotentionem ipsius Et hoc non solum, si promissarius teneatur celebrare ratione stipendij, sed etiam si non teneatur. Raoo est Quia non soluit, quod promisit siquidem promittens missam se obligat ad missam celebrandam iuxta communem modum loquendi, & intelligendi; nam verba significant iuxta communem vsum loquendi. *l. Labeo ff. de supellect. leg. 1.* & *l. cum de lanionis §. Item* vet. *Optimum ergo ff. de fund. instru.* & *l. Librorum §. Quid tamen ff. de leg. 3.* vbi Bat. & obseruant etiam. Mantica *de coniect. ult. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 1.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. glos. 11. num. 68.* Celebrare autem missam pro alio secundum communem modum loquendi, & intelligendi est applicare ipsi sacrificium quoad fructum medinm, & prout solet communiter applicari: vnde applicando fructum specialissimum sibi prouenientem, exhiberet quid diuersum ab eo, quod promisit. Accedit etiam, quod est sub opinione, an fructus specialissimus possit alteri applicari, atque adeo est incertum, ao applicatio sortiatur effectum; vnde obligatio certa promissionis impleretur per aliquid incertum, atque adeo non adæquans obligationem, quia incerta solutio, non extinguit obligationem certam

4 Est tamen limitanda hæc doctrina; vt non habeat locum si promittens dum promisit, non habuit intentionem applicandi missam consueto modo, seu quoad fructum medium, quia cum promissio non obliget vltra intentionem promittentis, dum non intendit applicare, quoad fructum medium, non obligatur ita applicare, sed sufficit, si quocunque modo oblatio tendat in commodum ipsius. Nec obstat, quod verba promissionis sonent applicationem, prout regulariter solet applicari; nam promissio non obligat, vt verba sonat,

sed iuxta mensuram intentionis: vnde ad oihil obligaretur, si non absolutè non intenderet se obligare. Neque tamen decipit promissariũ, quia sufficit, si habeat intentionem se obligandi aliquo ex illis modis, quem verba promissionis importare possunt.

QVÆSTIO 868.

An qui liberaliter promittit missam, possit intendere de sola obligatione quoad fructum generalissimum.

SVMMA.

1 *Promissio debet habere effectum liberalem.*
2 *Promittens missam si intendat solum de fructu generalissimo, an honestè promittat.*
3 *Promissio de missa sed solum quoad fructum generalissimum, quem effectum habeat.*
4 *Promissio de missa regulariter non impletur applicando solum fructum generalissimum.*
5 *Si promissarius teneatur ex iustitia ad missam, non potest promissor restringere intentionem, &c.*

VIdetur negatione resoluendum. Nam promissio tendit ad inducendam obligationem fidelitatis de eo, quod non est debitũ, quia cum sit liberalis, debere habere effectum liberalem atque adeo non aliàs debitum. Applicatio autem sacrificij, quoad fructum generalissimũ est debitum omnibus fidelibus saltem ex institutione Ecclesiæ, quatenus præscribit quod sacrificium pro omnibus fidelibus offeratur. Vnde talis promissio ordinaretur ad fallendum, quia promissarius putaret aliquid non debitum promissum, & promittens non promitteret, nisi quod est debitum. 1

Verùm saluari potest, quod talis promissio sit honesta, neque tendat ad decipiendum. Ratio est. Quia potest esse de aliquo liberaliter communicãdo; potest enim oblatio generalissima aliquo modo singularizari, ita vt afferat fructum specialem, si videlicet offerens speciali modo intendat aliquem includere in generalissima oblatione; & recitet aliquam specialem orationem ex institutis ab Ecclesia. Hoc enim pacto fructui, qui prouenit ex sacrificio secũdum se, adiungitur fructus tum offerentis ex opere operantis, tum etiam fructus, qui se tenet ex parte Ecclesiæ offerentis ratione specialis orationis ab ipsa institutæ. Rursus quia promissio excitat specialem deuotionem erga sacrificium, cuius fructum intendit percipere; atque adeo melius disponitur ad ipsum recipiendum; etiam fructus ex opere operato, qui prouenit ex generali oblatione fit maius in ipso, cum conferatur secundum mensuram dispositionis, vt suo loco dictum est. 2

Accedit etiam, quod stante instantia pro obtinenda oblatione sacrificij, & acceptatione promissionis constituitur inter concurrentes speciali modo ad illud sacrificium, quod non haberet locum, nisi sequeretur promissio, siquidem hac seclusa non offerretur aliquo modo sacrificium ad iostantiam ipsius Ergo percipiet fructum nedum generalissimum, sed etiam illum specialem, quem percipiunt concurrentes aliquo modo ad sacrificiũ. Ergo potest, promittens respicere adhuc fructum, & se obligare ad offerendum speciali modo, etiam ad instantiam ipsius, & intendere communicare hunc fructum, qui non est debitus promissario, nisi sequatur promissio. 3

Ex quibus colligitur, quod promissor non poterit satisfacere promissioni applicando solum fructum generalissimum modo explicato, si quando promisit, habuit intentionem de missa, prout solet regulariter applicari, quaodo pro alio celebratur; non enim soleat applicari quoad fructum medium, nisi secuodum hunc applicetur, non exhibetur, quod promissum est, atque adeò non impletur promissio. 4

5 Secundò colligitur. Quod si promissarius accepit stipendium, pro missa, quam instat iuxta suam intentionem applicari aut si aliundè ex iustitia teneatur offerre sacrificium, non potest promissor hoc modo restringere suam intentionem, sed si promittit, tenetur promittere sacrificium quoad fructum medium. Ratio est. Quia vt diximus in superioribus, promittendo in tali casu celebrationem missæ suscipit in se obligationem, quam habet promissarius, & constituit se debitorem loco ipsius. Obligatio autem, quam habet promissarius est de sacrificio quoad fructum medium.

QVÆSTIO 869.

An promittens pluribus vnam missam possit vnica omnibus satisfacere.

SVMMA.

1 *Promittens pluribus vnam missam potest omnibus vnica satisfacere.*

2 *Quia non se . . . ngit ad sequendam hanc potius, quàm illam . . . onem.*

3 *Et quia quoad omnes sortitur certum effectum.*

4 *Si promissio sit de integro sacrificio, adhuc vnico sacrificio pluribus promissarijs satisfacit.*

1 DIcendum est. *Promittentem pluribus vnam missam, posse vnica omnibus satisfacere: itavt ex vi promissionis ad aliud non teneatur.* Ita Marchin. *De sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap.* 18. *n.* 2. Hoc autem limitari debet nisi aliquis ex promissariis intẽdat per missã promissã satisfacere debito cõtracto ratione stipendij, aut quocunque alio modo ex iustitia, nam in tali casu tenetur promissarius ratione promissionis applicare missam, sicuti teneretur, si ipse accepisset stipendium, aut aliàs teneretur ex iustitia, cum in se suscipiat illius debitum.

2 Ratio autem est. Quia promittens pluribus missã, non se restringit in adimplenda promissione sequi hanc potius, quàm illam opinionem, sed illi remanet liberum sequi quam voluerit. Ergo cum adsit opinio plurium Doctorum, quod valor missæ, sit infinitus extensiuè, itavt sacrificium oblatum pro pluribus æquè prosit omnibus, ac si pro vno tantum offerretur, poterit in adimplenda promissione sequi hanc opinionem, & vnica omnibus promissarijs satisfacere.

3 Dices. Esse incertum, an sacrificium prosit æquè pro pluribus oblatum, ac si pro vno tantum offerretur vnde obligatio certa promissionis impleretur per aliquid incertum, quod non licet. Contra. Licet si incertum, an æquè prosit pluribus, ac vni tantum, non est tamẽ incerta applicatio, sicut quãdo dependet ab aliqua conditione incerta, vt est applicatio secundaria: sed est omnino certum, quod teneat quoad, omnes, & proinde est certum, quod executioni mandetur, quod est prosissimum Rursus non est incertum, an communicetur fructus, sicut incertum est, quando sacerdos applicat proprium fructum; nam certum est, quod omnes participant de fructu medio sacrificij sed solum est incertum, an sit tantus, quantus esset, si vni tantum applicaretur sacrificium, quod nihil obstat, quia promissio non est de tanto, vel tanto fructu, sed de offerendo sacrificio; atque adeo est de sacrificio, non de effectu sacrificij.

4 Posita autem resolutio habet locum, etiam si promissio esset de integro sacrificio offerendo Quia ex vi talis promissionis solum excluditur diuisio fructus sacrificij. Dum autem sequens dictam opinionem offert pro pluribus idem sacrificium, non diuidit fructum, quia communicat omnibus integrum fructum, quem communicaret, si pro vno tantum offerretur, eodem fere modo, qui calor producit calorem eiusdẽ gradus in omnibus subiectis in eadem distantia applicatis. Et sicuti si quis promitteret, per ignem, quem habet in sua potestate, calefacere aliquod subiectum, posset eidem igni applicare alia subiecta: ita etiam & in præsenti. Quod si fructus diuiditur, quia non sit vera hæc opinio, hoc non est de intentione offerentis sacrificium, sed prouenit ex natura sacrificij, quod non prodest æqualiter pluribus, ac vni. Promissio autem non obligat ad sequendam hanc opinionem.

QVÆSTIO 870.

An promissio celebrandi aliquas missas, desinat aliquando obligare.

SVMMA.

1 *Promissio de celebrandis missis quando desinat obligare.*

2 *In omnibus dispositione subintelligitur clausula.* Rebus sic stantibus.

3 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus cui adiicitur.*

4 *Iuramentum habet tacitam conditionem, nisi interueniat iusta causa recedendi.*

5 *Qui promisit missas in fauorem obligati ex stipendio, quando possit recedere.*
Fundamento corruente, corruit, quod in ipso fundatur.

6 *Promissor liberatur, si ei conferatur beneficium cum onere quotidiana missa.*
Est absurdum velle obligare ad impossibile.

7 *Occasio superueniens soluit promissionem etiam iuramento firmatam.*

8 *Promittens non liberatur ob exequutionem beneficij, si possit implere promissionem de missis.*

9 *Promissor liberatur, quatenus impediretur celebrare pro patre, matre &c. defunctis.*

10 *Actus non subsistit vltra intentionem operantis.*
Difficultas superueniens excusat à promissione, licet iurata.
Difficultas oneratur, vt factum habeatur pro impossibili.

DIcendum est. *Promissionem celebrandi aliquas missas desinere obligare, quando in rebus sit talis mutatio quæ si adfuisset tempore promissionis, promissor non se obligasset.* Sequitur ex doctrina communi, Quod promissio non obligat mutatis conditionibus personarum, & negotiorum, quam omnes tradũt cum D. Th. 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. *ad* 5. vbi ait. *Alio modo* (excusatur promissor) *si sint mutatæ conditiones personarum, & negotiorum, vt enim ait Seneca in lib.* (4. cap. 3. & 35.) *de Beneficijs. Ad hoc quod homo teneatur facere, quod promisit, requiritur, quod omnia immutata permaneant; alioquin nec fuit mendax in promittẽdo, quia promisit, quod habebat in mente subintellectis debitis conditionibus. Nec etiam est infidelis non implendo, quod promisit, quia eadem conditiones non extant.* 1

Ratio autem est. Quia promissor contemplatur statum præsentem rerum, & personarum, & habita ratione illius iudicat, quid debeat, vel non debeat promittere; vnde promissio censetur prouenire à voluntate disposita ad promittendum ex statu præsenti rerum, & ideo in omni dispositione subintelligitur clausula, *Rebus sic stantibus. L. quæro. §. Inter locatorem. ff. locati* a

ff. locati, & l. si fuerit init. ff. Pro socio & obseruant Nalia Consil. 548. num. 21. Tiraquel. in l. si vnquam in Præfat num. 116 Osaich. decis. Pedem in. 91. num. 4. Merlin decis. 769. num. 2. Rota decis. 522. num. 4. par. 3. Recen. Ergo etiam promissio de celebrandis missis intelligitur Rebus sic stantibus itavt desinat obligare, si fiat talis mutatio, quæ si ab initio adfuisset promissor non se obligasset.

3 Et hæc resolutio locum habet, etiam si promissio fuisset iuramento firmata, quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus, cui adijcitur l. fin. C. de non num. pecun. vbi Bart. & cæteri Doctores Aret. in l. si seruus communis ff. de vulg. & pupil substitut. Bolognet. in l. Quod te, num. 61 ff. si cert. pet. Roman. cons. 279. Goradin. cons. 57. init. Grat. lib. 1. respons. 15. post init. Vnde cum natura promissionis sit, quod non obliget variatis rerum, & personarum conditionibus, nec etiam obligabit iuramentum adiectum promissioni.

4 Accedit etiam. Quod iuramentum ex sui natura habet annexam tacitam conditionem nisi iusta interueniat causa recedendi, seu habet sub intellectam clausulam. Rebus sic stantibus l. fin. ff. Qui satisd. cog. vbi Glossa verbo. Non videtur & Cap. Cum. §. de renunciat. & Cap. Quemadmodum, de iureiur. & tradunt Dec. in l. In ambiguis, §. fin. in fine ff. de reg. iur. Riminald Iun. in §. 1. num. 257 Instit de donat. Dec. in l. si fugitiui, num. 71. C. de seru. fugit. Alciat. in cap. cum contingat. num. 38. de Iureiur. Tiraquel. in l. si vnquam. num. 166. in præfat. C. de reuocan. donat. Socin cons. 129 circa fin. vol. 1. Crauet. cons. 164. vers. Nec dicatur. Grat resp. 44. num 22. lib. 1. Paris. cons. 26. num. 21. lib. 3. Menoch. cons. 27. num. 48. Marchin. de iuram. part. 4. effectu 1. quæst. 6. num a Rubeus in singul. tom. 2. part. 4. clans. 80. §. 3. Et ideò non obligat ad promissionem implendam, quando superuenit talis causa, quæ ab initio impedisset promissionem, aut quando res ita mutantur, vt non sint amplius in illo statu, in quo erant tempore promissionis.

5 Ex quibus fit. Quod etiam si promisisset celebrare Missas ad instantiam illius, qui tenebatur celebrare ratione stipendij, & proinde susceperit in se eandem obligationem possit ex iusta causa superueniente recedere à promissione: dummodo tamen moneat promissarium, quod non possit implere promissa. vt possit ipse satisfacere obligationi. Ratio est Quia obligatio assumpta, à promissore fundatur in promissione, & proinde regulatur secundum naturam illius, nec potest esse magis firma. quam sit fundamentum. Quia fundamento corruente, corruit etiam, quod in ipso fundatur l. Egi tecum ff. de except. rei iud. & l. Nam origo ff Quod vi, aut clam & obseruant Menoch. cons. 48. n. 35. Viccius decis. 23. num. 25. Monach decis. Lucen. 13. num. 24. Tusch. littera F. conclus. 513. Cum ergo promissio ex sui natura corruit variatis rebus, & cōditionibus, corruet etiam obligatio in ipsa fundata.

6 Ex his colligitur. Quod si promissori conferatur beneficium, seu Capellania ratione cuius teneatur celebrare quotidie, remanet liber à promissione celebrandarum missarum ad instantiam alterius, quia superuenit talis causa, quæ si ab initio adfuisset nō promisisset, & proinde cessat intentio ipsius de se obligādo in tali casu. Accedit etiam, quod promissio non se extendit ad impossibilia, & proinde quando res promissa fit impossibilis, cessat promissio, quia esset absurdū velle aliquē obligare ad impossibile l. Nolle. l. Is potest & l. Is qui putat ff. de acquir. hæred. & tradunt per hos text. Corn. cons. 102. num. 6. lib. 2. Crauet. cons. 807. num. 6. lib. 5. Segna decis. 1325. num. 2. Rota coram Ludouisio decis. 311. num. 16 & decis. 95. num 2. par. 5. Decan. Quod intelligat etiam, quando promissum sit moraliter impossibile Et eo ipso, quod promissor obligatur ad celebrandum quotidie, fit ei moraliter, & de iure impossibile celebrare ad instantiam aliorum.

Neque dici potest. Quod non deberet acceptare 7
Capellaniam seu beneficium, dum scit se obligatum ad celebrandum ad alterius instantiam. Nam promittere celebrare Missas non est promittere se consecrare poteneret ad celebrandas, nequ: non acceptaturum Capellaniam, aut beneficium, sed occasio habendi Capellaniam aut beneficium est ex illis, quæ superuenientes soluunt obligationem promissionis etiamsi firmata sit iuramento. Quia si adfuisset tempore promissionis non se obligasset, & proinde quæ excusat, si non adimpleatur promissio etiam Iurata, iuxta l. Imperatores. init. ff. ad municipal. & Cap. Ex part. de cler. non resid. & Cap. Beatus, & Cap. fin §. Probatur 22. quæst. 2. & obseruant Iul Clar. lib. 5. recept sentent. § final. verbo periurium, vers. Item excusatur Vigel. ad constit. Carol. V. cap. 10 Reg. 11. ex. cap. 1. Marcin de iuram. par. 4 effect. 1. quæst. 6. num. 5. Dec. Consil. 305. num. 6. Boer. decis. 264. num. 25.

Verùm si non teneatur celebrare quotidie, sed so- 8
lum aliquibus diebus in hebdomada, non excusabitur ab implenda promissione, quia poterit implere diebus liberis, nisi fortè sit tantus numerus missarum promissarum, cui nisi tempore valde longo possit satisfacere, aut si satisfactio, non possit multum deferri, quia scilicet missæ sint debitæ ratione stipendij; Nam in tantum excusatur, in quantum superuenit noua obligatio, cui tenetur satisfacere, & impedit adimpletionem promissionis: cessat autem impedimentum, si habeat aliquos dies liberos. Vnde tunc solum liberari ab obligatione promissionis, quando causa superueniens non secum patitur adimpletionem obseruat Rubeus cum Seraphino in singulor. tom. 2. part. 4. claus. 80. §. 2.

Secundò colligitur. Quod si moriatur Pater, aut 9
Mater promissoris, aut alius coniunctus, siue etiam amicus carus liberabitur à promissione Missarū quatenus promissionis, adimpletio impediret ne posset erga ipsos exercere officia pietatis celebrādi aliquoties pro ipsis. Hic enim habet locū volūtas interpretatiua, quod scilicet non intenderit ponere sibi impedimentum, & sibi manus ligare, ne posset erga parentes, cōiunctos, & amicos exercere officia pietatis occasione obitus, atque adeo quod in tali euentu non intenderit se obligare, & ideo defectu intentionis promissio in tali casu cessabit obligare. Quia iuxta generalem regulam actus non subsistit vltra intentionem operantis. l. Non omnis ff. si cert. pet, & l. Multum interest C. si quis alteri vel sibi.

Tertiò Colligitur Excusari promissorem à celebrā- 10
dis missis, si superueniat aliqua difficultas in exequēda promissione; difficultas enim excusat etiam quando promissio est iuramento confirmata l. 1. §. Quæ onerandæ. ff. Quar. rer. act. non dat. & l. Nepos proculd. ff. de verbor. signifi. at. & Cap. Breui, & Cap. Quærendi de iureiur. & cap. Significante, de pignor. & obseruant Felin. in cap. Testimonium de Testibus Alex in l. Quod te ff. si cert pet. vbi etiam Dec. Socin. & alij Doctores, Ias. in l. Quod seruus, circa fin. ff. de condict. ob caus. Præposit. in cap. 1. § Licet, si de feu. fuer. contr. inter Domini & seru. Couarru. in cap. Quamuis part. 2. § num. 4 de pactis. Cacheran. decis. Pedem. 92. num. 20. Medices de casib. fortuit. part. 1. q. 4. num. 44. Ias. §. Item si quis num. 122. Instit. de act. Honded. cons. 16. num 29. Iul. Clar. lib. 5. recep. sentent. §. fin. verbo Periurium num. 10. Io. Serrel. lib. 1. de Iuram. cap. 25. num. 44. Debet tamen difficultas esse talis, vt notabiliter difficultet exequutionem promissionis, nam si facile superari posset, non excusaret, quia non posset æquiparari impossibilitati, & proinde non esset difficultas considerabilis. Hæc enim operatur quod factum habeatur, tanquam si fieri non posset l. vnica §. 1. ff. de lib. vniuers. & obseruant Glos. ibidem. verbo consentire. Speculator tit. de solut. Felin. in

cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 86. de constit. Medices *de Casib. fortuit. part. quæst. 4. num. 43.*

QVÆSTIO 871.

An votum celebrandi missam obliget sub mortali.

SVMMA.

1 *Celebratio missæ est materia voti.*
2 *Votum vnius tantum missæ obligat sub mortali.*
3 *Ex quo capite vnica missa non sit materia grauis voti.*
3 *Votum, quando grauiter obliget.*
Violatio voti de vnica missa grauiter lædit societatem cum Deo.
5 *Materia voti est grauis, quando continet notabile obsequium Dei.*
6 *Vouens celebrare missam, quam alteri prius promisit, committit vnicum peccatum, si non impleat.*

1 SVpponendum est tanquam certum, celebrationem missæ esse materiã in voti, vt communoiter supponunt. Habet enim conditiones necessarias, vt sit materia voti. Siquidem est aliquid, quod tendit in honorem Dei: imo continet summum cultum, qui potest Deo exhiberi & ideò, si Deo promittatur, erit de melioti bouo, atque adeò consurget verum votum iuxta doctrinam D. Th. 2.2. *quæst. 88. ar. 1. & 2.* cõmonitet receptam. Et ita obseruat Suarez *disput. 86. de sacramen. in Proem.* Solum difficultas est an votum voius missæ sit de materia graui & obliget ad mortale. Videtur enim non obligare cum neque promissio facta homini obliget sub mortali, vt dictum est, nam quod promissio fiat Deo, noo variat materiam promissionis atque adeo si in promissione non fundat grauem obligationem, oec etiam fuodabit in voto.

2 Dicendum tamen est. *Votum etiam vnius tantum missæ obligare sub mortali* Ita Suatez *disput. 86. de Eucharist. in Proem.* Pett. Nauar *De restitut. lib. 2. cap. 2. num. 329.* In noua editione. Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 5. num. 25. in fine* & *lib. 4. sum. cap. 12. num. 19.* Et ij, qui volunt etiam simp'icem promissionem vnius missæ obligare sub mortali, vt Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 252. conclus. 5.* Nauar *cap. 25. manual. num. 92.* Ledesma 2. *par. 4. quæst. 16. ar. 14.* in fine. Bossius. *par. 1. moral. tit. 1. num. 401.* Tanburin *opus. 1. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 9.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 1. cap. 4. resol. 17. num. 194.* Et fundantur in eo, quod obligatio hæc pertinet ad religionem, & cum sit promissio facta Deo strictius obligat. Deinde quia reduodat in magnum Dei bonorem.

3 Verùm bæc non proceduot consequenter ad doctrinam, quod promissio liberalis vnius missæ non obliget ad mortale. Nam quod talis promissio, & obligatiõ resultans pertineat ad Religionem, nõ facit, quod sit grauis, nisi etiam materia sit grauis. Siquidem votum quoque de materia leui obligat solum sub veniali. Neque ex eo quod promissio facta Deo strictiùs obliget, iuuat, quia solum strictios obligat quatenus obligat etiam ex aliã vittute, non autem quia traoseat de obligatione leui ad grauem, alioquin etiam votum in quacunque materia leui obligaret sub mortali. Nec item iuuat, quod ce'ebratio Missæ redundet in magnum Honorem Dei, quia etiam tedundat io magnum beneficium proximi; Vnde si hoc noo obstante non est materia grauis respectu promissionis, neque etiam erit respectu voti.

4 Ratio ergo est. Quia promissio atque adeo etiam votum obligat grauiter, vel leuiter, quatenus grauiter, vel leuiter lædit societatem humanaio, vel diuinã, vt obseruat Caiet. 2. 2. *quæst. 113. ar. 2. §. Ad secundam autem obiectionem*; tunc enim proximus, aut Deus grauiter læditur in hoc booo societatis. Violatio autem voti de celebranda vnica missa grauiter lædit societatem diuinam, quam homo habet cum Deo, & ideò continet graue peccatum. Quod autem grauiter lædat hãc societatem ex eo deducitur. Quod hæc societas in eo consistit, quod homo vniatur Deo taõquam vltimo fioi, & ad ipsum tanquam talem se promoueat mediantibus proptijs operationibus, quarum præcipua consistit in cultu, qui Deo est debitus iure naturali, & consistit in sacrificio. Vnde cum sacrificium importet commuoicationem, & societatem cum Den tanquam serui subditi, & debentis omnia, cuio Deo, atque adeo votum de celebranda missa habet pto materia partem principalem huius societatis seu operationem, in qua consistit secundum principalem sui partem hæc societas. Et ideo violatio huius voti lædit directè, & per se primo hanc societatem, & læsio est notabilis, quia est in parte notabili societatis, qualis est cultus sacrificij. Et contra verò violatio promissionis factæ homini de offerendo sacrificium non lædit directè humanam societatem, quatenus subtrahit materiam in communicatione per sactificium, cum talis cultus oon possit homini tribui.

Dices. Ergo omne Votum, quæcumque sit eius materia, obligabit ad mortale, quia violatio ipsius tẽdet contra societatem, qoam habet homo cum Deo: nam tendet contta obsequium quod in voto Deo exhibetur, cum materia voti semper sit aliquid, quod tendit in obsequium Dei. Resp. Neg. sequel Quia licet violatio voti semper tendat contra societatem, quæ est inter Deum, & hominem, noo tamen sempet eam lædit notabiliter, sicut etiam peccatum ex genere suo semper tendit contra Deum, noo tamen semper ipsum grauiter offendit, vt contigit in peccato veniali. Vnde tunc solum votum obligat ad mortale, quando materia continet notabile obsequium erga Deum: quia, si violetur, dettahitur aliquid notabile de obsequio debito Deo atque adeo grauiter læditur societas hominis ad Deum, quæ io hoc obsequio exercetur & consequenter etiam Deus grauiter læditur in hoc bono. Et ideo grauitas materiæ in voto seoper considerãda est secundum grauitatem vel societatem obsequij, quę io ipsa continetur. 5

Ex his colligitur. Quod siquis voueat celebrare missam pto alio, quam prius ipsi promisit, & non celebret, committit tantum vnum peccatum mortale, quatenus violat votum: quatenus verò violat promissionem peccat solum venialiter. Promissio enim de se, non obligat ad mortale, vt suo loco dictum est; Et quamuis accedat votum, noo immutat obligationem promissionis, sed tantum addit oouum vinculum, seu nouã obligationem distinctam; & ideo, si prius obligatio promissionis de se oon obligabat ad mortale, nec etiam obligabit post votum Et hoc locum habet, etiam, si promissio sit de celebranda missa post promissarij mortem, vt liberetur à Purgatorio, quia neque adhuc excedit fines simplicis promissionis, oec inducitur læsio societatis alterius generis, ratione cuius ioduci possit peccatum mortale. 6

QVÆSTIO 872.

An vouens celebrare aliquas missas, possit per alium supplere.

SVMMA.

1 *Vouens absolute missas, tenetur per se implere.*
2 *Quando votum celebrandi missas transeat in reale.*

3 Quando

3 *Quando votum celebrandi missas sit personale.*
4 *Votum celebrandi ad subueniendum propria necessitati an reale.*
5 *Non est votum celebrandi personale, nisi sit promissa propria actio.*
6 *Regula cognoscendi, quando votum celebrandi sit reale, & quando personale.*

1 SVpponendum est tanquam certum. Quod si vouens vouit absolutè celebrare missas tenetur per seipsum implere, nec potest sati facere per alium: nam in obiecto huius voti includitur proprium factum personale, Vouere enim celebrare, est promittere propriam actionem celebrationis; & proinde votum est personale, & personaliter implendum. Cum enim celebrationi nullus addatur finis, sistit in suo fine, qui est colere Deum, & illi exhibere obsequium personale.

2 Secundò supponendum est, vt obseruat etiam Sanchez *lib.4.sum.cap.15.num.*10. Quod si vouens apponat celebrationi aliquem finem axtrinsecum, ad quem illum ordinet, itavt voueat in ordine ad ipsum: vt si voueret celebrare pro aliqua communi, aut priuata necessitate, aut pro obtinenda aliqua gratia à Deo, tunc ratione finis appositi votum transit in reale. Tunc enim vouetur celebratio non tamquam obsequium personale, sed tamquam medium aptum, ad obtinendum finem præfixum, & ideo mensuratur secundum exigentiam finis: & solum cadit sub obligatione, quatenus exigit consequutio finis ex communi regola, quod media non sunt propter se, sed propter finem, & consequenter solum, quatenus ad ipsum condocunt. Ex quo fit, quod huiosmodi votum impleri possit per alium, tum quia reale est; tum quia celebratio æque conducit ad finem intentum, siue sit à vouente siue sit ab alio. Difficultas ergo remanet, quid dicendom in dubio, an huiusmodi votum sit personala, an vero reale.

3 Cui difficultati respondit Sanchez *lib.4.sum.cap.15. num.* 10. cum distinctione nempe, quod si vouens habuit pro fine consulere alienæ necessitati, votum sit reale, & possit impleri per alium. Si vero finis vouentis fuit consulere propriæ necessitati, aut celebrare in honorem alicoius sancti votum esse personale. Fundamentum est. Quia sacra facere, non est ex sui natura obsequiom personale, sed magis accedit ad reale. At quando ordinatur celebratio ad propriam necessitatem, aut ad honorem sancti, ex conditione vouentis censetur votum personale. Et subdit, quod quando neqoe ex fine aut aliunde colligi potest, an sit reale, an verò personale, censendum potuis esse reale.

4 Hæc tamen doctrina probari non potest, quoad posteriorem partem. Nam, si quando apponitur finis sobueniendi alienæ necessitati, votum est reale, quia ratione finis coarctatur intentio vouentis ad celebrationem, vt medium ad obtinendum finem, & pro obtinendo, non sequititur, quod celebratio sit ab ipso vouente, quia æquè inseruit, si sit ab alio, & proinde, non est volita, nec promissa vt actio personalis, quia vt talis non est medium, sed secundum se. Eodem modo erit dicendum, quando vouetur ad suboeniendum propriæ necessitati, aut in honorem alicuius sancti, nam tuoc quoque eligitur, & vouetur celebratio, vt medium, pro obtinendo fine designato Est autē madiom ad finem designatum secundum se, non autem, vt actio personalis; nam eodem modo cedit in honorem sancti, si celebretur à vouente, ac si celebretur ab alio; & eodem modo impetrat pro necessitate vouentis, si sacrificium sit ab ipso, siue sit ab alio. Vnde semper votum erit reale quia erit da re, vt apta ad obtinendum finem intentum

5 Itaquè tune solum votum celebrandi missas erit personale, quando promittitur propria actio, seu officiom. Quia cum votum personale sit illud, quod requirit propriam actionem vouentis, nisi hæc actio cadat sub promissione, oon erit votum personale. Debet aotem ita cadere, vt per se sit volita, & promissa, nec sufficit, si sit promissa vt accessoria, quia tunc se habet tantum materialiter, & tantum esset per accidens volita. Vt autem in se promissa, includatur propria actio personalis, necessarium est, quod intentio vouentis feratur in celebrationem, tamquam in actionem propriam, itavt solum intendat illam celebratiooem, sed etiam vt per se exercendam, quod contioget, si voueat celebrariooem, ex motiuo colendi Deum, & exercendi talem actum religionis. Cùm enim habeat propositum motiuum pro exercendo tali actu, fit quod voluntas ipsum promittat, vt per se exercendum.

Maior difficultas est in disserendo, an hoiusmodi votom sit reale, an personale, quando vouens nescit discernere, an cogitarit, vel non cogitarit de propria actione. Et tunc hæc regula est secunda vt si celebrationi sit appositus finis extrinsecus, censendum sit votum reale, si verò non sit appositus, sit habendum pro personali. Ratio prioris partis est. Quia eò ipso, quod apponitur finis extrinsecus, eligitur celebratio, tamquam medium ad illud finem assequendum, atque adeo secundum se, independenter ab actione personali, & proinde actio personalis non est materia voti, vtpote non necessaria pro assequutiooe finis Ratio vero posterioris partis est. Quia dum non apponitur extrinsecus finis, sistitur in ipsamet celebrationis actione, & proinde intenditur tamquam actio continens cultum Dei. Quando autem intenditur actio tāquam actio ab eo, qui potest exercere eam, intenditur cum ordine ad propriam personam, atque adeo ab ipsa exercenda. 6

QVÆSTIO 873.

An si quis voueat celebrare Missam, satisfaciat voto, & obligationi ratione stipendy eadem missa.

SVMMA.

1 *Vnica missa non satisfacit obligationi ex voto, & stipendio.*
2 *Votum facit debitum quod aliàs non est debitum.*
3 *Votum an possit esse de materia alias debita.*
Votum de materia aliàs debita non est de ipsa sed de qualitate superaddita.
4 *Vnica missa non adæquat debitum ex iustitia, & ex voto.*
5 *Eleemosina vnica an impleri possit votum, & præceptum charitatis.*
6 *Quando eodem actu extingui possint plures obligationes.*
Titulus beneficij, & Ordinis sacri respicit eumdem actum.
7 *Plura præcepta concurrentia eodem die cur non obligent ad multiplicandos actus.*

DIcendum est. *Obligationi celebrandi ratione voti, & etiam ratione stipendy non posse satisfieri vna, & eadem missa.* Ita etiam Sanchez *lib. 4. sum.cap. 15. num.* 11. Ratio autem est. Quia votom obligat iuxta intentionem vouentis, quia obligat ad id, quod cadit sob promissione, & promissio obligat secundū mensurā iotētionis. Quādo autē quis voluit celebrare missam, qood cadit sub promissione, & inteotione vouentis, est ipsa 1

oblatio

oblatio sacrificij secundum se non autem oblatio sacrificij ex aliquo speciali titulo: Ergo cùm votū debeat exhibere Deo quod promittitur: debet ex vi voti exhiberi sacrificium secundum substantiam, & non sacrificium ex aliquo speciali titulo, sicuti exhiberetur, si exhiberetur sacrificium aliàs debitū ratione stipendij.

2 Confirmatur. Votum tendit ad faciendum debitū Deo, quod aliàs non erat debitum, cùm sit liberalis promissio de eo, quod cedit in obsequium Dei: Vnde vouens celebrationem missæ, se obstringit Deo, quoad obsequiom, pro quo non erat antea obstrictus; aliàs si nihil de nouo fieret debitum, frustratoria esset promissio, quia non induceret debitum, ad quod inducendum tendit ex natura sua: Nec causaret aliquod obsequium vltra id, quod aliàs exhiberetur Deo. Ergo si votum sit de substantia sacrificij, debet facere debitum obsequium, resultans ex substantia sacrificij, atque adeo ipsam substantiam sacrificij, & consequenter debet exhiberi, vt non debita ex alio titulo, alioquin in virtute voti non fieret aliquid de nouo debitum Deo.

3 Dices Votum potest esse de materia aliàs debita ex præcepto, vt docent. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 20. Caiet *ibid: dub.* 1. Sotus *lib.* 7. *de iust: & Iure. quæst.* 1. *ar.* 3. Ver. *Respondetur nihilominus.* Nauar: *cap.* 17. *manual. n.* 25. Castro. *lib.* 1. *de lege pœnali: cap.* 10. *post initium* Aragon: 2. 2. *quæst.* 88. *ar.* 2. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 2. In fine. Axor: *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 14. *quæst.* 1. Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 5. *num.* 60. Ergo non est necessarium, quod votum faciat debitum, quod non erat aliàs debitum Resp. Oppositam sententiam, quod scilicet votum non possit esse de eo, quod aliàs est debitum ex præcepto, habere suos patronos. Ita enim volunt idem D. Th. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. *ar.* 1. *quæstiunc. ar.* 2. Durand. *quæst.* 1. Gerson *part.* 2. *Alphabet.* 25 *lit. l.* & *litt. T.* Liran. *in cap.* 23. *deuter*: in illa verba *Cum votum voueris.* D. Antonin. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 1. Arboreus *lib.* 19. *Tersopsa. cap.* 6. Tabina *verbo.* Votum *quæst.* 2. Angel. *num.* 1. Syluest. *num* 4 Quidquid tamen sit. Resp. Quod aliud est facere debitum de nouo, quod aliàs minimè est debitum: & aliud quod materia voti sit debita ex alio titulo. Possunt. instare simul quod materia voti sit debita ex aliò titulo, & quod votum faciat debitum, quod non erit debitum. Semper ergo votum debet facere de nouo debitum, quod non erat debitum, quia ex natura sua debet inducere obligationem, quoad id quod promittit, itavt ex tali obligatione resultet obsequium erga Deum alias indebitum. Vnde quando versatur circa materiam debitam ex alio titulo, non promittit illam materiam secundum suam substantiam, cùm sit hoc pacto iam debita, sed secundum nouam qualitatem virtutis, quam vouens tendit in exhibitione talis materiæ, ex qua resultat nouum obsequium, aliàs indebitum erga Deum, aut saltem tendit ad confirmandam obligationem alterius tituli, & tunc ex adimpletione resultat etiam nouum obsequium aliàs indebitum Deo, non adimpletur etiam votum, in quo exercetur actus specialis virtutis: Quare cùm votum de celebranda missa non sit de aliqua qualitate superaddita, sed de substantia celebrationis, non potest impleri, nisi exhibeatur substantia celebrationis aliàs indebita. Quod autem tale votom sit de substantia celebrationis, constat ex intentione vouentis, qui non contemplatur, quando vouet, missam aliàs debitam, itavt intendat solum aliquam qualitatem, sed contemplatur missam secundum se.

4 Confirmatur. Vt extinguatur quodcunque debitum in materia iustitiæ, siue in quacunque materia, debet solutio adæquare debitum itavt tantum soluatur quantum cadit sub debito. Sed quando adest titulus Voti, & adest etiam titulus stipendij, ratione cuius est debita missa, solutio vnius missæ non adæquat debitum quoad vtrumq; titulum. Ergo &c. min: prob. Tum quia cum ex quoconque titulo seorsim, sit debita missa; non plus erat debitum ratione vnius, quam ratione vtriusque tituli. Tum quia, si exhibeatur vnica missa pro solutione debiti, ex vno tantum ex his titulis, non plus soluitur quàm exigatur ab illo titulo, & ideo non remanet, quod possit extinguere debitum ex alio titulo Tum quia Creditor celebrata vna missa, potest aliam exigere, allegans sibi satisfactum pro vno tantum debito. Tum quia si quis debeat alteri equum ratione iustitiæ, & ratione alterius tituli, vt gratitudinis, promissionis &c. non satisfacit vtrique, debito dando vnicum equum.

Obijcies, Qui ex voto tenetur dare Eleemosinam, 5
satisfacit, si det extremè indigenti, cui tenetur: ex charitate subuenire, si proinde eodem opere implet obligationem voti; & obligationē præcepti Charitatis, Ergo etiam eadem missa poterit implere obligationem voti, & obligationem ratione stipendij Resp. neg. anteced. Nam dando eleemosinam extremè indigenti, vt impleat votum, implet tantum obligationem voti, non autem obligationem præcepti Charitatis. Non tenetur autem dare aliam eleemosinam ratione præcepti, quia cessat obligatio præcepti; nam per eleemosinam exhibitam pro adimpletione voti, extrahitur indigens ab extrema necessitate, & cessat consequenter obligatio præcepti, quæ consurgit solum stante illa necessitate: deinde est etiam alia ratio, nam neque titulus voti, neque titulus charitatis est ex iustitia, aut quasi iustitia. Obligatio autem celebrandi ratione stipendij, est ex iustitia, aut quasi iustitia Si quia autem daret creditori suo ex iustitia, quod debet ex voto, ad extinguendum debitum ex Iustitia, non extingueret debitum voti.

Dices 2. Potest quis eodem actu extinguere obli- 6
gationem ex duplici titulo, quorum alter sit ex quasi iustitia, absque eo, quod satisfaciendo vni titulo faciat cessare obligationem alterius. vt si quis sacris ordinibus initiatus habeat Beneficium Ecclesiasticum; tenetur enim ex duplici titulo, recitare horas canonicas, nempe ratione ordinis sacri, & ratione Beneficij, quod importat titulum ex quasi iustitia; Vnde nec facit fructus suos, si non recitat, & tamen potest satisfacere vnica recitatione. Ergo etiam eadem celebratione poterit quis satisfacere voto, & obligationi ratione stipendij. Resp: Tunc posse aliquem eodem actu extinguere obligationem, prouenientem ex multiplici titulo, quando singuli tituli respiciunt eundem actum in indiuiduo, non autem quando respiciunt diuersos actus: nam tunc vnicus actus adæquat, obligationem prouenientem ex quocumque titulo. Si vero respiciant diuersos actus, vnicus non adæquat: Tituli autem Beneficij, & ordinis sacri respiciunt eundem actū indiuiduum. quia sunt tituli prouenientes ex lege Ecclesiastica, atque adeo obligantes secundum mensuram intentionis legislatoris. Ex intentione autem Legislatoris, vterque titulus, ordinatur ad eundem actū indiuiduum, & non ad multiplicem, quia ita interpretatur praxis ab Ecclesia approbata. Nam ratione ordinis intendit quod Deo exhibeatur orationis obsequium, consistens in horis canonicis, tanquam debitum ratione status, in quo reperitur sacris initiatus; Et ratione beneficij, intendit, quod idem obsequium exhibeatur tanquam officium implēdum intuitu beneficij, quo fruitur ex beneficentia Ecclesiæ. Sic etiam, si quis voueret missas, quas tenetur celebrare ratione, stipendij, aut capellaniæ, eadem missa satisfaceret vtrique obligationi. quia vterque titulus ad vnum, & eundem actum respiceret. Non sic autem contingit quando absolutè vouetur missa, quia vouēs respicit ad substantiam ipsius secundum se, & ad specia-

lem

lem actum exhibendum in Dei obsequium.

7 Eodem modo dicendum est, quando concurrunt plura præcepta eiusdem actus in eodem die, vt ieiunandi, audiendi missam; nam ideo obligaot ad multiplicandos actus, quia licet intet se distiocta, vnicentur tamen in te præcepta eò quod sint affixa diei, & ordinata ad eundem finem, & ideo ex intentiooe Ecclesiæ obligant ad vnicum actum quia sufficit ad finem intentum per vtrumque præceptum pro illo die. Accedit etiam, quod ieiunium in eodem die non potest multiplicari, & ideo, ex necessitate, præcepta, vt pote affixa diei, ooo possunt respicere multiplicem actum

---

Qvæstio 874.

An eadem missa impleri possit votum tertij & propria obligatio ratione stipendij.

SVMMA.

1 *Eadem missa non potest impleri obligatio tertii ex voto, & propria ex stipendio.*

2 *Per eamdem missam non plus soluitur, quam exigat obligatio voti, aut ex stipendio.*

3 *Non potest indiuisibiliter inseruire pro duplici obligatione.*

4 *Vouensi in honorem Dei, aut sancti remonet libero applicatio sacrificij.*
In voto celebrandi non includitur applicatio fructus sacrificij.

1 QVia contingere potest, quod qui voluit missam, petat à sacerdote, vt illam celebret pro voto implendo, atque adeo ei notificet suum votum, dubium insurgit, an si sacerdos teneretur celebrare ratione stipendij possit vtrique obligationi eadem satisfacere celebratione, supposito quod non accipiat aliud stipédium ab eo qui vouit, Diceodum est. *Non posse satisfacere eadem celebratione vtrique obligationi.* Ratio autem est. Quia illa duplex obligatio est vtraque ad totam substantiam sacrificij, & vna seorsim ab alia, & independenter facit debitum sacrificium. Ergo facit debitum duplex sacrificium, & proiode non adæqoatur per solutionem vnius sacrificij. Vnde cùm sacerdos suscipiat in se vtramque obligationem noo poterit satisfacere vnico sacrificio.

2 Confirm. Si celebret in eum finem, vt satisfaciat obligationi ratione stipendij, aut obligationi vouentis, non plus soluit, quam exigat illa obligatio, cùm exigat totum sacrificium. Ergo non remanet, quid soluat pro alia, & proinde non potest vtraque extinguere voa, ea eadem celebratione. Quia vt extinguatur obligatio, debet, quod soluitur ipsam adæquare: & quod soluitur pro vna obligatione non potest adæquare aliam nisi primam superaddat & importet aliquid aliud vltra id, quod ab ipsa exigitur.

3 Dices. Posse eandem missam secundum se totam inseruire pro vtraque obligatione iuxta illorum sententiam, qui volunt quod sacrificium applicatum pluribus eodem modo ipsis prosit ac vni tantum prodesset. Verùm hoc dici non potest in præsenti casu; quia in tantum fructus est æqualis in omnibus siue sint plures, siue vnus tantum, quia est infioitus extensiuè secundum illam sententiam: At modo non agitur de fructu, sed de ipsa celebratione, quæ est vna tantum, & finita, nec potest indiuisibiliter applicari est. Si ergo tàm vna, quàm altera obligatio, exigat actionem celebrationis secundum se totã non poterit, vna, & eadem celebratio adæquate vtramque obligationem.

4 Ex dictis colligitur. Quod si quis voueat in honorem Dei, aut alicuius sancti, erit ei liberum applicare cui voluerit fructum sacrificij, vt obseruat etiam Sanchez *lib. 4. sum. cap. 15. n. 11.* nam ex vi voti debetur solùm cultus Deo, aut honor sancto; siquidem intentio vouentis respicit præcisè cultum, & honorem: non autem debetur fructus, & ideo potest celebrans de ipso ad libitum disponere, & applicare cui voluerit. Quod etiam præstare poterit, qui vouet facere celebrare missam, si eodem modo vooeat, vnde poterit procurare celebrationem missæ, & applicare fructum sacrificij, cui voluerit.

Secundò colligitur. Quod quotiescumqoe quis vouerit celebrationem missæ, in voto non dispooit de fructu in fauorem alicuius, esse semper vouenti liberum applicare fructum cui voluerit. Ratio est. Quia dum vouet sacrificium, vouet cultum Dei, & ipsam oblatiooem sacrificij, non autem effectum sacrificij, sicuti etiam, quando vouet in honorem alicuius sancti. Et ideo fructus qui est effectus sacrificij, non remaoet obligatus ratione voti Accedit, quod nec Deus, nec sancti sunt capaces fructus sacrificij, & ideo, non censetur promissum in voto de celebratione, etiã si sit in honorem alicuius sancti, nisi de ipso sit expresse dispositum in voto ad fauorem alicuius: Ao autem possit recipere stipendium pro hac eadem missa, dum applicare potest fructum, examinabitur, cùm agetur de obligatione celebrandi ratione stipendij. Et oegatiuè resoluit Sanchez *num. præced.* citatus. 5

Qvæstio 875.

An secluso stipendio possit per eandem missam satisfieri obligationi ex voto, & alteri obligationi.

SVMMA.

1 *Eadem missa impleri potest obligatio ex voto, & alia, quæ requirat fructum, si ipsum non cadat sub voto.*
In rebus separatis ex vna non infertur ad aliam.

2 *Cultus & fructus sacrificij possunt separari.*

3 *Intendens fructum sacrificij, quomodo intendat sacrificium.*
Voluntas non plus extenditur, quàm se extendat finis.

4 *Quando eadem missa impleri possit votum, & promissio.*

5 *Eadem missa potest aliquando impleri duplex votum.*

6 *Imo etiam quadruplex.*

7 *Votum non impletur missa celebranda in certa Ecclesia, aut Altari.*

8 *Obligatus offerre pro defunctis eodem sacrificio impleri potest votum de sacrificio quoad impetrationẽ &c.*

DIcendum est. *Per missam debitam ex voto, quod non disponat de fructu, posse impleri aliam obligationem, quo sit necessarius fructus.* Et iuxta hanc regulam resoluendi sunt Casus particulares. Ratio est. Quia votum, cùm sit promissio facta Deo etiamsi sit in honorem alicuius sancti, promittit taotum cultum, qui exhibetur Deo, aut etiam sanctis, non autem fructum, cùm fructus sit participabilis solum à viatoribus: Ergo cùm cultus, & fructus sint res distinctæ, & inuicem separabiles, ex eo quod ratione voti, est debitus cultus, non fit qood sit debitus effectus sacrificij, seu fructus. Ergo remanet sub dispositione Celebrantis, & proinde vti potest pro implenda obligatione, quæ respiciat fructũ; Cùm ergo sacrificium, quoad cultũ, & fructũ sint res separatæ, non potest inferri ex promissione vnius, ad promissionem alterius. *l. Naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. possess.* & *l. Quintus Nutius, §. Argento ff. de auro leg.* & obseruant Docto- 1

res in *l. Ex lege C.de condict.ob cauſ.* Bald. *in l. Cum neceſſitatem C. de fideicom.*

2 Dices Sacrificium, prout continet cultum, & fructum non eſſe ſeparata: imo connexa tanquam cauſa & effectus. Verùm licet connectantur vt cauſa, & effectus, in ordine tamen ad communicationem ſeu exhibitionem nedum ſunt ſeparata, ſed etiam inconiungibilia cùm impoſibile ſit quod vni, & eidem exhibeatur: Nam cultus ita tribuitur Deo, vt non poſſit tribui creaturæ & fructus ita tributus Creaturæ, vt non poſſit tribui Deo, aut etiam ſanctis. Ergo cùm Votum cadat ad tribuendum Deo ſacrificium quoad cultum, & ſanctis quoad honorem, relinquitur fructus tamquam quid omninò ſeparatum, itavt nullo pacto trahatur à voto.

3 Dices. 2. Obligationem, quæ reſpicit fructum ſacrificij, eſſe etiam ad ipſum ſacrificium; quia, qui vult fructum vult etiam ſacrificium, tamquã cauſam fructus, & ideo ſacrificium debitum ex voto non ſufficere pro implenda hac obligatione. Contra. Licet intendens fructum ſacrificij, intendat etiam ſacrificium, non tamen intendit formaliter, & per ſe primò ſed tantum materialiter, & quatenus ſine ipſo non poteſt haberi fructus; & ideo cùm habeat pro fine fructum ſacrificij, obligatio ad ſacrificium erit tantum ad ponendũ, & exhibendum fructum quia voluntas aliquid diſponens, non plus ſe extenditur quam ſe extendat finis. *l. Non omnis. init* ff. *ſi cert. petat.* & obſeruat Abb. *conſ.* 1. ver. *ad* 23. *quæſt. lib.* 1. Bald. *conſ.* 312. *num.* 2. ver. *ad Tertiò: vt cauſa. lib.* 4. Bart. *cõſ.* 51. *n.* 5. ver. *Item hoc declarat.* Roman. *Concil.* 503. *n.* 7. Ancharan. *Conſil* 254. *n.* 4.

4 Ex prædicta regula colligitur. Quod eadem miſſa poſſit quis ſatisfacere voto, & promiſſioni, ſi promiſſarius reſpexerit ad fructum. Cùm enim, ratione voti non debeatur fructus, ſed remaneat in libera diſpoſitione offerentis, poteſt per ipſum ſatisfacere promiſſario, cùm habeat pro fine fructum ſacrificij, nec per ſe primò intendat cultum, ſed ſolum ſacrificium, vt fructuoſum, Verùm non poterit ſatisfacere promiſſario, ſi petat miſſam pro gratiarum actione; nam tunc ſicut intendit oſtendere gratitudinem erga Deum, ita etiam intendit ſacrificium prout tendit in honorem Dei, atque adeo ſecundum rationem cultus, quæ cùm ſit debita ratione voti, non poteſt inſeruire etiam pro implenda promiſſione.

5 Secundò colligitur. Quod eadem miſſa poteſt aliquando impleri duplex votum: ſi nimirum alterum ipſorum reſpiciat fructum ſacrificij; vt ſi quis voueat offerre ſacrificium Deo; & poſtea voueat offerre pro aliquo: tunc enim ordinatur tantum, ad communicandum fructum ſacrificij, & ideò cùm ex vi prioris voti non ſit debitus, poteſt eſſe de materia alterius voti, & ſufficiens ad ipſum implendum, & hoc ſemper continget, quando votum emittitur in fauorem Animarum Purgatorij, quia cùm ſint tantum capaces fructus ſatisfactionis, nihil amplius in hoc voto cenſetur promiſſum, quam fructus ſatiafactionis.

6 Tertiò colligitur; quod eadem miſſa inſeruire poſſit pro adimplendo quadruplici voto, vt ſi quis voueat offerre Deo ſacrificium in eius honorem: rurſus voueat offerre pro aliquo defuncto, Tertiò voueat offerre pro aliquo ad ipſi impetrandum aliquod Beneficium: & denique voueat pro aliquo offerre ad obtinendam remiſſionem peccatorum. Et ratio eſt: Quia omnia iſta vota non ſunt de toto ſacrificio, ſed tantum vel de cultu, vel de aliquo effectu illius, quæ omnia cùm ſint ſeparabilia, adeſt in ſacrificio materia ſufficiens pro implendo quolibet Nam primum impletur per cultum, qui in ſacrificio exhibetur Deo. Secundum ſatiſfactionis, ſiquidem Animæ purgantes non ſunt capaces niſi huius effectus. Tertium per fructum impetrationis, & quartum per fructum propitiationis. Sunt enim hi effectus ſeparabiliter applicabiles, vt dictum eſt ſuo loco. Et hoc valet ſiue hæc vota ſint emiſſa ab vno, & eodem, ſiue à perſonis diuerſis, nam ſemper militat eadem ratio.

Quartò colligitur. Quod quando miſſa ex inſtitutione, ſeu fundatione eſt celebranda in certo Altari, aut Eccleſia, non poteſt inſeruire pro adimplendo voto celebrandi in honorem Dei aut alicuius Sancti, etiamſi ſacrificium ſit offerendum pro defunctis, & proinde ſit applicandus ſolus fructus ſatisfactionis. Ratio eſt. Quia eò ipſo quod inſtitutor determinat locum celebrationis, intendit etiam cultum Dei in tali loco, nam ſi intenderet ſolum fructum non obligaret ad locum, vnde cùm ſacrificium remaneat obligatum etiam quoad cultum, non poteſt inſeruire pro voto implendo; & hoc valet etiam ſi locus eſſet electus ob commoditatem Populi, nam adhuc intenditur cultus Dei per ſacrificium, & populum in illo loco. 7

Quintò colligitur. Quod obligatus offerrè ſacrificium ratione Capellaniæ, aut ſtipendij, pro defunctis tantum, vti poteſt iiſdem ſacrificiis pro implendo voto, de celebrando pro aliquo ad impetrandum ei aliquod beneficium, aut pro obtinenda remiſſione peccatorum. Ratio eſt. Quia hæc vota obligãt tantum ad aplicandum fructum propitiationis, aut impetrationis. Præſeus obligatio ratione Cappellaniæ eſt ſolum ad ſacrificium vt ſatisfactorium; cùm defuncti ſint tantum capaces huius effectus. Vnde remanet ſub libera diſpoſitione offerendis fructus propitiationis, & impetrationis, & ideo vti poteſt ad ſatisfaciendum voto, tanquam materia libera. 8

DE OBLIGATIONE
CELEBRANDI RATIONE
LOCI.

Nomine loci intelligitur ipſa Eccleſia non nudè ſumpta, ſed quatenus habet ſacerdotes deputatos proprio ſeruitio, & proinde inquirendum eſt de obligatione, quæ reſultat in ſacerdotibus ad celebrandum ratione Eccleſiæ cui inſeruiunt & diſcutiendum an ſit, & qualis ſit.

QVÆSTIO. 876.

An ratione cultus Eccleſiæ adſit obligatio celebrandi quotidie aliquas miſſas.

SVMMA.

1 *In qualibet Eccleſia celebranda miſſa quæ ſunt ex inſtitutione.*
2 *Ratione ſacerdotum ſimplicium, aut Rectorum non adeſt obligatio celebrandi quotidie in Eccleſia.*
3 *Rectores tenentur in Eccleſia prouidere de miſſa pro feſtis de præcepto.*
4 *In Cathedralibus, & Collegiatis quotidie celebrandum ex obligatione.*
5 *Hæc obligatio fundatur in prouentibus.*
6 *Eſt obligatio ſub mortali.*
7 *Nec pro vna vice in his Eccleſiis omittitur celebratio ſine graui peccato.*
8 *Neque bis, aut ter in hebdomada, licet ſit exiguus numerus Sacerdotum.*
9 *Hæc obligatio eſt ſuo modo de iure naturali.*

SVpponendum eſt tanquam certum, adeſſe obligationem celebrandi in qualibet Eccleſia illas miſſas; 1

missas, quæ ex institutione celebrandæ sunt; nam, vt constat ex dictis suo loco. Cappellani, & beneficiati tenentur celebrare in loco destinato iuxta mensuram institutionis. Hæc tamen obligatio est extrinseca prouenieus ab institutione fundatoris, non autem intrinseca, seu secundum exigentiam cultus debiti Ecclesiæ Rursus etiam est obligatio, quæ afficit priuatos sacerdotes, non autem personas publicas, quales sunt Rectores Ecclesiarum & Prelatus.

2 Supponendum 2. Neque ratione sacerdotum simpliciũ, neque ratione Rectorum, aut Prelatorum consurgere obligationem celebrationis quotidianæ. Ratio est. Quia sacerdotes simplices non teoentur celebrare, nisi aliquoties in anno, vnde non potest ratione ipsorum adesse obligatio celebrationis quotidianæ sed neque Rectores, aut Prelati tenentur celebrare quotidie, & ideo neque ratione ipsorum consurgere potest huiusmodi obligatio. Vnde cum hæc obligatio non possit insurgere ratione singularium personarum videndum est, an sit penes communitatem sacerdotum, qui inseruiunt alicui Ecclesiæ.

3 Supponẽdum 3. Quòd ratione seruitij debiti Ecclesiæ teuentur Rectores singulis festis de precepto celebrare, aut curare, quod celebretur in propria Ecclesia Parochiali. Quia scilicet prouidere tenentur proprijs ouibus de missa vt possint satisfacere præcepto audiendi missam Quod verum est, etiam si possint in alia Ecclesia implere præceptum, Cùm enim Rectores Parochialium percipiant decimas, aut alia emolumenta eis assignata sint pro sua substentatione, & Ecclesiæ seruitio tencotur Populo exhibere ea, quibus indiget in ordine ad præcepta seruanda, & proinde Populus ius habet ad ea exigenda, atque adeo exigere potest, vt sibi diebus festis in Ecclesia Parochiali prouideatur de missa, vt possit implere præceptum. In quo si deficiat Parochus, cùm materia sit grauis, quippe toti populo non sub ministret commoditatem implendi præceptum, noo videtur excusari posse à peccato mortali. Et ita obseruant Sotus *in quarta, distinctione decima tertia, quæstione secunda, articulo secundo.* Azor *parte prima, libro decimo, capite vigesimo quarto, quæstione secunda.* Suarez *disputatione octuagesima sexta, de Eucharistia, sectione prima*, vers. De Beneficiis, Tolet. *libro secundo, capite tertio, numero tertio*, Coninch. *de sacrament. quæstione octuagesima tertia, articulo secundo, dub. 1. numero ducentesimo secundo*, Laiman. *libro quinto, Theolog. moral. tractatu quinto, capite tertio, numero secundo*, Quartus *ad Rubric. missal. parte prima, proem. dub. 2.* vers. *Respondeo, & dico primo.* An autem teneantur alijs diebus celebrare, aut facere celebrare, inquiretur in fine.

4 Dicendum 1. *In Ecclesijs cathedralibus, & cæteris collegiatis adesse obligationem celebrandi quotidie.* Hæc autem obligatio non afficit singulares Sacerdotes inseruientes Ecclesiæ sed Episcopum, aut Prælatum, seu Rectorem Ecclesiæ, non quia ipse celebrate debeat, sed quia debet curare, vt celebretur. Sacerdotes autem inseruientes Ecclesiæ tenentur hoc onus subire, provt distributum fuerit, vel mandato Episcopi, vel lege, cõsuetudine, aot pacto. Ita comuniter præsertim Sotus *in 4. distinct. 13. quæst. 2. articu. 2.* Rodriquez *quæstion. Regular. 43. articul. 14. tom. 1.* Suarez *disputat. 82. de Ecclesiast. section. 2. dicto 2.* Vasquez *3 part. disputat. 232. numer. 13.* Azor. *part. 1. libr. 10. cap. 24. quæstion. 2.* Coninch. *de Sacrament. quæstion. 83. articul. 2. dub. 1. numer. 203.* Laiman. *libr. 5. Theol. moral. tract. 5. cap. 3. numer. 5.* Filliuc. *tractat. 5. numer. 104.* Reginald. *libr. 29. Praxis fori pœnit. cap. 9. section. 4. numero centesimo sexagesimo octauo, proposit. 1.* Angelus *verbo* Missa, *quæstione quadragesima tertia*, Sylucster *quæstione 7. dicto primo*, Tabiena *numero quadragesimo tertio*. Sà *numero quadragesimo nono*, Victoria *in sum. numero nonagesimo quinto, de Eucharist.* Henriquez *libro nono, summ. capit. vigesimo quarto, numero tertio, & in com. littera A.* vbi alios citat Quartus *ad Rubr. Missæ, parte prima, proem. dub. 1. init.* Franciscus Lugo, *de sacrament. libro quinto, capitulo quinto, quæstione secunda, numero decimo octauo.* Et hoe desumuot ex Capite. *Cum Creatura*, De *celebrat. missar.*

Ratio autem est. Quia ideo institutum est seruitium Ecclesiæ cum prouentibus, vt plurimum pinguibus, quibus alantur Ministri vt exibeant nomine Populi debitum obsequium Deo & cultum. Cùm enim Ecclesia sit locos destinatus ad colendum Deum, dum instituitur seruitium Ecclesiæ, instituitur in ordine ad cultum Dei, & proinde destinati ad seruitium Ecclesiæ tenentur etiam ad cultum Dei. In cultu autem Dei præcipuus actus est sacrificium. Rursus etiam inter præcipua munera, quæ sacerdotes debent exhibere popolo, est sacrificium quia sacerdos est mediator inter Deum, & homines ad offerenda sacrificia pro peccatis. Ergo ex vtroque capite tenentur destinati seruitio Ecclesiæ offerre continuò in ipsi sacrificium, itavt obligatio sit penes communitatem, procuranda tamen per Prælatum, seu Rectorem. 5

Dicendum 2. *Hanc obligationem esse sub mortali.* Ita Doctores *num. 4.* citati, Ratio est Quia obligatio est de re graui, quia est de cultu præcipuo exhibendo Deo in illa Ecclesia nomine populi, & etiam de se est grauis, quia cousurgit ex beneficio, & ex prouentibus annexis, qui provt correspondent missæ, & pertinent ad omnes, qui illos participant constituunt notabilem summam. Vnde ad tá res exhibendas sit grauis, quàm emolumentum, quod intuitu ipsius percipitur, obligatio quoque erit grauis. 6

Ex dictis colligitur contra Victorium *in sum. num. 95* neque vna tantum vice posse sine graui peccato omitti missas in his Ecclesiis absque iusta, & rationabili causa. Concurrente tamen iusta causa posse omitti, vt notant Laiman. *libro quinto, theolog. moral. tract. 5. capite tertio, numero quinto*, Filliuc. *tract. 5. n. 104.* Facundez *præcep. 1. Eccles. cap 15. num. 9.* & alij. Quia stante graui obligatione non potest ex omissione vitari peccatum, nisi concurrat aliqua causa, quæ faciat cessare obligationem Si verò adsit causa iusta, cessabit obligatio, quia hæc se habet, sicut cæteræ obligationes, quæ cessant ex rationabili causa. 7

Colligitur 2. Noo esse admittendum, quod tradunt Sotus *in. 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 1.* & alij. Nimirum, non esse peccatum saltem graue semel, aut bis in hæbdomada omittere missam, vbi exiguus est Sacerdotum numerus, quia si loquantor de missa ordinaria, possunt sine incommodo ita inter se Sacerdotes conuenire, vt quotidie semper aliquis celebret. Si verò loquantur de conuentuali, si semel sufficiant pro ipsa, sufficient etiam pro qualibet die, & proindè non aderit rationabilis causa excusans. 8

Colligitur 3. Hanc obligationem esse suo modo de iure naturali; & ex iustitia. Nam oritur ex eo, quod sacerdotes susceperint munus acceptando canonicatum, aut aliud beneficium inseruiendi Ecclesiæ. Cùm enim debitum seruitium Ecclesiæ exigat celebrationem missæ, dum ipsi suscipiunt munus inseruiendi, atque adeò præstandi totum id, quod exigit seruitium Ecclesiæ. Rursus quia interuenit pactum, nam illis confertur beneficium sub hoc onere, obligatio est suo modo de iustitia, 9

quia interuenit contractus. Do, vt facias. Et ideo quamuis adessent leges, aut statuta, non est obligatio merè legalis, quia per ipsa non imponeretur sed solum aut declararetur, aut determinaretur. Vnde quamuis afficiat communitatem pertinet tamen etiam ad vnumquemque in particulari quatenus in particulari teneetur cooperari ijs, quæ debentur per communitatem, & concurrere ad soluenda onera ipsius.

QVÆSTIO 877.

An in Ecclesiis Regularium sit celebranda quotidie Missa.

SVMMA.

1 *In quibus Ecclesiis Regularium quotidie missa recitanda.*
2 *Regulares tenentur inseruire Altari.*
3 *Superior Regularis tenetur curare, vt quotidie celebretur in sua Ecclesia, &c.*
4 *Vbi sunt pauci Religiosi ex diuersis causis possunt excusari, si quotidie non celebretur in ipsorum Ecclesia.*

1 Difficultas, non procedit de missa conuentuali, nam de hac agetur infra, sed de missa ordinaria, quam difficultatem non reperio fulutam apud Doctores, qui enim de hoc tractant, agunt de missa conuentuali. Dicendum tamen est, *In Ecclesiis Regularium, in quibus hora Canonica, in Choro recitantur, esse quotidie celebrandam missam.* Ratio autem est. Quia religiosi ratione status suot specialiter addicti cultui diuino, & Ecclesiæ, vt declarat praxis vniuscuiusque Religionis; & proinde tenetur quotidie illum colere in Ecclesia, vt cosstat in recitatione horarum canonicarum. Ergo tenentur etiam ad præcipuum actum cultus, qui consistit in oblatione sacrificij, itavt saltem per aliquem ipsorum offerri debeat Deo.

2 Coosirm. Qui Altari inseruit, de Altari viuere debet. Ergo qui de altari viuit, altari inseruire debet. Ergo cum Religiosi alantur, aut fidelium eleemosynis, aut donationibus, aut ex obuenientibus alio modo ex ipsorum pietate in huoc finem, vt Deo inseruiant & Ecclesiæ, & sint mediatores inter Deum, & ipsos, dum quotidie aluntur, tenentur quotidie inseruire & exhibere præcipuum actum cultus, & mediationis, qui consistit in oblatione sacrificcij.

3 Ex dictis colligitur; Quomodo hæc obligatio conueniat religioni, quamuis enim nemo in particulari teneatur celebrare, tenentur tamen in communi, itavt per aliquem ipsorum sit in singulari adimplenda obligatio. Pertinet enim ad superiorem curare, quod huiusmodi obligatio adimpleatur, & ideo per ipsum erit designandus, qui adimpleat. Tenetur tamen hoc onus partiri inter omnes, itavt modo vnus, modo alter satisfaciat obligationi, quando aliàs non solerent omnes, aut saltem plures celebrare prout consueuerunt apud omnes religiones.

4 Secundò colligitur In iis Conuentibus, in quibus sunt pauci Religiosi sacerdotes, frequenter contingere posse aliquæ causæ excusantes ab exequutione huius obligationis, siquidem fieri potest quod simul concurrant diuersa impedimenta respectu diuersarum personarum, vt infirmitatis, occupationis in aliquo graui negotio, assistentia alicui moribundo, & aliæ huiusmodi. Tenentur tamen supetinres, quandiu remanet expeditus, qui possit celebrare, aut procurare, quod celebret, aut ipse supplere, quia tunc obligatio restringitur ad eos, qui supplere possunt.

QVÆSTIO 878.

An adsit obligatio celebrandi quotidie in Ecclesiis Monialium.

SVMMA.

1 *In Ecclesiis Monialium an ex obligatione quotidie celebrandum*, & num. seq.
3 *Obligatio celebrandi in Ecclesia in quo fundetur.*
4 *Moniales quatenus teneantur procurare celebrationem missæ in propria Ecclesia.*
5 *Cap.* Cum Creatura *inducit personalem obligationem seruitij Ecclesiæ.*
6 *Ecclesia Monialium non sunt collegiata.*
7 *In Clement.* Graui. *Disponitur solum circa Officium diuinum nec imponitur obligatio celebrandi missam.*

Rodriquez *tom. 3. quæst. Regul. quæst. 6. ar. 7.* Hieron. Rodriquez *in Compendio resol. 15. n. 10.* Portel. *In dub. Regul. verbo.* Missa *n. 7.* censent quod adsit obligatio celebrandi quotidie in Ecclesiis etiam monialium missam etiam conuentualem. Fundamentum est. Quia in Cap. *Cum creatura.* De celebrat. *missar.* iuxta Rubr. ponitur obligatio celebraodi quotidie missam conuentualem io Ecclesiis collegiatis. Ecclesiæ autem monialium sunt collegiatæ, quia habent Prælatum. Secundò. Quia in Clem. *Graui.* De *celebrat. missar.* Præcipitur Prælatis, & Clericis, quod celebrent officium diurnum & nocturnum, & loquitur expresse de Regularibus. Et hæc dispositio comprehendit etiam Mooiales. Quia, vt notant Abbas, & cæteri Doctores io Cap. *ex part.* De *postulat.* quando aliqua Constitutio fit respectu Religionis, quæ potest conuenire Monachis, & Canonicis Regularibus, & si non exprimantur, nisi aliqui eorum ligat vtrosque vtriusque sexus, quia vbi est eadem ratio, debet adesse idem ius. 1

Verùm praxis, atque communis obseruantia est contraria huic opinioni: & etiam Doctores communiter tractantes de obligatione ad Missam conuentalē, inquirūt solū, an adsit quoad Regulares, supponentes, nequaquā adesse posse, quoad Moniales vnde Dicendum est. *Non adesse obligationem celebrandi quotidie in Ecclesiis monialium, & multò minus Missam conuentualem.* Hoc autem intelligitur seclusis constitutionibus specialibus monialium, cùm fieri possit, quod præcipiant quotidianam celebrationem, vt moniales possint quotidie interesse sacrificio. 2

Ratio autem est. Quia oon potest adesse obligatio celebrandi in Ecclesia, nisi sit penes eos, qui inseruiūt Ecclesiæ, siquidem obligatio in ordine ad Ecclesiam non potest afficere extraneus, sed tātum eos, ad quos pertinet Ecclesia. Obligatio autem celebrandi in Ecclesia noo potest esse peoes Mooiales, quia cùm sint incapaces celebrandi, erunt etiam incapaces obligatiooisad celebrandum io Ecclesia cùm obligatio ad actum possit tantum eos afficere, qui actum facere possint. 3

Nec dici potest, quod obligantur ad procurandam celebrationem. Nam licet possint obligari ab extrinseco ratione alicuius fundationis, aut legati pro missa celebranda in suis Ecclesiis, itavt ad ipsas spectet exequutio, hoc tamen est per accidens, & non ratione muneris, & seruitij, quod tenentur exhibere Ecclesiæ. Neque enim adest hæc obligatio procurandi celebrationem in suis Ecclesiis, nisi quatenus est necessaria pro implendo præcepto de audienda missa. Quando enim quis obligatur ad inseruiendum non obligatur nisi secundum mensuram suæ possibilitatis; & ideò 4

Moniales

Moniales cùm ſint incapaces celebrandi ex eo, quod ſint obligatæ ſeruitio Eccleſiæ, non reſultat obligatio procurandi celebrationem miſſæ, præſertim conuentualis, quia cùm ad ſeruitium onn teneantur per ſe, nec etiam teoentur per alios.

5 Imo ex Cap. *Cum Creatura.* De *celebrat.miſſar.* & ex Clemeo. *Dolentes eodem tit.* oppoſitum colligitur. Siquidẽ in dictis tex.ioiungunrur perſonali modu implenda, quæ præcipiuntur, nam in Cap. *Cum creatura,* dicitur. *Celebrent,* quod non poteſt conuenire Monialibus, cùm celebrare nõ poſsint, & in Clemẽt. *Grani nimirũ.* Dicitur *Pſallatur* quud ſimiliter perſonale eſt, nec ad miſſæ celebrationem referri poteſt; nou autem ioiungitur procuratio celebratioois, qualis ſola conuenire poteſt Monialibus. Vnde ex nullo capite induci poteſt hæc obligatiu, quoad Moniales.

6 Ad fundamentũ in oppoſituio reſp. Eccleſias Monialiũ nõ eſſe collegiatas, vt etiam de Eccleſiis Regularibus iofra dicetur nec enim per id cooſtituitur Eccleſia collegiata, quod inſeruientes habeant Prælatum. Neque inſuper Moniales habent Prælatum, ſed tantùm ſuperiotiſſam, quæ noo habet Iuriſdictionem ſpiritualem. Deinde in illo tex. iniungitur conuentualis celebratio miſſæ illis, ad quos ſpectat celebrare, & ſupponit, quod per oegligentiaỡ traoſeuraretur huiuſmodi celebratio, atq; adeo diſponi: taotũ quoad eos, qui aliàs teneantur celebrare. Vnde cùm Moniales uou teneantur, oon poteſt ex hoc tex. iioponi ipſis obligatio, nam ſi acciperetur de celebratione per alios, deberet aliunde ſupponi hæc obligatio quoad Mooiales. Adde quud facere celebrare per alios miſſam cõueotualem eſſet onus nimis graue, quoad Moniales.

7 Ad 2. in illa Clement. *Grani* noo diſponi aliquid circa miſſæ celebrationẽ, ſed taotum circa diurnum, & nocturnum officium Quod etiam conſtat ex recenſione abuſuum, quos ibi intendit Pontifex corrigere, nam nihil recenſet quod pertineat ad omiſſionẽ celebrationis miſſæ. Vnde cùm io illa Clemẽnt. taotùm corrigat abuſus non imponit aliquam obligationem celebraudi miſſam præſertim in Eccleſiis Monialium. Deinde dato quod de hoc diſponeret, non poſſet exteodi ad Moniales, quia quoad ipſas non militat eadem ratio, cùm non habeant celebrare, ſicuti cæteri qui inſeruiunt Eccleſijs Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis.

QVÆSTIO. 879.

An in Eccleſijs Parochialibus ſit quotidie celebrandum.

SVMMA.

1 *In Eccleſijs parochialibus an quotidie celebrandum, ſi numeroſus ſit populus.*
2 *Si ſolus Parochus inſeruiat non adeſt obligatio celebrandi quotidie.*
3 *Conſonat concil. Trident.*
4 *Officium parochi non infert quotidianam celebrationẽ.*
5 *Doctores non obligantes Parochos ad quotidie celebrandum.*
6 *Quotidie celebrandum, ſi plures ſacerdotes inſeruiant parochiali.*
7 *Vnde hæc obligatio oriatur.*
8 *Quid requiratur, vt locum habeat hæc obligatio.*

QVod in Eccleſijs Parochialibus, in qoarum Parochia numeroſus eſt populus, ſit quotidie celebrandum ſub graui obligatione tradunt Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *ar.* 2 *dub.* 1. *propoſit* 2. Henriqoez *lib.* 9. *ſum. cap.* 24. *num.* 3. Suarez *diſp.* 80. *de Euchariſ. ſect.* 2. ver. *Dico* 2. Vaſquez 3. *par. diſp* 212. *cap.* 3. *num.* 13. Reginal *lib.* 29. *Praxis fori pænit. cap.* 9. *ſect.* 4. *num.* 168. *propoſ.* 1. & idem ſentire videtur etiam Azor. *par.* 1. *lib* 10. *cap.* 24. *quæſt.* 2. Limitant tamen, vt hoc non habeat locum in exiguis Parochijs, vbi rarus eſt Populus & non adeſt concurſus ad audiendã miſſam.

Dicendum 1. *In Eccleſiis Parochialibus, quibus inſeruit ſolus Parochus, non adeſſe obligationem celebrandi quotidie etiamſi populus parochiæ ſit numeroſus.* Hoc exiſtimo eſſe certum & deſumitur ex Cap. *ſignificatum De preben.* vbi ſacerdos, qui ratione beneficij, aut Capellaniæ tenetur quotidie celebrare, obligatur ſolum, vt celebret, quam frequentius fieri poteſt ſalua hooeſtate, & deuotione, ex quo colligunt communiter Doctores, quod ſaltem ſemel in hæbdomada vocare poteſt. Vnde à fortiori Parochus qui noo tenetur ratione ſui muneris quotidie, non tenebitur quotidie celebrare, ne in Eccleſia Parrochiali deſit miſſa. 2

Deſumitur etiam ex Cooeil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reformat.* vbi habetur. *Curet Epiſcopus, vt Presbiteri ſaltem diebus dominicis, & feſtis ſolemnibus ſi autem curam habuerint animarũ tam frequenter vt ſuo muneri ſatiſfaciant, miſſas celebrent.* Ex quo Decreto manifeſtum fit, quod ſolum frequenter, & oon quotidie debent celebrare. Si autem deberent celebrare quotidie, ne iu Eccleſia Parochiali deeſſet miſſa, tenerẽtur ratione muneris, quia cum ſint Rectores Eccleſiæ in ipſos refunditur obligatio, quæ fundatur in exigentia Eccleſiæ, & proiode teoerentur quotidie celebrare, vt muneri ſuo ſatisfacereot, atque adeò Concilium non dixiſſet, *Tam frequenter,* vt muneri ſuo ſatisfaciant, ſed dixiſſet *Quotidie,* vt muneri ſuo ſatisfaciant. 3

Ratio autem eſt Quia Parochus tenetur taotum inſeruire Eccleſiæ in munere Prochiali, & proinde ratione ſeruitij Eccleſiæ ab ipſo exigi poſſunt ea ſolùm, quæ exigit munus parochiale. Munus autem Parochiale ſolum exigit ab ipſo miniſtratiooem ſacramentorũ Prædicationem verbi Dei, celebrationẽ in Diebus feſtiuis, & quando eſt neceſſaria celebratio pro aliqua alia occaſione, in qua munus parochiale impẽdi debet populo, aut ad ſatisfaciendum deuotioni ipſius, vt cùm ex deuotione obſeruat tanquam feſtum diem alicuius ſancti, aut ex aliqua alia ſimili cauſa. 4

Et ideo hanc ſententiam tenere debent, qui ſentiũt, Parochos non obligari quotidie ad celebrandum, vt Maior *in.* 4 *diſt* 45. *quæſt.* 3. *dub.* 3. Nauar *in Manuali cap.* 21. *n.* 140. Corduba *lib* 1. *quæſt.* 4. & alij. Et in terminis Laiman. *lib.* 5. *theol. moral tract.* 5. *cap.* 3. *n.* 2. ver. *Ad* 2. Quartus *ad Rubr. Miſſalis par.* 1. *procem. dub.* 2. ver. *ſecunda ſententia* Suarez *diſt.* 86. *de Euchar ſect.* 1. ver. *De beneficiis* circa finem declarans id, quod antea dixerat. 5

Dicendum 2. *In Parochialibus, quibus Plures ſacerdotes inſeruiunt, adeſſe obligationem celebrandi quotidie.* Nomine autem plurium ſacerdotum non intelliguntur duo tantum, ſed maior numerus, quia quando vnus tantum vltra Parochum inſeruit, cenſetur additus in auxilium eiuſdem Parochi vt adiuuet in munere parochiali, non autem vt habeatur quotidiana celebratio. Ruxſus per Sacerdotes inſeruientes intelliguntur ij, qui deputati ſunt pro ſeruitio Eccleſiæ, non autem ij, qui habent celebrare erectione Capellaniæ in aliqua Cappella, quia hi inſeruiunt veluti priuato modo Cappellæ oon verò Eccleſiæ. 6

Ratio autem eſt. Quia quando plures Sacerdotes ſunt deſtinati ſeruitio Eccleſiæ, & conſequenter prouidentur ſufficienter pro alimentis, cenſentur deſti- 7

nati in hunc finem; vt celebrent in ipsa Ecclesia, quia cùm ad ipsos non pertineat ministare sacramenta, nec habeant inseruite choro, vt supponitur, nullum aliud munus sacerdotale superest, in quo inseruiant, præterquam in celebratione. Ergo cum plures sint destinati censentur destinati in eum finem, vt Ecclesia habeat congruum seruitium celebrationis, quod non obtineretur; nisi quotidie in ipsa celebraretur. Et ideo si non celebraretur quotidie, esset contra finem institutionis illius seruitij in re graui.

8 Ex his colligitur. Quod vt locum habeat dicta obligatio, oportet, quod sint plures sacerdotes destinati seruitio Ecclesiæ in ordine ad celebrationem. Vnde cùm Parochus non sit destinatus ad celebrandum nisi in consequentiam ad exercitium muneris Parochialis, sicut nec esset obligatus alius sacerdos qui esset destinatus in auxilium Parochi, non pertinebunt ad celebrandum. Et ideo oportebit quod sacerdotes destinati per se ad celebrandum sint plures, & locum habeat huiusmodi obligatio siquidem cum Parochus solum teneatur celebrare, quando id exigit munus Parochiale, vt dictum est ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 12. De Reformat* ex parte ipsius non potest insurgere obligatio quotidianæ celebrationis.

Qvæstio 880.

An Episcopus cogere possit Parochos, vt diebus Festis conuocent alios sacerdotes ad celebrandum in Ecclesia Parochiali.

SVMMA.

1 *Episcopus an possit cogere Parochos, vt pro diebus festis conuocent plures sacerdotes ad celebrandum.*

2 *Parochus, licet habeat prouentus pingues, non potest cogi vltra munus Parochiale.*

3 *Cur teneatur aduocare qui suppleat in administratione sacramentorum & non pro celebratione missæ.*

1 QVod possit Episcopus cogere Parochos habita ratione prouentuum, ne nimis grauentur, ad conuocandos alios sacerdotes, vt celebrent in Ecclesia Parochiali si numerosus sit Populus, itavt non possit commode vniuersus conuenire ad audiendam missam Parochi, quando tenetur ex præcepto interesse sacro, tradunt Laiman *lib. 5. theol. moral. tract. 5. cap. 3 num. 2.* ver. *Adde secundò.* Quartus *ad Rubricas missal. par. 2. proem. dub. 2.* vers. *Dico 3.*

2 Verùm *oppositum videtur tenendum etiam si redditus Parochialis beneficij sint pingues.* Ratio est. Quia beneficium datur tantum propter officium, quod est ipsi annexum, nec potest beneficiarius aliquo alio onere grauari, quod non sit impositum beneficio. Ergo cùm beneficio Parochiali non sit annexum aliud Officiũ, quam pascere populum sibi commissum, ministrando sacramenta, & celebrando diebus festis, & alijs diebus, quando id exigit munus parochiale, non poterit cogi ad conuocandos alios sacerdotes, qui diebus festis celebrent, siquidem prouentus omnes, quantumuis pingues, illi debentur ex eo, quod exercet munus Parochiale, & illos ex hoc titulo facit suos, & ideo non potest cogi vt de illis soluat alijs sacerdotibus pro celebrando in commoditatem populi, nam hoc esset disponere de alieno.

3 Dices Si non potest ipse supplere tenetur sibi de aliquo prouidere, qui adiuuet in administratione sacramentorum. Ergo tenebitur etiam prouidere de celebrantibus, si diebus festis eius missa non sufficit pro Populo Resp. neq. conseq. quia est diuersa ratio. Nam administrare sacramenta est proprium munus ipsius, pro quo exhibendo percipit fructus beneficij, & ideo sunt addicti pro compensatione talis muneris, & ideò de ipsis supplere debet pro mercede coadiutoris, quãdo ipse non sufficit, at celebrare missas non est munus ipsius, cùm nec possit iuxtà præsentem consuetudinem, & populus possit in diebus festiuis audire quam ipse celebrat, nec tenetur consulere commoditati ipsius, cum proprio dispendio, sed ipse si vult commoditatem, debet sibi prouidere.

Qvæstio 881.

An in Ecclesijs Collegiatis adsit obligatio cantandi quotidie missam pro Defunctis.

SVMMA.

1 *An in Collegiatis cantanda sit quotidie missa pro defunctis.* & num seq.

4 *Collegialitas Ecclesia non infert obligationem cantandi quotidie missam pro defunctis.*

5 *Neque Cap.* Cùm Creatura.

6 *Missa anniuersarij non potest supplere pro conuentuali.*

7 *Dictio* Et *stat ampliatiuè.*

PRima sententia asserit, adesse obligationem cantandi quotidie missam pro defunctis, seu eam celebrandi conuentualiter vltra missam officij diei. Ita Glos. *in cap. Cum Creatura.* verbo. *pro anniuersar. de celebr missar.* vbi etiam Canonistæ Io. Andr. Hostiens. Abbas qui idem tenet *consil. 99. n. 3. part. 2.* Nauar. *consil. 9. n. 6. de celebrat. missar. lib. 3.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 24. num. 3. littera C.* Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 2.* Fundamentum vnicum huius sententiæ desumitur ex Cap. *Cùm creatura De celebrat. missarum* vbi statuitur. *Mandamus quatenus nullum in vos torporem negligentia obrepere permittatis, quominus, & pro anniuersarijs defunctorum, & pro festo, vel feria secundũ temporum congruentiam missarum solemnium conuentualiter celebretis.* Ex quo canone desumunt imponi obligationem celebrandi quotidie missam conuentualem pro defunctis: nam vtitur verbo, *mandamus*, quod importat præceptum. Et ita sentiunt etiam plures ex Doctoribus qui tenent oppositam sententiam addentes hoc præceptum esse consuetudine abrogatum. 1

Secunda sententia negat, adesse hanc obligationẽ 2
Ita Angelus *verbo.* Missa *quæst. 43.* Syluester *q. 7. dicto 1.* Tabiena *n. 43.* Victoria *in sum. cit. de Eucharist. n. 95.* Sotus *in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. dub. 1. propos. 2.* Vasquez. *3. pars. disp. 232. n. 13.* in fine. Suarez *disp. 80. de Euchar. sect. 2.* vers. *Dico secundò*, Facundez *præcept. Eccles. lib. 3. cap. 15. n. 9.* Ledesma *part. 1. sum. cap. 19. de Euchar.* vers. Tam bien ay difficultad. Laiman *lib. 5. Theòl. moral. tract. 5 cap. 4. n. 6.* Becan *de Sacram. cap. 25. part. 2. quæst. 2.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 8. difficul. 19. num. 3.* Marchin. *de Ordine tract. 3. par. 2. cap. 30.* Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 2. dub. 3. num. 2.* Coninch. *de sacrament. quæst. 83. ar. 2. dub. 7. num. 204.* ver. *sed hæc.* Quartus *ad Rubr. Missal. par. 1. proem. dub. 1.* vers. *Colligitur tertio.* Tamburin. *Opus. de sacrific. mis. lib. 1. cap. 6. § 2. num 5.* ver. *nota tertiò.*

Dicendum est. *In nulla Ecclesia collegiata adesse obligationem seclusa institutione, & fundatione celebrandi quotidie missam conuentualem pro defunctis.* Dixi seclusa fundatione, quia modò solum inquiritur de obligatione, quæ insurgit ex eo, quod collegiata est, fieri enim potest, quod ratione fundationis, aut institutionis adsit huiusmodi obligatio, & proinde in vna qua- 3

que

que Ecclesia inspicienda sunt propriæ obligationes.

5 Ratio autem est. Quia talis obligat o non nascitur ex eo, quod Ecclesia collegiata sit, nam ex hoc capite solum fit, quod officianda fit collegiali modo, secundum præscriptum Rubricarum, non autem quod quotidie celebranda fit missa defunctorum, sed ad summum quando Rubricæ talem missam præscribunt. Imò præscriptio huius missæ quotidianæ esset inconueniens, nam etiam in festis solemnissimis esset celebranda. Imò ex hoc sumitur argumentum pro certis diebus in Ecclesiis collegialibus. Ergo non adest obligatio celebrandi quotidie talem missam, nam si adesset frustrà præscriberetur pro certis diebus.

6 Neque ex Cap. *Cum Creatura*, desumitur talis obligatio, vt obseruant etiam Doctores plures pro secunda sententia allati præsertim Suarez & Coninch. Nam ibi imprimis non imponitur aliqua obligatio circa missam conuentualem, sed supponitur, & simul etiam negligentia in ea adimplenda, vt proinde Pontifex arguat de negligentia. Et ideo cùm ex nullo canone antecedenti neque ex natura rei habeatur huiusmodi obligatio, non supponitur à Pontifice, neque redarguitur negligentiæ supra ipsum cadit. Non supponitur ex aliquo canone, quia nullum afferri potest, nec ex natura rei, quia ex eo, quod sit orandum pro defunctis, non fit, quod quotidie pro ipsis missa conuentualis sit celebranda, neque ex eo quod Ecclesia collegiata sit, vt constat ex dictis io præced.

7 Neque ex verbis canonis talis obligatio colligitur. Quia Pontifex solum mandat, quod pro anniuersariis missarum solemnia conuentualiter celebrentur. Ex quibus patet, quod loquitur de speciali missa defunctorum, nempe de ea, quæ pro anniuersario celebretur, & proinde loquitur de anniuersariis, ad quæ collegiales sacerdotes vel ratione fundationis, vel ratione legati teneantur. Et quia aderat negligétia in complenda obligatione anniuersariorum ad eam tollendam, mandat Pontifex, & quod huiusmodi anniuersaria celebrent quando celebranda sunt, & quod celebrent conuentualiter, hoc est conueniendo omnes ad celebrandum. Rursus mandat, quod non obstante celebratione anniuersariorum iisdem diebus, quibus celebrant anniuersaria, celebrent etiam conuentualiter missam congruentem tempori, quia forte quando celebrabant anniuersaria illam omittebant. De missa autem celebranda quotidie pro defunctis est verbum quidem.

8 Nec obstat, quod Pontifex loquatur copulatiuè dicendo, *& pro anniuersarijs defunctorum, & pro festo, vel feria &c.* & proinde videatur loqui de missa quotidiana etiam pro defunctis, sicuti est quotidiana missa de festo, vel feria, nam copula non coniungit missam defunctorum pro anniuersarijs cum missa de tempore, vt proinde trahatur ad ipsam, & debeat multiplicari iuxta illius multiplicationem, sed coniungit missam de tempore seu festi, seu feriæ cum missa pro anniuersarijs, quia, vt dictum est, quando celebratur missa pro anniuersario, vult, quod celebretur etiam missa de tempore. Et proinde dictio *&* stat ampliatiuè, quia ampliat dispositionem præcepti vt se extendat etiam ad missam de tempore, quando celebratur anniuersarium iuxta ea, quæ tradunt Ancharan. *consil.* 154. *n.* 5. Bald. *consil.* 239. vers. *secundus & tertius casus. lib.* 1. Paris. *consil.* 90. *n.* 15. *vol.* 1.. Menoch. *consil.* 677. *n.* 4. Rot. *decis.* 680. *n.* 5. *par.* 2. *Recent. & decis.* 21. *num.* 3. coram Ludouisio.

QVÆSTIO. 882.

An in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis adsit obligatio cantandi quotidie missam.

SVMMA.

1 *In Cathedralibus & collegiatis quotidie cantanda missa de obligatione.*
2 *Ita in iure statutum.*
3 *Pertinet ad diuinum officium, & ideò suscipitur onus in acceptatione beneficij.*
4 *Missa conuentualis est pars Officij diuini.*
Nomine Officiorum diuinorum tempore interdicti qua veniunt.
5 *Celebratio missæ conuentualis in Collegiatis an obligat sub mortali.*
6 *Potest hæc obligatio cessare ex rationabili causa.*

Dicendum est. *In Ecclesiis cathedralibus & collegiatis adesse obligationem cantandi quotidie missam.* Ita communiter. Præsertim Gloss. *in cap. Cùm Creatura, de celebrat. missar.* Abbas Io. Andr & cæteri Canonistæ, *ibidem.* Tabiena *verbo* Missa *num.* 43. Syluester *quæst.* 7. *dicto* 1. Angel. *quæst.* 43. Sà *num.* 49. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. *dub.* 1. *Proposit.* 2. Henriquez *lib.* 9 *sum. cap.* 24. *num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 2. Vasquez 3. *part. disp.* 232. *cap.* 1 *n.* 13. in fine, Suarez *disp.* 80. *de Euchar. sect.* 2. *dicto* 2. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pœnit. cap.* 9. *sect.* 4. *n.* 168. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 104. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 5. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 2 *dub.* 1. *num.* 203. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. Rodriquez *quæst. Regular.* 43. *art.* 14. *tom.* 1. Hieron. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 2. *dub.* 3. *num.* 1 Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *quæst.* 2. *num.* 17. Ledesma *tom* 1. *sum. cap.* 19. *de Euchar. conclus.* 2. *dub.* 2. Hieron. Rodriquez *in compend. resol.* 25. *num.* 10. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 30. *num.* 3. Viuian. *lib.* 3. *Racional. iur. Pontif. ad cap. Cùm Creatura.* Peregrin. *ad Constit. Cler. Regul. part.* 1. *cap.* 41. *Littera E.* Gauant. *ad Rubric. missal. part.* 3. *tit.* 12. *n.* 7. Diana *part.* 10. *tract.* 22. *resol.* 40. Leander *tract.* 8. *de sacram disp.* 5. *quæst.* 8. Quartus *in Rubr. missal. part.* 1. *tit.* 3. *sect.* 1. *dub.* 1. Thomas Hurtad. *part.* 1. *moral. tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 301. 1

Hoc autem desumitur ex Cap *Cùm Creatura, de celebrat. missar.* vbi licèt Pontifex non imponat hanc obligationem supponit tamen, illam adesse; & ideò expressè mandat, quod absque illa negligentia, & torpore celebretur conuentualiter missa de tempore, siue de festo, siue de feria, etiamsi celebretur aliquod anniuersarium defunctorum, & proinde non vult, quod loco missæ de tempore subrogetur missa anniuersarij. 2

Ratio est. Quia sacerdotes, & alij Ministri collegiales percipiunt fructus beneficiorum, sub onere inseruiendi Ecclesiæ in officiatura, seu in celebratione diuinorum officiorum; hoc enim onus est annexum beneficio & ideo illud suscipiunt eo ipso, quod acceptat beneficium, quia cùm beneficium detur propter officium tradit secum hanc obligationem. Celebratio autem diuinorum officiorum debita Ecclesiæ ratione beneficij non importat solas horas canonicas, sed etiã missam conuentualem, tanquam partem præcipuam. Et ideò ratione officij exhibendi Ecclesiæ in orando, tenentur etiam celebrare missam conuentualem. 3

Quod autem missa conuentualis pertineat ad officium & sit pars illius tradunt Gloss. *in Clement.* 1. *de celebrat. missarum* Nauar. *de orat. cap.* 2. *n.* 29. Io. Beleth. *in Explicat. Diuinorum offic. cap.* 27. init & Gulliel. Durand. 4

tand.*de diuin.offic.lib.4.cap.*1.ponit missæ officiom tanquam partem diuini officij. Officium namque diuinum, vt modò sumitur,est illud, quod est institutum publico modo in Ecclesijs peragendum ad colendum Deum, & orandum prn populo, siquidem ad huoc finem institutæ sunt Ecclesiæ collegiales cum prouentibus ministtnrum Præcipua antem pars cultos diuini est sacrificium, & ideò nnmine Officij diuini principaliter venit oblatio sacrificij conuentualiter exbibendũ. Vnde quandn tempore interdicto prnhibẽtur, officia diuina, veniunt ea omnia, quæ propria sunt cuiuscumque Ordinis tam sacri, quam ex Minoribus, vt tradunt Nauar.*cap.27.Manual. n.* 171. Henriquez cum Couar. *lib.*13.*sum.cap.*44 *init. & in com. littera A.* Vgolin.*de censur.tab.5.cap.5.§.2. n.*2. Sayr. alios citans *lib.5 de censur.cap.5.n.4.& cap.*14.*n.* 2.Et proinde venit etiam missa. Vode officium diuiuum comptehendet seruitium Ecclesiæ & cultum Dei, vt constat ex omnibus his actibus.

5 Dicendum 2. *Obligationem celebrandi missam conuentualem in dictis Ecclesiis esse grauem, & sub mortali.* Ita Doctores citati *num.*1 præsertim Sotus, Suarez, Rodriqoez,Facundez,Filliuc. Coninch, Lugo, Thomas Hurtad Ratio autem est. Quia est de materia graui, & quæ omnium plurimum confert ad diuinum cultum: cui maximè detraheretut,imò plus, quàm si non celebrarentur Horæ cannnicæ,cùm maint sit cultus sacrificij, quam Horarum Cannnicarum,stãte autem grauitate materiæ, consurgit grauis obligatio.

Ex dictis cnlligitur. Quod cùm hæc obligatio ba-
6 beat otiginem ex institutinne humana, humano,atq; adeo motali modo est accipienda; & propterea pnterit cessare ex rationabili causa,sicut cessãt aliæ huiusmodi obligatiooes Et ita nbseruant Suarez. *disp.* 80. *de Euchar. sect.*2.ver.*Dico* 2. Coninch. *de sacram.quest.* 83.*ar.2.dub.1.num.*an 3,Laiman *lib.5. theol. moral.tract.* 5.*cap.3.n.5.*Quartus *ad Rubr. Missal.par.*1.*proem.dub.* 1.ver.*Colligitur. sextò.* Et alij.Vnde si occurreret consecratio Episcopi, aduentus Principis, aut Episcnpi aot quid simile, qnando missa conuentualis nnn pnsset commodè anticipari, omitti posset sine peccato. Imò contingere potest, quod moraliter fiat impossibilis, præsertim vbi numerus inseruientium non est magnus;fieri enim potest,quod aliqui infirmentur,alij distineantur negntiis necessariis, atque adeò non adsit numetus sufficiens prn huiusmodi functione.

QVÆSTIO 883.

Quot Sacerdotes requirantur, vt Ecclesia sit Collegialis.

SVMMA.

1 *Exiguus numerus Socerdotum an sufficiat, vt Ecclesia sit Collegialis.*

2 *Tres an sufficiant.*

3 *Numerus denarius est intra exiguum: & supra ternarium est competens.*

4 *Ecclesia collegialis non instituitur per certum numerum Sacerdotum, sed quia collegialiter est ipsi inseruiendum.*

5 *Pro Missa conuentuali requiritur sufficiens numerus ministrorũ, nec sufficit quod Ecclesia sit collegiata.*

6 *Collegium potest constitui per tres, & reduci ad vnũ.*

7 *Sufficientia ministrorum pro Missa conuentuali vnde sumenda.*

SVarez *disput.* 8n. *de Eucharist. sect.* 1. vers. *Dico* 2. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 5. supponunt,sufficere exiguum numerum Sacerdotum, vt Ecclesia sit Collegialis; Siquidem docent Rectores,aut ad quos pertinet,excusari à mnrtali,si vna,aut altera vice in hebdomada omittatur missa cnnuentualis, vbi est exiguus Sacerdntum numerus, non tamen explicant qunt Sacerdntes intelligant per exiguum numerum. Vnde quia exiguus numerus habet latitudinem,oportet,quod intelligat omnes illns numeros, qui stant intra terminos exiguitatis. Videtur autem primus numerus exiguus esse ternarius, nam binarius cùm sit minus numerus,nnn est exiguus, sed infimus, & extendi vsque ad denarium, cùm numerus supra denatium vix incipiat acquirere magnitudinem in ntdine ad maiorem numerum, vtpote in qun incipiunt multiplicari notæ numerorum, & veloti constat ex pluribus numeris.

2 Penin. autem *tom.* 3.*de priuileg. in Additament. ad Constit. Pirroli. cap.*1.*num.*20. existimat, sufficere tres Sacerdntes, vt inducatur nbligatin celebrandi quotidie missam. Non videtur tamen lnqui de missa conuentuali,quia loquitur de Ecclesiis Regularium, subdens,quod non possunt Fratres vnius Conuentus omnes eodem die ire ad dicendam missam in alia Ecclesia, aut ad recreationem relinquendo propriam Ecclesiam sine missa. Deinde quia numerus ternarius est insufficiens pro missa cnnuentuali.

3 Quartus autem *ad Rubricas missalis part.* 1. *proem. dub.*1.vers. *Colligitur quintò*, habet opininnem Penini esse rigidam, & subdit numerum denarium videri exiguum, & nnmerum supra ternarium videri mediocrẽ, & competentem,cùm sufficiat etiam ad instituendum cbnrum. Verùm non resoluit, qninam numetus constituat Ecclesiam collegiatam, sed solum concludit, non fore mnrtale omittere sacrum semel, vel iterum in hæbdomada, vbi non sunt, nisi tres sacerdntes,nec se explicat an intelligat de missa conuentuali, an de ordinaria.

4 Dicendum est. *Ecclesiam collegiatam non constitui per certum numerum sacerdotum, sed per id, quod ex Institutione vel Fundatione ministri deputati seruitio ipsius debeant collegialiter conuenire ad officia diuina, & quod simul efficiant collegium,hoc est vnũ corpus.* Ratin est. Quia Ecclesia non dicitur collegiata à numern insernientiũ, quia in quocumque numern sint, nisi aliud ioterueniat, Ecclesia non erit cnllegiata, quia isti inseruientes possunt conuenire ad seruitium Ecclesiæ, vt singulares persnnæ, vt inter alios notant Abbas *in Cap. Nobis. De Iure patronat Roman.concil.*436.Guido Papa *decis.* 258.Zechius *de Repub. Eccles.cap.* 26. *n.* 2. Cosmos Gumier *in Pragmat sanct. §. sed per electiones.*vers. *Collegiatis.* Sed dicitur Cnllegialis ex eo, quod vnum aliquod collegium institutum sit pro eius seruitio.Etgn numerus persnnarum materialiter se habet respectu Ecclesiæ Cnllegiatæ.

5 Dicendum secundò. *Ad inducendã obligationem missæ conuentualis non sufficere,quod Ecclesia sit collegiata, sed insuper requiri, quod habeat sufficientem numerum ministrorum.* Hoc autem est, valde notandum, vt possit cognosci, qoando hæc nbligatin adsit, & quandn cesset. Fieri enim potest,quod Ecclesia sit collegialis, & quod nnn babeat huiusmodi obligatinnem; aut qund habeat sed cesser, quia minuatur numerus inseruientiom. Ille autem etit sufficiens numerus, qui sufficit, & pro cboro, & pro celebratione missæ. Vnde cùm pro missa requirantur septem personæ,Celebrãs,Diaconus,Subdiaconus,duo Ceroferarij,Thuriferarius,& Achnlitus,& pro choro saltẽ quatuor, quia debet esse cum cantu,sequitur quod adminus vndecim inseruiẽtes sint necessarij quamquam idem clericus supplere possit prn Acbnlito, & Thuriferario.

6 Ratio autem est. Quia Cnllegium potest constitui per tres solas personas *l. Horatius ff. De verborum significat.*

gnificat. & obseruant Gloss. *in cap.* 1. *verbo.* Dico *de electione*, Bald. *in cap fin.n.* 14. ver. *vnus vel duo, de sent. & re iud.* & proinde possit Ecclesia esse collegiata cū tribus. Imo possit Collegium Ecclesiæ reduci ad duos, vel etiam vnum, vt obseruant Archidiacon. *in Cap.* 1. *n.* 3. ver *sed non est* 10. *Quest.* 1. Gemin. *ibid.* vers *sed per duos*, Bellarm. *n.* 5. Præpos. *item num.* 5. Turressen. *n.* 2. vers. *notandum*, Cardin. *in cap.* 1. *num.* 4. vers. *Quia tamen* De *elect.* Imola *num.* 2. Dec. *num* 17. Mascard. *de probat. conclus.* 585. *n.* 9. vers. *cæterum*. Neque tamen in tali casu desinet Ecclesia esse collegiata in actu, siquidem adhuc habebit Collegium, & tamen non habebit Ministros sufficientes pro Missa cōuentuali: Ergo cùm obligatio non sit ad impossibile, non tenebitur ad Missam conuentualem.

7 Est tamen aduertendum, fieri posse, quod in dictis casibus non cesset obligatio Missæ conuentualis: si nimirum vltra eos, qui sunt de Collegio, adsint alij Ministri inseruientes, vt in eo numero, qui vel se solo vel cum Collegialibus sufficiat pro Missa conuentuali. Tunc enim etiamsi Collegium ad vnum reduceretur, non cessaret, obligatio Missæ cōuentualis, nam adhuc impleri posset. Et cum Ecclesia adhuc sit collegiata, retinet hac obligationem; & ideo si potest, debet eam adimplere. Constat autem, quod possit, dum habet alios Ministros.

QVÆSTIO 884.

Quid requiratur vt Ecclesia sit Collegiata

SVMMA.

1 AD cognoscendum, quando Ecclesia subsit obligationi de Missa conuentuali, videndum est quando sit Collegiata. Est autem aduertendum, quod duplici modo potest Ecclesia esse collegiata, nempe actu, & habitu, vt notant Zechius *de Repub. Eccles. cap.* 26. *num.* 2. Lotterius *de re benefic. lib.* 1. *quest.* 14. *num.* 125. Actu est collegiata, quando nedum habet ius Collegiatæ, sed etiam habeat Collegium, & proinde habeat actu inseruientes in Officiatura Ecclesiæ, qui constituant Collegium. Tunc autem tantum habitu est collegiata, quando habet sola iura Collegij, caret tamen Collegio; quia sit quocumque extinctū aut dissolutum. Si enim dissoluatur Collegiū ex quocumque capite, Ecclesia retinet ius suum, quia semper possidet, vt aduertunt Innocent. *in cap. Cum super n.* 4. ver. *Et propter hoc, De causa possess. & prop.* Bar *in l. sicut §. In Decurionibus num.* 5 *ff. quod cuiusque vniuer.* Abbas *in cap. Gratum num.* 12. vers. *Aut omnes de postb.*

2 Est autem supponendum. Quod vt Ecclesia sit collegiata, requiritur auctoritas Apostolica, quia debet habere Collegium, & Collegium Ecclesiasticarum Personarum non potest institui sine auctoritate Apostolica, vt tradunt Bart. *in l. fin. num.* 6. *ff. de Colleg. illicit.* Innocent. *in cap. Postulasti* init. *De Iurepatr.* Hostiens. *in cap. nobis, n.* 2. *eodem tit.* Dec. *consil* 6. *n.* 3. & 9. *lib.* 2. Alderan. *de statut. interpret. conclus.* 1. *num.* 171. Menoch. *præsumpt.* 90. *n.* 21 *lib.* 3. Ruta *decis.* 315. *n.* 3. *part.* 1. *Recent.* Cum enim Collegium sit quoddam Corpus in ordine spirituali necesse est, quod subsit supremo capiti in spiritualibus, & ipsi vniatur, vt possit recipere influxus, quod sine interpositione auctoritatis Apostolicæ fieri non potest.

3 Secundò est supponendum. Quod triplici modo potest Ecclesia esse collegiata respiciendo ad causam effectiuam, nempè fundatione, seu institutione, si nimirùm ab initio talis semper fuerit, & sit fundata, tanquam collegiata cum consensu Summi Pontificis. Secundò si per priuilegium Summi Pontificis de non collegiata sit erecta in Collegiatam. Tertiò si sit in possessione, vt tractetur tanquam collegiata, itavt pro tali habeatur, & habeat signa, ex quibus deduci possit, quod sit collegiata. Et ita aduertunt cōmuniter Doctores præsertim Dec. Menoch. & Rota *num. præced.* citat. Vnde si Princeps scribat sciens Vniuersitati tanquam collegio, sufficere pro verificanda hac qualitate notat Innoc. *in cap. Cum ab Ecclesiarum. n.* 1. *de offic. Ord.*

4 Tertiò est supponendum. Quod signa ex quibus colligitur Ecclesiam esse collegiatam, sunt duplicis generis. Alia quæ respiciunt personas, & rerum communitatē. Et alia quæ respiciunt formā Collegij. Prima sunt signa æquiuoca, vt notat Loter. *lib.* 1. *de re benefic. q.* 14. *n.* 55. *& sequent* De quibus ibi agitur, & ideò non sunt apta ad inferenda collegialitatē, vt etiā aduertit Achil. *de Graff. decis.* 273. *alias* 10. *de Prabend. & dignit.* Vnde quod non sit signum Ecclesiæ collegiatæ, quod habeat multos inseruientes, & quod sit pro ipsis dus instituta obseruant Felin. *in cap. Antecedentes, n.* 2. *de prescrips.* Rot *decis.* 13. *n.* 3. *De. praben. in. Antiquis.*

5 Quartò supponendum, quod signa, que respiciunt formā Collegij, & quæ certa sunt pro inferēda collegialitate tria recēsentur. Primū si vniuersitas cōstituat syndicū, qui sit de corpore ipsius per *l.* 1. *§ Quibus autē ff.* Quid *cuiusque vniuer.* Secundum si adsit commune sigillum Collegij, vt obseruant Oldrad *consil.* 110. *n.* 6. Achil. *de Graff. decis.* 10. *n* 2. *de Praben.* alias *dec.* 273. Tale enim sigillum exprimit vniuersitatem coalescentem in vnum corpus, atque adeo formam Collegij, quæ consistit in vnitate plurium in ordine ad aliquem actum Tertium signum est ius eligendi Prælatum, vt obseruant Abbas *in cap. Nobis, num.* 8. vers. *Itē consueuerunt De iure patr.* Lambertin. *de Iurepatr. lib.* 2. *part.* 1 *quest.* 5. *princip. num.* 4. Mascard *de probat. conclus* 585. *num.* 10. vers. *item quod consueuerint.* Achil. de Graf. *decis. modo citat. num.* 3 Ius enim eligendi non solum importat vnitatem, sed etiam ius commune in administratione Ecclesiæ.

6 Quintò supponendum. Non esse necessarium, quod hæc omnia signa simul concurrant, vt aliqua Ecclesia declaretur Collegialis, sed sufficit, quodcumque, quod sit aptum ad inferendā cōmunionem inter vniuersos, seu vnitatem corporis cuiusdam ex pluribus personis vt obseruant Felin. *in cap. Accedentes num.* 2. vers. *Non tamen De prescrips.* Cardin. *in Clem.* 2. *num.* 10. vers. *Non tamen putes, De ætat. & qualit.* Decian. *consil.* 92. *num.* 13. *lib.* 5. Tholosan: *de benefic. cap.* 20. *num.* 4. vers. *Attamen non requiri* Mascar. *de probat. conclus.* 585. *num.* 10. vers. *Quinto ampliabit* Achil. de Graf. *decis.* 273. *num.* 2. *alias* 10. *De præb.* Loter. *de benef. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 79. fieri n. potest quod aliqua ex his signis deficiant præsertim ius aligendi Prælatum, & tamen adhuc sit verum collegiū, & Ecclesia verè Collegiata, vt obseruat Rota *decis.* 13. *num.* 6. *in Antiq. De praben.*

7 Sextò supponendum est. Formam, per quam constituitur Collegium, consistere in quadam communione pluriū personarū ratione cuius ita vniātur vt efficiāt vnū corpus in ordine ad aliquos actus cōmunes eidem

corpori iuxta *l.1.§.Quibus autem ff.Quod cuiusque vniuers.* Ex quo consurgat etiam communio, in rebus, quæ pertinent ad onmes, non tanquam singulos, sed tanquam vniuersos iuxta *l.In tantum § Vniuersitatis ff. de rerum diuisione.* Et habet Iurisdictionem communẽ spectantem ad vniuersos, non vt ad singulos. vt obseruat. Bald.*consil.1.n.4.lib.1.* His præsuppositis.

8 Dicendum est. *Ecclesiam Collegialem esse illam, quæ habet Collegium propter seipsam institutum. Tunc autem Collegium est institutum propter Ecclesiam, quando est ordinatum ad regimen, & officiaturam ipsius, seu institutum ob seruitium ipsius.* Ita Io. Andr. *in cap. Nobis de Iurepatr.* Abbas *ibid.* Roman.*consil.436.* Guido Papa *decis.258.* Cosmus Gumier.*in Pragmat.sanct.tit.de elect.§ sed per elect.* verbo *Collegiatis.* Zechius *de repub. Ecclesiast. cap.26.n.2.* & communiter. Ratio autem est. Quia Ecclesiam esse collegiatam non est aliud, quam participare qualitatem collegialitatis. Per hoc autem participat quod collegiali modo administretur, & habeat seruitium collegiale, quod non est aliud, quàm Collegium esse institutũ propter regimen & seruitiũ.

QVÆSTIO. 885.

An colligatur obligatio Missæ conuentualis in Ecclesiis Collegialibus.

SVMMA.

1 *Ecclesia quando teneatur ad Missam conuentualem.*
2 *Obligatio est stricti iuris nec extondenda.*
3 *Obligatio ad Missam conuentualem non infertur ex multitudine inseruientium.*
Multitudo inseruientium est signum æquiuocum collegialitatis.
4 *Dos in massa communi non infert obligationem ad Missam conuentualem.*
Dos in massa communi non est signum proprium collegialitatis.
5 *Communis tractatus Ministrorum de rebus communibus non infert collegialitatem.*
6 *Si Ecclesia habeatur pro collegiata, subest obligationi Missæ conuentualis.*

1 CVm in Ecclesijs Collegialibus adsit obligatio quotidianæ Missæ conuentualis, vt constat ex Cap.*Cum Creatura, de celebrat. missar.* & dictum est in superioribus, hæc vnica regula statuenda est. *Quod tunc adsit hæc obligatio, quando Ecclesia verè collegiata est atque adeo habet verum Collegium*, non autem quando habet solum quandam similitudinem Collegiatæ. Hoc autem debet intelligi, si adsint ministri necessarij pro tali functione. Quid autem requiratur ad verum collegium constat ex dictis *in præced.quæst.*

2 Ratio autem est Quia obligatio est stricti Iuris, & non est extendenda *l.Arianus ff. de actionib. & obligat.* & notant. Fulgos.*consil.80. in fin.*vers. *Et si quid* Bald *consil.55.n.2.*vers.*Sed ponamus,lib.2.* Calderin.*consil.20. de iud.* Rota *decis.436.n.3.part.3.Recent.* Cum igitur obligatio de missa conuentuali sit quoad Ecclesias collegiales, vt desumitur ex dicto Cap. *Cum creatura. De celebrat. Missarum*, Et sit strictè accipienda, debet intelligi de Collegiatis propriè, & non secundũ similitudinem.

3 Ex dictis sequitur Quod licet Ecclesia habeat multos inseruientes, & qui sufficerent pro missa conuentuali, atque etiam adsit dos pro omnibus, non tamẽ inferri hinc potest obligatio missæ conuentualis, nisi constet, quod efficiant verum Collegium Quia multitudo inseruientiũ nõ est verũ, & propriũ signũ quod Ecclesia sit collegialis, vt aduertunt Felin. *in cap. Antecedentes.num.2.De præscript.* Præposit. *in cap.si ex laicis num.6.* vers. *Aliquando habet.10. Quæst.1.* Rota *decis.13.num.3.in Antiq.de praben.* Loter.*de benefic.lib.1. quæst.14.num.56.*

Sequitur secũdò. Quod neque adsit obligatio missæ cõuentualis, licet vltra pluralitatem ministrorum, dos pro ipsis consistat in massa communi, quæ ab extraneo administretur, exigat, & diuidat tribuendo vnicuique, quod est ei debitum; Nam neque hoc est signum proprium, & sufficiens, quod Ecclesia sit collegialis, vt obseruat. Rota *coram Achille de Graff.decis.10. n.1. de prabend. alias 273.* & sequitur Lothar *de benefic.lib.1. quæst.14.n.57.*

Sequitur tertiò. Quod neque ex eo inducenda sit obligatio Missæ conuentualis, quod inseruientes Ecclesiæ soleant congregari. & simul tractare de rebus communibus. Nam huiusmodi congregatio non est præcisè signum collegialitatis; quia potest indicare tãtum conuentus, non autem vnitatem corporis, quæ requiritur ad constituendam Ecclesiam collegiatam, & ita obseruãt Gonzal. *ad Reg.de mensib.glos.19 n.12.* Verall *decis.295.par.1.* Rot.*decis.673.n.2.ver.Ex quibus par.1.Recent.* & in *Paduana sedilium,18.May.1618.* Coram Cardinali Sacrato. 4

Sequitur quartò. Quod si Ecclesia habeatur pro Collegiata, & vt talis præsumatur, quamuis non constet de erectione in collegiatam, censenda sit subesse obligationi de missa conuentuali. Cum etiam fruatur prærogatiua collegialitatis, debet se tractare tanquam collegialem, & proinde se subiicere oneribus Ecclesiæ collegialis; Imò si se non subiiceret sibi preiudicaret, & facto ipso elideret præsumptionẽ collegialitatis, quia se gereret tanquam non collegialem cum non exequeretur onera Collegialis. 5

QVÆSTIO 886.

An si Ecclesia Collegialis non possit celebrare Missam conuentualem cum Ministris, teneatur celebrare absque ipsis.

SVMMA.

1 *Missa conuentualis celebranda absque Ministris e si non potest cum ipsis.*
2 *Missa ipsis est conuentualis, licet absque Ministris.*
Debitor tenetur soluere ex meliori modo quo potest.

QVia contingere potest quod deficiant Ministri inseruientes Collegiali, aut semper, quia scilicet deficient prouentus, vnde substentari poterãt; aut ad tempus, quia moriantur, aut infirmentur, & proinde non adsit sufficiens numerus, vt possit celebrari cum Ministris Missa conuentualis, ideò dubitatur, an in hoc casu remaneat obligatio illam celebrãdi conuentualiter, sed sine Ministris. Dicendum autẽ est. *Missam conuentualem esse celebrandam à Collegiatis sine Ministris, quando cum ministris celebrari non potest ob paucitatem inseruientium.* 1

Ratio autem est. Quia missa siue celebretur cum ministris, siue absque ipsis, semper est Conuentualis; nam Ministri pertinent tantum ad quandam solemnitatem, non autem faciunt ipsam conuentualem cum sit conuentualis ex eo, quod omnes ad ipsam celebrandam in Choro conueniant, & cantent, quæ solent à Choro cantari. Ergo cum deficientibus Ministris, adhuc sit possibile id, quod cadit sup obligatione remanet & in vigore obligatio, & proinde est adimplenda. 2

Præterea iuxta generalem regulam. Debitor tenetur soluere debitum eo meliori modo, quo potest, & si non potest totum, tenetur soluere partem, quàm potest, qua debet implere obligationẽ eo modo, quo potest; Ergo cũ Ecclesia Collegialis habeat debitum missæ quotidianæ conuentualis tenetur soluere hoc debitum eo meliori modo, quo potest. 3

Ergo

Ergo, si non potest soluere cum missa solemni celebrata cum ministris, tenebitur soluere cum missa sine ministris, præsertim quia in tali missa soluitur substantia debiti, & solum deficit aliquis modus, seu circunstantia solemnitatis.

QVÆSTIO 887.

An Ecclesia Regularium sint collegiales.

SVMMA.

1 *Ecclesia Regularium an Collegiales*, & num. seq.
3 *Collegium duplex reale, & personale.*
Collegium Regularium est personale.
4 *Ecclesia Regulares non sunt propriè Collegiales. Vnde hoc desumatur.*
5 *Ecclesia, vt sit Collegialis, requiritè Collegium reale.*
6 *Concil. Trident. non tribuit Ecclesijs Regularium qualitatem collegialitatis.*

1 AD inquirendam obligationem Ecclesiarum Regularium quoad missam conuentualem; primo loco videndum erit, An sint Collegiales; Quod autem sint Collegiales à iure docent Abbas *in cap. Nobis. n.* 8. ver. *Item Ecclesiæ Cathedrales. De iure patron.* Hostiē. *num* 3. ver. *Quicquid etiam.* Fælin. *in. cap. Accedentes. num.* 2. ver. *Concordat. De præscript.* Menoch. *præsumpt.* 90. *n.* 21. *lib.* 3. Coccin. *decis.* 259. *n.* 9. Lotter. *de benefic. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 42. *Rot. decis.* 13. *num.* 3. *de prabend. in antiq* Non tamen afferunt aliquod ius, quod hoc statuat, & potius videtur fundari in similitudine quadā, quam habent cum collegialibus.

2 Secunda autem sententia tenet, non esse Collegiales ita Rodriquez. *quæst. Regular* 43. *ar.* 12. *tom.* 1. Villalob. *tom.* 1. *sum. tract.* 8. *difficultate.* 19. *num.* 4. Hictó. Rodriq. *in Compend. Resolut.* 25. *de celebr. miss. num.* 10. Peirin *tom.* 3. *de priuileg. in addit. ad Constit. Pyrrh. cap.* 1. *num.* 19. Gauant *ad Rubr. missal. part.* 3. *tit.* 11. *num.* 12. Cherub. *in Compend. Bull. schol.* 1. *ad Constit.* 7. *Innoc. IV.* Garzia *in summ. tract.* 3. *difficult.* 2. *dub.* 3. *num.* 7. Io. Henriq. *in sum. sect.* 22. *quæst.* 10. *num.* 34. Santor *in stat. eM iner. cap.* 3. *stat.* 6. ver. *verum & concordat* Rebuff. *in Constit. francia lib.* 2. *delib. cap. glos.* 1. ver. *Tertio.*

3 Pro resolutione autem aduertendum est. Quod Collegium est duplex. Aliud reale, & aliud personale, vt obseruant. Innocent. *in cap. dilecta. num.* 4. *de excess. Prælat.* Barbat *in Clement.* 1. *num.* 32. verf. *Responde subtiliter. De elect.* Lotter. *de benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 50. Collegium reale est illud; quod est introductum gratia alicuius rei, nempe Ecclesiæ, Ciuitatis, &c. Collegium verò personale sit cœtus introductus propter ipsas personas gratia alicuius professionis, vel negociationis. Ex quo statim apparet discrimen inter Collegium Clericorum sæcularium Ecclesiæ Collegialis; & Collegium Regularium, nam illud est Collegium reale, quia est gratia Ecclesiæ, cum sit institutū propter seruitium Ecclesiæ. Collegium verò Regularium sit personale; quia non est institutum propter seruitium Ecclesiæ; sed gratia professionis religiosæ, est enim ordinatum ad dirigendam in Conuento religiosam vitam, secundum formam vniuscuiusque Religionis.

4 Dicendum est. *Ecclesias Regulares non esse collegiales propriè* Dixi. *propriè*; quia cum Collegium Regularium personale inseruiat etiam suis Ecclesijs, videntur habere quandam similitudinem cum Collegialibus ratione cuius solet reponi inter Collegiales, licet minus propriè ab ijs, qui attendunt solam similitudinem, propriè tamen dicuntur Regulares seu conuentuales; Desumitur autem ex *Constit.* 7. *Innoc. IV.* §. 2. vbi decernit, quod Ecclesiæ Fratrum Minorum dicantur Conuentuales; & ex Clementia 1. *de celebrat miss.* vbi Ecclesiæ Regulares contra distinguuntur à Cathedralibus, & Collegialibus ibi. *Vt in Cathedralibus, Regularibus; & Collegiatis Ecclesijs horis debitis deuotè psallatur.* Distinctio autem hæc, cùm sit à iure, satis declarat, quod Ecclesiæ Regulares non sint propriè collegiatæ, & si ius distinguit, debemus & nos distinguere, argum à contrario sensu. *l.* 4. *ff.* & *si, apparend. manum*, & Cap. 2. *De coniugio leprosorum.*

Ratio autem est, quia Ecclesia dicitur collegialis à Collegio tanquam à forma ipsam qualificante. Quia autem forma debet inhærere subiecto, vt ipsi communicet suam qualitatem, sit, quod vt Collegium denominet Ecclesiam debeat ipsam afficere, atq; adeo debeat esse gratia ipsius, seu institutum in ipsius seruitium & consequenter iuxta dicta. *num.* 3. debeat esse collegium reale; Collegium autem Regularium nō est reale, sed personale; vt constat ex ibidem dictis, & ideo non potest qualificare Ecclesiam, & reddere collegialem. 5

Dices, Ex Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* habetur quod Ecclesia Regularis sit collegiata; sic enim habet. *Quicumque in Cathedrali; aut Collegiata sæculari vel Regulari Ecclesia, &c.* Cum ergo tribuat qualitatem Collegiatæ, tam sæculari, quàm Regulari Ecclesiæ, Regularis erit propriè Collegiata. Resp. nequaquam tribuere qualitatem Collegiatæ Regulari Ecclesiæ, sed distinguere tres species Ecclesiarum, Cathedralium, Collegialium sæcularium, & Regularium, & qualitatem Collegiatæ tribuit tantum secularibus; quod declarat *Dictio* Vel, sic repetita. Cum enim habeat ex natura sua disiungere iuxta *l. si illud. ff. De legat.* 2. vbi Bald. & cap. *Inter cæteras. de rescript.* vbi Panorm. *num.* 4. Dec. *num.* 22. dum dicit. *Vel collegiata sæculari*, eam disiungit à Cathedrali, & cum subdit. *vel Regulari Ecclesia*, hanc disiungit à Cathedrali, & Collegiata. Addit autem dictionem sæculari, & non dicit solum *Collegiata*; vt declaret qualitatem Collegiatæ conuenire solum sæcularibus Ecclesijs. 6

QVÆSTIO 888.

An in Ecclesijs Regularium adsit obligatio celebrandi Missam conuentualem.

SVMMA.

1 *De quibus Ecclesijs Regularibus procedat difficultas.*
2 *Diuersa ratio de Religiosis, ac Clericis sæcularibus quoad missam conuentualem.*
3 *Regulares sub mortali tenentur cantare missam ex fundatione &c.*
4 *Regulares an teneantur ad missam conuentualem &* num. seq.
7 *Regulares de iure non tenentur ad missam conuentualem.*
Obligatio non admittit extensionem.
8 *Clement.* 1. De celebr. missar. *non obligat Regular. ad missam Conuentualem.*
9 *Obligatio ad horas canonicas quoad Regulares non extenditur ad missam conuentualem.*
10 *Cap. Nolentes. De celebrat. missar. non disponit de missa conuentuali.*

PRocedit dubitatio quoad illas Ecclesias; quibus inseruit sufficiens numerus Regularium pro huiusmodi 1

huiusmodi functione, & in quibus psalluntur Horæ canonicæ; quia si non recitantur Horæ canonicæ, neq; adest obligatio Missæ conuentualis, vt contingit in quibusdam Collegiis, seu Hospitiis; in quibus non adest Chorus etiamsi aliàs Religio ex suo instituto vacet Choro, vt in Conuentibus, seu Domibus, quæ non sunt Collegia, aut Hospitia.

Est autem aduertendum. Quod est diuersa ratio de Religiosis, ac de inseruientibus Ecclesiæ Collegiali quoad obligationem missæ Conuentualis; Nam licet Religiosi alantur eleemosinis, aut prouentibus ex largitate fidelium doxatis; non tamen aluntur sub hoc onere officiandi Ecclesiam, & celebrandi missam conuentualem, sed merè gratis, & liberaliter; cum ipsis totum, quod datur, titulo eleemosinæ exhibeatur & ideo solum consurgit in ipsis obligatio gratitudinis orandi pro benefactoribus, & consequenter non adest obligatio ad determinatam orationem; sed ad quam voluerint. At Clerici inseruientes Collegiatæ, percipiunt fructus suorum beneficiorum sub onere officiandi Ecclesiam, cui inseruiunt; atque adeo secundum eam formam & modum, quem pro officiatura præscribit Ecclesia. Et ideo tenentur ad ea omnia, quæ tanquam necessaria pro officiatura præscribuntur in Missali, & Breuiario, & ita etiam obseruat. Peirin. *de priuileg. in addit. ad Constit. Pyrrhi. cap* 1. *n.* 29

3 Secundo est aduertendum. Quod si adsit obligatio cantandi missas ratione alicuius fundationis, aut legati; tenentur Regulares sub mortali eam implere, quod etiam habet locum, si talis obligatio sit annexa Ecclesiæ antequam ipsi reciperent huiusmodi ecclesiam. Et ratio clara est, quia obligatio de se est grauis, cum sit de materia graui, tam secundum se, quam in Ordine ad cultum Ecclesiæ, & Dei, & proinde est sub mortali. Deinde tenetur quisque implere obligationem, quam in se suscipit, & ideo cum Regulares susceperint obligatione legati, aut fundationis; tenentur implere; quod etiam dicendum est, si acceptent Ecclesiam, cui annexa sit aliqua huiusmodi obligatio, nam acceptando Ecclesiam suscipiunt in se omnem obligationem illi annexam; siquidem res trāsit ad eos cum suo onere. Solùm ergo difficultas, an adsit obligatio vniuersalis afficiens omnes Regulares ex vi Iuris communis.

4 Prima Sententia videtur de Iure communi admittere hanc obligationem; Ita ij, qui volunt, Ecclesias Regularium esse collegiatas, quos in præcedenti adduxi *num.* 1. & Peregrin. noster, *in comment. ad Constit. part.* 1. *cap.* 1. *littera E. & in Addit quæst.* 11. Alcozer. *in Rubr. missal. tract.* 1. *text.* 3. *gloss.* 3. vers. *Losferias*, Thomas Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 301 Idem etiam videtur sentire Quart. *ad Rubr. missal. part.* 1. *proem dub.* 1. vers. *Colligitur secundò.* Qui volunt obligari, quia sint Collegiatæ, fundatur in cap. *Cum Creatura, de celebrat. missar.* vbi supponit Pontifex, adesse hanc obligationem, & mandat, vt diligenter seruetur. Qui verò non asserunt Collegiatas ex alio Capite deducunt obligationem; nempè ex Clement. 1. *de celebrat. miss.* vbi Clement. V. in Concilio Viennensi iniungit; *Necnon vt Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis horis debitis deuotè psallatur.* Si ergo in Ecclesiis Regularibus adest obligatio psallendi; seu cantandi officium diuinum, aderit etiam obligatio celebrandi missam conuentualem, quia hæc est pars Officij diuini.

5 Communis tamen sententia, quod scilicèt Regulares ex vi Iuris communis non teneantur in suis Ecclesiis celebrare missam conuentualem, est in contrarium. Ita Tambur. *de iur. Abbat tom.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 9. *num.* 34 Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 6. Gauant *ad Rubr. missal part.* 3. *titul.* 11. *n.* 4 Hieron. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 2. *dub.* 3. *num.* 12. Sanctor. *in statut. Minor. cap.* 3. *stat.* 6. vers. *Iterum.* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *quæst.* 2. *num.* 21. & cæteri, qui etiam agnoscunt obligationem celebrandi; nam ipsam asserunt ex alio capite, non autem ex vi Iuris communis.

Dicendum est. *Regulares non teneri ex vi Iuris communis celebrare Missam conuentualem.* Probat Diana, quia neque tenentur ex vi Iuris communis ad Horas Canonicas. Quod tamen nihil iuuat, quia non ita facilè admittetur, quod Religiosi choro destinati ratione instituti, non teneantur de Iure communi ad persoluendas horas Canonicas in choro. Sed dato, quod ab aliquibus hoc admittatur, non admittetur ab ijs, qui volunt etiam teneri ad missam conuentualem de Iure communi, vnde esset probare incertum per magis incertum. 6

Ratio ergo desumenda est ex eo, quod nullibi in Iure communi apparet fuisse impositam Regularibus hanc obligationem; qui autem eam asserunt, tenentur probare adducendo loca, vnde colligatur; & quæ afferunt, insufficientia sunt pro ea stabilienda. Nam cap. *Cum Creatura. de celebrat. missar.* disponit solum de Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis, & proinde non comprehendit Ecclesias Regulares, quæ vt ostensum est, non sunt collegiatæ; sed in iure distinguuntur à Collegiatis, vt in Clement. 1. *de celebrat. missar.* & ideò dispositio Iuris de Ecclesijs collegiatis nō debet extēdere ad ipsas; Nec obstat quod aliqui teneant oppositum, quia ex hoc solum fit, quod remaneat dubium, an sint collegiatæ. In dubio autem non debet obligatio missæ conuentualis ad ipsas extendi, quia obligatio est stricti iuris, & non admittit extensionem, vt tradunt Dec. *in cap. Si pro debilitate, n.* 3. *de offic. deleg.* Merlin. *decis.* 202. *n.* 15. Rot. in *Cosenat. Bonor.* 9. *Decembris* 1588. *Coram Bubale*; Præsertim cum non militet eadem ratio in Regularibus, siquidem nec accipiunt aliqua emolumenta sub hoc onere; sicut accipiunt inseruientes Cathedralibus, & Collegiatis, & habent alias Regulas circa orationem & cultum diuinum, quas tenentur seruare. 7

Neque etiam hæc obligatio desumi potest ex Clement. 1. *de celebrat. Miss.* quia, licet ibi Pontifex disponat etiam de Ecclesijs Regularibus nihil tamen disponit de missa conuentuali; sed solum, quod horis debitis deuotè psallatur ita enim habet. *Nec non vt Cathedralibus Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis, horis debitis deuotè psallatur*; Psallere autem importat recitationem horarum canonicarum. Vbi est aduertendum, quod Pontifex non imponit aliquam obligationem ad canonicas horas; sed eam, quæ adest, relinquit in suo statu, & solum obligat ad duo, quæ concernunt obligationem horarum canonicarum nempè quod deuotè, & quod horis debitis recitentur; & hanc obligationem imponit etiam Ecclesijs Regularibus relinquendo in eo statu, in quo erat ipsorum obligatio ad Horas canonicas; quod ex eo constat, quia supponit recitari horas canonicas, & solum vult corrigere abusum clericorum, de quo antea dixerat; *Plerique Ecclesiarum Ministri modestia Ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificium laudis fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ, & animi deuotione deberent, horas canonicas dicere, seu psallere; transcurrendo, sincopando, extranea quidem & plerumque vana, prophana, & inhonesta intermittendo colloquia tardè ad Chorum interueniendo, &c. præsumatur.* 8

Neque dici potest, quod in obligatione ad Horas canonicas includatur etiam obligatio ad missam conuentualem Nam licèt hoc verum sit quoad Collegiales Ecclesias, quia in ipsis ex onere adiuncto beneficij celebrandum est officium diuinum, secundum regulas Breuiarij, & Missalis; non tamen id valet quoad Regulares, quia ipsorum obligatio ab initio fuit voluntaria & proindè secundum mensuram Constitu- 9

tionum,

rionum, quas voluntariè primi professores foscepetunt obseruandas. Vnde non est mensuranda ex iure communi quoad officiaturam Ecclesiæ, sicot mensuratoc io Ecclesijs sæcularibus; sed ex Regula & Constirotionibus. Vnde aliquæ Religiones babẽtes Chotum ex instituto nunquam celebrant missas conuentuales, vt est Religio celebris Cappuccinorum.

10 Solet etiam afferri Cap. *Dolentes, de celebrat. missar.* quatenus disponit. *Districtè præcipientes in virtute obedientia, vt diuinum officium, nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrent pariter, & deuotè.* Sed vt constat ex his ipsis verbis supponit, quod recitetur diuinũ officiũ, & solum disponit, qood studiosè & deuotè celebretur, intẽdens corrigere abusũ de quo dixerat antea. *Transcurrendo vndique continua syncopa minimũ.* Deinde in toto illo textu loquitur tãtùm de Clericis, nõ autem de Regularibus, & proinde nihil coutinetur, quod faciat ad præsens propositum.

QVÆSTIO. 889.

An Regulares teneantur ex alio Capite celebrare Missas conuentuales in suis Ecclesijs.

SVMMA.

1 *Regulares relinquentes Missam conuentualem cum scandalo, peccant mortaliter.*
2 *Ratione consuetudinis an teneantur ad Missam conuentualem,* & num. seq.
3 *Celebratio missæ conuentualis quando sit introducta vt pars Diuini officij. & quando non.*
6 *Missa conuentualis introducta vt pars diuini Officij obligat sub mortali.*
Argumentum de toto ad partem quando valeat.
7 *Introducta ad solum splendorem non obligat sub mortali, nisi aliàs constitutiones obligent.*
8 *Consuetudo superueniens Constitutionibus Religionis non obligat vltra Constitutiones.*
9 *Regulares vsurantes missam non habuerunt animum se obligandi specialiter modo.*
10 *Si consuetudo Missæ conuentualis sit introducta, quando Constitutiones, nihil præscribunt, non obligat, &c.*
11 *Actus non operatur vltra intentionem.*
12 *Consuetudo celebrandi Missam conuentualem, quod fundamentum habeat in Iure.*
13 *Concil. Trident. & Pontifices supponunt celebrari Missam conuentualem à Regularibus, sed non supponunt obligationem.*
14 *Constitutiones alias non obligantes ad peccatum, non obligant ad Missam conuentualem sub peccato, quibuscumque verbis vtantur.*
15 *Apud Clericos Regulares sacris nondum initiati, an teneantur ad Horas canonicas ex consuetudine.*
Consuetudo, quæ non est conformis non obligat.
16 *Si apud Regulares omitterentur in Choro horæ Canonicæ, peccarent superiores, & cur?*
17 *Consuetudo Missæ conuentualis apud Regulares non est consuetudo vniuersalis Ecclesiæ.*

1 IN hac materia standum est regulis, & constitutionibus vniuscuiusque Religionis, quæ si præscribãt missam conuentualem, & obligeot sub mortali, non est dubium, quod tenebuntur sub mortali eam celebrare, vnde difficultas est supposito quod præscribãt, & non obligent sub peccato; An tunc sub mortali sit celebtanda missa conuentualis. Supponũt autem cõmuniter, quod esset peccatum mortale relinquere missam conuentualem cum scandalo, quod quidem certum est, si scandalum sit rationabile, quia in quacumque materia graui est de se peccatum mortale, verum difficilè puto ex hoc facto posse oriri graue scandalũ apud personas rationabiliter procedentes; nam semper existimare possunt, & debent, ne temerè iudicent, quod ex rationabili causa omittatur, aut qood non adsit obligatio celebrandi quod si rudiores Populi putent, & dicant, quod Religiosi negligeotes sint, quod solum vacent commodis temporalibus, hoc non erit, quia omissio de se sit scandalosa; sed quia ipsi faciles sunt ad temere iudicandum. Deinde forsan in hoc non excedunt peccatum veniale, & ideò si adesset scandalum non esset mortale, quia non esset causa peccati mortalis.

Prima ergo sententia asserit, Regulares teneri sub mortali ad missam conuentualem ratione Consuetudinis, atque adeo iuxta mensuram consuetodinis; ita Peregrin. noster *ad Constit Cleric. Regular par. 1. cap. 1. litera F. & in addit. q.* 11. Gauant. *in Rubr. miss. part. 3. tit.* 12. *num.* 4. in fine. Hieron. Garzia *in sum. tract. 3. diffic. 2. dub. 3. num.* 13. qui *num.* 15. *citat* Lezzanam pro hac sententia *tom. 1. quæst. regular. cap.* 21 *num.* 21. Sed in hoc loco solum dicit, quod pro missa votiua, quæ cantaretur non potest omitti conuentualis de tempore. Thom. Hurtad. *par. 1 resol. mor. tract. 2. cap. 7. num.* 304. vbi acriter inuehit in Dianam oppositum sentientem, solent etiam alij citari, verum non loquuntur expressè de missa conuentuali; sed solum de missa. 2

Probatur. Quia celebrare Missam conuentualem est valdè conforme sacris Canonibus, & proinde consuetudo habet fundamentum in iure. Secundò quia Concil. Trid & Romani Pontifices id supponunt; nam præcipiunt, quod in offertorio publicentur festa; quod tempore interdicti celebretur submissa voce, quod in Euangeliis conueniant cum Cathedrali, quando celebratur de aliquo Sancto extraordinario. Tertiò. Quia omnes Religiones verbis præceptiuis, & valde grauibus in suis Constitutionibus præcipiunt celebrari Missam conuentualem, idque ab omnibus Religionibus seuerè seruatur, & citat Garz. plures constitutiones diuersarum Religionum. Quartò. Missa est pars Officij diuini Ergo si ratione Consuetudinis tenentur Regulares ad officium diuinum, tenebuntur etiam ad Missam conuentualem. Quintò arguit Hurtad. ad hominem contra Dianam. Theatini non initiati sacris Ordinibus tenentur per Dianam ad Horas canonicas ratione consuetudinis introductæ in Religione, quæ ratione materiæ obligat ad mortale, etiamsi Constitutiones exprimant, quod nihil obliget ad mortale. Ergo etiam consuetudo de Missa conuentuali obligabit ad mortale. Sextò. Si Horæ canonicæ non recitarentur in Choro, esset mortale, vt admittit Diana *part. 4. tom. 4. resol. 6.* quia consuetudo præscripta obligat. Ergo etiam obligabit consuetudo de Missa conuentuali Septimò. Eo ipso, quod in aliqua Religione consuetudo Missæ conuentualis est præscripta, est consuetudo vniuersalis Ecclesiæ; Ergo stante hac consuetudine, Religio se subiecit præcepto de Missa conuentuali lato in Cap. *Cum Creatura, de celebrat. missar.* & Clement. 1. *eod. tit.* 3

Secunda Sententia negat adesse obligationem peccati mortalis ratione consuetudinis, ita Tamburin. *tom. 1. de iure Abbatum. disput. 5. quæst. 9. num.* 34. Diana *part. 3. tract. 2. resolut. 8. & part. 4. tract. 4. resolut. 6.* Franc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 5. quæst. 2. num.* 21. Quart. *in Rubric. Missal. part. 2. tit. 3. dub. 4.* vers. *Dico secundo,* Peirin. *tom. 3. de priuileg. in Addit. ad constitut. Peirin. cap. 1. n. 20. in fine,* quia neque Constitutiones, neque Consuetudo manans ex constitutionibus obligat ad mortale. 4

Pro resolutione, existimo multum referre, quomodo Missa conuentualis assumpta sit celebranda à constitutionibus Religionum, seu consuetudine. Potest 5

enim eſſe Introducta tamquã pars dioini Officij, val etiam ob ſolum cultum,& ſplendorem Eccleſiæ. Tunc autem videtur aſſumpta tanquam pars diuini Officij, quando in Conſtitutionibus, tanquã talis nominatur; aut aliquo alio modo ſignificator pertinere ad diuinum Officium,& à poſteriori colligi poteſt, quando nunquam ſeparatur à diuino Officio miſſa de tempore congruens Officio Tunc autem nõ cenſetur introducta tanquam pars diuini Officij, quando Conſtitutiones ſeparatim diſponuot de Miſſa conuentuali ab Offiicio diuino,ſeo Horis canonicis;dum enim diſcretiuè, & ſeparatim diſponunt, inducunt diuerſam diſpoſitionem inxta ea, quæ notant Pariſ. *conſ.50 n.19. lib.4.* Meooch.*conſ.215.n.69.* Surd.*conſ.154.n.7.* Merlin. *deciſ.800.n.11.* Rot.*deciſ.413.n 6.& 16.part.3. Recent.* A poſteriori autem colligitur, ſi non celebratot qootidie,aut ſi non ſemper, congruat cum Officio; nam ſi celebraretur tanquam pars officij deberet ſemper coniungi cum officio, & ipſi ſemper congruere.

6 Dicendum. 1. *Si miſſa conuentualis ſit introducta aut à Conſtitutionibus aut à conſuetudine tanquam pars officij Diuini,cadit ſub eadem obligatione, ſub qua cadit ipſum Officium.* Hoc eaiſtimo certum; quia eo ipſo, quod Miſſa conuentualis præſcribitur tanquam pars officij Diuini: ſiue à Regula; ſiue à conſuetudine, obligatio de diuino officio ſe extendit ad ipſam, quia cum ſe eatendat ad totum, ſe extendit etiam ad omnes eius partes. Vnde ſumus in caſſo, io quo valet argumentum de toto ad partem iuxta *l. Qua de tota ff. de rei vendicat.* vbi Doctores,& tradunt Euerard.*in topic. Iur. loc.*80. & obſeruaut inter alios Tuſch. *Littera A. concluſ.444.num.1.* Rot.*deciſ.223.num.5.part.3.Recent.*

7 Dicendum 2 *Si Miſſa conuentualis non eſt introducta tanquam pars Diuini officij, ſed ſolum ad cultum & ſplendorem Eccleſiæ, ſuppoſito quod Conſtitutiones Religionis non obligent ſub mortali, neque etiam adeſt obligatio ſub mortali ad ipſam celebrandam, ſtante quacumque conſuetudine.* Ratio aotem eſt. Quia conſuetudo tunc ſolum habet locum,& pto lege ſuſcipitur,cum deficit lea Cap. *Conſuetudo diſt.*1. vbi Gloſſ. *verbo,Cum deficit,* & quando aliquid communiter obſeruatur, quia ita lex præſcribit, non eſt dicenda conſuetudo, ſed obſeruantia legis. Et vt videatur ex qoa obligatione procedat noo eſt conſideranda conſuetndo, ſed quam obligationem lex imponat. Neque enim obſeruantia legis inducit obligationem aliquam ſupra obligationem legis. Ergo cum Miſſa conuentualis celebretur apud Religiones ex præſcripto ſuarum Conſtitntioonum,non eſt inquirenda obligatio conſuetudinis quia hæc conſuetudo obligatiua non adeſt; ſed obligatio Conſtitutionum, itavt præter hanc, nulla ſit alia obligatio.

8 Confirmatur. Si quando Cooſtitutiones Religionis præcipiunt aliquid poſſet ſuperuenire Conſuetudo afferens ſuam propriam obligationem iuata naturam Conſuetudinis, quam ſuperadderet obligationi Conſtitutionum, ſequeretur, quod omoes Religioſi, qoorum Conſtitutiooes non obligant ad peccatum, ex eo quod obſeruarent dictas Conſtitutiones modù obligarentur ad peccatum grauè, vel leue iuxta grauitatem,vel leuitatem materiæ quoad omnia, quæ præcipiuntur in Conſtitutiooibus; quia inducta eſſet cõſuetudo, quæ haberet ſuam propriam obligationem. Hoc autem dici non poteſt, & eſt contra communem ſenſum. Siquidem commoniter ſentiunt, quod huiuſmodi Religioſi non obligentur ſub peccato ad obſeruantiam Conſtitutiooum,& cõtra Clement. *Exivi, de verb. ſignificat.* vbi Pontifca declarans Regulam fratrum Minorum ſeparat ea, quæ continent præceptum ab iis, quæ non continent, & proinde ea, quæ obligãt ſub præcepto ab iis quæ nõ obligant ſub peccato,quod facere nõ potuiſſet, ſi fuiſſet ioducta cõſuetudo obligans ſub peccato ea eo, quod obſeruauerint Regulã etiã quoad ea,quæ oon obligant ſub peccato.

Confirmatur 2. Vt inducatur Coosuetndo, quæ 9
obliget,& habeat vim legis,requiritur animus ſe obligandi,qui ſi deſit, nunquam cooſuetudo acquirit vim legis vt communiter docent in materia de legibus; vbi de conſuetudioe,ſed hic animus non potuit adeſſe io Religioſis quoad miſſam conuentualem. Ergo nec potuit induci conſuetudo obligatoria. Min. probatur. Quia Religioſi celebrantes miſſam conuentualem habuerunt animum implendi, quod præcipitor in ſuis Conſtitutionibus;itavt actus ex hoc animo prouenerit.Ergo non potuit procedere ex animo inducẽdæ conſuetndinis, & ſe obligaodi, quia talis animus ſupponit non adeſſe obligationem, & intendit eam indocere. Animus autem ſeroandi cooſtitotiones agnoſcit obligationem, quæ adeſt. Nec dici poteſt, quod adfuerit animus inducendi nouam obligationem ſub peccato; tum quia hic animus non poteſt præſumi,niſi de ipſo apertè conſtaret. Tum quia omnes de nouo profitentes regulam illam profitenrur ea ſuppoſitione, quod non obligentur ſub peccato quoad ea quæ preſcribuotur in Conſtitutionibus.

Dicendum 3. *ſi Conſtitutiones nihil præſcribant de* 10
miſſa conuentuali; ſed ex conſuetudine ſit introducta, ſuppoſito quod conſtitutiones non obligent ad Peccatum, & non ſit introducta tanquam pars diuini officij, Conſuetudo non obligabit ad mortale. Ratio eſt. Quia Conſuetudo eſt lex non ſcripta; & quando lex deficit, ſuſcipitur pro lege. Ergo quando alicui collectioni legum adijcitur aliqua Conſuetudo ſupplens in aliquo defectum legis, obligabit eo modo,quo obligant leges; quibus adijcitur. Ergo quando adijcitur Conſtitutionibus Religioſorum, quæ oon obligant ad peccatum,neque etiam ipſa obligabit ad peccatum; ſed erit in eodem ordine obligationis,in quo ſunt Conſtitutiones.

Confirm. Conſuetudo oon plus obligat, quam ſe 11
intendãt obligare,qui eam introducunt,ſiquidem accipit vigorem ab actibus,quibus introducitur, & actus non operatur vltra intentionem *l. Non omnis.ff.ſi cert. pet.* & *l. Ina gris. ff. De acquir.rer. domion.* Non eſt autem veriſimile,qood Religioſi habentes Conſtitutiones,quæ non obligant ſub peccato,velint introducere conſuetndines circa ea, quæ pertinent ad vitam Religioſam,vt ſunt ea,quæ Chorum concernunt;obligantes ſub peccato; ſed ſolom preſumetur animus ſe obligandi eo modo,quo obligant Conſtitutiones,niſi clarè de oppoſito conſtet.

Neque vrgent argumenta oppoſitæ ſententiæ,quia 12
licet ſit conforme ſacris Canonibus celebrare miſſam conuentualem, non tamen ſit,quod Conſuetudo celebrandi habeat fundamentum in iure, quaſi ab ipſo deriuet, & trahat ſecum obligationem iuris;ſed ſolum habet fundamentum in iure, quatenus in iure adeſt motioum introdocendi conſuetudinem, & proinde non ſequitur quod obliget vltra intentionem introducentium. Deinde illa,quæ dicitur Conſuetudo. non eſt conſuetudo;ſed obſeruantia Conſtitutionum,quãdo ab his preſcribitur.

Ad 1. Aliud eſſe quod Trident. & Pontifices ſup- 13
ponant quod celebretur Miſſa conuentualis, & aliud quod ſupponant,adeſſe obligationem ſub mortali. Nihil autem afferri poteſt,vnde colligatur, quod ſupponant huiuſmodi obligationem, ſed ad ſummum ſupponunt,quod celebretur, vt eſt illud, quod tempore interdicti celebretur ſubmiſſa voce. Cætera autem qoæ adducuntur in illo argumento, neque ſupponunt celebrationem Miſſæ cooventualis,cum poſſint aptari etiam miſſæ non cõuentuali. Quomodo autem Regulares debeant conuenire in Euangeliis cum Eccleſia Cathedrali explicabitur ſuo loco.

Ad 3. Quibuſcunque verbis præceptiuis, & quo- 14
cumque

cumque modo pregnantibus præcipiatur celebratio miſſæ conuentualis, nunquam induceretur obligatio ſub peccato, ſi Conſtitutiones non obligent ſub peccato quia totum verborum pondus in præcipendo, aggrauabit tantum intra ſuum genus obligationem, non autem reponet io alio genere. Quod autē ſeuerè obſeruentur circa hoc Conſtitutiones; ſolum indicat, quod habeatur pro re graui in ſuo genere, non autem quod obligatio ſit ſub peccato, ſic etiam plura alia, quæ præcipiuntur in Conſtitutionibus ſeuerè admodum ſeruantur, vt ſpecialiter oratio mentalis, & tamen ex hoc non colligitur obligatio ſub peccato.

15 Ad 4. Conſtat ex dictis *n.5.* nā ſi miſſa conuentualis introducta eſt tanquam pars officij diuini, cadit ſub eadem obligatioone, ſub qua cadit officium diuinum, vt iam dictum eſt, ſi verò eſt introducta tantum ad cultum & ſplendorem Eccleſiæ, procedunt ea, quæ dicta ſunt. Quintum autem argumentum procedit ſolum contra P. Dianam, quia aſſerit, quod ea conſuetudine Noſtri non initiati ſacris Ordinibus tenentur ad Horas canonicas ratione conſuetudinis, quam tamen conſuetudinem in ſua Religione non adeſſe fatetur. Thomas Hurtad *par. 1. Reſolut. moral. tract. 2. cap. 7. num. 306.* Et hanc conſuetudinem apud meam Religionem obligantem ſub mortali non auderem affirmare, nam quando nouitius induebatur habitu Religionis, vt conſtat ex veteri Rituali, inter alia ſuperior illi proteſtabatur. *Item quod nullus in Congregatione noſtra ante ſusceptos ſacros Ordines, etiam poſt expreſſam in ſcriptis profeſſionem ad Horas canonicas tenetur.* Et hæc proteſtatio mihi facta fuit, quando ſumpſi habitum, & plures ex grauioribus Patribus ſenſerunt nullam talem adeſſe obligationem Et quamuis poſtea in Rituali nouo ſublata ſit huiuſmodi proteſtatio, nihil tamen poſitiuè ſancitum eſt. Vnde non video, quomodo ratione conſuetudinis ſuſtineri poſſit obligatio ſub mortali. Præſertim quia io hac conſuetudine militant, quæ dicta ſunt circa conſuetudinem Miſſæ conuentualis; ſed ſi ſubſtinenda eſt, ex alio capite ſubſtineri debet, de quo non eſt hic modò agendum; quicquid tamen ſit; poſſet Pater Diana reſpoodere, quod diuerſa eſt Conſuetudo circa Miſſam conuentualem, ac circa recitationem Horarum Canonicarum; nam circa Miſſam conuentualem pro feſtis eſt tantum in illis Conuentibus in quibus adſunt ſufficientes miniſtri, & in his neque eſt vniformis, nam quando adſunt miniſtri, celebratur, quando verò non adſuot, non celebratur. Rurſus ex quocunque impedimento contingente in hora conſueta, omittitur, quamuis anticipari poſſet; Vnde cum non ſit conformis, non habet vim obligandi iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. 2. num. 22. ff. ſolut. matrim.* Dec *conſ. 215. num. 2.* verſ. *ſecundo hoc idem.* Crauetta *conſ. 96. num. 5.* Afflict *deciſ. 280. n. 9.* Ludouiſ. *deciſ. 162. num. 8.* Merlin. *deciſ. 69. num 25.* Rot. *in Ciuitatis Caſtelli bonorum. 27. Iunij. 1578. Coram Cantucio* & in *Melitenſi praced. 5. Decēbris.* 1578. Corā Patriarch. Alexandr; ita vt vnus actus contrarius probet non extare conſuetudinem vt obſeruat *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus.* in fin. *De regul. iur.* Cagnol. *n.* 12. Beroius *conſ. 5. num. 23. lib 1.* Poſſet inſuper reſpondere quod Miſſa conuentualis non celebratur in diebus feſtis ratione conſuetudinis; ſed in obſeruantiam conſtitutionum iuxta dicta in ſuperioribus.

16 Ad. 6. Cur ſit peccatum mortale omittere Horas Canonicas in Choro, relinquo inquirendum ſuo loco; Interim tamen dico qood hoc peccatum committeretur ſolum à ſuperioribus, ad quos pertinet curare, vt celebrentur. Ideo autem peccaret, non quia Conſuetudo obligaret, quia hoc verti poteſt in dubium, ſuppoſito quod Conſtitutiones illas præſcribant, & non obligent ad peccatum; ſed peccarent mortaliter, quia ratione muneris tenentur conſeruare regularem diſciplinam cuius precipua pars eſt Inſtitutum Chori; Vnde omittendo Horas Canonicas, læderent Inſtitutum, & diſciplinam Regularem in notabiliſſima parte, & ideo peccarent mortaliter. Si verò innitamur conſuetudini, poſſet argumeoto reſponderi, qood conſuetudo de horis canonicis eſt de aliquo tanquam neceſſario pro inſtituto religioſo, quia eſt de oratione fundenda, ad quam ratione religioſi ſtatus teneotur Regulares, & ideo cum conſuetudo illas præſcripſerit tanquam illam orationem, quam ratione ſui ſtatus tenentur fundere Religioſi, ſit, quod obliget ſub mortali. Hæc autem ratio non militat quoad miſſam conuentualem.

Ad 7. neg. quod conſuetudo miſſæ coouentualis præſcripta in aliqua Religione ſit conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ, nam plures Religiones illam non habent, & ſi haberent, eſſet tantum conſuetudo Religionis, & quomodo obligaret, eſſet inquirendum, quomodo eſſet introducta. Deinde celebratio miſſæ conuentualis in Religionibus non fundatur in Conſuetudine, ſed in Conſtitutionibus vniuſcuiuſque. Vnde negatur, quod ſe ſubiecerint præcepto de miſſa conuentuali, ſed ſolum ſubiecerunt ſuis conſtitutionibus; & quis dicat, quod recitans horas Canooicas ex deuotione ſe ſubijciat præcepto, quod ieiuoans ante legitimam ætatem, ſe ſubiiciat præcepto ieiunandi &c. vt enim præceptum obliget, oportet, quod ſit impoſitum a Superiore. 17

QVÆSTIO 890.

Qualis ſit obligatio Clericorum Regularium circa Miſſam conuentualem.

SVMMA.

1 *Celebratio Miſſæ conuentualis apud Clericos Regulares non poteſt inducere conſuetudinem.*

2 *Conſtitutiones Clericor. Regul. non præſcribunt miſſam conuentualem, vt partem diuini Officij.*

3 *Nulla diſpenſatio pro Theatinis circa miſſam conuentualem.*

4 *Ex quibus excludatur obligatio miſſæ conuentualis apud Religiones.*

5 *Conſuetudo vnius Religionis non extenditur ad aliam. Conſuetudo comparatur ſtatutis.*

Conſuetudo tantum valet, quantum habet de actu.

EX dictis in præcedenti *n.* 15. conſtat, quod ſi inſpicienda eſſet Conſuetudo, nulla adeſſet obligatio, quia, cum non ſit conformis neque in tota Religione, neque in eodem loco, ſed ſemper adſint aliqui actus contrarij, nō poteſt inducere obligationē iuxta ibidem dicta. Nunc addendum eſt, quod actus celebrationis Miſſæ conuentualis non habent vim inducendi conſuetudinem. Ratio eſt Quia, vt actus inducat conſuetudinē, debet procedere ex animo ſe obligandi, quia non habet vim vltra intentionem agentis. Actus autem celebrationis Miſſæ conuentualis apud nos Clericos Regulares non procedunt, nec proceſſerunt ex animo inducendi conſuetudinem, nam conſtat, quod proceſſerint ex animo ſeruandi Conſtitutiones quæ ipſam præſcribunt. Quando autem conſtat de animo, ex quo procedit actus, non eſt inquirendus alius finis. Et cum conſtet; quod iſtæ celebrationes habent pro fine & effectu obſeruantia, conſtitutionum, non ſunt habendæ pro conſuetudine; ſed pro obſeruantia Conſtitutionum, nam debent iudicari ab effectu, *l. Inſulam ff. de præſcript. verb. & l. cum manu §. un. ff. de contrah. emp. & l. ſi olei. C. de locato.* 1

Secundò

2 Secundò addendum est. Quod à Constitutionibus Cler. Regular. non præscribitur missa conuentualis tanquam para diuini officij; sed solum ad cultum, & splendorem Ecclesiæ; Hoc desumitur ex duplici capite; Primo quia non præcipitur pro singulis diebua, sicut præcipitur diuinum officium pro nocturnis, & diurnis horis. Secuodo, quia in eodem Cap. præcipitur Missa solemnis seorsim, dispositio autem hæc discretiua ostendit, non præcipi vt partem diuini officij iuata ea, quæ in præcedenti dicta sunt.

3 Ex dictis colligitur. Quod non rectè Peregrinus pretendens adesse obligationem ex vi Caoonum ad missam conoentualem in nostra Religione, recurrit pro eaemptione in diebns ferialibus ad dispensationē habitam viuæ vocia oraculo; nam hoc esset elidere obligationem certam dispensatione incerta, siquidem de hac dispensatione nulla prorsus memoria habetur, imò nec qoidem aliquis fumus extat, cum aliqua aotem probabilitate potuisset respondere, quod ex vi Constitotionum remanet obligatio exclusa, oam cum Constitutiones restriogant celebrationem missæ conuētualis ad dies festos, & sint confirmatæ ex certa scientia à summo Pontifice, remanet tacitè ab ipso sublata obligatio pro diebos ferialibus; Verùm cum nolla adsit obligatio ex vi Canonum, vt constat ex dictis; oeque etiam opus fuit aliqua dispensatione.

4 Colligitur. 1. contra Thomam Hurtad. *part. 2. resolut. moral. tract. 1. cap. 7. num.* 111. Non adesse obligatiooem in nostra Religione ad missam cantatam, & neque etiam apud alias Religiones, nisi præscribatur apud ipsas tanquaio pars diuini officij, quæ istam indocat ex præcepio, & generali consuetudine Ecclesiæ; quia in Iure de hoc præcepto pro Regolaribus nullū extat vestigium; sed solum pro Ecclesijs collegialibua. Sed neque extat consuetudo vniuersalis; quia celebratio missæ conuentoalis apud quascuoque Religiones est in vim alicuius peculiaris & specialis obligationia, quam habent singulæ Religiones, quæ est vel fundationia; aot legati; vel suarum Constitutionum; vbi autem constat de titulo, ratiooe cuiua aliquid fit, non potest pretēdi consuetudo. Rursus dictæ obligationes, sicut suot speciales respectu vnius cuiusque, ita noo faciunt consurgere vnam vniuersalem obligationem respectu omnium, quæ sit consuetudinis. Quia obligationes speciales radicatæ in titulo speciali nō vniuntur in vnam vniuersalem. Siquidem, vt dictum est io soperioribus, obligatio est stricti iuris; quæ noo extenditur; sed semper strictè accipienda est.

5 Accedit, quod singulæ Religiones faciunt singulas Communitates inuicem diuersas, & non communicantes, com singulæ habeant suum proprium institutum, & suas proprias leges, quibus reguntur; & proindè noo potest consuetudo vnius Religionis extendi ad aliam, sicut nec etiam leges, & constitutionea vnius ad aliam exteoduntur. Consuetudo enim Communitatum comparatur statutis, vt obseruant. Doctores *in l. De quibus. ff. De legib.* Bald. *in l. 2. n.* 3. *C. Quæ sit longa consuetud.* Alex *cons.* 174. *num.* 12. *lib.* 6. Merlin. *decis.* 353. *num.* 56.

6 Præsertim quia consuetudo solum tantum valet, quantum habet de actu, seu vsu, vt communiter. Doctores; præsertim Marian. Socc *cons.* 101. *num.* 13. *lib.* 2. & *cons.* 4. *num.* 35. *lib.* 4. Rip. *in l. Centurio. num.* 91. *ff. De vulgar substitut*; Seraph. *dec.* 1040. *num.* 2. Maotic. *decis.* 10. *num.* 11. Pegna *decis.* 9. *n.* 11. Rot. *decis.* 288. *num.* 4. *part.* 1. *Recent.* Vnde cum consuetudo vnius Religionis nihil habeat de actu, & vsu apud aliam Religionē nihil etiam habet de potentia, & proinde singularū Religioonum consuetudines remanent speciales apud Religiones; apud quas iotroducuntur, oec consurgit ex ipsis, etiam si sint circa idem, vna aliqua vniuersalis consoetudo.

QVÆSTIO 891.

An missa conuentualis celebranda sit de Festo occurrente, vel de feria.

SVMMA.

1 *In Cathedralibus, & Collegiatis missa Conuentualis debet esse conformis officio.*

2 *Missa conuentualis in his Ecclesijs cadit sub obligatione vt pars Officij.*

3 *Officium pro officio an satisfaciat obligationi.*

4 *Rubricæ extra duplicia concedunt missas votiuas & e loco tantum priuatarum.*

5 *Qualitas missæ conuentualis quando cadat sub obligatione.*

Dicendum est. *In Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis missam conuentualem debere esse de tempore congruente officio, seu de sancto, cuius celebratur officium vel feria* ita Garzia *in summ. tract.* 3. *difficultas.* 3. *dub.* 3. *num.* 17. Peirin. *tom.* 3. *de priuileg. in addit. ad constitut. Pyrrhi cap.* 1. *num.* 20. Gauant. *in Rubric. Missal. part.* 1. *tit.* 4. *litt. P.* Niger. *in addit. ad Ruiz. ad præfat. quæst.* 6. vbi citat Bonac. & Trimarch. Vverriceb. *in q. moral. tract.* 8. *quæst* 30. *num.* 4. Quart. *ad Rubr. missal. par.* 1. *sect.* 2. *tit.* 3. *dub.* 2. Cootra Io. Henriq. *in summ. sect.* 22. *quæst.* 18. *num.* 33. qui vult, qood non sit mortale aliquibua vicibus prætermittere. Hæc autem obligatio desumitur ex *cap. cum creatura. De celebrat. miss.* nam ibi Pontifex expressè mandat, quod ablegato omni torpore, & oegligentia vltra anniuersaria, quæ solent celebrari, celebretur quotidie missa conuentualiter, vel de sancto, vel de feria secuodum temporis coogruentiam. Nec dici potest, quod textus non contineat rigorosum præceptum; sed tantum admonitionem. Tum quia Pontifex arguens de torpore, & negligentia declarat materiam esse graoem, & declarat suam enixam voluntatem, quod sufficit, vt colligatur præceptum graue. Tum quia Pootifex supponit adesse obligationem, & mandat, quod impleatur. 1

Ratio autem est. Quia missa conuentualis est pars officij diuini, vt constat ex dictis in superioribus. & 2
Collegiales ad ipsam obligantur, vt ad partem officij diuini. Ergo obligantur ad hanc qualitatem missæ sub mortali. Conseq. prob. Quia dato, quod Rubica noo obligaret ad qualitatem missæ præscriptam etiam quoad conuentualem sub mortali, Collegiales tameo obligantur ad ipsam ea alio titulo, nempe beneficij, & fundationis, ex hoc enim titulo. nempè beneficij obligaotur ad celebranda diuina officia, secuodum prescriptum Breuiarij & missalis, quibus vtitur Ecclesia, atque adeò ratiooe oneris iniuncti beneficio. Hic autem titulus iofert obligatiooem graoem, si quidem non solom materia est graois; sed etiam titulua ipse infert grauem obligationem.

Dices. Qui recitat vnum officium pro alio, satisfacit, ergo etiaio, qui celebraret vnam missam conuentualem pro alia satisfaceret. Respond. esse controuersum an recitans vnum officium pro alio satisfaciat; quicquid tameo sit de priuata recitatione, alia ratio est de publica recitatione; presertim quoad Ecclesias Cathedrales, & Collegiatas, nam priuata recitatio pro duabus, aut tribus vicibur potest haberi pro parua materia. At publica recitatio etiam pro vna vice est grauis materia; quia publico modo violarent non solum Rubricas; sed etiam Coostitutionem Pij. V. pro- 3

fixaio

fixam Breuiario, in qua ſtatuitur. *Ac quoſcunque qui horas canonicas ex more, aut Ritu ipſius Romana Eccleſie, iure, vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis per canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui diuinum officium quotidie non dixerint ad dicendum, & pſallendum poſthac in perpetuum Horas ipſas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præſcripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex ijs, quibus hoc dicendi, pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt; niſi hac ſola formula ſacrificare poſſe, &c.* Si autem mutarent officium, non pſallerent ex præſcripto Romani Breuiarij; nec vterentur ſola fomula talis Breuiarij Deinde de conformitate miſſæ cum officio adeſt ſpeciale præceptũ in cap. *Cum creatura, de celebr. miſſ.* & ideo eſt diuerſa ratio.

4 Dices. 2. Rubricæ miſſalis, ſeclußs feſtis duplicibus concedunt in alijs diebus miſſas votiuas, miſſas defunctorum. Ergo ſi in his diebus Miſſa conuentualis ſit aliqua ex iſtis, celebrabitur ſecundum Rubricas miſſalis & proinde ſatisfaciet obligationi. Reſp. nego conſequent. Quia Rubricæ miſſalis concedunt illas miſſas pro miſſis priuatis, & quando de iure non adeſt ſpecialis obligatio, quia accipiendæ ſunt ſecundum ius comune. De iure autem comuni adeſt obligatio, vt dictum eſt *num. precedenti* in fine de conformitate miſſæ conuentualis cum officio.

5 Dices 3. Qui tenetur celebrare aliquas certas miſſas, etiam ex fundatione, ſatisfacit celebrando miſſam currentem, aut aliquam aliam, aut ſaltem non peccat mortaliter. Ergo idem dicendum in Miſſa conuentuali, quia non minus obligat lex fundationis, quàm Ius cõmune. Reſpond Quicquid ſit de antecedenti, nego conſequent Quia eſt diuerſa ratio de Miſſa conuentuali; nam hæc celebratur tanquam pars diuini officij, & ideò adeſt præceptum ſpeciale. vt dictum eſt de cõformitate cum Officio, itavt præceptum fuodetur in eo, quod tanquam pars Diuini officij celebranda ſit. At qualitas Miſſæ præſcripta ex fundatione, fundatur in ſola voluntate hominis; quæ proinde recipit inter, prætatiunes varias ex diuerſis motiuis, quæ occurrere poſſent.

Qvæstio. 892.

An Miſſa conuentualis in Cathedralibus, & Collegiatis, poſſit eſſe votiua aliquando.

SVMMA.

1 *Canonici non lucrantur diſtributiones, niſi cantent Miſſam de die.*

2 *In Cathedralibus, & Collegiatis, quando pro conuentuali, poſſit celebrari Miſſa votiua.*

3 *Ita concedentibus Rubricis.*

1 Supponendum eſt. S. Rituum Congregationem *Die 25. Iunij 1611. & Die 28. Ianuarij 1612.* apod Gauaotũ, cit. declaraſſe, & decreuiſſe, quod Canonici omninò teneantur ad cantandam Miſſam de die, vt lucrentur diſtributiones. Et rorſus *Die 16. Ianuarij 1627.* declarauit, quod ob Miſſam votiuam, ſeu pro Defunctis, non poteſt omitri Miſſa conuentualis de die, & quod conſuetudine introduci non poteſt contrarius ritus. Solum ergo dubitatur, an aliquando pro Miſſa conuentuali, celebrari poſſit aliqua ex votiuis.

2 Dicendum eſt. *In Cathedralibus, & Collegiatis poſſe quando officium occurrit de feria, celebrari illam miſſam votiuam qua correſpondet illi diei iuxta aſſignationem Rubrica præfixa in Miſſali miſſis votiuis.* Ita Gauant *in Rubric. Miſſal. port. 1. tit. 4. num. 3. Lit. P,* verſ. *Ex quibus;* Aſſignatio autem eſt huiuſmodi, Pro feria ſecunda Miſſa defunctorum, vel ſanctiſſimæ Trinitatis, pro feria tertia Miſſa de angelis; pro feria quarta Miſſa de Apoſtolis, pro feria quinta Miſſa de Spiritu Sancto, vel de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento; pro feria ſexta miſſa de Cruce. vel de Paſſione Domini; pro Sabatho, Miſſa de Sancta Maria. Hoc autem intelligendum eſt de ferijs non priuilegiatis, & quando non ſit reaſſumenda Miſſa Dominicæ præcedentis quæ fuerit impedita. Feriæ autem priuilegiatæ ſunt feriæ Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum. Vigiliarum, & Rogationum.

Hoc autem deſumitur ex Rubricis generalibus miſſalis *tit. 4. de Miſſis votiuis n. 3.* vbi ſic habetur. *A lijs diebus in fine hebdomadum, quando officium fit de feria, & non eſt reſumenda Miſſa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita, exceptis feriis Aduentus, Quadrageſime, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum dici poteſt aliqua ex miſſis votiuis, etiam in principali miſſa, qua vocatur conuentualis, ſecundum ordinem dierum, in fine miſſalis aſſignatum, cum commemoratione Feria, de qua factum eſt officium*, Vnde licet in cap. *Cum Creatura de celebrat. miſſar.* præcipiatur celebratio miſſæ conuentualis, ſecundum congruentiam temporis, vel de feria, vel de Sancto. In hoc tamen illi derogatur, quia hæ Rubricæ prodierunt auctoritate Summi Pontificis, & concedunt, quod in dicto cap. non conceditur. 3

Qvæstio. 893.

An in Eccleſiis Regularibus, Miſſa conuentualis debeat eſſe conformis officio.

SVMMA.

1 *Vtentes alio miſſali à Romano, debent ſe illi conformare in miſſa conuentuali.*

2 *Regulares quando pro Conuentuali, celebrare poſſunt miſſam votiuam.*

3 *Conuentualis miſſa in Eccleſiis Regularibus, non debet neceſſario correſpondere Officio.*

4 *Ius de conformitate conuentualis miſſa cum officio, non afficit niſi Cathedrales, & Collegiatas.*

5 *In Eccleſiis Regularibus, An in duplicibus, miſſa conuẽtualis poſſit eſſe votiua, aut de Requiem.*

Difficultas procedit quoad eos Regulares, qui celebrant iuxta Ritum Romanum; nam qui vtuntur Breuiario, & Miſſali proprio, debent in miſſa conuentuali ſeruate Ritum proprium cum ad ipſum tenebantur, vel ex vi Regulæ, vel etiam ex aliquo Decreto, aut Conſtitutione Pontifica; & aliter faciendo peccarent, ſiue mortaliter, ſiue venialiter, prout eſt grauis, vel leuis obligatio, qua tenentur. 1

Supponendum autem eſt. Quod Regulares ſeruantes Ritum Romanum, poſſunt in Feſtis non priuilegiatis, niſi reaſſumẽdum ſit officium Dominicæ præteritæ impeditæ, celebrare Miſſam votiuam pro conuentuali, correſpondentem diei, iuxta aſſignationem Breuiarij, vt de Cathedralibus, & Collegialibus dictũ eſt in præcedentibus. Illa enim facultas, quam circa hoc concedunt Rubricæ, eſt vniuerſalis; atque adeò ſe extendit ad omnes qui vtuntur ritu Romano. 2

Dicendum. *Miſſam conuentualem in Regularibus Eccleſiis, non debere neceſſariò eſſe conformem Officio; ſed poſſe eſſe votiuã, aut de Requie* ita Peirin. *to. 3. de priuil. in add. ad conſt. Pyrrhi. cap. 1. n. 20.* Hieron. Garzia *tract. 3. diffic. 2. dub. 3. n. 17.* Hoc autem debet intelligi quoad Eccleſias regulares, in qoibus non eſt introducta miſſa conuentualis tanquam pars officij, qoia ſi eſt introducta tanquam pars officij, debet ipſi cõformari; & ad hanc conformitatem tenentur Regulares, ea obligatione, qua tenentur ad Officium, vt dictum eſt in ſuperioribus. 3

4 Ratio autem est. Quia coonformitas missæ cum officio est tantum de iure positiuo ex cap. *Cum creatura, de celebrat, missar.* quod noo afficit, nisi Ecclesias Cathedrales, & Collegiales, vt dictum est in superioribus; vnde cum Regulares non teoeantur ad missam conoentualem, nisi ratiooe suarum Constitutionum, possont eligere quam missam voluerint iuxta Rubricas Missalis, & si constitutiones præciperent conformitatem cum officio cum non obligeot sub peccato, adhuc noo peccabunt, si aliam missam celebrent

5 An autem in festo duplici, quod non sit de præcepto possit missa conuentualis esse votiua, aut pro defuoctis, affirmat Peirin. *tom. 3. de priuileg. in Addit. ad constit. Pyrrhi. cap.* 1. *n.* 20. loquitur tamē solum de missa defunctorum, & præsertim quando voluotas testatorum implenda est, aut est consuetudo introducta. Verum quod possit celebrari missa de Requiem in festo duplici, quãdo eo die ex fundatione est celebrãda, facile admitti potest, quia S. Rituum Congr. *die* 20. *Iunij* 1626. declarauit in festo duplici, quod non sit de præcepto. posse tollerari missa de Requiem, vt ad impleatur testarotum voloncas; Quoad aliàs autem missas non potest negari, quin sit contra Rubricas, eas celebrare etiam priuatim, & multò magis conuentualiter, vnde nisi adsit consuetudo præscripta, noo poterit celebrari.

Qvæstio 894.

An in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis in feriis priuilegiatis, occurrente festo de aliquo Sancto, adsit obligatio duarum Missarum conuentualium.

S V M M A.

1 *In Feriis priuilegiatis occurrente festo celebranda dua Missa conuentuales.*
2 *Hac obligatio an sit sub mortali*, & num. seq.
4 *Vnde oriatur.*
Declarationes S. Congreg.
5 *Obligatio ad duas Missas conuentuales radicatur in fundatione.*
6 *Quomodo ex Rubricis consurgat obligatio duarum Missarum conuentualium.*

1 Feriæ priuilegiatæ sunt feriæ Quadragesimæ, Vigiliarum, Quatuor temporum, & Rogationum, & in his ex præscripto Rubricarum celebrandæ sunt duæ missæ Conuentuales, altera de festo, cuius officium celebratur, & altera de feria, & proinde non vertitur in dubium, an adsit obligatio; sed an sit sub mortali.

2 Prima sententia negat, adesse obligationem sub mortali; ita Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *n.* 6 Quart. *ad Rubr. Missal. part.* 1. *tit.* 3. *sect.* 1. *dub.* 3. ver. *secunda sententia*; qui citat Peirin. & Dianam, sed ille loquitur solum quoad Ecclesias Regulares. Diana verò in primo loco *part.* 2. *tract.* 14. *resolut.* 76. solum citat Cartaldom pro hac sententia, *lib.* 2. *Prax. cerem. sect.* 6. *cap.* 3. *n.* 20. ipse verò nihil decernit, & *p.* 6. *tract.* 8. *resol.* 11. loquitur solum de Ecclesijs Regularibus; Hanc eandem seotentiam tenet Niger *in addit. ad Ruiz. p.* 1. *præsupposit.* 2. *quæst.* 8. Prob. Non est asserenda obligatio sub mortali ex, D. Thom. *quodlibet.* 9. *ar.* 15. nisi de ea apertè constet. In præsenti autem non constat de hac obligatione, non ex Bulla Pij V. quia ibi non imponitur obligatio celebrandi, sed posito, quod celebretur præcipit, quod celebretur secundum Ritum Missalis, vt obseruat Suarez. 3. *part. disp.* 87. *de Euchar. sect.* 1. *post* 2. *conclus.* Neque etiam ex iure communi, cum non afferatur aliquis textus. Coofir. idem Pius V. in Bulla præfixa Breuiario præcipit recitari officium iuxta Ritum Breuiarij Romani, & tamen indè non colligitur, quinam, & in quibus Ecclesijs recitandum sit. Ergo etiam idem dicendum in præsenti casu. Confirm. 2. Doctores non extendunt obligationem celebrandi ex cap. *cum creatura de celebr. miss.* ad plures missas.

3 Secunda sententia asserit, adesse obligationem sub mortali celebrandi duas missas. Ita Marchin. *de Ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 30. *n.* 7. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 10 *n.* 37. Gauant. *in Rubric. missal. par.* 3. *tit.* 11. *n.* 7. asserens ita consultores respondisse. Paulum Fraxioell. Io. Petrum Monetam; Homobonum de Bonis, & alios, & deducit haoc obligationem ex Rubricis. Hieronim. Garzia *in summ. tract.* 3. *diffic.* 2. *dub.* 5. *n.* 4. Diana *part.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 40. ver. *sed quid* & idem videtur sentire Peirin. *tom.* 3. *de priuileg. in addit. ad constit. Pyrrh. cap.* 1. *n.* 19. dum solum excludit Ecclesias Regulares.

4 Dicendum est. *In Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantandas esse duas Missas conuentualiter sub mortali, quando ratione festi & feria priuilegiata occurrunt celebrari.* Ita declarauit S. Congregatio apud Gauant. *ad rubr. Missal. tom.* 1, *par.* 3. *tit.* 11 *n* 11. *die* 16. *Maij* 1626. declarans non posse alteram ex his Missis omitti ob celebrationem Capituli Canonicorum, *& die* 16. *Ianuary* 1627. decreuit, quod duæ missæ etiam ex causa oecessaria negociorum non omittaotur cantari. Ratio autem est. Quia ex vna parte Rubricæ præscribunt eas conuentualiter celebrandas in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis. Ex altera verò Canonici, & cæteri beneficiati tenentur inseruire Ecclesiis in diuinis officiis iuxta præscriptionem Ritus Romani; ergo facta præscriptiooe harum duarum Missarum à Rubricis iam pertinent ad Ritum Romanum, & proiode consurgit obligatio ratione fundationis celebraodi duas Missas, obligatio autem, quæ consurgit ex fundatione est grauis; & est de materia graui.

5 Ex his colligitur. Quomodo obligatio ad duas Missas conuentuales, oriatur ex Rubricis, neque enim oritur; quia Rubricæ eam impooant, sed supponunt, & solum applicant materiam implendam in virtute obligationis. Supponunt enim obligationem celebrandi Dioina officia iuxta ritum Romanum; & quia pertinet ad Rubricas præscribere hunc ritum, ideò ipsæ præscribunt, & determinant materiam obligationis.

6 Ad fundamentum oppositæ sententiæ. Resp. Non esse quidem introducendam obligationem sub mortali, nisi de ipsa constet. De præsenti autem satis clarè constat, nam constat de obligatione sub mortali, celebrandi Diuina officia secundum ritum Romanum cum ibi habeatur ex fundatione, sicut etiam constat, quod ritus Romanus præscribit vtramque conuentualem missam. Ad confir. Sicut ex eo, quod Pius V. præscribit dici Dioinum officium secundum ritum Breuiarij Romani, consurgit obligatio in omnibus, qui tenentur ad ritum Romanum, recitandi secũdum formam ibi præscriptam. Ita cum Rubrica præscribat duas missas conuentuales pro Cathedralibus, & Collegiatis, consurgit in ipsis obligatio, quia vt dictum est, tenentur, ratione fundationis, celebrare Diuina officia secundum ritum Romanum. Ad 2. Confirm. Doctores non extendere obligationem *Cum Creatura* ad plures missas, qoia ibi non disponitur de ipsis, & Rubrica de duplici missa postea emanauit. Ex illo tamē textu colligitur, esse plores celebrandas conuentualiter, quando occurruot celebrandæ; nam vult simul cum anniuersarijs, celebrari conuentualiter missam correspondentem officio.

QVÆSTIO 895.

An Regulares in suis Ecclesiis teneantur celebrare duas Missas conuentuales quando in feriis priuilegiatis occurrit festum.

SVMMA.

1 *In Ecclesiis Regularibus non adest obligatio duarum Missarum conuentualium.*

2 *Qui sentiant oppositum.*

3 *Cur duplex Missa conuentualis non cadat sub graui obligatione apud Regulares.*

4 *Constitutiones Religionum obligant solum ad Horas canonicas in choro, nisi aliud exprimant.*

1 Dicendum est. *In Ecclesiis Regularibus non adesse obligationem cantandi duas Missas conuentuales,* ita Alcozer *in Rubr. Missal.tract.1.sect.3.gloss.3.* vers. *Las ferias.* Peirino. *tom.3.de priuileg.in Addit. ad Constitut.Pyrrhi Cap.1.n.19.* Rodriquez *quæst.regular.43.art.12.tom.1.* Gauant.*in Rubric. Missal.tom.1.p.3.tit.15.num.12.* Lessana *verbo.* Missa *num. 49.* Villalob.*part.1.sum.tract.8.difficult.19.num.4.* Diana *par.1n. Resolut.40.* in fine, Bordon *in Consil.Regul.tom.1.resolut.25.num.25.* Leander.*de sacram.tract.8.disp.5.quæst. 10.* Hieronim. Garzia *in summ. tract.3.difficult.2.dub.3.num.8.* Niger.*in addit.ad Ruiz.par.1.præsup.2.quæst.9.* Quart. *in Rubric.Missal.part.1.tit.3.sect.1.dub. 4.* Hieron. Rodriquez *in Compend.resolut.25.num.7n.* Sanctor.*in stat. Minor.Cap. 3.stat. 6.* ver *.circa secundum* Franc. Lugo *lib.5.de sacram.cap.5.quæst.2.num.24.*

2 Oppositam tamen sententiam tenent Zamrr. *in Ceremon.lib.1.glos.4.* Portel.*in dub.Regular.verbo.* Missa *num.7.* Zipeu.*lib.3.Consult.Canonic.consult.2.de celebrat.miss.* Citari etiam solet Alcozer loc. num. præcedenti allato; sed ibi solum dicit, quod altera ex dictis missis celebrari potest priuatim sine Choro; non autem requirit quod conuentuali modo celebretur; hi autem Doctores fundantur in eo quod Ecclesiæ Regularium sint collegiatæ, quod tamen est falsum, vt constat ex dictis in superioribus.

3 Ratio autem est. Quia Regulares non tenentur ad Missam conuentualem, nisi quatenus præscribitur à suis Constitutionibus; Vnde si solum præscribant missam conuentualem, satisfaciunt celebrando currentem de sancto; si verò præscribunt vtramque Missam, etiam de feria, cum non obligent ad peccatum, vt supponitur; multo minus aderit obligatio sub mortali. Confirm. Licet in aliqua Religione aliquæ Constitutiones obligent ad Mortale, non tamen obligant in omnibus; & ideo non inducent obligationem sub mortali, nisi in specie hanc secundam missam conuentualem iniungant sub mortali.

4 Dices. Missa conuentualis est pars officij diuini. Ergo etiam vtraque missa; nempe de sancto & de feria erit pars eiusdem; ergo saltem illi Religiosi, qui sub mortali ex vi Constitutionum tenentur ad officium diuinum; tenebuntur etiam ad vtramque Missam. Resp Nego conseq. Nisi fortè vtraque missa sit introducta tanquam Pars officij diuini. Ratio est; quia Constitutiones obligando ad officium diuinum in Choro, nisi aliter exprimant, obligant tantum ad Horas Canonicas quia officium diuinum non sumitur, vt est ordinatum ad seruitium Ecclesiæ, sed vt est oratio Deo fundenda à Religiosis. Siquidem Religiosi non habent pro instituto primario inseruire Ecclesiæ, sed tendere ad perfectionem, & proinde eligunt Horas Canonicas tanquam Orationem fundendam Deo, & ideo seorsim à missa conuentuali. Si autem esset electa Missa conuentualis vt pars diuini officij, non veniret in consequentiam altera missa conuentualis de feria, quia hæc non est pars diuini officij, nisi quoad Ecclesias, pro quibus præscribitur, nempe Cathedrales, & Collegiatas.

QVÆSTIO 896.

An in cæteris Ecclesijs in dictis ferijs sint celebrandæ priuatim duæ Missæ, vna de sancto, & altera de feria.

SVMMA.

1 *Priuilegium de omittenda alia Missa, quando duo sunt celebranda de Sancto, & de Feria.*

2 *In Ecclesiis non Collegiatis an recitanda missa de Sancto, & de Feria.*

4 *Rubrica præscribunt duas Missas, &c. solum quoad Cathedrales, & Collegiatas.*

5 *Et solum Missas Conuentuales.*
Vbi non conueniunt verba, locum non habet dispositio.

6 *Causa finalis obligationis duarum missarum Conuentualium.*

7 *Vbi priuatim celebrantur duo missæ de sancto, & de feria non est præsumenda obligatio.*
Vbi est error, nulla est voluntas.

Nomine cæterarum Ecclesiarum veniunt omnes quæ non sunt Cathedrales, & Collegiatæ, vt Regulares & quæcunque aliæ in quibus plures Missæ celebrari solent, nam si vna tantum celebretur, difficultas non habet locum. Est autem supponendum quod Rodriquez *quæst.regular.43.ar.12.n.1.* refert Priuilegium Martini Quinti, quo conceditur Regularibus, quod in his ferijs priuilegiatis sufficiat celebrare missam de Sancto cum commemoratione feriæ, si in Ecclesijs non sit multitudo Sacerdotum. 1

Prima Sententia asserit, esse saltem priuatim celebrandas duas missas; vna de Sancto & alterā de Feria, ita Alcozer.*in Rubric. Missal.tra.1.sect.3.gloss.3.* in fine, Carrald.*in Praxi Ceremonial lib.2.sect.6.cap.3.num. 21.* Quart. *ad Rubric.Missal part.1.tit.3.sect.1.dub.3.* ver. *Colligitur in illis.* Fundantur in eo, quod Rubrica debet seruari, quantum fieri potest, & ideò si non cantantur duæ missæ, debent saltem priuatim celebrari. 2

Secunda negat; esse priuatim celebrandas, ita ij qui volunt, Ecclesias Regularium non esse Collegiatas præsertim quoad obligationem duarum dictarum Missarum; ita Rodriquez.*quæstion.Regular.43.art.12.tom.1.* Hieronym. Rodriquez *in Compend. Resolut. 25.n..1n.* Villalob.*part.1.summ.tract.8.dificult.19.n.4.* Gauant *in Rubr.Missal.tom.1.par.3.tit.11.n.12.* Idem etiam tenet Peiriu.*tom.3.de priuileg.in addit.ad Constit.Pyrrhi.cap.1.n.2n.* quamuis addat, quod vbi sunt decem Sacerdotes, & adest consuetudo, est seruanda, cum sit conformis Missali. 3

Dicendum est. *Neque in Ecclesiis Regularibus, neque in cæteris, licet in ipsis plures Sacerdotes celebrent, sunt celebrandæ, in ferijs priuilegiatis duæ missæ priuatim altera de Sancto & altera de Feria.* Ratio autem est. Quia Rubrica non habet locum quoad has Ecclesias, neque quoad missas, quæ priuatim celebrantur; ita enim disponit in Rubricis generalibus, *tit.3.n.7. In Ferijs quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & vigiliarum, etiam si duplex, vel semiduplex festum, vel Octaua occurrat in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Missæ, vna de festo post tertiam, alia de feria post Nonam.* Ex quo manifestè constat quod loquitur solum de Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, Ecclesiæ au- 4

Q 2 tem

tem Regulares sunt Collegiatæ, vt ostensum est suo loco, vel saltem remanet dubium, an sint Collegiatæ; cum hinc inde adsit opinio,& comunior sit, quæ asserit, noo esse Collegiatas; vnde cum possimus sequi quamcunque opioionem probabilem, possumus illas habere pro non Collegiatis, atque eximere ab hac obligatione. Præsertim qoia in dubio non est quis sobiiciendus legi, sed est relinquendus propriæ libertati; quæ est in possessione.

5 Accedit etiam, quod Rubrica expresse loquitur de Missis conoeotualibus, non de priuatim celebratis, habet enim *cantantur*, quod in missis tantum conuentualibus verificari potest. Vnde cum dispositio Rubricæ sit solum de missis conuentualibus; non potest trahi ad missas priuatim celebratas, quia per vulgata iura, quibus non conueniunt verba dispositionis, nec etiã conuenit dispositio *l. 4. §. Titius ff. de damn. infect. & l. ita autem. init. ff. de administrat. tutor*, vbi Bart. & *cap. Indemnitatibus. §. sed, si cum eas. de* Elect. *in 6.*

6 Ratio autem est; quia obligatio harum Missarum conuentualium de sancto, & de feria est imposita intuitu fructuum, & emolumentorum, quæ percipiunt Canonici, & alij beneficiati; quia cum percipiant emolumenta, congruum est, quod exquisite inseruiant Ecclesiæ quoad officia diuina, & ideo Rubricæ præscribũt has duas missas pro Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis. Hæc autem ratio finalis non militat in in Ecclesijs Regularibus, nec in cæteris, & ideo nec dispositio Rubricæ extendenda est ad ipsas, cum noo extendatur vltra rationem finalem. Rursus nec causa finalis dispositionis locum habet in Missis priuatim celebratis, nam per ipsas Ecclesia non habet illum splendorem & cultum, quem habet per missam conuentualem. Adde quod cum debeant celebrari intuitu emolumentorum, & hæc percipiantur solum in ordine ad Chorum & ad missas cooventuales, non verò in ordine ad priuatas, obligatio celebrandi non se extendit ad priuatas missas, sicut nec se extendunt emolumenta.

7 Ex his colligitur. Quod vbi priuatim celebrantur hæ duæ missæ, non est præsumenda obligatio etiam ratione consuetudinis continuandi celebrationem. Ratio est. Quia iam constat, quod sint introductæ in ordine ad obseruandam Rubricam, quantum fieri potest; atque adeo ex errore, quia neque Rubrica procedit quoad has Ecclesias; neque de missis priuatim celebratis. Vbi autem est error, nulla est volantas, nullus consensus *l. si procurator ff. de acquirend. rer. domin. & l. Non idcirco. C. de iuris & facti ignorant.* & L. *si per errorem ff. de iurisdict. omnium Iudic.* & L. *nihil consensui. §. nihil. ff. de regul. iur*, vbi Dec. aduertit, quod hæc regula nullam admittit limitationem, vbi autem noo est consensus, nec etiam oritur aliqua obligato.

QVÆSTIO. 897.

An si Ecclesia Collegiata concedatur Regularibus, teneantur ad onus missæ conuentualis.

SVMMA.

1 *Ecclesia Collegiata quando possit supprimi.*
Regulares non subeunt onera Collegiata, si transferatur Collegium.
2 *Onera Collegiata transeunt in Regulares, si ipsis pleno iure concedatur.*
Res transit cum suo onere.
3 *Ecclesia transeunt cum oneribus, quæ de præsenti habent.*
Onera Ecclesia diminuenda, si emolumenta non sufficiant.

1 Potest diuerso modo concedi Regularibus Ecclesia Collegiata. Potest enim concedi Ecclesia solum secundum esse materiale, quale est fabrica; vt scilicet possit in ea sua ministeria exercere, & Collegium transferri ad aliam Ecclesiam, aut etiam supprimi eò, quod fructus ita sint diminuti, vt non possint substentari ministri necessarij, in qoo casu posset supprimi iuxta *cap. final. De verb. significat.* vbi gloss. & D.D. ac Fælin. in Cap. *Cum accessissent. num. 17. de constit.* & io tali casu nullum onus subirent; quia sicut supprimeretur; aut transferretur Collegium, ita etiam supprimerentur, aut traosferrentur onera annexa, atque idem etiam dicendum esset, si remaneret Collegium in eadem Ecclesia, nam tunc concederetur tantum quoad vsum pro suis ministerijs; & omnia onera remanerent penes Collegium, sicut antea erant, quia non fieret aliqua immutatio; sed tantum augeretur cultus Ecclesiæ ex nouis ministris.

2 Secundò Ecclesia collegiata potest concedi Regularibus pleoo iure, cum suis temporalitatibus, non secus ac si sæculare beneficium concederetur Regulari, & tunc ex natura concessionis, etiamsi non exprimator, omnia onera dictæ Ecclesiæ transibunt ad Regulares iuxta ea, quæ in simili tradunt Ioannes Andr. in cap. *de Monachis. n. 9. de prebend.* Imola *n. 3.* Ancharan. *ibidem ver. quartò nota remedium.* Res enim ad quoscuoque vadat transit cum suo onere, *l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pignorat. action.* & Cap *Ex litteris de pignor.* & Cap. *Pastoralis* & Cap *in aliquibus. de decim.* & Cap. *de censib.* & Cap. *Tua. de vsur.* Vnde cum onera Ecclesiæ collegiatæ sint annexa temporalitatibus, dum Ecclesia cum suis temporalitatibus transit ad Regulares; debent etiam transire onera, & proinde tenebuntur ad idem seruitium Ecclesiæ, ad quod tenentur Canonici & cæteri Collegiales.

3 Hoc autem debet intelligi de oneribus, quæ annexa sunt temporalitatibus tempore concessionis, non autem quæ fortè prius fuerint annexa, quia res transit cum oneribus, quæ de præsenti habet, Imo si fortè contingeret, quod talis Ecclesia esset valde in prouentibus diminuta, & ob hanc causam concederetur Regularibus; quia scilicet non sufficerent pro seruitio sæcularium iuxta dict. Cap. *fin. de verb. significat.* possẽt onera diminui, cum hoc sit conforme dispositioni Concil. Trident. *sess. 25. cap. 4. de reform.* quæ tamen spectant ad recitationem Horarum canonicarũ in Choro non videntor egere moderatione, cum alias etiam Regulares ex instituto eas recitent. Solum possent moderari quoad distributionem ac missas conuentuales; præsertim duplicatas de feria, & sancto occurrente, & quoad Anniuersaria.

QVÆSTIO. 898.

Quinam peccent, quando omittitur missa conuentualis.

SVMMA.

1 *Obligatio missæ Conuentualis quos afficiat.*
2 *Si omittatur missa Conuentualis, peccant Rectores &c. Ecclesia.*
Ob negligentiam potest auferri officium.
3 *Episcopus tenetur corrigere, quando omittitur missa Conuentualis.*
Superior debet inferiorum negligentiam supplere.
4 *An peccent qui absunt itavt non possit celebrari missa conuentualis.*
5 *Quid si vnus nesciret de alio absenti.*
Qui potest de facili scire, censetur scire.
6 *Peccat Sacrista, si sit causa, vt omittatur Missa conuentualis.*
7 *Quoad omissionem secundæ Missæ conuentualis eadem est ratio*

est ratio ac de prima.

8 *Sacristæ, &c. non peccant si non faciunt celebrare missam de Festo, & de Feria in Ecclesiis non Collegiatis.*

1 OBligatio ad celebrandam Missam conuentualem afficit omnes qui quocumque modo tenentur ad exequutionem concurrere ex regula generali, quod obligatio ad actum est penes omnes illos, ad quos pertinet exequutio. Vnde statuenda est Regula generalis, quod omnes illi peccant, qui sunt in causa, vt non celebretur. Ratio est, quia quando omissio est peccaminosa, qui est causa omissionis, est etiam causa peccati, qui autem est causa peccati, peccat grauiter vel leuiter iuxta grauitatem, vel leuitatem peccati, cuius est causa, ex communi doctrina in materia de peccatis.

Ex his sequitur primò. Quod Rectores Ecclesia-
2 rum seu quicunque, ad quos spectat præsidere seruitio Ecclesiæ; siue Præpositus siue Abbas peccent, si permittant, quod omittatur missa conuentualis, spectat enim ad ipsos ratione muneris, insistere, vt onera cōmunia adimpleantur, quæ si non faciant adimplere, peccāt contra munus proprium quia non exhibēt Ecclesiæ, quod ratione muneris tenentur exhibere imo etiamsi ex sola negligentia ipsorum sequatur omissio adhuc peccabunt, negligens enim tenetur de negligētia cap. *si bos de iniur.* præsertim si sit Superior. Vnde ratione negligentiæ potest etiam remoueri ab officio cap. *placuit.* SSa, *quæst.* 3. & Cap. *dictum dist.* 8 :. & cap. *cum ad monasterium de stat. monachor.*

Sequitur secundo Episcopos quoque teneri cor-
3 rigere non solum inseruientes Cathedralibus, sed etiā Collegiatis sibi subiectis, si forte omitterent missam conuentualem, & proinde tenetur super hoc inuigilare quia negligētia inferioris per Superiores suppleri debet. Cap. *Ad audientiam, de Eccles. ædifican.* & Cap. per tuas *de sent. excomun.* & Clement. *vnica de supplēda negligentia Prælat.* Et ideo ipse quoque peccabit contra munus proprium, si omittat curare celebrationem missæ conuentualis. Vnde in visitatione tenetur de hoc specialiter inquirere.

Sequitur tertiò. Canonicos, atque alios Beneficia-
4 tos, qui interuenire tenentur Missæ conuentuali, si in tanto numero absint, vt non possit celebrari Missa cōuentualis, peccare. Ratio est clara, quia cū interesse teneātur & illorū absentia sit causa omissionis, faciūt contra proprium munus, & sunt causa subtractionis debiti cultus Diuini; An autem peccent omnes qui absunt, quando si aliqui tantum abessent, & aliqui interuenirent non sequeretur omissio. Resp. Eos omnes peccare, qui non habent iustam causam absentiæ. Vnde si nullus haberet, omnes peccarent, quia singuli ex sua parte sunt causa omissionis. Qui autem ex iusta causa abesset, excusaretur, quia non reputatur inter eos qui tenentur interuenire, & consequenter non censetur causa omissionis. Inter autem istas causas absentiæ reponenda est vacantia, quam Trid. Conc. concedit; vnde si quis tunc sumeret sibi suam vacationem non esset causa omissionis, nam non teneretur interuenire.

5 Sed quid? si plures abessent simul, itavt vnus nesciret de alio, sed putaret alios interuenturos, & non fore Missam conuentualem omittendam, & tamen omitteretur. Videntur omnes excusari posse, quia præter ipsorum intentionem contingit omissio ex eo quod quisque sibi persuadet, alios non abfuturos. Verum non videntur excusandi, quia cum ratione muneris teneantur interesse, & implere suam obligationem, tenentur etiam aduertere, ne ex parte sua cōtingat aliquod inconueniens quando volunt abesse, & ideò cum de facili possint scire, an cæteri interuenturi sint, an non, reputātur tanquam scientes. *l. Titius init. ff. de fideiussor.* & *l. Iulianus* ver. *sciret ff. ad sen. cons. Maced.* vbi gloss. & *l. si quis domum* §. *vlt. ff. locat.* & *l. Regula* §. *sed iuris ff. de iur. & fact. ignor.* & proinde habentur pro causa omissionis. Solum omnimoda inaduertentia posset eos excusare, si nimirum neque aduerterent, vt inquirerent, an cæteri interuenturi sint, quæ tamen difficile est, vt locum habeat in omnibus.

Sequitur quartò. Sacristam, seu quemcumque aliū, 6
ad quem spectat dirigere Missas, peccare, si sit causa cur omittatur Missa conuentualis. Ratio est, quia licèt non debeat interuenire, tenetur tamen ratione sui officij ita res disponere, & ordinare, vt non sequatur omissio aliqua eorum quæ spectant ad Diuinum Officium, in quo si deficiat, peccat grauiter, aut leuiter prout omissio est rei grauis vel leuis, vnde cū omissio Missæ cōuentualis sit res grauis, grauiter peccabit.

Sequitur quintò. Quod ea quæ dicta sunt de omis- 7
sione Missæ conuentualis, habeant locum etiam quoad secundam Missam, quando ratione feriæ priuilegiatæ conuentualiter celebranda est. Cum ad ipsam quoque teneantur Collegiales sub mortali, vt supra suo loco dictum est, sicuti eius omissio erat peccatum mortale, ita mortaliter peccabunt quicunque erunt causa omissionis.

Sequitur sextò contra Quartum *in Rubr. Missal part.* 8
2. tit. 2. sect. 1. dub. 3. in fine Sacristas, & cæteros, ad quos pertinet directio missarum non solum excusari à mortali, si non faciant celebrare Missam de festo, & de feria in Ecclesijs non Collegiatis, etiam Regularibus; sed etiam à veniali. Quia, vt dictum est in superioribus, in his Ecclesijs non adest huiusmodi obligatio, cum Rubrica disponat solum pro Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis; non autem pro cæteris, & de missis; quæ cantantur, & consuetudo aliàs non obligat tanquam ex errore inducta, & quia etiam est de actu facultatiuo.

QVÆSTIO 899.

An Missæ conuentualis applicatio sit libera.

SVMMA.

1 *Applicatio missæ conuentualis an sit libera.*

2 *In Cathedralibus, & Collegiatis respiciendum ad fundationem.*

3 *Missa conuentualis regulariter applicanda pro obligationibus Capituli.*

4 *Quoad Regulares circa applicationem missæ conuentualis inspicienda Constitutiones, &c.*

5 *Quando Episcopus solemniter celebrat habet liberam applicationem missæ.*

APplicationem Missæ conuentualis remanere li- 1
beram; & posse applicari cui libuerit, tradunt Cordub. *in Compend. priuil. Mendican. verbo* Moniales *num.* 3. Rodriq. *qq. Regul.* 43. *ar.* 8. *tom.* 1. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 1. *num.* 12. qui citat Bonacc. qui tamen non loquitur absolutè. Garz. *in sum. tract.* 3. *difficult.* 3. *dub. vlt. nu.* 5 supposito, quod non adsit obligatio ex fundatione, aut consuetudine. Peirin. *tom.* 3. *de priuil. in addit. ad Constit Pyrrhi cap.* 1. *num.* 20. ver. *Existimo deniq;* Niger *in Addit. ad Ruiz. par.* 1. *præsup.* 5. *quæst.* 15. Alphon. de Leon. *de off. capel. quæst.* 8. *sect.* 18. *num.* 188. Diana *par.* 5. *tract.* 13 *resol.* 51. Quart. *in Rubr. miss. par.* 1. *tit.* 5. *num.* 3. ver *secunda sententia* Auersa *quæst.* 51. *de Euchar. sect.* 17. ver. *Iuxta hac.* Quia nullum apparet præceptum neque diuinum, neque humanum in contrarium vnde intrat Regula; quod omnia sunt cōcessa, quæ non sunt prohibita.

a Verum in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis respiciendum est ad fundationem; seu institutionem & videndum, quid ex ea habeatur; si autem ex ea nihil colligi possit, inspiciendum est, in quem finem introducta sit celebratio diuini officij in ea Ecclesia; si enim est introducta tantum ob cultum Ecclesiæ, tunc etiam missa erit tanqoā pars diuini officij ob cultum Ecclesiæ, & proinde remanebit libera applicatio, nisi adsit aliqua consuetudo io contrarium, aut statutum Capituli. Ita obseruant Suarez *de Euchar. disp. 86. sect. 1. ver. sed circa primum.* Posseu. *de offic. Curati cap. 2. n. 25. quæst. 4* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 7. §. 2. n. 7. ver. dixi regulariter.* Garz *cit. num. præcedenti.* Ratio aotem est quia non est inducenda obligatio, nisi de ipsa constet; si igitur non constat de obligatione applicandi, imo ex fine institutionis præsumitur non adesse, non est asserenda iuxta. *L. quicquid ff. de verb. obligat.*

3 Quia tamen fundatores non ita præcise intendunt cultum Ecclesiæ, qoio etiam exptimant aliquo modo intendere etiam fructū diuinorum officiorum pro se, & suis. Rursus quia Capitulum regulariter habet aliquas obligationes, ideo missa conuentualis solet regulariter applicari iuxta Capituli obligationem, & ptoinde noo remaoet libera applicatio; Ita etiam Reginald. *lib. 29. Praxis fori pœnit. num.* 168. Bonnac. *dispu. 4. de sacram quæst. vlt. pun. 7. §. 2. num. 7.* vers. *Respondeo regulariter.*

4 Quod autem spectat ad Regulares recurrendum ad Constitutiones, ac fundationem, & videndum, An ex ipsis insurgat aliqua obligatio circa applicationem Missæ conuentualis; quod si nulla ex his colligatur obligatio, remanebit libeta applicatio, quia ex eo quod iuxta suas constitutiones teneantur illam celebrare; non fit, quod teneantur applicare, cum non sit expressum pro quo applicanda sit, & proinde remanebit liberum accipere stipendium pro ipsa.

5 Est tamen aduertendum, qood quando Episcopus, vt in Festis solemnibus celebtat missam conuentualē non tenetur illam applicare sicut applicanda esset si consuetus celebraret. Ratio autem est. Quia ipse non communicat cum obligatione Capituli & proinde nō tenetur concurrere ad eam adimplendam, vnde ipsi remanet libera applicatio, vt possit applicare pro quo voluerit. Qui tamē alias esset celebraturus missam, conuentualem, tenetur supplete pro obligatione Capituli applicaodo missam.

QVÆSTIO 900.

An quando prima die Mensis &c. celebratur Missa conuentualis pro Defunctis, sit pro ipsis applicanda.

SVMMA.

1 *Quando prima die mensis, celebranda Missa conuentualis pro Defunctis.*

2 *Huius fructus est applicandus ipsis, in Cathedralibus, & Collegiatis.*

3 *Secus in Ecclesijs Regularium.*

4 *Pro Ecclesijs non Collegiatis, loco Missæ, præscribitur sola commemoratio pro Defunctis.*

5 *Possunt Regulares disponere de fructu medio Missæ cōuentualis pro Defunctis, & ipsis relinquere solum fructum prouenientem ex parte Ecclesiæ.*

6 *Missa conuentualis de mense pro Defunctis, non est celebranda, vbi quotidie non celebratur conuentualis.*

Dispositio ex præsupposito, corruit deficiente præsupposito.

Dispositio ex præsupposito, est conditionalis,

IN Rubricis generalibus Missalis *tit. 5. de Missis defunct. num. 1.* Disponitur, quod *Prima die cuiuque mēsis extra aduentum, Quadragesimam, & tempus Paschale, non impedita officio duplici, vel semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs. Si verò in ea fuerit Festum simplex, vel feria quæ propriam habeat missam, aut reassumenda sit missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita & infra hebdomadam non occurrat alius dies in quo resumi possit in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur duæ missæ, vna pro Defunctis, & alia de Festo simplici, vel feria prædicta, sed in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis dicatur Missa de die cum commemoratione generaliter pro Defunctis.* Ita disponit Rubrica, & difficultas modò insurgit, An dicta Missa sit applicanda pto Defunctis, pro quibus celebratur. 1

Dicendum 1. *Quando dicta Missa celebratur in Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis, est applicanda generaliter pro Defunctis, prout dicitur in Rubrica.* Est contra Quartum *in Rubr. Missal. part. 1. tit. 5. dub. 3.* vers. *Secunda sententia,* & vers. *Ad rationem.* Ratio est, quia ex vna parte Rubrica disponit quod celebretur generaliter pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus. Celebrati autem pro ipsis dicit, quod Sacrificium pro ipsis offeratur, atque adeò, quod ipsis applicetur fructus Sacrificij. Ex alia autem patte, Ecclesiæ Cathedrales, & Collegiatæ, tenentur ad Officia Diuina iuxta ritum Romani Breuiatij, & Missalis, atque hæc obligatio prouenit ex fundatione. Vnde cum suscepetint onera fundationis, tenentur etiam ad celebrandam huiusmodi Missam iuxta præscriptionem Rubricæ, atque adeò applicando fructum ipsis Defunctis. In hunc enim finem imposita est obligatio Ecclesiis Cellegiatis de Missa Defunctorum conuentuali, vt per fructum satisfactionis iuuentur Defuncti. Quia hic solus fructus ipsis prodesse potest, & non ob fructum impetrationis, (vt dicit Quartus.) 2

Diceodum 2. *Quando in Ecclesijs Regularium celebratur dicta missa, non adest obligatio eam applicandi pro defunctis.* Ita Quartus *in Rubr. Missal. par. 1. tit. 5. dub. 3.* vers. *col igitur secundo.* Hoc aotem debet intelligi seclusis constitutionibus cuiuscumque Religionis, quia fieri potest, quod aliquæ præcipiant, quod pro ipsis applicentur. Ratio est. Quia Regulares non tenentur celebrare hanc missam Conuentualem, cum Rubrica disponat solum quoad Ecclesias Cathedrales & Collegiatas, quales non suot Ecclesiæ Regularium. Ergo si non tenentur celebrare multò minus tenentur applicare, quia cum obligatio applicandi implicet obligationem celebrandi, sine qua non potest esse, hac exclusa, excluditur etiam illa. 3

Confit. Pro Ecclesijs oon Cathedralibos, & non Collegiatis Rubrica præscribit solum, quod in missa de die fiat commemotatio generalis pro defunctis. Ergo si exigit solum commemorationem, non exigit applicationem sacrificij; quia hæc non venit in consequentiam ad commemoratiooem, sicut venit ad celebtationem. 4

Dices. Licet in Ecclesijs Regularium noo adsit obligatio celebrandi hanc missam, si tamen celebretur erit applicaoda, quia esset illudere, nam missa celebrata esset pro defunctis, & noo participarent fructum sacrificij. Resp. neg. Sequel. Nam cum Regulares sint liberi ab obligatione celebrandi, non sequitur ex eo, quod missa celebretur de communi defunctorum debet etiam applicari pto ipsis fructus sacrificij, alioquin qootiescumqoe celebratur deberet applicari. Cum igitur missæ generali pro defunctis correspondeat fructus, qui est distinctus, & separabilis à fructu sacrificij[1], possunt vnum tribuere defunctis, & non alterum, & sic non illudunt, nam reuera percipient aliquem fructū, nempe illum, qui correspondet 5

præcibus,

præcibus, quæ nomine Ecclesiæ in missa recitantur.

7 Ex dictis colligitur Quod apud illos Regulares, apud quos solùm diebus festiuis si let missa conuentualis celebrari, non est in virtute Rubricæ celebrãda missa prædicta Defunctorum Non solum quia disponit solum de Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, quales non sunt Ecclesiæ Regulares, sed etiam de missa principali seù conuentuali, & proinde supponit, quod in illo die celebranda sit missa principalis, dum præscribit, quod debeat esse pro defunctis Et ideo subintrat regula Quod dispositio procedens ex aliquo presupposito, non habet locum, nisi præsuppositum verificetur Cap. *si Papa De priuileg in 6.* Clemen *si summus De sentent. excommunicat* & obseruant Glos. *in l. Mancipia ff. de ser fugit.* vbi; & Doctores Alexan. *consil.* 126. *lib.* 5 Betoius *consil.* 120. *num* 9. *lib.* 3. Natta *consil.* 349. *num.* 2. Dec. *consil.* 551. *num.* 1. & *consil.* 497. per totum Ludouif. *decis.* 28 *num.* 2 Merlin. *decis.* 432. *num.* 2. Cuius regulæ ratio est, quia disponens, ex præsuppositione alicuius rei non disponit absolutè, sed conditionatè, nempè sub conditione de præsupposito, vt obseruant Menoch. *consil.* 135. *num.* 12. alios allegans Dec. *consil.* 644. *num.* 15. Decian. *Resp.* 1 *num.* 16. *vol.* 1. Et ideo cessante conditione presuppositi, cessat etiam dispositio.

QVÆSTIO 901.

An Missa Conuentualis in die Commemorationis omnium defunctorum sit pro ipsis applicanda.

SVMMA.

1 *Conuentualis missa pro Commemorat. omnium defunctorum in Cathedralibus, & Collegiatis, est ipsis applicanda.*

2 *Non autem de necessitate in cæteris Ecclesijs.*
Missa in die Commemorationis omnium Defunctorum, an pro ipsis applicanda.

3 *Pro obligatione applicationis, non adest titulus.*

4 *Ab obligatione Officij Defunctorum, non licet inferre obligationem Missæ*

1 EX dictis *in quæst. præced. num.* 2. Sequitur quod in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis adsit obligatio applicandi sacrificium pro omnibus defunctis, quia si est applicanda missa Conuentualis, quæ singulis mensibus celebratur à fortiori erit applicãda Missa conuentualis in die cõmemorationis omniũ defunctorum, & militat eadem ratio, quia ex fundatione adest obligatio celebrandi diuina officia iuxta præscriptum Ecclesiæ Romanæ, quæ præscribit In illo die missam pro omnibus defunctis, & quamuis non obliget, sed solum directiuè se habeat, subintrat tamẽ obligatio ex fundatione, vnde difficultas solum remanet quoad alias Ecclesias.

2 Dicendum est. *Seclusa speciali obligatione, quæ sit ex fundatione, aut ex Constitutionibus Religionum non adesse obligationem pro illo die applicandi Missam conuentualem pro defunctis, quoad fructum medium.* Ratio est. Quia Commemoratio defunctorum, quæ fit in illo die, est ex institutione Ecclesiæ; & proinde si adesset obligatio applicandi pro ipsis sacrificium, esset ex institutione Ecclesiæ. Non consta autẽ quod imposuerit hanc obligationem, quia licet instituerit Commemoratione omnium defunctorum, instituit tantum pro ijs, qui tenentur ex alio capite ad officia diuina, & pro alijs, qui voluntariè illam celebrare voluerint: sic etiam instituit diem depositionis, tertium, septimum, & trigesimum, non imponit tamen obligationem ad celebrandum; sic etiam instituit Missam quotidianam cũ orationibus pro omni genere defunctorum, & tamen quando recitatur solet pro vno tantum applicari. Et ita sentire debent, qui volunt, quod missa illius diei, nõ sit necessario applicanda pro defunctis, vt inter alios Alphonsus de Leone *de iubil. part.* 3. *n.* 21. in fine, & *de officio Cappellan. quæst.* 7 *sect.* 9. *n.* 55. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 18. vers. *Item posse* Quattus *in Rubr. Missal. part.* 1 *tit.* 5. *sub* 3. vers. *Colligitur tertiò.*

Confirm. seclusis particularibus titulis non adest 3 obligatio celebrandi Missam conuentualem Defunctorum. Ergo nec etiam applicandi fructum pro ipsis, nam obligatio applicandi requireret tanquam fundamentum obligationem celebrandi, & illam præsuponet vt induceretur, vnde intrat Regula, de qua dictum est *in præced. num.* 6. Valde tamen conueniens est quod Regulares & illam celebrent, & quod applicent fructum ipsius pro omnibus defunctis, nam debent præbere exemplum pietatis erga defunctos.

Dices Officium Defunctorum pro illa die cadit sub 4 obligatione. Ergo etiam Missa saltem conuentualis, itavt in ipsa sit offerendum pro omnibus defunctis. Resp. Anteced. non esse modo examinandum, si tamẽ argumentum aliquid probaret, nimis probaret, & ideo nihil probaret, nam probaret, quòd omnes, qui tenẽtur ad Horas canonicas tenerẽtur celebrare pro omnibus defunctis, quod tamen est falsum, & contra praxim. Itaque sicuti Horæ canonicæ cadunt sub præcepto, quoad omnes, qui sacris initiati sunt, aut habẽt Ecclesiasticum beneficium, qui tamẽ non tenentur celebrare ex hoc capite, nisi aliunde adsit obligatio, ita etiam potest officium defunctorum pro illa die esse sub præcepto absque eo, quod sub præcepto sit celebratio missæ, & multo minus applicatio fructus ipsius etiam quoad Missam conuentualem. Vnde nonnullæ Religiones, aut illam vniuersaliter non celebrant aliæ verò in aliquibus locis tantum.

QVÆSTIO 902.

An celebrans Missam conuentualem teneatur secretò recitare, quæ cantantur à Choro.

SVMMA.

1 *In Missa conuentuali, quædam submissa, quæ aliàs alta voce dicuntur.*

2 *An sub graui obligatione recitanda à Celebrante, & num. seq.*

3 *Rubrica quoad hoc, non imponit obligationem, sed explicat ritum.*
Quæ cantantur à Choro, & submissa voce dicuntur à Celebrante, an pertineant, vt ab ipso ad integritatem Missæ.

4 *Quæ recitantur à Sacerdote in Missa conuentuali submissa voce, non omittuntur sine peccato veniali.*

POstquam in Rubricis generalibus ex *tit.* 16. in fine expressum est, quid clara voce, & alta, à Celebrante dicenda sunt, subditur, *Alia, quæ in Missa priuata dicuntur clara voce, in Missa solemni à Celebrante dicuntur submissa voce.* De hac autem Rubrica dubitatur, an sit præceptiua, an tantùm directiua quatenus disponit, quod submissa voce recitantur à Sacerdote in missa, quæ alta voce solent dici in missa priuata, an verò sine peccato possent omitti. Et Ratio dubitandi oritur ex ipsa Rubrica, cum non vtatur verbis præceptiuis, sed solum dicit. *Dicuntur* quasi significet, quid consueuerit fieri, non autem quia mandet. Ex alia verò parte, consuetudo ea recitandi, videtur indicare, quod sit res grauis. 1

Prima

2 Prima ſentẽtia aſſetit, Rnbricam eſſe ptæceptiuam, & non poſſe omitti ſine peccato. Ita Fernandez *part.* 3. *examin. theol.moral. cap.*5.§.13.*n.* 15. Sà *verbo* Miſſa *n.*51. Io.Lugo.*diſp.*20.*de Euchar. ſect.*4.*n.*107. Quartus *in.Rubr. Miſſal.queſt.Proem.ſect.* 3.*pun.*7.*difficul.*3. verſ. *Secunda ſententia.* Fundamentum eſt ptædicta Rubrica, quæ cum ſit de Ritibus Miſſæ, eſt præceptiua. Volunt tamen, quod obliget ſolum ſub veniali, non autem ſub mortali.

3 Secunda ſententia, vult Rubricam eſſe tantum directiuam & non obligare ſub peccato. Ita Nauar. *De orat.cap.*22.*n.*101. Vega *tom.*2.*ſum.cap.*41.*caſu* 7. Villalob *par.*1. *ſum. tract.*8. *difficul.*31.*n.*4. Niger *in addit ad Ruiz de celebrat. miſſar. par.*6. *animad.*8. *n.*2. Ledeſma *tom.*1. *ſum.cap.*24. *de Miſſa concluſ.* 5. Ludouicus à S. Io. *in ſum. queſt.* 11. *de Euchariſt. ar.* 23. *difficultate* 8. Fauſtus *lib.*2. *de Euchar.qu.*278. Io. Hentiquez *in ſum. ſect.*22. *qu.*10. Diana *par.*2. *ſum. tract.*14. *reſol.* 42. vbi ait, quod nullibi id ptæcipitut, & licet id ſoleat fieri, multa tamen ſunt conſueta, quæ non ſunt ptæcepta, *Et par.* 1. *reſol.* 95. vbi ſe explicat, quod dixerit non præcipi in Rubricis, quia illa Rubrica eſt tantum directiua.

4 Et quod ſi attentè conſideretur Rubrica, conſtabit quod non imponat aliquam obligationem, ſed tantum explicet Ritum conſuetum, & relinqnat in ſuo ſtatu, quoad obligationem, quia conſulto vtitur verbo, *Dicuntur*, vt ſcilicet explicaret, quod fit, nec poneret, vel aufferret obligationem. Vnde ad eam inquitendam, tecuttendum eſt ad matetiam, an de ſe offerat obligationem. Et quidem de ſe in Miſſa priuata offert obligationem grauem; nam ſi Celebrans ea omnia omitteret, grauiter peccaret. Et in hoc puto neminem fore qui diſſentiat, quia omitteret pattem notabilẽ eorum, quæ pertinent ad integritatem Miſſæ, & titus ipſius. Vnde cum in Miſſa ſolemni, ea omitti à Celebrante, non ſit peccatum mortale, ſed ad ſummum veniale, ſignum eſt, quod vt ab ipſo recitantur, nõ pertineãt ad integritatẽ, ſed ſolum ptovt recitãtur à Choro, vel à Miniſtris, & ptoinde ſi omittũtur à Celebrante, adhuc Miſſa temanebit cum ſua integritate.

5 Exiſtimo itaque, quod tecitatio eorum quæ cantantur à Choro orta ſit ex eo, quod cantus diù duret, & vt poſſet celebrãs cum miniſtris diſcedere ab altari, ad ſedendum, recitare incæperit, quæ cantantur, & ex hoc etiam inttoducta ſit recitatio aliorum etiam Euãgelij, & Epiſtolæ, non autem quia ex neceſſitate celebrationis teciranda ſint; Nam Chorus, & Miniſtri, quoad præces ſunt concelebrantes, itavt communicent in celebratione cum celebtante, atque adeo ſufficiat, quod miſſa ab omnibus coniunctim habeat ſuam integritatem. Quia tamen vſus obtinuit, vt recitẽrur, difficilè erit, quod abſque peccato veniali omittantur, cum ex multiplici capite intetuenire poſſit.

DE STIPENDIO PRO OBLATIONE SACRIFICII Sacerdoti exhibendo.

Praxis apud Fideles obtinuit, vt quando quis exigit à Sacerdote oblationem Sacrificij, exhibeat ipſi congruum ſtipendium, & veluti contrahatur inter ipſos mutua obligatio. Quia tamen circa hanc exhibitionem ſtipendij plures difficultates occurtunt, modo explicandæ ſunt, & præcipuè, quomodo ſine Simonia exhiberi poſſit.

QVÆSTIO 903.

An, & quo titulo licitum ſit exhibere ſtipendium pro oblatione Sacrificij

SVMMA.

1 *Stipendium licitè exhibetur offerenti Sacrificium.*
2 *Eſt debitum ratione miniſterij.*
3 *Non datur pro labore, & opera impenſa.*
4 *Suſcepsio oneris celebrandi non eſt pretio æſtimabilis.*
5 *Stipendium intuitu celebrationis datur pro ſubſtentatione.*
6 *Suſcipiens onus celebrandi, obligat ſuum miniſterium.*
7 *Populus tenetur habere Sacerdotes ſibi addictos.*
8 *Et eos ſubſtentare.*
9 *Quomodo hæc obligatio ſit determinata.*
10 *Honeſtas ſtipendij pro Celebrante, in quo fundetur.*
11 *Vnde deducatur hæc obligatio.*
12 *In obligationibus correſpectiuis, ceſſante vna, ceſſat altera.*
Ex correſpectiuitate actuum, quando oriatur ſufficia.
13 *Stipendium non datur ſub conditione Miſſa.*
14 *Quod datur pro Celebratione, non eſt propriè eleemoſina, nec ſtipendium, &c.*

SVpponendum tanquam certum, licitum eſſe exhibere ſtipendium pro oblatione Sactificij. Et pro hoc confitmando, ſufficetet ptaxis communis approbata ab Eccleſia, & à Summis Pontificibus, & nouiſſimè ab Vrbano VIII. quatenus confirmauit Decreta S. Congregationis *De celebratione Miſſar.* in quibus plura diſponuntur, quæ concetnunt ſtipendia Miſſarum. Et hæc ptaxis fundatur in Doctrina Chriſti. Matth. 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo*, & Lucæ 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* & Apoſtoli 1. ad Cor. cap. 9. *Qui Altari deſeruiunt, cum Altari participant.* Ita & Dominus *ordinauit ijs, qui Euangelium annunciãt, de Euangelio viuere.* Ratio enim exigit, quod, qui alteri operas ſuas impendit, recipiat ab ipſo ſubſtentationem vitæ, quia eius vita inſumitur in illius obſequium. Et ita docent communiter D. Th. 2. 2. *quæſt.* 100. *ar.* 2. *in corpore, & ad* 2. *& ar.* 3. *in corp.* Caietan *ibid.dub.*1. Palud. *in* 4.*diſt.* 25. *quæſt.* 5. *ar.* 2. *concluſ.*1. Durand. *quæſt.*3.*num.*13. D. Antonin. *par.* 2.*tit.*1.*cap.*5. §16. Tabiena *verbo* ſimonia *num.* 19. Sylueſter *quæſt.* 8.*dict.*1. Armilla *num.*19. Angel. *verbo* ſimonia 1.*n.*6.*in fine* Nauat. *cap.*23. *manualis num.*102. verſ. *ſextò* Azor. *par.*3.*lib.*12.*cap.*3.*quæſt.*1. ver. *Certi Iuris* Henriquez *lib.* 9.*ſum.cap.*22.*num.*1. Aragon. 2. 2. *qu.*85.*ar.*3. *in dub. de ſtipen.* ver. *His tamen non obſtantibus.* Rodriquez *par.*2. *ſum. cap.*58. *concluſ.* 6. Leſſius *lib.*2. *de Iuſt. & Iur. cap.* 35.*dub.*8.*num.*47.*dict.*3. Vaſquez 3.*par. diſp.*33.*cap.*1.*n.* 1. Suarez *tom.*1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.*46.*num.*1. Viguer. *cap.*5.*inſtit. Theol* §.6. ver. 9.*concluſ.*3. Facundez *præcep.*1.*Eccleſ.lib.*3.*cap.*7.*num.*5. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori-pœnit. cap.*17.*num.*228. Graf. *par.*1.*deciſ.lib.* 2.*cap.*96.*n.*32. Cened. *collect.n.*4[illegible]*n.*3 Gutietez *quæſt. Canonin.cap.*39. *num.*3. Palaus *par.*4. *oper. moral. tract.* 22.*diſp. vn. par.*14.*num.*3. Michael Timoth. *de ſacrific. Miſſ.tract.*3.*q.*48. Meda *in Empor. iur. par.*1. *tit.*2.*quæſt.* 13.*init.* Vgolin. *de ſimon. tab.* 1. *cap.* 9 Ledeſma *par.*1. *ſum. tract. de Euchar. cap.*19. *concluſ.*4. Barthol. ab Angelo *dial.* 5. *de Miſſ.* §. 528. Fraxinel. *de obligat. Sacerd. ſect.*3. *prænot.*1. *num.*2. *&* 5. Coninch. *de ſacram. qu.*83. *ar.*1. *dub.*11. *num.*193. Homobon. *par.*1. *Exam. Eccleſ. tract.*4.*cap.*13.*num.*116. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 24. *num.*2. Corduba *in ſum. caſu* 27. Auerſa *de Euchar. quæſt.*11.*ſect.*17. verſ. *Primo ergo* Lugo Cardin. *diſp.*21. *de Euchariſt. ſect.* 1. *num.* 1. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4.

disp.4.dub.16.init. Garzia *in sum.tract.3.diffic.10.dub.1.n.1.* Vnde solum difficultas remanet, ex quonam capite iustificari possit.

2 Supponendum 2. Certum etiam esse. Quod huiusmodi stipendium est debitum intuitu ministerij, itavt quia Sacerdos in offerẽdo sacrificium exercet suũ ministerium sit illi debitum aliquod stipendium: Quod satis indicauit Apost. 1. *ad Corinth. cap.9.* dum dixit. *Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annũciant de Euãgelio viuere.* Ex quo tamen nõ rectè nonnulli hinc eliciunt, quod stipendium sit debitum ex obedientia, quasi adsit præceptum substentandi Sacerdotes pro ijs, qui exigunt oblationem Sacrificij, non autem adsit debitũ iustitiæ, siquidem Apost. *ibid.* significat hoc debitum. *Quis militat suis stipendijs vnquam*, significans, quod ratione ministerii sit debitum ex iustitia stipendium.

3 Supponendum 3. Neque stipendium dari, & recipi posse pro labore, & opera impensis in celebrãda Missa quasi prætio æstimari possint, sicut etiam pretio æstimatur materia suppellectilis sacræ, vt Calicis; vt notat inter alios Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub.16. n.* 321. Nam labor, & opera huiusmodi est intrinseca missæ, & ab ipsa inseparabilis, quia nihil aliud importat, nisi ipsam functionem celebrãdi, quæ est actus potestatis sacerdotalis atque adeo spiritualis Alioquin etiam pro ministratione Sacramentorum accipi posset stipendium cum importet actiones, in quibus interuenit aliquis labor, & opera. Et proinde nihil esset quod non posset excusati à simonia. Et hic modus reiicitur communiter à Doctoribus.

4 Supponẽdum 4. Quod licet susceptio obligationis celebrandi missam sit onus, est tamen onus spirituale, & ideò non est prætio compensabile, vt inter alios notant Suarez *tom 1. de relig. lib.4. de simon. cap.* 21. *n.* 16. & Lugo Card. *disp.21. de Eucharist. sect* 1. *n.*8. qui plura cumulat contra hanc explicationem. Cum enim obiectum huius obligationis sit functio spiritualis, appretiatur vt vestita suo obiecto à quo etiam accipit speciem, & ideò remanet in ordine spirituali, atque adeò non æstimabilis prætio temporali, alioquin omnia alia spiritualia possent cadere sub prætio ratione obligationis, qua quis se obligaret ad illa vt ad conferendos ordines, ad conferenda beneficia. Accedit etiam quod obligationes non sunt æstimabiles, nisi secundum mensuram termini, ad quem tendunt, aut ratione oneris distincti ab obligatione, quod inde prouenit se obliganti.

5 Communiter Doctores iustificant stipendium intuitu celebrationis Missæ ex eo, quod non datur vt prætium operis, sed pro substentatione aut totali, aut partiali ministri. Ita specialiter D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *articul.* 2. *in corp. & ad* 2. Suarez *disput* 86. *de Eucharist. sect.* 1. ver. *Circa alium modum.* Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrific. miss. difficult.* 14. *init.* Caspens *par.2. curs. theol. tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 8. *num.* 102. Bonac. *disput.4. de sacram. quæst. vlt. par.* 8. *num.* 2. Lugo Cardin. *de Eucharist. disput.* 21. *sect.* 1. *num.* 13. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disput.* 4. *dub.* 16. *num.* 313. *& sequent.* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 1. *num.* 6. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 17. ver. *Primo ergo.* Ludouic. à S. Io. *in sum. quæst.* 10. *de Eucharist. art.* 1. *dub.* 1. Marchin *de sacram. Ordin. tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 16. *num.* 3. qui admittit etiam titulum iam reiectum obligationis celebrandi. Machad. *tom.2. lib.4. par.1. tract.12. docum.*8. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst.6. sect.2.* Gazia *in sum. tract.3. difficul.* 20. *dub.1. num.6.* Leander *de sacram. tract.*8. *disp.4. quæst.* 1. & cæteri *num.* 1. citati.

6 Vt autem explicetur, quomodo stipendium detur pro substẽtatione, est aduertẽdum, quod Sacerdos in susceptione Ordinis Sacerdotalis suscipit simul obligationem exhibendi populis suum ministerium in ordine ad offerendum sacrificium iuxta illid ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt dona offerat, & sacrificia pro peccatis.* Et proinde ratione ordinationis remanet obligatus ad exhibendum suum ministerium pro oblatione sacrificij. Quod ita intelligi debet, vt omnes, & singuli Sacerdotes sint insolidum obligati obligatione generali. Obligatio verò determinatà hîc, & nunc oriatur ex alijs causis, ita tamen deficientibus aliquibus ex quocumque titulo remaneat, & fiat etiam aliquando particularis penes alios.

Secundò est aduertendum. Quod populus de Iure naturali diuino tenetur offerre Deo sacrificium, & quia sacrificium est modo vnicum à Christo institutum tenetur offerre hoc ipsum sacrificium. Quia autem hoc Sacrificium non potest offerri, nisi per Sacerdotes secundum Christi institutionem, ideò tenetur habere Sacerdotes sibi addictos, cuius ministerio offerat Sacrificium. Vnde consurgit mutua obligatio inter Sacerdotes, & populum Nam populus tenetur sibi procurare Sacerdotes, per quos offerat Deo Sacrificium, & Sacerdotes tenentur populo impendere suum ministerium in oblatione Sacrificij. 7

Tertiò est aduertẽdum. Ex his cõsurgere ex natura rei in populo debitum, seu obligationem manutenendi Sacerdotes, & præbendi Alimenta tanquam destinatos ad proprium commodum, & quorum ministerio vtuntur in oblatione sacrificij. Et econtra in Sacerdotibus consurgere ius exigendi manutentionem, & alimenta à populo, tanquam ab eo, cui in oblatione Sacrificij exhibent proprium ministerium. Nam cum sit de iure naturæ eos à nobis ali, qui nobis inseruiunt, de iure quoque naturæ nascitur ista obligatio in populo respectu Sacerdotum, qui populo inseruiunt in ministerio Sacerdotali. 8

Quartò est aduertendum, quod ista obligatio cum sit vniuersalis tam ex parte Sacerdotum, quam ex parte populi; siquidem Sacerdos in munere Sacerdotali tenetur exhibere suum ministerium vniuerso populo, & populus tenetur in vniuersali alere Sacerdotes, ideo introductæ sunt decimæ, tanquam alimẽta Sacerdotum, quæ subministari debent à Populo. Quia tamen Decimæ inseruiunt præcipuè pro ijs, qui in beneficium Populi exercent munus Sacerdotale quoad curam animarum. Ideo introductum est, vt obligatio Sacerdotum in offerendo sacrificium determinaretur, vt offerretur in beneficium huius potius, quam alterius seu ad instãtiam singularium personarũ; atque adeo quod in his singularibus personis consurgeret specialis obligatio concurrendi ad substentationem Sacerdotis ad sui instantiam impendentis suum ministerium. Et proinde satisfacere huic obligationi soluendo stipendium pro substentatione. 9

Ex his autem constat, iustitia & honestas huius stipendij. Interuenit enim duplex obligatio, altera ex parte Sacerdotis, qua se obligat impendere suum ministerium in offerendo Sacrificium, & altera ex parte petentis Missam, qua se obligat concurrere ad illius substentationem soluto certo stipendio. Et vtraque est determinatiua obligationis vniuersalis, qua de iure naturæ sibi inuicem tenentur Sacerdotes, & populus, & neutra habet pro obiecto aliquid spirituale, quod prætio æstimetur; nam vna nempe ex parte Sacerdotis habet pro obiecto cõmunicationem beneficij mediante sacrificio: altera vero habet pro obiecto substentationem Sacerdotis tanquam sui, & nunc debitam. Et proinde nulla potest insurgere simonia. 10

Quod autem huiusmodi obligationes sint legitimæ, & honestæ ex eo conuinci potest, quod sunt obligationes de iure naturali determinatæ ad mate- 11

niam particularem, & personas singulares. Ius autem naturale non potest esse nisi legitimun & honestum, cum habeat pro auctore Deum ipsum. Nec dici potest, quod ratione determinationis desinat esse tale, quia cum sit determinatio, quæ determinat vniuersale ad particluare seruata eadem gradus proportione, noo potest recipere aliquid minus legitimum, quod ex eo patet, quia quod dicit obligatio in communi, quatenus determinata dicit in particulari, & nihil amplius.

11 Solum videtur posse obijci, quod hæ duæ obligationes, de quibus dictum est, suot inuicem correspectiuæ quarum voa cessante cessat etiam altera, iuxta *L. Alumnæ §. Tiia, & L. filio. §. mairi. ff. de admend. Leg.* & ideò videntur introducti ad palliandam simoniam; non secus, ac si quis haberet beneficium, & conueniret cum alio de tenuociando ipsi beneficio, & ipse econtra se obligaret ad alendum tenunciantem. Et proinde ex correspectiuitate harum obligationom inferretur simonia. Respond. suspicionem sciri posse ex correspectioitate actuum, quando sunt ex libera voluntate conuenientium, non autem, quando ex natura sna, & Iure naturali connectuntur quia sopra ea, quæ Iure naturali præscribūtur non posset cadere suspicio. In præsenti autem sumus in actibus, seu obligationibus correspectiuis, quæ Iure naturali connectuotur. Nam de iure naturali diuino est qnod Minister Altaris, qui in specie exhibet suum ministerium alicui, substentetur ab ipso. Et ideò dum quis exigit in speciali à Sacerdote, quod sibi exhibeat suum ministerium, obligatur ad præbendam substentationem de Iure natutali, & ex eodē capite Sacerdos acquirit Ius ad exigendum.

12 Ex dictis colligitur, qood stipendium noo datur sob conditione Missæ, qua posita, transeat in dominiom celebrantis; & non posita non transeat. Nam vt aduertit Lugo Cardin. Sacerdos suscipit veram & absolutam obligationem celebrandi, qnod non contingeret si stipendium daretur snb conditiooe. Ita *disp. 21. de Encharist. sect. 1 n. 4.* vbi alia adducit. Neque huiusmodi obligatio saluat Iustitiam, & honestatem stipendij, sed potius inducit simoniam, nam si datur stipendium sub conditiooe Missæ, iam initur eootractus conditionatus per quem ex vna parte datur prætium, & ex alia exhibetur Missa.

13 Colligitur 2. Id quod datur offerenti sacrificium non esse propriè eleemosinam, quia non datur ex motiuo misericordiæ, nec stipendium aut mercedem, quia non datur intuitu operis Sacerdotalis, alioqui committeretur simonia, nec etiam propriè oblationem factam Deo, vt vult Columbus *De Hierarch. lib. 4. art. 4. cap. 67. & sequent* vbi latè reiicit omnes modos, & hunc solum admittit, volens quod possit Sacerdos pro omnibus offerre sacrificium, qui aliquid couferunt, sed quàm feliciter nescio, vt constat ex sequentibus dum conatur satisfacere Decretis S. Cōgregat. & ea explicare, nec inquam esse propriè oblationem, quia hæc fit liberaliter Deo, nec aliquem sibi obligat, sicoti oblatio pro Missa obligat offerenti ministerium Sacerdotis. Sed esse implorationem ministerij Sacerdotalis per exhibitionem illius, quod de iure naturali debetur pro substentatione Sacerdotis; nam actu exhibetur, quod in genere est debitum à Populo pro substentatione Sacerdotis; & ex hoc fit quod ministerium Sacerdotis remaneat determinatè obligatum exhibenti. Vnde quando dicitur hæc exhibitio eleemosina, stipendium, merces, oblatio, impropriè dicitur, cum sit actus exequutiuus obligationis alendi Sacerdotes, quam contrahunt, qui etiam ministerium implerunt.

QVÆSTIO 904.

An stipendium Missæ possit in pactum reduci.

SVMMA.

1 *Stipendium an possit deduci in pactum.*
2 *Obligatio honesta potest firmari pacto.*
3 *Pactum determinat obligationem naturalem.*
4 *Quæ pacta prohibeantur.*
5 *Quod exhibetur pro substentatione Sacerdotis celebrantis, potest per pactum taxari.*

Dicendum est. *Stipendium pro celebratione Missæ posse in pactum deduci.* Ex quo fit, quod possit coram Iudice repeti si postea denegetur. Ita communiter Caiet. 2. 2. *quæstion.* 100. *artic.* 2. *dub.* 1. & *in summ. verbo* Simonia *reg.* 4. Sot. *lib.* 9. *de iustit. & iur. quæstion.* 6. *art.* 1. Adrian. *quodlib.* 9. *art.* 1. Nauar. *capite vigesimo tertio, Manual. numer.* 102. Suarez *disputat.* 86. *de Eucharist. section.* 1. ver. *Circa alium modum.* Vasquez 3. *part disp.* 234. *cap.* 1. *n.* 3. Rodriquez *part.* 2. *sum. cap.* 58. *conclus.* 6. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *numero primo.* Faustus *libro secundo, de Eucharist. quæstione* 132. ver. *sed his*, Fragos. *de Regim. Chris. Reip. part.* 1. *lib.* 1. *disputatione quarta*, §. 4. *memb.* 6. ver. *sequitur etiam.* Ludouicus à Sancto Ioanoe, *in summ. quæstione decima, de Eucharist. art.* 1. *dub.* 1. *difficult.* 1. Fernandez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 5. Vgolio. *de simon. tab.* 1. *cap.* 9 Azor. 3. *part. libro duodecimo, cap.* 3. *quæstion.* 1. Coninch *de sacram. quæst.* 83. *art.* 2. *dub.* 11. *num.* 197. Fraxinel. *de oblig. sacerd. sect.* 2. *n.* 2. & 5. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iur. cap.* 35. *dub.* 8. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vltim. punct.* 8. *num.* 1. Dicastil. *de sacrament. tract.* 5. *disputatione quarta, dub.* 16. *num.* 317. vers. *secunda ratio* Anersa *quæstione vndecima, de Eucharistia, sectione decima septima*, vers. *primo ergo.* in fine. Franciscus Lugo *libro quinto, de sacrament. cap.* 12. *quæst.* 1. *num.* 5. & alij communiter contra Columbum de Hierar. *libro quarto, articul.* 4. *cap.* 69. *num.* 25. qui hanc sententiam vocat indiscretam. Sed quia non percepit veram radicem vnde fiat debitum, qood exhibetur celebranti. 1

Ratio ex eo desumitur. Quod cum adsit obligatio ex iure naturali, vt dictum est. Ptest eadem obligatio, firmari pacto. Hoc enim pactum habet pro obiecto id, quod cadit sub naturali obligatione, & proinde aliquid honestum & nequaquam simoniacum. Siquidem naturalis obligatio, cum sit secundum ius naturale, fertur tantum in ea, quæ sunt conformia rectæ rationi. Et ideò est licitum, & secundum mensuram naturalis obligationis, quæ habet tantum confirmare. 2

Confirmatur. Obligatio naturalis non habet totam illam determinationem, quæ est necessaria pro obseruantia, vt constat etiam ex aliis præceptis naturalibus; sic ipsum præceptum offerendi Sacrificium est indeterminatum ex vi iuris natoralis. Ergo necessarium est pactum, vt fiat omnis determinatio necessaria. Vnde cum iuxta diuersitatem Regionum plus, vel mious requiratur pro substentatione. Est necessaria determinatio pro maiori, vel minori stipendio, vt sufficiat pro proportionata substentatione. Et proinde potest per pactum determinari quod non est aliud quam determinare, quod per ius naturale non potuit in particulari determinari. 5

Dice-

4 Dices. De iure Canonico prohibentur omnia pacta circa ſpiritualia. Ergo etiam circa ſtipendium miſſæ. Reſp. De iure canonico prohiberi illa pacta quæ non habent obiectum honeſtum, ſed contrariantur ſaltem aliquo modo gratuitæ dationi ſpiritualium; non autem illa quæ ex natura rei oriuntur & verſantur circa ea, quæ iam cadunt ſub obligatione naturali aut diuina vt contingit in præſenti. Quod totum conſtat ex praxi, quæ habet vim Legis approbantis pactum, ſicut etiam approbatum fuit in Decret. Sac. Congreg. *De celebrat. Miſſ.* confirmatis ab Vrbano VIII.

5 Ex dictis ſequitur. Quod cum de iure naturali non potuerit taxari ſtipendium dandũ Sacerdoti celebranti, poterit per pactum taxari, & determinari. Si enim determinatur obligatio generalis, quam habet Sacerdos impendendi ſacrum Miniſterium ad vſum particularem, poteſt etiam determinari obligatio petentis Miſſam ad exhibendam illam determinatã Subſtentationem, quæ ſit congrua habita ratione Miniſterij impenſi. Et ſi determinatur per legem, vt conſtat in pluribus Diœceſibus, aut Cõſuetudine poterit etiam pacto interpoſito determinari.

QVÆSTIO 905.

An Sacerdotes diuites poſſint accipere ſtipendium Miſſæ.

SVMMA.

1 *Sacerdotes diuites an poſſint accipere ſtipendium celebrationis.* & num. ſeq.

3 *Decimæ debentur Sacerdotibus ſiue diuitibus, ſiue pauperibus.*

Miniſterium Sacerdotis exigit exhiberi Subſtentationem.

4 *Diuitiæ non extinguunt ius, quod conuenit ratione Miniſterij.*

5 *Diues ex Bonis Eccleſiæ adhuc habet ius ad ſubſtentationem ratione Miniſterij.*

6 *Ideo non poſſunt notari auaritiæ, ſi exigant, quod debetur.*

7 *Sacerdotes diuites non ſumunt Subſtentationem de Miſſa inſtituta pro pauperibus.*

8 *Titulus Subſtentationis, in quo fundetur.*

1 PRima ſententia docet, Sacerdotes diuites non poſſe accipere ſtipendium. Ita D. Antonin. 2. *par. tit.* 1. *cap.* 5. §. 16. Richar. *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 3. *quæſt.* 1. *ad.* 2. Syluester *verbo* Simonia. *quæſt.* 3. *reg.* 3. *& quæſt.* 9. verſ. *Tertium*, Armil *n.* 19. Tabiena *ibid.* Angel. *verbo*, Simonia 2. *n.* 6 *in fine.* Caiet. 2. 2. *quæſt.* 100 *art.* 2. *dub.* 1. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 3 *dicto* 3. Graff. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 96. *n.* 32. Citant etiam D. Thom. *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 3. *art.* 2. *q.* 1. *ad* 4. Verum de hoc expreſsè non agit, & parum faciet ex eo, quod inde deduci poteſt. Fundamentũ huius ſententiæ eſt. Quia de iure nõ permittitur Sacerdotes diuites ali ex ijs, quæ proueniunt Eccleſiæ ex oblationibus populi Cap. *Si quis* 2. *quæſt.* 1. *& cap. Ibi autem* 12. *quæſt.* 1. Secũdo ſtipendium Miſſæ datur in ſubſtentationem, & ideò cum non poſſit ex hoc titulo accipere, ex nullo alio accipere poterunt.

2 Secunda ſententia aſſerit, diuites quoque Sacerdotes poſſe accipere ſtipendium. Ita Sotus *lib.* 9. *de inſtit. & iure quæſt.* 6. *art.* 1. *concl.* 2. *dub.* 1. verſ. *Hoc autem.* Nauar. *cap.* 23. *manual. n.* 102. verſ. *ſexto.* Henriq *lib.* 9. *ſum. cap.* 22. *n.* 1. Leuius *lib.* 2. *de inſt. & iur. cap.* 35. *dub.* 8. *n.* 48. Vaſq. 3. *par. diſp.* 234. *c.* 1. *n.* 3. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *punct.* 2. *quæſt.* 2. verſ. *Ad ſecundam rationem.* Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 46. *n.* 7. *dicto* 2. Facund. *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 2. Petrus Nauar *lib.* 2. *de reſt. cap.* 2. *n.* 305. Reginal *lib.* 23. *praxis priſcit. n.* 232. Azor *par.* 3. *lib.* 12. *c.* 6. *q.* 2 *arg.* 4. Aragon. 2. 2. *q.* 85. *art.* 3. *dub. de ſtipend.* Sanch *lib.* 2. *conſ. moral. cap.* 3. *dub.* 11. *n.* 2 Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 10. *cap. vlt. n.* 14. in fin. Amicus *tom.* 7. *Curſ. theol. diſp.* 13 *ſect.* 8. *n.* 278. Rodriquez *par.* 1. *ſum cap.* 252. *n.* 4. Fraxinel. *de oblig. Sacerd. ſect.* 3. §. 1. *n.* 3. Lugo Cardin. *diſp.* 21. *de Euchariſt. ſect.* 1. *n.* 18. Dicaſtil *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 18. *n.* 337. Coninch *de ſacram quæſt.* 83 *art.* 1. *dub.* 10. *n.* 193. Palaus *part.* 4. *oper moral. tract.* 22. *diſp vn. pun.* 14. *n.* 3. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 7. *n.* 188. Molſeſ *part.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 16. *n.* 14. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. punct.* 8. *n.* 1 Guttier. *lib.* 1 *quæſt. canon. cap.* 29. *n.* 10. Ledeſma *par.* 1 *ſum. tract. de Euchariſt. cap.* 18. *concluſ.* 11. Gaſpard. Hurtad. *de ſacram. diſp.* 4. *de ſacrific. Miſſ. difficult.* 14. verſ. *Ex quo conſtat.* Maſcard. *tom.* 2 *lib* 4. *part.* 1. *tract.* 12. *domin.* 8 *n.* 1 Franc. Lugo *lib* 5. *de ſacram. cap.* 12. *q.* 2. *n.* 11. Leander. *de ſacram. tract* 8 *diſp.* 4. *q.* 2. Nugn. 3. *part. quæſt* 83. *art.* 1. Syluius *ibid.* Auerſ *quæſt.* 11 *de Euchariſt. ſect.* 17. verſ. *Secundò*, Alphonſ. de Leone *de de offic. Capel. quæſt.* 6. *ſect.* 1. *n.* 20. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 2 Garzia *in ſumm. tract.* 3. *diffic.* 10. *dub.* 1. *n.* 9.

Dicendum eſt. *Sacerdotes diuites recipere poſſe conſuetum ſtipendium intuitu celebrationis Miſſæ.* Deſumitur ex D. Th. *quodlib.* 6. *art.* 10. Quartus docet, quod decimæ debentur Sacerdotibus, ſiue diuites ſint, ſiue pauperes. Ratio eſt, quia obligatio naturalis exhibendi Subſtentationem iis, qui nobis impendunt ſuum miniſterium, non oritur ex paupertate ipſorum, ſed ex miniſterio impenſo. Vnde Apoſt. 1. *ad Corinth. cap.* 9 ait. *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam.* Ergo cum obligatio dandi ſtipẽdium Sacerdoti celebranti oriatur ex iure naturali ob miniſterium ab ipſo impenſum, & ſit vniuerſalis quoad omnes Sacerdotes habebit locum, ſiue Sacerdos ſit pauper ſiue diues, quia per accidens ſe habet, quod ſit diues, & ideò nõ poteſt extinguere obligationem quæ naſcitur de iure naturæ ex natura rei. 3

Confirm. Si diues exiberet alicui ſuum miniſteriũ in aliquo temporali, poſſet exigere congruum ſtipendium, aut loco ſtipendij ſubſtentationem, vt ſi Pictor diues pingeret in gratiam alterius. Ergo cum Sacerdos ratione officij ita ſit obligatus ad exhibendum Populo ſuum miniſterium, vt tamen habeat ius ad exigendum ſubſtentationem exhibendo ipſi ſuum miniſterium, retinebit ſemper hoc ius, etſi ſit diues, quia diuitiæ superuenientes non extinguunt hoc ius cum non tollant Cauſam, ſeu radicem, vnde conſurgit. 4

Maior difficultas eſt. Si Sacerdos ſit diues ex prouentibus Eccleſiaſticis, nam tunc videtur habere ſubſtentationem, & proinde non habere ius, quando impendit ſuum miniſterium exigendi ſtipendium pro ſui ſubſtentatione, cum iam illam habeat. Verùm adhuc poſſe exigere conſuetum ſtipendium pro ſubſtẽtatione, adduut Doctores pro ſecunda ſententia allegati: nam Beneficia & quicumque prouentus dantur intuitu alicuius obligationis, quando non trahunt ſecum ſpecialem obligationẽ celebrãdi Miſſam, quod eo patet, quia ſecluſa hac ſpeciali obligatione, non tenentur celebrare ratione Beneficii, & ideò non extinguitur ius quod habent Sacerdotes ad exigẽdam ſubſtentationem, quando intuitu alicuius ſingularis Perſonæ exhibent ſuum miniſterium. Cum enim habeãt generale ius exigendi ſubſtentationem ab iis, quibus exhibent ſuum miniſterium, & obligatio exhibendi ſit in ipſis, fit, quod, dum in ſpeciali determinant obligationẽ reſpectu particularis Perſonæ determinetur, & in ſpeciali ius ad exigendam ſubſtentationem ab illa particulari Perſona, cuius contemplatione exhibẽt ſuum miniſterium. 5

6 Ex dictis ſequitur. Quod Sacerdotes diuites non poſſunt inſimulari auaritiæ, ſi, dum exhibent ſuum miniſterium in celebtaodo, exigant ſtipendium pro ſubſtentatione. Nam exigendo, vtuntur iure proprio, quod de iure naturali ipſis competit. Dum autem quis vtitor iure proptio, ſicut nemini facit iniatiam, ita neque committit aliquod vitium; Virtutes enim non ſolum ſibi inuicem non contrariantur, ſed etiam ſuot inuicem cõnexæ. Et ideò proſequi ius proptium, non poteſt eſſe actus auaritiæ. Quod ſi interueniat inordinatus affectus pecuniæ, noo eſt ex natura actus proſequendi ius proprium

7 Ad 1. Reſp. In illis text. ptohiberi, ne Sacerdotes diuites exigant ſubſtentationem de maſſa communi bonorum, quæ erat inſtituta pro Miniſtris paupetibus non intoitu miniſtetii in ſpecie exhibiti; ſed iotuitu ſtatus. Vude erat cõtra finem illius inſtitutionis, quod Sacerdotes diuites ex illa alerentur, quia nullum ius ad ipſum habebant, cuio eſſet inſtitutum tantum pro pauperibus.

8 Ad 2. Adhuc Sacerdotes diuites poſſe accipere ſtipendium titulo ſubſtentationis, quia titulus ſubſtentationis non fundator io paupertate, itavt ea ceſſante tanqoam fundamento, corruat etiam titulus, ſed fundatur in Miniſterio, qood ſicuti ex natura ſua eſt impendẽdum in beneficium Popnli, ita etiam de iure oaturæ, exigit à Populo ſibi miniſtrari ſubſtentationem; & quando impenditur ad alieoius ſpecialem inſtantiam, exigit miniſtrari ab illo, & ideò durat titulus ſubſtẽtationis, quamdiu durat impẽſio miniſterii, nec extinguitur per diuitias ſiue ſæculares, ſiue Eccleſiaſticas.

Qvæstio 906.

An in die Natiuitatis, recipi poſſint tria ſtipendia, intuitu trium Miſſarum.

SVMMA.

1 *In die Natiuitatis, recipi poſſunt tria ſtipendia.*
2 *Quando Sacerdos non habet ſtipendium pro ſingulis diebus, An poſſit tale exigere, vt pro toto anno habeat ſubſtentationem.*
3 *Multiplicatio Miſſæ, multiplicat ius exigendi ſtipendium.*
4 *Celebrans pluries in die, plura ſtipendia poteſt recipere.*

1 Dicendum eſt. *In die Natiuitatis Domini, recipi poſſe tria ſtipendia iuxta tres Miſſas quæ celebrantur.* Ita Lugo Card. *diſp.21. de Euchar. ſect.1. num* 18. ver. *Infero ſecundo* Faeundez *præcep.1. Eccleſ. lib.3. cap.8.n.5.* Ledeſma *par.1. ſum. cap.* 28. *de Euchar. concl.* 8. Fraxinell. *de obligat. Sacerd. ſect.* 4. *concluſ.* 1. *num.* 10. Alphonſ. de Leooe *de offic. Capell. qu.* 6. *ſect.*10. *num.* 105 Garzia *in ſum. tract.*3. *difficult.*10 *dub.*2. *num.*8. Franciſc. Lugo *lib.*5. *de ſacram. cap.*55. *qu.*2. *num.*13. Quia licèt non plus inſumat pto ſubſtentatione illa die, quam alijs, & proinde videatur ſatisfactum vnico ſtipendio: Aliunde tamen totum quod fit ex illis ſtipendiis, & aliis, quæ accipit toto aono non excedit, quod requiritur ad victum toto anno. Vnde cum non ſolum ſit neceſſaria perſona Sacerdotis ſubſtentata hac die ad celebtandum hac die, ſed toto anno, ratiooabiliter expenſæ totius anni diſtribuuntur inter omnes petentes Miſſas, vt ſinguli concurrant per partes æqoales ioxta partem, quam habent in illis ſacrificijs.

2 Ad quid. Si quis diceret, quod quando Sacerdos non habet ſtipendium pro ſingulis diebus, deberent adhuc expenſæ diſtribui ioter omnes petentes Miſſas æquis portionibus; & proinde quod deberent accipere ſtipendium æquis portionibus, vt ſuffieeret pro toto anno, quia vt celebret diebus in quibus accipit ſtipendium, debet etiam alio toto anno: Rurſus poſſet etiam diei, qood pto die Natiuitatis, vtpote ſolemniſſimo, poteſt accipere lautiorem ſubſtentationem.

Verùmtamen ratio eſt. Quia multiplicatur titulus ſubſtentationis, atque adeò etiam ius ad illam exigẽdam. Non eoim vt dictum eſt in ſuperiotibus, ius exigendi ſubſtentationem, oritur ex indigentia, cum Sacerdotes diuites poſſint eam exigere, & proinde cũ Sacerdos in die Natiuitatis non indigeat niſi vnica ſubſtentatione, non poſſit niſi vnicam accipete, ſed oritur ex miniſterio exhibito, itavt ſemel exhibitum det ius ad ſubſtentationem. Si ergo pluries exhibeatur, fundabit etiam multiplex ius ad multiplicem ſubſtentationem, etiamſi id contingat io eodem die. 3

Ex dictis colligitur. Quod ſi contingat Sacerdotem eodem die pluries celebrare iuxta caſus, de quibus ſuo loco dictum eſt, celebrare poſſe, poterit tot ſtipendia accipere, quot Miſſas eelebrabit. Nam ad multiplicationem Miſſarum, multiplicatur exhibitio miniſterij, atque adeò etiam titulus, ratione cuius accipi poteſt ſtipendium pro ſubſtentatione. 4

Qvæstio 907.

An qui ratione Beneficij tenentur celebrare, poſſint accipere ſtipendium manuale.

SVMMA.

1 *Beneficiatus, cum tenetur applicare Sacrificium, non poteſt aliud ſtipendium accipere.*
2 *Quando non tenetur celebrare, poteſt celebrare, & accipere ſtipendium.*
3 *Quid ſi non teneatur applicare ſacrificium, licèt teneatur celebrare.* & num. ſeq.
5 *Dum non tenetur applicare ſacrificium, remanet liberũ miniſterium offerendi pro alio.*
6 *Dum miniſterium poteſt alteri obligari, poteſt etiam acquiri nouum ius ad ſubſtentationem.*
7 *Reſponſio S. Congregat. quod obligatus celebrare, &c. non poſſit accipere nouum ſtipendium de quo procedat.*
Stipendium Beneficij, cuius miniſterij intuitu datur, ſi non ſit applicandum ſacrificium.

IN hac difficultate aliqua ſunt certa, & aliqua dubia. Ptimò certum eſt, quod ſi Capellanus, aut alius Beneficiatus teneatur, quando celebrat, applicare froctum Sacrificij, non poteſt recipere aliud ſtipendium. Nam petens celebrari Miſſam ad ſui inſtantiam, ita exigit ſibi exhiberi Secerdotale miniſterium vt etiam intendat fructum Sacrificii; & ſub hac intentione ſe obligat ad præſtandam ſubſtentationem, aliàs non ſe obligaret; & ideò eum Sacerdos habeat aliunde obligatam applicationem, noo poteſt ſatisfacere intentioni petenti, atque adeò non poteſt recipere illius obligationem præſtandi ſubſtentationem, & io hoc cooueniunt communiter, & certum eſt ex Decretis Sac. Congregationis *de celebrat. Miſſar. anno* 1626. circa quæ propoſita dubitatione, *An Sacerdotes qui tenentur Miſſas celebrare ratione Beneficij, ſeu Capellæ, Legati, aut ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſinam pro Miſſis votiuis, aut Defunctorum recipere, & vnico Miſſæ Sacrificio vtrique oneri ſatisfacere.* Sacra Congregatio reſpondit, *Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione Beneficij, ſeu Capellæ, Legati aut ſalarij, ſi eleemoſinas, etiam pro aliis Miſſis celebrandis, ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.* 1

Secun

2 Secundò certum est. Quod iis diebus, quibus non tenentur celebrare ratione Capellaniæ Beneficii, Legati aut salarij, possunt celebrare, & stipendium accipere, vt desumitur ex dicta respnnsione Sac. Congregationis, dum dicit, quibus diebus tenentnr Missas celebrare, non posse eadem Missa satisfacere huic obligationi, & etiam obligatione orta ex acceprata eleemosina. Et Ratio est, quia cum sit ipsis liberum celebrare, aut vacare, possunt suum ministerium alteri obligare, & econtra alter potest se illi obligare de stipendio pro substentatione; vnde cum possi satisfacere obligationi assumptæ, acquirit ius ad exigendam substentationem; præsertim quia emnlumēta Beneficij, Capellaniæ. &c. sunt tantum intuitu ministerij exhibendi certis determinatis diebus.

3 Quod autem remaner dubium est. An quaodo Sacerdos tenetur celebrate tantum, & noo applicare fructum Missæ, possit recipere stipendium, applicādo alteri Sacrificij fructum. Prima sententia negat posse accipere stipendium Ita Gauant. *in Rubr. missal. par. 3. tit. 12. num. 5*. Barbosa *de offic. Parrochi cap. 11. n. 11. & de potest. Episc. alleg. 24. num. 15*. Faust. *lib. 2. de Eucharist. quæst. 155*. qui tameu oppositum alibi sentit. Fundamentum huius sententiæ, primò desumitur ex responsione Sacræ Congregationis, de qua *n. 1*. Secundò. Quamuis talis Sacerdos oon teneatur applicare fructum Sacrificij, habet tamen stipendium pto substentatione, correspondens missis, quas tenetur celebrare; Ergo non potest aliud stipendium accipere, nam si acciperet, pro applicatinne fructus acciperet, quod est simoniacum.

4 Secunda sententia asserit posse recipere stipendium quando non tenetur applicare fructum Sacrificij. Ita Maior. *in 4. dist. 45. qu. 2. § Contra hanc* Rodriquez *par. 1. sum. cap. 252. concl. 11*. Nald *in sum. verb.* Parochus *n. 19*. Cordub. *in quæst. lib. 1. qu. 4. dub. 5.* ver *Et quia*, Henriquez *lib. 9. sum. cap. 22. n. 6*. Trullench. *lib. 3. de sacram. cap. 8. dub. 11. num. 18*. Tanner. *tom. 4. disp. 5. qu. 19. dub. 5. num. 77*. Suarez *disp. 86. de Euchar. sect. 3.* ver. *Dico 2*. Homobonus *par. 1. Exam. Eccles. tract. 4. cap. 13. qu. 111. & in consil. resp. 63. cap. 13. tract. 4. par. 1*. Fraxinell. *de obligat. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 8*. Alphonsus de Leone *de Iubil. par. 3. qu. 20. num 27. & de offic. Capell. qu. 8. sect. 8*. Faust. *lib. 1. de Iubil. qu. 81*. Ludouic. à Cruce *in Bull. Cruciat. disp. 3. dub. 19. n. 22*. Lugo Card. *disp. 21. de Euc. sect. 1. n. 21*. Vasquez *3 par. disp. 234. cap. 6. num....* Bord. *in concil. Regul. resol. 25. qu. 2*. Auersa *qu. 11. de Euchar. sect. 17.* ver. *Admittendum tamen*, Garzia *in sum tract. 3. diffic. 10. dub. 3. n. 6*. Leander *de sacram. tract. 8. disp. 4. qu. 12*. Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. lib 3. cap. 1. §. 3. n. 14*. Luisius Tunian. *in select. disp. par. 1. disp. 31. dub. 16*. addens contrariam sentētiam nullam habere probabilitaten, sed procedere ex ignorantia. In quo tamen more suo excedit, nimis facilis in ferendis censuris, cum revera habear pro se rationes sufficientes pro probabilitate.

5 Dicendum est. *Obligatos celebrare, sed absque applicatione sacrificii, recipere posse stipendium intuitu Celebrationis.* Ratio est. Quia non obstante Celebratinnis obligatione, dum remaner libera applicatio fructus Sacrificii, remaner etiam liberum ministerium Sacerdotale, & proinde obligari potest petentibus: Ergo si obliget, acquirit ius ad exigendum stipendium pro substentatione, & in petente consurgit obligatio exhibendi, quia tale ius nascitur ex obligatione Ministerii. Quod autem remaneat liberum ministerium, ex eo colligitur, quod ministerium est ptopter oblationem Sacrificii, & oblatio Sacrificii ordinatur ad fructum. Si ergo remanet libera disttibutio fructus, remanebit liberum etiam ministerium, tanquam propter oblationem Sacrificii ordinatum ad fructum cōmmunicandum.

Dices. Non consurgere ius exigendi stipendium ex nbligatione ministerii, quia iam haber snbstentationē intuitu eiusd. ministerii. Contra. Licet aliunde ministerium sit obligatum, & intuitu huius obligationis adsit stipendium pro substentatione, adhuc tamen remaner ex natura sua obligabile alteri. Ergo ex natura sua habet quod possit fundare ius ad nouum stipendium atque adeò sibi de noun nbligare illos quibus ipse obligat ministerium, quia ius ad stipendium oascitur per se ex obligatione ministerij, & per accidens se habet, quod correspondeat alterum stipendium ex alio capite; quæ autem per accidens se habēt non tollunt ea, quæ per se conueniunt. 6

Ad 1. desumptum ex resp. S. Congregat. resp. qui post ipsum scripserunt, vt Fraxinell. Alphonsus de Leone, Lugo, Auersa, Bordon. Garzia, Tamburin. Sac. Congreg. loqui de iis, qui tenentur celebrare cum applicatione fructus. Nam dubium propositum fuit de his qui tenentur celebrare, non autem de his qui tenentur officiare Ecclesiam officio missæ. Nam celebrara propriè est offerre sacrificium; arque adeò consequutiuè trahit secum applicationem. Officiare autem dicit tautum prouidere Ecclesiæ de Officio Missæ. 7

Ad 2. Neg. consequent. Quia in tali casu Sacerdos recipit stipendium intuitu obligationis officiandi Ecclesiam, seu Oratorium, in quo exhibet suum ministerium & ideo remanet illi liberum, vt dictum est, obligare Ministerium ad offerendum sacrificium pro alio exigendo ab ipsn stipendium. Addit Lugo Cardin. stipendium Beneficij, Capellaniæ, &c. non dari pro substētatione, sed pro obligatione manendi in tali loco, celebrandi in tali Ecclesia, tali loco, &c. Verum quia hæc omnia cadunt sub obligatione, non secundum se præcise, sed ratione Missæ, est per se Primò volita, & cætera in ordine ad ipsam; & proinde non potest negari, quin stipendium detur intuitu Missæ, quatenus consistit in officiatura Ecclesiæ. Vnde hinc fit, qnod in accipiendo stipendio, nulla interueniat simonia, quia non datur pro applicatione, sed pro obligatiooe ministerij, non secus ac si nullum aliud interueniret stipendium, vt iam constar ex dictis *num. 5. & 6*. 8

QVÆSTIO 908.

Quomodo dignoscendum sit, an adsit obligatio applicandi Sacrificium.

SVMMA.

1 *Triplex modus quo onus celebrandi imponi potest.*
2 *Sacrificium est applicandum quando Fundatoris intentio constat.*
Non solum est expressum quod verbis declaratur, sed etiam quod ex coniecturis elicitur.
3 *Quando remaneat Capellano libera applicatio Sacrificij.*
4 *Quid si nihil colligi possit de mente Fundatoris, &* num. seq.
Voluntas mente retenta nihil operatur.
6 *In dubio præsumendum pro obligatione applicandi Sacrificium.*
7 *Vt possit accipi nouum stipendium; debet constare non adesse obligationem. &c.*
8 *Pro expresso habendum quod ex expressis sequitur.*
9 *Fundator obligans ad celebrandum ubique expressione loci &c. intendit applicationem Sacrificij.*
10 *Quid si obliget celebrare in certo loco tantum.*
11 *Quid si præscribat locum, & tempus.*
Quando Confraternitates morales vocant ad cele-

brandum, vt audiant Missam, an adsit obligatio applicandi.

1 TRiplicitet potest Fundator imponere onus, vel exprimendo, quod dicat ordinem ad applicationem Sacrificij, vel expresſè eam intendẽdo, vel aliquid exprimẽdo, vnde colligatut eam intendiſſe. Vel exprimẽdo, quod ſolũ intẽdat officiaturã, aut ita loquẽdo, vt eiuſdẽ verbis colligatur eam tãtum intendiſſe, vt ſi diceret, quia volo, quod talis Eccleſia officietur, aut quid ſimile. Vel deniq; ita diſponẽdo, vt neq; expreſsè iotendat, ſiue officiaturã ſolam, ſiue etie applicationẽ, nẽq; aliquid dicar, ex quo deduci poſſit, aut vtrumq; aut alteru ex ipſis, vt ſi diceret, volo quod celebrentur tot Miſſæ in tali Eccleſia, aut volo quod celebrentur tot Miſſæ per Capellanum ab hæredibus meis eligendum, aut alia ſimili formula vteretur.

2 Supponendum autem eſt tanquam certum quod ſi Teſtator, aut exptesſè intendat applicationem Sacrificij aut ex verbis ipſins deducatur inrendiſſe, teneri celebrantem applicare, nec poſſe recipere aliud ſtipẽdium, vt notant etiam Marchin *de ſacram. Ordin. part. 2 cap. 27. n. 1.* Auetſa *quaſt. 11. da Eucbar. ſect. 17.* verſ. *Quandonam vero.* Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 3. n. 15.* Nam hoc pacto conſtar de voluntate Fundatoris, quia habetur expreſſa. Non ſolum enim habetur pro expreſſo, quod verbis ſpecialibus deſignatur iuxt. Cap. *Inquiſitionibus, de hæred. in 6.* vbi Gloſſ. vt Cap. *ſi Epiſcopus, de prabend.* vbi etiam Gloſſ. ſed etiam pro expreſſo habetur, quod colligitur neceſſariò ex mente, & coniecturis, *l. licet Imperatori ff. de leg. 1. & l. ſi quis locuplex ff. de manumiſſ. Teſtament.* & notant Afflict *deciſ. 44. n. 18.* & Menoch. *quaſt. 45. lib. 1. de praſumpt.*

3 Secundò ſupponendum eſt. Quod ſi Fuodator exprimat tantum, ſe intendere officiaturum Eccleſiæ, aut ex verbis, & mente ipſius colligatur, eam tantum intendere, remanebit libera celebranti applicatio Sacrificij atque adeò poterit recipere manuale ſtipendium, vt notant iidem Doctores, *num. praced. citat.* Siquidem celebrans non plus obligatur, quam intendat Fundator obligare. Nec obſtat declarat. S. Congreg. Concil. *ſub die 13. Iuly 1630.* apud Barboſ. *in Collectan. Bullary* verbo, *Capellanus*, ita habens. *Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non poteſt nonam eleemoſynam accipere, & duabus obligationibus vnica Miſſa ſatisfacere, niſi in fundatione expreſſè cautum ſit, quod non tenea tur Sacrificium applicare*: Nam imprimis hæc declaratio nullam meretur fidem, non ſolum quia non eſt in forma authentica. Sed etiam quia ille liber Barboſæ prohibitus fuit, quia plures adulterinas declarationes continebat Deinde vt dictum eſt; *num. proced.* habetur pro expreſſo, quod ex mente, & coniectutis neceſſariò colligitur, atque adeò idem eſt, ac ſi Teſtator expreſsè relaxaſſet applicationem Sacrificij, & ſic quod dictum eſt non contrariatur dictæ declarationi, ſi eſſer vera.

4 Remanet autem difficultas, quando Fundator nihil exprimit, vnde colligi poſſit, an velit applicationem, an tantum officiaturam. In qua difficultate Marchin. *de ſacram. Ordin. tract. 3. part. 2. cap. 22. num. 5.* reſoluit, quod tunc applicatio Sactificij non cadit ſub obligatione. Prob. Qoia non eſt onus graue imponendum, quale eſt iſtud, niſi de eo conſtet. Secundo. Voluntas mente retenta nihil operatur, ſicut etiam Lex ipſa principis, *l. Quicquid aſtringenda, ff. de verb. obligat.* Et ideò ſi Fundator non ſe declaret, etiam ſi intendiſſet obligare, non obligabit.

5 Verum Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quaſt. vlt. punct. 7. §. 2. n. 13.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 24. n. 35.* Lugo Catdin. *diſp. 21. de Eucbar. ſect. 1. n. 23. & ſect. 2. n. 42.* Alphonſus de Leone, *de Iubil. par. 3. quaſt. 20. num. 17. & de offic. Capel. quaſt 8. ſect. 8. n. 48.* Garzia *in ſum tract. 3. difficult. 10. dub. 3. n. 4.* & alij voluot obligatam eſſe applicationem Sacrificij.

Dicendum eſt, *In dubio præſumendum eſſe pro obligatione applicandi Sacrificium.* Vnde quando non poteſt 6
elici ex verbis, aut mente Fundatoris, quod velit tantum officiaturam, aderit obligatio applicandi fructum Sactificii. Ratio eſt. Quia eo ipſo, quod Fundator obligare iotendit miniſterium Sacerdotis, intendit etiam obligare in ordine ad id, quod facit per huiuſmodi miniſterium, quod eſt offerre ſacrificium. Dum autem intendit oblationem ſacrificii, intendit etiam fructum tanquam acceſſorium ad ipſum. Et ideò, niſi ex verbis, aut mente oppoſitum colligatur, remanebit obligata applicatio ſacrificii.

Confir. Ex *reſp. 4.* S. Congregat. *ad dubium propoſit. ſuper Decreto de celebrat. Miſſar.* habetur, quod 7
obligatus celebrare ratione Capellaniæ, Beneficij &c. non poteſt eadem miſſa ſatisfacere huic obligationi, & obligationi ratione ſtipendij. Et in tantum *in praced. quaſt.* dictum eſt, quod poteſt accipere ſtipendium, in quantum noo tenetur applicare Sacrificiũ. Ergo vt poſſit accipere, debet conſtare de mente teſtaris, quod non tenetur applicare, quia aliàs ſubintrat dicta Declaratio, quod noo poſſit ſatisfacere eadẽ miſſa vtrique obligationi, atque adeò quod teneatur applicare Sacrificium.

Ad 1. in oppoſitum Reſp. Satis conſtare de onere, 8
nam eò ipſo, quod quis obligat ſibi miniſterium Sacerdotis ad celebrandam miſſam intendit, quod illud Sacrificium offeratur ad ſui inſtantiam, atque adeò in ipſa petitione Celebrationis, imponitur obligatio applicandi Sactificium. Nam pro expreſſo habẽdum eſt, quod ex ipſis ſequitur. *L. Cum quod. ff. ſi cert. pet. & L. Prator ait §. 1. ff. de nou. oper. num..* vbi Gloſſ. *verbo Expreſſum*, & notant Bald. *in L. 1. circa finem, C. de his, qui ante aper. tab. ſeſt.* Craueta *conſil. 149. n. 11.* Pariſ. *conſ. 97. num. 107. vol. 1.* Roland. *conſil. 27. n. 37. lib. 4.* Vnde ſolutum manet etiam ſecundum. Nam tunc ſolum voluntas mente retenta, nihil operatur, quando nullo modo exprimitur; Secùs autem quãdo aliquo modo exprimitur. In præſenti autem exprimitur in eo, quod obligatur Sacerdos ad offerendum Sacrificium, vt conſtat ex dictis.

Ex dictis colligitur cum Tamburino *opuſ. de ſacrific.* 9
Miſſ. lib. 3. cap. 1 §. 3. num. 21. Quod ſi Fundator obliget ad celebrandum abſque vlla mentione loci, vel temporis, certum eſſe, quod intendat applicationem Sacrificij. Quia ex hoc manifeſtum fit, quod eius intentio fertur in oblationem Sacrificij., atque adeò intendit ſibi obligare miniſterium Sacerdotis in ordine ad obtinendam oblationem Sacrificij. Si autem oblatio cadit ſub intentione, fit debita, ratione obligationis ſuſceptæ.

Secundò colligitur contra Tamburin. *cit. lib. 3. de* 10
Sacrific. Miſſ. cap. 1. §. 3. num. 22. Quod ſi Fundator obliget ad celebrandum in certo loco, quamuis non adſit aliqua circumſtantia, quæ contrarium perſuadeat, non ſequitur, quod petatur ſola præſentia, ſeu Officiatura; ſed inſuper opus erit, quod ex aliqua circumſtantia colligi poſſit, quod intendatur ſola Officiatura. Ratio eſt. Quia licèt intentio Fundatoris feratur in locum, non per hoc tamen excluditur quin feratur in oblationem Sacrificij, & ideò niſi intentio fructus Sacrificij excludatur aliunde, cenſende eſt ioteruenire, tanquam ea, quæ regulariter interuenit, cum principalius motiuum obligandi ſibi miniſterium Sacerdotis, ſit obtinere fructum Sacrificii: & proinde certus locus deſtinatus pro Celebratione, erit motiuum ſecundarium. Ex quo fit, quod neceſſarium ſit, quod interueniat aliqua circumſtãtia ratione cuius poſſimus coniecturare, quod non intendatur applicatio Sactificij.

Tertiò

11 Tertiò colligitur. Quod si fundator determinet locum, & tempus, considerandæ sunt circumstantiæ loci, & temporis, vt ex ipsis coniecturetur eius mens, vt notat etiam Tamburin. *opus. de sacrific. Missa lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 53. Nam si sint tales, vt videatur tantùm intenta officiatuta, vt si locus esset talis, in quo non solerent Missæ celebrari, aut solum vna, & altera, & tempus esset illud in quo populus solet confluere ad audiendam Missam, quales sunt dies festi, posset probabiliter deduci, quod intenderit solum prouidere commoditati populi vt posset Missam audire. Si autem non interueniant circumstantiæ, quæ coarctent intentionem ad solam officiaturam, vt si locus esset Ecclesia, in qua solerent plures Missæ celebrari, tunc non posset excludi obligatio applicandi sacrificium, quia verisimile esset, quod intendisset tum fructum sacrificij, tum etiam officiaturam Ecclesiæ.

12 Quartò colligitur cum Alphonso de Leone *par.* 3. *de Iubil.quæst.* 50 *num.* 27. Tamburin. *opus. de sacrific. mis. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 55. Quod quando Confraternitates, Moniales &c. vocant sacerdotem, vt celebret in ordine ad audiendam Missam, non adesse obligationem applicandi fructum sacrificij, quia iam constat de mente ipsorum, quæ est habere commoditatem audiendi Missam: & proindè tribuunt stipendium, vt sibi obligent Ministerium Sacerdotis ad exhibendam commoditatem audiendi Missam. Hoc tamen limitandum est, vt non habeat locum, quando dictæ Confrat. & Moniales &c., haberent obligationem procurãdi celebrationem cum applicatione sacrificij. Quod autem dictum est in ordine ad Missas istas veluti manuales, locum habet etiam quoad perpetuas, quando essent institutæ in hunc finem, vt Confraternitates, Moniales &c. haberent commoditatem audiendi Missam.

QVÆSTIO. 909.

An Parochi, & Beneficiati, qui tenentur applicare sacrificium, possint aliquando accipere stipendium.

SVMMA.

1 *Parochi, & beneficiati quando possint accipere stipendium manuale &c.*

2 *Parochus, quando tenetur offerre sacrificium pro Parochianis, non potest ab ipsis accipere stipendium.*

3 *Quando tenetur Parochus pro Parochianis offerre, non potest accipere stipendium, etiam si redditus sint tenues.*

4 *Dans stipendium in ordine ad celebrationem, quam obligationem inducat.*

5 *Quando accipi possit stipendium à sciente aliàs obligatum esse oblatione sacrificij.*
Dispositum de vno correlatiuo est etiam dispositum de altero.

1 Dicendum est. *Parochos, & cæteros Beneficiatos, qui ratione beneficij tenentur celebrare, posse tunc accipere stipendium Manuale, quando dantes, sciunt præcedentem obligationem applicandi fructum sacrificij.* Ita cõmuniter præsertim Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 92. Sotus *lib.* 9. *de iust. & Iur. quæst* 6 *ar.* 1. Henriquez *lib.* 9. *sum cap.* 23. *num.* 6. Siluester *verbo.* Missa *num* 10. Armilla *num.* 35. ver. *Iuxta hanc conclus.* Suarez *disp.* 86. *de Eucharist. sect.* 3. Reginal. *lib.* 29. *Praxis fori pænit. num.* 334 in fine. Posseuin. *de offic. Curati cap.* 50. *num.* 21. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *par.* 3. *num.* 3. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 17. *num.* 332. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 8. *sect.* 11. *num.* 73. Triullench. *lib.* 3 *de sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *num.* 17. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 10. *dub.* 5. *num.* 77. Ratio est Quia, dum tribuens stipendium scit obligationem celebrantis, præsumitur tantum velle cõcurrere ad illam oblationem sacrificij, & participare illum fructum, quem saluo Iure alieno participare potest.

Dicendum 2. *Parochum ijs diebus, quibus tenetur applicare sacrificium; non posse accipere stipendum neque ab ijs, qui sunt de Parochia.* Hoc autem intelligitur iuxta dicta *num. præcedenti.* Ratio est. Quia ex eo, quod sint subditi, non priuantur Iure, quod habent obligandi sibi ministerium Sacerdotis in ordine ad oblationem sacrificij, & proindè, quando dant stipendium pro obtinenda tali obligatione, intendunt sibi obligari modo consueto, quod cum non possit Parochus præstare, neque etiam accipere potest stipendium. 2

Dicendum 3. *Etiam si Parochus habeat tenues prouentus, non potest accipere stipendium pro Missis ijs diebus, quibus tenetur applicare sacrificium: neque etiam à proprijs subditis.* Est contra Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 6. Rodriquez *part.* 1. *sum cap.* 251. *conclus.* 1. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pænit. cap.* 17. *dub.* 5 *num.* 138. in fine. Ita tamen declarauit S. Concil. Congregat. *ad* 4. *dub. ex propositis super Decreto de celebrat. Missar.* dùm absolutè dicit, quod sacerdotes, quibus diebus tenentur celebrare ratione sacrificij, si eleemosinas accipiant, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere. 3

Ratio verò est. Quia quando quis dat stipendium pro Missa, se obligat, & simul etiam exequitur obligationem pro sustentatione sacerdotis pro obtinendo ministerio ipsius in ordine ad oblationem sacrificij, & econtra sacerdos se obligat ad impendendum suum ministerium in offerendo sacrificio. Ergo remanet obligatus iuxta intentionem exigentis sibi obligari ministerium. Ergo si non potest se obligare nec etiam potest acceptare alterius mutuam obligationẽ. Dum autem est obligatus applicare fructum sacrificij; non potest se obligare, quia intentio offerentis stipendium est, quod ita obliget suum ministerium, vt simul etiam debeat applicare fructum sacrificij. Confir. Parochus, qui haberet pingues redditus, non potest accipere stipendium. Ergo nec etiam pauper, seu qui habet tenues redditus, quia dans stipendium intendit obligare eodem modo diuitem, ac pauperem. Et ideò si diues non potest accipere, quia non potest se obligare iuxta intentionem dantis, nec etiam poterit pauper. 4

Est tamen aduertendum, quod tunc potest aliàs obligatus ad applicationem sacrificij recipere stipendium ab ijs, qui sciunt huiusmodi obligationem, quãdo nomine proprio curant Missas celebrari, vt notant etiam Posseuin. *de offic. Curati cap.* 50. *num.* 21. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 17. *num.* 333. non autem quando curant celebrari ex mandato alterius, vt sunt hæredes, exequutores testamentarij, &c. Nam si curant celebrari nomine proprio, possunt accommodare intentionem suam facultati communicandi fructũ, quam habet celebrans saluo Iure alieno; quod non possunt præstare, quando nomine alieno id agunt, siquidem non possunt cedere iuri alieno. Ex quo fit quod neque celebrans possit acceptare, quia si in tali Circumstantia est prohibitum dare stipendium, erit etiam prohibitum accipere, cum dare, & accipere sint correlatiua, in quibus disponitur de vno est etiam dispositum de altero *l. fin. C. de indic. viderit. tollendam*, & *l. si quis seruo C. de furt.* & declarat Euerar. *in Top. iur. loco à Correlat. num.* 8. Et ideò si acceptaret cooperaretur peccato dantis. 5

QVÆST.

QVÆSTIO 910.

An si quis decreuisset non celebrare, posset eadem die celebrare, vt lucraretur pingue stipendium.

SVMMA.

1 *Qui decreuit non celebrare, an possit celebrare, vt lucretur pingue stipendium.*
3 *Stipendium non est finis sacrificij sed causa mutandi propositum.*
4 *An in hoc interueniat aliquod peccatum.*
5 *Non ordinatur spirituale ad obtinendum temporale. Quid dicendum de confessario, qui audit illorum tantum confessiones, qui ipsi dant aliquid.*

1 PRima sententia asserit, non posse, sed comittere simoniam quia finis principalis est quid temporale, & proinde ordinat spirituale ad obtinendum temporale, imò dat spirituale pro temporali, quia aliàs oon celebraret, & proiodè conuincitur celebrare pro lucro Ita desumitur ex Azorio *par. 3. lib. 12. cap. 4. quæst. 4.* qui ponit exemplum de Confessario, qui se exponit ad audiendas confessiones, & eorum tantum vult audire, à quibus aliquod stipendium percipit.

2 Secunda sententia tenet, non committere simoniam nec peccare, nisi forte stipendium esset finis principalis. Ita Syluester *verbo.* Simooia *num. 9. §. secundum,* Conrad. *tom. 1. respon. quæst.* 40. Pitigian. *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 7.* in fine, Fraxinel. *de Sacerd. oblig. sect. 3. pranot. 1. § 6. n. 1* Sanchez *lib. 2. consil. moral. cap. 3. dub. 12* Alphons de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 3. n. 26.* Ledesma *part. 2. sum. tract. de simon. conclus. 17.* citans Medinam & Orellanum, Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 1. n. 15.*

3 Dicendum est. *Qui decreuit aliàs tali die non celebrare, posse celebrare, vt acquirat pingue stipendium.* Ratio est. Quia illud stipendium non est finis, ad quem ordinetur sacrificium, sed est solùm causa mutandi propositom, quod cum ex natura sua sit mutabile, potest mutari absque peccato ex quacumque rationabili caosa, nisi aliud obstet, sicut in præsenti non obstat, supponitur enim tale propositum libere coonceptom, nec vllo vinculo firmatum. Ergo mutans propositum ob acquirendum pingue stipendium, licitè mutat, quia mutat ex rationabili causa. Nec interuenit aliqua simonia, sed subintrat, ordinaria obligatio, per quam obligat suum ministerium in offerendo sacrificio, & excepta mutatione propositi, res eodem pacto se habet ac si non proposuisset non celebrare. Mutare autem propositum etiam intuitu pecuniæ nō est simoniacum.

4 Ex quibus sequitur contra Ledesmam, & Orellanum, quod in tali casu sacerdos neque peccet, quia non seruet debitum ordinem in sua intentione Et contra Alphons. de Leone *n. 2.* allatum *n. 29. illius sect.* quod neque etiā peccet venialiter ex inordinato appetitu rerum temporalium. Nam res temporales licitè, & ordinatè appetontur, quando appetontur in ordine ad debitum finem: quando verò appetuntur in ordine ad finem indebitum, id non prouenit ex obiecto, sed ex malitia appetentis. Et ideo si quando mutatur propositum de non celebrando ob lucraodom pingue stipendium, si interuenit inordinatus appetitus temporalium, id non prouenit ex obiecto, & motiuo mutationis, sed ex malitia appetentis.

5 Sequitur secundò. Falsum esse, quod dicitur pro opposita sententia, ordinari scilicet spirituale ad obtinendum tenporale aut dari pro temporali. Nam eodem pacto res se habet, ac si non proposuisset non celebrare, & recipere stipendium pingue pro Missa, qoia vt dictum est, stipendium est solùm occasio mutaodi propositum. Quod autem dicitur de confessario, qui non vult audire confessiones, nisi illorum qui dant aliquod stipendium, si intendat solùm stipendium vt obliget suom ministerium pro illa functione est eadem ratio, ac de Sacerdote, qui oollet ad alicuius instantiam celebrare, nisi ab ipso reciperet stipendium, & subintrat illud Lucæ 10, *Dignus est operarius mercede sua.* Et hoc supposito, quod ex officio noo teneatur audire coofessiones, qua si ex officio teneretus, peccaret. Si autem non tenetur, potest etiam ratione huius ministerij exigere suam proportionatam substeotationem. Qui enim euangelium annonciant debent de Euangelio viuere, vt ex doctrina Christi ait Apostolus *1. ad Chorinth. cap. 9.*

QVÆSTIO 911.

An pro labore extrinseco recipi posit aliquod stipendium.

SVMMA.

1 *Pro labore Celebrationis nihil potest accipi.*
2 *Pro labore per accidens annexo Celebrationi, potest aliquid accipi.*
3 *Labor extrinsecus Celebratione, est quid corporale pretio æstimabile.*
4 *Stipendium accipi potest pro summo mane celebrando, expectando &c.*
5 *Pro labore &c. per se annexo cum Celebratione, non potest accipi stipendium.*
6 *Obligatio ad onera annexa Celebrationi, potest deduci in pactum.*

DIfficultas procedit de stipendio vltra consuetū quod datur pro substētatiooe, & de labore quod est extrinsecus Celebrationi, & proinde est ab ipsa separabilis. Nam vt dictum est, pro intrinseco labore nihil prætij recipi potest, quia hic pertinet intrinsecè ad functionem spiritualem, & proinde locum habet, quod dicit Paschal. Papa Cap. *si quis 1. quæst. 3.* Quisquis *horum alterum vendit sine quo nec alterum prouenit neutrum inuenditum derelinquit.* 1

Dicendum est. *Pro labore extrinseco, & per accidens annexo Celebrationi Missæ, posse recipi speciale stipendium.* Ita Gloss. *in cap. suam, verbo* Pro exequiis. *De simon. & in cap. significatum, ver.* Itaque *de praben* Abbas *ibid. num.* 8. Innocco. *in cap. 3. Ne Prælati vic. sn.* Hostiēs. *ibid* D. Bonauen. *in 4. dist. 25. art. 1. quæst. 4. in fine.* Richar. *art. 3. qu. 2 ad* 8. Maior. *quæst.* 6. Durand. *qu. 3. num.* 10. Palud. *quæst. 5. art. 2. conclus.* 1. Antisiodor. *lib. 3. sum. tract. 21. cap.* 2. Armacan. *lib. 10. quæst. Armen. cap.* 10. Gabr. *lect. 28. in Can. Miss. litt.* C. Abulens. *quæst. 9. in cap. 14. lib. 5 Reg.* Adrian. *quodlib. 9. art. 1 in resol.* Gerson. *Alphabet. 36. Lit. I.* Sotus *lib. 9. de Iust. & Iur. qu. 6. art. 1. in dub. post 2. conclus.* Angel. *verbo* simonia 2. *num.* 16. Victoria *in relect. de simon. par. 2. num.* 19. Henriquez *lib 9. sum. cap. 22. num.* 1. Azor. *par. 3. lib. 12. cap. 3. quæst. 1.* in fioe, Corduba *in quæst. lib. 1. qu. 21. init.* Lessius *lib. 2. de Iust. & Iur. cap. 35. dub. 8. num.* 54. Valent. *tom. 3. disp. 6. qu. 16. pun.* 2. Nauar. *cap. 23. Manual. n.* 102. ver. *Quibus addo*, Caiet. 2. 2. *quæst. 100. art. 2. dub. 2. & in sum. verb.* simonia *Reg* 5. Suarez *disp. 86. de Eucharist. sect. 1. §. penul. & tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 21. num.* 5. Reginal. *lib. 23. praxis fori pœnit. cap. 17. num.* 229. Palaus *par. 3. oper. moral. tract. 17. de simon. disp. 3. par. 11. num.* 3. Gutierez *canon. quæst. cap.* 26. 2

cap. 29. *num.* 25. Alphonf. de Leone *de offic. Capel. q.* 6. *sect.* 10. *num.* 93. Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 16. *num.* 16. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 16. *n.* 322. Garzia *in sum tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 1. *num.* 6. Homobon. *par.* 1. *Exam. Ecclesiast. tract.* 3. *cap.* 13. *qu.* 120. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. qu. vlt. pun.* 8. *n.* 13. Fraxinel *de obligat. Sacerd. sect.* 4. *conclus.* 1. *n.* 8. Faust. *lib.* 1 *de Indulgent. qu.* 65. Auersa *qu.* 11. *de Eucharist. sect.* 17. vers. *septimò potest* Marchant. *in tribun. sacram. tom.* 2. *num.* 2. *par.* 2. *tit* 4. *quæst.* 2. *in Append. resol.* 3.

3 Ratio est. Quia labor extrinsecus est onus corporale, & extra functionem spiritualem, & proinde est prætio æstimabilis, & est sub dispositione assumentis & proinde potest de ipso pacisci, non secus ac de quacumque alia re prætio æstimabili. Confirm. Ex eo, quod labor iste coniungatur cum functione spirituali non fit spiritualis, nec induit conditionem rei spiritualis, quia non est coniunctio ex natura rei, sed ab extrinseco proueniens non secus, ac quando cum mutuo coniungitor in commodum lucri cessantis, aut damni emergentis. Ergo poterit prætio æstimari, & deduci in pactum, sicur deducitur in mutuo in commodum damni emergentis. aut lucri cessantis.

4 Ex dictis sequitur. Quod liceat exigere speciale stipendium pro onere celebrandi Missam summo mane, aut expectandi ad celebrandum vsque ad Meridiem, aut quando accedendum est ad locum notabiliter distantem pro celebrando, aut pro aliquo alio onere simili, vt notant etiam Doctores *num.* 2. citati. Huiusmodi enim onera corporalia afferunt considerabile incommodum, nec sunt annexa cum Celebratione, vt per se constat, & priuant libertate celebrandi Missam cum propria commoditate, & ideò compensari possunt aliquo prætio, sicuti alia res prætio æstimabilis.

5 Sequitur secundò. Non posse accipi speciale stipẽdium tanquam prætium pro illis laboribus seu oneribus, licèt extrinsecis, qui sunt per se annexi cum functione Celebrationis, vt ire ad Ecclesiam, induere se vestibus sacris, præparare necessaria &c. Nam hæc onera sunt media necessaria ad functionem celebrãdi, & proinde se habent tanquam accessoria, & sequuntur naturam sui principalis, cum quo cõponant vnam integram actionem moralem, quæ proinde tota pro spirituali habenda est, atque adeò non poterit prætio æstimari.

6 Sequitur tertiò. Quod licet obligatio ad celebrandum non possit deduci in pactum, vt dictum est etiã in superioribus, quia deduceretur simol etiam ipsa functio celebrandi tanquam materia obligationis. Poterit tamen deduci obligatio, quæ habeat pro materia onera extrinseca celebrationis, vt esset morari in aliquo loco, præfixio temporis, seu horæ celebrandi, & alia huiusmodi, nam hæ tanquam temporalia, & non per se annexa cum celebratione, sunt pretio æstimabilia; & proinde possunt in pactum deduci. Et ita notant communiter Doctores Caiet. 2. 2. *quæst.* 100. *ar.* 2. *dub.* 2. vers. *Patet tertio* Nauar. *cap.* 23. *Manual. num.* 102. *dict.* 10. vers. *Quibus addo*. Sotus *lib.* 9. *de iust. & Iure. quæst.* 6. *ar.* 1. *conclus.* 2 Lessius *lib.* 2. *de Iust. & Iure. cap.* 35. *dub.* 8. *num.* 45. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 16. *pun.* 2. *quæst.* 6. init. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 21. *num.* 16. Reginal. *lib.* 23. *praxis cap.* 17. *num.* 230.

QVÆSTIO 912.

An celebrans Missam solemnem possit recipere maius stipendium.

SVMMA.

1 *In ordine ad Missam solemnem maius stipendium soluendum.*

2 *Celebrans Missam solemnem an possit accipere maius stipendium* & num. seq.

4 *Ministerio Missæ solemnis debet correspondere amplior substentatio.*

5 *Stipendium pro substentatione solemniter celebrantis quantum debeat esse.*

6 *Missa cum officio defunctorum exigit maius stipendium pro substentatione.*

7 *Sicut etiam Missa, cum ieiunio.*

8 *Quid si exigens Missas exigat etiam speciales orationes.*

9 *Cantores &c. non possunt accipere stipendium vt mercedem laboris.*

1 NOn quæritur an pro Missa solemni soluendum sit maius stipendium, quia certum est debere solui, siquidem prouidendum est de substentatione pluribus ministris qui interueniunt functioni, nam vltra Diaconum, & Subdiaconum, & plures Clericos interueniunt etiam ministri, qui cantant, quibus omnibus debetur proportionatum stipendium, quia hi omnes impendunt suum ministerium, & proinde tanquam operatij digni sunt sua mercede. Sed difficultas est, an ipse Sacerdos celebrans possit exigere maius stipendium consueto.

2 Prima sententia negat, posse accipere maius stipendium. Ita Suarez *tom.* 1 *de relig. lib.* 4. *de simon. cap* 21. *n.* 13. in fine. Fundamentum est. Quia tota illa actio est sacra, & totus labor est intrinsecus celebrationi, & proinde secundum se totam est spiritualis, nec interuenit aliquid prætio æstimabile, ratione cuius accipi possit aliquid supra consuetum stipendium

3 Secunda sententia asserit, posse accipi aliquid vltra consuetum stipendium. Ita Lessius *lib.* 2. *de iust. & iur. cap.* 32. *dub.* 8. *n.* 54. Fraxinel. *de obligat. sacer. sect.* 4. *concl.* 1. *n.* 8. Faust. *lib.* 1. *de indul. quæst.* 65. Alphons. de Leone *de Iubil. part.* 3. *n.* 12. & *de offic. Capel. quæst.* 6 *sect.* 10. *n.* 95. Ascan. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 9. *n.* 15. Marchant. *in Tribun sacram. tom.* 2. *tract.* 2. *par.* 2. *tit.* 4. *quæst.* 12. *in Appen. resol.* 3. Lezana *in sum. verbo* Missa *n.* 23. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n* 18. Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 18. *de Eucharist. concl.* 9 Ludouic. à S. Io. *in sum. quæst.* 10. *art.* 5. *dub.* 1. *difficul.* 1. Garzia *in sum. tract.* 3 *difficult.* 10. *dub.* 4. *n.* 8. *init.* Et idem Suarez *disput.* 86. *de Eucharist. sect.* 2. *dict.* 3. Quia cum sit extrinsecum Missæ, quod celebretur solemniter, & cum Cantu, est etiam extrinsecum incommodum, molestia, & quicquid laboris interuenit supra Missam priuatam; quæ tamen ratio non potest satisfacere, quia quicquid superadditur vltra Missam priuatam sunt functiones, quæ sunt spirituales, & partes intrinsecæ talis Missæ.

4 Dicendum est Celebrãtem Missam solemnem posse exigere pinguius stipendium consueto. Hoc deducitur ex eodem principio, ex quo deducitur quod sit licitum stipendium, nempe ex obligatione naturali subministrandi substentationem ministris Ecclesiæ. Cum enim nascatur hæc obligatio ex eo, quod minister impendit suum ministerium, & proinde tanquã operarius sit dignus sua mercede, vt habetur Lucæ 10. fit, quod subministratio substẽtationis debeat proportionaliter correspondere ministerio; qui enim magis operatur, magis etiam est dignus sua mercede. Et ideò cum Celebrans Missam solemnem, exhibeat amplius ministerium, potest etiam ampliorem substentationẽ exigere tanquam sibi debitam de Iure naturali intuitu ministerij.

5 Dubium tamen remanet, quantum debeat esse huiusmodi stipendium. Resp. posse esse duplicatum, vel etiam triplicatum, vt notat etiam Tambur. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n.* 38. Nam cum subministratio Alimentationis debeat proportionaliter cres-

cere ad ministerium exhibitum, & hoc mensurari possit tempore, quod in ipso consumitur, fit, quod pactum stipendium habeatur pro proportionato.

6 Ex dictis sequitur vt notant etiam Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 1. n. 8.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. q. 6. sect. 10. n. 97.* Tambutin. *de Iur. Abb. tom. 1. disp 5. q. 9. n. 15.* Quod, quando petitur Missa cum officio Defunctorum, potest exigi maius stipendium, nam non solum exhibetur ministerium in celebratione Missæ, sed etiam in recitatione officij, & ideò cum crescat ministerium, debet etiam crescere exhibitio substentationis. Et proinde vltra consuetū stipendium exigere poterit aliud stipendium proportionatum recitationi officij.

7 Sequitur 2. vt notat etiam Villalob. *par. 1. sum. tract. 8. difficult. 15. num. 2.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. qu. 6. sect. 10. num. 97.* Posse Sacerdotem exigere maius stipendium ab exigente Missam simul cum ieiunio, nam vltra ministerium celebrandi, exigitur etiam ministerium ieiunandi, quod cum sit valde onerosum & cum maceratione corporali, quamuis sit actus virtutis, in ratione tamen ministerij est æstimandum ratione oneris, & ideò eius intuitu exhibetur stipendiū vt sit proportionatum qualitati ministerij exhibiti.

8 Sequitur 3. vt notant etiam Petrus Nauar. *lib. 2. de rest. cap. 2. num. 148.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. qu. 6. sect. 10. num. 97.* Quod possit Sacerdos exigere maius stipendium consueto ab exigente celebrationē Missæ cum aliquibus specialibus Orationibus, nam tunc exigitur exhibitio specialis ministerii, quod interponitur in recitandis illis Orationibus; vnde cum omne ministerium sit dignum proportionata substentatione, debebit crescere stipendium pro substentatione intuitu cuiuscumque specialis ministerij.

9 Sequitur quartò. Cantores, & pulsantes Musica instrumenta in celebratione Missæ solemnis, quamuis id non præstent ratione officij, per quod constituantur ministri Ecclesiæ, quia tamen communicant in officij Ecclesiastici celebratione, & cantant ea, quæ aliàs à Choro essent cantanda, non videntur accipere posse stipendium tanquam pretium laboris, sed solum tanquam in substentationem ob exhibitum ministerium ad imitationem ministrorum Ecclesiæ. Cū enim sint coadiutores in celebratione Missæ, debent etiam ipsi habere stipendium substentationis, & acquirunt suum ius proportionaliter ad ministerium ad obtinendam substentationem.

QVÆSTIO 913.

An Ratione diei Festi accipi possit maius stipendium.

SVMMA.

1 *Plura stipendia non possunt accipi intuitu diei festi.*
2 *Intuitu diei festi potest stipendium esse maius.*
3 *Ministerium Sacerdotale in diebus festis est magis æstimabile.*
4 *Stipendium pro substentatione, crescit iuxta æstimabilitatem ministerij.*
5 *Pingue stipendium ratione circumstantiarum non prohibetur.*
6 *Vbi sunt pauci Sacerdotes, & plures quærentes eundem ministerium, stipendium debet esse maius.*

1 SVpponendum est. Aliud esse, posse accipi maius stipendium, & aliud posse satisfacere cum Missa Diei festi, multiplici stipendio. Primum dicit, quod qui celebraturus est in die festo ratione circumstantiæ temporis exigat maius stipendium intuitu ministerii, & hoc est de quo dubitatur. Secundum dicit, quod plura stipendia ordinata ad obtinendas plures Missas, applicentur pro stipendio Missæ diei festi. Et hoc est absolutè illicitum, quia est contra obligationem assumptam de celebrandis tot Missis, quot accepta sunt stipendia, & contra Decreta Sac. Congregationis *de celebrat. Miss.* in quibus præcipitur, quod absolutè tot missæ celebrentur, quot acceptæ sunt Eleemosinæ.

Dicendum est. In diebus festis posse exigi maius stipendium ratione circumstantiæ temporis intuitu Celebrationis missæ. Ita Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 8. num. 13.* Matchin. *de sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 16. num. 2.* Tambutin. *de Iure Abb. tom. 1. disp. 5. qu. 9. num. 15.* Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 4. num. 8.* Homobon. *par. 1. Exam. Eccles. tract. 14. qu. 120.* Alphons. de Leone *de Iubil. par. 3. n. 12. & de potest. Confessar. qu. 6. sect. 10. num. 96.* alter Tambutio. *opusc. de sacrif. Miss. lib. 3. cap. 1. 5. n. 15. & 36.* Et ita etiam statutum est in Concil. Mediolanens. 1 1. *par. 2. Decret. 16.* 2

Ratio est. Quia ministerium Sacerdotale in diebus festis est magis necessarium pro commoditate Populi quam sit in cœteris diebus, & in ipsis adest specialis necessitas, quæ non adest in aliis diebus Ergo etiam his diebus est magis æstimabile, quam sit in aliis diebus intra suum ordinem. Vnde si Sacerdos celebraret sine stipendio in die festo, faceret rem magis gratam, quam si celebraret in alio Die, & is, in cuius gratiam celebraret magis ipsi obligaretur. Ergo debetur celebranti in Die festo maius stipendium, & proinde potest Sacerdos ipsum exigere, quia licet stipendium non sit pretium. quia tamen debetur pro substentatione intuitu ministerij exhibiti, debetur etiam cum proportione ad æstimabilitatem ministerij, ita vt quanta est æstimabilitas ministerij in suo genere, tāta sit obligatio ministrandi substentationem. Quia obligatio ministrandi substentationem debet crescere proportionaliter ad obligationem, quam suscipit Sacerdos. Hæc autem crescit, quo magis crescit in æstimabilitate id, ad quod se obligat. 3

Confirmatur. Quamuis stipendium non sit pretium celebrationis seruat tamen proportionem cum ministerio, quod exhibetur à Sacerdote; quia non datur pro tota substentatione, sed pro parte, vt constabit ex dicendis, quia scilicet ministerium non occupat totaliter Sacerdotem, sed pro parte aliqua Diei. Et ideò debet seruata proportione comparari ad ipsum, sicut cōparatur pretium ad res pretio æstimabiles. Ergo sicut pretiū crescit ex multitudine emptorū, & decrescit ex paucitate, ita etiam debebit crescere stipendium pro substentatione ex multitudine quærentium Sacerdotes pro celebratione, vt contingit in diebus Festis, quia tunc ministerium Sacerdotale redditur magis æstimabile, & proinde dignum ampliori substentatione, sic etiam seruitium temporale gratis exhibitum quo magis est æstimabile, eo magis obligat eum, cui exhibetur, atque adeò si velit ratione gratitudinis remunerari tenetur ampliori modo remunerari. 4

Neque obstant, vt quidam putant Decreta sacræ Congregat. *de celebratione Miss.* quia in ipsis de hoc peculiari Casu nihil disponitur, neque enim prohibent, quia exigi possit pinguius stipendium ratione circumstantiarum, sed solum quod non satisfacit vnica Missa pluribus obligationibus ex diuersis stipendijs contractis, sed quod tot omninò Missæ celebrentur, quot fuerint stipendia exhibita pro pluribus Missis, quod idem est, ac quod tot Missæ celebrentur, quot exiguntur intuitu stipendiorum; quod est quid longè diuersum, quia in præsenti casu erit vnicum stipendium pro vna Missa sed pinguius. 5

Ex dictis

11 Ex dictis sequitur, qood stante paucitate Sacerdotum, præsertim si adsit multitudo commendantium Missas, posset exigi maius stipendium, quàm aliàs exigeretur, quia militat ratio; ex hoc enim capite redditur ministeriom Sacerdotale magis æstimabile in suo ordine, & propterea si impendatur est dignum ampliori substentatione.

QVÆSTIO 914.

An liceat anticipatè exigere stipendium celebrationis Missarum, aut fideiussionem.

SVMMA.

1 *Anticipata solutio intuitu rei sacræ an sapiat simoniam.*

2 *Stipendium intuitu celebrationis potest anticipatè exigi.*

3 *Solutio anticipata, aut cautio de soluendo non variat conuentionem.*

4 *Anticipata solutio, quando indicet simoniam.*

5 *Denegato stipendio potest celebrans instituere actionē. Actio institui potest acquisito iure.*

6 *Debitor stipendij celebranti conueniri debet coram iudice Ecclesiastico.*

7 *Quando pro stipendio obtinendo possit institui actio, & quando implorari officium Iudicis.*
Qui celebrauit, nec potest obtinere stipendium, vti potest compensatione.

1 RAtio dubitandi oritur ex *Cap. In tantum de simonia,* ibi. *Cum verò expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit pretium quàm rem conferat pretiosam,* vnde anticipata solutio stipendij pro re sacra videtur damnari de simonia. Et militat etiam ratio quia dum prius exigitur stipendium videtur ipsi substerni functio ipsa Celebrationis, atque adeò deduci in venditionem.

2 Dicendum tamen est. *Posse anticipatè exigi stipendium Celebrationis Missarum, aut cautionem de soluendo, quando fuerit celebrata.* Quod ita intelligitur, vt possit Sacerdos recusare assumere obligationem celebrandi nisi ante detur ipsi stipendium, aut cautio de soluendo. Ita Laiman *lib. 4. Theol. moral. tract. 10. cap. vlt. §. 2. n. 15.* in fine, Sanchez *lib. 2. Consil. moral. cap. 3. dub. 11. n. 13.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 4. n. 39.* Garxia *in summ. tract. 3. difficul. 10. dub. 1. n. 16.*

3 Ratio est. Quia solutio anticipata, aut cautio de soluendo non variat naturam contractus, cum sit aliquid extrinsecum contractui. Ergo si contractus de se est licitus, nec cōtinet simoniam, erit etiam licitus, licèt anticipatè exigatur stipendiū, aut cautio de soluēdo. Et in præsenti semper stipendium erit pro substentatione, quæ cum sit debita celebranti Missam de iure naturæ, potest poni in tuto à celebrante ad euitandas lites, aut mediante anticipata solutione, aut cautione de soluendo.

4 Ad rationem dubitandi resp. Dictum illud Pontificis Innocentij III. esse accipiendum secundum subiectam materiam; vt nimirùm anticipata receptio magis exprimat venditionis speciem & simoniam, quando reuera in contractū interuenit simonia, vt in illo casu, de quo Pontifex. Agebatur enim de suffraganeis Archiepiscopi Cantuariensis, qui vendebant sacrum Chrisma, & pretium quod accipiebant, vocabant Denarios Chrismales, ad occultandam autem simoniam, cœperunt vocare denarios Paschales, & denique ad magis occultandum simoniam in media quadragesima exigebant hanc pecuniam & vocabant consuetudinem mediæ quadragesimæ. Dicit ergo Pontifex, quod ista anticipata solutio expressiùs exprimit venditurus speciem, quia nullum alium habebat titulum, vndè solueretur, & ideo tanquam anticipatum pretium Chrismatis, magis exprimebat venditionem. Ad rationem negat. Sequel. quia in casu præsenti anticipata solutio habet eundem titulum, quem haberet si postea solueretur, nempè debitum substentationis.

Ex dictis sequitur. Quod si denegetur stipendium Sacerdoti postquam celebrauit, potest instituere actionem coram Iudice, & instare de solutione, vt tradunt Nauar. *cap. 23. manual. n. 106.* Petrus Nauar. *lib. 2. de rest. cap. 2. n. 305.* Corduba *in sum. casu 27.* Henriq. *lib. 9. sum. cap. 27. n. 1.* Suarez *disp. 86. de Euchar. sect. 1. ver. Circa alium modum.* Scortia *lib. 2. de sacrific. miss. cap. 10. n. 2.* Bonac. *disp. 4. de sacramen. quæst. vlt. pun. 8. num. 2.* Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst. 6. sect. 4. n. 40.* Garxia *in sum. tract. 3. difficul. 10. pun. 5. n. 16.* Nam eo ipso, quod Sacerdos satisfecit propriæ obligationi in exhibendo sacerdotale ministerium in sacrificio offerendo habet ius petendi stipendium substentationis sibi promissum, quia iam fecit suum, atque instituendi actionem contra debitorem. Et desumitur ex Cap. *Ad Apostolicam, De simon.* vbi Innocentius III. in Concil. Lateranens. præcepit ministris Ecclesiæ prauis abstinere ex actionibus, & iniungit Episcopis, quod faciāt seruari pias Consuetudines tribuendi aliquid ministris Ecclesiæ in substentationem, quando impendūt suum ministerium Laicis, quod à fortiori locum habet in præsenti, nam non solum adest consuetudo, sed etiam ius acquisitum. 5

Sequitur. 2. Quod in prædicto casu Sacerdos; qui exigit sibi solui stipendium ob Missas celebratas debet conuenire debitorem coram Iudice Ecclesiastico nempè Ordinario. Ita Rebuff. *in tract. Quando secul. n. 6.* Fragos. *de Regim. Christ. Reipubl. par. 1. lib. 2. disp. 4. §. 4. memb. 9. vers. Consequenter etiam.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 4. n. 40.* Garxia *in summ. tract. 3. difficul. 10. pun. 1. n. 16.* quia licet Actor sequatur forum rei, in hoc tamen casu Laicus subditur Iudici Ecclesiastico, quia ratione rei de qua agitur sortitur forum apud ipsum iuxta Cap. *fin. de foro compet.* nam agitur de stipendio substentationis personæ Ecclesiasticæ, & debito intuitu spiritualis ministerij, de quo iudicare, determinare, taxare pertinet ad Ecclesiasticum Iudicem quod etiam desumitur ex d. Cap. *Ad Apostolicam de simon.* vbi iniungitur Episcopis, quod cogant Laicos seruare pias consuetudines dandi aliquid Sacerdotibus pro substentatione, quando ad eorum instantiam exercent ministeria spiritualia, etiam in hoc casu per hunc text. Episcopum habere Iurisdictionem in Laicos, vt notant Glos. *in eundem text. in figurac. Casus.* in fine, Abbas *num. 2.* 6

Sequitur. 3. Quomodo in hoc casu procedendum sit, nam si intercessit pactum & potest ostendi, potest Sacerdos qui celebrauit instituere actionem; si vero non intercessit pactum sed tantum celebrarit ad instātiam alicuius, potest contra ipsum implorare officium Iudicis, qui tenebitur subuenire, iuxta ea quæ tradunt Io. Andr. *in d. cap. Ad Apostolicam n. 5.* in fin. *de simon.* Ananias *n. 2.* Alphon de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 4. n. 41.* Hæc autem procedunt de Iure, nam in locis particularibus potest esse diuersa consuetudo, quæ erit seruanda, vt notat etiam Garxia *in sum. tract. 3. difficult. 10. pun. 1. n. 16.* 7

Sequitur 4. vt tradunt etiam Rebell. *de oblig. Iust. par. 1. lib. 2. de restit. quæst. 18. n. 4.* in fin Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 41. art. 23.* Valer. *in Differen. vtriusque for. verbo* Compensatio *n. 2.* Garzia *in sum. tract. 3. diffic. 10. dub. 1. n. 16.* in fine, Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 4. n. 4.* Sacerdotem, qui Missas celebrauit, nec potest obtinere stipendium debitum, vti posse occulta compensatione. Debetur enim illi 8

 S 2 stipen

ſtipendium ex Iuſtitia, & ptoinde habet ius ad ipſum obtinendum & ad ſe teddendum indemnem, & idco ſi non poteſt alio modo recupetare, vti poterit occulta Compenſarione, dummodo fiat de bonis proprijs eiuſdem ereditoris.

QVÆSTIO 915.

An qui ex diſpoſitione Defunctorum commendant Miſſas, teneantur exhibere integrum ſtipendium conſuetum.

SVMMA.

1 *Dup'ex modus ſolnendi minus ſtipendium pro Miſſis Teſtatorum.*
2 *Curantes celebrari Miſſas relictas à Teſtatore, tenentur dare integrum ſtipendium Regionis.*
3 *Aliàs fraudant mentem Teſtatoris cum eius praiudicio.*
4 *Recipientes ſtipendia diminuta contra mentem Teſtatoris, an poſſint celebrare pauciores Miſſas.*
5 *Non ſoluentes integra ſtipendia pro Miſſis Teſtatoris, in quonam damnificent.*
6 *Recipientes diminuta ſtipendia, poſſunt cogere ad eroganda integra iuxta morem Regionis, quando celebrant ex Teſtamento.*
7 *Soluentes diminuta ſtipendia pro Miſſis Teſtatorum, tenentur ad reſarciendum.*

1 DVpliciter contingere poteſt, quod Hætedes, ſeu quicumque alij qui tenentur cutare, vt pto aliquo Defunctu celebretur certus numetus Miſſarum, non ſoluant totum integrum ſtipendium, vel quia adſint paupetes Sacetdotes, ſeu Regulares, qui minuri ſtipendio eas celebrent, eò quod ſatios iudicent habete illud ſtipendium, quam nullum, vel quia curent celebrari in aliquo alio loco, vbi ſtipendium ſoleat eſſe minus. Vttoque enim modo, ſicut ſoluunt minos ſtipendium quàm ſit conſuetum Regionis, ita etiam eadem eſt difficultas.

2 Dicendum. eſt: *Haredes, ſeu quoſcumque alios qui ex diſpoſitione defunctorum faciunt Miſſas celebrare, teneri exhibere integrum conſuetum ſtipendium Regionis vbi Teſtamentum defuncti ſortiri debet effectum.* Etſi reperirent, qui minori ſtipendio celebrarent. Ita facundez *pracep. 1. Eccleſ. lib. 3. cap. 10. n. 9.* Alphonſ. de Leone *de offic. Capel. quaſt. 8. ſect. 5. n. 20.* Auetſa *quaſt. 11. de. Euchar. ſect. 17.* ver *Tenentur etiam.* Ftanc. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 12. quaſt. 5. n. 50.* Gatzia *in ſum. tract. 3. diffic. 10. dub. 2. n. 10.* Et deſumitur ex ijs quæ tradunt Suarez *diſp. 80. de Euchar. ſect. 4* ver. *vnde*, Miran. *tom. 1. Manual. quaſt. 41. ar. 23. conclnſ. 3.* Baun. *par. 1. Theol moral. tract. 10. quaſt. 12. de reſtit. quaſt. 3.* quatenus docent, quod recipientes minota ſtipendia conſuetis, poſſunt ſe indemnes ſeruare, celebrando ſolum tot Miſſas, quot eſſent iuſta ſtipendia. Quod etiam tenet Granad. *3. par. controu. 6. tract. 14 diſp. 11. num. 5.*

3 Ratio eſt. Quia quãdo Teſtator iniungit celebrandom certum numetum Miſſarum, iniuogit etiam ſaltem tacitè erogandum conſuetum ſtipeodium iuxta motem Regionis correſpondens iiſdem Miſſis, & proinde ipſum quoque cadit ſub eius diſpoſitione. Etgo ſi ij, ad quos ſpectat, non ſoluunt integrum ſtipendium, ſed adhibita aliqua induſtria ſoluunt aliquid minus, non implent meotem Teſtatotis, quæ fuit de iuſto, & conſoeto ſtipendio ſecundum vſum Regionis. Quod cedit in ptæiudicium ipſius, noo ſolum quatenus noo impletur eius voluntas, ſed etiam quatenus nun plenè mandatur executioni opus pietatis ſubminiſtrandi alimenta Sacetdotibus celebrantibus cum conſueto ſtipendio, & quatenus minorem fructum ipſe percipiet ex illis ſactificiis, ſiquidem plus fructus petcipit ex ſactificio, qui plus ad ipſum concurrit, plus autem concutit, qui etogat maius ſtipendium.

An autem tunc tecipientes illa ſtipendia diminuta 4
poſſint celebrare ſolum illas Miſſas, quæ correſponderent iuſtis ſtipendiis, vt volunt Suarez, Mitand. Baunius *n. 2.* citari negatiuè reſoluendum eſt, vt reſolnunt etiam Tamburin *De Iure Abb. tom. 2. diſp. 5. qu. 9. n. 11.* & cæteri qui ſcripſerũt poſt Decteta Sac. Congregationis *de eclebrat. Miſſ.* Quia obſtant eadem Decreta, dum ptæcipiunt, qood abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ſuot ſtipendia, qantumuis incongrua, vt conſtabit latius ex dicendis infra ſuo loco, non ſolùm ex vi dicti Decreti, ſed etiam ex oatutali ratione, neque iuuat quod accipiens huiuſmodi ſtipendia non ſe obliget ad tot Miſſas, quot ſunt illa incongtua ſtipendia, nam eo ipſo, quod illa acceptat, ſe obligat ad ſubſtaotiam petitionis exhibeotis, atque adeo ad præfixum oumerum Miſſarum.

Ex quibus ſequitur. Quod Hæredes, aut quicum- 5
que alij Exequutotes ex hoc quoque capite infetant damnum defuncto, quia fieri poteſt, quod qui accepit incongrua ſtipendia etiamſi eſſent congtua in illo loco, in quo celebtandum eſt, exiſtimet non ſibi dati ſtipendium, quod ex mente defuncti eſſet dandum, & proinde non teneri celebtare, niſi illum numerum Miſſarum, qui correſponderet ſtipendijs compotatis ſecundum motem Regionis defuncti. Et quod in hoc caſu nuo haberet locum Decretum Sactæ Congregatioois quia noo ſetuatur mens Defuncti, vndè Defunctus fraudaretur conſiderabili numero Miſſarum ex eo, quod Hætedes aut quicunque alij non ſeruarent mentem ipſius.

Sequitur 2. Quod qui celebrant huiuſmodi Miſſas, 6
quamuis, videantur acquieſcere ſtipendio incongruo, poſſiot nihilominus poſtquam celebrauerunt Miſſas, implorare officium Iudicis, vt faciat illis ſolui integtum ſtipendium iuxta conſuetudi em Regionis, vbi diſpoſitio Teſtatotis ſortitur effectum, & Iudex tenebitur ptæcipere, vt ſuluatur, & ſetuetur perfectè meos Teſtatotis, quia ex Cap. *Ad Apoſtolicam. De ſimon.* tenetur facere ſeruari piam cõſuetudinem exhibendi certa emolumenta miniſtris Eccleſiæ intuitu functiònum Eccleſiaſticarum.

Sequitur 3. Quod hæredes, aut quicumque alij, ad 7
quos ſpectat, tenentur ad teſtituendum, quod deeſt ad complendum conſuetum ſtipendium iuxta vſum Regionis, & quidem ſub peccato mottali ſi matetia ſit notabilis, oam ex mente Teſtatotis eſt debitum integrum ſtipendium ſecundum motem Regionis, & Exequutotes non poſſent mentem ipſius alterare, & ideo naſcitur in omnibus ad quos ſpectat, obligatio reſtituendi quod ab initio erat exhibendum ex mente Teſtatoris. Vnde dupliciter peccabunt. Primò quia fraudant defuctum illo beneficio, quod eius animæ prouenitet ex latgitione maiotis ſtipendij, & quia noo implent eius voluntatem Secundò quia ftaudãt Sacerdotes illo ſtipendio, quod ex mente Teſtatoris eſt ipſis debitum.

QVÆSTIO 916.

An vltra ſtipendium conſuetum Miſſæ poſſit Sacerdos aliquid exigere pro Expenſis Miniſtri, Ceræ, &c.

SVMMA.

1 *Quando pro expenſis Celebrationis, poſſit aliquid retineri.*

2 Cele

2 *Celebrans an vltra stipendium possit aliquid exigere pro expensis.*
3 *Quando possit exigere siue Ecclesia, siue priuatus Sacerdos.*

1 IN responsione *ad 7. dubium ex propositis super Decreto de celebrat. miss.* S. Congregatio habet, quod si Ecclesia habet aliàs redditus, qui insumantur pro expensis, quæ hunt in præparatione eorum, quæ sunt necessaria pro celebratione Missarum &c. non potest aliquid sibi retinere pro dictis expensis de stipendijs Missarum manualium, quod si non habeat redditus, potest retinere aliquid modicum, quod tamen non excedat dictas expensas. Ex qua respõsione satis cõstat, quod huiusmodi expensæ non sunt subministrandæ ab Ecclesia, aut ministris de proprio.

2 In præsenti dubio Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 3. par. 1. cap. 18. n. 16.* Leander *de sacram tract. 8. disp. 4. q. 13.* Marchan. *in Trib. sacram. tom. 2. tract. 2. par. 2. tit. 4. quæst. 2. in Appen. resol. 3.* Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. §. 5. n. 9.* volunt, quod singulares Sacerdotes possint aliquid exigere vltra stipẽdium pro dictis expensis. Addit tamen Tambur. hoc non esse consulendum Sacerdoti diuiti, quia sapit indignam auaritiam.

3 Verùm inhærendo prædictæ Responsioni S. Congregat. videndum est An Ecclesia, in qua celebrandæ sunt Missæ, habeat redditus pro Expensis celebrationis, si enim habet prouentus pro expensis celebrationis Missarum, neque Rector Ecclesiæ, neque priuati Sacerdotes, possunt vltra consuetum stipendium aliquid exigere pro expensis, nam dum aliunde subministrantur, non possunt exigi à commendantibus Missas. Si verò Ecclesia non habet prouentus ad hunc effectum poterit quidem Rector aliqua exigere vltrà consuetum stipendium; quia non tenetur de suo, aut de eo, quod est Ecclesiæ, sed in alios fines destinatum supplere Nec stipendium datur pro his expensis, cum detur etiam quando habet Ecclesia prouentus pro hia expensis, & ideò potest exigi quod suppleantur. Priuatus verò Sacerdos, si reperit locum, vbi possit celebrare absque eo quod det aliquid pro expensis, non potest aliquid exigere, quia non debet vendere id alteri; quod sibi gratis datur in hunc effectum, vt celebret præsertim, quia solum posset exigere vt se indemnem seruaret.

QVÆSTIO 917.

An si non soluatur de præsenti stipendium adsit obligatio celebrandi Missas.

SVMMA.

1 *Acceptans onus celebrandi cum promissione futuri stipendij, o tenetur statim implere.*
2 *Si exhibitio stipendij non sit moraliter certa, potest expectari solutio.*
3 *Quiquid damni tunc sequitur imputatur commendãti Missas sine præsenti stipendio.*
4 *Non dans de præsenti stipendium, sibi debet imputare, si non cogitat, quod possint differri Missæ.*

1 QVia contingere potest, quod quis commendet Missas celebrandas cum promissione stipendij, nec de præsenti soluat, dubitatur, an qui acceptat huiusmodi Missas celebrandas, teneatur statim celebrare. An verò possit differre quousque exhibeatur stipendium Pro solutione autem huius difficultatis considerandum est, quam certum sit, quod sit soluendum stipendium promissum; si enim sit moraliter certum, quod congruo tempore soluetur absque lite, aut alia molestia, si acceptatur onus celebrandi debet statim impleri præsertim si Missæ commendẽtur pro aliqua præsentanea necessitate, aut pro aliquo recenter defuncto, subiecta enim materia exigit accelerationem. Ita etiam Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. §. 9. num. 12. §. Respondeo.* Ratio est, quia dum stipendium est moraliter certum, & sequitur oneris acceptatio, consurgit obligatio satisfaciendi oneri assumpto, nec adest rationabile motiuum retardandi satisfactionem.

Si tamen non sit moraliter certum, quod soluetur stipendium tempore congruo, & absque difficultate, sed adsit aliquod dubium, non tenetur statim assumens onus implere obligationem assumptam, sed solum aut quando accipiat aut moraliter certificabitur de solutione stipendij. Ita etiam Tambutin. *loco num. praced. citato.* Ratio est, Quia satisfaciendo statim se exponeret periculo non habendi stipendium, aut subeundi difficultates in eo recuperando, non tenetur autem se exponere huic periculo. Deinde obligatio celebrandi est mutua cum obligatione dandi stipendium, & sibi inuicem correspondent in qualificatione. Ergo si est dubium an obligatio dandi stipendium sit certò habitura effectum, erit etiam dubium, an obigatio celebrandi debeat habere effectum, non tenetur autem implere obligationes dubias, & exhibere solutionem certam pro debito dubio. 2

Dices. Ex hoc, quod differatur celebratio Missarum, prouenire posse damnum, aut defunctis qui non percipiunt fructum sacrificiorum, aut quia non celebrantur tempore congruo pro illa necessitate, pro qua iubentur celebrari, quia multoties erit transacta occasio. Resp. Hoc totum esse imputandum illi, qui commendat Missas, quia deberet, aut de præsenti soluere stipendium, aut saltem dare idoneam cautionem, per quam solutio fieret certa, & debetet cogitare quod ob incertum stipendium non tenetur quis subire onus certum. 3

Dices 2. Id factum fuisse, si putasset, quod assumens onus non esset statim celebraturus, sed quia cõsentit celebrationi habere sufficiens fundamentum iudicandi, quod sit statim onus adimpleturus. Resp. sibi imputare debere, quod non cogitet, fieri posse, quod non statim celebrantur missæ; quia cum obligatio sit mutua, nam vnus se obligat ad dandum stipẽdium, alter ad exhibendum ministerium celebrationis, dum quis suscipit onus celebrationis suscipit cũ ordine ad obligationem dandi stipendium atque adeo secundum ipsius mensuram; si ergo obligatio dandi stipendium habet exequutionem dubiam habebit etiam obligatio celebrandi cum sit in eadem mensura. Sibi ergo imputare debet, quod non reddat certã talem obligationem, nec debet putare, quod suscipiens onus plus se obliger, quam teneatur se obligare. Et proinde si remanet deceptus ipse sibi est causa deceptionis. 4

QVÆSTIO 918.

Quale debeat esse stipendium Missa.

SVMMA.

1 *Stipendium pro sustentatione celebrantis cur detur in pecunia.*
2 *Potest exhiberi in quacumque materia pretio æstimabili.*
Appellatione pecunia venit quecunque res pretio æstimabilis.
3 *Æstimatio ad effectum sciendi valorem non inducit venditionem.*
4 *Qui accepit pecuniam, potest res alias dare pro sub-*

stentatione celebrantis.

5 *Neque in hoc interuenit negociatio.*

6 *Res qua traditur loco pecunia pro substentatione celebrantis, non potest pluris æstimari, quam valeat. Qui accepit stependium pingue, si loco illius det alias res, debet computare numerum Missarum ad mensuram stipendij.*

1 CVm stipendium Missæ accipiatur pro substentatione difficultas est, quale debeat esse, seu in quanam materia sit exhibendum. Certum est autẽ quod non est necessarium, quod exhibeatur in materia cõmestibili, quæ inseruiat immediatè pro substentatione, vt constat ex praxi, nam hoc esset difficile, & incõmodum eidem Sacerduti, qui multutiès plus indiget alia re, quam materia commestibili. Et etiam quia nomine substentationis non solum venit cibus, & potus sed etiam vestitus, & quæcumque res alia, quæ necessaria sit pro humano vsu, vndè includitur etiam habitatio, & ideò cum stipendium Missæ non sit totalis substentatio oportet, quod sit tale, quod possit conuerti in humanos vsus, & ideò introductum est. vt detur in pecunia tanquam in ea, quæ conuerti potest in quamcumque rem necessariam. Solum ergo difficultas est, an pro stipendio dari possit quæcumque res pretio æstimabilis, vt liber, frumentum, vestis, aut quid simile.

2 Dicendom est, pro stipendio Missæ dari posse quamcumque rem pretio æstimabilem. Ita Corduba *in sum. quæst.* 27. Ledesm. *par.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 18. *con. l.* 14. Vega *par* 2. *sum. cap.* 10 r. *cas.* 47. Alphon de Leone *de off. Capell. quæst.* 6 *sect.* 5. *n.* 50. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 1. *n.* 8. Ratio est. Quia sufficit, quod satisfiat Sacerdoti pro obligatione substentationis; quod autem satisfiat cum hac, vel illa re materialiter se habet, quia sufficit, quod sit pretio æstimabilis, & quod acceptetur pro stipendio. Præsertim quia pecuniæ appellatione venit quæcumque res pretio æstimabilis. *L. Nam quod* in fine, *Ad Trebel.* & *l. pecunia, ff de verb. signif.* vbi Glos. *final.* & item glos. *in l.* 1. § *fin. de colum.* per illum text. *& in Clemen. Nolentes verbo* Pecunia *deberet.* Et proinde quocumque modo satisfiat Creditori, censetur satisfactum cum pecunia, vt dixit Rota *decis.* 28. *n.* 1. *coram Ludouis.*

3 Dices Si pro stipendio detur alia res, quam pecunia oportet, quod interueniat æstimatio rei, quæ datur, æstimatio autem inducit venditionem, atque adeò simoniam. Resp. Oportere quod interueniat æstimatio pro adæquatione inter rem, quæ datur, & pecuniã, quæ esset iustum stipendium, atque adeò pro mensura valoris rei, quæ datur, in quo nulla interuenit venditio nam quando æstimatio fit ad effectum sciendi valorem non inducit venditionem, vt notant Ias. *in l. Ex conuentione n* 2. vers. *limita istam, C. de Pact.* Couar. *pract. quæst. cap* 28. *n.* 2. vers. *sed ex contrario.* Ludouis. *decis.* 583. *n.* 5. Rota *in Spoletana Bonorum* 6. *Aprilis* 1601. coram Pænia, & *in Romana rest. Dotis* 10. *Martij* 1608. coram eodem, *& in Ferrar. Societ.* 20. *Septembris* 1591. coram Millino. Deinde dato, quod interuenitet venditio, non esset venditio rei spiritualis, quia venderetur res, quæ datur. Interuenitet enim solutio virtualis pecuniæ pro stipendio Missæ, & Sacerdos daret hanc pecuniam pro libro, tritico &c. Vndè interuenitet duplex contractus, alius, quo conueniretur de stipendio cum Sacerdote, & alius; quo Sacerdos cederet stipendium pro tritico, libro &c.

4 Maior difficultas est. An qui accepit stipendia Missarum in pecunia, possit Missas alteri commendare celebrandas tribuendo loco pecuniæ librum, triticum, Tabulam pictam vel quid pretio æstimabile. Resp. posse retenta sibi pecunia dare æquiualens in alia materia, Ita Ledesm. *par.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 18. *conclus.* 14. Alphons de Leone *de offic. Capell. quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 54. quia sufficit quod detur iustum stipẽdium, seu æquiualens illius quod ipse recepit, vt in hoc seruetur dispositio Decretorum *de celebrat. Missar.* quod commendans alijs Missas det totum illud stipendium, quod ipse accepit nulla parte sibi retenta, nec fit iniuria accipienti, si non detur pecunia, quia non habet ius, quod ipsi commendentur missæ & quod stipendium detur in tali materia ipse consentit, & acceptat.

Dices. Non posse eum, cui primò commendantur 5
Missæ celebrandæ, vti stipendio ipsarum ad distrahẽdas res vendibiles proprias, quia in hoc apparet negociatio super stipẽdio Missarũ. Resp. Non interuenire aliquam aliam negociationem, nisi permutationem vnius rei in aliam æquiualentem, quam potest facere, qui habet Missas commendatas, quia suscipiens in se obligationem, facit suum stipendium, & acquirit dominium, licèt sub modo, nam resoluitur dominium, si non impleat obligationem. Dum ergo transfert in aliam obligationem, quam in se assumpserat, quia tenetur transferre cum eodem stipendio æquiualenti, seu in quantitate, licèt non specie, quia cum fecerit suum non tenetur eandem speciem tradere, sed sufficit tradat eandem quantitatem in æquiualentia. 6

Est tamen aduertendum, quod ille, qui accepit stipendium in pecunia, non potest tradere rem aliquam loco stipendij alteri, cui Missarum celebrationem iniungit eam pluris æstimando, quam valeat, vt si traderet librum, Coronam, quæ valerent decem Iulijs, & exigeret celebrari duodecim aut 15. Missas, vt notant etiam Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 18. *de Euchar. conclus.* 14. Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 55. Ratio clara est Quia pro quindecim Missis daret tantum stipendium decem Missarum, & stipendium aliarum quinque sibi retineret; quod est contra Decreta sacræ Congregationis, *de Celebrat. Miss.* vbi præcipit, quod commendans alijs Missas acceptas, nullam possit sibi retinere partem stipendij, & etiam peccaret contra Iustitiam, quia æstimaret pluris, quàm valeret rem traditam, & iuxta hanc æstimationem tribueret stipendium pro Missis, quod non licet, saltem quando æstimatio excederet summum pretium.

Secundò est aduertendum cum eodem Ledesma *n.* 7
praced. citat. Alphonso de Leone *n.* 54. *citat. sect.* Quod si quis pro celebrandis Missis accipiat stipendia pinguia, nempè singula duorum, aut quatuor, aut quinque Iuliorum, & eas alteri celebrandum commendet exhibendo librum, vel aliquid aliud pro stipendio, tenetur exigere tantum illas Missas, quarum pingue stipendium æquiualet valori libri, aut alterius rei, vt si liber valet decem Iulijs, & ipse pro singulis Missis accepit stipendium quinque Iuliorum non poterit exigere, nisi duas Missas, vt seruetur debita æqualitas. Ratio est. Quia commendans alijs Missas acceptas tenetur illis tradere integrum stipendium acceptum, quantumuis pingue Si autem non computant Missas iuxta stipendium acceptum, sed iuxta consuetum, non daret totum stipendium. Imò committeret Iniustitiam, quia librũ valóris decem Iuliorum daret pro 50. Iuliis si stipendium esset decem Iuliorum. An autem in aliquo casu, vt quando pingue stipendium datur intuitu personæ, possit oppositum habere locum, constabit ex infrà dicendis vbi de non retinenda sibi parte stipendii Missarum.

* * *

QVÆST

Qvæstio 919.

An liceat Missam cum Missa permutare.

SVMMA.

1 *Missæ permutatio diverso modo contingere potest.*
2 *Missa permutatio an licita.* & num. seq.
4 *Bona spiritualia sunt inuicem communicabilia.*
5 *Quid requiratur ad inducendam simoniam.*
6 *Beneficia sine licentia non possunt inuicem permutari. & cur?*
7 *Gratuita datio excludit tantum pretium.*
8 *Permutatio Missa non subijcit contractori rem spiritualem.*

1 POtest ex diuersa occasione contingere, quod sacerdotes inuicem Missas permutent, vt si quis grauatus pluribus Missis nequeat oppositione tempore satisfacere, & conueniat cum alijs sacerdotibus, qood ipsi aliquam partem celebrent tot Missas postea ipse ad eorum instamtiam celebraturus; Vel si quis sit obligatus celebrare in vno loco, & alius in alio, & inuicem permutent, aut aliquo alio modo, quo permutatio contingere posit.

2 Prima sententia negat, licitam esse hanc permutationem Ita Richard. *in 4. dist. 25. ar. 3. quæst. 1 ad.* 1. Adrian. *quodlib. 9. ad 4.* Siluester *verbo.* Simonia *quæst. 16. dicto* 4. Tabiena *num.* 46. Armillia *num.* 42. Rosel. *verbo* simonia 1. *num.* 8. Astens. *lib. 6 tit 55. ar. 3. quæst.* 4 Lopez *par. 1 Instruc. cap.* 299. in fine, Petrus Nauar. *lib. 2. de restit. cap. 1. num.* 386. Fundamentum est. Quia dum interuenit pactum, spiritualia non gratis dantur, nam permutatio non est gratuita datio. Hoc autem est contra illud Christi Math. 10. *Gratis accepistis gratis date.* 2. Ista permutatio subijcit Contractui rem spiritualem, quod est contra reuerentiam ipsi debitam, & indicat permutātem habere dominium illius, cum tamen non habeat, cum non sit Duminus rerum spiritualium.

3 Secunda sententia asserit, esse licitum Ita D. Th. *in 4. dist. 25. quæst. 3. ar. 3. ad* 8. Durand. *quæst. 5. num. 9.* Argent. *quæst. vn. ar. 4. ad 3.* Maior. *quæst. 6. conclus.* 1. Panorm. *in cap. scripturæ nu.* 4. De voto. Io. de Friburgo *lib. 1. sum. tit. 1. §. 6. lit. F.* Couarr. *lib. 1. variar. resol. cap. 5. num.* 4. Lessius *lib. 2. de Iust. & Iur. quæst. 5. ar. 2. ad* 3. Azor. *par. 3. lib. 12. cap. 3. quæst. 2. ver. vnde si quæras* victoria *relect. de simonia num.* 17. Valent. *tom. 3. disp. 6. quæst. 16. pun. 3. quæst. 4.* ver. *Ad confirmationem* Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 30. num. 5. & cap. 31. num.* 20. Ledesma *par. 2. summ. tract. de simon. cap. 12. conclus.* 21. vers. *Aduertesi:* Villalob *par. 1. sum. tract. 17. diffic. 3. num.* 1. Filliuc. *tract. 45. cap. 7. num. 6. & 14.* Tolet. *lib. 5. sum. cap. 88. num.* 2. Sanchez *lib. 2. consil. cap 3. dub.* 44. Palaus *par. 3. oper. mor. tract. 17. disp. 3. pun. 15. num.* 1. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 6. num.* 57. Garzia *in sum tract. difficul. 10. dub. 1. num.* 17.

4 Dicendum est *licitam esse permutationem Missarum cum Missis etiam interueniente pacto.* Prob. Licita est huiusmodi permutatio sine pacto, vt aduertunt etiam Doctores oppositæ sententiæ. Ergo etiam cum pacto, quia pactum tantum firmat, noo autem immutat cōtractum, seu quasi cootractum, sed relinquit in sua Natura, & proinde si est licitus remanet licitus, & si illicitus, talis quoque remanet. Anteced. prob. Quia nihil aliud obstare videtur, nisi spiritoalitas, quæ tamen non obstat, quia non impedit quin bona spiritualia alteri communicari possint, vnde sum sint inuicem communicabilia, poterunt etiam inuicem ad æqualitatem communicari, qoia coocessa communicabilitate, conceditur etiam mensura communicabilitatis; Quod autem sint inuicem commonicabilia, ex eo constat, quod hæc communicatio practicatur continuò io Ecclesia, in qua fideles sibi inuicem communicant propria bona spiritualia, & prouenit ex natura eorumdem honorum, quæ sunt alteri Communicabilia, vt constat in bonis Christi, & Sanctorum, quæ in Thesauro Ecclesiæ reposita nobis communicantur.

Confir. Ad inducendam simoniam requiritur pretium, seu res pretio æstimabilis, itavt detur pro re spirituali iuxta illud Actor. 8. *Quoniam Donum Dei existimasti pecunia possideri*, Ergo Commutatio spiritualis cum spirituali non inducet simoniam, quia non datur pretio estimabile pro spirituali, sed commutātur spiritualia cum spiritualibus seruata conditione, & vsu debito eorundem, ita vt adhuc in hac commutatione ordinentur ad eundem finem, nec interueniat aliquis abusus. 5

Dices Beneficia, quamuis siot spiritualia, non possunt sine licentia inuicem permutari Cap. *Quæsitum*, & Cap. *cum olim. de rer. permut.* Ergo non est licita permutatiò spiritualium. Resp. neg. Conseq. quia est diuersa ratio de beneficijs, siquidem cum habeant annexum etiam temporale, potest facile interuenire simonia, vt nimirum detur beneficium propter fructus alterius beneficij pinguiores, & ideo huiusmodi permutatio de Iure Canonico est prohibita tanquam præsumpta simoniaca Quæ tamen prohibitio non debet extendi ad res purè spirituales, tum quia tanquā odiosa debet restringi, tum quia in his oon adest præsumptio simoniæ. 6

Ad 1. resp. Gratuitam dationem, quæ iniungitur in communicatione spiritualium, excludere tantum pretium, ne scilicet spiritualiā cōuertantur in lucrū temporale, & hoc pacto expoount Patres illum locum Lucæ, 10. *Gratis accepistis. gratis date*, præsertim Hier & Chrysost. Deinde ista permutatio non excludit gratuitam dationem, quando celebratur Missa ad alterius instantiam, & accipitur stipendium, quia non accipitur stipendium pro Missa, sed pro substentatione; Nam pactum quod interuenit noo est de dando spirituali, pro spirituali, sed de Motua communicatione spiritualium, nempè communica ad meam instantiam Missam, & ego ad tui instantiam communicabo alteram Missam & ideo commuñicatio Missæ ex vtraque parte fit gratis. 7

Ad 2. per istam commutationem, seu potius mutuam communicationem non subijci contractui rem spiritualem, sed communicari prout secundum suam naturam commuoicari potest. Nam subijci cootractui propriè dicit, quod res, quæ subijcitur, sit materia, circa quam versatur contractus, quod non contingit in præsenti, quia vnos petit gratuitam cōmunicationem sacrificij ad sui instantiam, & promittit se quoque idem facturum ad instantiam ipsius, vnde conuentio noo versatur circa sacrificium, sed circa obligationem in correspondendo in communicatione quod idem contingit etiam, quando accipitur stipendium pro Missa, neque enim Missa subijcitur cootractui, licet sacerdos se obliget ad celebrandum, & accipiat stipendium, quia accipit pro substentatione, & interuenit duplex obligatio, quod contingit etiam in præsenti; nam vnus se obligat ad gratis communicandum sacrificium, & alter quoque se obligat correspondendum simili alia liberali communicatione. 8

QVÆSTIO 920.

An poſsit Confeſſarius imponere celebrationem Miſſarum pro pænitentia.

SVMMA.

1 *Confeſſarius pro ſatisfactione poteſt imponere ſacerdoti celebrationem Miſſarum.*
2 *Et Laicis quod faciant celebrare Miſſas.*
3 *Si relinquat pænitenti electionem Sacerdotis &c. excluditur omnis ſpecies mali.*
4 *An poſſit intendere, quod ſibi commendentur.*
5 *Lucrum ex ſtipendio eſſet tantum cauſa impulſiua.*
6 *Quid ſi iniungat, vt ſibi commendet celebrandas.*
7 *Quomodo in hoc peccaret.*
8 *Quid ſi ſolum ſuaderet, vt pænitens eas ſibi commendaret.*
9 *Pænitentia iniuncta celebrationis Miſſarum non impletur, ſi quis gratis celebret.*
10 *Quid ſi Miſſæ ſint celebrandæ pro defunctis.*

1 SVpponendum eſt taoquam cettum, Confeſſarium imponere poſſe pœnitenti Sacerdoti, quod pro ſatisfactione peccatorom celebret aliquas Miſſas. Siquidem omnia opera pœnalia, & ſatisfactoria ſunt idonea, vt imponi poſſint, ſicut deſumitur ex Concil. Tridentino *ſeſſ. 14 cap. 8. de ſacram. pœnit.* Celebratio autem Miſſæ eſt opus maximè ſatisfactorium, noo ſolum ex opete opetaotis, ſed etiam ex opete operato; Et eſt etiam opus pœnale, ſicut eſt omnis oratio, imò eſt excellentior oratio, quia nomine Eccleſiæ offertur Deo. Et in hoc conueniunt communiter Doctores in materia de pœnitentia.

2 Suppooendum 2. Confeſſarios poſſe etiam laicis imponere, quod pro ſatisfactione ſuorum peccatorũ faciant celebrari aliquas Miſſas. Hoc enim eſt opus perſonale ſatisfactorium, quatenus priuat pœnitentes aliqua pecunia, & quatenus facit quod tanquam cooperatores ſacrificij, ſpeciali modo participent de illius ſatisfactione Vnde etiam ſi hæc ſacrificia non offerentur pro ipſis pœnitentibus, ſed pro defunctis, adhuc participarent in ſatisfactione ſacrificij, vt conſtat ex dictis ſuo loco; & in hoc quoque conueniunt communiter Doctores. Solùm ergo difficultas eſt, an licitè imponatur huiuſmodi pœnitentia, præſertim cùm intentione, quod ipſi Confeſſario detur eleemoſina pro Miſſis celebrandis.

3 Supponendum 3. Quod ſi Confeſſarius iniungat pœnitenti vt aliquas Miſſas celebrare faciat, & relinquat ipſius arbitrio electionem loci, & Sacerdotis per quem fiot celebrandæ, non ſolùm excludetur omne malum, ſed etiam omnis ſpecies mali, quia hoc ſufficienter declarabit, quod Confeſſarius non imponat talem pœnitentiam ob proprium intereſſe, ſed ſolum in beneficium pœnitentis. Et ideò dubium ſolum remanet, quando Confeſſarius intendit, quod hæ Miſſæ ipſi commendentur celebrandæ: aut etiam iniungat commendari.

4 Conrad *par. 2. reſponſ. moral quæſt.* 358. putat ſolam intentionem, quod iſtæ Miſſæ ſibi commendentur, reddere illicitam impoſitionem huiuſmodi pœnitentiæ Filliuc. autem *tract. 45. cap. 4. num. 36. Caſu.* 4. inquit, quod Confeſſarius eſſet ſimoniacus, ſi obligaret pœnitentem, vt ſibi commendaret Miſſas celebrãdas, cui videtur adhærere Alphon. de Leone *de offic. Capel. quæſt. 6. ſect. 7. num.* 73. & Nolæ vt refert Graf *de quinque caſibus reſeru. lib. 1 cap.* 11. iſte eſt vnus ex caſibus reſeruatis, & Caſtellaneis quoque eſt caſus reſeruatus vt refert Alphonſ. de Leone *citatus.*

Verum qood ſpectat ad intentiooem quamuis in imponenda hac pœnitentia, adſit animus, quod iſtæ Miſſæ ſibi demandentur celebrandæ, non video quid mali interueniat. Nam motiuum imponendi hanc pœnitentiam, & finis principalis non eſt illud lucrum, quod ſperatur ex ſtipendio Miſſarum, ſed eſt ſolum cauſa impulſiua quæ non reddit illicitam impoſitionem talis pœnitentiæ, nec facit, quod intendatur tanquam pretium ſacramenti pœnitentiæ, neq; tanqoam lucrum ex adminiſtratione illius: ſed ſolum tanquam ſtipendium ſubſtentationis debitum ratione celebrationis Miſſæ; in quo nihil inordinatum ioteruenit, alioquin non eſſet licitum deſiderare, neq. procurare, quod ſibi dentur ſtipendio promiſſis.

Si verò iniungat pœnitenti, vt ſibi commendet dictas miſſas celebrandas, neque adhuc video, quod interueniat aliqua ſimunia: Nam iotendit, & vult, quod illud ſtipendium ſibi detur eo modo, quo datur, quando iniunguntur miſſæ celebrandæ. Vnde ſicut tunc licitè accipitur, & datur, ita etiam in præſenti licitè acciperetur & daretur. Et cum adſit titulus iuſtus, quo detur non poteſt dici, quod reſpectu adminiſtrationis Sacramenti pœnitentiæ inducat aliquam rationem ſimoniæ quaſi nõ gratis adminiſtretur, quia ſolum ex occaſione adminiſtrationis accipitur occaſio habendi aliqua ſtipendia Miſſarom, quod non excludit gratuitam adminiſtrationem. 5

Solùm ergo peccaret Confeſſarius, quia abuteretur poteſtate Sacerdotali in imponenda pœnitentia: nam cum ſit data à Chriſto ad vindicanda per pænas congruas, peccata pœnitentum; atque adeò in beneficium animarum ipſarum, vt deſumitur ex Concilio Trident, *ſeſſ. 14. cap. 8. de ſacram. pœnit.* illam conuerteret ad proprium intereſſe; atque adeò deflecteret à debito ordine. Nec iuuat, ſi dicatur, quod principaliter ordinaretur ad ſpirituale beneficium pœnitentis, quia cum hoc non tollat quin ordinetur etiam ad tẽporale intereſſe Confeſſarij, neque etiam tollit, quin habeat annexum concomitanter etiam peccatum, & ſcandalom pœnitentis. Et proinde ex hoc capite eſt caſus reſeruatus apud Eccleſias de quibus *num.* 4. 6

Ex dictis ſequitur. Quod ſi tantum ſuaderet pœnitenti, vt ſibi commendaret celebrandas Miſſas impoſitas pro pœnitentia ſecluſo ſcandalo pœnitentis, manifeſtando ſuam indigentiam, non peccaret, quia non obligaret pœnitentem, vt ſibi daret, & proiode non abuteretur poteſtate ſuæ Iuriſdictionis in foro pœnitentiali, ſed adhuc remaneret liberum pœnitenti cõmendare cui voluerit. Tota enim deformitas, quæ in hoc interueniret, conſiſtit in abuſu ſuæ poteſtatis, qui ceſſat quando non imponitur obligatio, ſed ſolum ſuaſio, quia hæc non eſt actus talis poteſtatis. 7

Sequitur 2. Quod, quando Confeſſarius imponit pœnitenti, vt faciat celebrare aliquas miſſas, vt notaot etiam Facundez *precept. 1. Eccleſ. lib. 3. cap. 10. n.* 10. Alphonſus de Leone *de offic. Capel. quæſt. 6. ſect. 7. n.* 68. non ſatisfacit pœnitentiæ iniunctæ, ſi in eius gratiam aliquis Sacerdos celebret gratis dictas Miſſas. Nam in impoſitione huius pœniteotiæ, oon ſolum intenditur celebratio Miſſæ, ſed etiam illa quantitas in erogatione ſtipendij, quæ cum non interueniat, ſi gratis celebrẽtur Miſſæ, oon eſt illa pœnitentia, quæ eſt ioiuncta. 8

Et quamuis Alphonſus de Leone modò citatus putet, quod ſufficiat gratuita celebratio ſi Miſſæ imponantur pro defunctis, pro peccatis, &c. Hoc tamen non eſt admittendum, quia vt deſumitur ex dicto *cap. 8. de ſacram. pœnit. ſeſſ.* 14. Conc. Trid. debent opera iniuncta pro penitentia eſſe pœnalia, & ideò præſomendum eſt, quod Coofeſſarius intendat ſemper celebrationem miſſarum cum erogatione ſtipendij, vt hoc pacto ſit ipſi pœnitenti opus pænale, quia 9

ſi

ſi intenderet ſolum quocumque modo celebrationem Miſſarum in beneficium defunctorum, non puniret culpas pœnitentis, ſicut debet punire.

QVÆSTIO 921.

An Confeſſarius intendens ſolam mulctam pecuniariam, poſſit iniungere pœnitenti, quod faciat celebrare Miſſas eo fine, vt non teneatur celebrare, ſi ipſi commendentur.

SVMMA.

1 *Confeſſarius qua intentione imponere poſſit pœnitenti, quod faciat Miſſas celebrare.*

2 *Confeſſarius an teneatur celebrare Miſſas, ſi in impoſitione intenderit ſolum mulctam pecuniarum.*
Intentio fundata in errore nullam habet vim.

3 *Pœnitens, an poſſit obligare Confeſſarium ad celebrandas Miſſas, quando ipſe noluit pro pœnitentia eſſe celebrandas.*

4 *Confeſſarius peccat intendens non imponere pro pœnitentia Celebrationem ſi ſibi dentur ſtipendia.*

5 *Quid ſi habeat intentionem conditionatam non obligandi ad Celebrationem, ſi ipſi dentur ſtipendia.*

1 QVidam Confeſſarius iniungebat pœnitentibus pro pœnitentia, quod facerent celebrare aliquas Miſſas, ſed reuera intendebat ſolùm eo mulctare in pecunia, vt eam erogarent tanquam liberam eleemoſinam, id que eo fine agebat, vt ſi pœnitentes ipſi commendarent celebrandas, non teneretur celebrare, ſed haberet liberam eleemoſinam. Dubitatur modò an, potuerit non celebrare, & an tali pacto iniungendo hanc pœnitentiam peccauerit? Videtur enim quod obligatus fuerit celebrare, quia dabatur ipſi ſtipendium ſub hoc onere.

2 Attamen probabilius eſt, *quod non fuerit obligatus celebrare.* Quia totum quod facit pœnitens dando illam pecuniam, facit in exequutionem pœnitentiæ iniunctæ, atque adeò intendit illud, quod iniunctum fuit à Confeſſario, ita vt intentio Confeſſarij ſit menſura intentionis ipſius, & in tantum intendit celebrationem Miſſarum, in quantum putat, quod etiam Cōfeſſarius illam intenderit. Vnde cum ſit intentio fundata in errore, nullam habet vim, quia error excludit conſenſum *L. Non idcircò C. de Iure dot. & fac. Ignor. & L. ſi per errorem ff. de Iuriſdict. omn. Iud* Et voluntas errantis nihil diſponit *L. 1. C. de fal. cau. adiec. & L. fin. iuit. de Leg.* 2. Et non cenſetur imponere obligationem, cum non impoſuerit Confeſſarius.

3 Dices. Si ſciret intentionem Confeſſarij, imponeret obligationem, ne artificium ei benè cederet. Reſp. Ex hoc ſolum deduci, quod fortè imponeret, ſi ſciret; vnde ad ſummum poteſt colligi voluntas conditionata, quæ defectu conditionis nihil operatur. Deinde ſi imponeret non ſatisfaceret pœnitētiæ iniunctæ, quia voluntas Confeſſarij fuit quod eſſet eleemoſina libera, vnde adhuc teneretur ad eamdem Eleemoſinam, quia iam haberet notam intentionem Confeſſarij.

5 Non videtur tamen poſſe excludi peccatum Confeſſarij, quia decipit pœnitentem, dum ſub vna ſpecie pœnitentiæ imponit aliam, & in externo obligat ad id ad quod non intendit obligare. Vndè etiam abutitur poteſtate Iudiciali, tum quia illam conuertit ad proprium intereſſe temporale, tum quia per ipſam fingit ligare pœnitentem in eo, quo non ligat; tum quia eſt cauſa, quod non ſatisfaciat pro peccatis, ſicut putat ſatisfacere. Vnde quamuis Confeſſarius non teneatur celebrare, peccat tamen grauiter ob grauem abuſum iudiciariæ poteſtatis ſibi commiſſæ, quæ tantum in foro pœnitentiæ habet operari non autem extra ipſum cum extenſione ad intereſſe temporale.

Idem dicendum eſt, etiamſi Confeſſarius in imponenda dicta pœnitentia haberet intentionem conditionatam, vt nimirum intenderet Miſſas celebrari; ſi pœnitens tribuerit alteri ſtipendium, non intenderet autem celebrari ſi tribueret ſibi ipſi. Nam adhuc abuteretur poteſtate Iudiciali; & conuerteret pœnitentiam ſacramentalem in proprium commodum temporale. Deinde vel iudicat eſſe neceſſariam Celebrationē Miſſarum pro ſatisfactione ſacramentali: vel non iudicat. Si primum: Ergo dum non vult celebrari ſi ſibi detur ſtipendium non imponit illam pœnitentiam, quam iudicat neceſſariam. Si ſecundum: Ergo non debet imponere pœnitentiam, quam non iudicat neceſſariam, cum debeat ſe regulare iuxta indigentiam pœnitentis. 5

QVÆSTIO 922.

An ſi quis acciperet ſtipendium tanquam prætium Miſſæ, incurreret pœnas ſimoniacorum.

SVMMA.

1 *Accipiens ſtipendium pro functione celebrandi ex ignorantia, excuſatur.*

2 *Si ignorantia non ſufficiat, vt excuſet à ſimonia, an incurrat pœnas*, & num. ſeq.

4 *Cenſura non excedit caſum proprium, pro quo eſt impoſita.*

5 *Simoniacus in materia celebrationis Miſſæ, quas pœnas incurrat.*

6 *Si in celebratione Miſſæ committatur ſimonia abſque iniuſtitia non adeſt obligatio reſtituendi.*
Simonia de ſe non inducit obligationem reſtituendi.
Pœna ſimoniacorum.

IN extrauag *Cum deteſtabile de ſimon*, imponitur ſimoniacis pœnæ Excommunicationis Latæ Sententiæ. Vnde oritur dubium, an qui committit ſimoniā recipiendo ſtipendium tamquam prætium, incurrat hanc Excommunicationem, ſicut etiam cœteras pœnas. Eſt autem præmittendum, facilè contingere poſſe, quod Sacerdotes rudes putent, quod ſtipendium ſit prætium operis, quatenus exercetur functio celebrandi, & quod ſolum ipſum ſacrificium ſubſtantialiter non admittat prætium. Quia tamen hoc prouenit ex ignorantia, excuſantur à labe ſimoniæ, quia non interuenit ſtudioſa voluntas dandi ſpirituale pro temporali. Si tamen ignorantia non ſufficeret ad excuſandum, dubitatur, an haberent locum pœnæ poſitæ in Iure contra ſimoniacos. 1

Quod autem incurrat pœnas ſimoniacorum, deſumitur ex Soto *lib. 9. de Iuſtitia, & Iure quæſt. 8. art. 1.* Burgaſ. *de irregular. tit. de ſimon. num.* 91. & aliis, quatenus docent, quod dictæ pœnæ habent locum contra quoſcumque ſimoniacos in quacunque materia ſit ſimonia. Et fundantur in verbis de Extrauag. ibi *quēlibet dando, vel accipiendo ſimoniam commiſerit.* Verùm hæc verba referuntur ad ſimoniam quoad materiam in dicto Extrauagante expreſſam, & dicto *quemlibet*, refertur ad varios, modos, quibus in expreſſa ibi materia, ſimonia committi poſſit. Vnde non præbent ſufficiens fundamentum 2

Dicendum ergo. Non incurrere pœnas latas in Iure contra ſimoniacos. Ita Nauar. *cap. 23. manual n.111.* 3

num. 111. Salzedo *ad diar. art. in pract. cap.* 91. *verf.* 3. Vgolin. *de Censur. tab.* 1. *cap.* 12. *& tab.* 4. *cap.* 3. Suarez *tom.* 5. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 55. *num.* 6. *qui num. anteced. citat.* Caiet. Syluestr. Redoun. & alios, Graff. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 3. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pœnit. cap.* 12. *nnmer.* 175. qui alios citat. Filliuc. *tract.* 48. *cap.* 13. *quæst.* 1. *num* 2. Alter. *tom.* 2. *de Censf. disp.* 15. *cap.* 5. *init.* Sà *verbo*. Simonia *num.* 6. Bonac. *de Cens in partic. disp.* 2. *quæst.* 3. *pun.* 24. *num.* 17. *tem.* 3. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de simon. cap.* 11. *conclus. vlt.* Villalob. *part.* 2. *summ. tract.* 37. *difficul.* 34. *num.* 1. Lessius. *lib.* 2. *de Iust. & Iur. cap.* 35. *num.* 139. Palaus *disp.* 3. *de simon. pun.* 21. *num.* 2. quatenus docent, quod dictæ pœnæ locum habent solum quoad simoniam in materia Ordinum, Beneficiorum, & ingressus in Religionem. Et in terminis nostris Alphonf. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sect.* 8. *numer.* 74. Garzia *in sum. tract.* 3. *diffic,* 10. *dub.* 1. *num.* 19.

4 Fundamentum est. Quia Censuræ non habent locum, nisi pro Casibus, pro quibus in iure ponuntur, neque enim fit extensio de casu ad casum, neque de vna materia ad aliam, quia pendet pœna à voluntate legislatoris, quæ tantum operatur, quantum exprimit, & ideo non excedit casum proprium, pro quo est imposita, vt desumitur ex cap. *Pœna De Pœnit. dist.* 1. & docent comuniter Doctores Butrius *in Cap. fin. num.* 58. *de Consuet.* Abb. *in cap. si ex rescriptio num.* 14. *de locat.* Gemin. *in cap. stipendia. de rescript. in* 6. Io Andr. *n.* 8 Iaf. *in l. Non dubium* verf. 2. *singulariter. C. de legib.* Cranet. *de antiq. temp. part.* 4. §. 1. *num.* 150. Castro *lib.* 1. *de leg. pœn. cap.* 7. *docum.* 3. Nauar. *in cap. Pœna. num.* 1. *de pœnit. dist.* 1. Freccia *de subfeud. lib.* 2. *tit. Quis dicat Comes. num.* 4. ver. *secundus casus* Euetard. *loco à ratione Leg. larga* post med. Sayr. *lib.* 3. *clau. Reg. cap.* 8. *n.* 9. Sanchez *lib.* 10. *de matrim. disp.* 4. *num.* 3. *& lib.* 1. *sum. cap.* 10. *num.* 48. Auila *de censur. par.* 7. *disp.* 7. *dub.* 5. Pœnæ autem in iure non sunt impositæ pro simonia in quacunque materia, sed tantum in materia Ordinum, Beneficiorum, & ingressus in Religionem, vt per dict. Extrauag. *detestabile de simon.* & Constit. Martini V. Pauli II. & Pij V. obseruant citati Doctores.

5 Ex his sequi ur. Quod contra simoniacos in præsenti materia locum habebunt solùm pœnæ comminatoriæ, quæ contra simoniacos in alia materia imponuntur: & proinde non incurrent bas pœnas ipso facto, sed tantùm per sententiam Iudicis potenter ipsis subiici, vt alii citati docent. Bonacina. *dis.* 2. *de censur. in part. quæst.* 3. *punct.* 24. *num.* 19. verf. *Secunda Sententia* Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 55. *num.* 8. *& disp.* 22. *de Censur. sect.* 5. *numer.* 22. Nec obstat, quod in dict. Extrauag. innouentur, quia innouatio non mutat statum ipsorum: & proinde relinquit in ordine pœnarum ferendarum.

6 Sequitur. 2. vt notant etiam Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 59. *num.* 16. Sanchez *lib.* 2. *consi. moral. cap.* 3. *dub.* 113. Alphonsus de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sect.* 8. *num.* 76. Quod si stipendium acceptum pro pretio Celebrationis Missæ non excedat iustum stipendium, aut si excedat, sit liberaliter datum, non adesse obligationem restituendi, quia de Ordinario non est in re accepta, sed in mo do accipiendi, & proinde non interuenit Iniustitia, sed solùm simonia. Quia, quod iusto titulo potest accipi, accipitur titulo turpi, & proinde potest ratineri tanquam ex iusto titulo debitum, Simonia enim est vitium, quod opponitur Religioni, & proinde de se non inducit obligationem restituendi, nec in præsenti otiri potest ex defectu tituli, vt contingit, quando non deest titulus iustificans; siquidem adest titulus subst. ntationis, qui iustificare potest stipendium. Et proinde poterit Sacerdos mutata intentione retinere stipendium pro substentatione, it avt nouus titulus iustificet retentionem cuius defectu ob prauam intentionem non fiat iustificata acceptio, vt notat etiam Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 1. *num.* 19 in fine. Pœnas autem quas incurrunt simoniaci, recenset Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 56. *per tot.* Reginal. *lib.* 23. *cap.* 12 *sect.* 1. & 2.



DE QANTITATE STIPENDII PRO Missarum celebratione.

Cum ex dictis certum maneat, quod iustè accipiatur, & detur stipendium Sacerdotibus pro Missarum celebratione, cum mutua hinc inde obligatione, remanet inquirendum de quantitate eiusdem stipendij, vt scilicet seruari possit debita æqualitas quam exigit naturale ius, in omni mutua obligatione, circa hanc autem quantitatem occurrunt plures difficultates, quæ in præsenti examinandæ sunt.

QVÆSTIO 923.

Quid veniat appellatione substentationis, pro qua datur Missæ stipendium.

SVMMA.

1 *Appellatione substentationis veniunt alimenta, & quid appellatione alimentorum.*

2 *Integra substentatio, an debita Celebranti,* & num. sequent.

3 *Stipendium non debet inseruire pro eorum substentatione, qui pertinet ad Celebrantem.*

4 *Stipendium debet esse idem, siue Sacerdos habeat aliquos substentare, siue non habeat.*

7 *Celebranti non est debita integra substentatio, sed proportionata ministerio.*

Clericus quomodo debeat sibi victum quærere.

8 *Substentatio debet correspondere ministerio.*

9 *Stipendium pro substentatione Celebrantis, quomodo mensurandum.*

10 *Commendans Missas, non tenetur alere, quos alere tenetur Celebrans.*

11 *Inseruiens Altari, debet de ipso viuere iuxta mensuram seruitij.*

12 *Proportio stipendij pro substentatione ad ministerium in quo attendenda.*

13 *Stipendium pro substentatione Celebrantis, non debet extendi ad extinguenda debita, &c.*

CVm stipendium licitè detur, & recipiatur intuitu Celebrationis Missarum, pro substentatione 1 Sacerdotum, non potest aliquid circa eius quantitatem decerni, nisi priùs constet quid nomine substentationis intelligatur. Et quamuis certum sit, quod nomine substentationis veniunt alimenta, nomine vero alimentorum veniunt, non solùm, quæ pertinent ad victum, & vestitum, sed etiam ea omnia, sine quibus quis viuere non potest, vt habitatio, Medicinæ, & huiusmodi *legatis & L. fin. ff. de aliment. & cibra.*

cibar. leg. & notant communiter Doctores Roman. *concil.* 440. Corneus *conſ.* 286. *num.* 9. *vol.* 3, Alex. *conſ.* 178. *num.* 7. *lib.* 6. Menoch. *De arbitr. cauſa* 170. *n.* 27 Surd *de aliment.tit.*4.*quæſt.*1.*num.*1. & *quæſt.* 4. *per tot.* Attamen dubium remanet an ſtipendium Miſſarũ debeat correſpondere integræ ſubſtentationi ſeu integris alimentis, aovero tantum parti.

2 Prima ſcotentia aſſerit, ſtipendium miſſæ debere correſpondere integræ ſubſteotationi non ſolum quoad victum, & veſtitum ipſius ſacerdotis, ſed eriã eorum, qui Iure naturæ ſuæ curæ commiſſi ſunt, vt ſunt parentes, Nepotes. Hanc ſententiam refert Henriquez *lib* 9.*ſum.cap.*22 *num.*4.& *in Com.littera X.* pro ea citat Bannes, & recentiores Thomiſtas. Eam autem tradunt Caiet. 22.*quæſt.* 100. *ar.* 2. *dub.* 1. §. *Auertenda tamen ſunt.* Graf.*par.*1.*deciſ.lib.*2.*cap.* 96.*num.* 3. Nugn. 3.*par.quæſt.*83.*ar.*1.*dub.*10.*concluſ.*4. Fundamentum eſt. Quia ſacerdos tenetur alere eos, qui iure naturæ ſuæ curæ commiſſi ſunt. Non debet autem pro ipſorum ſubſtentatione mendicare.

3 Secunda ſententia docet, ſtipendium miſſæ debere ſufficere pro honeſta ſubſtentatiooe, & nomine honeſtæ ſubſtentationis intelligit victum, veſtitum, & habitationem. Ita Sotus *lib.* 9. *de inſt. & Iur. quæſt.* 3.*ar.*1.*dub.*3. Aragon. 2.2.*quæſt.*85.*ar.*3. *circa fin. in dub. de ſtipend.* Henriquez. *lib.* 9.*ſum. cap.*22.*num.*1. Fuodamentum eſt Quia, qui altari inſeruiunt, cum altari participant 1. ad Corinth. 9. Et operarius dignus eſt cibo ſuo Matth. 10. Et proinde celebranti ſacerdoti debetur tantum, quantum eſt neceſſarium pro ſui honeſta ſubſtentatione, nempe victu, veſtitu, & habitatione.

4 Tertia ſententia aſſerit, ſtipendium miſſæ non debere eſſe neceſſario pro tota integra ſubſtentatiooe vnius diei ſed ſolum pro parte, ſicut etiam pro parte tantum diei impẽdit ſacerdos ſuum Miniſterium. Ita Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.*92. verſ. *Vigeſimo quinta* Corduba *in quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 4. *dub.* 2. *opin.* 2. Vaſquez 3.*par. diſp.* 234.*cap.* 3. *num.* 19. Suarez. *diſp.* 86. *de Eucharſ. ſect.* 2. *dicto* 3. Azor.*par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæſt.* 2. verſ. *Tertio peccat.* Facundez *præcep.*1. *Eccleſ. lib.*3.*cap.* 8. *num.* 5. Reginal.*lib.*23.*Praxis fori pænit.cap.* 17. *dub.* 2. *num.* 234 Ludouic. à S. Io: *quæſt.* 10. *de Eucharſ. ar.* 3. *dub.* 2. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 41. *ar.* 23. *concluſ.*4. Granad. 3.*par. Controuer* 6. *tract.* 14 *diſp.* 10. *num.* 7. Baun.*par.* 1. *theol. moral. tract.* 10.*quæſt.* 12. *de præb. & paroch.* Machad. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 12. *docum.* 8. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 9. Garzia *in ſum. tract.*3.*difficul.* 10. *dub.*2.*num.*7. Lugo Cardin. *diſp.* 21. *de Eucharſ. ſect.* 2. *num.* 23. Ledeſma *par.* 1.*ſum. tract. de Eucharſ. cap.* 18. *concluſ.* 8. verſ. *Acerca* Laiman.*lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5.*cap.*1 *quæſt.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul.quæſt.*43.*ar.*17. Palaus *par.*4.*oper.moral.tract.*22.*diſp.vn.pun.*14.*num.*4 verſ. *Cæterum.* Bonac.*diſp.*4.*de ſacram. quæſt. vlt.pun.* 8. *num.* 14. Dicaſtillus *de ſacram.tract.*5.*diſp.*4.*dub.*19.*num.* 355. & cæteri communiter, dum agunt de quantitate ſtipendij.

5 Dicendum 1. *Stipendium miſſæ non debere deſeruire pro ſubſtentatione eorum, quorum cauſa de Iure naturali ſpectat ad celebrantem* & proinde ſe non eſſe debitum in illa quantitate, quæ iu hunc finem deſeruiat. Hoc conſtat ex praxi tum ex conſuetudine, tum etiam ex taxatione Prælatorum inducta. Ratio eſt. Quia ſtipendium pro ſubſtentatione eſt debitum ſolum ratione Miniſterij Sacerdotalis exhibiti, qoia ius naturale obligat ad alendoa Mioiſtros Eccleſiæ, quatenus nobis impendunt ſuum Mioiſterium. Ergo obligatio oon ſe extendit ad eos, quos ſacerdos tenetur alere, quia cum ipſi non exhibeant aliquod miniſterium, non contrahunt ios ad exigendam ſubſtentationem. Nec ius celebrantis ad ipſos ſe extendit ſicut nec ſe extendit miniſterium in quo fundatur. Nec ius ſacerdotis eſt ius ad ſubſtentationem pro ipſis; quia eſt ius ſecundum menſuram mioiſterij, atque adeo perſonale, itavt pro ſola perſona exhibentis miniſterium exigat ſubſtentationem.

6 Confirm. Stipendium intuitu Miſſæ eſt debitum de iuſtitia. Quod ſatis ſignificant illa verba Chiſti. Lucæ 10. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Quia ſi eſt dignus, illam meretur de condigno, atque adeò ex iuſtitia. Ergo cum idem ſit miniſterium, ſiuè Sacerdos habeat aliquos, quos de Iure oaturæ ſubſtẽtare debeat, ſiue non habeat, erit etiam debitum idem ſtipendium, quia datur cum proportiooe ad miniſterium. Ergo cum celebrãtibus, qui non habent, quos debeant ſubſtentare, noo ſit debitum ſtipendium pro aliorum ſubſtentatione, nec etiam erit debitum ijs, qui habeot alios ſubſtentandos.

7 Dicendum 2. *Subſtentationem, quæ eſt debita celebranti ratione Miniſterij non eſſe totam, ſed tantum partem correſpondentem proportionaliter Miniſterio, atque adeo ſtipendium non debere correſpondere toti ſubſtentationi.* Quod intelligitur de ordinaria ſubſtentatione, nam alicui, qui parcè admodum viuat poterit ſufficere. Conſtat ex praxi, quia regulariter ſtipendium, quod datur Sacerdoti celebranti ooo ſufficit pro ipſius ſubſtentatione. Et ex cap. *Clericus.diſt.*91. vbi ex Concil. Cartag. 4.*cap.*5. refertur. *Clericus victum, & veſtitum ſibi artificiolo, vel agricultura abſque officij ſui dumtaxat detrimento paret.* Vnde ſupponitur, quod non debeat habere totam ſubſtentationem ex miniſterio Eccleſiaſtico. Et ex Concil. Trident. *ſeſſ* 21.*cap.*2. *de refor.* vbi præcipit, quod nemo ad ſacros Ordines admittatur, niſi habeat beneficium, penſionum, aut congruum patrimonium, vnde ſubſtentari poſſit. Quod Decretum ſupponit, Quod non debeat habere totam ſubſtentationem ex miniſterio Eccleſiaſtico

8 Ratio eſt. Quia obligatio oriens ex iure naturali miniſtrandi ſubſteotationem Sacerdotibus exhibentibua nobis ſuum miniſterium, eſt cum proportione ad ipſum Miniſterium; Quia ſi eſt dignus operarius mercede ſua, vt ait Chriſtus, Lucæ 10. exhibens maius Miniſterium eſt dignus maiori ſtipendio, ſi eoim exhibitio Miniſterij fundat ius ad ſtipeodium pro ſubſtentatione exhibitio maioris miniſterij fundabit Ius ad maius ſtipendium. Ergo cum Mioiſterium celebrandi Miſſam non occupet totum, quod exhibere poteſt, ſed tantum partem, & relinquat locum pro alijs miniſterijs, non fundabit ius ad totam, & integram ſubſtentationem, ſed tantùm ad partem.

9 Confirm. ſtipendinm eſt debitum celebranti Miſſam, quia operarius dignus eſt mercede ſua, vt ait Chriſtus, Lucæ 10. Et proinde hoc debitum prouenit ex illo principio, quod operarijs ſit debita merces, & proinde accipi debet, vt deductum ex tali principio, & ſecundum menſuram, ſecundum quam deducuntur alia debita, quoad mercedem. Ergo cum ex illo principio non deducatur, quod quibuſcumque operariis ſit debita eadem merces, ſed diuerſa cum proportione ad miniſterium exhibitum, deduceretur etiam in præſenti, quod non ſit debita tota ſubſtentatio, ſed tantum pars ſicut miniſterium nõ eſt totum illud, quod poteſt exhiberi, ſed pars Et quia ſicut tota ſubſtentatio dicit proportionẽ ad totalem occupationẽ miniſtri in aliquo miniſterio, ita pars dicit proportionem ad partialem occupationem.

10 Ad fundamentum 1. ſentent. Reſp. Quod quando Secerdos tenetur aliquos alere de iure naturæ, debet aliqua alia via procurare alimenta, nam hæc oblatio non tranſit ad eos, qui commendant Miſſas celebrãdas, qui tenentur ſolùm Sacerdoti celebranti de iuſtitia, atque adeò id ſolùm ſoluere debent, quod de iuſtitia eſt debitum. Non tenentur autem ex iuſtitia

alere eos, quos alere tenentur Sacerdotes: & proinde non tenentur exhibere stipendium pro ipsorum substentatione.

11 Ad fundamentum secundæ sententiæ. Altari inseruienté cum Altari participare, & operariũ esse dignũ cibo suo, vt constat ex dictis iuxta mensuram seruitij, & ministerij. Vnde qui se totũ occupat in seruitio & ministerio, acquirit ius ad totalem substentationem, qui verò solùm per partem, acquirit ius ad solam partem substẽtationis Alioquin non maior substentatio deberetur Parrocho, qui tota die occupatur in ministratione sacramntorum, ac cœteris functionibus Ecclesiasticis, quam deberetur simplici Clerico, qui vnica vice celebranti inseruiret.

12 Ex dictis sequitur, vt notant etiam Ledesma *par.* 1. *sum. tract.*, *de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. vers. *Aceria.* Lugo Card. *disp.* 21 *de Eucharist. sect.* 2. *n.* 23. Garzia *in sum. tract.* 3. *diffic.* 10. *num.* 8. in fine. Quod licèt stipendium debeatur cum propottione ad ministeriũ, hæc tamen propottio noo debet ateendi ad quantitatem temporis quod iosumitur in ministerio, alioquin idem stipendium deberetur Sacerdoti celebranti, ac Clerico ministranti, cum in suo ministerio insumat vterque idem tempus. Sed habenda est ratio qualitatis. & dignitatis ministerij, quia tunc quò dignius est ministerium, eò etiam magis dignum supponit ministrum. Stipendium autem substentationis proportionari debet dignitati ministri exercentis suam dignitatem in ministerio. Siquidem dignitas personæ exhibentis ministerium, fundat ius ad maiorem recognitionem. Vnde cum Celebratio sit digoius ministerium, quod prouenire possit à Sacerdote, quamuis occupet exigusm portionem temporis, exigit maiorem partem frugalis substentatioois.

13 Sequitur 2. Non posse subsistere, quod nonnulli docent, quod stipendium pro Missa non solum debeat sufficere pro congrua substentatione Sacerdotis, sed etiam pro soluendis debitis, emendis libris, &c. vt inter alios obseruat Dicastill. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 4. *dub.* 19. *num.* 355. Quia hæc sunt extrinseca substentationi Sacerdotis, & ideò si neque tota substentatio est debita, multò minus erit debitum subministrare pecuniam pro emendis libris, &c.

QVÆSTIO 924.

Quodnam sit iustum stipendium Missæ.

SVMMA.

1 *Si Celebrans non habeat vnde viuat, non est ei debita tota substentatio.*

2 *Iustum stipendium est illud, quod lege, vel consuetudine est taxatum.*

3 *Ius naturale de stipendio pro substentatione Celebrantis est indeterminatum.*

4 *Taxatio stipendij ex consuetudine habet latitudinem.*

5 *Stipendium potest esse in eodem loco, aliud secundum legem, & aliud secundum consuetudinem.*

6 *Sacerdos potest non acceptare stipendium secundum consuetudinem, si minus sit taxato à lege.*
Dedecet tamen contractatio.

7 *Qui celebrauit potest exigere stipendium taxatum à Lege,*

8 *Consuetudo minuens stipendium taxatum, quando sit irrationabilis.*
Consuetudo irrationabilis non est attendenda.

9 *Stipendium pinguius ex currentibus, soluendum ab heredibus.*
Anima rebus omnibus preferenda.
Præsumptio habet vim probationis.

SVpponendom est. Non posse subsistere, quod cum alijs tradit Vega *par.* 1. *sum. cap.* 21. *casu* 1. nempè quod titulo stipendij sit debita tota substẽtatio Sacerdoti, si sit adeò pauper, vt non habeat aliud, vnde viuat, nec possit aliquo exercitio victum sibi necessarium & parum comparare; nam ius exigendi stipendium, & obligatio subministrandi non fundatur in paupertate Sacerdotis, nec in impotentia ad alia exercitia, sed merè in ministerio, quod cum sit idem, siue sit pauper, siue diues, siue impotens ad alia exercitia, siue potens, fundabit semper ius ad idem stipendium, & proinde stante quacumque indigeotia Celebrantis, nou erit debitum maius stipendium. 1

Dicendum est. *Iustum stipendium debere esse illud, quod lege, vel consuetudine taxatum est.* Ita communiter Doctores. Suarez *disp.* 85. *de Eucharis. sect.* 2. vers. *De quibus*, & vers. *Dico secundò* Vasquez 3. *par. disp.* 234. *cap.* 3. *num.* 18. Miranda *tom.* 1. *manual. quæst.* 41. *art.* 23. *conclus.* 2. & 3. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 10. *cap. vlt. num.* 15. in fine, Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. in fine, Filliuc. *tract.* 5. *num.* 178. Mercer. *de sacram quæst.* 83. *art.* 4. *dub.* 3. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 15. *num.* 14. Nugn. 3. *par. quæst.* 83. *art* 1. *par.* 3. *dub.* 9. *conclus.* 1. ver. *Ad* 1. Coninch. *dub.* 10. *num.* 192. Reginal. *lib.* 23. *num.* 232. Zerola *in praxi Episcop. par.* 1. *verbo* Missa *conclus.* 2. & 3. Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 16. *num.* 12. Bonacina *disp.* 4. *de sacram. quæst. vltima, punct.* 8. *num.* 8. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 20 *num* 366. Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 24. *num.* 8. Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vnica punct.* 14. *num.* 4. vers. *Quod si vrgeat*, Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult* 10. *dub.* 2. *num.* 7. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sect.* 11. *num.* 102. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 4. & 5. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 3. *num.* 15. Amicus *tom.* 7. *Curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 8. *num.* 280. 2

Ratio est. Quia quamuis de iure naturæ adsit obligatio dandi stipendium celebranti pro substentatione, non tamen ex eodem iure determinatur quantitas, sed relinquitur determinanda. Nec etiam potuit determinari, cum dependeat ex pluribus circunstaotijs, quæ per prudentiam coosiderandæ snnt, & quæ successu temporis variari possunt. Non potest autem hæc determinatio fieri nisi aut à lege, aut à consuetudine, quia debet esse determinatio publica, quæ vniuersaliter se extendat, atque adeò requirit causam publicam, à qua prooeniat. 3

Dicendom 2. *Stipendij taxationem consuetudine inductam admittere secum latitudinem ita vt intra certos terminos adsit infimum medium, & summum.* Quod non solùm valet quoad diuersa loca, sed etiam quoad eumdem. Ita Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. Suarez *disp.* 86. *de Eucharist. sect.* 2. *dicto* 2. Amicus *tom.* 7. *Curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 8. *num.* 280. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 41. *ar.* 23. *conclus.* 2. in fine, Filliuc *tract.* 5. *n.* 178. Mercer. *de sacram. q.* 83. *art.* 4. &c. vers. *Not. tertiò*, Villalob. *par.* 1. *sum tract.* 8. *difficult.* 15. *n.* 15. Alphonsus de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sent.* 11. *num.* 104. Hoc constat ex praxi in pluribus locis, nam aliqui dant plus, aliqui minus.; omnes tamen intra certos terminos. Ratio est. Quia in introducenda consuetudine taxatiua stipendij Missarum, non solùm concorrit obligatio Iuris naturalis de subministranda dabita substentatione, sed etiam deuotio commendaotis Missas, qui cum habeat pro fine fructum Sacrificij, qui quò maius est stipeudium, eò maior est. Augere solet stipendium ex hoc motiuo, quod cum non habent in omnibus eamdem meosuram, 4

inducie

inducit consuetudinem irregularem iuxta quam distingui potest summum, mediocre, & infimum.

5 Imò potest in eodem loco adesse duplex taxatio stipendij, alia secundum legem, & alia secundum consuetudinem, & ego alicubi olim obseruaui, præsertim Mediolani, Veronæ. Potest enim contingere quod per Episcopum, aut Synodum renetur stipendium supra id, quod est de consuetudine ita exigentibus circumstantijs temporis, & nihil quod plures exhibeant minus stipendium retinendo præcedentem consuetudinem, & quod Sacerdotes illud acceptent iudicantes melius esse illo fieri, quam omni stipendio carere.

6 Est tamen aduertendum. Quod licet Sacerdotes possint non acceptare stipendium secundum consuetudinem, si sit minus taxaro, aut si non sit medioere, aut summum, sed tantum infimum. Secundum consuetudinem non tamen expedit, quod quasi ageretur de re vœnali inuicem contractent conantes vni plus accipere, alij minus dare, nam hæc contractatio valde dedecet rem, de qua agitur, quia talis contractatio præbet specimen venditionis, & emptionis. Et ideò si Sacerdos iudicet stipendium oblatum non esse sufficiens debet absolutè non acceptare, aut ad summum modesto modo declarare, quod non sit sufficiens stipendium pro substentatioue habita ratione taxationis, aut consuetudinis.

7 Ex bis sequitur. Quod si quis absque eo, quod paciscatur de stipendio celebret certum numerum Missarum ad alterius instantiam, poterit exigere stipendium secundum taxationem, etiamsi secundnm consuetudinem esset minus, & Episcopus poterit cogere debitores stare taxæ. Ratio est. Quia lex taxariunis facit silere consuetudinem, quia eam corrigit, & reducit ad terminos debitos, & ideò renetur Episcopus eam manutenere, tanquam rationabilem. Quod tamen locum non habet, si consuetudo sit inducta post legem taxationis & sit legitimè præscripta, nam tunc præualet contra legem, si tamen non sit rationabilis, quia scilicet stipendium non sufficiat pro illa substentatione, quæ est debita celebranti, & proinde non sit legitimè præscripta iuxta Cap. *fin. de consuetud.* non debebit Episcopus stare consuetudini.

8 Sequitur secundò. Quod si consuetudo superueniens legi detrahat de stipendio taxato, nisi sit facta mutatio notabilis in ijs, quæ inseruiunt substentioni quoad pretium, itavt notabiliter decreuerit vt proinde minus requiratur pro substentatione Sacerdotis, habenda est pro irrationabili, vtpotè fundata in auaritia commendantium Missas, & consequenter non præualebit contra taxationem factam, quia præsumitur, quod taxa fuerit rationabiliter stabilita, & ideò nō debet violari Cap. *Cū Pia* & Cap. *Ecclesiastica 25. quæst.* 2. Nisi enim consuetodo rationabilis sit, non valet, neque est attendenda, præsertim in Iudicio Cap. *Ad nostram de consuetud.*

9 Sequitur tertiò. Quod, quando Defuncti relinquunt Missas celebrandas pro seipsis non taxato stipendio, tenentor hæredes exhibere quod est pinguius vel secundum taxam, vel secundum consuetudinem. Quò enim pinguius est stipendium eò fructuosior est Missa, quia scilicet conferens stipendium meliori modo cooperatur. Vnde cum simus in materia, in qua agitur de fauore animæ præsumendum est, quod defunctus voluerit quod Missæ in sui beneficium celebrarentur eo fructuosiori modo, quo posset, atque adeò, quod voluerit obligare hæredes ad pinguius stipendium ex consuetis exhibendum, quia anima rebus omnibus est præferenda cap. *Præcipimus 2. quæst. 11.* & *l. sancimus, C. de sacro-sanct. Eccles.* & hanc præscriptionem potest Ordinarius sequi in taxando stipendio pro Missis defunctorum; nam præsumptio habet vim probationis vt inter alios notant Menoch. *Præsumpt. 36. lib. 1.* Pascin. *lib. 1. de probat. cap. 11. num. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1222. num. 2.*

QVÆSTIO 925.

Quomodo taxandum sit stipendium pro Missis.

SVMMA.

1 *Stipendium pro substentatione celebrantis est taxandū habita ratione circumstantiarum loci, & temporis.*
2 *Vbi victualia pluris vœneunt stipendiū debet esse maius.*
3 *In penuria annonæ potest celebrans exigere maius stipendium.*

Dicendum est *Stipendium pro Missis taxandum habita ratione circumstantiarum loci, & temporis.* 1
Desumitur ex Caiet. 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. vers. *quoad* 2. Soto *in 4. dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. *in dub. De valore Miss. conclus.* 2. vers. *Quoniam* Aragon. 2. 2. *qu.* 85. *art.* 3. *dub.* 1. *de stipen.* §. *His tamen non obstantibus.* Naoar, *cap.* 23. *manual. num.* 78. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *num.* 4. Marchant. *in tribun. sacram, tom.* 2. *tract.* 2. *par.* 2. *tit.* 4. *quæst.* 2. *in Appen. resolut.* 4. Circumstantiæ autem attendendæ, sunt illæ quæ conferunt ad caritatem, vel vilitatem annonæ. Vnde constat ex praxi quod his temporibus stipendium maius est, notabiliter, quam fuerit antiquitus, quia victualia longè pluris vœneunt.

Ratio est Quia stipendium datur propter substentationem, licet non totalem. Ergo debet esse pro- 2
portionatum illi partiali substeotationi pro qua datur, itavt sufficiens sit pro illa comparanda. Ergo vbi victualia pluris vœneunt, requiritur maius stipendium, vt possint comparari, & vbi minoris vœneunt, sufficit minus stipendium, quod declarat etiam praxis, nam in locis, vbi abundant victualia, & minoris vœneunt, tribui solet minus stipendium.

Ex dictis sequitur. Quod si contingat superuenire 3
pecuniam annonæ, itavt victualia notabiliter crescant in prætio, non obstante taxa, aut consuetudine certi stipendij, poterunt Sacerdotes exigere maius stipendium; nam taxa, & consuetudo facit iustum stipendium secundum regularem ordinem; stante autem pœnuria annonæ tanquam ex causa extraordinaria augeri potest stipendium. Nam lex, & consuetudo habet tacitam conditionem, quod permaneant res in eodem statu; nam si fiat talis mutatio, qualis si fuisset ab initio, aliter legislator disposuisset aut aliud ex consuetudine fuisset introductum probet sufficiens motiuum interpretādi legem, seu consuetudinem. Est tamen aduertendum, quod si res ad pristinum reducantur, debet etiam reduci stipendium.

QVÆSTIO 926.

An Episcopus ita taxare possit stipendium Missæ, vt non accipiatur maius.

SVMMA.

1 *Ad Ordinarium spectat taxare stipendiū Celebrantis.*
2 *Duplex modus taxandi stipendium, & quinam congruentior.*
3 *Stipendium an possit taxari cum prohibitione ne accipiat maius.*
5 *Maius stipendiū fundat perfectiorem actū Religionis. Facit quod percipiatur maior fructus.*
6 *Stipendium potest taxari cum prohibitione ne exigatur maius.*

7 *Regulares non possunt exigere maius stipendium taxato, stante prohibitione ne exigatur.*

1 SVpponendum est. Ad Ordinarium loci spectare taxationem stipendiorũ Missarum, vt notant communiter Doctores præsertim Suarez *disp.* 86.*de Eucharis. sect.* 2. vers. *De quibus* Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharis.cap.* 18. *conclus.* 7. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.*41. *ar.*23.Bonac.*disp.*4.*de sacram. quæst vlt.pun.*8. *num.* 8. Molfes.*par.*1.*sum.tract.* 3.*cap.* 18.*num.* 12. Facundez.*præcep.*1.*Eccles.lib.* 3.*cap.* 7. *num.* 6. Ludouic. à S. Io:*in sum. quæst.* 10.*de Eucharis. ar.* 3. *dub.* 2. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10.*pun.*2. *num.* 3.Cum enim ad Ordinarium pertineat regimen suæ diœcesis,pertinet etiam ad ipsum ea omnia decernere, quæ necessaria sunt pro recto regimine. Inter quæ adest determinatio stipendij pro celebratione missarũ,si non sit determinatũ per cõsuetudinem, alioquin stante in determinatione oriri possent plures alterationes,& scãdala.

2 Supponendum 2. stipendium missæ posse duplici modo taxari,nempe Positiuè,& Negatiuè Primo modo taxatur,& determinatur, quod sit tantæ determinatæ quantitatis. Negatiuè verò si taxatio se habeat per modum prohibitionis,vt scilicet,non detur maius, aut minus stipendio taxato, seu quod non accipiatur maius,aut minus.Inter hos duos modos taxãdi primus congruentior est, vt notat Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3.*cap.*7. *num.*8. vtpote quia videtur tantum respicere, quod est iustum.Quod tamen est ita accipiendum, vt habeat locum, quando non adest sufficiens causa annectendi taxationi etiam prohibitionem Hinc oritur dubium,an possit Ordinarius ita taxare stipendiũ cum prohibitione,vt non accipiatur maius.

3 Prima sententia negat, hoc pacto posse taxare Ita Tabiena *verbo.*simonia *num.*18. Angelus *num.* 10. Syluester.*quæst.*11.vers. *Quintum.*Nauar.*cap.*23.*Manual.n.* 106. vers. *Ad quorum primum.* Sotus. *lib.* 9. *de iust. & iure quæst.* 6.*ar.*1.*ad* 2.*post.med.*Azor.*par.*3.*lib.*12.*cap.*6. *quæst.* 7. Facundez *præcep.*1.*Eccles.lib.* 3. *cap.* 7.*num.*8. Bartholom: ab Angel. *dial.* 5. *de missa* §. 526. Iodocus. *in Thesaur.verbo* Missa *num.* 47. Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharis.cap.*18.*conclus.*7. Garxia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10 *dub.* 2. *num.* 4 Alphons. de Leone *de Offic. capel. quæst.* 6.*sect.* 12. *init.* Et alij. Fundamentum est. Quia impedirent actum eleæmosinæ, & liberalitatis.

4 Secunda sententia asserit, posse taxare cum prohibitione, vt non accipiant maius stipendium. Ita Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22.*pun.* 14. *num.* 4. in fine Francis.Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12.*quæst.* 3.*num.*17. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 8.*num.* 9. Barbosa *de potest.Episc allegat.*24.*num.* 9. Villalob. *par.* 1.*sum.tract.*8.*difficul.*15.*num.* 4. Trullench. *lib.* 3.*de sacram.cap.*8.*dub.*12.*num.*4.

5 Dicendum 1. *Ordinarios non posse prohibere, quod commendantes missas non dent maius stipendium taxato, atque adeo, quod non recipiatur à celebraturis liberaliter oblatum*; & hoc tantum volunt Doctores pro prima sententia citati. Ratio est Quia quò stipendium est maius, actus religionis crescit in perfectione,cum plus insumatur pro diuino cultu, & in obsequium ministrorum Dei, Vnde si cætera necessaria concurrant quo stipendium erit maius, eò magis meritoria erit erogatio.Rursus quò stipendium est maius, eò etiam magis erogans influit in oblationem sacrificij atque consequenter percipit maiorem fructum, vt constat ex dictis suo loco. Non potest autem Ordinarius prohibere actus bonos, & proficuos populo,nec quod illos exerceant excellentiori modo, alioquin prohibitio non esset in ædificationem, sed in destructionem, & proinde esset nulla.

6 Dicendum 2. *Posse Ordinarios ita taxare stipendium missarum, vt simul. prohibeant, ne sacerdotes exigant maius stipendium.* Et hoc tantum volunt Doctores allati pro secunda sententia, vnde puto recitatas sententias quoad substantiam non differre. Ratio est.Quia taxatio stipendij declarat, quod taxatum stipendium sit iustum, & secundum mensuram obligationis subministrandi substentationem. Ergo si sacerdotes exigerent maius stipendium ostenderent se velle plusquam de iure naturali debeatur à commendantibus missas,& præberent occasionem murmurationibus, & ideo ad obuiandum his inconuenientibus, possent Ordinarij prohibere, ne exigeretur maius stipendium.

7 Ex dictis sequitur. Quod stante dicta prohibitione exigendi maius stipendium taxato,tenentur etiam Regulares illam seruare, quantumvis sint exempti à Iurisdictione Ordinarij ex vi directiua. Nam cum taxatio, vt dictum est, ostendat iustitiam stipendij, & quod sufficiat ad satisfaciendum obligationi commendantis missas, si maius exigerent ostenderent auaritiam,eò quod vellent extorquere,quod ipsis non debetur; vnde generarent scandalum. An autem aliunde teneantur,quam ex vi directiua explicabitur infrà.Hoc tamen est limitandum vt non habet locum, quando Ecclesiæ Regularium non haberent prouentus pro expensis celebrationis missarũ nam cum stipendiũ sit taxatũ habita ratione solius substẽtationis,posset aliquid amplius exigi pro expensis celebrationis missarum.

QVÆSTIO 927.

An Ordinarius ita taxare possit stipendium missarum, vt insimul prohibeat, ne minus detur.

SVMMA.

1 *Ordinarius an possit prohibere, ne accipiant minus stipendium à celebrante taxato.* & num. seq.

3 *Cur Ordinarius possit prohibere, ne recipiatur stipendium minus taxato.*

4 *Ordinarius obligare potest sub censura ne detur stipenpendium minus taxato.*

5 *Stipendium celebrantis est impropriè, eleemosina.*
Obligare ad certum stipendiũ non infert præiudiciũ.
Facultas delegati non se extendit ad inferendum præiudicium.

1 PRima sententia asserit, Ordinarios non posse prohibere,ne pro celebrandis Missis detur stipendium minus taxato Ita Angelus *verbo.* Simonia *num.* 10. Tabiena *n.*18.Syluester.*quæst.*11.vers.*Quintum.*Nauar.*cap.* 23. *Manual.num.*106.Sotus *lib.* 9.*de Iust.& iur quæst.*6. *ar.* 1. *ad* 2.post med. Azor. *par.* 3. *lib.* 12.*cap.*6. *quæst.* 7.Facundez *præcep.*1. *Eccles. lib.* 3. *cap.*7. *num.* 8. Alphons.de Leone *de offic. Capell.quæst.*6.*sect.*12. *init.* Fundamentum huius sententiæ est. Quia cum stipendium pro missa habeat rationem eleemosinæ, debet libere, & non coactè dari, Deinde talis taxatio esset in præiudiciom laicorum,& ideo non potest fieri sine ipsorum consensu Cap. *super eo de Offic. deleg.*

2 Secunda sententia asserit, posse Ordinariom obligare ad non dandum, quid minus stipendio taxato. Ita Aragon. 2. 2. *quæst.* 85. *ar.* 3. *in dub. De stipend. miss.* vers. *His tamen. non obstantibus* Corduba *in quæst. lib.* 1. *quæst.*4.*dub.*4.*pun.* 1. *opin.*2.Henriquez *par.* 1. *sum.cap.* 252.*conclus.*4.Suarez *disp* 86.*de Eucharis. sect.* 2. *dic.* 1. vers.*sed circa hoc.*Vasquez 3.*par.disp.*234.*cap.*1. *num.*6. Reginald.*lib.*23.*Praxis fori pœnit.cap.*17.*dub.vlt.n.*241. Faustus *lib.*1.*de Indulgent q.*72.Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.*8. *n.*9. Ludouic.à S.Ioan. *in sum. quæst.* 10.*de Eucharist. art.* 4. *dub.* 2. *difficult.* 1. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disput. vn. punct.* 14. *num.* 4.

causa

causa fin. Filiuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 278. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 15. *num.* 4. Trolleoch. *lib.* 3. *de sacram.cap.*8. *dub.* 12. *num.* 4. Francisc.Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quaest.* 3. *num.* 17. & alij.

3 Dicendum est. *Posse Ordinarium ita taxare stipendium Missarum, vt obliget commendantes Missas non dare aliquid minus taxato.* Ratio est. Quia stipendium taxatum præsumitur esse illud, quod de Iure naturali est debitum pro substentatione sacerdotalis. Ergo potest superior obligare, vt non detur aliquid minus taxato. Conseq. constat. Quia potest obligare ad seruandum id quod est de iustitia, est autem de iustitia, vt secundum obligationem Iuris naturalis subministretur celebrantibus missas stipendium pro congrua substentatione. Præsertim quia nunnunquam instantes pro celebratione Missarum ita premuntur auaritia, vt quærant omni studio minuere stipendium, exhibeant monetas deteriores, & deficientes in pondere in præiudicium sacerdotum, qui viuunt ex tali stipendio,

4 Ex dictis sequitur, vt notant etiam plures ex citatis Doctoribus pro secunda sententia. Quod possit Ordinarius obligare sub pœna alicuius censuræ, vt non detur quid minus stipendio taxato pro missarum celebratione. Nam agitur de seruanda iustitia, & reddendo celebranti, quod sibi de iure naturali debitum est pro substentatione. Vnde potest suam legem Ordinarius coadiuuare imposita aliqua pœna spirituali non secus, ac coadiuuantur aliæ leges, quæ ordinantur ad bonum commune.

5 Ad fundamentum in oppositum resp. Stipendium pro missa impropriè dici eleemosinam, quia non datur titulo misericordiæ, neque ex pura liberalitate, sed ex titulo Iustitiæ, cum de iure naturali sit debitum pro substentatione sub onere ministerij exhibiti, vt constat ex dictis in superioribus & ideo potest cogi ad soluendum stipendium, qui missas cōmisit celebrandas. Neque quod secundo loco affertur continet aliquid momenti, neque enim fit laicis præiudicium aliquod ex eo, quod cogantur certum stipendium, & nihil minus dare ex suppositione, quod velint missas ad sui instantiam celebrari. Neque enim priuantur aliquo iure, vnde solùm oriri potest præiudicium; sed obligantur ad id, ad quod de iure naturali tenentur. Vnde obligatio est radicata in iure naturali, & fit ipsis propria ex eo, quod volunt illam suscipere, dum volunt Missas celebrare, Nequequicquam fauet Cap. *super eo De Offic. deleg.* Quia ex eo tantum habetur, quod facultas delegati non se extendit ad inferendum alicui præiudicium; & quod clausula appellatione remota in eius commissione opposita, intelligitur tantum quoad partes collitigantes.

QVÆSTIO 928.

An Ordinarius statuere posit quod sacerdotes non recipiant quid minus stipendio taxato.

SVMMA.

1 *Ordinarius an possit statuere, quod quis non recipiat minus stipendio taxato.* & num. seq.

2 *Prohibere ne accipiatur quid minus stipendio taxato non est prohibere liberalitatem &c.*

4 *Prohibere ne accipiatur minus, stipendio taxato confert ad commune bonum*

Obuiat pluribus inconuenientibus.

4 *Sacrista non rectè applicat Missas beneficiatorum quasi liberas.*

6 *Prohibitio ne Capitulum exerceat functiones stipendio minori taxato, an licita.*

7 *Quod disponitur de vno correlatiuo disponitur etiam de alio.*

8 *Prohibitio quod non recipiatur stipendium minus taxato non est reprehendenda.*

9 *Non impendio quin possit sacerdos gratis celebrare.*

QVamplures negant, posse Ordinarium obligare Sacerdotes, ne accipiant quid minus stipendio taxato. Ita Aragon. 2. 2. *quaestio.* 85. *articul.* 3. *in Rub. de stipendio Missæ causa fin.* vers. *His non obstantibus* Henriquez *lib.*9.*sum.cap.*22.*num.* 4. Corduca *in Quæst. lib.* 1. *quæst.*4.*dub.* 4. *pun.* 1. *opin.* 2. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 252. *conclus.* 4. Vasquez. 3. *part. disp.* 234. *cap.* 1. *num.* 8. Suarez. *disp.* 86. *de Euchariſt. sect.* 2. *dicto* 1. ve *sed circa hoc.* Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.*7. *num.*8. Reginal. *lib.* 25. *Praxis fori pœnit.cap.*17.*dub. vlt. num.* 241. Alphons. de Leone de Offic. Capel. *quaest.* 6. *sect.* 12. Francisc. Lugo. *lib.* 5. *de sacrament. cap.* 12. *quaest.* 3. *num.* 19. Garzia *in sum. tract.* 5. *difficult.* 10. *dub.* 2. *num.* 4. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *dispu. vnic. punct.* 14. *num.* 4. in fine, Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 5. *difficult.* 15. *num.* 4. Trullench. *lib.* 3. *de sacrament. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 4. Mouentur ex eo, quod non possit Ordinarius prohibere Sacerdoti, ne exerceat actum liberalitatis, aut misericordiæ relinquendo partem stipendij, & ne condonet debitori partem illius, quod sibi debetur. 1

Hoc tamen fundamentum debile est. Nam exercitium liberalitatis, aut misericordiæ vel condonatio partis debiti non est actus, qui cadat sub dicta prohibitione, siquidem actus prædicti supponuntur in exercente, aut dominium materiæ, circa quam versantur, aut saltem ius acquisitum ad ipsos; Quod respectu stipendij Missæ non habet locum nisi aut quando iam Sacerdos accepit stipendium, aut quando iam celebrata Missa acquisiuit ius ad ipsum, & habeat actionem ad ipsum petendum. Et proinde hi actus supponunt, quod acceptum sit stipendium saltem ex pacto, & sunt posteriores acceptatione, & ideò quando prohibetur acceptatio minoris stipendij, non prohibentur hi actus. 2

Econtra vero; Quod possit occurrere tales circumstantiæ, quod alicubi prohiberi possit, ne recipiatur minus stipendio taxato, docet Ludouic. à S. Io. *in sum. quest.* 10. *de Euchariſt. art.* [illegible] *dub.* 2. *difficul.* 1. *conclus.* 2. vbi si esset necessarium ad occurrendum illorum importunis sedulitatibus, qui [illegible] student minuere stipendia missarum quacumque [illegible] & nihil curāt, quod subtrahatur debita substentatio Sacerdotū. 3

Et quidem pro hac parte facit valida ratio. Nam qui habet potestatem legislatiuam, potest statuere ea omnia, quæ conducunt ad bonum communitatis, quam regit. Imò tenetur statuere, quando cognouit, quod sunt necessaria pro manutenendo bono statu ipsius; contingere autem potest, quod huiusmodi statutum concernat ad bonum communitatis, eo quod ex opposito insurgat graue damnum Sacerdotibus, eo quod non habeant iustum stipendium taxatum pro sui substentatione, & quod etiam sequantur alia inconuenientia. Quod totum constat ex facti contingentia In quadam Italiæ celeberrima Ciuitate taxatum fuerat stipendium, & quædam Congregatio acceptabat Missas celebrandas cum stipendio tertia parte minori taxato, ex quo factum est, quod quando instabant pro Missis apud alios Sacerdotes, vt plurimū offerrent stipendium tertia parte minus taxato; si acceptabant, non habebant iustum stipendium pro substentatione, si respuebant remanebant omninò sine stipendio, quia non habebant stipendia iuxta Taxam. Ecce damnum notabile communitatis. Rursus illa Congregatio substinebat onera 4

stentatione celebrantis.

5 *Neque in hoc interuenit negotiatio.*

6 *Res quæ traditur loco pecuniæ pro substentatione celebrantis, non potest pluris æstimari, quam valeat. Qui accepit stipendium pingue, si loco illius det alias res, debet computare numerum Missarum ad mensuram stipendij.*

1 CVm stipendium Missæ accipiatur pro substentatione difficultas est, quale debeat esse, seu in quanam materia sit exhibendum. Certum est autẽ quod non est necessarium, quod exhibeatur in materia cõmestibili, quæ inseruiat immediatè pro substentatione, vt constat ex praxi, nam hoc esset difficile, & incõmodum eidem Sacerdoti, qui multotiès plus indiget alia re, quam materia commestibili. Et etiam quia nomine substentationis non solum venit cibus, & potus sed etiam vestitus, & quæcumque res alia, quæ necessaria sit pro humano vsu, vndè includitur etiam habitatio, & ideò cum stipendium Missæ non sit totalis substentatio oportet, quod sit tale, quod possit conuerti in humanos vsus, & ideò introductum est. vt detur in pecunia tanquam in ea, quæ conuerti potest in quamcumqoe rem necessariam. Solum ergo difficultas est, an pro stipendio dari possit quæcumque res pretio æstimabilis, vt liber, frumentum, vestis, aut quid simile.

2 Dicendum est, pro stipendio Missæ dari posse quamcumque rem pretio æstimabilem. Ita Corduba *in sum. quæst.* 27. Ledesm. *par.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 18. *con. l.* 14. Vega *par* 2. *sum. cap.* 101. *cas.* 47. Alphon de Leone *de off. Capell. quæst.* 6 *sect.* 5. *n.* 50. Garaia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 1. *n.* 8. Ratio est. Quia sufficit, quod satisfiat Sacerdoti pro obligatione substentationis; quod autem satisfiat cum hac, vel illa re materialiter se habet, quia sufficit, quod sit pretio æstimabilis, & quod acceptetur pro stipendio. Præsertim quia pecuniæ appellatione venit quæcumque res pretio æstimabilis. *L. Nam quod* in fine, *Ad Trebel.* & *l. pecunia, ff de verb. signif.* vbi Glos. *final.* & item glos. *in l.* 1. § *fin. de colum.* per illum text. *& in Clemen. Nolentes verbo* Pecunia *de baret.* Et proinde quocumque modo satisfiat Creditori, censetur satisfactum cum pecunia, vt dixit Rota *decis.* 28. *n.* 1. *coram Ludouis.*

3 Dices Si pro stipendio detur alia res, quam pecunia oportet, quod interueniat æstimatio rei, quæ datur, æstimatio autem inducit venditionem, atque adeò simoniam. Resp. Oportere quod interueniat æstimatio pro adæquatione inter rem, quæ datur, & pecuniã, quæ esset iustum stipendium, atque adeò pro mensura valoris rei, quæ datur, in quo nulla interuenit venditio nam quando æstimatio fit ad effectum sciendi valorem non inducit venditionem, vt notant Ias. *in l. Ex conuentione n* 2. vers. *limita istam. C. de Pact.* Couar. *pract. quæst. cap* 18. *n.* 2. vers. *sed ex contrario.* Ludouis. *decis.* 583. *n.* 5. Rota *in Spoletana Bonorum* 6. *Aprilis* 1601. coram Pænia, & *in Romana rest. Dotis* 10. *Martij* 1608. coram eodem, *& in Ferrar. Societ.* 20. *Septembris* 1591. coram Millino. Deinde dato, quod interueniret venditio, non esset venditio rei spiritualis, quia venderetur res, quæ datur. Interueniret enim solutio virtualis pecuniæ pro stipendio Missæ, & Sacerdos daret hanc pecuniam pro libro, tritico &c. Vndè interueniret duplex contractus, alius, quo conueniretur de stipendio cum Sacerdote, & alius; quo Sacerdos cederet stipendium pro tritico, libro &c.

4 Maior difficultas est. An qui accepit stipendia Missarum in pecunia, possit Missas alteri commendare celebrandas tribuendo loco pecuniæ librum, triticum, Tabulam pictam vel quid pretio æstimabile. Resp. posse retenta sibi pecunia dare æquiualens in alia materia, Ita Ledesm. *par.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 18. *conclus.* 14. Alphons de Leone *de offic. Capell. quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 54. quia sufficit quod detur iustum stipẽdium, seu æquiualens illius quod ipse recepit, vt in hoc seruetur dispositio Decretorum *de celebrat. Missar.* quod commendans alijs Missas det totum illud stipendium, quod ipse accepit nulla parte sibi retenta, nec fit iniuria accipienti, si non detur pecunia, quia non habet ius, quod ipsi commendentur missæ & quod stipendium detur in tali materia ipse consentit, & acceptat.

Dices. Non posse eum, cui primo commendantur 5
Missæ celebrandæ, vti stipendio ipsarum ad distrahẽdas res vendibiles proprias, quia in hoc apparet negociatio super stipẽdio Missarũ. Resp. Non interuenire aliquam aliam negociationem, nisi permutationem vnius rei in aliam æquiualentem, quam potest facere, qui habet Missas commendatas, quia suscipiens in se obligationem, facit suum stipendium, & acquirit dominium, licèt sub modo, nam resoluitur dominium, si non impleat obligationem. Dum ergo transfert in aliam obligationem, quam in se assumpserat, quia tenetur transferre cum eodem stipendio æquiualenti, seu in quantitate, licèt non specie, quia cum fecerit suum non tenetur eandem speciem tradere, sed sufficit tradat eandem quantitatem in æquiualentia. 6

Est tamen aduertendum, quod ille, qui accepit stipendium in pecunia, non potest tradere rem aliquam loco stipendij alteri, cui Missarum celebrationem iniungit eam pluris æstimando, quam valeat, vt si traderet librum, Coronam, quæ valerent decem Iulijs, & exigeret celebrari duodecim aut 15. Missas, vt notant etiam Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 18. *de Euchar. conclus.* 14. Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 55. Ratio clara est. Quia pro quindecim Missis daret tantum stipendium decem Missarum, & stipendium aliarum quinque sibi retineret; quod est contra Decreta sacræ Congregationis, *de Celebrat. Miss.* vbi præcipit, quod commendans alijs Missas acceptas, nullam possit sibi retinere partem stipendij, & etiam peccaret contra Iustitiam, quia æstimaret pluris, quàm valeret rem traditam, & iuxta hanc æstimationem tribueret stipendium pro Missis, quod non licet, saltem quando æstimatio excederet summum pretium.

Secundò est aduertendum cum eodem Ledesma *n.* 7
præced. citat. Alphonso de Leone *n.* 54. *citat. sect.* Quod si quis pro celebrandis Missis accipiat stipendia pinguia, nempè singula duorum, aut quatuor, aut quinque Iuliorum, & eas alteri celebrandum commendet exhibendo librum, vel aliquid aliud pro stipendio, tenetur exigere tantum illas Missas, quatum pingue stipendium æquiualet valori libri, aut alterius rei, vt si liber valet decem Iulijs, & ipse pro singulis Missis accepit stipendium quinque Iuliorum non poterit exigere, nisi duas Missas, vt seruetur debita æqualitas. Ratio est. Quia commendans alijs Missas acceptas tenetur illis tradere integrum stipendium acceptum, quantumuis pingue Si autem non computant Missas iuxta stipendium acceptum, sed iuxta consuetum, non daret totum stipendium. Imò committeret Iniustitiam, quia librũ valóris decem Iuliorum daret pro 50. Iuliis si stipendium esset decem Iuliorum. An autem in aliquo casu, vt quando pingue stipendium datur intuitu personæ, possit oppositum habere locum, constabit ex infrà dicendis vbi de non retinenda sibi parte stipendii Missarum.

* * *

QVÆST

QVÆSTIO 919.

An liceat Missam cum Missa permutare.

SVMMA.

1 *Missæ permutatio diuersò modo contingere potest.*
2 *Missæ permutatio an licita.* & num. seq.
4 *Bona spiritualia sunt inuicem communicabilia.*
5 *Quid requiratur ad inducendam simoniam.*
6 *Beneficia sine licentia non possunt inuicem permutari. & cur?*
7 *Gratuita datio excludit tantum pretium.*
8 *Permutatio Missæ non subijcit contractori rem spiritualem.*

1 POtest ex diuersa occasione contingere, quod sacerdotes inuicem Missas permutent, vt si quis grauatus pluribus Missis nequeat oppositione tempore satisfacere, & conueniat cum alijs sacerdotibus, quod ipsi aliquam partem celebrent tot Missas postea ipse ad eorum instantiam celebraturus; Vel si quis sit obligatus celebrare in vno loco, & alius in alio, & inuicem permutent, aut aliquo alio modo, quo permutatio contingere possit.

2 Prima sententia negat, licitam esse hanc permutationem Ita Richard. *in 4 dist.* 25. *ar.* 3. *quæst.* 1 *ad.* 1. Adrian. *quodlib.* 9. *ad* 4. Siluester *verbo.* Simonia *quæst.* 16. *dicto* 4. Tabiena *num.* 46. Armillia *num.* 42. Rosel. *verbo* simonia 1. *num.* 8. Altens. *lib.* 6. *tit.* 55. *ar.* 3. *quæst.* 4 Lopez *par.* 1 *Instruc. cap.* 299. io fine, Petrus Nauar. *lib.* 2. *de restit. cap.* 1. *num.* 386. Fundamentum est. Quia dum interuenit pactum, spiritualia non gratis dantur, nam permutatio non est gratuita datio. Hoc autem est contra illud Christi Math. 10. *Gratis accepistis gratis date.* 2. Ista permutatio subijcit Contractui rem spiritualem, quod est contra reuerentiam ipsi debitam, & indicat permutātem habere dominium illius, cum tamen non habeat, cum non sit Dominus rerum spiritualium.

3 Secunda sententia asserit, esse licitum Ita D. Th. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 3. *ar.* 3. *ad* 8. Durand. *quæst.* 5. *num.* 9. Argent. *quæst. vn. ar.* 4. *ad* 3. Maior. *quæst.* 6. *conclus.* 1. Panorm. *in cap. scripturæ nu.* 4. De voto. Io. de Friburgo *lib.* 1. *sum. tit.* 1. §. 6. *lit. F.* Couarr. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 5. *num.* 4. Lessius *lib.* 2. *de Iust. & Iur. quæst.* 5. *ar.* 2. *ad* 3. Azor. *par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 2. *ver. vnde si quæras* victoria *relect. de simonia num.* 17. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 16. *pun.* 3. *quæst.* 4. ver. *Ad confirmationem* Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 30. *num.* 5. & *cap.* 31. *num.* 20. Ledesma *par.* 2. *summ tract. de simon. cap.* 12. *conclus.* 21. vers. *Auertasi:* Villalob *par.* 2. *sum. tract.* 37. *diffic.* 3. *num.* 2. Fillinc. *tract.* 45. *cap.* 7. *num.* 6. & 14. Tolet. *lib.* 5. *sum. cap.* 88. *num.* 2. Sanchez *lib.* 2. *consil. cap.* 3. *dub.* 44. Palaus *par.* 3. *oper. mor. tract.* 17. *disp.* 3. *pun.* 15. *num.* 1. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sect.* 6. *num.* 57. Garzia *in sum tract. difficul.* 10. *dub.* 1. *num.* 17.

4 Dicendum est *licitam esse permutationem Missarum cum Missis etiam interueniente pacto.* Prob. Licita est huiusmodi permutatio sine pacto, vt aduertunt etiam Doctores oppositæ sententiæ. Ergo etiam cum pacto, quia pactum tantum firmat, non autem immutat cōtractum, seu quasi contractum, sed relinquit in sua Natura, & proinde si est licitus remanet licitus, & si illicitus, talis quoque remanet. Anteced. prob. Quia nihil aliud obstare videtur, nisi spiritualitas, quæ tamen non obstat, quia non impedit quin bona spiritualia alteri communicari possint, vnde sum sint inuicem communicabilia, poterunt etiam inuicem ad æqualitatem communicari, qoia concessa communicabilitate, conceditur etiam mensura communicabilitatis; Qood autem sint inuicem communicabilia, ex eo constat, quod hæc communicatio practicatur continuò in Ecclesia, in qua fideles sibi inuicem communicant propria bona spiritualia, & prouenit ex natura eorumdem bonorum, quæ sunt alteri Communicabilia, vt constat in bonis Christi, & Sanctorum, quæ in Thesauro Ecclesiæ reposita nobis communicantur.

5 Confir. Ad inducendam simoniam requiritur pretium, seu res pretio æstimabilis, ita vt detur pro re spirituali iuxta illud Actor. 8. *Quoniam Donum Dei existimasti pecunia possidere*, Ergo Commutatio spiritualis cum spirituali non inducet simoniam, quia non datur pretio estimabile pro spirituali, sed commutātur spiritualia cum spiritualibus seruata conditione, & vsu debito eorumdem, ita vt adhuc in hac commutatione ordinentur ad eundem finem, nec interueniat aliquis abusus.

6 Dices Beneficia, quamuis sint spiritualia, non possunt sine licentia inuicem permutari Cap. *Quæsitum*, & Cap. *cum olim de rer. permut.* Ergo non est licita permutatiò spiritualium. Resp. neg. Conseq. quia est diuersa ratio de beneficijs, siquidem cum habeant annexum etiam temporale, potest facile interuenire simonia, vt nimirum detur beneficium propter fructus alterius beneficij pinguiores, & ideo huiusmodi permutatio de Iure Canonico est prohibita tanquam præsumpta simoniaca Quæ tamen prohibitio non debet extendi ad res purè spirituales, tum quia tanquā odiosa debet restringi, tum quia in his non adest præsumptio simoniæ.

7 Ad 1. resp. Gratuitam dationem, quæ iniungitur in communicatione spiritualium, excludere tantum pretium, ne scilicet spiritualiā cōuertantur in lucrū temporale, & hoc pacto exponunt Patres illum locum Lucæ, 10. *Gratis accepistis, gratis date*, præsertim Hier & Chrysost. Deinde ista permutatio non excludit gratuitam dationem, quando celebratur Missa ad alterius instantiam, & accipitur stipendium, quia non accipitur stipendium pro Missa, sed pro substentatione; Nam pactum quod interuenit non est de dando spirituali, pro spirituali, sed de Mutua communicatione spiritualium, nempè communica ad meam instantiam Missam, & ego ad tui instantiam communicabo alteram Missam & ideo communicatio Missæ ex vtraque parte fit gratis.

8 Ad 2. per istam commutationem, seu potius mutuam communicationem non subijci contractui rem spiritualem, sed communicari prout secundum suam naturam communicari potest. Nam subijci contractui propriè dicit, quod res, quæ subijcitur, sit materia, circa quam versatur contractus, quod non contingit in præsenti, quia vnus petit gratuitam cōmunicationem sacrificij ad sui instantiam, & promittit se quoque idem facturum ad instantiam ipsius, vnde conuentio non versatur circa sacrificium, sed circa obligationem in correspondendo in communicatione quod idem contingit etiam, quando accipitur stipendium pro Missa, neque enim Missa subijcitur contractui, licet sacerdos se obliget ad celebrandum, & accipiat stipendium, quia accipit pro substentatione, & interuenit duplex obligatio, quod contingit etiam in præsenti; nam vnus se obligat ad gratis communicandum sacrificium, & alter quoqoe se obligat correspondendum simili alia liberali communicatione.

QVÆST.

QVÆSTIO 920.

An poßit Confessarius imponere celebrationem Missarum pro pœnitentia.

SVMMA.

1 *Confessarius pro satisfactione potest imponere sacerdoti celebrationem Missarum.*
2 *Et Laicis quod faciant celebrare Missas.*
3 *Si relinquat pœnitenti electionem Sacerdotis &c. excluditur omnis species mali.*
4 *An possit intendere, quod sibi commendentur.*
5 *Lucrum ex stipendio esset tantum causa impulsiua.*
6 *Quid si iniungat. vt sibi commendet celebrandas.*
7 *Quomodo in hoc peccaret.*
8 *Quid si solum suaderet, vt pœnitens eas sibi commendaret.*
9 *Pœnitentia iniuncta celebrationis Missarum non impletur, si quis gratis celebret.*
10 *Quid si Missæ sint celebrandæ pro defunctis.*

1 SVpponendum est tanquam certum, Confessarium imponere posse pœnitenti Sacerdoti, quod pro satisfactione peccatorum celebret aliquas Missas. Siquidem omnia opera pœnalia, & satisfactoria sunt idonea, vt imponi possint, sicut desumitur ex Concil. Tridentino *sess. 14 cap. 8. de sacram. pœnit.* Celebratio autem Missæ est opus maximè satisfactorium, non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato; Et est etiam opus pœnale, sicut est omnis oratio, imò est excellentior oratio, quia nomine Ecclesiæ offertur Deo. Et in hoc conueniunt communiter Doctores in materia de pœnitentia.

2 Supponendum 2. Confessarios posse etiam laicis imponere, quod pro satisfactione suorum peccatorũ faciant celebrari aliquas Missas. Hoc enim est opus personale satisfactorium, quatenus priuat pœnitentes aliqua pecunia, & quatenus facit quod tanquam cooperatores sacrificij, speciali modo participent de illius satisfactione Vnde etiam si hæc sacrificia non offerrentur pro ipsis pœnitentibus, sed pro defunctis, adhuc participarent in satisfactione sacrificij, vt constat ex dictis suo loco; & in hoc quoque conueniunt communiter Doctores. Solùm ergo difficultas est, an licitè imponatur huiusmodi pœnitentia, præsertim cùm intentione, quod ipsi Confessario detur eleemosina pro Missis celebrandis.

3 Supponendum 3. Quod si Confessarius iniungat pœnitenti vt aliquas Missas celebrare faciat, & relinquat ipsius arbitrio electionem loci, & Sacerdotis per quem sint celebrandæ, non solùm excludetur omne malum, sed etiam omnis species mali, quia hoc sufficienter declarabit, quod Confessarius non imponat talem pœnitentiam ob proprium interesse, sed solum in beneficium pœnitentis. Et ideò dubium solum remanet, quando Confessarius intendit, quod hæ Missæ ipsi commendentur celebrandæ: aut etiam iniungat commendari.

4 Conrad *par. 2. respons. moral quæst.* 358. putat solam intentionem, quod istæ Missæ sibi commendentur, reddere illicitam impositionem huiusmodi pœnitentiæ Filliuc. autem *tract.* 45. *cap.* 4. *num.* 36. *Casu.* 4. inquit, quod Confessarius esset simoniacus, si obligaret pœnitentem, vt sibi commendaret Missas celebrãdas, cui videtur adhærere Alphon. de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 7. num. 73.* & Nolæ vt refert Gras. *de quinque casibus restru. lib. 1 cap.* 11. iste est vnus ex casibus reseruatis, & Castellaneis quoque est casus reseruatus vt refert Alphons. de Leone *citatus.*

Verum quod spectat ad intentionem quamuis in imponenda hac pœnitentia, adsit animus, quod istæ Missæ sibi demandentur celebrandæ, non video quid mali interueniat. Nam motiuum imponendi hanc pœnitentiam, & finis principalis non est illud lucrum, quod speratur ex stipendio Missarum, sed est solum causa impulsiua quæ non reddit illicitam impositionem talis pœnitentiæ, nec facit, quod intendatur tanquam pretium sacramenti pœnitentiæ, neq; tanquam lucrum ex administratione illius: sed solum tanquam stipendium substentationis debitum ratione celebrationis Missæ; in quo nihil inordinatum interuenit, alioquin non esset licitum desiderare, neq. procurare, quod sibi dentur stipendio promissis.

5 Si verò iniungat pœnitenti, vt sibi commendet dictas missas celebrandas, neque adhuc video, quod interueniat aliqua simonia: Nam intendit, & vult, quod illud stipendium sibi detur eo modo, quo datur, quando iniunguntur missæ celebrandæ. Vnde sicut tunc licitè accipitur, & datur, ita etiam in præsenti licitè acciperetur & daretur. Et cum adsit titulus iustus, quo detur, non potest dici, quod respectu administrationis Sacramenti pœnitentiæ inducat aliquam rationem simoniæ quasi nõ gratis administretur, quia solum ex occasione administrationis accipitur occasio habendi aliqua stipendia Missarum, quod non excludit gratuitam administrationem.

6 Solùm ergo peccaret Confessarios, quia abuteretur potestate Sacerdotali in imponenda pœnitentia: nam cum sit data à Christo ad vindicanda per pænas congruas, peccata pœnitentum; atque adeò in beneficium animarum ipsarum, vt desumitur ex Concilio Trident, *sess.* 14. *cap.* 8. *de sacram. pœnit.* illam conuerteret ad proprium interesse; atque adeò deflecteret à debito ordine. Nec iuuat, si dicatur, quod principaliter ordinaretur ad spirituale beneficium pœnitentis, quia cum hoc non tollat quin ordinetur etiam ad tẽporale interesse Confessarij, neque etiam tollit, quin habeat annexum concomitanter etiam peccatum, & scandalum pœnitentis. Et proinde ex hoc capite est casus reseruatus apud Ecclesias de quibus *num.* 4.

7 Ex dictis sequitur. Quod si tantum suaderet pœnitenti, vt sibi commendaret celebrandas Missas impositas pro pœnitentia secluso scandalo pœnitentis, manifestando suam indigentiam, non peccaret, quia non obligaret pœnitentem, vt sibi daret, & proinde non abuteretur potestate suæ Iurisdictionis in foro pœnitentiali, sed adhuc remaneret liberum pœnitenti cõmendare cui voluerit. Tota enim deformitas, quæ in hoc interueniret, consistit in abusu suæ potestatis, qui cessat quando non imponitur obligatio, sed solum suasio, quia hæc non est actus talis potestatis.

8 Sequitur 2. Quod, quando Confessarios imponit pœnitenti, vt faciat celebrare aliquas missas, vt notant etiam Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 10. Alphonsus de Leone *de offic. Capel. quæst. 6. sect. 7. n.* 68. non satisfacit pœnitentiæ iniunctæ, si in eius gratiam aliquis Sacerdos celebret gratis dictas Missas. Nam in impositione huius pœnitentiæ, non solum intenditur celebratio Missæ, sed etiam illa quantitas in erogatione stipendij, quæ cum non interueniat, si gratis celebrẽtur Missæ, non est illa pœnitentia, quæ est iniuncta.

9 Et quamuis Alphonsus de Leone modò citatus putet, quod sufficiat gratuita celebratio si Missæ imponantur pro defunctis, pro peccatis, &c. Hoc tamen non est admittendum, quia vt desumitur ex dicto *cap. 8. de sacram. pœnit. sess.* 14. Conc. Trid. debent opera iniuncta pro penitentia esse pœnalia, & ideò præsumendum est, quod Confessarius intendat semper celebrationem missarum cum erogatione stipendij, vt hoc pacto sit ipsi pœnitenti opus pænale, quia

ſi intenderet ſolum quocumque modo celebtationem Miſſarum in beneficium defunctorum, oon punitet culpas pœnitentis, ſicut debet punire.

Qᴠæstio 921.

An Confeſſarius intendens ſolam mulctam pecuniariam, poſſit iniungere pœnitenti, quod faciat celebrare Miſſas eo fine, vt non teneatur celebrare, ſi ipſi commendentur.

SVMMA.

1 *Confeſſarius qua intentione imponere poſſit pœnitenti, quod faciat Miſſas celebrare.*

2 *Confeſſarius an teneatur celebrare Miſſas, ſi in impoſitione intenderit ſolum mulctam pecuniarum.*

Intentio fundata in errore nullum habet vim.

3 *Pœnitens, an poſſit obligare Confeſſarium ad celebrandas Miſſas, quando ipſe voluit pro pœnitentia eſſe celebrandas.*

4 *Confeſſarius peccat intendens non imponere pro pœnitentia Celebrationem ſi ſibi dentur ſtipendia.*

5 *Quid ſi habeat intentionem conditionatam non obligandi ad Celebrationem, ſi ipſi dentur ſtipendia.*

1 QVidam Confeſſarius ioiungebat pœnitentibus pro pœnitentia, quod facerent eelebrare aliquas Miſſas, ſed revera intendebat ſolùm eo mulctare in pecunia, vt eam erogarent tanquam liberam eleemoſinam, id que eo fiue agebat, vt ſi pœnitentes ipſi commendarent eelebrandas, non teneretur celebrare, ſed haberet liberam eleemoſinam. Dubitatur modò an, potueri noo eelebrare, & an tali pacto iniungendo hanc pœnitantiam peccauerit? Videtur enim quod obligatus fuerit eelebrare, quia dabatur ipſi ſtipendium ſub hoc onere.

2 Attamen probabilius eſt, *quod non fueri obligatus celebrare.* Quia totum quod facit pœuitens dando illam pecuniam, facit in exequutionem pœnitentiæ iniunctæ, atque adeò intendit illud, quod iniunctum fuit à Confeſſario, ita vt intentio Confeſſarij ſit menſora intentionis ipſius, & in tantum intendit celebrationem Miſſarum, in quantum putat, quod etiam Cõfeſſarius illam intenderit. Vnde eum ſit intentio fundata in errore, nullam habet vim, quia error excludit conſenſum *L. Non idcircò C. de Iure dot. & fac. Ignor. & L. ſi per errorem ff. de Iuriſdict. omn. Iud* Et voluntas errantis nihil diſponit *L. 1. C. de fal. cau. adiec. & L. fin. init. de Leg.* 2. Et nou cenſetur imponere obligationem, cum noo impoſuerit Coofeſſarius.

3 Dices. Si ſciret intentionem Confeſſarij, imponeret abligationem, nec artificium ei benè cederet. Reſp. Ex hoc ſolum deduci, quod fortè imponeret, ſi ſciret; vnde ad ſummum poteſt colligi voluntas conditionata, quæ defectu coodition is nihil operatur. Deinde ſi imponeret non ſatisfaceret pœnitẽtiæ iniunctæ, quia voluntas Confeſſarij fuit quod eſſet eleemoſina libera, vnde adhuc teneretur ad eandem Eleemoſinam, quia iam haberet notam intentionem Confeſſarij.

5 Non videtur tamen poſſe excludi peccatum Confeſſarij, quia decipit pœnitentem, dum ſub vna ſpecie pœnitentiæ imponit aliam, & in externo obligat ad id ad quod non intendit obligare. Vndè etiam abutitur poteſtate Iudiciali, tum quia illam conuertit ad proprium intereſſe temporale, tum quia per ipſam fingit ligare pœnitentem in eo, quo non ligat; tum quia eſt cauſa, quod non ſatisfaciat pro peccatis, ſicut putat ſatisfacere. Vnde quamuis Coofeſſarius non teneatur celebrare, peccat tamen graoiter ob grauem abuſum iudiciariæ poteſtatis ſibi commiſſæ, quæ tantum in foro pœnitentiæ habet operari non autem extra ipſum eum extenſione ad intereſſe temporale.

Idem dicendum eſt, etiamſi Coofeſſarius in impo- 5
nenda dicta pœoitentia haberet intentionem conditionaram, vt nimirum intenderet Miſſas celebrari; ſi pœnitens tribueret alteri ſtipendium, non intenderet autem celebrari ſi tribueret ſibi ipſi. Nam adhuc abuteretur poteſtate Iudiciali; & conuerteret pœoitentiam ſacramentalem in proprium commodum temporale. Deinde vel iudieat eſſe neceſſatiam Celebrationẽ Miſſarum pro ſatisfactione ſacramentali: vel non iodicat. Si primum: Ergo dum noo volt celebrari ſi ſibi detur ſtipendium noo imponit illam pœnitentiam, quam iudicat neceſſariam. Si ſecundum: Ergo non debet imponere pœnitentiam, quam non iudicat neceſſariam, cum debeat ſe regulare iuxta indigentiam pœnitentis.

Qᴠæstio 922.

An ſi quis acciperet ſtipendium tanquam pratium Miſſæ, incurreret pœnas ſimoniacorum.

SVMMA.

1 *Accipiens ſtipendium pro functione celebrandi ex ignorantia, excuſatur.*

2 *Si ignorantia non ſufficiat, vt excuſet à ſimonia, an incurrat pœnas*, & num. ſeq.

4 *Cenſura non excedit caſum proprium, pro quo eſt impoſita.*

5 *Simoniacus in materia celebrationis Miſſæ, quas pœnas incurrat.*

6 *Si in celebratione Miſſæ committatur ſimonia abſque iniuſtitia non adeſt obligatio reſtituendi.*

Simonia de ſe non inducit obligationem reſtituendi.

Pœna ſimoniacorum.

IN extrauag *Cum deteſtabile de ſimon*, imponitur ſi- 1
moniacis pœna Excommunicationis Latæ Sententiæ. Vnde oritur dubium, an qui committit ſimoniã rceipiendo ſtipendium tamquam prætium, incurrat hanc Excommunicationem, ſicut etiam cœteras pœnas. Eſt autem præmitteodum, facilè contiogere poſſe, quod Sacerdotes rudes putent, quod ſtipeodium ſit prætium operis, quatenus exercetur functio celebrandi, & quod ſolum ipſum ſacrificium ſubſtantialiter non admittat prætium. Quia tamen hoc prouenit ex ignotaotia, excuſantor à labe ſimoniæ, quia non interuenit ſtudioſa voluntas dandi ſpirituale pro tempotali. Si tamen ignorantia oon ſufficeret ad exeuſandum, dubitatur, an haberent locum pœnæ poſitæ io Iure cootra ſimoniacos.

Quod autem incurrat pœoas ſimoniacorum, deſu- 2
mitur ex Soto *lib. 9. de Iuſtitia, & Iure quaſt. 8. art. 1.* Burgaſ. *de irregular. tit. de ſimon. num. 91.* & aliis, quatenus docent, quod dictæ pœnæ habent locum contra quoſcumque ſimoniacos in quacuoque materia ſit ſimonia. Et fundantur io verbis de Extrauag. ibi *quemlibet dando, vel accipiendo ſimoniam commiſerit.* Verùm hæc verba referuntur ad ſimoniam quoad materiam in dicto Extrauagante expreſſam, & dicto *quemlibet*, refertur ad varios modos, quibus in expreſſa ibi materia, ſimonia committit poſſit. Vnde non præbent ſufficiens fundamentum

Dicendum ergo. Noo incurrere pœnas latas in Iu- 3
re contra ſimooiacos. Ita Nauar. *cap. 23. manual*

num. 111. Salzedo *ad diar. art. in pract. cap.* 91. *verſ.* 3. Vgolin. *de Cenſur. tab.* 1. *cap.* 11. *& tab.* 4. *cap.* 3. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 55. *num.* 6. *qui num. anteced. citat.* Caiet. Syluestr. Redoun. & alios, Graff. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 3. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pœnit. cap.* 12. *numer.* 175. qui alios citat. Filliuc. *tract.* 48. *cap.* 13. *quaſt.* 1. *num* 2. Alter. *tom.* 2. *de Cenſ. diſp.* 15. *cap.* 5. *init.* Sà *verbo.* Simonia *num.* 6. Bonac. *de Cenſ in partic. diſp.* 2. *queſt.* 3. *pun.* 24. *num.* 17. *tom.* 3. Ledeſma *part.* 2. *ſum. tract. de ſimon. cap.* 12. *concluſ. vlt.* Villalob. *part.* 2. *ſumm. tract.* 37. *difficul.* 34. *num.* 1. Leſſius. *lib.* 2. *de Iuſt. & Iur. cap.* 35. *num.* 139. Palaus *diſp.* 3. *de ſimon. pun.* 21. *num.* 2. quatenus docent, quod dictæ pœnæ locum habent ſolum quoad ſimooiam in materia Ordinum, Beneficiorum, & ingreſſus in Religionem. Et in terminis noſtris Alphonſ. de Leone *de offic. Capel. quaſt.* 6. *ſect.* 8. *numer.* 74. Garaia *in ſum. tract.* 3. *diffic.* 10. *dub.* 1. *num.* 19.

4 Fundamentum eſt. Quia Cenſuræ non habent locum, niſi pro Caſibus, pro quibus in iure ponuntur, neque enim fit extenſio de caſu ad caſum, neque de vna materia ad aliam, quia pendet pœna à voluntate legiſlatoris, quæ tantum operatur, quantum exprimit, & ideo non excedit caſum proprium, pro quo eſt impoſita, vt deſumitur ex cap. *Pœna De Pœnit. diſt.* 5. & docent comuniter Doctores Butrius *in Cap. fin. num.* 58. *de Conſuet.* Abb. *in cap. ſi ex reſcriptio num.* 14. *de locat.* Gemin. *in cap. ſtipendia. de reſcript. in* 6. Io Andr. *n.* 8 Iaſ. *in l. Non dubium* verſ. 2. *ſingulariter. C. de legib.* Craoet. *de antiq. temp. part.* 4. §. 1. *num.* 150. Caſtro *lib.* 1. *de leg. pœn. cap.* 7. *docum.* 3. Nauar. *in cap. Pœna. num.* 1. *de pœnit. diſt.* 1. Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *tit. Quis dicat Comeſ. num.* 4. ver. *ſecundus caſus* Euerard. *loco à ratione Leg. larga* poſt med Sayr. *lib.* 3. *clau. Reg. cap.* 8. *n.* 9. Sanchez *lib.* 10. *de matrim. diſp.* 4. *num.* 3. *& lib.* 1. *ſum. cap.* 10. *num.* 48. Auila *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 7. *dub.* 5. Pœnæ autem in iure non ſunt impoſitæ pro ſimonia in quacunque materia, ſed tantum in materia Ordinom, Beneficiorum, & ingreſſus in Religionem, vt per dict. Extrauag. *deteſtabile de ſimon.* & Coostit. Martini V. Pauli II. & Pij V. obſeruant citati Doctores.

5 Ex his ſequitur. Quod contra ſimoniacos in præſenti materia locum habebunt ſolùm pœnæ comminatoriæ, quæ contra ſimoniacos in alia materia imponuntur: & poinde non incurrent has pœnas ipſo facto, ſed tantùm per ſententiam Iudicis poterunt ipſis ſubiici, vt alii citati docent. Bonacina. *diſ.* 2. *de cenſur. in part. quaſt.* 3. *punct.* 24. *num.* 59. verſ. *Secunda Sententia* Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 55. *num.* 8. *& diſp.* 22. *de Cenſur. ſect.* 5. *numer.* 22. Nec obſtat, quod in dict. Extrauag. innouentur, quia innouatio noo mutat ſtatum ipſorum: & proinde relinquit in ordine pœnarum ferendarum.

6 Sequitur. 2. vt notant etiam Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 59. *num.* 16. Sanchez *lib.* 2. *conſi. moral. cap.* 3. *dub.* 113. Alphonſus de Leone *de offic. Capel. quaſt.* 6. *ſect.* 8. *num.* 76. Quod ſi ſtipendium acceptum pro pretio Celebrationis Miſſæ non excedat iuſtum ſtipendium, aut ſi excedat, ſit liberaliter datum, oon adeſſe obligatiooem reſtituendi, quia de Ordinario non eſt in re accepta, ſed in mo do accipiendi, & proinde oon interuenit Iniuſtitia, ſed ſolùm ſimonia. Quia, quod iuſto titulo poteſt accipi, accipitur titolo turpi, & proinde poteſt retineri tanquam ex iuſto titulo debitum. Simonia enim eſt vitium, quod opponitur Religioni, & proinde de ſe non inducit obligationem reſtituendi, nec in præſenti oriri poteſt ex defectu tituli, vt contingit, quando non deeſt titulus iuſtificans; ſiquidem adeſt titulus ſubſtentationis, qui iuſtificare poteſt ſtipendium. Et proinde poterit Sacerdos mutata intentione retinere ſtipeodium pro ſubſtentatione, ita vt nouus titulus iuſtificet retentionem cuius defectu ob prauam intentiooem non fuit iuſtificata acceptio, vt notat etiam Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 1. *num.* 19 io fine. Pœoas autem quas incurrunt ſimoniaci, recenſet Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 56. *per tot.* Reginal. *lib.* 23. *cap.* 12 *ſect.* 1. *&* 2.

DE QANTITATE STIPENDII PRO Miſſarum celebratione.

Cum ex dictis certum maneat, quod iuſtè accipiatur, & detur ſtipendium Sacerdotibus pro Miſſarum celebratione, cum mutua hinc inde obligatione, remanet inquirendum de quantitate eiuſdem ſtipendij, vt ſcilicet ſeruari poſſit debita æqualitas quam exigit naturale ius, in omni mutua obligatione, circa hanc autem quantitatem occurrunt plures difficultates, quæ in præſenti examinandæ ſunt.

QVÆSTIO 923.

Quid veniat appellatione ſubſtentationis, pro qua datur Miſſæ ſtipendium.

SVMMA.

1 *Appellatione ſubſtentationis veniunt alimenta, & quid appellatione alimentorum.*
2 *Integra ſubſtentatio, an debita Celebranti,* & num. ſequent.
3 *Stipendium non debet inſeruire pro totum ſubſtentatione, qui pertinet ad Celebrantem.*
6 *Stipendium debet eſſe idem, ſiue Sacerdos habeat aliquos ſubſtentare, ſiue non habeat.*
7 *Celebranti non eſt debita integra ſubſtentatio, ſed proportionata miniſterio.*
Clericus quomodo debeat ſibi victum quærere.
8 *Subſtentatio debet correſpondere miniſterio.*
9 *Stipendium pro ſubſtentatione Celebrantis, quomodo menſurandum.*
10 *Commendans Miſſas, non tenetur alere, quos alere tenetur Celebrans.*
11 *Inſeruiens Altari, debet de ipſo viuere iuxta menſuram ſeruitij.*
12 *Proportio ſtipendij pro ſubſtentatione ad miniſterium in quo attendenda.*
13 *Stipendium pro ſubſtentatione Celebrantis, non debet extendi ad extinguenda debita, &c.*

CVm ſtipendium licitè detur, & recipiatur intuitu Celebrationis Miſſarum, pro ſubſtentatione Sacerdotum, non poteſt aliquid circa eius quantitatem decerni, niſi priùs conſtet quid nomine ſubſtentationis intelligatur. Et quamuis certum ſit, quod nomine ſubſtentationis veniunt alimenta, nomine vero alimentorum veniunt, non ſolùm, quæ pertinent ad victum, & veſtitum, ſed etiam ea omnia, ſine quibus quis viuere noo poteſt, vt habitatio, Medicinæ, & huiuſmodi *legatis & L. fin. ff. de alimen. & cibar.* 1

cibar. leg. & notant communiter Doctores Roman. *concil.* 440. Corneua *conf.* 286. *num.* 9. *vol.* 3, Alex. *conf.* 178. *num.* 7. *lib.* 6. Menoch. *De arbitr. causa* 170. *n.* 27. Surd *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 1. *num.* 1. & *quæst.* 4. *per tot.* Attamen dubinm remanet an stipendium Missarū debeat correspondere integræ substentationi seu integris alimentis, an vero tantum parti.

2 Prima sententia asserit, stipendium missæ debere correspondere integræ substentationi non solum quoad victum, & vestitum ipsius sacerdotis, sed etiā eorum, qui Iure naturæ suæ curæ commissi sunt, vt sunt parentes, Nepotes. Hanc sententiam refert Henriquez *lib* 9. *sum. cap.* 22 *num.* 4. & *in Comditterra X.* pro ea citat Bannes, & recentiores Thomistas. Eam autem tradunt Caiet. 2. 2. *quæst.* 100. *ar.* 2. *dub.* 1. §. *Auertenda tamen sunt.* Graf. *par.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 96. *num.* 3. Nugn. 3. *par. quæst.* 83. *ar.* 1. *dub.* 10. *conclus.* 4. Fundamentum est. Quia sacerdos tenetur alere eos, qui iure naturæ suæ curæ commissi sunt. Non debet autem pro ipsorum substentatione mendicare.

3 Secunda sententia docet, stipendium missæ debere sufficere pro honesta substentatione, & nomino honestæ substentationis intelligit victum, vestitum, & habitationem. Ita Sotus *lib.* 9. *de iust. & Iur. quæst.* 3. *ar.* 1. *dub.* 3. Aragon. 2. 2. *quæst.* 85. *ar.* 3. *circa fin. in dub. de stipend.* Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *num.* 1. Fundamentum est Quia, qui altari inseruiunt, cum altari participant 1. ad Corinth. 9. Et operarius dignus est cibo suo Matth. 10. Et proinde celebranti sacerdoti debetur tantum, quantum est necessarium pro sui honesta substentatione, nempe victu, vestitu, & habitatione.

4 Tertia sententia asserit, stipendium missæ non debere esse necessario pro tota integra substentatione vnius diei sed solum pro parte, sicut etiam pro parte tantum diei impēdit sacerdos suum Ministerium. Ita Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 92. vers. *Vigesimo quinto* Corduba *in quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 2. *opin.* 2. Vasquez 3. *par. disp.* 234. *cap.* 3. *num.* 19. Suarez. *disp.* 86. *de Eucharist. sect.* 2. *dicto* 3. Azot. *par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæst.* 2. vers. *Tertio peccat.* Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 5. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pænit. cap.* 17. *dub.* 2. *num.* 234 Ludouic. à S. Io: *quæst.* 10. *de Eucharist. ar.* 3. *dub.* 2. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 41. *ar.* 23. *conclus.* 4. Granad. 3. *par. Controuer* 6. *tract.* 14 *disp.* 10. *num.* 7. Baun. *par.* 1. *theol. moral. tract.* 10. *quæst.* 12. *de præb. & paroch.* Machad. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 12. *docum.* 8. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 9. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 2. *num.* 7. Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 23. Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. vers. *A certa* Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 1 *quæst.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *quæst. regul. quæst.* 43. *ar.* 17. Palaos *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 14. *num.* 4 vers. *Caterum.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 8. *num.* 14. Dicastillus *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 19. *num.* 355. & cæteri communiter, dum agunt de quantitate stipendij.

5 Dicendum 1. *Stipendium missæ non debere deseruire pro substentatione eorum, quorum causa de Iure naturali spectat ad celebrantem* & proinde se non esse debitum in illa quantitate, quæ in hunc finem deseruiat. Hoc constat ex praxi tum ex consuetudine, tum etiam ex taxatione Prælatorum inducta. Ratio est. Quia stipendium pro substentatione est debitum solum ratione Ministerij Sacerdotalis exhibiti, quia iua naturale obligat ad alendos Ministros Ecclesiæ, quatenus nobis impendunt suum Ministerium. Ergo obligatio non se extendit ad eos, quos sacerdos tenetur alere, quia cum ipsi non exhibeant aliquod ministerium, non contrahunt ius ad exigendam substentationem. Nec ius celebrantis ad ipsos se extendit sicut nec se extendit ministerium in quo fundatur. Nec ius sacerdotis est ius ad substentationem pro ipsis, quia est ius secundum mensuram ministerij, atque adeo personale, itavt pro sola persona exhibentis ministerium exigat substentationem.

Confirm. Stipendium intuitu Missæ est debitum de iustiria. Quod satis significant illa verba Chisti. Lucæ 10. *Dignus est enim operarius mercede sua.* Quia si estdignus, illam meretur de condigno, atque adeò ex iustitia. Ergo cum idem sit ministerium, siuè Sacerdos habeat aliquos, quos de Iure naturæ sobstētare debeat, siue non habeat, erit etiam debitum idem stipendium, quia datur cum proportione ad ministerium Ergo cum celebrātibus, qui non habent, quos debeant substentare, non sit debitum stipendium pro aliorum substentatione, nec etiam erit debitum ijs, qui habent alios substentandos. 6

Dicendum 2. *Substentationem, quæ est debita celebranti ratione Ministerij non esse totam, sed tantum partem correspondentem proportionaliter Ministerio, atque adeo stipendium non debere correspondere toti substentationi.* Quod intelligitur de ordinaria substentatione, nam alicui, qui parcè admodum viuat poterit sufficere. Constat ea praxi, quia regulariter stipendium, quod datur Sacerdoti celebranti non sufficit pro ipsius substentatione. Et ex cap. *Clericus dist.* 91. vbi ex Concil. Cartag. 4. *cap.* 5. refertur. *Clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absque officij sui dumtaxat detrimento paret.* Vnde supponitur, quod non debeat habere totam substentationem ex ministerio Ecclesiastico. Et ex Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 2. *de refor.* vbi præcipit, quod nemo ad sacros Ordines admittatur, nisi habeat beneficium, pensiooum, aut congruum pattimonium, vnde substentari possit. Quod Decretum supponit, Quod non debeat habere totam substentationem ex ministerio Ecclesiastico. 7

Ratio est. Quia obligatio oriens ex iure naturali ministrandi substentationem Sacerdotibus exhibentibus nobis suum ministerium, est cum proportione ad ipsum Ministerium; Quia si est dignus operariua mercede sua, vt ait Christus, Lucæ 10. exhibens maius Ministerium est dignus maiori stipendio, si enim exhibitio Ministerij fundat ius ad stipendium pro substentatione exhibitio maioris ministerij fundabit Ius ad maius stipendium. Ergo cum Ministerium celebrandi Missam non occupet totum, quod exhibere potest, sed tantum partem, & relinquat locum pro alijs ministerijs, non fundabit ius ad totam, & integram sobstentationem, sed tantùm ad partem. 8

Confirm. stipendium est debitum celebranti Missam, quia operarius dignus est mercede sua, vt ait Christus, Lucæ 10. Et proinde hoc debitum prouenit ex illo principio, quod operarijs sit debita merces, & proinde accipi debet, vt deductum ex tali principio, & secundum mensuram, secundum quam deducuntur alia debita, quoad mercedem. Ergo cum ex illo principio non deducatur, quod quibuscumque operarijs sit debita eadem merces, sed diuersa cum proportione ad ministerium exhibitum, deduceretur etiam in præsenti, quod non sit debita tota substentatio, sed tantum pars sicut ministerium nō est totum illud, quod potest exhiberi, sed pars Et quia sicut tota substentatio dicit proportionē ad totalem occupationē ministri in aliquo ministerio, ita pars dicit proportionem ad partialem occupationem. 9

Ad fundamentum 1. sentent. Resp. Quod quando Sacerdos tenetur aliquos alere de iure naturæ, debet aliqua alia via procurare alimenta, nam hæc oblatio non transit ad eos, qui commendant Missas celebrādas, qui tenentur solùm Sacerdoti celebranti de iustitia, atque adeò id solùm soluere debent, quod de iustitia est debitum. Non teneotur autem ex iustitia 10

alere eos, quos alere tenentur Sacerdotes: & proinde non tenentur exhibere stipendium pro ipsorum substentatione.

11 Ad fundamentum secundæ sententiæ. Altari inseruienté cum Altari participare, & operariū esse dignū cibo suo, vt constat ex dictis iuxta mensuram seruitij, & ministerij. Vnde qui se totū occupat in seruitio & ministerio, acquirit ius ad totalem substentationem, qui verò solùm per partem, acquirit ius ad solam partem substētationis. Alioquin non maior substentatio deberetur Parrocho, qui tota die occupatur in ministratione sacramntorum, ac cœteris functionibus Ecclesiasticis, quam deberetur simplici Clerico, qui vnica vice celebranti inseruiret.

12 Ex dictis sequitur, vt notant etiam Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. vers. *Aceria.* Lugo Card. *disp.* 21 *de Eucharist. sect.* 2. *n.* 23. Garzia *in sum. tract.* 3. *diffic.* 10. *num.* 8. in fine. Quod licèt stipendium debeatur cum proportione ad ministeriū, hæc tamen proportio non debet atendi ad quantitatem temporis quod insumitur in ministerio, alioquin idem stipendium deberetur Sacerdoti celebranti, ac Clerico ministranti, cum in suo ministerio insumat vterque idem tempus. Sed habenda est ratio qualitatis, & dignitatis ministerij, quia tunc quò dignius est ministerium, eò etiam magis dignum supponit ministrum. Stipendium autem substentationis proportionari debet dignitati ministri exercentis suam dignitatem in ministerio. Siquidem dignitas personæ exhibentis ministerium, fundat ius ad maiorem recognitionem. Vnde cum Celebratio sit dignius ministerium, quod prouenire possit à Sacerdote, quamuis occupet exiguam portionem temporis, exigit maiorem partem frugalis substentationis.

13 Sequitur 2. Non posse subsistere, quod nonnulli docent, quod stipendium pro Missa non solum debeat sufficere pro congrua substentatione Sacerdotis, sed etiam pro soluendis debitis, emendis libris, &c. vt inter alios obseruat Dicastill. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 4. *dub.* 19. *num.* 355. Quia hæc sunt extrinseca substentationi Sacerdotis, & ideò si neque tota substentatio est debita, multò minus erit debitum subministrare pecuniam pro emendis libris, &c.

QVÆSTIO 924.

Quodnam sit iustum stipendium Missæ.

SVMMA.

1 *Si Celebrans non habeat vnde viuat, non est ei debita tota substentatio.*

2 *Iustum stipendium est illud, quod lege, vel consuetudine est taxatum.*

3 *Ius naturale de stipendio pro substentatione Celebrantis est indeterminatum.*

4 *Taxatio stipendij ex consuetudine habet latitudinem.*

5 *Stipendium potest esse in eodem loco, aliud secundum legem, & aliud secundum consuetudinem.*

6 *Sacerdos potest non acceptare stipendium secundum consuetudinem, si minus sit taxato à lege.*
Dedecet tamen contractatio.

7 *Qui celebrauit potest exigere stipendium taxatum à Lege.*

8 *Consuetudo minuens stipendium taxatum, quando sit irrationabilis.*
Consuetudo irrationabilis non est attendenda.

9 *Stipendium pinguius ex currentibus, soluendum ab hæredibus.*
Anima rebus omnibus præferenda.
Præsumptio habet vim probationis.

Supponendum est. Non posse subsistere, quod cum alijs tradit Vega *par.* 1. *sum. cap.* 21. *casu* 1. nempè quod titulo stipendij sit debita tota substētatio Sacerdoti, si sit adeò pauper, vt non habeat aliud, vnde viuat, nec possit aliquo exercitio victum sibi necessarium & parum comparare; nam ius exigendi stipendium, & obligatio subministrandi non fundatur in paupertate Sacerdotis, nec in impotentia ad alia exercitia, sed merè in ministerio, quod cum sit idem, siue sit pauper, siue diues, siue impotens ad alia exercitia, siue potens, fundabit semper ius ad idem stipendium, & proinde stante quacumque indigentia Celebrantis, non erit debitum maius stipendium. 1

Dicendum est. *Iustum stipendium debere esse illud, quod lege, vel consuetudine taxatum est.* Ita communiter Doctores. Suarez *disp.* 85. *de Eucharis. sect.* 2. vers. *De quibus, & vers. Dico secundò* Vasquez 3. *par. disp.* 234. *cap.* 3. *num.* 18. Miranda *tom.* 1. *manual. quæst.* 41. *art.* 23. *conclus.* 2. *&* 3. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 10. *cap. vlt. num.* 15. in fine, Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. in fine, Filliuc. *tract.* 5. *num.* 178. Mercer. *de sacram quæst.* 83. *art.* 4. *dub.* 3. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 15. *num.* 14. Nugn. 3. *par. quæst.* 83. *art* 1. *par.* 3. *dub.* 9. *conclus.* 1. ver. *Ad* 1. Coninch. *dub.* 10. *num.* 192. Reginal. *lib.* 21. *num.* 232. Zerola *in praxi Episcop. par.* 1. *verbo* Missa *conclus.* 2. *&* 3. Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 16. *num.* 12. Bonacina *disp.* 4. *de sacram. quæst. vltima, punct.* 8. *num.* 8. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 20 *num* 366. Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 24. *num.* 8. Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vnica punct.* 14. *num.* 4. vers. *Quod si vrgeat.* Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult* 10. *dub.* 2. *num.* 7. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sect.* 11. *num.* 102. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 4. *&* 5. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 3. *num.* 15. Amicus *tom.* 7. *Curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 8. *num.* 280. 2

Ratio est. Quia quamuis de iure naturæ adsit obligatio dandi stipendium celebranti pro substentatione, non tamen ex eodem iure determinatur quantitas, sed relinquitur determinanda. Nec etiam potuit determinari, cum dependeat ex pluribus circumstantijs, quæ per prudentiam consideranda sunt, & quæ successu temporis variari possunt. Non potest autem hæc determinatio fieri nisi aut à lege, aut à consuetudine, quia debet esse determinatio publica, quæ vniuersaliter se extendat, atque adeò requirit causam publicam, à qua proueniat. 3

Dicendum 2. *Stipendij taxationem consuetudine inductam admittere secum latitudinem ita vt intra certos terminos adsit infimum medium, & summum.* Quod non solùm valet quoad diuersa loca, sed etiam quoad eumdem. Ita Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 18. *conclus.* 8. Suarez *disp.* 86. *de Eucharist. sect.* 2. *dicto* 2. Amicus *tom.* 7. *Curs. Theol. disp.* 33. *sect.* 8. *num.* 280. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 41. *ar.* 23. *conclus.* 2. in fine, Filliuc *tract.* 5. *n.* 178. Mercer. *de sacram. q.* 83. *art.* 4. *&c.* vers. *Not. tertiò.* Villalob. *par.* 1. *sum tract.* 8. *difficult.* 15. *n.* 15. Alphonsus de Leone *de offic. Capel. quæst.* 6. *sent.* 11. *num.* 104. Hoc constat ex praxi in pluribus locis, nam aliqui dant plus, aliqui minus, omnes tamen intra certos terminos. Ratio est. Quia in introducenda consuetudine taxatiua stipendij Missarum, non solùm concurrit obligatio Iuris naturalis de subministranda debita substentatione, sed etiam deuotio commendantis Missas, qui cum habeat pro fine fructum Sacrificij, qui quò maius est stipendium, eò maior est. Augere solet stipendium ex hoc motiuo, quod cum non habent in omnibus camdem mensuram, 4
inducie

inducit consuetudinem irregularem iuxta quam distingui potest summum, mediocre, & infimum.

5 Imò potest in eodem loco adesse duplea taaatio stipendij, alia secundum legem, & alia secundum consuetudinem, & ego alicubi olim obseruaui, præsertim Mediolani, Veronæ. Potest enim contingere quod per Episcopum, aut Synodum tenetur stipendium supra id, quod est de consuetudine ita exigentibus circumstantijs temporis, & nihil quod plures eahibeant minus stipendium retinendo præcedeotem consuetudinem, & quod Sacerdotes illud acceptent iudicantes melius esse illo fieri, quam omni stipendio carere.

6 Est tamen aduertendum. Quod licet Sacerdotes possint non acceptare stipendium secundum consuetodinem, si sit minus taaato, aut si non sit mediocre, aut summum, sed tantum infimum. Secundum consuetudinem non tamen expedit, quod quasi ageretur de re vœnali inuicem contractent conantes vni plus accipere, alij minus dare, nam hæc contractatio valde dedecet rem, de qua agitur, quia talis contractatio præbet specimen venditionis, & emptionis. Et ideò si Sacerdos iudicet stipendium oblatum non esse sufficiens debet absolutè non acceptare, aut ad summum modesto modo declarare, quod non sit sufficiens stipendium pro substentatione habita ratione taxationis, aut consuetudinis.

7 Ea bis sequitur. Quod si quis absque eo, quod paciscatur de stipendio ce ebter certum numerum Missarum ad alterius instantiam, poterit eaige.e stipendium secundum taxationem, etiamsi secundum consuetudinem esset minus, & Episcopus poterit cogere debitores stare taxæ. Ratio est. Quia lex taaatiunis facit silere consuetudinem, quia eam corrigit, & reducit ad terminos debitos, & ideò tenetur Episcopus eam manutenere, tanquam rationabilem. Quod tamen locum non habet, si consuetudo sit inducta post legem taxationis & sit legitimè præscripta, nam tunc præualet contra legem, si tamen non sit rationabilis, quia scilicet stipendium non sufficiat pro illa substentatione, quæ est debita celebraoti, & proinde non sit legitimè præscripta iuata Cap. *fin. de consuetud.* non debebit Episcopus stare consuetudini.

8 Sequitur secundò. Quod si consuetudo superueniens legi detrahat de stipendio taaato, nisi sit facta mutatio notabilis in ijs, quæ inseruiunt substentioni quoad pretium itavt notabiliter decreuerit vt proinde minus requiratur pro substentatione Sacerdotis; habenda est pro irrationabili, vtpotè fundata in auaritia commendantium Missas, & consequenter non præualebit contra taxationem factam, quia præsumitur, quod taxa fuerit rationabiliter stabilita, & ideò nō debet violari Cap. *Cū P ia* & Cap *Ecclesiastica* 25. *quæst.* 2. Nisi enim consuetudo rationabilis sit, non valet, neque est attendenda, præsertim in Iudicio Cap. *Ad nostram de consuetud.*

9 Sequitur tertiò. Quod, quando Defuncti relinquont Missas celebrandas pro seipsis non taaato stipendio, tenentur hæredes eabibere quod est pinguius vel secundum taxam, vel secundum consuetudinem. Quò enim pinguius est stipendium eò fructuosior est Missa, quia scilicet conferens stipendium meliori modo cooperatur. Vnde cum simus in materia, in qua agitur de fauore animæ præsumendum est, quod defunctus voluerit quod Missæ in sui beneficium celebrarentur eo fructuosiori modo; quo posset, atque adeò, quod voluerit obligare hæredes ad pinguius stipendium ex consuetis exhibendum, quia anima rebus omnibus est præfereoda cap. *Præcipimus* 2. *quæst.* 11. & *l. sancimus*, *C. de sacro-sanct. Eccles.* & hanc præscriptionem potest Ordinatius sequi in taxando stipendio pro Missis defunctorum; nam præ-

sumptio habet vim probationis vt inter alios notant Menoch. *Præsumpt.* 36. *lib.* 1. Pascin. *lib.* 1. *de probat. cap.* 11. *num.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1222. *num.* 2.

QVÆSTIO 925.

Quomodo taxandum sit stipendium pro Missis.

SVMMA.

1 *Stipendium pro substentatione celebrantis est taxandū habita ratione circumstantiarum loci, & temporis.*

2 *Vbi victualia pluris vœneunt stipendiū debet esse maius.*

3 *In penuria annonæ potest celebrans exigere maius stipendium.*

1 Dicendum est *Stipendium pro Missis taxandum habita ratione circumstantiarum loci, & temporis.* Desumitur ea Caiet. 2. 2. *quæst.* 77 *art.* 1. vers. *quoad* 2. Soto *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. *in dub. De valore Miss. conclus.* 2. vers. *Quoniam* Aragon. 2. 2. *qu.* 85. *art.* 3. *dub.* 1. *de stipen.* §. *His tamen non obstantibus.* Nauar. *cap.* 23. *manual. num.* 78. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *num.* 4. Marchant. *in tribun. sacram. tom.* 2. *tract.* 2. *par.* 2. *tit.* 4. *quæst.* 2. *in Appen. resolut.* 4. Circumstantiæ autem attendendæ, sunt illæ quæ conferunt ad caritatem, vel vilitatem aononæ. Vnde constat ex praxi quod his temporibus stipendium maius est, notabiliter, quam fuerit antiquitus, quia victualia longè pluris vœneunt.

2 Ratio est. Quia stipendium datur propter substentationem, licet non totalem. Ergo debet esse proportionatum illi partiali substentationi pro qua datur, itavt sufficiens sit pro illa comparanda. Ergo vbi victualia pluris vœneunt, requiritor maius stipendium, vt possint comparari, & vbi minoris vœneunt, sufficit minus stipendium, quod declarat etiam praais, nam in locis, vbi abundant victualia, & minoris vœneunt, tribui solet minus stipendium.

3 Ea dictis sequitur. Quod si contingat superuenire pecuniam annonæ, itavt victualia notabiliter crescant in prætio, noo obstante taaa, aut consuetudine certi stipendij, poterunt Sacerdotes exigere maius stipendium; nam taxa, & consuetudo facit iustum stipendium secundum regularem ordinem; stante autem pœnuria annonæ tanquam ea causa extraordinaria augeri potest stipendium. Nam lex, & consuetudo habet tacitam conditionem, quod permaneant res in eodem statu; nam si fiat talis mutatio, qualis si fuisset ab initio, aliter legislator disposuisset aut aliud ex consuetudine fuisset introductum probet sufficiens motiuum interpretādi legem, seu consuetudinem. Est tamen aduertendum, quod si res ad pristinum reducantur, debet etiam reduci stipendium.

QVÆSTIO 926.

An Episcopus ita taxare possit stipendium Missæ, vt non accipiatur maius.

SVMMA.

1 *Ad Ordinarium spectat taxare stipendiū Celebrantiū.*

2 *Duplex modus taxandi stipendium, & quinam congruentior.*

3 *Stipendium an possit taxari cum prohibitione ne accipiat maius.*

5 *Maius stipendiū fundat perfectiorem actū Religionis. Facit quod percipiatur maior fructus.*

6 *Stipendium potest taxari cum prohibitione ne exigatur maius.*

causa fin. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 278. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 15. *num.* 4. Trulleneh. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 4. Franeisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 3. *num.* 17. & alij.

3 Dicendum est. *Posse Ordinarium ita taxare stipendium Missarum, vt obliget commendantes Missas non dare aliquid minus taxato.* Ratio est. Quia stipendium taxatum præsumitur esse illud, quod de Iure naturali est debitum pro substentatione sacerdotalis. Ergo potest superior obligare, vt non detur aliquid minus taxato. Conseq. constat. Quia potest obligare ad seruandum id quod est de iustitia, est autem de iustitia, vt secundum obligationem Iuris naturalis subministretur celebrantibus missas stipendium pro congrua substentatione. Præsertim quia nunnunquam instantes pro celebratione Missarum ita premuntur auaritia, vt quærant omni studio minuere stipendium, exhibeant monetas deteriores, & deficientes in pondere in præiudicium sacerdotum, qui viuunt ex tali stipendio,

4 Ex dictis sequitur, vt notant etiam plures ex citatis Doctoribus pro secunda sententia. Quod possit Ordinarius obligare sub pœna alicuius censuræ, vt non detur quid minus stipendio taxato pro missarum celebratione. Nam agitur de seruanda iustitia, & reddendo celebranti, quod sibi de iure naturali debitum est pro substentatione. Vnde potest suam legem Ordinarius coadiuuare imposita aliqua pœna spirituali non secus, ac coadiuuantur aliæ leges, quæ ordinantur ad bonum commune.

5 Ad fundamentum in oppositum resp. Stipendium pro missa impropriè dici eleemosinam, quia non datur titulo misericordiæ, neque ex pura liberalitate, sed ex titulo Iustitiæ, cum de iure naturali sit debitum pro substentatione sub onere ministerij exhibin, vt constat ex dictis in superioribus & ideo potest cogi ad soluendum stipendium, qui missas cõmisit celebrandas. Neque quod secundo loco affertur continet aliquid momenti, neque enim fit laicis præiudicium ali. quod ex eo, quod cogantur certum stipendium, & nihil minus dare ex suppositione, quod velint missas ad sui instantiam celebrari. Neque enim priuantur aliquo iure, vnde solùm oriri potest præiudicium; sed obligantur ad id, ad quod de iure naturali tenentur. Vnde obligatio est radicata in iure naturali, & fit ipsis propria ex eo, quod volunt illam suscipere, dum volunt Missas celebrare, Neque quicquam fauet Cap. *super eo De Offic. deleg.* Quia ex eo tantum habetur, quod facultas delegati non se extendit ad inferendum alicui præiudicium; & quod clausula appellatione remota in eius commissione opposita, intelligitur tantum quoad partes collitigantes.

QVÆSTIO 928.

An Ordinarius statuere possit quod sacerdotes non recipiant quid minus stipendio taxato.

SVMMA.

1 *Ordinarius an possit statuere, quod quis non recipiat minus stipendio taxato.* & num. seq.
2 *Prohibere ne accipiatur quid minus stipendio taxato non est prohibere liberalitatem &c.*
4 *Prohibere ne accipiatur minus, stipendio taxato confert ad commune bonum*
Obuiat pluribus inconuenientibus.
4 *Sacrista non recte applicat Missas beneficiatorum quasi liberas.*
6 *Prohibitio ne Capitulum exerceat functiones stipendio minori taxato, an licita.*
7 *Quod disponitur de vno correlatiuo disponitur etiam de alio.*
8 *Prohibitio quod non recipiant stipendium minus taxato non est reprehendenda.*
9 *Non impendio quin possit sacerdos gratis celebrare.*

QVamplures negant, posse Ordinarium obligare Sacerdotes, ne accipiant quid minus stipendio taxato. Ita Aragon. 2. 2. *quæstio.* 85. *articul.* 3. *in Rub. de stipendio Missæ causa fin.* vers. *His non obstantibus* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *num.* 4. Corduca *in Quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 4. *pun.* 1. *opin.* 2. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 252. *conclus.* 4. Vasquez. 3. *part. disp.* 234. *cap.* 1. *num.* 8. Suarez. *disp.* 86. *de Eucharist. sect.* 2. *dicto* 2. vers. *sed circa hæc.* Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pœnit. cap.* 17. *dub. vlt. num.* 241. Alphons. de Leone de Offic. Capel. *quæst.* 6. *sect.* 12. Francisc. Lugo. *lib.* 5. *de sacrament. cap.* 12. *quæst.* 3. *num.* 19. Garzia *in sum. tract.* 5. *difficult.* 10. *dub.* 2. *num.* 4 Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disput. vnic. punct.* 14. *num.* 4. in fine, Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 5. *difficult.* 55. *num.* 4. Trullench. *lib.* 3. *de sacrament. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 4. Mouentur ex eo, quod non possit Ordinarius prohibere Sacerdoti, ne exerceat actum liberalitatis, aut misericordiæ relinquendo partem stipendij, & ne condonet debitori partem illius, quod sibi debetur. 1

Hoc tamen fundamentum debile est. Nam exercitium liberalitatis, aut misericordiæ vel condonatio partis debiti non est actus, qui cadat sub dicta prohibitione, siquidem actus prædicti supponuntur in exercente, aut dominium materiæ, circa quam versantur, aut saltem ius acquisitum ad ipsos; Quod respectu stipendij Missæ non habet locum nisi aut quando iam Sacerdos accepit stipendium, aut quando iam celebrata Missa acquisiuit ius ad ipsum, & habeat actionem ad ipsum petendum. Et proinde hi actus supponunt, quod acceptum sit stipendium saltem ex pacto, & sunt posteriores acceptatione, & ideò quando prohibetur acceptatio minoris stipendij, non prohibentur hi actus. 2

Econtra vero; Quod possint occurrere tales circumstantiæ, quod alicubi prohiberi possit, ne recipiatur minus stipendio taxato, docet Ludouic. à S. Io. *in sum. quæst.* 10. *de Eucharist. art.* 2. *dub.* 2. *difficul.* 1. *conclus.* 5. vt si esset necessarium ad occurrendum illorum importunis sedulitatibus, quibus student minuere stipendia missarum quacumque via, & nihil curãt, quod subtrahatur debita substentatio Sacerdotũ. 3

Et quidem pro hac parte facit valida ratio. Nam qui habet potestatem legislatiuam, potest statuere ea omnia, quæ conducunt ad bonum communitatis, quam regit. Imò tenetur statuere, quando cognouit, quod sunt necessaria pro manutenendo bono statu ipsius; contingere autem potest, quod huiusmodi statutum concernat ad bonum communitatis, eo quod ex opposito insurgat graue damnum Sacerdotibus, eo quod non habeant iustum stipendium taxatum pro sui substentatione, & quod etiam sequantur alia inconuenientia. Quod totum constat ex facti contigentia. In quadam Italiæ celeberrima Ciuitate taxatum fuerat stipendium, & quædam Congregatio acceptabat Missas celebrandas cum stipendio tertia parte minori taxato, ex quo factum est, quod quando instabant pro Missis apud alios Sacerdotes, vt plurimũ offerrent stipendium tertia parte minus taxato; si acceptabant, non habebant iustum stipendium pro substentatione, si respuebant remanebant omninò sine stipendio, quia non habebant stipendia iuxta Taxam. Ecce damnum notabile communitatis. Rursus illa Congregatio substinebat 4

onera

oneta Missatum longè superiora, quàm quibus satisfacete posset: vndè transmittebat eadem oneta adimplenda ad loca, in quibus stipendium esset minus ipso, quod illa acceperat. Et ecce aliud inconueniens, quia differebatur celebratio Missarum vltra debitum tempus præsertim earum, quæ exigunt celeritatem.

5 Rursus In quadam insigni Collegiata, in qua quotidie celebratur magnus numerus Missarum, contendebat Sacrista, quod illæ Missæ non essent obligatæ quoad applicationem, & ipse eas applicabat, colligebat stipendia ferè dimidio minora consueto, vt alliceret ad sibi commendandas Missas, quis aliàs non commendassent, quia dubitabant an esset in facultate ipsius applicare illa sacrificia. Vnde hæredes defunctorum nihil curantes, an essent percepturi fructum, libenter ipsi commendabant Missas relictas ex Testamento, quia minus erogabat, si ergo prohiberetur ne Sacerdotes acciperent minus stipendium taxato occurreretur his, & alij huiusmodi inconuenientibus, etiam quoad eos, qui ratione exemptionis non subduntur Ordinario, quia ex vi directiua tenerentur seruare legem.

6 Secundò. Hæc prohibitio est licita pro aliqua Communitate, nempe Capitulo, &c. Ne scilicet cum stipendio minore taxato exerceat aliquas Ecclesiasticas functiones, vt cantandi Missam, accedendi ad exequias, &c. tum ob obseruandam decentiam illius communitatis, tum ob manutentionem Ecclesiæ, vt docent plures ex citatis Doctoribus *num.* 1. Ergo erit etiã licita ob potiores rationes etiam quoad manuale stipendium pro Missis priuatis, cũ maior necessitas quoad hunc casum adesse possit, vt constat ex dictis.

7 Tertiò. Potest Ordinarius prohibere ne Laici pro Missis celebrandis dent stipendium minus taxato, vt docent Doctores, supra *num.* 1. relati & alij citati, *in quæst. præced. num.* 2. Pro secunda sententia. Ergo poterit etiam statuere, quod Sacerdotes non recipiãt quid minus stipendio taxato, quia hæc duo sunt correlatiua, & in vtroque militat eadem ratio, nempè dandi, & habendi debitam substentationem. Quod autem disponitur de vno correlatiuo disponitur etiã de alio *l. in C. de indict. viduit. tol. & l. fin. de accept. titul.* & obseruant communiter Doctores Bar. & Bal. *in dict. l. fin. C. de indict. viduit.* Ripa *in L. Hic prætor. §. si Iudex ff. de re iud.* Eus. at. *in Topic. Iur. loco à correlatiuis num.* 8. Sanchez *lib.* . *de matrim. disp.* 54. *num.* 1 Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 4. *num.* 7.

8 Neque sequitur, quod huiusmodi statutum contineat speciem auaritiæ, & videatur constituere Missam vœnalem. Nam obligare ad id, quod est de iustitia, & est necessarium pro bono communitatis ita iustificat legẽ, vt ab ipsa etiam tollat suspicionem mali. Deinde eadem est ratio in obligando Laicos, vt non dent minus stipendium taxato. Et si non videtur constituit Missa vœnalis ex eo, quod exigitur stipendium, quia dignus est operarius mercede sua, neque etiam videbitur constitui ex eo quod ita exigente communi vtilitate statuatur, quod non acciperetur stipendium minus taxato. Denique non prohibentur actus liberalitatis, & misericordiæ, vt constat ex dictis *num.* 2. neque præcluditur via ad ipsos, quia accepto taxato stipendio erit in potestate Sacerdotis exercere quamcumque liberalitatem voluerit.

9 Neque etiam sequitur, quod si velit, non possit Sacerdos gratia celebrare, ad cuius instantiam voluerit. Quia per dictum statutum non remaneret prohibitũ, quod gratis non celebretur; sed quod celebrandu cum receptione stipendij, non recipiatur minus taxato, quia ex primo nullum sequitur preiudicium communitati, sicut sequitur ex altero, nam est causa quod cæteri Sacerdotes, aut carere debeant substentatione, aut sint tantum incongruam habituri, Et quod introducatur consuetudo contra taxationem stipendij cum preiudicio notabili totius Communitatis, tum Clericorum, tum etiam Regularium.

QVÆSTIO 929.

An Sacerdos possit exigere maius stipendium taxato.

SVMMA.

1 *Quando peccent celebrantes exigentes maius stipendium taxato.*

2 *Possunt recipere in quacumque quantitate sponte exhibitum.*

3 *Celebrans, an possit exigere maius stipendium taxato* & num. seq.

5 *Qui tenenentur stare taxæ, non possunt exigere maius stipendium.*

6 *Non expositi ad celebrandum non tenentur recipere stipendium taxatum.*

7 *Celebrans potest recusare stipendium taxatum, vt recipiat maius, si ab aliquibus soleat exhiberi.*

8 *Exigens maius stipendium taxato, quando restituere teneatur.*

9 *Nolens celebrare cum stipendio taxato in quo peccet.*

SI adsit prohibitio, quod non exigant, certum est, quod Sacerdotes subiecti statuto prohibenti, peccant exigendo maius stipendium taxato, nisi adsit aliqua causa, quæ faciat licitum exigere iuxta ea, quæ dicta sunt in superioribus. Vnde difficultas est, quando est taxatum stipendium, sed non adest prohibitio, quod non exigatur maius stipendiũ. In qua difficultate illud certum est. Quod si Sacerdos fraude, aut dolo, aut quocumque alio modo ab inuitis extorqueat maius stipendium taxato peccat & tenetur ad restitutionem sub graui, vel leui peccato, prout est grauis, vel leuis materia, quæ extorquetur, vt notant Azor. *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæst.* Vasquez 3. *part. disp.* 234. *cap.* 1. *n.* 7. Suarez *disp.* 86. *de Euchar. sect.* 2. Coninch. *de sacram. q.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. *n.* 192. Nauar. *cap.* 33. *manual. n.* 106. Quamuis enim voluntariè secundum quid tribuatur absolutè tamen excessus supra taxatum præsumitur inuoluntarius, atque adeò iniustè extortus. 1

Secundò etiam certum est. Quod recipi potest stipendium in quantumcumque magna quantitate si sponte exhibeatur, vt notant Lessius *lib.* 2. *de iust. & Iur. cap.* 4. *dub.* 6. *num.* 37. Suarez *disp.* 85. *de Eucharis. sect.* 2. Fraxinel *de obligat sacerd. sect.* 3 *prænot.* 5. §. 3. Posseuin. *cap.* 2. *de offic. Curati num.* 25. Reginal *lib.* 23. *Praxis fori pænit. num.* 232. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt pun.* 8. *num.* 11. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram cap.* 12. *quæst.* 3. *num.* 20. Nam cum spontè detur præsumitur in dante liberalis voluntas subministrandi celebranti ampliorem substentationem & ideò accipi potest tanquam effectus liberalis voluntatis. 2

Quod autem non possit exigere maius stipendium, & si exigat, teneantur restituere, sentiunt Azor. *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *init.* Ledesma *par.* 2. *sum tract. de simon. c.* 12. *conclus.* 16. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 16. *num.* 15. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 8. *num.* 11. Vasquez 3. *par. disp.* 234. *cap.* 4. Nugn. *quæst.* 83. *art.* 1. *dub.* 9. *de sacrific. miss.* Coninch. *dub.* 10. *num.* 192. Suarez *disp.* 86. *de Eucharist sect.* 2. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 251. *concl.* 4. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 41. *art.* 23. *concl.* 1. Fraxinel. *de obligat. Sacerd. sect.* 4. *conclus.* 3. *num.* 3. Faust. *lib.* 1. *de induct. quæst.* 15. Fundamentum est. Quia sicuti taxato pretio rerum vœnalium per Principem sæcularem non licet maius exigere, ita etiam taxato stipendio per Ordinarium non licebit maius exigere. Aducit 3

4 Alij verò voluot, quod licèt peccet Sacerdos contra iustitiam legalem exigendo maius stipendium taxato, non tenetur tamẽ ad restitutionem dummodo excessus non sit talis, vt excedat integram substentationem vnius diei. Ita Reginal. *lib.23. Praxis fori pœnit. n.232.* Loquens tamen de Sacerdote paupere, qui nun habet aliunde suam diurnam substentationem, & absolutè Alphons. de Leone *par.3. de iubil. n. 9. & de offic. Capell. quæst.6. sect. 9. n.* 8. Et videtur adhærere etiam Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 2. n. 12.* Fundamentum est. Quia non tenetur saltem ex iustitia commutatiua celebrare, cum autem quod conceditur vna via, non debeat alia negari, non potest dici quod exigẽdo stipendium taxatum, quando vult celebrare, faciat contra iustitiam commutatiuam, vt proinde teneantur ad restitutionem. Deinde, quia taxatio est tantum de Iustitia Legali, non autem de commutatiua & ideò illam excedens non facit contra iustitiam commutatiuam

5 In hac difficultate illud primò certum est. Quod qui tenentur obseruare totam, peccant grauiter, si exigant maius stipendium taxato. Quia violant legem sancitam pro recto regimine communitatis, & in materia, in qua facile scandalum oriri potest. An autem ratione paruitatis materiæ excludi possit peccatum mortale, videtur affirmatiuè resoluendũ, quia talis lex Taxationis ponitur tantum, vt commendantes Missas non aggrauentur, sed vt Sacerdotes habeant congruã substentationem, vnde quando excessus in grauamine illato ob maius stipendium exactum reduceretur ad paruitatem materiæ, non esset peccatum mortale, quia tunc violatio legis non opponeretur grauiter fini ipsius

6 Secundò etiam certum videtur. Quod Sacerdotes, qui non sunt expositi ad celebrandum pro stipendio, non teneantur acceptare stipendium taxatum, & se obligare ad missas celebrandas quamuis aliàs se obligaturi essent si maius stipendium offerretur. Nam in hoc non contraueniunt legi, quia non exigunt maius stipendium sed solum si daretur reciperent, nec aliàs tenentur se obligare ad celebrandum Missas cũ nullo Iure teneantur suscipere huiusmodi obligationem.

7 Tertiò si non obstante taxa stipendij Missarum adhuc tamen nonnulli exhibere soleant maius stipendium taxato. Quamuis non possint Sacerdotes exigere maius stipendium taxato, ne violent legem taxationis, siquidem adhuc viget, quamuis cẽseatur abrogata, licèt nonnulli soleant dare maius stipendium, cum hoc non sufficiat ad abrogandam legem, præsertim, quia est actus facultatiuus; Poterunt tamen recusare stipendia taxata, vt possint recipere maiora. Quia cum non teneantur huic, potius quàm illi impendere suum ministerium, possunt acceptare stipendia potius ab hoc, quàm ab illo, cum vtantur iure suo quoad hoc; nec ex eo, quod moueantur ex maiori stipendio, interuenit aliquid inordinatum, quia sicut possunt moueri ad celebrandum, vt à causa impulsiua ratione stipendij, ita etiam ab aliquo maiori excessu stipendij ad celebrandum potius pro hoc, quàm pro illo; nam adhuc iste excessus mouebit intra genus causæ impulsiuæ.

8 Quod autem spectat ad restitutionem, quando exigitur maius stipendium taxato, videndũ est, an qui exhibet aliquo modo inuitus exhibeat, ita vt potius extorqueatur, vel quia pro aliqua necessitate de præsenti indigeat oblatione sacrificij, & non habeat aliom Sacerdotem, qui celebret, vel ex aliquo alio capite. Si enim inuitus exhibeat, non videtur posse recipientem excusari à restitutione, nisi fortè materia restituenda sit adeò parua, vt censeatur negligi. Nam quamuis exigens maius stipendium contra taxam peccet tantum contra iustitiam legalem, attamen quia stante taxa illud habetur pro stipendio iusto, & adæquata obligatione Iuris naturalis de subministranda substentatione totum id, quod supra taxatum exigitur, tanquam non debitum exigitur, atque læditur is, à quo exigitur secundum iustitiam, quia ipsi inuito subtrahitur, quod suum est, absque iusto titulo, & ideò ex hoc nascitur obligatio iustitiæ ad restituendum,

Ex quibus solutum manet fundamentum allatum, 9
num. 4. Nam ex eo, quod Sacerdos non teneatur celebrare ex iustitia commutatiua cum solo stipendio taxato, solum fit, quod quatenus violet legem non faciat contra iustitiam commutatiuam. Quatenus verò nolendo aliter celebrare cogit sibi dari ab inuito, quod non est sibi debitum, lædit ius alienum in rebus proprijs retinendo alienum, quod sibi ex iusto titulo non debetur.

QVÆSTIO 930.

An Regulares exempti teneantur stare taxæ stipendij missarum facta ab Ordinario.

SVMMA.

1 *Regulares exempti tenentur stare taxa stipendij pro celebrante.*
Ecclesiastici quando, & quomodo afficiantur legis Laicorum.
2 *Ecclesiastici tenentur stare taxæ rerum vanalium.*
3 *Regulares ex rationabili causa possunt aliquid exigere supra taxatum stipendium.*
4 *An solum ex vi directiua tenentur Regulares stare taxato stipendio.*
5 *Decreta* De celebrat. Missar. *nihil disponunt de quantitate stipendij.*
6 *Regulares an ex Decreto Trident. subiiciantur taxa stipendij celebrantis.*
7 *Quid requiratur, vt possit Episcopus se intromittere, vt Delegatus quoad Regulares circa celebrationem Missarum.*
Vt quis procedere possit, debet verificari prius fundamentum iurisdictionis.
Aliàs nulliter agit.

QVia taxatio stipendij pro Missis declarat iusti- 1
tiam ipsius, ideò Regulares, quantumvis exempti, tenentur stare huiusmodi taxationi ex vi directiua, quatenus subintrat lex naturalis, quæ obligat ad seruandum quicquid iustum est, & ad nemine aggrauandum vltra terminos iustitiæ. Quamuis enim leges Ordinarij non afficiant Iurisdictionali modo Regulares exemptos, afficiunt tunc modo directiuo explicato, vt de legibus Laicorum quoque, quoad Ecclesiasticos tradunt communiter Doctores Iuristæ, *in l. Cunctos populos, C. de sum. Trinit.* & Canonistæ *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. & in cap. 1. de non oper. nun.* D. Th. *De regim. Princip. lib. 1. cap. 12.* Angel. *verbo* Lex *n.* 5. Syluest. *quæst.* 15. Sotus *lib. 1. De iust. & iur. quæst. 6. art* 7. Ledesma *par. 2. sum. tract.* 8. *cap.* 32. *difficul.* 4. Molin. *de iust. & iur. tom. 2. tract. 2. disp. 31. n.* 15. Medina *l. 2. quæst. 96. ar. 5. dub vlt.* Victor. *Relect. 1. de potest. Eccles. q. vlt. propos.* 4. Nauar. *c.* 23. *Manual. n.* 88. Galen. 2. 2. *q.* 77. *art. 5. controu.* 10. Vasquez 1. 2. *disp.* 176. *cap.* 4. Salas *disp. 14. de legib. sect.* 8. Bellarm. *lib. 2. de Cler. c.* 28 Suarez *de leg. lib. 3. c. 34. & in Defens. fid. lib. 4. c.* 16. Auendan. *de exequen. man. par. 2 c. 14. n.* 19. Mencaca *lib. 1. de success. creat.* §. 10. *n.* 648. Menoch. *consil.* 800. *n.* 21. Cachetan. *decis. Pedem.* 181. Grassis *de effectib. Clericat. effect.* 2. *num.* 130. & 265. Vincent. de Franch. *decis. 9. num.* 5. Couar. *in Reg. Possessor. part.* 2. §. 9. vers. *Tertiò*

Gabr. *consil.* 37. *n.* 5. *lib.* 2. Motla *in Empor. Iur. part.* 1. *tit.* 1. *de leg. num.* 9. Salzedo ad Diaz. *cap.* 55. *vers. sed vt liberè* Sarmiento *lib.* 7. *select. cap.* 13. *n.* 1. Matta *de Iurisd. part.* 4. *quæst.* 1. *casu* 7. *n.* 7. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. Cenal *de cognit. per viam violent. in Proem. cap.* 4. *n.* 10. Christ. de Paz *de Tenuta part.* 2. *cap.* 63. *n.* 14. Salgad. *de Protect. reg. par.* 1. *cap.* 1. *Prælud.* 1. *num.* 65. Del Bene *de Parlam. dub.* 4. *sect.* 16. *n.* 1. Et in terminis huius casus. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n.* 99.

2 Et in simili materia loquentes de taxa rerum venalium, Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *ar.* 2. Viuius *decis.* 18. *per totam.* Guttierez *quæst. canon.* 182. *num.* 1. *lib.* 2. Auendagn. *de censib. cap.* 32. *n.* 10. Messia *de taxa panis, concl.* 5. *n.* 39. Lasarte *de decima vendit. cap.* 10. *n.* 3. Salas *tract. de empt. & vendit. dub.* 9. *n.* 2. Ratio autem pro nostra materia est. Quia pro stipendio Missæ non potest exigi nisi, quod proportionatum est Ministerio exhibito, quatenus est dignus operarius mercede sua, & ideò si plus exigitur, infertur grauamen indebitum. Stante autem taxa facta ab Ordinario stipendium taxatum habetur pro proportionato, & ideò tenentur Regulares seruare taxam obligantem iure naturæ, ne alteri inferant grauamen.

3 Hoc tamen limitandum est, nisi haberent motiuum exigendi aliquid amplius supra stipendium taxatum, vt essent expensæ pro celebratione earundem Missarum, quando Ecclesia non haberet, vnde eas subministraret. Aut si existimarent stipendium non esse iustum habita ratione circumstantiarum loci. In quo tamen casu hoc deberent notificare ad tollendum scãdalum, quod fortè suboriri posset, dum maius stipendium taxato exigerent, aut ex aliquo alio capite. In his enim casibus non subintrat ius naturale ad standum taxæ. Et sicut ob easdem causas Clerus posset reclamare contra taxam ita possent Regulares eam non seruare.

4 An autem vltra vim directiuam adsit alia obligatio standi taxationi Ordinarij, negat Alphons. de Leone *de iubil. par.* 3. *n.* 4. *&* 5. sed *De offic. Cappell. q.* 6. *sect.* 11. *n.* 105. postea oppositum docuit ob Decreta S. Congreg. quæ afficiunt etiam Regulares, dum nominant Monasteria, Conuentus, Congregationes, &c.

5 Et quidem certum est, quod dicta Decreta afficiant Regulares. Verùm de præsenti casu nihil disponunt, sed solum, quod celebrentur tot Missæ, quot fuerint recepta stipendia. Et ideò si Regulares recipiant stipendium secundum taxam Ordinarij tenentur celebrare Missas correspondentes. At quod subiiciantur taxæ factæ ab Ordinario, nec disponit, nec ex dispositis deducitur. In Responsionibus verò ad dubia super ijsdem Decretis propositis ad 5. solum habetur. Quod si aliquis Testator relinquat Missas celebrandas absque taxatione stipendij, non sit taxandum ab Hæredibus, sed ab Episcopo, quod nihil facit ad rem.

6 Solum videtur deduci, quod subijciantur taxationi Ordinarij ex Decreto Concil. Trident. *De seruan. & vitand. in celebrat. Missarum sess.* 22. vbi datur facultas Episcopis disponendi circa celebrationem Missarum, etiam quoad Regulares, præsertim ad ea tollenda, quæ ex auaritia inducta sunt, sed neque ex hoc id colligi potest, nam ibi non datur Episcopis facultas aliqua quoad Regulares exemptos, nisi tanquam Delegatis Sedis Apostolicæ; vnde cum non taxent stipendium Missarum in virtute facultatis delegatæ, sed Ordinariæ, quippe in virtute facultatis ibi delegatæ possunt tantum corrigere abusus, non autem facere leges, fit, quod lex taxatiua non se extendat ad Regulares.

7 Deinde vt possit Episcopus se intromittere tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, quoad Regulares, oportet, quod verificetur casus de abusu, quia cum abusus sit fundamentum Iurisdictionis, nam in illo Decreto confertur ad tollendos abusus, atque adeò sub conditione de abusu, debet prius verificari fundamentum, & conditio, vt tradunt Glos. *in Clement.* 1. *verbo.* Repererint, *De offic. deleg.* Cardin. *in Clement.* 1. *n.* 18. *de concess. præben.* Anchatan. *cons.* 36 *n.* 4. *ver. Item ex alio capite.* Dec. *cons.* 603. *n.* 9. Guzadin. *cons.* 2. *n.* 16. Ludouis. *decis.* 1. *n.* 3. Alias nulliter procederet *cap.* 2. *de offic. deleg.* vbi Dec. *not.* 1 Rota *decis.* 214. *n.* 3. *par.* 2. *recent. & in Abulensi pensionis* 11. *May* 1587. *coram Sacrato.* Abusus autem in hac materia non potest esse alius, nisi, qui reducatur ad auaritiam, quia nõ censetur talis, quando aliquid modicum supra taxam exigerent pro stipendio. Nam semper præsumi potest, quod fiat ex iusta causa. Deinde si adesset abusus quoad aliquos Regulares ad illos solam extenderetur iurisdictio delegata, & non ad omnes, vt proinde non sufficeret, vt posset extendere suam taxam ad omnes. Imò neque etiam ad eos, apud quos reperiret abusum, quia deberet solum abusum corrigere per modum actus, non autem subiicere suis legibus illos Regulares, quia in hoc faceret contra eorumdem exemptionem, & læderet ius summi Pontificis, dum sibi subijceret, vt Ordinario, qui immediatè subiecti sunt eidẽ Pontifici.

QVÆSTIO 931.

An Ordinarius statuere possit quod stipendia pro Missis ad certos tantum locos deferantur.

SVMMA.

1. *Ordinarius non potest statuere quod Missæ commendentur certis Ecclesiis.*
2. *Leges ordinatæ ad priuatam vtilitatem non valent.*
3. *Statutum Laicorum indirectè auferens, quod de iure conuenit, non valet.*
4. *Ordinarius non potest statuere quod aliquibus celebrantibus dentur minora aliis maiora stipendia.*
5. *Ordinarius ex iusta causa potest interdicere Ecclesiæ sibi subiectæ, ne recipiat stipendia Missarum.*
6. *Ordinarius licet possit deputare colligentes stipendia Missarum, non potest prohibere, quin deferantur, cui libuerit.*

STatutum, quod obligaret commendantes Missas, 1 vt deferrent stipendium ad certas tantum Ecclesias indirectè excluderet cæteras Ecclesias, ne reciperent stipendia Missarum, & etiam priuatos Sacerdotes, vnde dicendum est. *Non posse Ordinarios statuere, quod Missæ commendentur celebrandæ aliquibus certis Ecclesijs ad quas tantum deferantur stipendia, & si statuat, erit nullum statutum.* Ita Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *n* 9. *&* 10. Vasquez 3. *part. disp.* 234. *cap.* 1. *n.* 8. Sotus *lib* 7. *de iust. & iur. quæst.* 6. *art.* 2. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 2. *n.* 5. Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 6. *sect.* 12. *n.* 107. Et hoc præcipuè habet locum si indirectè excluderet Regulares, ne reciperẽt stipendia Missarum.

Ratio est, Quia leges omnes, & statuta debent ordinari ad publicam vtilitatem, ita vt sit conditio ipsis essentialis, quod sint propter commune bonum, vnde quando ordinantur ad priuatam, seu paucorum vtilitatem, non valent. *l. Ambitiosa ff. de decret. ab Ordin. facien.* Huiusmodi autem statutum non ordinaretur ad publicum commodum, sed ad paucorum vtilitatem, & ideò esset nullum, quia non solum careret conditione essentiali legis, sed etiã qualificaretur contraria. 2

Confirm. Lex, seu statutum Laicorum auferens 3 Clericis, quæ de Iure ipsis conueniunt, etiam si solum indirectè auferat, vt quod soli Laici inferre possent in

ciuita

ciuitatem frumentũ vendendũ est contra immunitatẽ Ecclesiasticã, & proinde nullũ, vt docent cummuniter Canonistæ in Cap. *Ecclesia S. Mariæ. De const.* Dominic. Anton. Imola, Felio. & desumitur etiam ex Cap. *fin. De Immunit. Eccles. in* 6. Ergo cũ cuilibet Sacerdon de Iure conueniat, vt possit recipere stipendiũ pro Missa, nã ratione officij potest offerre pro quocumq; Sacrificiũ, atq; adeò acquirere Ius ad petendũ substentationem, huiusmodi statutũ tolleret, quod ipsi de Iure cõuenit, & proinde esset contra immunitatẽ & nullum.

4 Ex his sequitur, quod neque possit Episcopus statuere, quod aliquibus dentur maiora stipendia pro Missis, aliquibus vero minora. Quia per hoc læderet ius eorum, quibus decerneret minora, quia omnes Sacerdotes habent idem Ius ad petendum eamdem substentationem intuitu ministerij. Rursus, vel maiora stipendia sunt iusta, vel superexcedentia, si sunt iusta, lædit ius eorum, quibus decernit minora, quia non dat ipsis, quod de iure debetur. Si superexcedentia facit iniuriam commendantibus Missas, quia cogit plus erogare, quam aliàs tenerentur. Et in hoc interueniret etiam peccatum acceptionis personarum. Hoc tamen limitandũ est, nisi haberet iustã causam taxãdi maiora stipẽdia pro aliqua Ecclesia, vel quia nõ haberet expẽsas pro celebratione Missarũ, vel ex aliquo iusto titulo, quia tunc Laici, si nollẽt dare hoc maius stipendiũ, possent facere celebrare Missas in alio loco.

5 Sequitur secundò. Quod stante iusta causa possit Episcopus interdicere alicui Ecclesiæ sibi subiectæ, quod non recipiat stipendia pro celebrandis Missis, vt si nimirum esset dubium, an Missæ, quæ in ea celebrantur sint liberæ, quoad applicationem, aut si circa stipendia, quæ offeruntur, contigeret abusus, nam tunc ex munere suo tenetur remedium opportunum adhibere, & Rectores Ecclesiæ sibi imputare deberent, quod dedissent causam huiusmodi prohibitionis.

6 Sequitur tertiò. Quod licet Episcopus deputare possit aliquam Confraternitatem; aut alias personas, quæ colligant stipendia Missarum, non tamen prohibere potest, quia provt cuilibet libuerit, ea deferat ad quamcumque aliam Ecclesiam, aut tradat cuicumque Sacerdoti, quia non potest priuare libertate, quæ de Iure conuenit, nec indirectè prohibere, quod Regulares, & cæteri Sacerdotes non recipiant immediatè stipendia, imò nec expediret, quod deputaret dictos collectores, quia malè audiret, nam videretur instituere quasi quoddã monopolium, & occasionem præberet suspicandi, quod ita faceret ob aliquod proprium interesse, & qui non haberẽt stipẽdia pro Missis celebrãdis, ipsi id imputarẽt, quamuis forte in causa nõ esset.

QVÆSTIO 932.

Quomodo taxandum sit stipendium, quod non fuit taxatum à defuncto.

SVMMA.

1 *Ordinarius taxat eleemosinam pro missis, si non fuit taxata à testatore.*

2 *Etiam quoad Regulares.*

3 *Et quando partes inter se non conueniunt.*

4 *Potest taxare provt libuerit, si stipendium sit varium. Alternatiua dat electionem.*

5 *Quid Ordinarius seruare debeat in taxanda eleemosina pro missis.*

6 *Quid si taxat minus stipendium. Moriẽtes præsumuntur respicere ad propriã salutẽ. Actus debet accipi provt est magis vtilis agenti.*

1 SAc. Conc. Congregat. ad dubium inter alia propositum super Decreto *de celebrato, de celebrat. missarum* an quando testator relinquit, vt celebrẽtur pro eius anima centum missæ absque vlla præscriptione eleemosinæ liberum sit hæredibus eleemosinam sibi beneuisam præscribere: an verò eadem eleemosina præscribenda sit ab Ordinario. Respondit. *Vbi nullam certam eleemosinam testator reliquit esse ab Episcopo præscribendum eleemosinam congruam, quæ respondeat oneribus missarum celebrandarum secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.*

Ex qua responsione habetur, quod ad Ordinariũ spectat præscribere eleemosinam, quod locum habet, etiam quando Missæ celebrandæ sunt à Regularibus, nam quamuis Regulares non subdantur Ordinario, subditur tamẽ, qui debet eleemosinam erogare Quod locum habet, etiam si Regulares habeant conseruatorem electũ secundum formã Constitutionis Gregorij X V. *De Conseruatoris*, nam in hoc casu Regulares nõ sunt rei, sed actores ad exigendum stipendium, & ideò conuenire debent reum coram suo Iudice. 2

Secunda Taxatio erit ab Ordinario facienda, quando partes inter se non conuenirent circa quantitatem eleemosinæ. Nam si hæredes offerrent congruam eleemosinam celebraturis Missas, qua contenti essent, non opus esset alia taxatione. Et ideò per dictam responsionem S. Congreg. nihil aliud voluit, nisi quod non sit in potestate hæredum tanquam repræsentantium personam defuncti determinare, eleemosinam, sicut potuisset determinare defunctus; nam possent ita tenuem determinare vt opus esset reductione Missarum, atque adeò quod fraudaretur anima defuncti. Ex quo etiam fit, quod non sit necessaria alia determinatio, quando stipendium esset determinatum per statutum, aut etiam per consuetudinem, dummodo consuetudo esset omnino vniformis, quia tunc præsumitur, quod defunctus non assignauerit eleemosinam, quia voluerit dare consuetam. 3

Tertiò. Cum secundum dictã respons. S. Congr. debet Ordinarius taxare eleemosinã missarum secundũ morẽ ciuitatis, vel prouinciæ sequitur, quod sit in facultate ipsius sequi in taxãdo vtrum libuerit, si cõtingat adesse diuersitatẽ; cum n. altera natiua sit directa ad Ordinariũ, ad ipsum pertinet electio iuxta *cap.* 14. *de vita & honest. Clericor.* & obseruant Panormit. *ibid. num.* 4. Gail. *obseruat.* 84. *num.* 12. 4

Quomodo autẽ se gerere debeat in taxãda eleemosina. Resp. quod debet taxare illã maiorẽ quę solẽt dari, siue secundũ morẽ prouinciæ, siue secundum morẽ ciuitatis, Cum n. quò maior est eleemosina, maior etiã sit fructus sacrificij, debet Ordinarius operari, quod defunctus percipiat fructũ maiorẽ, quia tanquã executor voluntatis ipsius in taxanda eleemosina debet negotiũ ipsius vtiliter gerere. Quia in hoc non debet respicere ad id, quod hæredibus placeret, sed ad id, quod est vtile defuncto; siquidẽ non gerit negotium hæredũ, & ideò nõ debet respicere ad ipsorũ vtilitatẽ. 5

An autem peccet Ordinarius si taxet minus stipendiũ, videtur affirmatiuè resoluendũ, & quidẽ grauiter si priuetur defunctus notabili beneficio. Nam cũ morientes, atq; adeò testantes intuitu mortis præsumãtur respicere ad propriã salutẽ æternã. *l. final. C. ad leg. Iul. repetun.* & cap. *sancimus* 1. *q.* 7. præsomũtur etiã velle ea, quæ disponunt in ordine ad eamdẽ salutẽ assequendã, vt sibi quàm maximè fieri potest, vtilia sint, præsertim quia generaliter actus interpretari debet secundũ id quod est magis vtile, vt obseruãt Alex. *cons.* 185. *n.* 2. *lib.* 6. Tusc. *lit. l. cõcl.* 330. *n.* 67. Vnde etiã dispositio defuncti debet recipi eo modo quo ipsi est magis vtilis. Est autem magis vtilis dispositio, si taxetur stipendiũ pinguius, quia tunc ex oblatione sacrificij percipit maiorẽ fructum, & etiã ratione maioris eleemosinæ, & ideò præsumendum in dispositione Missarũ ita intendisse. Vnde Episcopus taxans minus stipendiũ, faciet contra mentem coniecturatam defuncti. & ipsum priuabit aliquo speciali fructu, & ideò peccabit.

QVÆSTIO 933.

Quomodo certa pecunia relicta, determinandus sit numerus Missarum non determinatus à defuncto.

SVMMA.

1 *Pecunia relinqui potest vel tanquam stipendium, vel tanquam legatum pro missis.*
2 *Si relictum pro missis sit purum stipendium tot missæ sunt celebrandæ quot stipendia.*
Voluntas defuncti coniecturatur ex eo, quod consueuerat.
4 *Quid si numerus missarum remittatur arbitrio commendatarij.*
Arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri.
5 *Quomodo arbitrandus numerus missarum. &c.*
Arbitrium plenum at liberam facultatem.
6 *Quid si defunctus significat solum, aliquas missas celebrandas.*
7 *Quid si principaliter intenderit benefacere.*
8 *Quid in retributione ex gratitudine ostendendum.*
9 *Quando non sit necessarium pro taxatione recurrere ad Ordinarium.*
10 *Ad quem apud Regulares pertineat taxare missas relictas arbitrio.*

1 DVplici modo relinqui potest certa summa pecuniæ cum onere Missarum, vel vt sit tanquam quoddam stipendium missarum, itavt Testator explicet, se relinquere ipsam pecuniam pro missis celebrandis, vel potest relinquere non tanquam purum stipendium, sed tanquam legatum exigendo tamen vt pro anima sua celebrentur Missæ quod inde constabit, vel si quoad numerum se remittat arbitrio legatarij, vt si diceret relinquo centum aureos, vt celebrent pro anima mea eas missas, quæ ipsis libuerint, vel aliquo modo significando, quod velit non esse purum stipendium Missarum, vt si diceret relinquo centum aureos fratribus sancti Augustini, quos rogo esse memores animæ meæ, & pro ipsa celebrare missas, aut aliqua simili formula vteretur.

2 Si relictum pro Missis sit purum stipendium, certum est, quod tot Missæ celebrandæ sunt, quot in pecunia relicta capere possunt stipendia, quia hæc est proculdubio intentio defuncti qui relinquendo pecuniam in purum stipendium, vult diuidi, in tot stipendia, quot capere potest, vnde subintrat dispositio decreti S. Congreg. quod tot Missæ sint celebrandæ, quot fuerint accepta stipendia; poterunt tamen computari stipendia secundum illam maiorem quantitatem, quæ secundum vsum loci, aut taxam solet aliquando exhiberi.

3 Est tamen aduertendum, quod si defunctus consueuisset exhibere pro missis celebrandis stipendium pinguius consueto, potest pecunia relicta pro missis computari secundum illam quantitatem stipendij quam erat consuetus dare, nam præsumendum est, quod voluerit eamdem quantitatem stipendij relinquere pro missis Siquidem ex eo, quod Testator erat consuetus facere, desumitur coniectura pro ipsius vltima voluntate *l. si seruus plurium. §. fin. de leg.* 1. & L. *Numis. ff. de leg.* 3. & notant Bart. *in l. Nomen. §.* 1 *num.* 1. *ff. de leg.* 3. Zasius *cons.* 2. *num.* 2. *lib.* 1. Aret. *in L. Heredes palam §.* 1. *num.* 9. *not.* 5. *ff. de Testā.* Signitol. *cons.* 175. *num.* 6. Paris *cons.* 50. *num.* 19. *vol.* 4. & Late Mantic. *de Coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 9. *per tot.*

Si verò numerus missarum transferatur in arbitrium commendatarij vt proinde tota pecunia relicta non sit in purum stipendium, non debet intelligi de quocumque arbitrio, sed de arbitrio boni viri iuxta *l. fidei commis. ver. quanquam ff. de leg.* 3. & *l. sicut. ff. de leg.* 1 & notant Doctores Bart. *in extrau. Ad reprimendam.* ver. *videbitur.* Pero. *cons.* 176. *num.* 71. ver. *Item quia lib.* 1 Decian. *cons.* 9. *num.* 53. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 421. *num.* 65. Merlin. *decis.* 393. *num.* 4, quia scilicet intelligatur de arbitrio regulato secundum rationem non autem de quacumque voluntate etiam irrationabili. 4

Modo tamen dubitatur, quomodo regulandū sit huiusmodi arbitriū in decernendo numero Missarū, pro quo est aduertendū, quod cum hoc non sit negotium, quod secūdum Ius decernendū sit, & proinde arbitrium non sit arbitrium simplex, quod debeat regulari à Iure, sed arbitrium plenum, ac liberum, & proinde importet liberam facultatem iuxta ea, quæ notant Bart. *in extrauag. Ad reprimendam* ver. *videbitur num.* 3. ver. *Idem vbicumque* Menoch *de arbit. quæst.* 6. *lib.* 1. Tusch. *litera A conclus.* 76. *num.* 1 Sequitur quod habens arbitrium determinandi numerum Missarum, possit determinare prout libuerit, quod satis denotat dispositio Testatoris, qui cum potuerit determinare numerum noluit, sed reiecit in voluntatem alienam liberam, cuius beneplacito se remisit. Et ideò sufficiet quod expensis circumstantiis omnibus determinet arbitrator illum numerum, quem sibi in eisdem circumstantiis vellet determinari iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l.* 1 *ff. de solut.* Roman. *in rubr. de arbitr.* hoc enim pacto censendus erit, quod rectè & prudenter determinauerit. 5

Et idem quoque dicendum est si relicta summa aliqua pecuniæ defunctus significet solum voluntatem, quod pro ipsius anima celebrentur aliquot Missæ, nam in hoc quoque casu reiicit determinationem Missarum in liberum, & plenum arbitrium Legatarij & satis significat quod ipse non habeat aliam voluntatem quam habiturus sit Legatarius, quia tamen voluntas regitur ratione, ideò intelligitur de voluntate rationabili, cum voluntas irrationabilis non sit voluntas sed inordinata passio, & proinde regulanda erit sicut est dictum, *num. præcedenti.* 6

Denique si pecunia sit relicta tantum vt sit motiuum ad celebrandas aliquas Missas pro defuncto, itavt ex modo disponendi Testatoris solum colligatur, quod per huiusmodi Legatum voluerit Presbiter benefacere, & præbere motiuum celebrandi aliquas Missas pro anima sua; itavt non imponat obligationem, sed solum significet, quod ratione mutuæ beneuolentiæ, & gratitudinis celebrent Missas pro ipso, tunc determinatio Missarum est omnino ad beneplacitum Legatarij nec alijs regulis ad determinandum numerū vti debet, quàm gratitudinis, vt proinde habita ratione beneficij accepti proportionata gratitudo correspondeat in celebrandis Missis. 7

Quia autem in retributione ex gratitudine magis attenditur affectus retributionis; quam id, quod retribuitur, vt docet D. Tho 2. 2. *quæst.* 106. *art.* 3. & *ar.* 5. *in corpore.* in fine, ideò Legatarius in decernendo numero Missarum celebrando ex gratitudine debet attendere ad effectum qui debet correspondere beneficio, seu potius affectui ostenso per beneficium, quia recompensatio ex gratitudine respicit beneficium secundum voluntatem seu affectum dantis, seu benefacientis, vt docet idem D. Tho. *eo. ar.* 5. & 6. *in corpore.* & iuxta mensuram huius affectus eas decernere attenta tamen possibilitate adimplendi, quia gratitudo non exigit retributionem, nisi secundum possibilitatem moralem retribuentis vt docet idem D. Tho. eadem 2. 2. *quæst.* 107. *ar.* 2. *in corpore*; & ideò si Legatarius 8

xius ſoleret percipere ſubſtentationem ex celebratione Miſſæ cenſeretur habere facultatem exiguam, retribuendi, & proinde ad minores Miſſas teneretur.

9 Ex dictis autem deducitur quod in huiuſmodi Legatis non ſit neceſſarium ad aliquem recurrere pro taxando numero Miſſarum, quia vel deducitur ex pecunia relicta ſi ſe habeat per modum parui ſtipendij. vt explicatum eſt *n. 2. & 3.* vel eſt taxandus ab ipſo Legatario cum per diſpoſitione Teſtatoris ad ipſum deuoluta ſit facultas taxandi vt conſtat ex dictis *n. 4. & ſeq.* Et proinde non erit opus recurrere ad Ordinariũ, neque decreta de celebratione Miſſarum oppoſitum decernont, cum ſolum *in reſponſ. ad dub. propoſita habeatur*, quod debet Ordinarius taxare eleemoſinam pro Miſſis quando non eſt taxata à Teſtatore, aut quod ſint ab ipſo taxandæ Miſſæ, quando pecunia relicta eſt merum ſtipendium, & ex conſuetudine non conſtat quale ſtipendium ſit iuſtum; vt in reſponſione *ad 2. dubium.*

10 Solum difficultas eſſe poteſt apud Regulares, an in ſupradictis caſibus pertineat ad ſuperiorem, an vero ad Confeſſarium quando intuitu ipſius eſt relicta pecunia. Reſp. tamen taxari debere à ſuperiore, ſed cum directione Confeſſarij; nam taxatio pertinet ad eum, qui recipit pecuniam relictam, quæ cum acquiratur monaſterio, recipitur nomine monaſterij à ſuperiore vel immediate vel mediante procuratore. Requiritur autem directio Confeſſarij, vtpote illius qui poteſt habere notam voluntatem defuncti, aut melius illam coniecturare.

QVÆSTIO 934.

An Ordinarius in taxando ſtipendio, aut numero Miſſarum debeat habere rationem expenſarum.

SVMMA.

1 *Ordinarius in taxandis Miſſis, aut ſtipendio debet habere rationem expenſarum.*

2 *Niſi Eccleſia habeat ſpeciales prouentus ad hoc deſtinatos*

3 *Ex coniecturata mente defunctorum in taxatione eſt habenda ratio expenſarum.*

4 *Quando ſit habenda ratio expenſarum in taxatione, licet Eccleſia habeat redditus, &c.*

1 QVod Ordinarius poſſit in taxanda eleemoſina pro Miſſis relictis à Teſtatore, vel pro taxando numero Miſſarum intuitu eleemoſinæ ſimiliter relictæ habere rationem expenſarum, quæ fiunt pro celebratione Miſſarum, vt in miniſtris pro cera conſumptione, apparatus, vino &c. tradit Alphonſ. de Leone *de offic. Cappell. quæſt. 8. ſect. 5. n. 17.* itavt ſupra taxam factam à lege vel à conſuetudine poſſit pro ſingulis Miſſis certam portionem aſſignare intuitu dictarũ expenſarum & teſtatur de praxi.

2 Et quidem ſi Miſſæ celebrandæ ſint in Eccleſia, quæ non habeat ſpeciales prouentus deſtinatos pro huiuſmodi expenſis, videtur certum, quod poſſit ordinarius habere rationem harum expenſarum, quia iuſtè velle poteſt ſeruare indemnem Eccleſiam, in qua celebrandæ ſunt. Imo etiam tenetur; quia in hoc ſe gerit tanquam Iudex, & proinde tenetur & celebrantibus reddere ſuum congruum ſtipendium, & reddere indemnem Eccleſiam quoad expenſas. Et ita videtur ſentire S. Congr. *in reſp. ad dub. propoſ. ſuper decreto de celebrat. Miſſar. ad 7.* Dum permittit, aliquid retineri de ſtipendio Miſſarum manualium pro expenſis, ſi pro ipſis non ſuppetunt prouentus.

3 Imò hoc eſt etiam ſecundum coniecturatã volũtatem defunctorum qoia præſumẽdum eſt, qood nolint damnificare Eccleſiam & proinde quod ita velint celebrari miſſas diſpoſitas, vt celebrantes ſuum habeant ſtipendium, & quod Eccleſia indemnis ſeruetur, & proinde præſcripto numero miſſarum per Teſtatorem hæredes de voluntate ipſius ad vtrumq; tenebũtur, & ideo ſtipendium erit taxandum per Ordinarium, vt pro vtroque ſufficiat, ſi vero Teſtator relicta pecunia non taxarit oumerum miſſarum, præſumitur quod dicta pecunia inſeruiat pro vtroque, & proinde velit celebrari illum tantum numerum miſſarum pro quo habita ratione expenſarum poteſt pecunia ſufficere.

Si verò Eccleſia habet redditus pro expẽſis miſſarũ, 4
adhuc videndum eſt, an miſſæ celebrandæ ſint ſupra illum numerum regularem, qui ſolet celebrari, vel opus ſit conuocare extraneos ſacerdotes ad ſupplendum vt ſolet contingere in celebratione exequiarũ ſi enim numerus ſit extraordinarius quia inducit extraordinarias expenſas, ideò in taxatione habẽda erit ratio harũ expenſarũ alioquin grauaretur Eccleſia, quia ſuſtineret ſine vllo emolumento expenſas extraordinarias. Si verò non excederent numerum ordinarium non eſſet habenda ratio expenſarum, nam ceſſaret titulus exigendi aliquid pro expenſis cum iam de ipſis ſit ſufficienter prouiſum.

QVÆSTIO 935.

An qui tenetur celebrare, ſed non ex ſtipendio poſſit alteri committere celebrationem cum minori ſtipendio, vt ipſe poſſit maius accipere.

SVMMA.

1 *Qui tenetur celebrare, ſed non ex ſtipendio poteſt alteri committere, vt ipſe recipere poſſit maius ſtipendiũ.*

2 *Etiam in loco vbi ſtipendium eſt minus.*

3 *Intentio lucri temporalis non eſt illicita.*

4 *Oblato maiori ſtipendio obligatus celebrari non minus potest alteri has Miſſas committere.*

COntingere poteſt, quod aliquis Sacerdos teneatur celebrare pro alio abſque tamen perceptione 1
alicuius ſtipendij vel ex aliqua lege, vt ſunt Regulares pro ſuis benefactoribus, pro defunctis Ordinis, vel ex liberali promiſſione, vel ex aliquo alio titulo, & dubitatur an poſſit committere has miſſas alteri paciſcendo de exiguo ſtipendio, aut faciendo eas celebrare in loco, vbi ſtipendium eſt tenue, vt ipſe percipere poſſit pro Miſſis à ſe celebratis pinguius ſtipẽdium. Dicendum eſt poſſe cõmittere Miſſas alijs celebrandas, qoas ipſe tenetur celebrare abſque titulo ſtipendij, vt poſſit recipere pinguius ſtipendium quam ipſe daturus ſit. Ita Facundez *præcept. 1. Eccleſ. lib. 3. c. 10. num. 10.* Alphonſ. de Leone *de Offic. Cappell quæſt. 8. ſect. 5. num. 22.*

Ratio eſt: Quia Miſſas quas tenetur celebrare, nõ 2
tenetur celebrare per ſeipſum, & proindè poteſt alijs committere celebrandas cum illo ſtipendio, quod eſt conſuetum in loco, vbi erunt celebrandæ, quia in hoc nulli facit iniuriam, cum det iuſtum ſtipendium ſecundum morem loci, vel cum infimo ſtipendio in eodem loco, vbi ipſe pinguius eſt accepturus, quia adhuc ſeruat iuſtitiam dando iuſtum ſtipendium, licet infimum, cum autem ipſe liber remaneat, poteſt acceptare onera Miſſarum cum maiori ſtipendio oblato.

Dices Id ſapere auaritiam, quia habet pro fine lu- 3

ctũ tẽporale. Resp. finẽ lucri tẽporalis nõ esse illicitũ de se, sed solũ, quãdo intẽditur per media illicita, vnde ob finem lucri tẽporalis licet exercere artes quæstuosas, mercaturam &c. In præsenti autem casu non interuenit medium illicitum quia solum transfertur in alium obligatio, quæ de sui natura est transmissibilis, vt possit alia obligatio suscipi, aut suscepta impleri, imò finis translationis huius obligationis non est lucrum sed posse aliam implere, & lucrum temporale est solum causa impulsiua.

4 Ex dictis deducitur quod qui obligatus est ad celebrandum ratione stipendij, si ei offeratur occasio maioris stipendij, potest ei facere celebrare missas habentes annexum minus stipendium per alios, dummodo ipsis det integrum illud stipendium, & ipse acceptare missas cum pinguiori stipendio, quia cum nihil sibi retineat de priori stipendio, non facit contra decreta S. Congregationis, sed solum subtrahit se vni obligationi, vt aliam subire possit ex causa impulsiua alicuius lucri temporalis, quod potest licitè procurare, quia cum sit propter substentationem, nec sufficiat pro integra potest eam procurare meliorem, quantum licitè possibile est.

Qvæstio 936.

An Sacerdos relinquere possit Ecclesiam cui inseruit, vt in alia celebret cum maiori stipendio.

SVMMA.

1. *Sacerdos potest relinquere Ecclesiam, cui inseruit ob acquirendum maius stipendium.*
2. *In hac mutatione maius stipendium est causa impulsiua.*
3. *Quando intenditur substentatio, affectus lucri temporalis non est inordinatus.*
4. *Capellanus an possit celebrare per alium, vt ipse habeat maius stipendium.*
5. *Beneficiatus potest facere celebrare per alium cum infimo stipendio, & ipse pinguius recipere.*
6. *Beneficiatus non potest cogi, vt per se celebret in Ecclesia beneficij.*

1 Dicendum est. *Sacerdotem posse relinquere Ecclesiam in qua celebrat, vt in alia celebret cum maiori stipendio* ita in simili Sanchez *lib. 2. cons. moral. c. 3. dub. 12.* Loquẽs de Canonico qui non potest interesse omnibus horis Canonicis & eligit interesse ijs, quibus pinguiores distributiones respondent Alphonsus de Leone *de offic. Cappel. quæst. 6. sect. 3. n. 33.* addit tamen hoc importare inordinatum affectum terrenorum, est autem contra Azor. *par. 1. lib. 10. c. 14. quæst. 9.* Basseum *in floreb. verbo* Missa 2. *n. 8. in fine.*

2 Ratio autem est, quia cum sacerdos habeat celebrare, & proinde finis celebrationis non est maius stipendium, sed tantum eligit potius hunc locum, quam illum intuitu maioris stipendij tanquam causæ impulsiuæ, nam adhuc finis celebrandi vbi habet maius stipendium, est satis facere obligationi quam assumit atque adeo habet pro fine cultum Dei, & fructum communicandum petenti per illud sacrificium. Vnde nihil interuenit, quod sit prohibitum, & deturpet actionem.

3 Neque etiam in hoc continetur inordinatus affectus rerum temporaliũ, quia cum hoc stipendium detur propter substentationem, propter ipsam quoque intenditur, quæ cum sit debita ex iustitia ratione ministerij potest à quocumque etiam diuite honestè intendi, vt dictum est in superioribus suo loco. Ex eo autem, quod sacerdos intendat suam substentationẽ mediante ministro suo interuenit aliquid inordinatum; neque etiam ex eo quod relicta tenui intendat pinguiorem, intentio est inordinata, quia pinguior substentatio non est quid inordinatum, alias omnes qui eam reciperent inordinato modo operarentur, & proinde neque etiam intentio, quæ in ipsam fertur erit inordinata, cum ab ipsa specificetur. Si inordinatè operatur famulus, qui locat operas suas maiori stipendio relicto minori, mercator, qui vendit potius summo pretio merces suas, quàm infimo, & ratio generalis est quia non est quid inordinatum quærere vtilitatem propriam intra terminos iustitiæ.

Maior difficultas est. Quando sacerdos esset obligatus vel ratione Cappellaniæ, vel ex alio titulo ad celebrãdum in aliqua Ecclesia, in quo casu posset adhuc celebrare, vbi acquirit maius stipendium, resoluendum est, dummodo non teneatur per seipsum celebrare in Ecclesia, cui est addictus, & per aliũ suppleat suæ obligationi. Cum enim non possit cogi vt per seipsum celebret vt tradunt Monald. *cons.* 129. *vol.* 2. Ann. *cons.* 22. *num.* 10. Vgolin. *de potest. Episc. cap.* 50. §. 8. *num.* 5. Gonz. *ad reg.* 8 *Cancell. glos.* 5. *n.* 84. Garz. *de benefic. par.* 7. *c.* 1. *num.* 87. Azeuedo *cons.* 20. *num.* 4 Gratian. *discept. forens. c.* 61. *num.* 10 Francis. Marc. *dec. Delphinat.* 799. *par.* 2. remanet ei liberum transferre obligationem in alium; dum autem ipse liber remanet ab obligatione, potest quamcumque aliam suscipere. 4

Ex quibus infertur, quod cum obligatus celebrare ratione beneficij possit facere celebrare per aliũ tribuendo ei stipendium, solum consuetum dari pro missis manualibus, vt declarauit S. Congr. *in resp. ad* 8. *ex propositis dubijs super decreto de celebrat. miss.* poterit substituere aliquem oneri celebrandi ex beneficio exhibendo infimum stipendium, & ipse alibi celebrare, vbi maius stipendium accipiat, nam in hoc vtitur Iure suo transferendi in alium propriam obligationem & reddendi seipsum capacem alterius, quod autem in hoc intendat maius emolumentum, non vitiat actionem, quia intendit debito modo, nec adhibet pro obtinendo medium inordinatum. 5

Secundò infertur. Non posse huiusmodi beneficiarium cogi vt celebret in Ecclesia, in qua tenetur celebrare ab Ordinario, si alias per alterũ suppleat iuxta ea, quæ tradunt Doct. *num.* 4. citati, & cum non possit cogi, vt per seipsum celebret, nec etiam prohiberi, poterit vt non celebret in altera Ecclesia, nec quod non recipiat stipendium. Cum enim in his omnibus vtatur Iure suo, nemini facit iniuriam, nec potest sine causa ab aliquo priuari Iure proprio. Nulla autem causa in præsenti interuenit, cum non operetur aliquid illicitum. 6

DE COR



DE CORRESPONDENTIA NECESSARIA INTER ſtipendia, & Miſſarum numerum.

Cum inter Sacerdores, & exhibẽtes ſtipendia pro miſſis oriatur mutua obligario ex vna parte quidem ſubminiſtrandi ſubſtentationem, ſicut ſubminiſtrat exhibendo pro ipſa ſtipendium, ex alia verò impendendi proprium miniſterium in oblatione ſacrificij, neceſſe eſt, quod pro ſeruanda iuſtitia harũ obligationum, neceſſaria ſit debita correſpondentia inter numerum ſtipendiorum, & numerum miſſarum, de quo modo agendum eſt, & explicãdæ difficultates, quæ circa ipſam occurrunt.

QVÆSTIO 937.

An liceat accipere plura ſtipendia pro eadem miſſa.

SVMMA.

1 *Intuitu eiuſdem miſſæ an poſſint accipi plura ſtipendia* & num. ſeq.

3 *Decretum S. Congregat. quod vnicum tantum ſtipendium pro vnica miſſa accipi poſſit.*

4 *Obligatio mutua inter commendantem, & acceptantem miſſas.*

5 *Dans ſtipendium celebranti vult eſſe certus de participatione totius fructus medij.*

6 *Non eſt probabile, quod in praxi poſſit amplecti opinio de infinitate ſacrificij.*

7 *Sacrificium quando proſit ſecundum menſuram deuotionis.*

8 *Oblatio in ordine ad miſſam quem fructum participare faciat.*

1 HÆc difficultas abſolutè procedit independenter à quocumque titulu, quo poſſit iuſtificari celebratio vnius tantum Miſſæ in ſatisfactionem obligationis contractæ ex pluribus ſtipendiis, quod autem vnica Miſſa impleri poſſit obligatio contracta ex pluribus ſtipendiis docent Ruiquerius *cap.* 16. *inſtit. Theologicar.* §. 1. ver. 16. Cap. verò 5. §. 3. *ver.* 16. ait, hoc eſſe verum quoad obligationem iuſtitiæ, non tamen ſatisfieri deuotioni fidelium, qui quot plura ſtipendia exhibent intendunt maius augmentum cultus Diuini, quam tamen limitationem non admittit Vaſquez infrà citandus, quia commendantes miſſas non cogitant de hoc cultu, cum intendant tantum beneficium fructus ex miſſa. Eamdem ſententiã tenent etiam Montagnol. *opuſc. de valore miſſæ c.* 26. Fundamentum præcipuum huios opinionis eſt, quod fructus ſacrificij ſit infinitus, & proinde totum fructuoſum pro pluribus quantum eſſet vni, ſi pro ipſo tantum offerretur, cui fundamento innituntur etiam cæteri, qui in aliquo caſu volunt, poſſe accipi plura ſtipendia pro eadem miſſa.

2 Communis tamen ſententia docet, independenter ab aliquo titulo iuſtificante non poſſe ſatisfieri vnica miſſa obligationi contractæ ex plutibns ſtipẽdijs. Ita ſentiunt non ſolum ij Doctores, qui volunt miſſæ fructum eſſe finitum, & minus prodeſſe ſacrificium, quod pluribus applicatur, ſed etiam ij qui volunt eſſe infinitum, & æquè prodeſſe, ſiue vni, ſiue pluribus applicetur, vt ſuo loco notaui. Specialiter autem ita tradunt Nauarr. *cap.* 25. *Manual. num.* 92. & *Conſil.* 8. *de celebrat. Miſſar. lib.* 3. Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. c.* 2. *num.* 263. Corduba *in quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 3. *opin.* 4. *in fine.* Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 1. *concluſ.* 2. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 85. *art.* 3. *in dub. de ſtipend miſſ.* Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *c.* 45. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 251. *concluſ.* Cantatel *lib.* 1. *var. quæſt. c.* 47. *num.* 225. Suarez *diſput.* 86. *de Eucharistia ſect.* 2. *concluſ.* 4. Vaſquez 1. *part. diſp.* 234. *cap.* 4. *num*.... Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. Miranda *tom.* 1. *manual quæſt.* 41. *art.* 25 *concluſ.* 5. Reginal. *lib.* 23. *praxis fori pœnit. n.* 234. Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 21. *num.* 4. Fraxinel. *de oblig. Sacerd. ſect.* 4 *concluſ.* 1. §. 1. Coninch. *de ſacram. q.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. *n.* 192. Batth. ab Angelo *dial.* 5. *de Miſſa.* §. 509. Bellarmin. *lib.* 2. *de Miſſa cap.* 4. *propoſ.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6 *q.* 6. Sà *verbo.* Miſſa. *n.* 44 Naldus *verbo.* Cappellania *num.* 11. D. Antonin. *part.* 1. *tit.* 10. *cap.* 12. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. pœnit. q. vlt. punct.* 7. §. 2. *n.* 2. verſ. *verum his.* Marchin. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 16. *propoſ.* 1. *num.* 9. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 1. *quæſt.* 2. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 27. *diſp. vn. punct.* 14. *num.* 5. Anton. Honcala *opuſc. de valore Miſſ. art.* 2. *init.* Barboſ. *de poteſt Epiſc. alleg.* 24. *n.* 5. Villalob. *part.* 1 *ſum. tract.* 8. *difficult.* 16. *num.* 1. Sylutus 3 *p. quæſt.* 83. *art.* 1. *q.* 17. Ledeſma *part.* 1. *ſum. tract. de Euchariſt. cap.* 18. *concl* 10. Llamas 3. *part. meth. cap.* 13. §. 17. Vinc. Fernandez *diſput. de ſacroſ. Miſſ. part.* 4. *dub. vn. ad* 6. *in fin.* Georg. Polac. *in Aphoriſ. cœrem. Miſſ. n.* 17. *aphor.* 16. *num.* 400. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 4. *q.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 20. *q.* 8. Franciſcus Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 12. *q.* 4. *num.* 26 Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. verſ. *Quarto poſſe etiam* Trulleuch. *lib.* 3. *de ſacram. c.* 8. *dub.* 11. *num.* 7. Quartus *in rubr. Miſſal in appen. quæſt.* 2. *pun.* 20. *init.* & alij infra citandi, qui negant, etiam exiſtente aliquo titulo accipi poſſe plura ſtipendia pro eadem miſſa.

3 Dicendum eſt. *Non poſſe ſacerdotes vnica miſſa ſatisfacere obligationi celebrandi contractæ ex pluribus ſtipendijs acceptis.* Ita ſtatuit Sacr. Congreg. Concil. *in decr. de celebr. Miſſar.* Editis auth. Vrban VIII. § *deinde ibi. Quibuſcumque tam ſæcularibus, quam Regularibus S. Congr. ſub obteſtatione Diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt abſolute tot Miſſæ celebrentur, quoad rationem attributæ eleemoſinæ præſcripta fuerint, itavt alioquin ij, ad quos pertinet ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimo grauiter peccent & ad reſtitutionem teneantur.*

4 Ratio deſumitur ex obligatione mutua, quæ conſurgit inter ſacerdotem, & dantem ſtipendium, qui enim dat ſtipendium pro miſſa, ſicut exequitur ſuam obligationem ſubminiſtrandi ſubſtentationem mediante ſtipendio, ita exigit à Sacerdote, quod ſe obliget ad miniſterium ſacrificij, & cum effectu obtineat fructum ipſius medium, qui prouenit illis, pro quibus offertur ſacrificium Ergo eo ipſo, quod ſacerdos acceptat ſtipendium, ſe obligat quoad ſubſtantiam ſecundum intentionem dantis ſtipendium; alioquin ſi non intenderet correſpondere in ſe obligando intentioni ipſius, deberet aut non acceptare ſtipendium, aut ſe declarare, quod non ſe intendit ita obligare Ergo tenetur celebrare ſecundum intentionem dantis eleemoſinam, vt ſatisfaciat ſuſceptæ obligationi. certum eſt autem, quod exigens celebrari

Miſſam

Missam, aut dans stipendia pro pluribus missis iotendit, quoad participandum in illa missa nullus alios admittatur quoad fructum medium & quod totaliter iuxta suam intentionem celebrentur tot missæ, qoot dedit stipendia absque eo, quod admittantur alij in fructu, qui solet applicari. Ergo si sacerdos id non seruat, non satisfacit propriæ obligationi.

5 Dices. Dantem stipendium pro missa habere hanc intentionem, quia nescit quod sactificium missæ æquè prosit pluribus, ac vni tantùm. Sed hoc non potest admitti, quia, an sit verum, est sub opinione, & communior est opinio, quod non æquè prosit pro pluribus, ac pro vno tantum oblatum. Vnde si sicut hanc opinionem, à fortiori vellet quod non admitteretur alius ad participandum in fructu sacrificij; nam vellet esse eertus de participatione totius fructus sacrificij, quod participare potest. Deinde obligatio assumpta à sacerdote est certa. Ergo non potest ipsi satisfieri per solutionem incertam qualis est exhibitio ministerij in offerendo saerificium cum admissiooe aliorum ad participandum in fructu, quia remanet incertũ, an ita satisfaciat, vt cõmunicetur totus fructus, quia totus cõmnnicaretur. Vnde cũ stultũ sit certa pro incertis mutare, nõ potest præsumi, quod, qui dedit stipendiũ, cõtẽtus sit, quod alius admittatur ad participationẽ fructus sacrificij, nam mutaret certũ pro incerto.

6 Dices 2. Opinionem, quod Missa pro pluribos celebrata æquè prosit, ac si pro vno tantum eelebraretur esse probabilem, cum etlam tradunt plures, & graues DD. & ideò posse vnumquemque eam sequi, siquidem licet sequi quamcumque opinionem probabilem Resp. Admisso quod sit probabilis talis opinio, non est tamen probabilis opinio, quod possimus sequi in applicando fructu sacrificij opinionem, quod tanquam infinitus possit applicari. Si enim quis obligatus ex stipendio ad applicandum fructum sacrificij pro vno, applicaret pro pluribus, sequeretur in operando opinionem, quæ docet, qood licet applicare sacrificium pro pluribus pro implenda obligatione orta ex pluribus stipendijs acceptis, non autem sequeretur opinionem, quod sacrificium æquè prosit pluribus, ac vni tantum, quia hæc opinio non est opinio practica, quæ dirigit operationem, sed speculatiua quæ ostendit rerum naturam: vnde tuoc quis illam sequitur, quando iudicat sacrificium ita se habere. Opinio autem quæ docet, posse impleri plures obligationes ex accepto stipendio vnica missa, est probabilis, quia noo est probabile solutione incetta extingui debitum certum, nec quod satisfiat obligationi. si quod exhibetur, non correspondeat per omnia obligationi absque periculo qood creditor patiatur detrimentum, & non obtineat totum, quod debet obtinere. Ex his autem solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ.

7 Dices 3. Sacrificium prodest secundum mensuram deuotionis & dispositionis vniuscuiusque, ergo sicut deuotio & dispositio vnius non impedit alteram deuotionem, & dispositionem, ita nec stipendium vnius, & applicatio specialis pro ipso impediet stipendium, & applicationem specialem pro alio. Resp. Sacrificium qooad fructum generalem prodesse secundum mensuram dispositionis, quia cum sit fructus generalis, pertinet ad omnes; qooad fructum autem specialem, seu mediom quia hic est in potestate offerentis communicare cui voluerit, prodest secundum mensuram communicationis, & ideò si communicatio seu applicatio se extendat ad plures, diuidetur & non totus fructos, sed partialiter singulis communicabitur. Vndè constat quomodo obligatio ad applicandum specialiter impediat, ne possit alteri applicari.

8 Dices 4. Ex consuetudine omnium Ecclesiarum in medio Missæ solet aliquid offerri in eum finem, vt magis participetur de fructu sacrificij. Ergo sacrificiũ est applicabile pluribus conferentibus stipendium, ita vt in participatione fructus vnus non officiat alteri. Respond. Illam oblationem importare qoidem aliquam cooperationem ad sacrificium, & esse causam participationis maioris fructus, sed quòad generalem qui est communis omnibus quocumque modo concurrentibo non autem quoad fructum specialem, seu medium, quia hic dependet ab applicatione Sacerdotis. Vnde tunc solum participaretur à dantibus eleemosinam si pro dantibus applicaretur, ex vi tamen applicationis diuidererur; vnde partialiter tantum communicaretur, plus tamen participaret qui maiorem daret eleemosinam, quia censeretur diuidi secundum proportionem deuotionis, quæ cum sit causa eleemosinæ diuideretur etiam cum proportione ad eleemosinam.

QVÆSTIO 938.

An Sacerdos pro vnica Missa possit recipere tot stipendia, quot sufficiant pro diurna substentatione.

SVMMA.

1 *Celebrans an possit accipere tot stipendia, quot sufficiant pro diurna substentatione.*

3 *Iuxta Decreta S. Cong. non potest recipere.*

4 *Celebranti non est debita diurna substentatio, licèt frugalis.*

5 *Dans plura stipendia intendit obligare ad Missas correspondentes.*

6 *Acceptatio stipendij facit, quod obligatio habeatur pro expressa.*

7 *Stipendia modò dantur, & acceptantur secundum dispositionem S. Congregat.*

Faciens actum, facit secundum leges de ipso disponentes.

8 *Quando vnica Missa possit Celebrans correspondere pluribus stipendijs.*

NOn intelligitur de splendida substentatione, sed de frugali & qualis decet pauperem, & modestum ministrum Ecclesiæ Prima sententia est affirmatiua. Ita Tabieoa *verbo* Restitutio *n. 33. in fine.* Angel. *verbo* Missa. *n. 52.* Syluester *quæst.* 10. Armill. *n. 33.* Rodriquex *par. 1. sum. c. 252. conclus. 4.* Petr. Nauar *lib. 2. de rest. c. 2. dub. 6.* Canus *lib. 12. de locis Theologicis cap. 13. ad. 10.* Sotus *lib. 9. de iust. & iur. quæst 3. art. 1. dub. 3. conclus. 2. & in 4. dist. 13. quæst 2. ar. 1. dub. de valor. miss. conclus. 2.* in fine. Aragon. *2. 2. quæst. 83 ar. 3. dub. de stipend.* ver. *Hos tamen.* Hoocala *tract. de valore Missæ, art. 12. & 16* Llamas *3. par. Meth. cap. 13. §. 17* Fernandez *par. 3. exam. Theol. Moral. cap. 5. §. 8. n. 3.* Nugnus *3. par. qu. 83. art. 1. dub. 10. conclus. 4.* & probabile putant Ledesma *par. 1. sum. tract de Euchar. cap. 18. conclus. 8.* Molphes. *par. 1. sum. tract. 3. cap. 16. n. 17.* Io. à Cruce *par. 2. director. conscien. quæst 1. de sacrific. miss. dub. 7.* Et tamen aduertendum, quod est valdè diuersum quod possit Sacerdos exigere stipendium, quod sufficiat pro frugali substentatione, & aliud, quod accipiens plura stipendia pro tot Missis, ex ijs coniungat, quot necessaria sunt pro substentatione, & celebret vnicam tantùm Missam. Primum videtur esse vt plurimum de intentione Doctorum prædictorum; non autem secundum nonnullos exceptos. Quidquid tamen sit. 1

Secunda sententia absolutè asserit, non posse recipi tot stipendia, seu computari tot stipendia pro 2

vnica

vnica Miſſa, qnot ſunt neceſſaria pto diurna ſubſtentarione, etiam frugali. Ita Medina. *C. de orat. quæſt.* 30. Corduba *in quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 3. *opin.* 5. *concluſ.* 5. *inic.* & *q.* 4. *dub.* 2. *opin.* 2. Nauar. *cap.* 25. *Manual. n.* 92. vet. *vigeſimo quinto.* & *de orat. cap.* 20. *n.* 48. Azot. *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæſt.* 2. Rodtiquex *quæſt. Regular.* 43. *art.* 17. *concl.* 2. *tom.* 1 Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 41. *ar.* 23. *concluſ.* 5. Suarez *diſp.* 86. *de Euchar. ſect.* 7. *dict.* 4. & *ſect.* 4. *dict.* vn. Vaſquex. 3. *par. diſp.* 231. *cap.* 3. 15. Tolet. *lib.* 2. *ſumm. cap.* 8. §. *vlt.* Facuud *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 7. Reginald. *lib.* 23. *Praxi fori pœnit. cap.* 17. *dub* 1. *n.* 232. & *dub.* 2. *n.* 234. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 158. Poſſeuin. *de offic. Curat. cap.* 2. *n.* 24 Leſſ us *lib.* 2. *de iuſt.* & *iur. cap* 24. *dub.* 5 *n.* 28. Fraxinel *de obligat. ſacerd. ſect.* 4. *concluſ.* 2. 9. 3. Pitigian *in.* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 6. *in fine*, Naldus *in ſumm. verbo.* Cappellania. *n.* 11. Dicaſtill. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 19. *n.* 350. Hurtad. *de ſacram. diſp.* 4. *de ſacrific. miſſ. difficult.* 15. ver. *Nauarrus verò*, Marchin. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *par* 2. *cap.* 16. *n.* 18. Machad. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 12. *doram.* 8. *n.* 2. Narbon *in Horograph. Iur. hora* 2. *n.* 312. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 4. *q.* 4. *in fine*, qui addit ante Decreta *de celebrat. miſſ.* tenuiſſe oppoſitam opinionem pto probabilioti. Franciſcus Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 12. *quæſt.* 4. *n.* 10. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar ſect.* 17. ver. *Quartò poſſe.* Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt vlt. punct.* 7. §. 2. *n.* 1. ver. *Verum his*, circa finem. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 5. *q.* 10. *dub.* 5. *num.* 78. ver. *Quæritur tertiò.* Villalob. *part.* 1. *ſumm. tract.* 8. *difficult.* 15. *num.* 1. Quart. *in Rubric. Miſſal. in appendic. q.* 2. *punct.* 10. *init.* Ledeſm. Ioann. à Cruce. Molfeſ. citati *num. præced.* in fine.

3 Dicendum eſt. *Sacerdotem ex ſtipendiis ſuſceptis pro pluribus Miſſis non poſſe coniungere tot ſtipendia pro ſingulis Miſſis quæ ſufficiant pro diurna ſubſtentatione, etiam parua; ſed abſolutè teneri celebrare tot Miſſas, quot ſuſcepit ſtipendia, ita vt nullo modo ſatiſfaciat vnica Miſſa pluribus obligationibus ex pluribus ſtipendiis.* Hoc modo certum eſt ex Decretis Sacr. Congtegat. auctoritate Vrbani VIII. editis, vt conſtat ex verbis relatis, *in præcedenti quæſt. n.* 3. quotum vigore ſaltem ex præcepto ibi expreſſo, quod obligat ſub mortali, vt conſtat ex illis verbis. *Sub obteſtatione diuini Iudicij mandat, & præcipit*, hoc ſeruandum eſt.

4 Sed inſuper hoc locum habet ex natura rei independenter à iure humano, quod primo conſtat ex falſitate ſundamenti oppoſitæ ſententiæ, nam in tantum poſſet Sacerdos computare pluta ſtipendia, quot ſufficiant pro frugali ſubſtentatione diurna pto Miſſa ſingulotum dierum, in quantum tatione Miniſterij eſſet illi debita talis ſobſtentatio. Sed non eſt debita talis ſubſtentatio; quod conſtat ex praxi, quæ declarat hoc debitum, qnale ſit, nam nullibi, ſiue attendatur conſuetudo, ſiue taxa per legem ſtipendiom eſt tantum, quod in illo loco ſufficiat pro integra ſubſtentatione. Rurſus Decreta quoque Sacr Congregationis ſupponunt ſtipendium nou debere ſufficere pro tota ſubſtentatione, dum volunt, quod taxentur Miſſæ, aut ſtipendia ſecundum conſuetudinem Regionis. Prætetea Concil. quoque Trident. idem ſentit, dum prohibet etiam Sacerdores alienare Pattimonium, ad cuius titulum ſunt ordinati, vt habeant vnde ſubſtententur, niſi obtineant æquiualens beneficium, &c. Denique ratio ipſa natutalis hoc oſtendit, quod pro miniſterio, quod pro dimidia hora circiter occupat Sacerdotem non ſit ſubminiſtranda integra ſubſtentatio.

5 Deinde. Quando quis dat pluta ſtipendia pro pluribus Miſſis, non intendit, quod illa ſtipendia vniantur, ita vt tot accipiantur pro vna Miſſa, quot ſufficiunt pro integra ſubſtentatione, ſed abſolutè intendit, quod celebrentur tot Miſſæ, quot exhibet ſtipendia, & hoc à fortiori quando plures exhibent ſinguli ſingula ſtipendia pro obtinenda Miſſa. Ergo eo ipſo, quod acceptat Sacerdos ſtipendia exhibita cum illo onere præſcripto ab exhibente, acceptat etiam onus ſecundum præſcriptionem factam & expteſſam. Ergo ſi non ſatisfacit oneri ſecundum menſuram præſcriptam non ſatisfacit in re graui proptiæ obligationi.

Neque dici poteſt, quod non intendat ſe obligare ad numerum præſcriptum Miſſarum; nam acceptatio elemoſinæ, ſtante expreſſa præſcriptione numeri Miſſarum continet obligationem ad dictum numerum celebrandum, vt cum ſequatur talis obligatio ex acceptatione, aliàs dans eleemoſinam non acquieſceret, habetor pro expreſſa; *l. Item quia ff. de pact.* & *l. Gal.* §. 1. *ff. de liber.* & *poſthum.* & *l.* 84. & 99 *ff. de verb. oblig.* & notant Bald. *in. l.* 1. *circa finem. C. de his qui ante tabul. aper. certam.* Roland. *conſ.* 27. *n.* 37. Crauett. *conſ.* 149. *n.* 11. Pariſ. *conſ.* 97. *n.* 107. *vol.* 1. Deinde intentio non ſe obligandi iuxta mentem exhibentis eleemoſinā, eſſet doloſa, nam acceptando eleemoſinam cum onere iniuncto exprimit exterius acceptare, cum tamen intēdat, ſe non obligare. 6

Ex dictis colligitur S. Congregationem, dum ſtatuit, quod tot Miſſæ abſolutè celebrentur, quot fuerunt recepta ſtipendia, non impoſuit nouam obligationem, quia iam aderat de iure naturæ, ſed illius admonuit, & præcepto etiam Eccleſiaſtico firmauit, & ideò modo ex vtroque capite oritur obligatio ad celebrandas tot Miſſas, quot fuerunt recepta ſtipendia, & eò magis vrget obligatio, quia, cum ſacra Congregatio præceperit, quod tot Miſſæ celebrentur, quot fuerint recepta ſtipendia, dans ſtipendia pro Miſſis, ſupponit acceptentur ſecundum præſcriptum Sacr. Congregationis & acceptans, ſecundum formam eiuſdem præſcripti, cenſetur acceptare, nam faciēs actum, cenſetur facere ſecundum leges, de ipſo diſponentes. *l.* 3. §. *fin. ff. de teſtam.* & *l.* 1. *C. de emancip.* & notant Natta *conſ.* 49. *n.* 22. Becc. *conſ.* 35. *n.* 11. Surd. *conſ.* 347. *n.* 24. vnde non poteſt excuſari quin ex vi acceptationis obligetur ad tot Miſſas, quot fuerint, acceptata ſtipendia. 7

Secundò colligitur cum Marchino. *de ſacram. Ordin. tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 16. *n.* 4 Tambur. *opuſc. de ſacrif. miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n.* 8. quod conſentientibus ijs, qui dant eleemoſinas pto miſſis, quod vni Miſſæ correſpondeant tot ſtipendia, quot ſufficiunt pro integra ſubſtentatione, vel qnia putent, ſacrificium oblatum pro pluribus æquè prodeſſe, ac oblatum pro vno, vel ex aliquo alio motiuo, poterit Sacerdos vnica Miſſa ſatisfacere obligationi ortæ ex plutibus ſtipendijs. Neque in hoc contradicunt Decreta. S. Congreg. quia ſolum iniungit quod tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint à dantibus eleemoſinam, atqne adeò vult, quod non poſſit vnica Miſſa ſatisfieri obligationi ex pluribus ſtipendijs indepēdenter à conſenſu exhibentium ſtipendiū. Eſt tamen adnertendū, quod iſte conſenſus debet eſſe eorum, qoi principaliter Miſſas commendant, nec præſumi poteſt, ſed neceſſarium eſt, quod habeatur expreſſus, quia niſi vellet tot Miſſas, præſcriberet vnam, aot pauciores cum pinguiori ſtipendio, dum autem expreſsè præſcribit certum numerum Miſſarum, non poteſt præſumi dicta voluntas. 8

QVÆSTIO 939.

An ratione paupertatis celebrari poſſit vnica tantum Miſſa pro pluribus ſtipendiis.

SVMMA.

1 *Stante quacumque paupertate non debet ſtipendium inſeruire pro ſubſtentatione etiam pro diebus, quibus non celebratur.*

3 *Vnica Miſſa an poſſint correſpondere tot ſtipendia, quæ ſufficiant pro tota ſubſtentatione diei, ſtante paupertate.* & num.ſeq.

4 *Quid diſpoſuerit S. Congregat.*

5 *Paupertas non præbet titulum celebranti exigendi maius ſtipendium.*

6 *Ius ad ſtipendium eſt idem licet Celebrans ſit pauper.*
Paupertas non dat titulum vniendi ſtipendia pro vna Miſſa.

7 *Paupertas, licet poſſit reſpondere debitum celebrationis: non tamen poteſt facere, quod plura ſtipendia vniri poſſint.*

8 *Celebrans vnam Miſſam, quando accepit plura ſtipendia, peccat contra iuſtitiam.*

9 *Inſeruiens altari debet de ipſo viuere iuxta menſuram ſeruitij.*

10 *Magis indecens eſt contrahere debitum ex iuſtitia, & non ſatisfacere quàm mendicare.*
Plura ſtipendia à pluribus accepta non poſſunt vniri in ordine ad eandem Miſſam.

1 ADhuc intelligitur de pluribus ſtipendijs, quæ non excedant frugalem ſubſtentationem vnius diei, & quando dantur pro pluribus Miſſis. Eſt autem ſupponendum tanquam certum, vt notant etiam Ludouic.à S.Io. *in ſumm. quæſt.* 10.*de Euchar.art.6.dub.*1. *difficult.6.*Garxia *in ſum.tract.3.difficult.* 10.*dub.3.n.* 16. Sacerdotem, ſtante quacumque paupertate non poſſe ex ſtipendijs Miſſarum prouidere ſibi de ſubſtentatione pro ijs diebus, in quibus non offert ſacrificium, applicando vni Miſſæ plura ſtipendia, quia cum in dictis diebus ceſſet ſacerdotale Miniſterium in quo fundatur titulus exigendi ſubſtentationem, ceſſat etiam titulus iuſtus exigendi, atque applicandi ſtipendia Miſſarum vnicæ Miſſæ ob cauſam ſubſtentationis, vnde ſolum difficultas eſt quoad eos dies, in quibus offert ſacrificium.

2 Prima ſententia aſſerit, ſtante paupertate, poſſe Sacerdotem ex ſtipendijs acceptis pro pluribus Miſſis tot computare pro vnica Miſſa, quot ſunt neceſſaria pro frugali ſubſtentatione vnius diei, ita ij, qui hoc abſolutè docent, quos citaui *n.* 1.*præcedenti quæſt.* & ſpecialiter Fernandez.*par.3.exam.theol. moral. cap.5. §.* 8*.n.3.*Nugn.3.*par.quæſt.*83.*art.*1.*dub.*10.*concluſ.4.*Beia *part.1.caſu* 12.Vega *par.2.ſumm.cap.*41.*de Miſſa caſu* 1. Ludou.à S.Io.*in ſum.quæſt.*10 *art.6. dub.*1. Fundamentum eſt. Quia qui inſeruit Altari, viuere debet de Altari. Secundò, quia valdè indecens eſt, quod Sacerdos mendicet, cum ſit miniſter tam alti myſterij, & ideò præſumi debet voluntas fidelium, quod decenter ſubſtentetur.

3 Secunda ſententia aſſerit, neque ratione paupertatis computari poſſe pro vnica Miſſa tot ſtipendia, quæ ſufficiant pro moderata ſubſtentatione, ita Gerſon.*in lib.de ſollicit.Eccleſiaſt.part.*32.Io. Andr. *in cap. Fraternitatem de ſepult.*Abb. *ibid.*Archidiacon.*in cap. Non mediocriter de conſecrat.diſt.*5.Nauat.*cap.*25. *manual.n.* 32. *& num.*111.*& conſ.6. de celebr.miſſ.lib.*3.Diaz. *lib.de inſtruend.Parocho,part.*2.*cap.*27. Corduba *in quæſtion. lib.* 1.*quæſt.*4.*dub.*2.*opin.*2.D.Antonin.1. *part. tit.* 10.*cap.*11. §.4.Salmer. larè, *tom.* 9.*tract.*33. Vaſquez 3.*par.diſput.* 234.*cap.3.n.*15. Medina C.*de orat. quæſt.* 30. Rodriq. *quæſt.Regul.*43.*art.*17.*concluſ.2.tom.* 1. Miranda *tom.* 1. *Manual.quæſt.*41.*art.*23.*concluſ.*3. Bonac.*diſp.4. de ſacram.quæſt.vlt.pun.8.n.*14. Azor.*par.3.lib.* 12.*c.6.quæſt.* 2.Reginald.*lib.*23. *Prax.for.pœnitent. cap.* 17.*dub.2.n.* 234. Suarez *diſp.*86.*de Euchar.ſect.* 2. *dicto* 4.*& ſect.* 4. *dicto vnico.* Fagundez *præcept.*1.*Eccleſ.lib.3. cap.8.n.7.* Villalob. *par.1.ſum. tract.8.difficult.16.n.*1. Machad. *lib.* 4.*part.1.tract.*22.*docum.8.n.3* Leſſius *lib.2.de iuſt.& iur. cap.*24.*dub.5.n.*28. Poſſeuin. *de offic. Curat.cap.2.n.*24. Granad.3.*part.controuerſ. tract.*14 *diſp.*10.*dub.*19.*num.* 339.Dicaſtil.*De ſacram. tract.5.diſp.4.dub.*19.*num.*339. Baunius *par.1.theol.moral.tract.*10.*quæſt.9.de præbit. & paroch.ver.Et quidem.* Coninch.*de ſacram.quæſt.*83.*art.* 1.*dub.*11.Aueſa *quæſt.*11.*de Euchar.quæſt.*17. *ver.ſecundo.* Alphonſ.de Leone *de Iubil. part.3. n.* 17. *& de offic. Capell.quæſt.8.ſect.6.n.*29. Lugo Card. *diſp.* 21. *de Euchar.ſect.2.n.*27.Lezana *in ſumm.verbo.* Miſſa *num.* 28. Franciſc. Lugo *lib.5.de ſacram. cap.* 12. *quæſt.* 4. *n.* 30. Tamburin. *opuſc.de ſacrif. Miſſ.lib.3.cap.1.§.3. num.*13. Nooar.*in ſumm.Bullar.tit de celebrat.Miſſar.n.9.*

4 Dicendum eſt. *Paupertatem non eſſe ſufficientem titulum, vt poſſit Sacerdos celebrare vnicam Miſſam pro tot ſtipendijs, quot ſufficiant pro diurna ſubſtentatione, licet parca, ſi ſint exhibita pro pluribus Miſſis.* Hoc ſanè diſponunt Decreta Sacr. Congregat. dum præcipiunt ſub obteſtatione diuini Iudicij, quod tot Miſſæ celebrẽtur, quot fuerint præſcriptæ à dantibus ſtipendia, quod clarius conſtat ex reſponſione *ad 2. dub.ex propoſitis ſuper eodem Decreto*; dum ait eſſe celebrandum numerum Miſſarum præſcriptum à dante eleemoſinam, neque excipit caſum paupertatis Sacerdotis.imò excludit, dum præcipit, quod abſolutè, hoc eſt ſine vlla exceptione, tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem datæ eleemoſinæ præſcriptæ fuerint.

5 Ratio autem eſt, Quia paupertas non præbet titulum violandi iuſtitiam, & proinde neque etiam ad exigendum pro miniſterio aliquid vltra iuſtum ſtipendium, neque ad decipiendum aliquem in contractu. Ergo non dat titulum ad recipiendum plura ſtipendia exhibita pro pluribus Miſſis, vt inſeruiant pro vnica Miſſa, nam in hoc violatur iuſtitia, tum quia accipitur plus, quam ſit iuſtum ſtipendium pro Miniſterio, inuito exhibente, tum quia non ſatisfit obligationi annexæ ſtipendio, & quæ ſimul cum ipſo ſuſcipitur, aut ſaltem debet ſuſcipi, tum de iure naturæ, tum de iure poſitiuo, Tum quia accipiendo ſtipendia plura pro pluribus Miſſis, & eas non celebrando, ſed celebrando vnam pro pluribus ſtipendijs, decipit in re graui.

6 Dices. Licet paupertas non ſit ſufficiens titulus, vt poſſit Sacerdos accipere aliquid vltra iuſtum ſtipendium, eſſe tamen titulum iuſtum vt ſtipendium ſit ſufficiens pro ſubſtentatione. Verùm hoc non poteſt ſubſiſtere, quia cum iſtud ſtipendium conſiderandum ſit in ordine ad miniſterium, eſt tale, & idem ſemper, ſiue Sacerdos ſit pauper, ſiue non ſit pauper. Præſertim quia paupertas eſt titulus ad exigẽdum eleemoſinam, non autem ad exigendum maius ſtipendium ex iuſtitia. Deinde dato, quod eſſet iuſtus titulus ad maius ſtipendium, non tamen erit iuſtus titulus ad vnienda in vnum plura ſtipendia, quæ data ſunt pro pluribus Miſſis, & pro quibus ea acceptans ſe obligauit.

7 Dices 2. Conſtitutum in paupertate non teneri ſoluere debita ſubtrahendo ſibi debitam ſubſtentationẽ, & ideò nec Sacerdotem teneri ſoluere debitum celebrandi tot Miſſas, quot accepit ſtipendia, ſed poſſe vnica ſatisfacere pluribus, quia ſoluit quantum potuit. Sed neque hoc iuuat, quia ad ſummum ſequeretur, quod ſi iam contraxit debitum celebrandi plures Miſſas, & non potuit abſtinere ob paupertatem ab acceptatione nouorum ſtipendiorum, excuſaretur à celebratione præcedentium Miſſarum pro tunc, remanente tamen ſemper obligatione ſatisfaciendi, quando poterit, ſicut remanet in debitore, non autem quod poſſit vnire plura ſtipendia in vnum pro vna Miſſa Deinde hoc ſolum poſſet habere locum, ſi paupertas ſuperueniret, contracta iam obligatione celebrationis Miſſarum, non autem facit paupertas, quod poſſit acceptare plura ſtipendia exhibita pro pluribus Miſſis, & ſatisfacere vnica tantum, nam debet alio modo licito conſulere ſuæ paupertati, non autem modo illicito, qui ſit contra iuſtitiam, & contineat deceptionem,

ptionem, vt esset præsens, vt iam constat ex dictis.

8 Ex his infertur contra Ludouicum à S. Io. *in sum. q. 10. de Eucharist. ar 6. dub. 1. in Append.* ver. *Contendo esse.* Diuitem celebrantem vnicam tantum Missam pro tot stipendijs, quot sufficiant ad eius diurnam substentationem, non solum peccare contra fidelitatem, vt vult ipse, sed etiam contra iustitiam, & proinde teneri ad restitutionem. Nam cum stipendium taxatum siue a lege, siue à consuetudine sit iustum, dum correspondet pluribus stipendijs vnica tantum Missa, vsurpat sibi cætera supra vnum contra iustitiam. Deinde non implet totam obligationem, ad quam implendam tenetur ex iustitia.

9 Ad 1. in oppositum Respond. Qui Altari inseruit, de Altari viuere debere iuxta mensuram seruitij, vt iam dictum est in superioribus; nec dici potest, quod oblatio sacrificij sit adæquatum ministerium Sacerdotis, & proinde ei debeatur adæquata substentatio; quia in primis non est adæquatum, vt constat ex cæteris ministerijs, quæ exercent alij Sacerdotes, nam si esset adæquatum deberetur ei integra substentatio, quod satis ex eo constat, quia pro substentatione debet habere patrimonium, quod si deficiat patrimonium, & superueniat indigentia, aliunde debet quærere substentationem cum tota non sit debita intuitu ministerij celebrationis.

10 Ad 1. magis indecens esse, quod Sacerdos non impleat obligationem ex iustitia, quàm quod mendicet, quia in hoc non peccat, sicut peccaret in illo; nec potest præsumi voluntas fidelium, quod pro pluribus stipendijs celebret vnicam Missam, cum de opposita voluntate constet, siquidem expressè exigunt plures Missas, & Sacerdos consentit in petitionem, acceptando stipendium.

11 Hinc à fortiori. Si à pluribus reciperet, duo vel tria stipendia singula singulis, & ea essent necessaria pro diurna substentatione, & proinde celebraret vnicam tantum Missam, non satisfaceret propriæ obligationi, quod veritate coactus admittit etiam Ludouicus à. S. Ioan. *in summ. in addit. ad tract. de Eucharist. art. 2. dub. 1. conclus.* 2. quia contrahit cum singulis obligationem de vnica Missa, atque adeò duas, vel tres obligationes, quarum vna independenter ab alia trahit secum vnicam Missam, atque adeò singulæ obligationes singulas Missas, quæ non implentur, nisi singulis singulæ Missæ respondeant.

QVÆSTIO 940.

An stante extrema necessitate, possit supplere Sacerdos vna Missa pro pluribus stipendiis.

SVMMA.

1 *Aliud correspondere pluribus stipendiis vnica Missa, & aliud aggrauari supra vires oneribus Missarum.*
2 *In extrema necessitate an possint extingui vnica Missa plures obligationes*, & num. seq.
4 *Tot Missæ celebrandæ, quot stipendia, nisi adsit iustus titulus*, &c.
5 *Extrema necessitas non alterat æqualitatem iustitiæ.*
6 *De iure naturali non potest quis obligari absque animo adimplendi.*
7 *In extrema necessitate furtum non est furtum. Extrema necessitas non facit, vt assumi possint media mala.*
8 *Correspondere vnica Missa pluribus stipendiis etiam in extrema necessitate continet fraudem.*
9 *Sacrum Hebræorum vbi auferentium Ægiptiis vasa, quomodo iustificetur.*

1 Supponendum est. Valde diuersum esse, quod Sacerdos acceptet plura stipēdia pro pluribus Missis exhibita & correspondeat vnica tantū Missa, & quod acceptet noua stipendia coactus extrema necessitate, quando iam obligatus ad alias Missas celebrandas, non poterit nouis oneribus correspondere. Primum dicit, quod velit vnica tantum Missa extinguere plures obligationes celebrandi & hoc est de quo dubitatur, an sit licitum. Secundum dicit, quod se aggrauet oneribus Missarum supra vires, & quod suppleat eo meliori modo quo potest. In quo casu posset excusari, stante extrema necessitate, si non haberet modum conuenientiorem succurrendi propriæ necessitati, qua tamen cessante, teneretur supplere omnes Missas, quia non accepit illa stipendia tanquam sua; seu ad quæ ius daret extrema necessitas, sed se obligando ad Ministerium offerendi sacrificium, & ideò remanet obligatio tanquam voluntariè contracta, & quia subministrato stipendio pro Missis extinguitur extrema necessitas atque adeò ius ad alienum.

Quod autem stante extrema necessitate, possit Sacerdos vnica Missa extinguere plures obligationes contractas ex acceptatione plurium stipendiorum, tradunt Suarez *disp. 86. de Euchar. sect. 4.* ver. *Dico ergo.* Villalob. *part. 1. summ. tract. 8 diffic. 16. n. 2.* Fraxinel. *de oblig sacr. sect. 5. in corolar. n. 1.* Mercer. *de sacram. quæst. 83. ar. 1. dub. 3. not. 5.* ver. *Dixi.* Lezana *tom. 1. quæst. Regul. cap. 21. n. 5.* in fine. Franc. Lugo *lib. 5 de sacram. cap. 12. quæst. 4. n. 29.* & alij, qui negant, posse ratione paupertatis recipi plura stipendia pro eadem Missa, excipiunt tamen casum extremæ paupertatis, fundamentum est, quia, stante extrema necessitate, posset etiam furari sine peccato. Ergo multò magis satisfacere vnica tantum Missa pluribus stipendijs, quia si habet ius ad alienum absolutè habet etiam ad soluendum minus de eo, quod debet. 2

Contrarium docet Alphons. de Leone. *de offic. Capel. quæst. 81. sect. 6.* asserens id non habere locum post emanata Decreta *de celebrat. Missar.* cum ipsis præcipiatur quod absolutè, hoc est in quocumque casu absque vlla exceptione tot Missæ celebrentur, quot fuerint tributa stipendia, & quia eadem S. Congregatio declarauit quod Capellani non possint satisfacere eadem Missa obligationi, ex Cappellania, & ex stipendio, quod est idem, ac quod idem sacrificium, non æquè prodest oblatum pro duobus, ac pro vno tantum. 3

Verùm facilè respondere possent Doctores oppositæ sententiæ quod S. Congregatio vult, quod absolutè celebrentur tot Missæ, quot acceptata fuerint stipendia, aliàs non habet Sacerdos iustum titulum retinendi plura stipendia, secus autem quando habet. Extremam autem necessitatem præbere iustum titulum. Rursus ideò Capellanum eadem Missa non satisfacere obligationi ex Capellania, & ex stipendio, non quia eadem Missa non æquè prosit pluribus, ac vni tantum, sed quia cum acceptando stipendium acceptauerit obligationem de noua Missa, tenetur ex vi obligationis assumptæ ad duplicem Missam. 4

Ratio ergo petēda est ex iure naturali, nam quamuis extrema necessitas de iure naturali det ius ad sibi succurrendum de alieno non tamen alterat æqualitatem iustitiæ, itavt faciat quod pro aliquo Ministerio aliquid plus debitum, quàm aliàs esset, ipsa seclusa. Æqualitas enim est rei ad rem secundum intrinsecam proportionem, extrema autem necessitas est quid extrinsecum, itavt non possit facere, quod plura iusta stipendia sint vnum iustum stipendium pro eadem Missa. 5

Præterea. De iure naturali non licet se obligare absque animo adimplendi obligationem, quia hoc continet deceptionem, neque de iure naturali licet obligationem susceptam non implere. Præsertim per modum 6

modum Pacti, nam vtrumque est contra ius naturale, atque adeò indispensabile. Ergo neq; in extrema necessitate potest Sacerdos se obligare ad plures Missas celebrandas absque animo adimplêdi, neq, potest suscipere obligationes plurium Missarũ iuxta plura stipendia exhibita, & eas non implere; sed vnica tantùm Missa correspondere, quia extrema necessitas dat quidem ius ad sibi succurrendum de alieno, sed non dat ius ad ea, quæ sunt mala, quia iure naturali prohibita.

7 Ad fundamentum in oppositum. Resp. Esse diuersam rationem de furto tempore extremæ necessitatis, ac de celebranda vnica Missa pro pluribus stipendijs quia tunc furtum fit licitum, eò quod constitutus in extrema necessitate habet ius ad aliena, vt sibi succurrat & ideò dum ea aufert, vtitur iure suo, quia extrema necessitas facit, quod res aliena fit ipsi debita. At extrema necessitas non facit, quod actus, qui sunt mali, possint assumi tanquam medij ad obtinendam subuentionem; vndè non facit, quod liceat mentiri. Vnde cum de iure naturali non liceat decipere, nec obligationes assumptas non adimplere, extrema necessitas non faciet, quod hoc sit licitum tanquam modum pro obtinenda subuentione propriæ necessitatis. Accedit etiam quod possunt sequi plura incouenientia, vt quod nõ satisfaciat obligationi, qua tenetur facere celebrare Missas, quod non obtineat auxilium à Deo, qui petit mediante sacrificio. &c.

8 Dices Hebræi egressuri de Ægipto sub colore accommodationis abstulerunt ab Ægyptijs vasa aurea, & argentea decipientes Ægyptios, & ea sibi retinuerunt pro compensatione. Ergo cum possit Sacerdos constitutus in extrema necessitate auferre ab alio, quod sibi necessarium est, poterit etiam vti colore celebrandi Missas, & hoc pacto subuenire propriæ necessitati. Resp. Quod ad summum ex facto Ægyptiorum inferri posset, quod posset sibi retinere stipendium acceptum pro celebratione Missarum, & eas nõ celebrare: non autẽ, quod pro pluribus stipendijs posset satisfacere vnica Missa; nam in hoc intenderetur satisfactio ex iustitia, & exerceretur actus iniustitiæ, quia pro Ministerio fraudulenter extorqueretur stipendium supra iustum, & quod non deberetur pro stipendio, acciperetur tanquam stipendium, non autem tanquam aliàs debitum de iure naturali intuitu extremæ necessitatis.

9 Deinde Hæbrei in hoc negotio sequuti sunt imperium Dei, & proindè non sunt aliquid operati ex propria deliberatione; sed vt exequentes diuinam deliberationem. Vnde quando postulauerunt ab Ægyptijs, vt sibi commodarent vasa, non eos deceperunt, sed tanquam exequutores Præcepti diuini exequuti sunt, quod sibi commissum fuerat à Deo, referentes in ipsum conscientiam suam, vnde non habuerunt intentionem decipiendi; sed exequendi mandatum Dei, scientes quod tuta conscientia exequi poterunt quicquid ipsis iniungebatur ab eo, qui est ipsa rectitudo operandi. Imò neque in ipso facto materiali interuennit deceptio, quia petierunt illa vasa in ordine ad vsum pro egressu ad sacrificandum; sicut reuera factum fuit. Ægiptij verò dederunt cum intentione commodandi, fuerunt tamen liberati ab onere restituendi, quia Deus voluit, vt essent pro aliqua compẽsatione seruitutis, priuando Ægyptios Dominio, quam exhibuerunt Ægptijs ijsdem per tot annos.

QVÆSTIO 941.

An Religiosi satisfacere possint vnica Missa pluribus stipendiis.

SVMMA.

1 *Religiosi an possint vnica Missa satisfacere pluribus stipendiis.*

2 *Petrus Nauar. non sibi congruit.*

3 *Decreta S. Congregat. afficiunt etiam Religiosos. Et etiam ius naturale de implenda obligatione Missarum.*

Ludouicus à S. Io. *in summ. quæst.* 10 *art.* 6. *dub.* 2. habet quod communitates Religiosorum pauperum non possunt vnica Missa satisfacere plutibus stipendijs aliàs iustis, quatenus sufficiant pro suis necessitatibus, & *Append.* 1. declarat, quod istæ necessitatea comprehendunt etiam sustentationem ministrorum, qui sunt necessarij pro conuentu, manotentione officinarum, & eorum, quæ sunt necessaria. Rursus *conclus.* 2. habet quod singulares Sacerdotes quoad illas Missas, quarum liberam habent applicationem, possunt recipere duo stipendia iusta, vt subueniant proprijs particularibus necessitatibus. Hanc opinionẽ refert Garz. *in sum. tract.* 3. *difficultat.* 10. *dub.* 3. *n.* 17. & 18. & nihil resoluit, sed relinquit alieno iudicio. 1

Oppositam sententiam tenet Petrus Nauat. apud Ludouic. à S. Io. *n. præcedent.* citat, qui tamen non citat locũ, quia licèt sentiat, quod Sacerdotes sæculares possint recipere aliquando plura stipendia, quot sufficiant pro sustentatione, id tamen non admittit quoad Religiosos, quia cum profiteantur paupertatem, non est ipsis inde cotum victum quærere mendicando, verùm hoc oon congruit cum eo, quod tradit *lib.* 2. *de restit. c.* 42. *n.* 235. vbi docet, quod etiam Sacerdos diues potest recipere tot stipendia, quot sufficiant pro eius frugali sustentatione, quia non qua diues, sed qua Sacerdos habet ius viuendi de altari, vnde idem dici posset de Religioso, quia item habet ius viuendi de Altari, & posset velle non mendicare; sed de Altari viuere, & ideò est eadem ratio quoad sæculares, & quoad Religiosos. 2

Tenendum tamen est. *Quod non possint Religiosi vnica Missa satisfacere pluribus obligationibus contractis ex pluribus stipendijs*, ita etiam quoad Regulares sanciuit, S. Congregat. *in Decret. de celebrat. Missar.* Et ratio vniuersalis militat quoad omnes, quicumq; sint quod per acceptationem stipendij, quod datur pro ministerio contrahitur obligatio ex iustitia cum ijs, qui dant stipendia iuxta ipsorum petitionem; siquidem acceptando stipendium, consentiunt in petitionem dantis; Ergo siue sæculares sint, siue Regulares contrahunt obligationem ex iustitia celebrandi tot Missas, quot petuntur ab exhibente stipendium, & ideò faciunt contra iustitiam, si eas non celebrent. 3

QVÆSTIO 942.

An pro vna Missa accipi possint plura stipendia minora taxato.

SVMMA.

1 *Quando possit celebrari vnica Missa acceptis pluribus stipendiis incongruis.*

2 *Celebrans possit-ne vnire plura stipendia vsque ad congruum pro eadem Missa.*

3 *Acceptans stipendium incongruum videtur se obligare solum prout tenetur.*

5 *Numerus Missarum debet correspondere stipendiis etiam incongruis.*

6 *Applicans limitatè Missas, non celebrat, quot præscribuntur.*

7 *Vnica Missa non possunt impleri plura onera.*

8 *Seclusò Decreto S. Congreg. vnica missa an possit implere plura onera ex stipendiis incongruis.*

9 *Acceptans incongrua stipendia cur obligetur, &c.*

10 *Dans incongruum stipendium quando iniquè agat.*

Quando

Quando quis cenſeatur obligari ſolum prout tenetur.

Tantum eſt in acceptatione obligationis, quantum eſt in propoſitione.

11 *Famulus obligans ſuam operam minus iuſto, &c. An poſſit ſe indemnem eſſare.*

12 *Acceptans famulatum minori mercede non cenſetur ad iuſtum ſe obligare.*

1 QVia contingere poteſt quod offerantur plura ſtipendia à diuerſis perſonis minora taxato pro celebrandis Miſſis, certum eſt quod ſi offerentes contenti ſint, quod eadem Miſſa applicetur pro pluribus, itavt omnes ſimul admittãtur ad participandum fructum prout eſt ipſis cõmunicabilis, ſatisfaciet Sacerdos obligationi contractæ ex illis ſtipendijs, qoia offerentes oon exigent tot Miſſas, quot ſunt ſtipẽdia, ſed vnicam tantùm & tanquam coocurrentes ad eãdem Miſſam intendunt ſolum de ipſius fructus ſimul participare, quod locum habet etiam ſi illa ſtipendia excederent iuſtum ſtipendium taxatum, imò ſofficerent pro iuſto ſtipendio plurium Miſſarum. Neque enim Sacerdos ad plus obligatur quam exigant exhibentes ſtipendium & ſatisfacit obligationi, quando ſoluit, quod iotuitu ſtipendij conuentum eſt. Vnde difficultas ſolum eſt, quando non adeſt conſenſus exhibentium incongrua ſtipendia.

2 Prima ſeotentia aſſerit quod, quando ſtipẽdia ſunt minora taxato, poteſt Sacerdos ea reducere ad iuſtum ſtipeodium celebrando ſolum tot Miſſas, quot iuſta ſtipendia continentur in illis incongruis, ita Corduba *in quæſt. lib. 1. quæſt. 4. dub. 1.* Henriq. *lib. 9. ſumm. cap. 22. n. 4. in fine.* Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 41. art. 23. concl. 3.* Rodriq. *quæſt. Regul. 43. art. 17. concluſ. 1. tom. 1.* Vaſq. *3. part. diſp. 234. cap. 3. n. 18.* Suarez *diſp. 86. de Euchar. ſect. 4. ver. Vnde conſequenter.* Fraxinel. *de obligat. Sacerd. ſect. 4. concluſ. 1. §. 2. n. 1.* Molfeſ. *part. 1. ſum. tract. 3. cap. 17. n. 89.* Azor. *part. 3. lib. 12 cap. 6 quæſt. 3.* Filliuc. *tract. 5. n. 188.* Homobon. *par. 1. exam. tract. 4. cap. 13. quæſt. 118.* Poſſeuin. *cap. 2. de offic. Curati n. 24.* Reginald *lib. 23. Prax fori pœnitent. n. 234.* Fernandez *part. 3. exam. n. 26. Theol. mor. c. 5. §. 9. n. 3.* Peirin *tom. 3. de priuil. cap. 1.* Angleſ. *in florib. q. de valore Miſſæ, art. 2. concl. 2. append. 2.* Nugn. *3. part. quæſt. 83. ar. 1. dub. 9. concluſ. 2.* Scortia *lib. 2. de ſacrif. miſſ. cap. 10. n. 4.* Granad *par. 3. Contron. 6. tract. 14. diſp. 11. n. 18.* Baunius *part. 1. Theol. mor. tr. 10. quæſt. 12. de Paroch. & Presbit.* Garzia *in ſumm. tract. 3. diffienlt. 10. dub. 4. n. 4.* aſſerens Decreta S. Congregat. quoad hoc non eſſe in Hiſpania recepta. Fauſtus *lib. 1. de Indulgent. quæſt. 74. init.* Laiman. *lib. 5. Theol. mor. tract. 5. cap. 1. n. 13.* Megal. *reſolut. 14. n. 41. & reſol. 63. n. 6.* Protel. *in dub. Regul. verbo.* Miſſar. *n. 6.* Coninch. *quæſt. 83. de ſacram art. 1. dub. 10. n. 194.* Tambur. *opuſ. de ſacrif. miſſ. lib. 3. cap. 3. §. 3 n 50. & 53.* Etiam ſtante Decreto Sacr. Congregationis limitant tamen nonnulli ex his Doctoribus, vt Homobon Fraxinel. & alij, vt non habeat locum hæc ſententia, quando Sacerdos expreſsè promitteret tot Miſſas, qoot ſunt ſtipendia non integra.

3 Fundamentum eſt. Quia petens miſſam, & offerens ſtipendium non integrum, agit iniquè, quia detrahit, quod ex iuſtitia tenetur dare; ergo poteſt Sacerdos contra ipſum indemnem ſe ſeruare, ſecundò quia licèt acceptando ſtipendium non integrum videatur conſentire, & ſe obligare, non tamen cenſendum eſt ſe obligare, niſi quatenùs tenetur, atque adeò ad menſuram accepti ſtipendij, quod præſertim verum eſt, ſi paupertate coactus acceptet talia ſtipendia.

4 Secunda ſententia aſſerit, quod Sacerdos tenetur tot Miſſas celebrare, quot ſunt ſtipendia non integra, ſi ea acceptet. Ita Palaus *part. 4. oper. mor. tract. 22. diſp. vn. punct. 14. n. 6.* Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quæſt. vlt. 7. §. 2. n. 8.* Bald. *in ſumma verbo,* Miſſa *n. 13* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2 diſp. 5. quæſt. 9. n. 11.* Fraxinel. *in com edit. ſect. 4. concluſ. 1. §. Recedens à priori ſententia.* Alphonſ de Leone *de offic. Capel. quæſt. 8 ſect. 3. n. 11.* Leand. *de ſacram. tract. 8 diſp. 4. quæſt. 5.* in fine, qui habet, quod ante Decreta S. Congregationis putabat magis probabile oppoſitam ſententiam, Barthol. de Angelo. *Dialog. 5. de miſſ. § 756.* Lugo Card *diſp. 21. de Euchariſt. ſect. 2. n. 16.* Aneria *quæſt. 11. de Euchar. ſect. 17. ver Quod ſi Sacerdos.* Franc Lugo. *lib. 5. de ſacram. cap. 12. quæſt. 5. n. 57.* Amicus *tom. 7. Curſ. theol. diſp. 33. ſect. 8. num. 281.* Trullench *lib. 3. de ſacram. cap. 8. dub. 11. n. 8.* Coninch. *de ſacram. quæſt. 83. art. 1. dub. 10. n. 193.* Quart. *in Rubr. Miſſ. in Append. quæſt. 4. pun. 1. init.*

Dicendum. *Non poſſe Sacerdotem recipientem incongrua ſtipendia celebrare minorem numerum Miſſarum, quam exigantur, reducendo ſtipendia ad taxatam, & congruam quantitatem; ſed teneri celebrare Miſſas tot, quot exiguntur.* Ita diſponitur in Decretis, *de celebrat. Miſſar. § deinde.* ibi. *Vbi pluribus Miſſis etiam einſdem qualitatis celebrandis plura ſtipendia quantumcunque incongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerint, aut cõferentur in futurũ &c. ſub obteſtatione diuini iudicij, mãdat, ac præcipit, vt abſolutè tot miſſæ celebrẽtur, quot ad rationem attributæ eleemoſinæ præſcriptæ fuerint; itavt alioquin ij, ad quos pertinet ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur;* & quia ortum erat dubium de qua præſcriptione eſſet intelligendum Decretum. Reſpondit ſacra Congregatio *ad dub. 2. ex propoſitis ſuper iiſdem Decretis* eſſe intelligendum de præſcriptione facta ab eo, qui tribuit eleemoſinam. 5

Reſp. Tambur. *n. 2. citat.* Miſſas eſſe celebrandas ad rationẽ attributæ eleemoſinæ, ſicut à tribuente eleemoſinam iuxta rationem, & computum datæ eleemoſinæ præſcriptæ ſunt; vnde cum eleemoſina non ſit data niſi limitatè, limitatè debebitur applicatio Miſſæ; verùm hæc expoſitio eſt ex illis, quæ non ſunt ſecundum litteram, & quæ prohiberetur iiſdem Decretis, *§. porrò, ne vllo,* in fine, & eſt apertè contra diſpoſitionem eorundem Decretorum, nam ſi applicaretur partialiter, & limitatè ſacrificium non celebrarentur tot Miſſæ, quot præſcriptæ fuiſſent ab exhibente eleemoſinam, ponamus enim quod vnus det quinque Iulios pro decem Miſſis, & alios det alios qoinque pro alijs decem Miſſis; Si Sacerdos celebret decem Miſſas, quas limitatè applicet pro vtroque, non celebrabit quot erunt præſcriptæ; nam ſunt præſcriptæ viginti. Deinde præcipit, quod celebrentur tot Miſſæ; quot reſpondeant ſecundum numerum ad rationem attributæ eleemoſinæ habita ratione numeri ſtipendiorũ, quantumuis incongruæ & exigua ſint, vt proindè tot ſint Miſſæ quot ſtipendia, licèt iocongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis offerantur. Ergo vult, quod eodem modo celebrentur, ſiue ſtipendia ſint congrua, ſiue incongrua, atque adeò nunquam cum limitata applicatione, quia eodem modo diſponit ſiue ſtipendia ſint congrua, ſiue non congrua. 6

Deoique allata reſponſio eſt apertè contra mentem S. Congregatioois, quæ intendit, quod non poſſit vnica Miſſa ſatisfieri pluribus oneribus Miſſarum, vt proindè in §. *Id vero.* reuocet omnia priuilegia conceſſa Regularibus, vt poſſent vnica miſſa, ac collectis ſatisfacere oneri pluriũ miſſarũ, iuxta hanc autem reſponſionem ſatisfieri poſſet, quia ſtante incongruo, ſeu limitato ſtipendio, poſſet limitatè applicari, atque adeò eadem Miſſa ſatisfieri pluribus oneribus limitatè ſingulis applicando. 7

Secluſa autem diſpoſitione ſacræ Congregationis, neque adhuc poſſe Sacerdotem vnica miſſa ſatisfacere pluribus oneribus ſuſceptis ex pluribus ſtipendijs in congruis, ex eo deducitur, quia dum quis illa exhi- 8

bet,& perit tot Miſſas,quot ſunt ſtipendia incongrua, & Sacerdos illa acceptat, conſentit in petitionem exhibentis,nam dantur ſub onere tot Miſſarum, & proindè acceptatio eſt conſenſus in onus. Vel ergò intendit ſe obligare ad illas celebrandas,& tunc cedit iuri ſuo exigendi iuſtum ſtipendium. Vel non intendit ſe obligare, & tunc cum ſignum externum præſeferat animum ſe obligandi, dum non intendit ſe obligare, decipit exhibentem ſtipendia, nec ea facit ſua, quia non acceptat ſub onere,ſub quo dantur,& dum ea reducit ad iuſta ſtipendia contrectat alienum inuito Domino,& facit id, quod eſt contra eius voluntatem, quia volt, vt ſe declaret, quod licèt incongrua inſeruiant ſingula pro ſingulis Miſſis.

9 Dices. Illa ita acceptare neceſſitate compulſus, ſicut qui acceptat mutuam pecuniam ſub vſuris. Verùm hæc non iuuat, quia qui acceptat pecuniam ſub vſuris ſcit, quod dans ad vſuram non poteſt dare, & quod ſemper tenetur vſuras reſtituere,at Sacerdos acceptans incongrua ſtipendia ſcit quod poteſt acceptare, & ijs contentus eſſe, & ideò tenet acceptatio ſub onere, ſub quo dantur ſtipendia. Deinde paupertas non dat ius decipiendi,nec aliter recipiendi,aut ſub alia forma alienam pecuniam quàm à Domino exhibeatur.

10 Ad 1. Tunc dantem ſtipendium incongruum iniquè agere,quando dat nomine alterius, vt cum hæredes dant pro Miſſis relictis à Teſtatore, non autem, quando dat nomine proprio, quia tunc tantùm offert, & relinquit in poteſtate Sacerdotis acceptare,vel non acceptare. Vnde ſi acceptat cedit iuri ſuo, nec poteſt amplius ſe indemnem ſeruare. Ad 2. Tunc tantùm poſſe aliquem cenſeri ſe obligare ſolum, quatenus tenetur,quando obligatio non imponitur expreſsè ſecundum certam menſuram, Secus autem, quando exprimuntur in ſpecie termini & menſura obligationis;nã tunc acceptans ſecundum eoſdem terminos, & menſuram cenſetur acceptare, quia acceptatio eſt relatiua ad propoſitionem obligationis,& proindè tantum eſt in acceptatione obligationis,quantum eſt in propoſitione *l. Aſſe toto. ff. de hæred.inſtituend.& l. in teſtamento ff. de condit.& demonſtr.& l.hac venditio.* §. 1. *ff. de contrah.empt.*& notant. Bart. *in l.ferùum* § *fin.n.5.ff. de legat.* 2. Parif. *conſ.*39.*n*.13.*vol*.1. Soccin. *conſ.*178.*n* 3. *ver. Ex quibus. lib*. 4.

11 Dices. Si famulus obliget ſuum famulatum Domino mercede minori quàm ſit iuſta, eò quia Dominus non vult amplius exhibere,poteſt ſe indemnem ſeruare,reſarciendo occultè damnum, quia dum Dominus conſentit contractui,ſubit obligationem, quæ intrinſecè ineſt contractui, quæ eſt de æqualitate mercedis, ſicuti petens mutuum, & promittens vſuras, non debentur vſuræ, licèt promiſſione illarum inducatur ad mutuandum,quia mutuans obligat ſe ad leges intrinſecas mutui. Ergo etiam Sacerdos,qui promitit Miſſas ob ſtipendium inferius iuſto, poterit ſe indemnẽ ſeruare. Reſp. Nequaquam talem famulum poſſe ſe indemnem ſeruare, quia cum ſit in eius libertate locare ſuum famulatum quacumque mercede,quæ ſit minor iuſta, aut etiam gratis exhibere, dũ locat minori mercede, cedit iuri ſuo, abſque vlla coactione, quia paupertas non eſt cauſa extrinſeca, quæ inferat coactionem,vt proinde dicatur vim pati,& damnificari, vndè cum non habeat aliquod damnum, non poteſt ſe indemnem ſeruare.

12 Accedit etiam, quod vel reperit maiorem mercedẽ pro ſuo famulatu, & tunc, ſi contentus eſt locare tribuenti minorem euidens eſt, quod omninò liberè eligit minorem mercedem, itavt neque ratione paupertatis eligat, vel non reperit, & tunc habetur pro iuſta mercede, quæ reperitur;quia ſicut emptorum raritas facit vileſcere merces, ita etiam non reperiti Dominos,qui conducant ſeruos,facit vileſcere eorum famulatum;Nec eſt eadem ratio de promittente vſuras,quia hæc promiſſio cum ſit de eo,quod licitè exigi non poteſt, non inducit obligationem. Nec dans mutuum in tantum non poteſt exigere vſuras quaſi ratione motiui ſe obliget ad non petendas, ſed quia repugnant mutuationi, & ſunt de iure naturæ prohibitæ. Quod non contingit in accep‑tando famulatum alicuius,nam ſicuti licitè poteſt exhiberi minori mercede, ita etiam acceptari, nec acceptans cenſetur ſe obligare ad iuſtam mercedem, quia talis obligatio non venit in conſequentiam ad contractum,nec eſt ab ipſo inſeparabilis, cum abſque iniuſtitia poſſit ſeparari, ſicut de facto ſeparatur conſenſu partium. Vnde idem dicendum eſt de acceptatore incongrua ſtipendia pro Miſſis, quia cum licitè fieri poſſit, & interueniat conſenſus,non patitur Sacerdos aliquod damnum,cum volenti non fiat iniuria,& ideò non relinquitur ei locus indemnem ſe ſeruandi.

QVÆSTIO 943.

An in dubio quod Sacerdos obligetur ad ſingulas Miſſas pro ſingulis ſtipendijs incongruis teneatur ſatisfacere.

SVMMA.

1. *Acceptans incongrua ſtipendia, ſi conſentiat, tenetur celebrare præſcriptas Miſſas.*
2. *Acceptans incongrua ſtipendia excludit diſſenſum licet dicat,non eſſe congrua.*
   Facta ſunt fortiora verbis ad declarandum animum.
3. *Acceptans incongrua ſtipendia an cenſeatur conſentire,ſi non expreſsè promittat.*
4. *In hoc non valet diſcrimen inter pauperem,& diuitem Sacerdotem.*
5. *Acceptatio incongrui ſtipendij eſt ſignum conſenſus.*
6. *Neque paupertas excludit conſenſum, imò confirmat.*
7. *Quid ſi exhibens incongrua ſtipendia non reperiret alium,qui celebraret.*
8. *Quid ſi acceptentur incongrua ſtipendia,ne contriſtetur amicus,offendatur benefactor*

HÆc difficultas mouetur,quia contingere poteſt, quod acceptas plura ſtipendia ſingula pro ſingulis Miſſis non intendat ſe expreſſe obligare, nec etiam expreſsè ſe non obligare. Vnde quæritur quid iuris in tali caſu. Eſt autem ſupponendum tanquam certum,quod ſi Sacerdos,non obſtante incongruitate ſtipendij, expreſsè conſentiat ad celebrandas tot Miſſas, quot exiguntur,tenetur ex iuſtitia eas celebrare, vt etiam tradunt plures ex ijs Doctoribus, qui volunt, quod acceptans incongrua ſtipendia poſſit ea reducere ad congrua,& minuere numerum Miſſarum quæ exiguntur.Ita præſertim Sotus *lib.9.de iuſt.& iur. quæſt.3.art.2.in fine ante ſolut.*1.*argum.* Azor.*part.3.lib.*12. *cap.*3.*quæſt.*2.*ver. Deinde quia.* Rodriq. *quæſt. Regul.*43. *art.*17.*concluſ.*1.*in fine tom.*1. Vaſquez.*par* 3.*diſpu.*234. *cap.*2.*n.*74, Suarez.*diſp.*86.*de Euchar.ſect.*4 *in fine*,& alij, nam dum expreſsè ſe obligat, dubitari non poteſt, quin conſurgat obligatio non ſolùm fidelitatis, vt volunt Doctores, ſed etiam iuſtitiæ, quia non eſt ſimplex promiſſio, ſed onerosa, cum interueniat ſtipendium licet minus congruum,expreſſa namque promiſſio facit quod relaxetur, quod deeſt de congruo ſtipendio. 1

Supponendum eſt. Quod pro excludenda obligatione ad tot Miſſas, quot ſunt ſtipendia incongrua, non ſufficere, quod accipiens dicat exhibenti, quod non ſint iuſta ſtipendia pro tot Miſſis, quot exigit, vt videtur ſentire Franc. Lugo *lib.*5. *de ſacram. cap.* 12. 2

quæſt.5.

q.5.n.5. quia ſuppoſito, quod ea acceptet, excluditur diſſenſus, qui fortaſsè poſſet elici ex dicta ſignificatione, quia potentius eſt factum acceptationis illorum ſtipendiorum ad inducendum, & exprimendum conſenſum, quàm illa verborum ſignificatio ad exprimendum diſſenſum; nam ſtante facto acceptationis ſignificatur potius, quod licèt deſideraret ut integrũ ſtipendium, ſit tamẽ nihilominus cõtentus illo incongruo ſtipendio. Quia facta ſunt fortiora verbis ad declarandum animum, *l. Certum ff. ſi cert. petatur* & *l. fin. ff. de diuort.* & Cap. *Dilecti. de appellat.* & notant Cephal. *conſ.96. n.27. lib.* 1. Seraph. *de priuileg. Iuramenti priuileg.* 1. *num.* 57.

3 Prima ergo ſententia aſſerit, quod ſi ſacerdos diues acceptet ſtipendia incongrua, quamuis expreſsè non promittat, cenſetur tamen conſentire, & renunciare iuri ſuo, & ideò tenetur tot Miſſas celebrare, quot ſunt congrua ſtipendia. At ſi Sacerdos ſit pauper, non cenſeri conſentire, quia paupertate coactus acceptat, ita Henriquez *lib. 9. ſumm. cap.* 22. *n.* 5. Peirin. *tom.* 3. *de priuileg. cap.* 1. *num.* 26. qui ſudit, quod Decreta Sacr. Congregationis locũ habent, quando Sacerdos omninò liberè & non coactus paupertate acceptat incõgrua ſtipendia, & Franc. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap.* 12. *q.* 5. *num.* 55. limitans tamen ad paupertatem extremã aut grauem, non autem ad communem. Inferius tamen videtur accedere ad oppoſitam ſententiam. Fundamentum eſt, quia cum Sacerdos diues acceptet incongrua ſtipendia, nulla coactus neceſſitate, cenſetur remittere, quod deeſt pro congruo ſtipendio, & proinde conſentire. Oppoſitum autem contingit in Sacerdote paupere.

4 Secunda ſententia docet, quod non ſufficit paupertas; aut aliud motiuum, vt cenſeatur acceptans incongrua ſtipendia non conſentire; & proinde teneri celebrare Miſſas correſpondentes numero ſtipendiorum ita Vaſquez 3. *part. diſp.* 234. *c.* 2. *n.* 18. quatenus reijcit diſtinctionem inter pauperem, & diuitẽ Sacerdotem, putans eſſe eandem rationem de vtroque. Rebell. *de obligat. iuſt. part.* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 15. *n.* 9. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. *ver. Quarto poſſe.* Alphonſ. de Leone *de offic. capell. quæſt.* 8. *ſect.* 3. *n.* 12. & alij excitat. *in quæſt. precedent. pro ſecunda ſententia n.* 4.

5 Dicendum eſt. *Acceptantem plura incongrua ſtipendia teneri tot Miſſas celebrare, quot ſunt ſtipendia, vea quot exiguntur à dante eleemoſinam, ſtante quacumque cauſa ſiue paupertatis, ſiue alia, ratione cuius prætendi poſſit, quod non conſenſerit.* Hoc proculdubio intendunt Decretum *de celebrat. miſſar.* dum ſub obteſtatione diuini Iudicij præcipit, quod tot Miſſæ celebrentur, quot fuerint accepta ſtipendia, quantumuis incongrua. Ratio autem eſt, quia interuenit ſignum externũ conſenſus non obſtante incongruitate ſtipendij, nempe acceptatio dicti ſtipendij; nam ſicuti acceptando conſentit in acquiſitionem ſtipẽdij, ita etiam in onus annexum. Ergo hoc ſignum trahit ſecum obligationem, etiamſi acceptans non intendat expreſsè ſe obligare, cum conſenſus in obligationem ſaltem implicitè in ipſo includatur, & proinde remanet reuera obligatus. Quod ſi non obſtante dicto ſigno, non intenderet ſe obligare, doloſè ſe gereret decipiendo exhibentem ſtipendia, nec ea faceret ſua, & proinde teneretur reſtituere, vnde ſi celebraret Miſſas reducendo ad iuſta ſtipendia, teneretur, aut ſupplere alias Miſſas, aut reſtituere tot ſtipendia ex quantitate, in qua accepit, quot Miſſas ex præſcriptis omiſit.

6 Ad fundamentum in oppoſitum reſpond. Quod etiam Sacerdos pauper cenſetur conſentire, vt conſtat ex dictis *n. precedent.* Quia cum acceptatio includat conſenſum, paupertas non eſt ſufficiens cauſa ipſum excludendi eò, quod non infert aliquam vim extrinſecam. Imò potius eſt cauſa conſentiendi; nam vel talis Sacerdos poteſt habere maius ſtipendium, & tunc certum eſt, quod ſtante paupertate illud reciperet non incongruum, ſi verò non poteſt habere, ideò recipit incongruum, quia putat ſibi vtilius eſſe illud habere, cum ſuccurrat aliquo modo propriæ paupertati, vnde præſumitur, quod libenter accipiat, & vtiliter gerat ſuum negotium.

Ex dictis colligitur contra Tambur. *opuſ. de ſacrific.* 7 *miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 66. quod etiam ſi dans incongrua ſtipendia non reperiret alium, qui eodem ſtipendio incongruo celebraret, neque adhuc poterit accipiens indemnem ſe ſeruare; nam adhuc acceptando ſtipendia incongrua ſub onere tot Miſſarum, acceptat etiam onus adnexum, & ideò, ſi non implet, facit contra iuſtitiam. Neque talis diſtinctio iuuat in Praxi, quia nõ poteſt certò ſcire quod non inueniſſet alium, qui cũ eo incongruo ſtipendio celebraret, vel ad ſummum habere poteſt aliquas leues coniecturas, quæ non ſufficiunt, vt poſſit ſe indemnem ſeruare, quia vt poſſet, deberet eſſe certus quod non inferret damnum danti illa ſtipendia, ſicut inferret; quando reperiret alium, qui cum eo ſtipendio celebraret præſcriptas Miſſas. 8

Secundò colligitur. Quod ſi quis, ne offenderet amicum, vel ne contriſtaretur benefactorem & caderet ab eius beneuolentia, acceptaret incongrua ſtipendia pro Miſſis, tenetur præſcriptas Miſſas celebrare, quia dictæ cauſæ ſunt tantum impulſiuæ ad acceptandum, non autem coactiuæ, & ideò non tollunt, quin acceptatio ſtipendij libera ſit, & proinde ſaltem implicitè trahat conſenſum in onus adnexum, ſicut trahit in acquiſitionem ſtipendij, & ideò non remanet ſufficiens effugium ad vitandam obligationem ſuſceptam etiam de iure naturali; nam ex vi Decretorum de celebratione Miſſarum certa eſt.

QVÆSTIO 944.

An exhibito ſtipendio non præſcripto numero Miſſarum ſint celebrandæ iuxta ſtipendium incongruum ſecundum taxam, congruum vero ex aliquorum conſuetudine.

SVMMA.

1 *Actus cenſetur factus modo vtiliori.*

2 *Recipiens ſtipendium non præſcripto numero Miſſarum; poteſt ſatisfacere iuxta taxam ſtipendij &c.*

3 *Faciens actum cenſetur ſequi leges diſponentes de ipſo.*

4 *Celebrans habet ius ad ſtipendium taxatum*

5 *Cui lex reſiſtit præualet habenti aſſiſtentiam legis.*

6 *Varius vſus conuincit, non eſſe introductam conſuetudinem.*

SOlet alicubi pro celebrandis Miſſis exhiberi à 1 quibuſdam ſtipendium minus taxato, vnde inſurgit dubium, an ſi quis recipiat quantitatem pecuniæ cum ſola expreſſione, quod celebrentur tot Miſſæ, non taxato numero teneatur celebrare numerum correſpondentem minori ſtipendio, an verò poſſit eligere ſtipendium ſecundum taxam. Et quod debeat eligere numerum correſpondentem minori ſtipendio, ex eo ſuaderi videtur, quia cenſetur dans ſtipendium hunc numerum intendere ſiquidem quiſque cenſetur facere actum modo ſibi vtiliori, *l. ſi quis intentione ambigua ff. de indic.* & notant Bart. *in l. Gerit. num.* 21. *ff. de acquir. hæredit.* Alexan. *conſil.* 185. *num.* 2. *lib.* 6. Rota *deciſ.* 643. *num.* 4. *part.* 4. *Recent.* & coram Merlino *deciſ.* 232. *num.* 3.

Verum reſoluendum eſt. *Quod poſſit eligere numerum correſ-* 2

correspondentem stipendio iuxta taxam. prædicta namque ratio æquè fauet acceptanti stipendium: nam ipse quoque præsumitur acceptare, modo sibi vtiliori, & proinde iuxta taxam. Vnde pro ipso potius regula stare debet, quam pro exhibente, vtpote quia habet assistentiam legis taxantis stipendium, quam non habet exhibens. Ex hac enim parte actus anctorizatur à lege; & agitur de fauore publico, non faueatur legi, qui præferri debet fauori priuato *l. vnica, C. de offic. Comit. sacr. legis.*

3 Præsertim quia dans eleemosinam, cum non præscribat numerum Missarum, præsumitur dare secundum taxam, quia tenetur sequi leges disponentes de tali actu. *l. si duo ff. de acquir. heredit.* & notant Natta *consil. 49. num. 22* Becc. *consil. 45. num. 11.* Bald. *in dict. l. si duo ff. de acquir. hered.* Dec. *in Authent. Præterea num. 20. C. vnde vir & vxor.* Curt. iun *ibid. num. 23.* Crauet. *consil. 75. num. 5.* Ruin. *consil. 86. num. 19. vol. 3.* Cagnol. *in l. Qui cum alio, num. 8 ff. de regul. iur.* Riminal. iun. *consil. 1. num. 14.* Bossius *tit. de Principe num. 361.* & alij cum Gloss. *in dict. l. si duo.*

4 Rursus. Per id, quod aliqui non dent stipendium pro Missis iuxta taxam, non tollitur ius celebrantis ad taxatum, atque adeò ad determinandum numerum Missarum habita ratione taxæ, quia ius illi assistit, & resistit dantibus stipendium minus taxato; vnde in concursu huiusmodi non debet præualere actus dandi stipendium minus taxato, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Cap. Querelam, num. 17. de elect.* Rota *decis. 104. num. 4. part. 8. Recent.* & *in Aprutina iurisdictionis*, 18. *Martij* 1637. coram Dunnozetto. Neque enim stipendium minus taxato locum habet, nisi de consensu partiũ cedente celebraturo ius quod habet ad taxatũ.

5 Denique non potest prætendi consuetudo dandi stipendium minus taxato, cui celebraturus se debeat conformare, quia cum aliqui dent stipendium taxatũ, alij minus taxato, hic varius vsus conuincit, non fuisse introductam consuetudinem, vt tradunt Bart. *in l. 1. num. 12. ff. solut. matrim.* Roland. *consil. 87. num. 53. vol. 2.* Becc. *consil. 7. num. 27.* Dec. *consil. 205. num. 2. ver. Secundo hoc idem.* Natta *consil. 106. num. 10.* Menoch. *consil. 8. num. 17.* Surd. *consil. 466. num. 12.* Afflict. *decis. 280. n. 9.* Et ideò recipiens stipendium sine præscriptione numeri Missarum, non tenetur se conformare minori stipendio ratione consuetudinis.

QVÆSTIO 945.

An Sacerdos inueniens stipendium incongruum teneatur numerum præscriptum Missarum celebrare.

SVMMA.

1 *Inueniens stipendium incongruum, quem putabat esse iustum an teneatur ad præscriptum numerum missarum.*

2 *Teneatur ne certiorare de numero Missarum omisso.*

3 *Implorare an possit officium Iudicis pro obtinendo congruo.*

4 *Non consentit in obligationem, quia consensus est ex suppositione congrui stipendij.*
Actus erroneus caret consensu.

5 *Damnum, quod sequitur, imputandum ei, qui non dedit congrua stipendia.*

6 *Solum qui sciens recipit incongrua stipendia obligatur ad præscriptum numerum Missarum.*

7 *Si dentur moneta deficientes, aut adulterina, possunt ad proportionem minui Missæ.*

1 Contingere potest, quod quis petat celebrari certum numerum Missarum, & det eleemosinam inuolutam in carta, & quod Sacerdos acceptet putans esse iustũ stipendium, dubitatur ergo, an tunc teneatur numerum præscriptum Missarum celebrare, an verò reducere possit ad iusta stipendia celebrando solas Missas correspondentes. Quod autem in tali casu possit Sacerdos proportionaliter minuere numerum Missarum reducendo ad stipendia congrua, tradunt Megal. *2. 2. sua institut. lib. 2. c. 1. n. 21.* Fraxinel. *de oblig. sacerd. sect 4. conclus. 1. §. 2 n. 7.* Auersa *q. 11. de Euchar. sect. 17. ver. Et similiter.* Alphon. de Leone *de iubil. part. 3. n. 24. ver. Extenditur etiam de offic. Capell. quæst. 8. sect. 4 n. 14.* Franc. Lugo *lib. 5. cap. 12. quæst. 5. n. 51.* in fine. Garzia *in summ. tract. 3. difficult. 10. dub. 4. n. 5.*

Volunt autem hi Doctores, quod Sacerdos, qui accepit iniusta stipendia, moneat eum, à quo accepit, de numero Missarum, quas propter incongruitatem stipendij omisit celebrare. Verùm fieri potest quod huiusmodi certioratio sit impossibilis eo, quia non sit notus celebranti, qui dedit talia diminuta stipendia. Vel quod si possit monere suscitanda sit contentio, quia allegare poterit, qui Missas commendauit, quod si nolebat tot Missas celebrare, quot præscriptæ fuerant, debebat restituere eleemosinam, nam reperijsset alium, qui cum ea eleemosina illas celebrasset. 2

Addit Alphons. de Leone, quod talis Sacerdos implorare potest officium Iudicis pro obtinendo iusto stipendio. Verùm hoc quoque patitur difficultatem, quia si non cognoscit qui stipendium dedit, quomodo poterit contra ipsum implorare officium Iudicis, &c. Deinde fieri potest, quod agatur de paucis Missis, itavt non expediat pro exiguo stipendio recurrere ad Iudicem. Rursus quamuis commendans Missas cogi posset ad iustum stipendium, si commendaret ex dispositione defunctorum, vt dictum est in superioribus, quando tamen commendaret ex propria dispositione, allegare posset, quod dedit illud stipendium, quo alij contenti fuissent, & ideò Sacerdos nolebat acquiescere; debebat restituere, nec cogi posse ad aliquid aliud resarciendum, quia hoc illi esset inferre damnum, non autem seruare alium indemnem, siquidem poterat cũ eadem pecunia obtinere easdem Missas. Vnde Sacerdos implicaretur pluribus difficultatibus, & præsertim, si negaretur, stipendium exhibitum fuisse incongruum. 3

Itaque absoluè tenendum est, quod possit solùm celebrare tot Missas, quot in accepta eleemosina continentur iusta stipendia. Ratio est. Quia, dum accipit stipendium, quod nescit esse incongruum, sed putat esse congruum, non consentit in præscriptum numerum Missarum, nisi ex errore, quia nimirum putat esse iustum stipendium, & ideò cum sit actus erroneus, caret cõsensu *l. nihil consensui. §. Non videtur. ff. de reg. iur.* & *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. indic.* & *l. 2. ff. de iudic.* Excluso autem consensu, remanet etiam exclusa obligatio ad illum numerum Missarum præscriptum, & ideò potest solum celebrare tot Missas, quot sunt iusta stipendia. 4

Dices. Ex hoc sequi damnum Animabus Purgatorij, aut illi, pro quo illæ Missæ celebrantur. Resp. Hoc damnum non esse imputandum Sacerdoti, quia ipse non deficit in aliquo, sed tantum seruat suum ius illæsum quoad exigendum stipendium congruum, sed est imputandum illi, qui dat stipendia diminuta, quia si committit Missas ex dipositione aliena, debet dare iustum stipendium, si verò ex propria irrationabiliter vult, quod tot Missæ celebrentur, & dum dat eleemosinam occultam in carta, vtitur aliqua fraude, quæ non debet esse damnosa celebranti, qui non est in culpa. 5

Solum obstare videntur Decreta *de celebrat. Missar.* dum disponunt, quod tot Missæ absolutè celebrentur, quot fuerint stipendia, quantumuis incõgrua. Verùm 6

huiusmo

huiusmodi Decreta oon obstant, quia procedunt, quando quis sciens; stipendia esse iocongrua, ea nihilominus acceptat, & consequenter se obligat, quod satis coostat ex verbis ipsorum ibi. *Alioquin ergo, ad quos pertinet sua obligationi non satisfaciant.* Sopponũt enim, quod sint obligati ad tantum nomerum Missarum, atque adeò quod acceptata sit eleemosina, non obstante incongruitate, & etiam ex illis verbis Prohemij. *Obstricta benefactoribus fides violetur*; Cum enim non violetur fides nisi sit ioterposita, & acceptata obligatio, supponunt acceptationem incongruorum stipendiorum, & obligationem interpositam. Nec dici potest, quod sibi imputare debet, quod acceptauerit stipendia nesciens esse iusta, cum de facili potuerit reuoluere cartam, & inspicere, nam cum bona fide processerit, & ita se gesserit, vt ostenderit confidere de sinceritate exbibentis, non debet hoc illi nocere.

7 Ex dictis colligitur. Quod si quis det pro celebratione Missarum monetas aureas in pondere deficientes, aut adulterinas, & acceptentur taoqoam probæ, poterit, depræhenso vitio, acceptans detrahere à stipendijs, quod vitio mooetarum deficit, & reducere numerum Missarum ad numerum correspondentem, stipendijs detracto quod ob vitium monetarum detrahi debet, non debent enim Laici ex sua malitia vtile reportare. Præsertim quia nonnulli solent dedita opera deteriores monetas secernere pro stipendio Missarum, quasi illas liberaliter donarent absque aliquo onere, nec essent pro substentatione de iure naturali debita Sacerdotibus.

QVÆSTIO 946.

An si accipiens stipendium incongruum non intendat se obligare ad integrum sacrificium, excusetur.

SVMMA.

1 *Accipiens stipendia incongrua absque animo se obligandi ad integrum sacrificium applicandum; possit non integrè applicare.*
Obligatio non contrahitur absque animo se obligandi.
2 *Debet his declarare, aut respuere oblatum stipendium.*
3 *Idque iuxta Decreta* de celebrat. Missar.
4 *Acceptatio stipendij exprimit consensum in onus.*
5 *Vti iure suo quando stipendium est incongruum est aut non acceptare, aut declarare quod non applicabitur integrum sacrificium.*
6 *Vtens verbis æquiuocis quando exhibetur incongruum stipendium, ne se obliget, peccat grauiter.*
Fidelitas ad quid obliget pasciscentes.

1 QVamuis ex dictis præsens difficultas resolui possit, specialiter tamen est examinanda, vt specialiter etiam excludatur hæc via ad decipiendos fideles Quod enim recipiens stipendium non integrũ noo teenatur applicare integrum sacrificiom, quando noo ioteodit se obligare, sed com silentio eleemosinam recipit, docet Megal. *resol. lus.54.n.5.pars.* 1. Primo, Quia cum stipendium non sit iustum, vtitur iure suo. Secundò. Quia obligatio non contrahitur sine animo se obligandi, *l. obligationum, ff. de action. & obligat.* Ergo si desit animus non remanet obligatus.

2 Dicendum tamen est. *Eo ipso, quod acceptat stipendium minus congruum remanere obligatum ad integrum sacrificium applicandum.* Vnde vt non remaneat obligatos; solum potest se declarare, quod noo applicabit integrum sacrificium, aut respuere eleemosinam; ita Alphons. de Leone, *de iubil. part.3.n.20.ver. Ex qua doctrina & de offic. Capel. quæst.8. sect.*13.*n.*87. Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect.4. conclus.*2.§.3.*n.*2.*in vlt. edit.* Bonac. *disp.4. de sacram. quæst. vlt. n.*7.§.2.*n.*2. & alij ex citatis in superioribus, qui volunt; quod absolutè non obstante incongruitate stipendij celebrentur tot Missæ, quot sunt exhibita stipendia.

Et desumitur ex Decretis S. Congregationis, *De celebrat. Missar.* §. *Deinde.* in quibus præcipitur sub obtestatione diuini iudicij, quod tot Missæ absolotè celebrẽtur, quot ad rationem datæ eleemosinæ præscriptæ fuerint & in Respoos. *ad 2. dub. ex propositis super ijsdem Decretis*, dicitur, quod debet intelligi de præscriptione facta ab exhibente eleemosinã. Ex quo fit manifestum, quod non est attendenda intentio recipientis eleemosinam, sed solum factum recipiendi, & præscriptio exhibentis eandem eleemosinam, & proinde sint celebrandæ iuxta intentiooem dantis. 3

E ratione etiam naturali constat, quod consurgat obligatio, quia interuenit ex voa parte petitio dantis eleemosinam, & simul adnectit onus Missarũ determioatarum expressè, & ex alia parte interuenit signum externum acceptationis, qui consistit in acceptatione pecuniæ, cum non possit acceptari stipendium, nisi eo modo quo datur, atq; adeò cum onere, cum quo datur, & cum hæc acceptatio inducat intẽtionem acceptandi, inducit etiam obligationem adimplendi onus. Vnde si haberet intentionem non adimplendi, deciperet dantem, quia externè significaret, se obligare, sicut petit obligari, & re vera nollet se obligare, atque adeò grauiter peccaret, si materia esset grauis. 4

Ad 1. Resp. Quod ex eo, qood stipendium oon sit iustum, posse vti iure suo, aut in non acceptando, aut in se declarando, quod non applicabit integrum fructum sacrificij, non autem in non celebrandis Missis, si se obligauit, provt se obligat acceptando, nisi habeat contrariam intentionem positiuam, nec in decipiendo, habeat ius alterum decipiendi & noo implẽdi obligationem assumptam. Ad 2. Non contrahi quidem obligationem absque animo se obligaodi, vt autem adsit, sufficere signum externum expressiuum susceptionis obligationis, qualis est acceptatio stipẽdij, si autem excludatur iste animus, inducitur dolus, & deceptio, vt constat ex dictis. 5

Ex his sequitur. Quod si quis cum exhibeote stipendium incoogruum, vtatur verbis æquiuocis, quibus ipse intendat exprimere se noo obligare, dans verò stipendium putet obligari, adhuc peccare grauiter, si materia sit grauis, & teneri aut ad restitutionem, aut ad satisfactionem secundum intentionem dantis stipendium, cum enim simus in mutua conuentione, adest obligatio vtendi signis communibus, quæ manifestent sensum paciscentium sincero modo, quod non saluatur in verbis æquiuocis, fidelitas enim de iure naturali obligat paciscentes ad sibi iouicem cõmunicandum clarè quid quisque promittat, & ideò in tali casu verba ambigua continent deceptionem, quia ordinantur ad eum effectum; vt altera pars diuerso modo ea accipiat, ac iotenduntur & in præsenti casu ordinarẽtur, vt dans stipendium putaret suscipi obligationem, quæ reuera non suscipitur. 6

QVÆSTIO 947.

An ratione fructus specialissimi accipi possit alterum stipendium.

SVMMA.

1 *Fructus specialissimus est applicabilis, sed liberaliter.*

2 *Fructus ſpecialiſſimus an poſſit adhiberi pro extinguendo ſpeciali obligatione ex ſtipendio* & num. ſeq.

3 *Fructus ſpecialiſſimus an applicabilis.*

5 *Fructus ſpecialiſſimus non extinguit obligationem ex ſtipendio.*

6 *Petens miſſam quam applicationem intendat.*

7 *Applicatio fructus incerti non extinguit obligationem certam.*

8 *Opinio probabilis quomodo moraliter certa.*
Non eſt probabile quod fructu ſpecialiſſimo extingui poſſit certa obligatio.

9 *Obligatio non extinguitur , niſi exhibeatur in ſpecie, quod debetur.*

10 *Eſt incertum an fructus ſpecialiſſimus applicari poſſit alteri.*

11 *Accipere ſtipendium pro fructu ſpecialiſſimo redolet ſimoniam.*

12 *Quomodo granatus oneribus miſſarum poſſit applicare fructum ſpecialiſſimum.*

13 *Cur obligatus celebrare in altari priuilegiato ſatisfaciat cum nunis &c.*

14 *Cur tangens ſolam patenam, & non hoſtiam in ordinatione poſſit celebrare non obſtante opinione, quod non ſit ordinatus.*

1 CVm fructus ſpecialiſſimos ſit ille, qui eſt proprius Sacerdotis celebrantis, dubitatur, An ipſũ applicans alteri ſatisfaciat pro ſtipendio accepto , vt miſſam celebret , cum enim iſte fructus ſit proprius Sacerdotis, non eſt debitus illi; pro quo applicandus eſt fructus medius. Eſt autem ſupponendum tanquã certum , quod celebrans poteſt liberaliter applicare, cui voluerit , fructum huiuſmodi, nam ſi eſt applicabilis, obtinebit intentum , ſi verò non eſt applicabilis , quamuis applicatio vacua remaneat , nulli fit iniuria , quia non applicatur pro adimplenda aliqua obligatione , ſed pro benefaciendo , & ita etiam notat Gauan *in Rubric. miſſ. par. 3. tit. 12. num.* 29 ſolum ergo difficultas eſt; An ſufficiat pro adimplenda obligatione contracta ex ſtipendio.

2 Prima ſententia aſſerit ſufficere, & applicari poſſe, & proinde poſſe ſacerdotem ſatisfacere pro duplici ſtipendio vnica miſſa, ita Petrus Nauarr. *lib. 2. de reſt. cap. 2. num.* 247. Philiar. *par. 1. ſumm. tract. 3. cap. 15. num.* 40. Nald. *in ſum. verbo.* Miſſa. *num.* 12. Bartholom. ab Angelo *dial 4. de miſ.* §. 507. Fauſtus *lib. 1. de indulgend. quæſt.* 83. & *lib. 2. de Euchar. q.* 158. Marchin. *de ſacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 16. num.* 7. Bordon. *tom. 1. var. reſolut. 25. quæſt.* 8. Peitin. *tom. 3. de priuileg. cap. 1. num.* 25. Machad *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 12. docum. 9. num.* 2. Remig. *in ſumm. tract. 5. cap. 4.* §. 7. *num.* 7. Thom. Hurtad. *tom. 1. reſolut. moral. tract. 2. cap. 4. reſol.* 17. Leander *tract. 8. de ſacram. diſp. 4. quæſt.* 10. ver. *ſed adhuc probabiliter.*

3 Prob. 1. Hic fructus ſpecialiſſimus eſt applicabilis alteri , ergo poteſt applicari , & pro obligatione applicandi ſtipendium accipere. Secundò fructus ſpecialiſſimus eſt æqualis valoris cum medio, imo etiam maior , cum ſacerdos proximiùs concurrat ad ſacrificium ; ergo ratè poterit applicari loco fructus medij. Tertiò fructus medius qui ſolet applicari alij , eſt applicabilis ipſi ſacerdoti ; ergo fructus ſpecialiſſimus proprios ſacerdotis poteſt alteri applicari. Nonnulli tamen ex citatis Doctoribus, vt Fauſtus, volunt, quod pro adæquando vno fructu medio, requirantur tres ſpecialiſſimi, Miror tamen, quod Thomas Hurtad. vir acutus abſque ſufficienti fundamento hanc ſententiam ſequutus ſit.

4 Secunda ſententia aſſerit, nequaquam ſatisfieri poſſe obligationi ex ſtipendio applicando fructum ſpecialiſſimum. Ita Nauarr. *conſ. 8. de celebr. miſſ.* Suarez. *diſp. 79. de Euchar. ſect. 9. in fine.* Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quæſt. 8. vlt. pun. 8. n.* 16. Gauant. *in Rubr. Miſſar. part. 3. tit. 12. n.* 29. Homobon. *part. 1. Exam. Eccleſ. tract. 4. cap. 13. quæſt.* 225. Lugo Card. *diſp. 21. de Euchar. ſect. 2. n.* 33. Baſſens *in florib. pract. theol. verbo.* Miſſa. 7. *n.* 9. Garzia *in ſumm. tract. 3. difficul. 10. dub. 4. n.* 14. Filliuc. *tract. 15. n.* 151. Fraxinell. *de oblig. ſacerd. ſect. 3. prænot. 3* §. 2. *n.* 4. Alphonſ. de Leone. *de offic. capell. quæſt. 8. ſect. 7. n.* 40. & *part. 3. de iubil. n.* 19. Paſſeuin. *cap. 2. de offic. curati n.* 25. Rodriq. *part. 1. ſumm. Cap.* 250. *n.* 2. Megal. *in Reſol. moral.* 179. *n. tom.* 2. Auerſa *quæſt. 11. de Euchar. ſect.* 17. verſ. *ſed quia adhuc* Ruteus *de fruct. ſacrif. lib. 1. diſp. 2. quæſt. 2. n.* 7. Caſpenſ. *tom. 2. Curſ. theol. tract. 23. diſp. 3. ſect. 8. n.* 109. Boſſ. *par. 1. moral. tit. 1* §. 25. *n.* 425. Franc. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 12. quæſt. 4. n.* 32. Trullench. *lib. 3. de ſacram. cap. 8. dub. 12. n.* 8. Tambur. *opuſ. de ſacrif. miſſ. lib. 3. cap. 1.* §. 3. *n.* 68. Ludouic. à Cruce *in Bul. compoſit. diſput. 3. dub. 21. n.* 19. Quart. *in Rubric. Miſſal. in append. q. 2. pun.* 17. ver. *Colligitur ex hactenus.*

Dicendum eſt. *Celebrantem non ſatisfacere obligationi contracta ex ſtipendio applicando fructum ſpecialiſſimum ſibi proprium,* ita præter citatos Doctores *nn. præced.* ij etiam, qui volunt , huiuſmodi fructum non eſſe applicabilem , & etiam deſumitur ex Decretis ſacræ Congreg. *de celebrat. miſſar.* in quibus licet non diſponatur de hoc ſpeciali puncto, diſponitur tamen, quod abſolutè tot miſſæ celebrentur , quot fuerint attributa ſtipendia , quantumuis incongrua , & id præcipitur ſub obteſtatione diuini iudicij. Si autem quis applicaret fructum medium vni & fructum ſpecialiſſimum alteri , à quibus accepiſſet ſtipendium, miſſa eſſet vnica , & ſtipendium duplex vnde ſaltem contraueniretur Decreto S. Congregationis , quod ſub mortali obligat, cum præcipiat ſub obteſtatione diuini iudicij. 5

Sed præſcindendo etiam à prædicto Decreto ex natura rei non ſatisfit obligationi ſecundum exigentiam iuris naturalis. Certum eſt enim , quod petens miſſam applicari ſecundum ſuam intentionem , vult quod applicetur ſecundum fructum , qui ſolet applicari , & eſt inſtitutus applicabilis , itavt non ſortiatur effectum in aliquo , niſi ei applicetur , qui eſt fructus medius. Non ſatisfit autem de iure naturæ obligationi, ſi loco illius, quod debetur , detur quid diuerſum veluti ſecundum ſpeciem , & quo creditor rationabiliter non ſit contentus , quia ſit inferioris notæ, vt contingit in præſenti caſu , nam cum non concordent Doctores, an fructus ſpecialiſſimus æquiualeat medio , rurſus an ſit applicabilis, certum ſit, quod à petente applicationem ſacrificij non ſit tanti, quanti ſit fructus medius. 6

Confir. Fructus medius eſt certus , itavt ſortiatur ſuum effectum in eo , cui applicatur , ſi non reperiat obicem ; fructus autem ſpecialiſſimus non eſt certi effectus; quia cum controuertatur an ſit applicabilis , remanet incertum , an applicatio ſortiatur effectum. Ergo non ſufficit pro extinguenda obligatione contracta ex ſtipendio , quia hæc eſt de applicatione fructus , quæ infallibiliter , & certò ſortitur effectum , & ſi applicaretur fructus ſpecialiſſimus, eſſet incertum an applicatio ſortiretur effectum, Obligatio autem de re certa non poteſt extingui ſolutione rei incertæ , ſeu ſolutione , de qua eſt dubiũ, an ſit ſortitura effectum , ſic debitor non ſatisfaceret pro debito certo centum aureorum aſſignando Centum aureos de quibus eſſet dubium an eſſent ſoluendi , nec talis aſſignatio acceptaretur à creditore. 7

Dices. Eſſe opinionem probabilem , quod fructus ſpecialiſſimus poſſit alteri applicari; Opinionem autem probabilem eſſe moraliter certam. Verum hoc non tollit difficultatem. Primò quia quod opinio 8

proba

probabili sit moraliter certa intelligitur in ratione mensuræ humanæ operationis; quando autem consideratur ex parte facti; seu materiæ, aut obiecti non est moraliter certa; sed remanet cum sua dubietate, & debet circa ipsam dirigi operatio per aliam opinionē probabilem, veluti reflexam, seu quæ habeat pro obiecto materiam substactam opinioni probabili obiectiue, vt sit honesta, & quæ dictet, quod probabile sit, hic, & nunc eligere materiam, quæ sit talis secundum solam opinionem probabilem, qualis est præsens, quod scilicet probabilis applicatio fructus specialissimi compenset, & æquiualeat applicationi fructus medij, itavt possit pro ipsa substitui. Non adest autem opinio probabilis, quæ hoc dictet, quia quando est facienda compensatio ad æqualitatem secundum obligationem iustitiæ, non est probabile quod incertum æquiualeat certo seu quod probabile æquiualeat certo; Vnde non satisfaceret qui deberet libram auri certi exhibendo libram illius, quod est tantum probabiliter aurum.

9 Deinde quando est contracta mutua obligatio nō potest satisfieri creditori, nisi in specie exhibeatur, quod debetur, aut aliquid, quod contentus sit creditor acceptare pro debito. Certum est autem, quod exigens Missam non erit contentus fructu specialissimo loco medij, si sciat, quod non sit certum, quod applicatio illius sortiatur effectum, sed adsit opinio, quod non possit applicari, quia oporteret, quod stultus esset mutando certa pro incertis,

10 Ad.1.Resp. Incertum esse, an hic fructus specialissimus sit applicabilis alteri, vnde licet possit applicari, siue applicatio sortiatur, siue non sortiatur effectū non potest tamen applicari pro obligatione ex stipendio, vt constat ex dictis, præsertim quia dās stipendiū exigit fructum medium certum. Ad 2. Quiquid sit, an fructus specialissimus æqualis, an maior, medio, vt nō posset applicari pro obligatione ex stipendio, sufficit, quod non sit certum, an applicatio sit sortitura effectū. Ad 3. Esse diuersam rationem de fructu medio; quia hic non est determinatè alicuius, sed est institutus, vt possit huic, vel illi applicari, & proinde posse etiam applicari ipsi offerenti; fructus autem specialissimus est proprius offerentis, & non potest applicari, nisi sub tacita conditione, quod sit applicabilis.

11 Ex dictis sequitur. Quod cum non adsit titulus recipiendi stipendium pro fructu specialissimo; quia iam acceptum supponitur stipendium pro exhibitione ministerij in offerendo sacrificio pro alio in ordine ad communicandum fructum medium, dum acciperetur aliud stipendium pro fructu specialissimo; quo Sacerdos se priuaret, saltem adesset suspicio simoniæ; quod scilicet acciperetur stipendium pro illo fructu. Neque enim dici posset, quod exhiberet ministerium offerendi sacrificium pro ipso, cuius intuito pro substentatione acciperet stipendium; quia hoc ministerium ordinatur ad communicandū alteri fructum, qui est ex natura sua communicabilis, & per hanc communicationem consumitur, itavt non remaneat amplius locus accipiendi aliud stipendium, quia non est ministerium ex natura sua institutum ad communicandum alteri fructum specialissimum; & ideò non potest fundare exigentiam alterius stipendij pro substentatione, & proinde remanet quod stipendium accipiatur intuitu tantum fructus specialissimi, quod saltem sapit simoniam.

12 Secundò sequitur. Quod si quis esset ita grauatus oneribus missarum, vt non posset satisfacere, nec esset ipsi possibile eas committere aliis celebrandas mediante stipendio, posset applicare fructum specialissimum, non vt se liberaret ab onere satisfaciendi; quia non exhiberet id, quod debet; sed vt interim faceret, quod posset in ordine ad satisfaciendum, satisfacturus plenè, quando poterit.

Tertiò sequitur. Cur satisfaciat obligationi qui obligatus celebrare in Altari priuilegiato, celebrat in non priuilegiato, applicando indulgentiam, &c. non obstante, quod adsit opinio, quod nō satisfaciat. Nam non vertitur in dubium, quod id, quod exhibetur, non sit æquipollens cum tam ex vna, quàm ex alia parte sit indulgentia plenaria desumpta ex satisfactionibus thesauri Ecclesiæ, & proinde ex parte obiecti, & materiæ adest æqualitas, non secundum opinionem probabilem, sed secundum rem, vnde non datur incertum pro certo; sed solum ex parte directionis operationis adest opinio pro vtraque parte quæ cum sit probabilis, & se habeat tanquam mensura operationis, possumus illam sequi. 13

Quarto sequitur. Cur qui in ordinatione tangeret patenam, & non hostiam super positam, posset securus celebrare & stipendium pro celebratione accipere; quamuis solum sit moraliter certum, quod sit ordinatus cum res sit in opinione posita; nam celebrans, & accipiens stipendium exhiberet id, quod debet, nempè applicationem fructus medij; non autem aliquid, quod esset incertum, an posset applicari, & quamuis adsit opinio, quod non sit ordinatus, hæc tamen opinio, sicut non tollit quin celebrare possit, ita nec etiam tollit, quin possit stipēdium accipere. Ideò autem non tollit, quin possit celebrare, quia non admittitur secundum praxim, & proinde non habetur pro opinione, reddente incertam ordinationem, & adest sufficiens fundamentum vt non admittatur, quia si non est necessarium pro validitate ordinationis tangere vinum quod tamen est materia, sicut panis, ita nec est necessarium tangere panem. 14

QVÆSTIO 948.

An opinio asserens posse impleri obligationem ex stipendio, applicando fructum specialissimum possit aliquando in praxi amplecti,

SVMMA.

1 *Quando oneribus Missarum satisfieri possit fructu specialissimo remissiuè.*
2 *Nunquam in praxi amplectenda opinio, quod fructus specialissimus impleat onera Missarum.*
3 *Stante quod incertum sit, an specialissimus fructus applicari possit, nunquam potest inseruire pro oneribus Missarum.*
4 *Obligatio restituendi quando supperet culpam.*
Qui bona fide credit se satisfecisse oneribus Missarum, ea cessante tenetur satisfacere.

IMpleri obligationem, & non remanere obligationem ad restituendum tradunt Bordon. *in consf. regul. resolut.* 25. *q.* 13. *n.* 22. loquens generaliter in hac materia, quando quis satisfacit obligationi secundum opinionem probabilem. Leand *tract.* 8. *de sacram. disp.* 4. *q.* 10. *in fine*, & quando Monasterium, aut quis alius esset grauatus oneribus Missarum, itavt non posset alio modo satisfacere. Peirin. *De priuileg. tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 25. *in addit. ad constit.* Pyrrhi. Prob. quia oblgatio ad restitutionem supponit culpam, quæ nulla interuenit quando satisfacit secundum opinionem probabilem. Confirm. stante opinione probabili, satisfacit. Ergo ad nihil tenetur. Confirm. 2. vbi non violatur iustitia non contrahitur obligatio restituendi, in præsenti autem casu non violatur iustitia; quia satisfit secundum probabilem opinionem. 1

2 Dicendum tamen eſt. *Applicantem fructum ſpecialiſſimum non ſatisfacere obligationi ex ſtipendio, neque oppoſitam opinionem in praxi amplecti poſſe, ſed amplectentem teneri ad reſtitutionem.* ita ſpecialiter Auerſa *q.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. ver. *Quod ſi ſacerdos.* Tambur. *opuſ. de ſacrif. miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 3 *tom.* 7. Trullench *lib.* 3. *de ſacram. cap.* 8. *dub.* 11. *n.* 6. & alij; & quod ad reſtitutionem teneatur, ei intimatur à S. Congr. *in Decret. de celebr. Miſſar. §. deinde. vbi.* Nam præcipiens ſub obteſtatione diuini iudicij, quod tot Miſſæ celebrentur, quot fuerint tributa ſtipendia, in fine declarat, quod ſecus facientes, teneantur ad reſtitutionem; vnde non poſſunt excuſari, ex bona fide fundata in opinione probabili.

3 Ratio autem eſt; Quia licèt probabile ſit, quod fructus ſacrificij ſpecialiſſimus ſit applicabilis alteri, & ſit æqualis medio, non eſt tamen probabile, quod ſtante incertitudine, quod iſta applicatio ſortiatur effectum, poſſit ſubſtitui loco applicationis fructus medij, quæ de ſe certò ſortitur effectum niſi reperiat obicem; quia opinio affirmans, quod poſſit ſubſtitui, fundatur in mera æquiuocatione, quod poſſimus ſequi opinionem probabilem; quod ſolum verum eſt, quando opinio probabilis tanquam menſura operationis illam dirigit, non autem quando opinio probabilis determinat materiam operationis ad illud eſſe; ſeu qualitatem, quam debet habere; quia cum materia ſit tantum talis ea opinione probabili, eſt tantum talis cum incertitudine, & ideò non poteſt ſufficere, quando materia debet eſſe certa, nec eſt probabile, quod ſufficiat.

4 Ad fundamentum in oppoſitum. Reſp. Obligationem ad reſtituendum ſupponere culpam, quando oritur ex iniuſta acceptatione; poteſt tamen oriri ex re accepta, vt ſi quis accipiens rem, quæ non erat ſua putans eſſe ſuam, cognoſcat, non eſſe ſuam, vt eſt in caſo præſenti; nam ſi quis putans licere pro obligatione ex ſtipendio appliccare fructũ ſpecialiſſimum, excuſabitur; at ſi cognoſcat non licuiſſe, tenebitur reſtituere. Verùm hoc non habet locum in præſenti, quia, vt conſtat ex dictis, non eſt probabile, quod ita poſſit ſatisfieri, & lex, nempe Decreta S. Congregat. *de celebrat. Miſſar.* clamat in contrarium. Ad 1. & 2. Cõfirm. Conſtat ex dictis; nam fundator in eo; quod applicans fructum ſpecialiſſimum ſequatur opinionem probabilem; & ideò ſatisfaciat, nec violet iuſtitiam, quod tamen eſt falſum, vt dictum eſt. Quod ſi excuſetur bona fide, quia ſcilicet putet eſſe probabile, extingui obligationem ex ſtipendio per applicationem fructus ſpecialiſſimi, ceſſante bona fide, tenebitur ad reſtitutionem, quæ ſemper ceſſabit, quoties reſpiciet ad Decreta S. Congreg. *de celebrat. Miſſar.* quæ obligant ad reſtitutionem, quando non celebrantur tot Miſſæ, quot recipiuntur ſtipendia.

Qværtio 949.

An iuxta diuerſos fructus Sacrificij accipi poſſint plura ſtipendia.

SVMMA.

1 *Fructus Sacrificij diuerſis ſunt pluribus applicabiles.*

2 *Quando obligatus celebrare poſſit alijs applicare aliquem fructum.*

3 *Iuxta applicationem diuerſorum fructuum, an poſſint accipi plura ſtipendia quod non eſt expreſſum in obligatione, cenſetur omiſſum.*

5 *Certus quod non tenetur applicare niſi vnicum fructum, non poteſt recipere alia ſtipendia.*

6 *Dictio* Abſolutè *æquiualet dictioni* Omninò. *Comprehendit omnes caſus.*

7 *Miniſterium Sacerdotale in celebrando non admittit ſtipendium pro ſubſtentione multiplex iuxta multiplicem fructum Sacrificij.*

8 *Cur non ſit locus alteri ſtipendio pro applicatione alterius fructus.*

9 *Petens Miſſam non petit ſolum aliquem fructum ſed cultum Dei per Sacrificium.*

10 *Accipiens ſtipendia plura pro oblatione in ordine ad diuerſos fructus, non ſatisfacit applicando diuerſos fructus eiuſdem Sacrificij.*

11 *Accipiens ſtipendium ſe obligat ad ſubſtantiam Sacrificij, &c.*

12 *Et vult quicquid inde conſequitur. Qui vult antecedens, vult etiam conſequens.*

13 *Petens Miſſam in ordine ad aliquem fructum palàm ipſum exprimit.*

14 *Superiores Regulares præcipere poſſunt ſubditis ne recipiant ſtipendia intuitu fructus ſpecialiſſimi, aut aliorum fructuum.*

15 *Id etiam Ordinarij prohibere poſſunt ſuis ſubditis.*

16 *Quando recepto ſtipendio ſatisfieri poſſit ſpeciali aliquo fructu.*

Contingere poteſt, quod quis exigat celebrari Miſſam pro aliquo defuncto, pro quo ſolum applicari poſſit fructus ſatisfactionis, alius celebrari faciat Miſſam pro re aliqua impetranda, & proinde intendat fructum impetrationis, alius pro obtinenda remiſſione peccatorum, & intendat fructum propitiationis. Dubitatur ergo, an iuxta hos diuerſos fructus accipi poſſint diuerſa ſtipendia. Supponendum autem tanquam certum ex dictis ſuo loco, quod iſti fructus ſunt ſeparabiles quoad applicationem, ita vt vnus poſſit applicari vni, & alter alteri, vnde nõ eſt dubiũ, quin Sacerdos celebrans abſque vlla obligatione poteſt vni applicare ſatisfactionem, & alijs alios fructus. 1

Supponendum eſt ſecundò quod quando committens Miſſas, intendit tantum aliquem ſpecialem fructum, ita vt de hoc conſtet celebranti, ſiue ex ſtipendio obligetur, ſiue ex alio capite ad celebrandum, poterit alios fructus applicare cui libuerit, vt etiam notat Tambur. *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 3. *n.* 44. quia Celebrans obligatur ſolum ad id, quod ei iniungitur, & ideo ſi iniungitur tantum applicatio vnius fructus, non obligatur ad alios applicandos, ſed ei libera manet ipſorum applicatio. Ex quo fit quod Regulares, qui ex obligatione Conſtitutionum celebrant pro ſuis defunctis, tenentur tantum applicare fructum ſatisfactionis, quia obligatio applicationis coarctatur ad defunctos, qui huius tantum fructus ſunt capaces, & proinde applicatio aliorum fructuum remanet ipſis libera. An autem accipi poſſint plura ſtipendia iuxta applicationem horum fructuum. 2

Prima ſententia eſt affirmatiua, ita videtur ſentire Iodoc. *in theſaur. verbo.* Miſſa. *num.* 46. ver. *decimo.* Marchio. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 16. *n.* 17. quamuis *n.* 19. addat, quod huic opinioni non nihil aduerſari videntur Declarationes. S. Congreg. & *n. cit.* 17. aſſerit, ſe vidiſſe ita in praxi ſeruari à valde doctis, & timoratis viris. Bordon. *in conſ. regul. reſol.* 25. *quæſt.* 9. & probabile putat Petr. Nauarr. *lib.* 2. *de reſt. cap.* 2. *n.* 24 2. Fundamentum eſt. Quia hi fructus ſunt ſeparabiliter applicabiles, ergo poteſt Sacerdos ſe obligare ad vnum, & non ad alium, & recipere plura ſtipendia. Confir. quia neque petens obligat ſacerdotem ad omnes fructus applicandos, neque Sacerdos ſe obligat, neque petens intendit, nam vel ſolum intendit prodeſſe Animabus Purgatorij, vel impetrare beneficium à Deo. Confirm. 2. Ex *l. Quicquid adſtringendæ. ff. de verb. oblig.* vbi ita Sancitur. *Quicquid adſtringendæ obligatio* 3

obligationis causa dictum est, id nisi palam verbis explimatur, emissum esse intelligendum est, aut certè secundum promissorem interpretatur, quia stipulatori liberum fuit verba latè concipere. Ergo quando petens Missam exprimit petere in ordine ad aliquem fructum consensum est non obligare ad alios,& ideo si neque Sacerdos se obligat, poterit accipere nouum stipendium, & applicare petenti Missam in ordine ad talem fructum.

4 Secunda sententia asserit non esse licitum accipere plura stipendia in ordine ad diuersos fructus,ita Petr. Nauar.*lib.2.de restit cap.2.n.*247. Rodriq.*part.1.summ. cap.*25 1.*n.*6. Vega *part.* 2.*summ.cap.*41. *de Missa.casu* 35.in fine,Bonac *disp.*4.*de sacram.quæst.vlt.pun.*8.*n.*15. Nald *verbo* Missa *n* 13.Sà *ibid.n.*44.Franc. Lugo *lib.*5. *de sacram.cap.*12.*quæst.*4.*n.* 36. Villalob.*part.*1. *summ. tr.*8.*diffic.*41.in fine, Alphons. de Leone *de offic. Capel. q.*8.*sect.*9. *n* 56. Lodouic. à Cruce *in Bul. compos. disp.*5.*dub.*2 *t.n.*27. Garzia *in summ. tract.*3.*diffic.*10. *dub.*4.*n.*18. Trullench.*lib.*3 *de sacram.cap.*8.*dub.*12.*n.* 7. Leand. *tract.*8. *de sacram. disp.*4 *quæst.*11. Tambur. *opusc.de sacrif.miss.lib.*3.*cap.*1.§.3 *n.*46. Aoersa.*quæst.* 11.*de Euchar.sect.*17. ver. *Item quia.* Boss.*tom.* 1.*moral. tit.*1.§.15.*n.*428. Quart.*in Rubr.Miss.in append.quæst.* 4.*pun.*3.*diffic.*2.

5 Dicendum est. *Non licere accipere plura stipendia iuxta diuersos fructus separabiliter applicates.* Hoc autem locum habet,etiam quando celebrans est certus, quod ex obligatione non teneatur applicare nisi vnicum fructum. Hoc constat ex Decretis S. Congregationis. *de Celebrat.miss.* quæ non solum non nil, vt ait Marchin, videntur contrariari oppositæ opinioni,sed etiã ex diametro aduersantur, dum expresse præcipiunt sub obtestatione diuini iudicij, quod absolutè tot Missæ celebrentur, quot fuerint accepta stipendia. Si autem ratione diuersorum fructuum posset satisfieri pluribus obligationibus ex stipendio, non celebrarentur tot Missæ,quot sunt stipẽdia.Nec dici potest, quod debeant decreta intelligi de Missis, quando est applicandus totus fructus, quasi voluerint excludere applicationem eiusdem fructus pro pluribus,

6 Nam cum vtantur dictione *Absolutè* non admittunt hanc explicationem, siquidem dictio *Absolutè* æquiualet dictioni. *Omnino*, iuxta ea, quæ notant Ruin.*consi*.17.*n.*10.*vol.*3. Otdrad.*consi.*314.*n.*8. Roland.*consi.*100.*n.*144.*vol.*4. Menoch. *cons.*2.*num.*57. Tusch.*lit.D.conclus.*322.*num.*10.& proinde operatur quod dispositio indistinctè comprehendat omnes casus,in quibus posset vnica Missa correspondere pluribus stipendijs,vt notat Ias.*in.l.*1.*n.*25.*ver.secundo ff. sol.matr.*Rol.*consi.*61.*n.* 37.*vol.*3.Socin iun. *consi.*154. *num.*8.*vol.* 1. Seraph.*de priuileg. Iuramen. priuileg.*49. *num.*44.

7 Sed etiam independenter à Decret. Sacr. Congregationis ex natura rei adest prohibitum. Nam in tantum accipi potest stipendium pro sustentatione, in quantum obligatur Ministerium Sacerdotale pro communicando fructu sacrificij, & ad exercendum munus dispensatoris tanquam ministri publici fructus eiusdem sacrificij. Eo ipso autem, quod recipit stipendium,etiam si peteretur explicitè vnius tantum fructus, remanet adæquatè obligatum Ministerium dispensationis, cum totum pro vnico tantum fructu communicando sit impendendum. Ergo non remanet titulus, vnde licitè possit accipi stipendium tanquam stipendium sustentationis, & proinde si acciperetur, non acciperetur pro obligando Ministerio dispensationis, sed pro applicando fructu aliàs indebito,& ideo si non pro fructu, saltem pro obligatione ad applicandum, quæ est spiritualis, cum sit de obiecto spirituali.

Confirm. Tota ratio,cur licitum sit Sacerdoti accipere stipendium intuitu celebrationis est, quia suscipit onus exhibendi ministerium in ordine ad offerendum sacrificium, nam ex hoc fit,quod de iure naturæ ei debeatur sustentatio. Ergo si semel exhibetur stipendium, vt obligetur ad exhibendum Ministerium offerendi sacrificium, satisfit exigentiæ iuris naturalis, atque adeo extinguitur hoc ius, in cuius virtute potest tantum acceptare, & exigere stipendium. Ergo non remanet locus acceptandi aliud stipendium pro applicatione alterius fructus aliàs non debiti,cum cesset Fundamentum,in quo fundatur iustificatio stipendij. Hæc autem Conclusio habet locum etiam in casu, in quo petens Missam explicaret, se non intendere, nisi vnicum fructum, siue impetrationis,siue satisfactionis.

8 Confirm.2.Petens Missam,& offerens stipendium, quamuis intendat fructum in ordine ad certum affectum, v.g impetrandi, satisfaciendi, non vult tamen illum fructum præcisè, sed vt effectum sacrificij, & essentialiter ab ipso dependentem, & consequenter vult etiam sacrificium secundum se, à quo proueniat iste fructus, & cum adsit obligatio de iure naturali, & diuino colendi Deum per sacrificium, quamuis non vrgeat tunc talis obligatio, præsumendum est, quod velit colere Deum,sicut exigit coli,& mediante isto cultu, obtinere sacrificij fructum.Ergo habet voluntatem saltem virtualem obligandi Sacerdotem ad deferendum Deo hunc cultum,præsertim quia dat stipendium eo modo,quo dari potest nempe pro sustentatione intuitu exhibitionis Ministerij offerendi sacrificium, atque adeo deferendi Deo talem cultum. Ergo Sacerdos ex vi conuentionis remanet obligatus ad deferendum Deo cultum sacrificij nomine petentis.Ergo si alius petat,& se illi obliget, tenebitur offerre Deo nouum cultum sacrificij, nec satisfaciet obligationi applicando aliquem ex fructibus sacrificij.

9 Confir.3.Si quis det duo stipendia,& postulet duas Missas,vnam pro impetranda aliqua gratia, & aliam pro aliquo defuncto, non satisfaciet Sacerdos applicando ad vnum effectũ fructus impetrationis, & ad aliũ fructũ satisfactionis eiusdem Missæ, quia petens consensit oneri sibi imposito. Ergo neque satisfaciet si accipiat à pluribus plura stipendia pro Missis ordinatis ad diuersos effectus pro quibus sufficiant fructus diuersi eiusdem Missæ, quia non minus isti petunt plures Missas, quam ille; & volunt non solum effectum sacrificij,sed etiam substantiam ipsius.

10 Ad Fundamentum in oppositum resp.Ex eo,quod fructus sacrificij sunt separabiliter applicabiles,posse quidem Sacerdotem se obligare ad vnum applicandum,& non ad alium, non tamen posse accipere plura stipendia,quia,dum se obligat intuitu stipendij, atque adeo iuxta intentionem exhibentis,se obligat ad substantiam sacrificij. Et quia non potest accipi stipendium intuitu applicationis fructus. Ad 1.Confir. Quamuis petẽs exptimat tantum effectum vnum, ad quẽ dirigit Missam,& pro quo sufficit vnicus fructus, reuera tamen intendit omnes fructus, nam non petit solum fructum,sed petit substantiam sacrificij, quod satis indicat dum expresse petit celebrari Missam in ordine ad talẽ effectum, vnde duo expresse petit, Missam,& quod ordinetur ad talem effectum.

11 Dum autem petit substantiam Missæ intendit etiã fructus omnes,qui ab ipsa proueniunt,quia intendit, quod petit, vt sit vtile sibi omni modo possibili, vt notat Scot. *quodlibet.*10.*ar.*9 Syluest. *verbo* Missa.*q.* 11.Deinde dum vult substantiam Missæ, ad quam consequuntur fructus tanquam infallibiles effectus, vult etiam ipsos fructus, siquidem trahuntur ob connexionem cum sua causa ad idem obiectum, &

qoi vult antecedẽs, vult etiã quod inde cõsequitur.§.3,Institut. *Quibus ex causis* & *l.2.ff de iurisd.omn.iudic.* Castren. *cons.*100.*n.*4. ver.*quod autem.lib.*1. Alex.*cons.*157.*n.*14.*lib.*2. Crauetta *cons.*186.*n.*7. Vnde non porest celebrans se fundare in eo, quod petens Missam intendat tantum vnicum fructum, vt possit accipere nouum stipendium.

13 Ad 2.Confirm. Ex illo textu confirmari communem sententiam, nam dum dicit, quod habetur pro omisso, quod palam verbi non exprimitur, fit, quod non habeatur pro omisso, quod palam exprimitur, quando autem quis dat stipendium, & petit celebrari Missam, palam exprimit, quod intendit Missam, hoc est, obligationem sacrificij, & ideò, si alius quoque, dato stipendio, petat celebrari Missam, duplex Missa cadit sub obligatione, si Sacerdos acceptet vtrumque stipendium, & in consequentiam cadit etiam sub obligatione applicatio fructus tanquam consurgentis ex Missa etiam si id non exprimatur. Neque obstat lex allata, quia locum habet solum quando, quod nõ exprimitur non venit in consequentiam ad id, quod exprimitur.

14 Ex dictis colligitur cum Thomas Hurtado.*part.*1.*resol.moral.tract.*2.*cap.*4.*resol.*17.*n.*177.Leandro *de sacram.tract.*5.*disp.*4.*quæst.* 9.ver. *Secundo quia fructus,* in fine. Posse Superiores Regulares præcipere suis subditis, nè stipendium accipiant intuitu applicationis fructus specialissimi aut intuitu diuersorum fructuum, quod locum habet, non solum stante opinione, quod non possint recipi stipendia ex hoc capite, sed etiam supposita opinione, quod recipi possint. Et hoc quia non solum præcipere potest in ijs quæ concernunt paupertatem, sed etiã quia prohibere potest vsum opinionis asserentis id esse licitum, cum enim ad ipsos spectet dirigere suos subditos in ijs quæ cõcernunt ad salutem, possunt prohibere vsum illarum opinionem, quæ causare possunt periculum salutis, seu quæ contineant periculum peccati.

15 Secundò colligitur. Ordinarios quoque prohibere posse Sacerdotibus sibi subditis, nè ex prædictis titulis fructus specialissimi, aut diuersorum fructuum sacrificij recipiant plura stipendia in ordine ad eandem Missam. In hoc enim adminiculantur obseruantiæ Decretorum *de celebrat. Missar.* dum faciunt, quod celebrentur tot Missæ, quot sunt stipendia, & ideo se gerunt tanquam ipsorum executores. Deinde quia exigere possunt à subditis eorundem Decretorum obseruantiam, & non secundum opinionem ipsorum, sed secundum propriam, præsertim cum sit communis, & optimè fundata, econtra verò oposita non sit probabilis, vt constat ex dictis.

16 Tertiò colligitur. Quod si dans eleemosinam sciat Missam esse obligatam alteri, ita tamen vt remaneat aliquis fructus sub dispositione celebrantis, vt quando Capellanus celebrat pro anima fundatoris, & in fundatione posita sit tantum obligatio celebrandi pro ipsius anima, & nihilominus consentiat, & contentus sit fructu, v.g. impetrationis poterit celebrans accipere stipendium liberaliter exhibitum, vt notant etiam Alphons.de Leone.*de offic. Capel.quæst.*8.*sect.*9.*n.*58. Tambur.*opusc.de sacrific.miss.lib.*3.*cap.*1.§.3.*n.*44. Neque enim consentienti, & volenti fit iniuria. In hoc tamen casu, qoia Ministerium celebrãdi in ordine ad dispensandum fructum sacrificij est aliunde obligatum non poterit accipere illud stipendium tanquam stipendium substentationis, cum non obliget ministerium dispensatiuum fructus sacrificij, sed solum tanquam purè, ex liberalitate exhibitum, cui correspondeat cum beneficio applicationis talis fructus.

QVÆSTIO 950.

An ratione consuetudinis possit esse licitum eadem Missa satisfacere obligationi ex pluribus stipendijs.

SVMMA.

1 *Ratione consuetudinis non possunt vnica Missa implere plura onera Missam ex stipendio*
2 *Hac consuetudo reijcitur in Decretis* de celebrat. Missar.
3 *Non est rationabilis.*
4 *Quando hac consuetudo admitti possit.*
5 *Quid si sit ignota petentibus Missas.*

POsset quis fortè obstendere consuetudinẽ accipiendi plura stipendia pro eadem missa, contendens ex hoc capite licere siue applicetur pluribus secũdum totum fructum idem sacrificiũ, siue secũdum vnum fructum vni; & secundum alterum alteri. Dicendum est. *Non posse saluari ratione consuetudinis quod pro eadem missa recipi possint plura stipendia, ita vt eadem missa satisfiat pluribus obligationibus contractis ex pluribus stipendijs,* ita etiam Alphons.de Leone, *de offic.capel. q.*8.*sect.* 12. *n.*82. qui citat etiam Friax de valore Miss. Axor. *par.* 3. *lib.* 12.*cap.* 6. *q.* 2. ver. *Mihi non placet.* Fratinell. *de oblig.sacerd. sect.* 8 *arg.*16. solet in oppositum citari Palud. *in* 4.*dist.* 45. *q.* 2.*ar.* 2. *conclus.* 5. quatenus docet, quod in aliquibus casibus vnico sacrificio satisfieri potest pluribus promissionibus de offerendo sacrificio factis pluribus, inter quas ponit casum quãdo id consuetum est; verùm existimo, quod intelligat de consuetudine; quæ nota sit etiam ijs quibus fit promissio. 1

Conclusio autem desumitur ex Decretis S. Congregationis, *de celebrat.miss.* quatenus §.*non obstantibus.* reuocat consuetudines etiam immemorabiles contrarias omnibus & singulis dispositis in ijsdem Decretis; qualis est consuetudo non celebrandi tot missas, quot fuerint recepta stipendia. Et in Proemio vocatur teterrimus abusus non celebrare tot missas, quot sunt stipendia. Si autem est abusus, non potest tanquam legitima consuetudo reddere licitum, quod aliàs non est licitum. 2

Ratio verò est. Quia non potest introduci consuetodo, quæ non sit rationabilis; aut quæ sit contra legem naturalem, aliàs est extirpanda tanquam corruptela, *cap.fin.de constit.* Consuetudo autem non celebrandi tot Missas, quot exiguntur & attribuuntur stipendia, non est rationabilis, quia non est rationabile, quod non soluatur, quod est debitum ex iustitia, sed est contra ius naturale. Vnde cum accipere stipendium inducat obligationem de iure naturæ, ad celebrandas illas Missas, quæ exiguntur, consuetudo in contrarium erit corruptela omnino extirpanda. 3

In vno tamen casu posset admitti consuetudo, quando scilicet esset nota communiter Laicis exhibentibus stipendium pro missis, vt cum Friax notat Alphons.de Leone *de offic. capel. q.* 8. *sect.* 12. in fine. Nam quando adest consuetudo nota conferentibus stipendia & hoc non obstante, conferunt, præsumuntur consentire, vt Missæ, quas exigunt, celebrentur secundum consuetudinem, & proinde æquiualet coniunctioni, qua conuenirent, quod plures admittantur ad participationem huius Missæ, & cessat ratio, ob quam consuetudo aliàs esset abusus, & corruptela; quia non esset amplius contra obligationem ex iustitia, nam recipiens stipendia obligaretur tantum secundum mensuram consuetudinis. 4

Ex

5 Ex dictis infertur. Si conſuetudo non ſit nota vniuerſaliter exhibentibus ſtipendia, non excuſari Sacerdotes quando celebrant vnicam tantum Miſſam correſpondentem certo numero ſtipendiorum, neq; à peccato, neque à reſtitutione, nam eo ipſo, quod eſt ignota laicis exhibentibus ſtipendia, præſumēdi ſunt rationabiliter inuiti, nam quando petunt Miſſas, intendunt tot Miſſas celebrari, quot exiguot ſtipendia, vnde ſtipendia quæ excedunt numerum Miſſarum quæ celebrantur, habent rationem furti. Rurſus cum in conuentionibus, qui ſe obligant mutuo, tenentur ſibi inuicem correſpondere, quiſque ſecundum propriam alterius intentionem, & ideo acceptans decem ſtipendia cum præſcriptione decem Miſſarum, acceptat etiam onus decem Miſſarum, & ideo ſi minorem numerum celebret non ſatisfacit obligationi, nec iuuat conſuetudo in oppoſitum, ſicut non iuuaret conſuetudo mercatorum non dandi ementibus pondus, aut menſuram.

QVÆSTIO 951.

An obligatus celebrare plures Miſſas ſingulas pro ſingulis, ſatisfaciat applicans ſingulas pro omnibus.

SVMMA.

1 *Applicans Miſſas pro omnibus, pro quibus ſingulis tenetur celebrare, an ſatisfaciat.* & nom. ſeq.

3 *Quod plures communicent in Miſſis iiſdem, eſt contrà intentionem commendantis.*

4 *Qui tenetur ſoluere totam ſummam, non ſatisfacit ſoluendo per partes*

5 *Applicare ſingulas Miſſas pro omnibus, poteſt eſſe damnoſum.*

6 *Quomodo obligatus pluribus applicare debeat Miſſas.*

1 CONtingere poteſt, quod Sacerdos accipiat à decem perſonis decem ſtipendia pro decem Miſſis, itavt debeat pro ſingulis vnam Miſſam celebrare, dubitatur modò. An ſatisfaciat obligationi ſi celebrando decem Miſſas applicet ſingulas pro illis omnibus decem, itavt ſinguli participent cuiuſcumque Miſſæ decimam partem fructus; Prima ſententia eſt affirmatiua ita Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quæſt. vlt. pun. 7. §. 3. n. 1.* Auerſa. *quæſt. 11. de Euchar. ſect. 17.* verſ. *Hinc inferunt:* Franc. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 12. quæſt. 5. n. 60.* Fundamentum eſt, quia ſinguli tribuitur, quod debetur, ſiquidem dum ſingulis participant decimam partem fructus cuiuſcumq; ex decem Miſſis, participant fructum integrum vnius Miſſæ, quod ipſis debetur.

2 Secunda ſententia aſſerit, non omnino ſatisfacere, ita Poſſeuin. *de offic. Curati. cap. 2. n. 25.* Comitol. *lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 42. n. 9.* Fraxineli. *de oblig. Sacerd. ſect. 4. concluſ. 14. §. 7. n. 1.* Alphonſ. de Leone *de off. capel. quæſt. 8. ſect. 16. n. 112.* monens, quod debet celebrare pro ijs, reſpectu quorū prius tempore ſuſcepit obligationem, quod ſi hoc inferret dilationem nimiā, poſſet partim pro vno, partim pro alijs celebrare, quando ſinguli commendaſſent plures Miſſas.

3 Dicendum eſt. *Obligatum celebrare decem miſſas pro decem; ſi applicat ſingulas decem pro omnibus ſimul, itavt ſinguli participent decimam partem fructus ſingularum Miſſarum non plenè ſatisfacere propriæ obligationi.* Quia licèt ſatisfaciat quoad ſubſtantiam, non tamen ſatisfacit quoad modum; Ratio eſt. Quia commendans Miſſas intendit, quod Miſſæ commendatæ celebrentur ad ſolam ipſius inſtantiam, nec intendit illam communicationem, quam facit Sacerdos; & qui accipit ſtipendium, ſe obligat iuxta mentem dantis, vt toties dictum eſt. Ergo eo ipſo, quod Miſſæ non celebrantur ſecundum modum intentum à commendante, non impletur plenè obligatio, cum non fiat ſolutio debiti eo modo, qui ſtat in conuentione.

Confirm. Debitor, qui tenetur ſoluere totā ſummā debiti vnica ſolutione non ſatisfacit, ſi ſoluat per partes; in quo caſu non tenetur creditor acceptare partiales ſolutiones, ſed poteſt cogere ad totalem. Ergo neque qui tenetur ſatisfacere vnica integra Miſſa ſatisfaciet, ſi tantum quoad fructum det partem; & poſtea aliam partem, & ſic deinceps; & cum iſte modus ſatisfaciendi obligationi Miſſarum ſit inconſuetus, poteſt præſumi creditor rationabiliter inuitus; quando autem ſit talis mutatio in ſolutione debiti, vt creditor ſit rationabiliter inuitus, non ſatisfit completè debito. 4

Ex dictis colligitur, vt notat etiam Alphonſ. de Leone cum Friax *de offic. Capell. q. 8. ſect. 16. n. 112.* hunc modum ſatisfaciendi obligationi Miſſarum poſſe eſſe alicui damnoſum abſque alterius vtilitate. Si enim duo committant ſinguli vnam Miſſam pro duabus Animabus Purgatorij; quarum ſingulæ per vnicam Miſſam liberari poſſint, ſi Sacerdos hodie celebret pro vna, eam hodie liberabit, & cras celebrando liberabit aliam. Econtra vero, ſi hodie celebret, & applicet Miſſam pro vtraq; neutrā liberabit; ſed ſolū vtramq; liberabit cras pro ipſis celebrando; Vnde hic modus ſatisfaciendi, faciet, quod vna Anima detineatur in Purgatorio per diem pluſquàm detineretur abſque alterius beneficio. 5

Secundò colligitur; quod quando Sacerdos tenetur plures Miſſas celebrare ad pluriū intentionē, optimum eſſe, quod applicet ſacrificium ad illius intentionem, cui primo ſatisfacere debet; Tunc enim Deus ſciens cui primo ſatisfaciendum ſit; acceptat illud ſacrificium iuxta ordinem obligationis. Fieri enim poteſt, quod qui poſterior dedit ſtipendium prius indigeat beneficio ſacrificij; quàm qui prior dedit, & ideò prius etiam ſatisfaciendum, itavt ſi aliàs ei prius non ſatisfieret, tranſiret occaſio; pro qua indigeret ſacrificio, & pro qua ipſum petijt, vnde non ſatisfieret intentioni ipſius, ſi non offeratur ſacrificium antequam adueniret occaſio, pro qua indigeret. 6

QVÆSTIO 652.

An obligatus offerre ſacrificium pro alio, ſed abſque ſtipendio, poſſit aliunde illud accipere.

SVMMA.

1 *Quando aliàs obligatus celebrare ſatisfaciat receptò aliunde ſtipendio.*

2 *Eadem Miſſa an poſſit impleri obligatio vna ex ſtipendio, & alia ſine ſtipendio.* & num. ſeq.

4 *Obligatus aliàs celebrare non poteſt accipere ſtipendium.*

5 *Cur non poſſit.*

6 *Stipendium ſatisfacit, quod non poſſit ſubintrare alterius oneris ſatisfactio.*

7 *Iuſtitia requirit, ſolutionem ad æqualitatem.*

8 *Celebrans diſtribuens fructum medium in plures, ipſum diuidit.*

CAſus contingit quotidie apud Religioſos, qui ratione ſuarum Conſtitutionum obligati ſunt celebrare aut pro ſuis defunctis; aut pro benefactoribus; 1

bus, aut pro alijs, vnde dubitatur; An pro Miſſis, quas celebrant ex hac obligatione, recipere poſſint ab aliquo alio ſtipendium, & pro ipſo quoq; applicare ſacrificium; In qua difficultate illud certum eſt, quod ſi celebrans intendat primo loco ſatisfacere ei, à quo accepit ſtipendium, & poſtea etiam alteri obligationi, quatenus ſatisfacere poteſt, ſatisfacit obligationi ex ſtipendio, & proinde non tenetur ad aliquam reſtitutionem, vt notant etiam Corduba *in Quæſtion. lib. 1. quæſt. 3. opin. 5. poſt 4. concluſ.* ver. *Secundo ſequitur.* Boſſ. *tom. 1. mor. tit.* 1. §. 25. *n.* 402. quia ſubintrat alia ſatisfactio ſub conditione, quod locum habere poſſit. Verum hæc ſatisfactio admiſſa ſub conditione non eſſet ſufficiens pro implenda obligatione certa ex Conſtitutionibus, aut ex promiſſione, aut voto, quia ſatisfactio conditionalis non ſufficit pro debito abſoluto, & ideo videndum eſt. An abſolutè poſſit applicari pro vtraque obligatione, ita vt plenè, & abſolute vtrique obligationi ſatisfaciat.

2 Prima ſententia eſt affirmatiua. Ita Marchin. *de ſacram. ordin tract. 3. part. 2. cap. 17. n. 7. &.* 3. Turrian. *in ſelect. centur. 3. dub.* 10, qui tamen ſubdit, eſſe conſiderandas circumſtantias obligationis, quæ non eſt ex ſtipendio. Garaia *in ſumm. tract. 3. difficult.* 10. *dub. 4. n.* 20. Leand. *de ſacram. tract. 8. diſp. 4. quæſt.* 15. Thom. Hurtad. *part. 1. reſol. moral. tract. 2. cap. 4. reſol. 17. n.* 183. & idem etiam videtur ſentire Lea in. *in ſumm. verbo.* Miſſa. *n.* 12. Fundamentum eſt. Quia in hoc non contrauenitur Decretis. S. Congregationis quæ ſolum prohibent plura ſtipendia pro eadem Miſſa. Secundò. Quia cum ſacrificium offerri poſſit pro pluribus ſiquidem ex inſtitutione Eccleſiæ offertur pro Papa. Regibus, viuis, & defunctis &c. non infertur aliqua iniuria illi qui dedit ſtipendium, ſi offeratur etiam pro alijs. Deinde afferunt in medium infinitatem ſacrificij, ratione cuius tantum prodeſt vni, quantum pro pluribus oblatum, quæ tamen non ſuffragatur, vt conſtat ex dictis in ſuperioribus, nam eadem eſſet ratio ex hoc Capite, etiam ſi acciperentur plura ſtipendia.

3 Secunda ſententia negat, poſſe applicari alteri, accepto ſtipendio. ita Gaſpar Hurtad. *de ſacram. diſp. 4. de ſacrifi. Miſſa difficul.* 16. ver. *Quod autem.* Dicaſtill. *De ſacram. tract. 5. diſp. 4. dub. 19. n.* 364. quatenus concedunt, poſſe ſacrificium applicari pro pluribus, & excipiunt caſum ſtipendij. Boſſius. *tom. 1. mor tit. 1. §. 25. n. 401. & ſeq.* vbi latè. Tambur *opuſc. de ſacrif. miſſ. lib. 3. §. 1. n.* 11. Quart. *in Rubr. miſſ. in Append. quæſt. 1. pun.* 20. ver. *Reſpondeo* & alij, qui abſolutè negant, eadem Miſſa ſatisfieri poſſe pluribus obligationibus.

Dicendum eſt. *Obligatos ad Celebrandum pro quo-*
4 *cumque abſque tamen ſtipendio, non poſſe pro eadem Miſſa ab alio accipere ſtipendium, & ideò ſi accipiat neutri obligationi ſatisfacere.* Et hoc præcipuè locum habet quoad Religioſos quando tenentur celebrare pro defunctis ſui Ordinis, quia tenentur celebrare pro ipſis ex iuſtitia, vt ſuo loco oſtenſum eſt. Et deſumitur etiam ex Decretis. S. Congreg. quæ ideo prohibent vnica Miſſa ſatisfieri pluribus obligationibus ex ſtipendio, quia Miſſa obligata vni ex ſtipendio, remanet totaliter obligata, vt proinde non poſſit alteri obligari. In præſenti autem caſu eò ipſo, quod interuenit ſtipendium, debet ipſi totaliter obligari, quod fieri non poteſt, cum ſit etiam pro alia applicanda.

5 Probatur. Miſſa, quæ eſt celebranda ex præſcripto Conſtitutionum Religionis, aut ex voto, ſeu promiſſione, facit, quod Miniſterium Sacerdotis ſit obligatum nō ſolum quoad officiaturam Eccleſiæ, ſed etiā quoad offerendum ſacrificium pro alio, & diſpenſationem fructus ipſius. Ergo non poteſt Sacerdos recipere ſtipendium in ordine ad illam Miſſam. Conſeq. probatur. Stipendium non eſt licitum, niſi quatenus detur pro ſubſtentatione in virtute obligationis de iure naturali ſubminiſtrandi Sacerdoti dictam ſubſtentationem, quatenus ipſe viciſſim obligat ſuum Miniſterium in ordine ad offerendum ſacrificium ad alicuius inſtantiam. Ergo cum iam habeat obligatum ſuum Miniſterium quoad hoc, non poteſt ponere de nouo hanc obligationem, cuius intuitu poſſit de iure naturali eſſe ſibi debitum ab alio ſtipendium pro ſubſtentatione. Sunt enim iſtæ duæ obligationes correſpectiuæ, ita vt obligatio ſubminiſtrandi ſtipendium pro ſubſtentatione exigat poni intuitu ſui ipſius obligationem Miniſterij, & ſi non poſſit poni, ſicuti quando eſt iam poſita, neque etiam ipſa conſurgere poteſt, & proinde nec etiam accipi ſtipendium eo titulo, quo vt ſtipendium accipi poteſt.

Confir. Quando accipitur ſtipendium pro Miſſa 6
contrahitur cum exhibente talis obligatio, vt debeatur ipſi totaliter oblatio ſacrificij non ſolum in ordine ad fructum, ſed etiam ad cultum Dei, quia talis eſt intentio ipſius, cum det ſtipendium pro ſubſtentatione cum onere, quod Sacerdos obliget ſibi Miniſterium ſuum ad offerendum ſacrificium priuatiuè quoad alios. Ergo admiſſo ſtipendio, ſi vult Sacerdos ſatisfacere obligationi, quæ naſcitur ex acceptatione, non remanet facultas ſatisfaciendi eadem Miſſa alteri obligationi, aut ſi ſatisfit alteri obligationi, non ſatisfit obligationi ex ſtipendio.

Confir.a Quando agitur de obligatione ex iuſtitia, 7
facienda eſt ſolutio in tali modo, & qualitate, vt non remaneat incerta, ſed certum, quod ſit ad æqualitatē debiti, alioquin violatur iuſtitia, quæ exigit æqualitatem, & æqualitas dubia non eſt æqualitas, vt ſi debēs centum ſolueret quidem centum, ſed cum dubio an moneta eſſet legitima, aut ita ſolueret centum in aliqua ignota moneta, vt remaneret dubiū, an valeret centum an quid minus. Ergo qui obligatus eſt abſque ſtipendio offerre ſacrificium pro alio, non poteſt accipere ſtipendium, & eadem Miſſa ſatisfacere, quia remanet dubium, an ſatisfactio ſit æqualis obligationi, cum ſit dubium, an tantum det, quantum daret ſi pro vno tantum offerret ſacrificium. Ad 1. in oppoſitum conſtat ex dictis. *n.* 4.

Ad 2. Reſp. Sacrificium eſſe quidem applicabile 8
pro pluribus, ſed ſecundum menſuram inſtitutionis. Ex inſtitutione autem habet, quod quoad fructum generalem applicatur pro omnibus tanquam ſacrificium publicum, quoad fructum autem ſpecialem, ſeu medium, habet quod ſit ſub diſpoſitione Sacerdotis, ita vt ipſe diſtribuat. Eo ipſo autem, quod diſtribuit, in plures diuidit in partes, & ſinguli minus participāt, vt ſuo loco declaratum eſt, alioquin ſi omnes æquè participarent, aut ſecundum menſuram deuotionis, deberet ſemper omnibus fidelibus diſtribuere, quia hoc pacto omnibus prodeſſet ſine diminutione fructus reſpectu cuiuſcunque. Deinde dato, quod poſſet pro pluribus offerri ſine alicuius præiudicio, non poſſet, tamen ſemel obligatus ad offerendum, etiam ſine ſtipendio recipere ſtipendium, vt conſtat ex dictis *num.* 5.

QVÆSTIO 953.

An obligatus ex ſtipendio offerre poſſit pro alijs ex gratitudine, obligatione Conſtitutionum, &c.

SVMMA.

1 *Obligatus offerre ex ſtipendio, poteſt ſub conditione, etiam pro alio offerre.*

2 *Stante obligatione ex ſtipendio, an eadem Miſſa poſſit impleri alia obligatio,* & num. ſeq.

4 *Mens*

4 *Mens S.Congregationis circa hoc.*
5 *Obligatio ex stipendio non relinquit locum alteri obligationi.*
6 *Satisfactio fundata in infinitate sacrificij est incerta.*
7 *Dans stipendium non tenetur sequi opinionem de infinitate extensiua.*
Nec celebrans potest sequi.

1 PRæsens difficultas est diuersa à præcedenti,licèt affinis sit , nam in illa suponitur præcedere nbligationem offerendi sacrificium pro aliquo independenter tame à stipendio,& querebatur,An stante hac obligatione,posset pro eadem Missa acceptari stipendium. In hac verò queritur An præcedente obligatione ex stipendio,possit sacrificium applicari pro alijs, vel ex liberalitate,vel ex aliqua obligatione,quæ non sit ex stipendio , Est autem suppor.endmn tanquam tertum quod pntest applicari sub conditione , si sit applicabile ,quia conditio facit,quod remaneat illæsum totum ius illius , qui dedit stipendium, & soluitur totum, quod ipsi debetur , & aliàs applicatio pro alio sub conditinne valde prodesse potest , quia non solum prodesse potest in casu , in quo sacrificium æquè prodesset vni, ac pluribus, sed etiam, quia fieri potest,quod applicatio absnluta non sortiatur effectū eò,quod sit incapax is,ptoqun nffertur,&deuoluatur totus fructus ad eum , cui sub cnnditione fuit applicatum.

2 Prima sententia asserit, eadem Missa satisfieri posse obligationi primo loco,ex stipendio & etiam alijs, quæ non sint ex stipendin primo loco,ita Marchin *de sacram.ordin.tract.3.par.2 cap.17. n. 1.& seq.* Leander *de sacram.tract.8.disp.4. q.14.* qui alios citat ; qui hoc tamen non dicunt, sed solum, quod eadem missa satisfieri possit pluribus obligationibus , sed quæ non sint ex stipendio, atque adeò nec ex iustitia. Lezana *in sum.verbo.* Missa. *n.* 22.Thomas Hurtad.*par.1.resol, moral. tract.2.c.4.resol.17.n.*178.Martin. à S. Inseph. *tom. 1. moral. lib. 1. tract. 17. de Euchar. n.* 4. Fundamentum, est. Quia hnc non preiudicat illi , qui dedit stipendium ; stante infinitate sacrificij , & ideò esset irrationabiliter inuitus.

3 Secunda Sententia negat,posse satisfieri. Ita Gasp. Hurtad. *de sacram.disp. 4. de sacrific. Miss. difficul.* 16. ver. *Quod autem.* Dicastil. *De sacram. tract. 5. disp. 4. dub.19. n.* 164.Tambur. *opusc.de sacrif. Miss.lib. 3.cap. 1. §. 3. n.* 11. Bossius *tom.1. moral. tit. 1. §.25. n.* 401. vbi fusè reijcit opininnem Marchin. Franc. Lugn *lib.5.de sacram. cap.*12. *q.4.n.*38.qui tamen addit, Missam obligatam vni nb stipendinm posse alijs applicari nnn absolutè; sed solum quoad impetrationem; quia putat eam impetratiuam esse illimitatam extensiuè.

4 Dicendum est,*Obligatum ex stipendio non posse eadem missa satisfacere huic obligationi, & alteri , quæ non sit ex stipendio,aut liberaliter etiam pro alio offerre idem sacrificium* ; Exerceretur enim liberalitas de alieno. Hanc proculdubio esse mentem sacræ Congreg. *in Decret. de celebrat. Missar.* ex eius dispositione desumitur. §. *Deinde.* vbi vult,quod absolutè tot missæ celebrentur; quod sunt stipendia ; atque adeò vult quod vni stipendio correspondeat integrè vnica Missa. Dum autem debet integrè correspondere, non remanet locus pro alia obligatione neque liberali applicatione pro alio.

5 Ratio est Quia obligatio ex stipendio absorbet pro satisfactione totum id, quod potest Sacerdos dare celebrando. Ergo nihil remanet Sacerdoti , quod possit dare pro alia obligatione , aut pro liberali donatione , siquidem extra totum nihil remanet. Antecedens prob. Recipiens stipendium obligat suum Ministerium in ordine ad offerendum sacrificium atque adeo oblatio sacrificij secundum suam substantiam remanet obligata danti stipendium , & consequenter etiam fructus sacrificij , vt consequens ex sacrificio ipsi debito cui enim debetur planta debentur etiam fructus ipsius,& cum substantia sacrificij sit indiuisibilis, eo ipso, quod est debita. Secundum se totam est debita, & ideo nihil remanet , qund alteri dari possit, nisi detrahatur illi, cui est debitum.

6 Si autem recurratur ad infinitatem extensiuam sacrificij,ratione cuius eodē modo prosit vni, ac pluribus , non euaditur difficultas. Nam,si applicatio est æqualiter pro eo.qui dedit stipendium , ac pro alia obligatinne , quia est incerta huiusmodi infinitas extensiua,redditur incerta satisfactio vtriusque obligationis, & proinde violatur iustitia respectu illius, qui dedit stipendium. Vel satisfit absolutè obligationi ex stipendio , & alteri quantum fieri potest , & tunc applicatio non sufficit pro hac obligatinne extinguenda, quia cum sit certa, & absoluta,requirit certam,& absolutam solutionem.

7 Ad fundamentum in oppositum , Resp. Eum, qui dedit stipendium , vt ad ipsius instantiam celebraretur Missa , non teneri sequi opininnem de infinitate extensiua sacrificij,& ideo esse rationabiliter inuitum, si ad participandum in illo sacrificio, qund pro se petit, alius admittatur, præsertim quia exponitur periculo,quod stante hac admissione , non participet totum illum,fructum quem aliàs perciperet. Nec etiam potest celebrans talem opinionem sequi ob eandem rationem , & etiam quia nnn potest vnico sacrificio extinguere obligationem duorum, sicuti qui duobus deberet decem , non posset vtrumque debitum extinguere vnica solutinne vnius decem. In casu autem præsenti est debitus non solum fructus sacrificij , ratione cuius posset prætendi infinitas extensiua , sed etiam ipsa substantia sacrificij,quatenus continet cultum Dei , quæ certum est. Qund nnn est infinita extensiuè cum sit plus offerre duo sacrificia , quam vnū siquidem bis colitur Deus summo cultu.

QVÆSTIO 954.

An vouens Missam pro gratiarum actione tantum possit pro eadem accipere stipendium.

SVMMA.

1 *Vouens Missam pro gratiarum actione,an possit accipere stipendium.*
2 *Dans stipendium exigit nomine suo deferri cultum Deo.*
3. *Votum de sacrificio pro gratiarum actione exigit substantiam sacrificij*
4 *Quid si vouens sibi reseruet applicationem fructus.*
5 *Cur obligatus celebrare in certo loco &c.possit accipere stipendium,& non qui vouit.*
6 *Fructus sacrificij quando remaneat sub dispositione vouentis.*
7 *Dans stipendium,& petens Missam quid petat.*

1 MOuet difficultatem sub his terminis Tambur. *opusc.de sacrif. Miss.lib. 3.cap. 1.§.3.num.*11 , & respondet , nequaquam posse accipere stipendium , quia iam Missa est debita Deo ratione voti,subdit tamen, quod si tantum voueret Missam in Dei laudem, & reseruaret sibi facultatem applicandi totum sacrificium,posset tunc accipere stipendium,quia tunc votum nnn cadit supra fructum Missæ,quem totum exigunt,qui Missas commendant.

2 Quod primo loco habet nempe quod pro Missa debita ex voto in gratiarum actionem non possit recipi

cipi ſtipendium, omnio tenendum eſt,nam dans ſtipendium exigit ad ſui inſtantiam ſacrificiom offerri Deo,& proinde non ſolum exigit fructum,ſed etiam qnod ſacrificium, quatenos nomine ptiuato eſt Deo offeribile.ſibi cedatur, vt poſſit nomine ſuo proprio offerti Deo, ſacrificiom enim offerrur Deo & nomine publico totins Eccleſiæ, & etiam nomine ptiuato huins,vel illius iuxta determinationem Sacerdotis,& hāc determinationē petit,qui petit Miſſam celebrari. Non poteſt autem Sacerdos ſacrificium debitum ex voto cedere alteri, & accipere ſtipendium, quia tunc ſacrificium offerretur Deo nomine dantis ſtipendiū, & nomine eiuſdem Sacerdotis, qui vouit, & ptoinde non redderetur Deo totum,quod debetur,quia debetur Deo duplex ſacrificium, alterum ratione voti, & alterium ratione ſtipendij accepti nomine illius, qui ipſum exhibuit.Præſertim quia quod iam Deo exhibetut, ipſi ſubtraheretur, nam celebrando Sacerdos ex voto abdicat à ſe ſacrificium, & ius diſponendi de eo.& tribuit Deo, vnde tribuendo alteri ſacrificiom, vt nomine ipſius offeratur, aufert à Deo,quod ipſi offert.

3 Confit.Si Sacerdos offerat Deo ſacrificium abſque eo,quod accipiat ſtipendium,nihil plus ſoluit, quam debeat ex voto ſiquidem votum eſt de offerendo Deo ſacrificium.Ergo de ſacrificio,quod offertur ex voto, ſecluſo fructu, nihil remanet ſub diſpoſitione Sacerdotis,vt poſſit dare cui libuerit Ergo non poteſt hoc ipſum ſacrificium cedere alteri,vt nomine ipſins offeratur Deo Ergo nec pro ipſo ſtipendium recipere, quia dans ſtipendium intendit quod ſibi cedatur ſacrificinm,vt nomine proprio Deo offeratur.Nec poteſt recurri ad infinitatem extenſiuam, quia non agitur de fructu, ſed de ſubſtantia ſacrificij quatenus continet cultum Dei,qui quidem cultus eſt finitus,& provt fit proprius vnius, non poteſt nomine alterius exhiberi Deo, quia conſideratur vt priuato nomine exhibetur.

4 Quod autem ſecundo loco ait Tambur. nempe quod ſi vouens reſernet ſibi applicationem fructus, recipere poſſit ſtipendium, probari non poteſt, nec cohæret cum præcedenti Nam non accipitur ſtipendium pro applicatione fructus, vt toties dictum eſt, alioquin acciperetur pro ſpirituali, & committeretur ſimonia ſed accipitur pro ſubſtentatione,ſtante quod Sacerdos impendens ſuum Miniſterium ad offerendum ſacrificium pro aliquo acquirit ius ex hoc capite ad obtinendam ſubſtentationem, quando autem iam obligatum eſt Miniſterium Deo ratione voti,non poteſt obligari alteri, quia iam ex vi huius obligationis ceſſit iuri ſuo.quod aliàs haberet ad exigendam ſubſtentationem exhibendo in obſequium Dei tale Miniſterium, & ideo non poteſt de ipſo diſponere amplius in obſequium alterius.

5 Dices Qui tenetur celebrare in aliqua Eccleſia abſque applicatione ſacrificij, poteſt recipere ſtipendiū, & tamen habet ſuum Miniſterium obligatum. Reſp. poſſe accipere ſtipendium, quis non habet totaliter obligatum Miniſterium,ſed tantum in ordine ad cultum Eccleſiæ,& commoditatem Populi, vnde retinet liberum miniſterium in ordine ad deferendum cultum Deo priuato nomine, & ad diſpenſandum fructum ſacrificij,atque adeò quoad illum reſpectum, in quo fundatur ius exigendi ſubſtentationem à priuatis perſonis,quatenus vt talibus eſt ipſis obligabile Miniſterium Sacerdotis, hoc eſt in ordine ad appropriandam ipſis oblationem ſacrificij, quod non contingit ſtante obligatione voti,quia ratione ipſius debet ſacrificium offerri Deo, nomine priuato ipſius offerentis,& ideò non poteſt offerre nomine priuato alterius appropriando illi oblationem.

6 Quod autem ſpectat ad fructum ſacrificij, quod ex voto offertur, quando ſacrificium non vouetur Deo in beneficium alicuius capacis, ſemper remanet ſub diſpoſitione offerentis, ſiue in vouendo reſeruetur, ſiue non. Nam ratione voti debetur Deo ſacrificium, quatenus ipſo poteſt tribui,nempe in ratione cultus, non autem ſecundum fructum, quia non eſt capax ipſius, ſicut etiam,quando vouetur etiam in honorē alicuius ſancti, quia neque ad ipſos pertinet fructus ſacrificij,& ideò remanet ſemper ſub diſpoſitione vouentis,etiam ſi non reſeruetur.

Dices. Petens ex ſtipendio miſſam, ſolum petit fructum, nempe ſatisfactionem, impetrationem, propitiationem. Ergo quando ratione voti non debetur fructus, recipi poterit ſtipendium. Reſp. nego. antecedens & conſequent. Quia neque dari poteſt ſtipendium neque recipi pro fructu, alioquin daretur, & reciperetur temporale pro ſpirituali;ſed petens miſſam cum ſtipendio intendit ſubſtentare ſacerdotem, & proinde quod ſacerdos ſe obliget ad id, ratione cuius eſt ipſi debitum ſtipendium pro ſubſtentatione; hæc autem eſt exhibitio miniſterij in offerendo ſacrificium ad inſtantiam petentis, quod dicit, non ſolum comunicationem fructus, ſed etiam appropriationem ſacrificij in ordine ad oblationem, nomine priuato; quod fieri non poteſt, dum nomine priuato pro alio eſt offerendum. 7

Quæstio 955.

An eadem miſſa ſatisfieri poſſit pluribus obligationibus, quæ non ſint ex ſtipendio.

SVMMA.

1 *Duplici modo poteſt ſacrificium eſſe debitum.*
2 *Vnica miſſa an impleri poſſint plures obligationes, quæ non ſint ex ſtipendio*, & num. ſeq.
4 *Quid ſi plures petant tantum diuerſos fructus.*
5 *Conceſſio recipit interpretationem à petitione.*
6 *Quando plures obligationes, quæ non ſint ex ſtipendio, non poſſint impleri vnica miſſa.*
7 *Obligatio accipitur ſecundum conſuetudinem.*
8 *Quando obligatio non eſt ex ſtipendio an poſſit admitti infinitas extenſiua ſacrificij.*
8 *Miſſis iniunctis pro pœnitentia an poſſit extingui obligatio ex ſtipendio.*
10 *Miſſa iniuncta pro pœnitentia quo titulo debita.*

PRocedit difficultas ex ſuppoſitione, quod eadē miſſa non poſſit ſatisfieri pluribus obligationibus, quarum etiam vna ſola ſit ex ſtipendio; vnde non oportet citare Doctores, qui id aſſerunt etiam de obligationibus;quæ ſunt ex ſtipendio, quia non procedont in puncto præſentis difficultatis;quæ ſupponit oppoſitum illius; quod ipſi docent. Plures autem obligationes cōtingere poſſunt duplici modo; vel quando ijs,quibus debetur Miſſa,eam omnes intendont abſolutè,& quoad omnes fructus, vel quando vnus intendit quoad vnum fructum, v.g. impetrationis, & alius quoad alium fructum propitiationis.&c. 1

Quod autem vna miſſa ſatisfieri poſſit pluribus obligationibus, quæ non ſint ex ſtipendio, tradont abſolutè Gaſpar. Hurtad *de ſacram. diſp.* 4. *de ſacrif. miſſ.difficult.* 16. ver. *Quod autem* Dicaſtill. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 19. *num.* 964. Lezan. *in ſumm. verbo* Miſſa *num.* 22. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram.cap.* 12. *quæſt.*4. *num.* 37.Eſcobar *in ſum. tract.* 1. *Exam.* 11. *cap.* 4. *num.* 96. in fine; fundamentum eſt. Quia cum non ſimus in obligationibus ex ſtipendio, poſſumos ſequi in ſatisfaciendo, opinionem, quæ vult ſacrificium 2

ficium esse infinitum extensiuè, itavt non minos prosit, si offeratur pro pluribus; quam si offeratur pro vno tantum, & præsertim, quaudo ij, quibus debetur sacrificium, intendunt fructus diuersos.

3 Verùm quod neque in hoc casu possit satisfieri diuersis obligationibus eodem sacrificio, ttadunt Tambur. *opus. de sacri. miss. lib. 3. cap. 1. §. 13. num.* 11. Boss. *tom. 1. moral. tit. 1. §. 25. num.* 401. *& seq.* Qui mouetur ex eo, quod sit eadem ratio, siue obligationes sint ex iustitia, siue non, quia si semel eodem sacrificio satisfieri potest plutibus obligationibus, quæ non sunt ex iustitia; dummodo sint veræ obligationes; quæ absolutè obligant, iam sacrificiū esset de se sufficiens pro extinguendo debito harum plurium obligationum, atque adeo extinguet etiam si sint ex iustitia.

4 In hac difficultate distingoendom est de obligatione quoad eos, qui petunt diuersos froctus, seu sacrificium in otdine ad aliquem specialem fructum, & quoad eos, qui petunt absolutè sacrificium si enim petunt sacrificium in otdine ad speciales fructus, itavt vnus petat in otdine ad vnum, & alius in ordine ad alium fructum; tunc e istimo, quod eodem sacrificio satisfieri possit pluribus obligationibus respicientibus diuersos fructus, quia tunc non requiritur absolutè obligatio ministerij ad fundandum ius ad recipiendum stipendium, sed sufficit sola obligatio ad comunicandum fructum etiam absque obligatione ad offereodum sacrificium nomine priuato ipsius.

5 Ratio autem est; quia obligario est secundum mensuram intentionis illius, qui se obligauit; quando autem concessit, quod ab ipso petebatur, intendit se obligare iuxta petitionem, quia concessio recipit interpretationem à petitiooe, & secundum illam regulatur. §. *Preterea* Institut. *de inutil. stipulat.* & *l. si defensor.* §. 1. & *l. si sine fine.* §. *Qui interrog. ff. de interrogat. act.* & notant Abb. *in Confin. num. 2. de tregua & pace*; Bart. *in l. 1. num.* 5. vet *Quandoque illa ff.* Ad Legem *Iuliam maiestat.* Paris. cum alijs. *cons.* 3. *num.* 56. *lib.* 4. Crauetta *cons.* 45. *num.* 2. vnde cum promissarius petierit tantum sacrificium in ordine ad specialem aliquem fructum obligatio suscepta intuitu petitionis declarari potest, quod non plus se extendat, quam fuerit in petitione, & proinde quod alij fructus sacrificij remaneant liberæ dispositioni celebrantis.

6 Si verò obligatio sit absolutè quoad substantiam sacrificij, itavt oon sit expressum, quod sacrificium debeat offerri in otdine ad specialem fructum, non potest vnico sacrificio satisfieri plutibus obligationibus, quæ verè obligent in conscientia. Ratio est. Quia obligatio non est solum de fructu sacrificij, sed etiam de ipsa substantia sacrificij, itavt debeat offerri iuxtà petitionem, vel nomine priuato ipsius, vel alterius, de quo ipse intendit. Ergo, cum cadat sub obligatione substantia sacrificij, non possunt eodem sacrificio impleri plures obligationes cum respectu vnius obligationis sit debitum vnum sacrificiom; & aliud respectu alterius. Si quidem in hoc non attenditur fructus sacrificij, neque valor ipsius, & proinde neque infinitas, si adesset sed ipsa actio colendi Deum per sacrificium, & exhibendi talem cultum nomine huius, vel illius, in quo consideratur actio offerendi sacrificium, quæ proinde tanquam limitata, saltem, vt est actio Sacerdtis offerētis, vt soluta pro vna obligatione non est sufficiens, vt dari possit etiam pro alia.

7 Confir. Obligationes accipiuntor secondum consuetudinem, itavt interpretandum sit, id cadere sub obligatione quæ solet intelligi, & seruari. *l. Quod si nolit. §. Quia assidua. ff. de edilitio. edicto* & *l. si fundus. ff. de*

tuit. & *l. si servius. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda* & *l. semper in stipulationibus. 34 ff. de regul. iur. & cap. Caterum, de Donat.* Ergo quocumque titulo quis sit obligatus ad celebrandam Missam ad instantiam alterius, debet seruari huiusmodi obligatio eo modo, quo solet communiter seruari, & accipi. Communiter autem talis obligatio ita accipitur, & seruatur, vt tota missa veluti abdicetur à celebrante, & veluti transferatur in eum, cui debetur, & quod ita sit debita; vt non adhibeatur pro extinguendo debito alterius similis obligationis

8 Ad fundam. 1. sententiæ resp. Non posse oos sequi in satisfaciendo his obligationibus opinionem de infinitate extensiua sacrificij, quod scilicet non minus prosit, si pro pluribus, offeratur, quàm prodesset, si pro vnu tantum offerretur. Quia talis opinio non est in praxi, & tales obligationes accipiendæ sunt, & implendæ secundum consuetum modū; quo solēt impleri. Deinde quia sub obligatione non venit solus fructus sacrificij ratione cuius tantum attendi posset infinitas extensiua, sed venit etiam ipsa actio finita sacerdotis offerendi sacrificium, quæ vt dictum est, ita coadæquatur cum vna obligatione, vt non sufficiat pro extinguendo debito alterius obligationis.

9 Ex dictis colligitur. Quid dicendum de missis iniunctis à Confessatio pro pœnitentia; An possit harum intuitu recipere stipendium, aut ijs satisfacere alteri obligationi; præsertim quando sacerdos non iniungit, quod applicentur ad certum effectum Resp. enim. Quod neque potest sacerdos pœniteos accipere stipendium, neque ijsdem satisfacere alteri obligationi. Ratio est. Quia cum pœnitentia sacramentalis importet satisfactionem exhibendam à pœnitente, iniunguntur istæ missæ tanquam actiones personales ipsius sacerdotis, & proinde remanet obligatus ad offerenda illa sacrificia nomine proprio priuato, vt oblatio, quatenus est determinabilis, vt stet sub nomine personæ priuatæ, fiat in persona ipsius. Dum autem est determinata oblatio in hac parte, noo potest amplius sacerdos ea vti determinando pro alio, & quia, dum ipsi iniungitur actio propria personalis, nec coarctatur, vt sit solum in cultum Ecclesiæ, aut pro commoditate populi, sed absolutè; iniungitur etiam totum id; quod trahit in consequentiam, atque adeo totum sacrificium, & effectus ipsius.

10 Deinde istæ missæ dum iniunguntur pro pœnitentia, & satisfactione sacramentali, atque adeo pro compensanda pœna debita peccatis, quæ remanet soluenda, consurgit obligatio iustitiæ commutatiuæ; quia licet impositio satisfactionis sit actos iustitiæ punitiuæ, exhibitio tamen est actus iustitiæ commutatiuæ, quia in ipsa fit compensatio ad æqualitatem cum pœna, quæ remanet luenda, Quando autem oblatio sacrificij, est debita ex iustitia commutatiua, non potest inseruire pro extinguendo alio debito.

QVÆSTIO 956.

An ratione fructus ex opere operantis, possit accipi speciale stipendium.

SVMMA.

1 *Ratione fructus ex opere operantis an possit recipi stipendium.*

2 *Commendanti missas non debetur fructus ex opere operantis.*

3 *Petens missam non intendit fructum ex opere operantis.*

4 *Ratione fructus ex opere operantis locum non habet stipendium.*

5 *Potest accipi eleemosina liberaliter ab applicante fructum ex opere operantis.*

1 NEgat Tambur. *Opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n.* 40. sed ex falso fundamento; quia scilicet putat, quod iste fructus sit debitus simul cum fructu ex opere operato, quia exigens celebrari missã, exigit vtrumque fructum, cum conuentio sit de toto valore sine vlla distinctione, vt sic ementi fructus prædij duorum annorum à Domino debetur totus fructus siue multus ex bona dispositione terræ, siue minor ea praua dispositione. Ita etiam quando fideles petunt missas à sacerdote, eaposcunt totum fructum; siue multum, siue tenuem secundum dispositionem, in qua reperitur sacerdos, dum celebrat, atque adeo etiam fructus ex opere operantis.

2 Verùm, vt in superioribus etiam dictum est commendanti missas nequaquã debetur fructus ex opera operantis, vt inter alios etiam notant Coninch *De sacrament. quæst.* 83. *ar.* 1. *dub.* 10. *num.* 195. Gaspar. Hurtad *de sacram. disp.* 3. *de sacrific. Miss. difficult.* 8. *in fine & disp.* 4. *diffic.* 15. vet. *Quod autem*; Nam fructus ex opere operantis est proprius personalis sacerdotis, qui fundatur in eiusdem dignitate; non tenetur autem applicare, quæ sua propria sunt, sicut nec tenetetur applicare fructum specialissimum, si alias esset applicabilis, sed tantum tenetur applicare illum fructum, qui alias est indeterminatus, cui obuenire debeat, & à nemine perciperetur, nisi applicaretur. Nam sacerdos ex accepto stipendio tenetur tantum offerre sacrificium iuxta mentem exhibentis, atque adeo non obligatur ad communicandum alicui fructum, nisi qui prouenit à sacrificio; atque adeo qui ex opere operato, fructus autem ex opere operantis non est à sacrificio, sed à sacrificante iuxta ipsius dispositionem

3 Neque exigens missam celebrari, exigit alium fructum, quam illum, qui prouenit à sacrificio; nam exigit sacrificium, cum suo fructu; non autem fructum extrinsecum sacrificio, qualis est fructus ex opere operantis, & ex eo quod petit sine vlla distinctione, solum fit, quod debeatur totus, quicunque sit, siue impetrationis; siue satisfactionis; qui prouenit ex sacrificio; nec est opus distinguere de fructu; qui prouenit ex sacrificio, & de fructu ex opere operantis, quia talis distinctio inest ex natura rei; neque exemplum facit ad propositum; quia in agro, seu prædio est vnum fundamentum fructificationis, nempe terra cum sua fertilitate; & ideo, quando debetur fructus agri, debetur totus. At in præsenti est veluti duplex ager, fructificans ex propria natura, nempe sacrificium, quod fructificat ex opere operato, & persona sacerdotis, quæ fructificat ex opere operantis; sicuti autem vni debetur fructus vnius agri, non debetur fructus alterius, ita cui debetur fructus sacrificij non debentur fructus sacerdotis ex opere operantis.

4 Quamuis autem remaneat illi liber fructus ex opere operantis, non tamen recipere potest nouum stipendium, tum quia cum stipendium radicetur in obligatione subministrandi sustentationem, requirit ministerium, ratione cuius insurgat talis obligatio; hoc autem non interuenit in applicatione fructus ex opere operantis. Tum quia danti stipendium correspondendum secundum ipsius intentionem, quæ est de obtinendo sacrificio, & fructum ipsius ex opere operato; vnde deciperetur; si tribueretur tantum fructus ex opere operantis.

5 Poterit tamen recipere aliquid titulo eleemosinæ, vt applicet fructum ex opere operantis, quia nno repugnat, quod detur eleemosina alicui, & ab ipso exigatur aliquid spirituale, non enim ex hoc consurgit aliqua simonia, quia non datur temporale pro spirituali; sed exercetur merus actus eleemosinæ liberalis, non obligando sacerdotem, vt applicet talem fructum; sed rogando, qui postea ipse quoque liberaliter applicat cũ sola obligatione gratitudinis. Est tamen aduertendum, quod cum eleemosina sit liberalis non potest quantitas ipsius deduci in pactũ, sed standum est liberali largitioni quæcumque illa sit, nam cessat fundamentum paciscendi; nempe obligatio iuris naturalis; quæ interuenit, quoad stipendium Missæ subministrandi sustentationem.

QVÆSTIO 957.

An ratione applicationis Indulgentiæ, Collectarum, &c. possit sacerdos nouum stipendium accipere.

SVMMA.

1 *Celebrans potest accipere quamcumque eleemosinam liberaliter oblatam, vt applicet indulgentias, recitet collectas &c.*

2 *Celebrans non potest recipere stipendium, vt celebret cum maiori deuotione.*

3 *Neque quia celebret in altari priuilegiato potest recipere duplex stipendium.*

4 *Debitor certæ speciei non potest soluere per æquipollentiam inuito creditore.*
Dans stipendium, & exigens missam non exigit solam indulgentiam.

5 *Quid si missa esset celebranda pro defuncto ex ipsius commissione.*

6 *Non potest per collectas impleri obligatio ex stipendio.* 1

SVpponendum est. Posse sacerdotem quamcunque eleemosinam recipere liberaliter oblatã ad effectum, vt applicet Indulgentiam, recitet speciales Collectas &c. Nam cum ex neutra parte interueniat obligatio, neque etiam interuenit quid illicitum; sed sicut largitio eleemosinæ est liberalis, ita etiam applicatio Indulgentiæ, recitatio Collectarum. Interuenit enim quædam correspondentia gratitudinis, quoad id, quod dans eleemosinam rogat obtinere; 2 Vnde solum dubium est, An possit recipere nouum stipendium.

Posse recipere nouum stipendium ex eo, quod sacerdos celebret cum maiori affectu, & deuotione; videotur sentire Palud. *in* 4. *dist.* 45. *quæst.* 2. *ar.* 2. *conclus.* 5. Siluest. *verbo.* Missa. 1. *quæst.* 10. Comitol. *lib.* 1. *Respons. moral. quæst.* 42. *num.* 24. sed hæc opinio reijcitur abomnibus, præsertim à Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 49. ver. *Respondeo non posse*; quia stipendia dantur pro missis, non autem pro deuotione sacerdotis & ideò, si non celebret tot missas, quot recepit stipendia, violat iustitiam, & tenetur ad restitutionem iuxta Decreta sac. Congregationis *de celebrat. missar.* 3

Rursus Bordon *in consil. Regul. resolut.* 25. *num.* 13. existimat, quod celebrando in Altari priuilegiato recipere possit duplex stipendium, fortè quia talis celebratio æquiualeat duabus missis Idem etiam dici posset secundum hanc opinionem, si celebrans applica

plicaret aliquam aliam Indulgentiam. Verùm licet iuxta ea,quæ in ſuperioribus dicta ſunt, poſſet percipere maius ſtipendium, nunquam tamen accipere poterit duplex ſtipendium exhibitum pro duabus miſſis, vt notat etiam Tambur. *opuſc. de ſacrif. miſſ. l. 3. cap. 1. §. 3. num.4.* ſed erit contra Decreta S.Congregationis *de celebrat. miſſ.* præcipientis, quod abſolutè tot miſſæ celebrentur; quot fuerint recepta ſtipendia; Eſt etiam contra iuſtitiam, quia qui dat ſtipendium pro miſſa, non vult Indulgentiam, ſed oblationem ſacrificij.

4 Nec recurri poteſt ad æquipollentiam, quia debitor certæ ſpeciei non poteſt ſoluere per æquipollentiam, niſi conſentiat creditor *l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur.* & notat Ludouic. *deciſ. 352. n. 1.* Deinde neque adeſt æquipollentia; Primò quia Indulgentia affert tantum ſatisfactionem; quæ dato, quod æquiualeret ſatisfactioni, quæ prouenit ex ſacrificio, non tamen æquiualet cæteris fructibus quibus fraudaretur, qui dedit ſtipendium pro ſacrificio. Rurſus ſatisfactio per Indulgentiam non eſt adeò certa, ſicut eſt ſatisfactio per ſacrificium. Tertiò quia dans ſtipendium pro miſſa intendit etiam, quod exhibeatur Deo nomine ſuo cultus per ſacrificium, quod non obtineret, ſi loco miſſæ daretur ipſi Indulgentia, quod etiam locum habet quando requireretur ſacrificium pro defunctis; nam licèt ipſi non ſint capaces, niſi fructus ſatisfactionis, cum tamen dans ſtipendium intendat Miſſam celebrari, intendit totum, quod venit ſub hac petitione; vnde præſumendum eſt, quod velit in ſui beneficium cætera, quæ non proſunt defuncto.

5 Solum videri poſſet quod ſatisfaceret; ſi miſſæ eſſent celebrandæ, ex commiſſione alicuius defuncti pro anima ipſius; nam tunc videretur ſolum iniungere miſſas, quatenus tantum ſibi prodeſſe poſſunt, atque adeò ſolum quoad fructum ſatisfactionis. Verùm neque in hoc caſu id admitti poteſt; quia cum adbuc viuens mandet celebrari has miſſas, præſumi debet, quod ex ipſis intendat percipere totum illum fructum, quem percipere poteſt; atque adeò quod velit ſacrificium etiam, vt eſt ſpecialis cultus Dei itavt viuens velit poſt mortem coli Deum illis ſacrificijs.

6 Ex dictis ſequitur, quod neque ratione Collectarum, quotcumque illæ ſint, recipi poſſit ſtipendium aliàs pro miſſa exhibitum; quia militat eadem ratio. Si tamen exhibeatur ſtipendium ſub titulo eleemoſinæ, vt taxatiuè recitentur aliquæ Collectæ, abſque aliqua difficultate recipi poterit, vt aduertit etiam Tamburin *opuſc. de ſacrific. miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 49.* Nam in tali caſu; qui dedit ſtipendium pro miſſa, obtinet ipſam eodem modo, cum toto fructu; ac ſi non recitarentur illæ Collectæ. Rurſus; qui dedit aliam eleemoſinam, obtinet totum, quod intendit, quia non intendit aliud; quàm recitationem illarum Collectarum, nomine Eccleſiæ, & fructum, qui inde prouenit.

Qvæstio 958.

An quando ſtipendia ſunt confuſa, eadem miſſa pluribus ſatisfieri poſſit.

SVMMA.

1 *Capſula in quibus colligebantur eleemoſina pro miſſis ſublata ſunt.*

2 *Etiam expoſita in die commemorationis omnium defunctorum.*

3 *Non tamen ſub pœna interdicti.*

4 *Vnica miſſa non poſſunt impleri plura onera miſſarum ex ſtipendijs confuſis.*

5 *De nouo non poſſunt exponi Capſula ad colligendas eleemoſinas pro miſſis.*
Lex ſemper loquitur.
Complectitur, quæ de nouo ſuperueniunt.

IN quibuſdam Eccleſijs exponebantur Capſulæ cum inſcriptione; Eleemoſina pro miſſis; aut alia ſimili, in qua recipiebantur eleemoſinæ in ordine ad miſſas celebrandas; ſiue eſſent congruæ; ſiue incongruæ; Has autem Capſulas auferri iuſſit ſacra Congregatio *in Decret. de celebrat. miſſ. §. Ad hæc. l. Congregatio*, ob inconuenientia; quæ inde ſequebantur, præcipue, quia non celebrabantur miſſæ iuxta intentionē exhibentis eleemoſinam; quod ſatis indicat illis verbis; *Ne fideles hac ratione fruſtrentur*; cum enim exhibentes ſtipendium non poſſent explicare ſuam intentionem, neque etiam miſſæ celebrabantur ſecundum ipſorum intentionem ſiue quoad numerum, ſiue quoad tempus celebrandi. Deinde etiam quia celebrabantur nonnullæ miſſæ in confuſo pro omnibus, non autem tot; quot correſponderent ſtipendijs congruis. 1

Deinde cum dubitatum fuiſſet; An preſens Decretum comprehenderet, quæ in die commemorationis omnium Defunctorum apponi ſolebant in Eccleſijs pro colligendis ſtipendijs in ordine ad celebrandas miſſas; quæ vulgo dicebantur. *Caſſo de morti* & dubium propoſitum fuiſſet; ſacra Congregatio reſpondit quod ſub dicto Decreto comprehenderentur, vt conſtat ex reſponſ. *ad. 13. dub. ex propoſitis ſuper iiſdem Decretis.* Militabat enim etiam quoad has Capſulas ratio finalis prohibitionis aliarum Capſularum. 2

Eſt tamen aduertendum, quod pœnæ interdicti &c. appoſitæ in ijs Decretis non afficiunt eos; qui non abſtulerant Capſulas prædictas. Cum enim ſuper hoc ortum fuiſſet dubium, & propoſitum fuiſſet ſacræ Congregation. ſub hoc tenore. *An pœna interdicti, & alia appoſita in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſinas contra formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt Capſulas ab Eccleſijs vt ibidem præcipitur.* Reſpondit. *Has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi vel eius generalis Vicarij; aut Generalis, vel Prouincialis*; Vnde conſtat, quod licet interueniat violatio Decreti; non tamen locum habet pœna aliqua ſpecialis. Vnde contra contrafacientes habebit locum ſola pœna arbitraria. 3

Ex quibus ſolutâ manet difficultas propoſita, quia ſi deſtruitur fundamentum per Decreta ſacræ Congregationis, cui poterat inniti, poſita prohibitione, quod non recipiantur huiuſmodi ſtipendia confuſa, vt proinde præceperit auferri Capſulas ad hunc effectum deſtinatas, neque etiam vnica Miſſa ſatisfieri poterit pluribus huiuſmodi ſtipendiis. Et ita etiam exigit ratio iuſtitiæ; nam quamuis fieri 4

poſſit, quod aliquis ex iis, qui habēt huiuſmodi eleemoſinas, contentur eſſet quaeumque ſatisfactione; quæ eleemoſinæ correſponderet, hæc tameo inteotio non poterat præſumi io omoibus, & ideò vt plurimum defraudari poterant ſuo fine, & noo obtinere id, cuius iotuitu exhibebant eleemoſinas; ex quo fit, quod nequeant recipi huiuſmodi ſtipeodia confuſa, vt celebrentur Miſſæ, ſibi benè viſæ, ſed debet omnino ſatisfactio correſpondere diſtinctè ſtipeodiis, ita exigente ratiooe iuſtitiæ.

5 An autem Decretum de auferendis Capſulis, non ſolum obligauerit ad auferendas, ſed etiam obſtet, vt non ponantur denouo. Affirmatiuè reſoluendum eſt, vt notat etiam Tamburio. *opuſc. de ſacrific. Miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 4. ver. *Reſpondeo*; Nam ratio finalis legis eſt; quod oon adhibeantur huiuſmodi Capſolæ ad colligendas eleemoſinas pro Miſſis, & eo ipſo qood lex vult auferri, vult etiam noo poni, cum poſitio ſit actus coottarius ablationi; oeque enim intendit de ablatione tranſeunte; ſed quæ haber tractum ſemper permaneotem. Cum enim lex ſemper loquatur. *l. Ariani. C. de hæretic.* ſe extendit ſucceſſiuè ad tempus ſubſequens; & operatur eodem modo, ac ſi tunc ponaretur complectens etiam quæ de oouo ſuperueniuot, vt notant Franc *in Cap. vn. num.* 1. *de exceſſ. Prælat.* Gemioian. *ibidem num.* 8. vnde permanentia harum Capſularum remaneat ſemper prohibita.

QVÆSTIO 959.

An ratione Priuilegiorum poſſint Regulares ſatisfacere vnica Miſſa cum pluribus collectis pluribus oneribus Miſſarum.

SVMMA.

1 *Priuilegium ſatisfaciendi pluribus oneribus Miſſarum cum pluribus Collectis.*

2 *Non participatur ab omnibus habentibus communicationem priuilegiorum.*

Quæ priuilegia non veniant in generali communicatione.

Etiamſi in communicatione adſit clauſula in omnibus & per omoia.

3 *Priuilegium implendi onera Miſſarum per Collectas hodie non ſubſiſtit.*

4 *Etiamſi Decreta* de celebrat. Miſſar. *non eſſent alicubi acceptata.*

Reuocatio huius priuilegij non indiget acceptatione.

1 INter Priuilegia, quæ in hac materia reperio, nullum adeſt, quod reſpiciat onera Miſſarum etiam in futurum ſuſcipienda, præter priuilegium Leonis X. concellum Fratribus Minimis; nam cætera reſpiciunt tantum onera ſuſcepta pro ſubleuandis Religioſis aggrauatis ingenti nomero Miſſarum. Concedit ergo Leo X. Generali Minimorum vt diſpenſare poſſit cum ſuis ſubditis, quod vnica Miſſa cum ſeptem, vel nouem Commemorationibus ſatisfaciant ſeptem, vel nouem Miſſis. Hanc Conceſſionem refert ad verbum Peirin. *De Priuil. Conſtit. Leonis X.* tenor autem Conceſſionis eſt. *Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Omnibus Fratribus Domorum dicti Ordinis in Partibus Alemaniæ & Bohemiæ pro tempore conſiſtentium, vt de cætero perpetuis temporibus in celebratione vnius Miſſæ, ſeptem, vel nouem Commemorationes ad eorum deuotionem pro tempore recitata pro ſeptem, vel nouem ſpecialibus, & integralibus Miſſis, etiam ſi illæ ſpecialiter de requiem, vel de quibuſcumque Sanctis recitandæ forent, vel aliàs quomodocumque, etiamſi pro illis recitandis eleemoſinas recepiſſent, ſeu impoſterum reciperent, plenè ſatisfacere valeant. Ac commemorationes huiuſmodi de quibuſcumque Sanctis, vel etiam Defunctorũ, vel aliàs ad eorumdem Fratrum deuotionem taliter facta eiſdem fidelibus, qui eleemoſinas huiuſmodi pro ipſis Miſſis celebrandis eiſdem Fratribus pro eorum ſuſtentatione dederint, ſeu impoſterum eos dare contigerit, plenè ſuffragentur. Ipſique Fratres ſuper ſingulis Miſſis huiuſmodi cum ſeptem, vel nouem Collectis ad eorum deuotionem taliter recitatis integraliter in eorum conſcientiis exonerentur, perinde ac ſi Fratres ipſi ſingulas Miſſas huiuſmodi, & eorum quamlibet ſpecialiter de Requiem, vel de ipſis Sanctis, aut eorum quolibet, vel aliàs quomodocumque iuxta piam benefactorum huiuſmodi & cuiuſlibet eorum deuotionem, & intentionem diuerſis diebus integraliter celebraſſent. Quodque dicti Ordinis Generalis, Corrector pro tempore exiſtens cum omnibus Fratribus quarumcumque Domorum dicti Ordinis Minimorum, in dictis & aliis quibuſvis Regnis, & locis inſiſtensium ſuper dictis Miſſis modo prædicto celebrandis diſpenſare liberè & licitè valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus.* Hoc igitur priuilegium eſt omnium ampliſſimum, & reſpiciens quodcumque tempus futurum, & in cuius ſolius virtute prætendi poſſet quod vnica Miſſa ſatisfieri poſſet pluribus obligationibus ex ſtipendio.

Verùm circa hoc priuilegium eſt aduertendum. 2
Quod non conuenit omnibus Religionibus habentibus communicationem priuilegiorum, quia cum ſit valdè exorbitans, & difficilis conceſſionis, atque adeò ſpeciali nota dignum, non venit in generali communicatiooe priuilegiorum, iuxta regulam. Cap. *In generali; de regul. iur. in 6.* & ita docent communiter Doctores. Socc. *in l.* 1. *n.* 3. *in fine, ff. de legat.* 1. Iaſ. *num.* 81. verſ. 1. *Limita.* Ripa *num.* 8. verſ. *Et ita intellige.* Crot. *num.* 10. Butr. *conſ.* 19. *num.* 9. Natta *conſ.* 4. *num.* 6. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 55. *num.* 14. *part.* 2. *diuerſ.* quod verum eſt etiamſi communicatio haberet Clauſulam. *In omnibus & per omnia*, ac notat Rota *citat.* Nam hæc Clauſula refertur ad Priuilegia habilia communicari per talem generalem communicationem, vndè vt hoc, & alia huiuſmodi priuilegia veniant ex vi communicatioois, oportet, quod communicatio ſit concepta tam amplis Clauſulis, vt oſtendant meotem Pootificis eſſe inducere ſub tali communicatione priuilegia quoque exorbitantia, & ſpeciali nota digna, quas clauſulas vix in vna, aut altera communicatione obſeruaui, cum regulariter fiant communicationes in forma communi.

Quicquid tamen ſit. Dicendum eſt. *Hodie non* 3
poſſe vigore alicuius priuilegij ſatisfieri vnica Miſſa cum quibuſvis collectis pluribus oneribus miſſarum ſuſceptis ex ſtipendio, ita Hieron. Rodriq. *in compend. reſolut.* 85. *num.* 86. Lugo Cardin. *diſput.* 21. *de Euchariſt. ſection.* 2. *num.* 28. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. verſ. *Rurſus.* Franc. Lugo, *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 12. *quæſt.* 6. *num.* 67. Alphonſ. de Leone, *de offic. Capel. quæſt.* 8. *ſect.* 14. *num.* 93. Fraxinel. *de oblig. Sacerd. ſect.* 6. *argument.* 21. *num.* 4. Fauſt. *lib.* 2. *de Euchariſt. quæſt.* 162. verſ. *Olim*, & communiter, qui ſcripſeruot poſt Decreta Sacr. Congregationis de celebrat. Miſſar. Ratio eſt, quia dictum priuilegium, & ſi quæ ſunt alia in hac materia, reuocata ſunt cum conſenſu, & approbatione Summi Pontificis à Sacra Congregatione in Decret. *de celebrat. Miſſar.* §. *Id verò*, cum ampliſſimis poſtea derogationibus eorum omnium, quæ contrariantur in diſpoſitis in prædictis Decretis.

Poſſet

4 Posset tamen aliquis dicere. Quod prædicta Decreta non sunt vbique acceptata, & proinde neque etiam iam priuilegia vbique reuocata, cum priuilegiorum reuocatio sit in consequentiam ad obseruantiam decretorum, verùm hoc nihil iuuat. Quia non potest dici, quod Decreta non sint acceptata saltem quoad ea, quam etiam obligant de iure naturali, & ex iustitia, vt quod tot celebrentur Missæ, quot soluto stipendio exiguntur. Deinde cum priuilegium contineat specialem facultatem Pontificis liberaliter concessam, non requiritur acceptatio, & consensus priuilegiati vt sortiatur effectum, vt inter alios notat Suarez *lib. 8. de legib. cap. 21. n. 7.* Rursus vt huiusmodi priuilegium habeat effectum indiget voluntate summi Pontificis supplentis de thesauro Ecclesiæ pro illis Missis quæ non celebrantur, & coniungentis cum Missa, quæ valet pro pluribus huiusmodi supplementum. Ergo eo ipso, quod Pontifex remouet voluntatem, & impeditur dispensatio de thesauro Ecclesiæ, remanet Missa in suo esse, quod habet independenter à priuilegio, quia caret supplemento necessario, & proinde non est apta, vt satisfaciat pro pluribus siue sit acceptata, siue non sit acceptata priuilegiorum reuocatio.

Q V Æ S T I O 960.

An Priuilegium de satisfaciendo pluribus Missis vnica Missa cum pluribus collectis sit absolutè reuocatum.

S V M M A.

1 *Respectu quarum Missarum sit reuocatum priuilegium de Collectis.*
2 *Priuilegium de Collectis in quibus casibus concedit facultatem dispensandi.*
3 *Est concessum pro subleuatione ab oneribus.*
4 *Etiam post ipsius concessionem suscipiendis.*
5 *Finis concessionis dicti priuilegij.*
6 *Religiosi non possunt per Collectas satisfacere Missis, quas tenentur celebrare ex Constitutionibus.*

1 Ratio dubitandi oritur ex eo, quod Decreta *de celebrat Miss.* disponũt de Missis, quæ celebrantur siue ratione stipendij manualis, siue ratione Capellaniæ, siue ratione beneficij, & proinde ijs, quibus quocunque modo emolumentum temporale, correspondet ex quo videtur deduci quod non reuocet absolutè dictum priuilegium, sed tantum in ordine ad has Missas, & proinde adhuc posse habere locum quoad illas Missas, quæ sine stipendio, aut titulo oneroso celebrantur, quales sunt quas celebrant Regulares ex præscripto suarum Constitutionum Accedit etiam quod finis reuocationis huiusmodi priuilegij fuit, vt exactè seruaretur Decretum de celebrandis tot Missis quot stipendia recepta fuissent, vt satis declarãt illa verba *Id verò vt deinceps obseruetur exactius. Sac Congr. eadem Autoritate reuocat priuilegia &c.* Ergo cum non plus extendatur reuocatio, quam casu finalis, non erit reuocatum quoad Missas, quæ celebrantur ex alia obligatione quam ex iustitia

2 Dicendum tamen est, *Priuilegium esse absolutè reuocatum.* Ratio est quia Priuilegium Leonis X. de quo in præcedenti quæstione dictum est, non concessit, quod eadem Missa absolutè cum septem, aut nouem collectis æquiualeret septem, aut nouem Missis, sed solum quod Generalis pro tempore posset dispensare, vt vnica Missa cum septem, aut nouem collectis satisfacerent septem, aut nouem Missis. Vnde est priuilegium concedens facultatem dispensandi, & proinde in casibus, in quibus locum habere possit dispensatio; cum autem dispensatio, requirat causam rationabilem & debeat concedi cum cognitione causæ, fit, quod hæc facultas sit tantum concessa, quando esset iam contracta obligatio celebrandi plures Missas, quam celebrare possent, & proinde non potest intelligi de obligatione ex Constitutionibus, quia hæ non aggrauant supra vires, sed de obligationibus extrinsecus impositis, & acceptatis ratione Eleemosinæ. Ergo absolutè remanet reuocatum priuilegium, quia reuocatur in ordine ad satisfaciendum consueto modo his obligationibus.

Deinde si consideretur illa Constitutio. Leonis, 3
quæ est quinta huius Pontificis apud peitin. *De priuileg,* huiusmodi priuilegium ad supplendum omnibus Missis, quibus onerabantur ratione eleemosinæ acceptæ, vt constat ex narratiua, & etiam, ex verbis concessiuis ibi *Ac Commemorationes huiusmodi de quibuscunque sanctis vel etiam de functorum vel aliàs ad eorundem fratrum deuotionem taliter facta eisdem fidelibus, qui eleemosina huiusmodi pro ipsis Missis celebrandis eisdem fratribus pro eorum substentatione dederint, & inposterum eos dare contigerit plenè suffragentur.* Ergo priuilegium non est extendendum ad alios casus, præter expressum in concessione, ergo cum reuocetur quoad hunc Casum remanet absolutè reuocatum.

Quod etiam constat ex verbis reuocationis, ita 4
enim habent. *Quibus indulgetur, vt certarum Missarum vel Aniuersariorum celebratione aut aliquibus Collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat* Hoc autem priuilegium dat facultatẽ Generali vt dispenset, vt per collectas satisfiat pluribus oneribus Missarũ, quæ in futurũ post concessionẽ priuilegij erunt suscipienda. Clausula enim. *In futurũ suscipiendis* refertur ad concessionem priuilegij, ita vt sint onera futura respectu concessionis priuilegij, vt declarat eadem Sac Congregatio *in Respons. ad. 6. dub.* ex propositis super ijsdem Decretis.

Ex quibus constat. Quod dictum priuilegium con- 5
cessum fuit ad subleuandos illos Religiosos ab oneribus Missarum, quibus plenè satisfacere non poterãt & proinde non se extendere ad onera, quæ imponuntur per Constitutiones suis Religiosis, quia hæc sunt primo loco implenda tanquam à lege prouenientia, quam suscipiantur alia adiacentia & cum ipsa sint minora, quàm quibus satisfacere possunt Religiosi, non inferunt grauamen, vt proinde priuilegium concessum, vt satisfieri possit oneribus Missarum non respicit obligationes ex Constitutionibus prouenientes, quibus neque etiam verba priuilegij aptari possunt, quæ procedunt de Missis manualibus, quæ quotidie suscipiuntur celebrandæ.

Ex hoc autem fit, quod neque Regulares subditi, 6
neque superiores locales possint per collectas satisfacere Missis, quas tenentur recitare pro defunctis sui ordinis, vtentes supradicto priuilegio Tum quia absolutè reuocatum est, vt dictum fuit, siquidem reuocatum fuit in ordine ad oppositum finem propter quem concessum fuerat, atque adeò reuocatio adæquat concessionem, fuerat enim concessum, vt per collectas satisfieri posset pluribus oneribus Missarum & reuocatum fuit, vt non posset eo modo satisfieri. Tum quia, dato quod non esset reuocatum, quoad Missas, quæ non sunt ex stipendio & quod haberet locum quoad ipsas, vt possit executioni mãdari, requiritur dispensatio Generalis, cum priuilegium sit concessum Generali, vt dispensare possit, vnde seclusa dispensatione, non potest priuilegium habere aliquem effectum.

QVÆSTIO. 961.

An in satisfaciendo oneribus missarum sequi possimus opinionem probabilem.

SVMMA.

1 *Circa onera missarum an possimus sequi opinionem probabilem.*
2 *Opinio probabilis cur non habeat locum in administratione sacramentorum.*
3 *Decreto de celebrat. missarum non admittunt opinionem probabilem.*
4 *Opinio probabilis ex parte materiæ seu obiecti reddit satisfactionem inæqualem.*
5 *Æqualitas probabilis non est absolutè æqualitas.*
6 *Opinio probabilis licèt faciat tunc nostram operationem, non tamen facit æqualem solutionem.*
7 *Debitum certum non potest extingui secundum opinionem probabilem.*
8 *Quomodo liceat sequi opinionem probabilem in administratione Sacramentorum.*
9 *Cur suscipiens, non vero ministrans Sacramenta possit sequi opinionem probabilem.*
10 *Cur non possint ministrari Sacramenta cum opinione probabili.*
11 *Non possumus indicare, quod modus satisfaciendi secundum opinionem probabilem sit sufficiens.*

1 QVamuis de hac materia nonnulla dicta sint in superioribos, hic tamen ex professo discutienda est. Difficultas autem procedit de obligationibus, quæ sunt ex iustitia. Quod autem possimos sequi opinionem probabilem, etiam minus tutam conatur probare. Marchin. *de sacram. Ordini tract. 3. part. 2. cap.* 17. Prob. autem primò. In administratione sacramentorum possumus sequi opinionem probabilem, licet minus tutam & expositam periculo irritationis sacramenti, non obstante obligatione, qua sacramentis debemus reuerentiam; vt docent quamplures Doctores. Ergo etiam licebit sequi in satisfaciendo oneribus missarum qoia si licet in ministratione sacramentorum, quæ obligat aliquando ex Charitate, & aliquando etiam ex iustitia, vt cum ministrantur ex debito muneris, licebit etiam in satisfactione onerum missarum; quia non minus tenemur exhibere sacramenta certa, qoàm certam satisfactionem onerum missarum. Confir. Non habet quis maiorem obligationem erga alios, quàm erga seipsum. Ergo cum possit suscipere sacramentum cum opinione probabili accedendo. V. G. ad sacramentum Pænitentiæ cum sola attritione cognita, quamuis possit habere contritionem poterit etiam ministrare cum opinione probabili. Ergo etiam satisfacere iuxta opinionem probabilem oneribus missarum, quamuis fortasse adsit periculum nè in re sit illa satisfactio plena; quæ est debita.

2 Secundò dato, quod non admittatur posse administrari sacramenta secundum opinionem probabilem, sed debere esse certam ministrationem, & non expositam periculo. Ideò hoc habet locum in sacramentis, quia tale sacramentom est necessarium necessitate medij ad salutem, sacrificium autem nec etiam est necessarium hoc modo. Tertio dum quis sequitur opinionem probabilem in satisfaciendo oneribus Missarum prudenter iudicat talem modum satisfaciendi esse conuenientem, nec contrarium alicui præcepto, nec facit contra ius alterius, quia exhibet, quod prudenter iudicat esse sufficiens ad extinguendam obligationem propriam, & satisfaciendum iuri alieno.

Dicendum tamen est. *Non posse nos sequi opinionem probabilem in satisfaciendo oneribus Missarum, sed debere sequi certam.* Et hoc stando Decretis sacræ Congregationis de celebrat. Missar; certum omnino est, siquidem sub obtestatione diuini Iudicij præcipit, quod tot missæ celebrentur, quot fuerint tributa stipendia; sed etiam sistendo in iure naturali idem constat; nam opinio probabilis, secundum quam satisfit oneribus missarum se tenet ex parte materiæ, itavt faciat probabilem ipsam materiam, circa quam versatur operatio, vt in præsenti, si opinio probabilis se teneat ex parte valoris extensiuè infiniti missæ, & ideo faciat probabile, quod missa sit æqualis satisfactio, siue celebretur pro vno tunc petente, siue pro multis, vel se tenet ex parte operationis, itave sit regula ipsius, vt si dictaret, quod hoc vel illo modo sufficienter adimplerentur onera missarum. 3

Si opinio probabilis primo modo se habeat, manifestum est, quod non possumus illam sequi in adimplendis oneribus Missarum. Nam manifestum est, quod non adimpletur sufficienter aliquod onus, nisi, quod soluitur, sit ad æqualitatem debiti, vt dictum est etiam in superioribus, nam eo ipso, quod non est ad æqualitatem, non soluitur totum, quod debetur, & proinde non adimpletur onus sufficiēter. Quando autem satisfit oneribus Missarum secundum opinionem probabilem, quæ se teneat ex parte materiæ, seu illius, quod exhibetur pro adimplendo onere, solutio non est ad æqualitatem debiti. quia debitum est de re certa, solutio autem est de re, quæ est æqoiualens solum secundum opinionem probabilem, & proinde quæ potest non esse æquiualens, & quod creditor minus habeat, quod deberet habere; quod autem est tantum probabiliter æquiualens, non est absolutè æquiualens, sed tantum secundum quid. 4

Dices stante opinione probabili, adesse æqualitatem, & ideo quandiu non apparet inæqualitas, standum esse pro æqualitate, Verùm hoc non iuuat, qoia stante opinione probabili apparet tantum æqualitas probabilis, qoæ non est æquiualens absolutè; sed solum secundum quid, hoc est in opinione, & ideo adhuc, stante opinione probabili; non adest illa æqualitas, quæ est necessaria. vt solutio sit sufficiens. Nā debet esse æqualitas certa, & absoluta, sicut debitum est certum, & absolutum. Deinde si detegeretur inæqualitas consurgeret vera obligatio satisfaciendi ad æqualitatem. Ergo dum æqualitas est tantum probabilis remanet insufficiens satisfactio; nam adhuc non pertingit ad absolotam, & certam æqualitatem, cum contineat periculom inæqualitatis, & cum hoc periculom non possit vnquā detegi, semper satisfactio remanet cum ipso, & minus æstimabilis fit, quam si esset certa. 5.

Si vero opinio probabilis se teneat ex parte operationis, neque adhuc secundū ipsā satisfieri potest oneribus Missarum. Ratio est, quia opinio probabilis, quatenus est mensura operationis, non se extendit ad dictandum vltra honestatem operationis, non autem facit, quod satisfactio sit æqualis debito, si aliàs non esset, quia ista æqualitas non pendet ab opinione, sed debet interuenire secundum rei veritatem, quia debitum debet in re, & non in opinione extingui, atque adeò per æqualitatē, quæ sit in re, & non secundum opinionem. Ergo non obstante quacumque opinione probabili, non satisfiet oneri missarum nisi satisfactio secundum se sit ad æqualitatem, itave huiusmodi æqualitas sit certa. Posita autem certa æqualitate satisfactionis non opus est opinione probabili. 6

Confirm. Debitum non est tantum secundum opinionem probabilem, sed est certum & indubitatum, 7

vt si

vt si quis v. g. acciperet viginti stipendia pro viginti Missis. Ergo nun potest extingui secundum upinionē probabilem, quia ad adæquatè extinguendū requiritur adæquata æqualitas. Non est autem adæquata æqualitas quæ eahibetur secundum opinionem probabilem, quia sequens opiniunem probabilem, quod possit eatingni hoc, vel illo modo probabili, eatinguit tantum prubabili modo. Eatinctio autem probabilis, cū æqualitate probabili non æquiualet solutioni certæ debiti certi.

8 Ad 1. Resp Cum Doctores docent, licere sequi opinionem probabilem, licet minus tutam in administratiune. Sacramenturum, intelligere, quantum est ea vi eaigentiæ Sacramenti, nun autem quantum est ea parte iuris illius, qui Sacramentum suscepturus est, quia cum habeat ius ad Sacramentum certum, & absque periculo nullitatis, qui ministrat tenetur correspondere huic iuri, siue ministret ratione muneris, & ea iustitia, siue ratiune Charitatis, quia penes ipsum est obligatio siue spontaneè assumpta, siue ratione muneris ad satisfaciendum huic iuri, & ideò non potest sequi opiniunem probabilem, relicta certa, nisi cogente necessitate. Cum ergo sit certum ius illius, cui debetur celebratio Missarum non potest ipsi satisfieri secundum opinionem probabilem relicta certa, quia non eabibetur tutum, quod exigitur.

9 Ad Confit. Resp. Esse diuersam rationem de suscipiente, ac de ministrante Sacramenta, nam suscipiens potest cedere iuri proprio, & se eapunere periculo non percipiendi Sacramentum, ministrans verò non potest derogare iuri alienu, & idem occurrit etiam in satisfaciendo oneribus Missarum. potest enim satisfieri secundum opinionem probabilem, si consentiat is, cui satisfaciendum est, quia tunc nulla ei fit iniuria. At si non consentiat non potest. Adde etiā quod non semper suscipiens potest cum opinione probabili suscipere Sacramenta, vt quando tenetur esse certus de susceptione valida, vt contingit in Baptismo, qui est ianua omnium Sacramenturum.

Ad 2. Nuu ub illam ratiunem non pusse ministrari Sacramenta cum upiniune probabili, sed quia nō potest cum tali administratiune satisfieri iuri, quod habet suscipiens ad ipsa, vt dictum est supra; Hæc autem ratiu militat etiam quoad satisfaciendū oneribus Missarum, quia agitur de satisfaciendo iuri, quud eaigit sulutiunem certam qualis non est quæ nititur tantum opinioni probabili, & non realitati veræ, & æqualis sulutiunis.

10 Ad. 3. Sequentem opinionem probabliem in satisfaciendo nunquā posse iudicare, quod satisfactio sit talis, & tanta, qualis, & quanta debet correspondere iuri crediteris, quia cum ius sit certum, vt supponitur requirit etiam satisfactionem, quæ sit tanta, quæ adæquet ius, & sit talis quale est ipsum ius, vnde cum ius sit certum & ad aliquid certum, satisfactiu, vt correspondeat adæquatè, deber esse certa, itavt quod eahibetur sit certū vt id, quod debetur, cum autē repugnet existimare certum, quod est tantum probabile repugnat etiam iudicare, quod sequendu opinionem probabilem in satisfaciendo exhibeatur satisfactio certa & quud sit illa, quam eaigit ius creditoris. Vnde opinio prubabilis solum uperatur, quod talis modus satisfaciendi ea vno Capite non habeat deformitatem, quatenus scilicet concordat ex hac parte cum ratione non autem quod absolutè sit honestus, nam ex aliu capite non concordat cum iure creditoris, & ideò neque etiam cuncordat cum alio dictamine rationis, nempe quod credituri habenti ius certum reddendum sit quod debetur in forma certa.

DE OBLIGATIONE CELEBRANDI EX Stipendio & translatione in alium.

Ex dictis constat ratione stipendij consurgere obligationem celebrandi ex iustitia ratione illius mutuæ obligationis, quæ interuenit inter dantem & recipientem, dans enim exigit Missæ celebrationem, & propterea mediante stipendio prouidet Sacerdoti de substentatione Sacerdos verò se obligat ad impendendum suum Ministerium. Circa hanc tamen obligationem, ac translationem vnius in alium occurrunt plures difficultates quæ modo examinandæ sunt.

QVÆSTIO 962.

An recipiens stipendium pro Missa non solum teneatur ad substantiam, sed etiam ad qualitatem Missæ.

SVMMA.

1 *Qualitas Missæ non cadit sub obligatione, quando nō est secundum Rubricas, &c.*
2 *Celebranda Missa qualitatis adiecta, si aliàs oriretur scandalum.*
3 *Aucto stipendio qualitas Missæ cadit sub obligatione.*
4 *Recipiens stipendium an teneatur ad qualitatem Missæ.* & num. seq.
7 *Consentiens in qualitatem Missæ tenetur, nisi obstet Rubrica.*
8 *Qualiter peccetur si non celebretur Missa cum qualitate, &c.*
9 *Seclusa promissione non adest obligatio ad qualitatem Missæ obligatio non est sine consensu.*
10 *Acceptans stipendium non censetur consentire in qualitatem Missæ.*
Tacens quando habeatur pro negante, aut indifferente.
11 *Quando obstat Rubrica qualitatis Missæ, non est recitanda collecta, &c.*
12 *Pro qualitate Missæ satisfit recitando collectam conformem.*
13 *Vna Missa non compensatur cum aliâ quoad intercessionem Ecclesiæ*

QVi Missas commendant, sulent aliquando petere certam Missam, aut de Requiem, aut Votiuam. 1
Cunueniunt autem cummuniter præsertim infracitandi. Quod quandu dans stipendium petit Missam, quæ aut iuxta Decreta S. Rituum Cungreg. nuu potest celebrari aut nec secundum Rubricas Missalis, vt si pru die festo, aut duplici peteret Missam votiuam, aut de Requiem, non consurgit obligatiu quoad qualitatem Missæ, nam quamuis accipiatur stipendium à petente, censetur tantum præbere cunsensum in celebratiuuem Missæ, quatenus per Missā est, & ideu satisfiet obligatiuni, si celebretur missa, quæ eo die secuudum Rubricas celebranda est. Vnde difficultas remanet, quando celebrari putest.

A 2 Secun-

2 Secundò etiam conueniunt, quod celebranda eſt Miſſa illius qualitatis, quæ petitur, quando ſi non celebraretur oriretur ſcandalum, vt inter alios notant Auerſa *quæſt. 11. de Euchariſt. ſect. 18. ver. Primo Sacerdos.* Franc. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 11. quæſt. 4 n. 42.* aut etiam quando oriretur indignatio & perturbatio in præſente. Hæ enim circumſtantiæ exigunt, vt ſatisfiat petitioni exibentis ſtipendium. Quod tamen intelligendum eſt, quando ſecundum Rubricas celebrari poteſt alioquin ad ſcandalum, aut indignationem euitandam moneri poterit, quod talis Miſſa ſecundū Rubricas non promittatur.

3 Tertiò etiam mihi videtur certum, vt notat etiam Petr. Nauar. *lib. 2. de reſt. cap. 1 n. 248.* Quod ſi petens Miſſam votiuam, aut de Requiem augeat ſtipendium ſupra conſuetum teneri Sacerdotem talem Miſſam celebrare, nam illud augmentum denotat in exhibente ſpecialem voluntatem talis Miſſæ. Vnde acceptans conſentit in illam ſpecialem voluntatem exhibentis, qui cum augeat ſubſtentationem Sacerdotis, Sacerdos acceptans ſuſcipit etiam illam ſpecialem obligationem, & proinde tenetur ex iuſtitia implere, ſicut tenetur celebrare Miſſam extra autem hoc caſus.

4 Prima ſententia aſſerit. Sacerdotem recipientem ſtipendium teneri ad celebrandas Miſſas, illius qualitatis cuius exiguntur. Ita Angel. *verbo.* Miſſa *n. 52.* Armilla *num. 36.* Bartol. ab Ang. *dial. 5. de miſſ. §. 749.* Franc. Lug. *lib. 5. de ſacram. cap. 11. quæſt. 4. num. 43.* Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia aliàs, ſi non celebraret, infideliter ſe gereret. Confir. Dum ſacerdos acceptat ſtipendium à petente talem miſſam, implicitè ſe obligat ad celebrandum iuxta petitionem. Hanc etiam ſententiam tenent nonnulli alij, qui volunt, ſacerdotem teneri ad qualitatem miſſæ, quando non adeſt rationabilis cauſa in oppoſitum, cum ſatisfacere promiſſioni ſit cauſa rationabilis dicendi paſſim tales miſſas.

5 Secunda ſententia aſſerit, ſatisfieri obligationi celebratione cuiuſcumque miſſæ currentis. Ità Suar. *diſp. 83. de Euchariſt. ſect. 3. ver. In quo;* Villalob. *p. 1. tract. 8. difficult. 31. num. 6.* Ioan. à Cruce *part. 1. direct. Conſcien. quæſt. 4. de ſacrific. miſſ. dub. 2. Concl. 2.* Petrus Nauar. *lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 248.* Ledeſ. *par. 1. ſum. tract. de Euchariſt. cap. 24. Concl. 2.* Lugo Card. *diſp. 21. de Euchariſt. ſect. 2. num. 35.* Bordon. *tom. 1. Conſ. Regul. reſol. 25. quæſt. 3.* Palaus *par. 4. oper. moral. tract. 22. diſp. vn. pun. 14. num. 10.* Peitin. *de priuil. ad Conſtit S. Leonis X. num. 2.* Auerſa *quæſt. 11. de Euchariſt ſect. 18 ver. 1. ſacerdos* Tambur. *opuſc. de ſacrif. miſ. lib. 2. cap. 6. §. 2. num. 5.* Gabr. à S. Vincent. *de ſacram. diſp. 3. de ſacrif. miſ. quæſt. 7. difficul. 5.* Fundamentum eſt. Quia omnia ſacrificia ſunt æqualis valoris; præces autem miſſæ compenſantur præcibus miſſæ currentis.

6 Tertia ſententia aſſerit, ſtante rationabili cauſa celebrari poſſe miſſam alterius qualitatis à præſcripta. Secus autem deficiente rationabili cauſa. Ita Sotus *in 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 1. in fine.* Nauar. *cap. 21. Manual. num. 7.* Dictor. *in ſum. vbi de Euchariſt. num. 95.* Suarez *diſp. 83. de Euchariſt. ſect. 3. verſ. In quo,* Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 32. quæſt. 6.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 14. num. 4.* Tabiena *verbo.* Miſſa. *n 53.* Syluest. *verbo* Miſſa 2. *quæſt. 4.* Miranda *tom. 1. manual. quæſt. 41. art. 21. Concl. 2.* Henriquez *lib. 9. ſum. cap. 23. num. 6.* Reginal. *lib. 29. Praxis fori pænit. num. 208.* Rodriq. *par. 1. ſum. num. 248. num. 9.* Fraxinel. *de oblig. ſacerd. ſect. 4. Concl. 4.* Poſſeuin. *de off. Curati cap. 2. num. 44. in fine.* Beia. *par. 1. caſ. 23. ver. Primum oſtendo.* Bonac. *diſp. 4 de ſacram. quæſt. vlt. punct. 7. §. 3. num. 4. verſ. Dixi* Gauant. *in rubr. miſſal. part. 1. tit. 13. num. 20.* Syluius *3. par. quæſt. 71. art. 9. ad 5.* Facundez *præcep. 1. Eccleſ. lib. 3. cap. 9. num. 6.* Homob. *par. 1. exam. Eccleſ. tract. 4. cap. 14. quæſt. 126.* Quartus *in rubr. miſſal. part. 1. tit. 4. dub. 11. verſ. Dico 2.* Qui volunt, quod dicere miſſam de ſancto Currenti ſit rationabilis cauſa non celebrandi miſſam præſcriptæ qualitatis.

7 Dicendum 1. *ſacerdotem explicitè promittentem miſſas certæ qualitatis teneri illas recitare, quando rubricæ eas permittunt.* Ita Nauar. *concil. 6. de celebrat. miſſ. lib. 3.* Facundez. *præcep. 1. Eccleſ. lib. 3. cap. 9. num. 6. & cap. 10. num. 12.* Dixi quando rubricæ eas permittunt. Quia ſi non permittunt, promiſſio non tenet. Dato enim quod rubrica de qualitate miſſæ ſit tantum directiua, adhuc promiſſio erit contra directionem publicam Eccleſiæ auctoritate approbatam, & ideo non tenebit, vtpote deſtructiua huius directionis. Ratio autem Concluſionis eſt. Quia promiſſio obligat ex fidelitate. Imò addo, quod cum accipiatur ſtipendium obligabit, ſicut obligat promiſſio de celebranda miſſa quæ obligat de Iuſtitia.

8 Quale autem peccatum ſit non ſeruare huiuſmodi promiſſionem. Reſp. Ex genere ſuo eſſe tantum veniale vt aduertunt Petr. Nauar, Auerſa, Franc. Lugo, Quartus *loc. ſupra cit.* & alij ex citatis Doctoribus, quia materia eſt leuis. Addunt tamen poſſe eſſe peccatum mortale, ſi ſuperueniant circumſtantiæ valdè aggrauantes, aut ſcandali, aut indignationis; aut quia ſtipendium notabiliter augeatur; an autem idem dicendum ſit, ſi miſſæ commendatæ ſint in magno non videtur negatiuè reſoluendum. Quia rationem pluralitatis miſſarum videtur materia euadere grauis, atque coaleſcere in vnum quatenus priuatum qui miſſas commendauit illo ſpeciali fructu, quem ex tot miſſis talis qualitatis eſſet percepturus, qui licet ſit acceſſorius, ad fructum principalē ex opere operato dum tamen cadit ſub explicita promiſſione ſit abſolutè debitus. Non tamē videtur ita facile agnoſcendum in hoc peccatum mortale, quia non eſt certum, quod aliàs iſte fructus haberet ſuum effectum. Vnde nec etiam eſt certum damnum & aliàs de ſe in qualibet miſſa; eſt tamen violatio promiſſionis peccatum Veniale

9 Dicendum 2. *ſecluſa expreſſa promiſſione non adeſſe obligationem celebrandi miſſam qualitatis præſcriptæ, ſed ſufficere celebrare miſſam.* Ratio eſt. Quia, vt inducatur obligatio, requiritur conſenſus illius, qui debet eſſe obligatus *l. in venditione ff. de contrahen. empt. & l. 1. §. 1. ff. de pact. & l. Non omnis ff. de reb. cred.* Qui quidem conſenſus debet eſſe formalis, aut ſaltem virtualis, implicitus. In præſenti autem non interuenit formalis, vt ſupponitur, nec virtualis implicitus. Quia acceptatio ſtipendij conſueti non continet virtualem conſenſum in qualitatem miſſæ, ſed tantum in ſubſtantiam. Nam continet illa conſenſum virtuali modo, quem exigit exhibitum ſtipendium, ſtipendium autem conſuetum exhibitum exigit ſolum conſenſum conſuetum de celebranda miſſa, non autem ſpeciale aliquem conſenſum, in quid extraordinarium, qualis eſſet conſenſus in qualitatem ſiquidem in ſe non habet aliquid, cuius vigore poſſit exigere hunc ſpecialem conſenſum, ſicut poſſet exigere, ſi ſuprà conſuetum eſſet auctum.

10 Dices. Cenſeri conſentire, dum exhibens ſtipendium exprimit qualitatem miſſæ & ipſe tacet & acceptat ſtipendium. Verùm hoc dici non poteſt, quia ſignum extrinſecum non valet de ſui natura inducere conſenſum in qualitatem miſſæ tanquam ad obligationē ſpecialem. Sed neque etiā inducitur ex taciturnitate, quia tacens potius habetur pro negante, quando poſitiuè debet induci conſenſus, vt notant Præpoſit. *in cap. 2. in fine diſt. 27.* Salicet *in l. inuitus num. 4. verſ. Pro horum. C. de Procurat.* Bellarm. *in Cap. Nonne not. 2. de præſumpt.* Aut ad ſummum taciturnitas

turnitas facit, quod habeatur, vt indifferens, itavt neque consentiat, aut dissentiat iuxta Glos. *in Clem. sepè verbo.* Non contradicent *de verb. signif.* Dec. *in l. qui tacet ff. de reg. Iur.* Cagnol. *ibidem*, Abbas *in cap. Nonne verba.* Sed habetur *de presumps.* Dinus *in cap. Is, qui tacet de reg. Iur. in 6.* Anchar. *Cons. 224. n. 4. ver. Et fortè.* Cinos *in l. Inuitus* ver. *sed mihi C. de procur.*

11 Ex dictis infertur. Quod quando non celebratur Missa præscriptæ qualitatis eò quod in illa die non permittatur à Rubricis non esse recitandam Collectam, siue ex Missa alterius qualitatis præscriptæ, vt notant Nauar. *cap. 25. manual. num.* 100. Beia *part. 1. cap. 23.* vers. *Demum.* Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 7.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct. 1. §. 3 num. 5.* Franc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 11. quæst. 4. n. 45.* Quia non debet immutari ordo collectarum præscriptus à Rubricis in gratiam personæ priuatæ. Hoc autem debet accipi quando secundum Rubricas non est locus, collectæ correspondenti qualitati Missæ præscriptæ, nàm si adsit locus, vel quia tertia oratio sit ad libitum, vel quia superaddi possint plures, poterit tunc recitari, quia nihil aderit, quod impediat.

12 Infertur Secundò. Quod si recitetur Collecta Missæ votiuæ aut de Requiem, satisfiet petitioni Missæ talis qualitatis. Nam Missa talis, vel talis qualitatis importat supra fructum ex opere operato illum specialem fructum, qui habetur ex interpositione intercessionis Ecclesiæ. Hæc autem interpositio fit mediante oratione, nã cætera, quæ sunt in his Missis specialibus, quamuis specialia sint illarum non tamen continent intercessionem Ecclesiæ. Et ideò eo ipso quod additur pro Collecta oratio Missæ præscriptæ, habetur eadem intercessio. Quod etiam locum habet in Missis Defunctorum, nam intercessio Ecclesiæ propriè consistit in oratione, quæ pro defuncto, vel defunctis recitatur. Cętera verò, quamuis appropriata defunctis, non interponunt tamen intercessionem Ecclesiæ, sed tantum iuuant vt præces, quæ proinde compensantur per præces alterius, cum quæcumque oratio siue sit appropriata siuè non appropriata æquè prosit, quando oratio est.

13 Ad fundamentum 1. Sentent cõstat ex dictis. Nam solum Sacerdos infideliter se gerit, si promisit. Quomodo autem non promittat nec se obliget ex eo quod acceptet stipendium, constat ex dictis *n. 9.* & 10. Ad fundamentum. Secundæ sentiæ licet præces Missæ compensentur præcibus missæ currentis, quatenus orationes sunt. Non tamẽ cõpensatur intercessio Ecclesiæ, quia non interuenit, nisi recitetur illa specialis oratio ab Ecclesia instituta per quã interponitur, quæ tamẽ est debita; si de ea præcessit specialis promissio.

QVÆSTIO 963.

An ex acceptatione stipendij, oriatur obligatio recitandi omnes collectas præscriptas ab exhibente

SVMMA.

1 *Quando acceptans stipendium remaneat obligatus ad collectas præscriptas.*

2 *Acceptans stipendium non tenetur ad collectas præscriptas.*

Collecta extraneæ Missæ non veniunt in consequentiam, ad ipsam.

3 *Exhibens consuetum stipendium non potest imponere aliud onus vltra consuetum Missæ.*

4 *Acceptans summum stipendium tenetur ad collectas præscriptas.*

SOlent nonnulli, quando dant stipendium pro celebratione Missarum exigere, quod recitentur plures collectæ in quadam Missa. Vnde consurgit difficultas, an acceptans stipendium remaneat obligatus. Et quidem certum est, quod in duplici casu remaneat obligatus. Primò si expræssè promittat etiam illas Collectas, nam promissio de se independenter à quocumque alio habet vim inducendi obligationem saltem ex fidelitate. Secundò, si intuitu illarum collectarum augeatur stipendium, nam eò ipso, quod acceptatur, acceptatur etiam onus annexum illi augmento, & ideò consurgit obligatio ex iustitia sicut consurgit quoad celebrandam Missam. Vnde difficultas reducitur ad casum, in quo Sacerdos acceptaret consuetum stipendium absque vlla promissione quoad illas Collectas. 1

Dicendum est. *Sacerdotem acceptantem consuetum stipendium pro celebranda Missa, non remanere obligatum ad illas speciales Collectas ratione acceptationis.* Ita debent sentire ij, qui volunt neque remanere obligatum ad qualitatem Missæ, quos recensui *quæstion. præced n. 5.* cum sit eadem ratio. Ratio est. Quia instantia quod celebretur Missa, & cum aliquibus Collectis, quæ secundum Rubricas sunt extraneæ Missæ celebrandæ, onus est separabile ab alio, nam potest celebrari Missa absque Collectis. Rursus stipendium, quod exhibetur correspondet vnico tantum oneri, cum sit illud consuetum, quod datur pro substentatione ex eo, quod suscipitur onus celebrandi. Ergo ex eo, quod acceptatur stipendium, non suscipitur aliud onus, quàm illud, ad quod iuxta taxam, vel consuetudinem ordinatur stipendium, quia hoc solum venit in consequentiã, vt annexum stipendio ex rationabili voluntate imponentis. Et dum aliud speciale onus exigit, suscipi præsumitur id gratis exigere, & ideò non venit in consequentiam ad acceptationem stipendij illius susceptio, sed indiget speciali expressione. 2

Confirm. Dum dat consuetum stipendium pro Missa, dat id, ad quod tenetur de iure naturali pro substentatione Sacerdotis, ex eo, quod ipsum obligat ad offerendum sacrificium ad sui instantiam. Ergo non potest vti eodem stipendio ad imponẽdum aliud onus separabile à priori, non secus, ac soluens debitum ex vno titulo, non potest vti eadem solutione ad imponendam nouam obligationem, quia cum sit debitum titulo substentationis pro onere offerendi sacrificium, non est sufficiens pro fundando alio onere. 3

Est tamen aduertendum, quòd stante latitudine stipendij, itavt adesset summum & infimum, si petens missam cum pluribus Collectis extraordinariis exhiberet summum stipendium cum declaratione, quod ideò dat summum, quia vult illas collectas, cum aliàs posset exhibere infimum, aut mediocrem, eo ipso, quod Sacerdos acceptaret, remaneret obligatus etiam ad collectas, quia iam ex parte stipendij interueniret aliquid ordinatum ad hoc speciale onus stante illa expressa declaratione. & proinde acceptatio esset tacita susceptio illius specialis oneris. 4

QVÆSTIO 964.

Quousque differri possit adimpletio onerum Missarum.

SVMMA.

1 *Quid disponunt Decreta de celebratione Missarum circa dilationem celebrandi Missæ.*

2 *Consentiente qui dat stipendium, potest differri celebratio Missarum.*

3 *Nimis differre celebrationem Missarum est peccatum mortale.*

4 *Non implere obligationem tempore præscripto est quid graue.*

5 *Quando dilatio Missarum sit tanta, vt fundet peccatum mortale.*

6 *Sacerdos an possit protrahere vsque ad concessum tempus, si alias possit prius celebrare.*

7 *Sacerdos tenetur celebrare intra præscriptum terminum.*

8 *Ecclesia licèt magnæ deuotionis non potest acceptare Missas, quas intra modicum tempus non possit celebrare.*

9 *Si Ecclesia ex aliquo casu non possit implere onera suscepta &c. excusatur.*

10 *Differentibus celebrationem Missarum non est imposita certa pœna.*

1 CIrca præsentem materiam. Decreta Sacr. Congregat. *de celebrat. miss.* §. *Ad hæc*, ita disponunt. *Eleemosinas verò manuales quotidianas pro missis celebrandis, ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant, alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosinis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis.* Cum autem ortum fuisset dubium, an qui nondum satisfecit oneribus susceptis prohiberetur absolutè noua onera suscipere, & sub hoc tenore dubium propositum fuisset S. Congreg. *An hoc Decretum prohibeat absolutè quominus accipiant nouas eleemosinas ij, qui acceptis non satisfecerint. Et quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere.* Respond. S. Congreg. *Non prohibere absolutè, ac propterea, & si oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.* Ita in respons. *ad* 10. *dub.* ex propositis supra iisdem Decretis.

2 Cum autem hoc Decretum emanauerit ad fauorem illorum qui Missas celebrandas commendant, fit, quod ipsis consentientibus differri possit celebratio in quodcumque tempus longum, possunt enim renunciare fauori suo & consentire, quod celebrētur Missæ eūmendatæ, quando cōmodum erit celebraturis. Et ita declarauit eadem Sac. Congr. *in resp. ad* 11. *dub.* ex propositis supra ijsdē Decretis. Declarationis tenor est. *Quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamē tribuens eleemosinam pro aliarum Missarum celebratione id sciat & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit. Decretum non prohibere quominus eo casu eleemosina accipiatur pro ijsdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis*, Difficultas autē est, quale peccatum sit differre celebrationem Missarum in longum tempus. Cum ergo secluso consensu commendantium Missas, non possit in longum protrahi adimpletio oneris, dubitatur qualiter peccent, qui nimis differunt.

3 Dicendum est. *Esse peccatum mortale nimis differre celebrationem Missarū.* Ita Aragon. 2. 2. *quæst.* 85. *art.* 3. *in fin. dub. ante penul.* Siluest. *verbo.* Missa 1. *quæst.* 10. *in fine.* Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *n.* 8. *in Com. litera V.* Petrus Nauar. *lib.* 2. *de rest. cap.* 2. *n.* 367. Rodriq. *part.* 1. *sum. cap.* 252. *concl.* 7. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. concl.* 12. Reginal. *lib.* 23. *Praxis fori pænit. c.* 17. *dub.* 4. *n.* 236. Nald. *in sum verbo* Missa *n.* 12. Facundez *præcep.* 15. *Ecclesi. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect.* 4. *concl.* 3. §. 5. *n.* 2. & *concl.* 5. §. 1. *n.* 4. Possœuin. *cap.* 2. *De offic. Curati, n.* 25. *quæst.* 1. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 7. § 5. *n.* 1. Homobon. *part.* 1. *exam. Eccles. tract.* 4. *c.* 14. *quæst.* 132. Fernandez *part.* 3. *exam. theol. mor. cap.* 5. §. 11. *n.* 4. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 18. vers. *Quinto qui*, Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 14. *n.* 11. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 1. *quæst.* 4. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 8. *n.* 1. Lidinu. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 10. *de Euchar. art.* 8. *dub.* 1 Lugo Card. *disp.* 21. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 45. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 31. *n.* 1 Alphons. de Leone *de off. Capel. quæst.* 8. *sect.* 19. *n.* 196. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 8. *n.* 76. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *n.* 400. Machad. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 19. *docum.* 9. *n.* 3. Thom. Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 18. *n.* 195. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 4. *quæst.* 17. Quartus. *in rubr. Missal in apend. quæst.* 4. *part.* 1. *difficult.* 2. *inst.* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 18. *num.* 1. Trullench. *lib.* 3. *de sacr. cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 12.

Ratio autem est. Quia vigente obligatione satisfaciendi alicui oneri, peccatur mortaliter, si non satisfiat, nam si est ex iustitia, læderetur ius alienum, si verò non est ex iustitia, læditur illa virtus, quæ exigit satisfactionem. In præsenti autem obligatio est ex iustitia, cum sit contracta ex stipendio. Confir. dans stipendium debet præsumi inuitus, quod diù differatur celebratio missarum à se commendatarum. Vnde cum in materia Iustitiæ fiat cōtra eius voluntatem, læditur ius ipsius. 4

Verùm adhuc dubium remanet, quando ex dilatione nimia, incipiat locum habere peccatum mortale. Respond. Hoc dependere ex assignatione termini, vltra quem sine peccato graui non potest differri celebratio, de quo infrà. Quia tamen sumus in rebus moralibus, hic terminus accipiendi est moraliter, ita vt assignato termino quousque sine peccato graui protrahi potest celebratio, adhuc vltra ipsum assignati possit paruitas materiæ, quæ solum inducat peccatum veniale, quæ erit duorum vel trium dierum, siquidem adhuc istud tempus videtur pertinere ad terminum moraliter sumptum, & ad summum importare supra concessam dilationem, paucam, quæ solum inducat peccatum veniale. 5

Rursus dubitatur, an si Sacerdos satisfacere possit ante terminum ad quemcumque protrahere potest celebrationem, & non satisfaciat, peccat ita vt solum in tantum possit protrahere vsque ad concessum terminum, in quantum non potest prius satisfacere. Resp. Quod si absque causa differat, peccat saltem venialiter, quia quamuis non vrgeat terminus vltra quem non possit differri satisfactio, vrget tamen obligatio satisfaciendi. Ideò si sine causa differatur, peccatur saltem venialiter. Secluso tamen aliquo motiuo speciali, ratione cuius exigitur acceleratio in satisfactione, non puto fore peccatum mortale, cum adsit latitudo ipsis concessa ad satisfaciendum. 6

Ex dictis infertur. Quod si Sacerdoti præfigatur tempus celebrandi ab exhibente stipendium, & ipse acceptet stipendium, tenetur celebrare intra tempus sibi præscriptum, nam per hoc non imponitur nouum onus, quia iam statim ac est acceptum stipendium, surgit obligatio celebrandi. Vnde solum eligitur certum tempus ex eo, in quo aliàs est adimplenda obligatio, & ideò, dum acceptatur stipendiū, acceptatur etiam onus cum præfixione temporis. 7

Secundò infertur. Quod dictum est de non acceptandis oneribus missarum, nisi infrà modicum tēpus impleri possint, habere locum etiam quoad Ecclesias habita ratione sacerdotum, qui ipsis oneribus susceptis satisfacere solent, cum militet etiam quoad ipsas eadem ratio. Et hoc locum habet etiam quoad Ecclesias magnæ deuotionis, ad quas defertur magnus numerus missarum celebrandarū, neque enim ratione magni numeri, aut sub pretextu continuandi 8

deuo

deuotionem & concorsum Populi acceptare possunt
stipendia, si cogantur differre satisfactionem ad lon-
gum tempus, vt declarauit S. Coogreg. in *resp. ad*
14. dub. ex propositis soprà *Decret. de celebrat. miss.*
nisi accedat consensus dantis eleemosinam. Vnde aut
abstinendum erit à receptione omnium eleemosinarũ
quibus satisfacere non possunt intra modicum tem-
pus, aut aduocandũ alios sacerdotes, qui suppleant.

9 Tertiò infertur. Quod si Ecclesia aliqua assume-
ret tot onera missarum, quot iotra modicum tempus
posset adimplere, sed ex aliquo casu, vel quia defice-
rent consueti sacerdotes aduentantes ad celebrandũ
in Eclesia, vel quia infirmarẽtur non posset intra mo-
dicum tempus adimplere, excusaretur. Interim tamen
teneretur curare, vt quam citò fieri posset adimple-
rentur; aut procurando alios sacerdotes, aut missas
committendo alijs celebrandas; subintrat enim re-
gula, quod obligatus ad aliquid faciendum, debet
satisfacere omni meliori modo, quo potest suæ obli-
gationi.

10 Quartò infertur. Non esse impositam aliqoam pœ-
nam differentibus ad longum tempus satisfactionẽ
onerum missarum. Quia pœnæ, de quibus in decreto
de celebratione missarum habent locum solum quoad
eos, qui sine necessaria licentia suscipiunt onera per-
petua missarum, vt declarauit eadem sacra Congreg.
in resp. ad 12. dub ex propositis *super eodem Decret.*
Alibi autem non reperitur aliqua pœna pro his sta-
tuta. Vnde superiores solum pœna arbitraria punire
possunt differentes ad longum tempus adimpletio-
nem onerum missarum.

QVÆSTIO 965.

Quid importet modicum tempus, intra quod satis-faciendum est oneribus missarum.

SVMMA.

1 *Modicum tempus intra quod implenda sunt onera missarum an importet tres annos.*
2 *Modicum tempus dicitur secundum subiectam materiam.*
3 *Modicum tempus dicit duos menses secundum aliquos.*
4 *Alij reducunt ad tres menses.*
5 *Modicum tempus assignandum arbitrio boni viri.*
6 *Celebratio missarum non potest differri vltra tempus determinatum.*
7 *Si non sit determinatum modicum tempus erunt duo menses.*
8 *Et tres, si non exigatur celeritas.*
9 *Missa pro recenter defuncto quamprimum celebranda.*
10 *Pro quanto tempore possint Ecclesiæ colligere eleemosinas missarum.*
11 *Ob non reijciendas eleemosinas missarum, an possint, qui hac die exhibent admitti ad participandum in sacrificijs illius diei.*

1 CVm non possint suscipi onera missarum, nisi ea
quibus intra modicum teiopus satisfieri potest,
dubitatur quantam latitudinem habeat hoc modicũ
tempus. Peirin. *de priuil. tom. 3. ad Const. 9. Vrbani*
VIII. ad 20. putat hoc modicum tempus importare
spatium trium annorum. Quia cum hæc decreta sint
odiosa attensa; præsertim mendicantium paupertate
debent ita interpretari, vt minus lædant, quam fieri
potest. Vnde cum sit arbitrarium decernere quod
nam sit modicum tempus; vt docent Tusch. *lit. I.*
concl. 37. num 11. Menoch. *lib. 2. de Arbitrarijs tract.*
31. num. 5. tempus trium annorum erit modicum.
Puto quod non viderit Naldum *in sum. verbo.* Tem-
pus *num 11.* docentem tempus longum importare
decem annos & ideo secundum omnes modicum tẽ-
pus esse illud, quod est infrà decennium, nam certè,
si vidisset, docuisset missarum celebrationem ex
obligatione stipendij protrahi posse vsque ad deceo-
nium.

Verùm hæc opinio Peirini omninò reijcienda est. 2
nam quamuis sit arbitrarium decernere quam latitu-
dinem dicat modicum tempus, est tamen attenden-
da subiecta materia, nam quod est modicum tempus
in vna materia vt notat Glos. *in cap. Præterea de ætat.*
& qualit ordinan. non est in alia. Et sic, vt aiebat Nald.
in aliqua materia, quod est infra decennium, haberi
potest pro modico tempore. In præsenti autem ma-
teria iudicio cuiuscumque prudentis viri tempus
trium annorum non solum reputabitur longum tem-
pus, sed etiam valde longum, quod ex eo conuincitur,
quod si dantes eleemosinas pro Missis putarent ea-
rum celebrationem esse differendam non dico vltra
annum, sed etiam ad quinque, aut sex menses, non ex-
hiberent eleemosinas, & proinde non potest haberi
pro modico tempore, quod regulariter non admitte-
retur pro tali ab exhibẽtibus eleemosinas pro missis.

Secundò alij putant, quod modicum tempus im- 3
portet spatium duorum mensium. Ita Marchin. *de or-*
din. tract. 3. part. 2. c. 31. n. 5. Ledesma *part. 1. sum. tract. de*
Euchar. cap. 18. concl. 17. Villalob, *part. 1. sum. tract. 9.*
difficul. 18. n. 2. Garaia *in sum. tract. 3. difficul. 10. n. 4.* Lu-
go Card. *disp. 21. de Euchar. sect. 2. n 24.* Trullenhc. *lib.*
3. de sacram. cap. 8. dub. 12. n. 13. Auersa *quæst. 11. de Eu-*
char. sect. 18. vers. *Quinto qui*, Franc. Lugo *lib. 5 de sa-*
cram. cap. 11. quæst. 8. n. 82. Lezana *in summ. verbo.* Mis-
sa *n. 39.* Quartus. *in rubr. Missal. in append. quæst. 4. pun.*
1. difficul. 2. vers. *Dicendum breuiter.* Fundamentum est.
Quia duo menses habentur pro modico tempore.
Cap. *Præsentium. 7. quæst 1.* & ex Conc. Trident, *sess.*
23. cap. 1. de reformat. vbi duorum mensium absen-
tia à sua Parochia habetur pro modico tempore. Ve-
rùm oporteret ostendere, quod sit modicum tempus
in præsenti materia.

Tertiò alij putant, tempus modicum complecti 4
in presenti materia tres menses. Ita Leander. *de sa-*
cram. tract. 8. disp. 4. quæst. 18. vers. *Ego probabiliter*, &
probabile putat Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3.*
cap. 1. §. 9. n. 4. vers. *Alij denique*, & nonnulli alij Re-
centiores.

Denique alij volunt, qood non sit assignandos 5
terminus certus, sed standum sit arbitrio boni viri,
ac singulorum conscientiæ Ita. Petr. Nauar. *lib. 2. de*
rest. cap. 2. num. 368. Dicastil. *de sacram. tract. 5.*
disp. 4. dub. 21 num. 403. Tom. Hurtad. *part. 1. resol.*
moral. tract. 2. cap. 4. resol. 18. num. 202. in fine ad-
dens, quod multum latius spaciũ, qoam duorum
mensium accipi potest pro modico tempore,
qood tamen quantum sit non conuenit scriptis tra-
dere.

In hac difficoltate existimo imprimis, non 6
posse differri celebrationẽ missarum vltra tempus de-
terminatum. Hæc autem determinatio aliquando
prouenit ex voluntate dantis eleemosinam, & ali-
quando ex natura rei, quando solutum sacrificium
offerendum est pro aliqua imminente occasione,
quæ proinde exigit offerri opportuno tẽpore, vt pos-
sit prodesse. Et in hoc conueniunt communiter
Doctores suprà citati: Ratio est. Quia quando tem-
pus deducitur in pactum, cadit sub obligatione.
Quando autem præfigitur ab exhibẽte eleemosinam,
aut ab occasione, ob quam commendatur missa

deducitur in pactum. Siquidem dans eleemosinam, aut explicat tempus,intra quod sunt celebrandæ missæ, aut occasionem, cuius intuitu sunt celebrandæ, & proinde præfigitur ab ipsa occasione. Vnde eò ipso, quod acceptat eleemosinam cum præscriptione temporis, consentit in celebrationem missæ intra præscriptum tempus.

7 Si verò tempus non sit determinatum sed solum præscribantur missæ celebrandæ, tūc modicum tempus, intra quod sunt celebrandæ, existimo complecti duos menses. Ratio est. Quia quando sic absolute commendantur missæ non commendantur, vt statim celebrandæ, sed cum aliqua dilatione, quæ reddit commodam celebrationem, atque ad eò relinquat facultatem vrgentioribus oneribus satisfaciendi. In ordine autem ad hunc finem spatium duorum mensium præbet satis amplam commoditatem, & aliàs non videtur nimia dilatio, cum non vrgeat occasio anticipandi & proinde videtur congrua dilatio rat onabiliter concedenda iudicio prudentis viri.

8 Quia tamen aliquando committuntur missæ celebrandæ non solum absq; determinatione temporis, sed absque vlla instantia celeritatis in celebrando, & veluti ad commoditatem celebrandi. Idcò quoad has existimo, quod spatium trium mensium habēdum sit pro modico tempore; nam stante prædicta commendatione, quæ nullam celeritatem requirit, modicitas temporis debet habere aliquā maiorem latitudinem Præsertim quia præsumi potest consensus committentis missas, quo stante potest habere locū quæcumque dilatio.

9 Ex dictis infertur. Quod quando committuntur missæ pro aliquo recenter defuncto, debent quamprimum & sine dilatione celebrari, nam occasio, ob quam sunt celebrandæ, exigit, quod sine dilatione celebrentur, siquidem si celebrandæ sunt ex commissione defuncti, remanet moraliter certum, nisi aliud expresserit, quod voluerit hoc subsidium statim post mortem. Si verò committuntur ab alio, occasio ob quam committuntur, cum contineat præsentem indigentiam præscribit celeritatem in celebrando Posset tamen, quando esset magnus numerus missarum celebrari cum aliqua dilatione, ita tamen vt quotidie nonnullæ celebrentur.

10 Secundò infertur. Ecclesias, ad quas defertur magnus numerus missarū posse habere collectas eleemosinas pro duobus ad tres menses, nam semper in tanto numero sunt plures missæ, quæ non requirunt aliquam celeritatem, sed sunt ad commoditatem Ecclesiæ,& ideò differri possunt vsque ad tres menses iuxta superius dicta, & interim celebrari possunt, quæ indigent maiori celeritate. Vnde ille, ad quem spectat dirigere celebrationē missarum, quando nō applicat pro commissis à certis personis determinatis, debet, vt rectè procedat, habere intentionem applicandi, quibus exigit ordo obligationis, itavt prius satisfacere intendat ijs oneribus, quibus prius satisfacere tenetur.

11 Tertiò infertur. Non posse subsistere, quod tradit Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 18 num. 199.* Quod Rectores Ecclesiarum, ad quas maximus missarum numerus defertur, nec absque detrimento possunt missarum stipendia alio remittere, deberent eos, qui ipso die stipendia dant pro missis admittere simul cum alijs ad sacrificia illius diei & pro ipsis simul cum alijs applicare sacrificium vel ad satisfaciendum, vel ad impetrandum &c. Et postea iisdem satisfacere ex iustitia, & hoc pacto petens vnam missam duas habebit. Hoc inquā subsistere non potest, quia fundantur in opinione quod non obstante obligatione ex stipendio possint alij admitti ad participandū fructum eiusdē missæ, quæ nec ex natura rei,nec iuxta Decreta S. Congregat. ad praxim reduci potest, vt constat ex dictis in superioribus. Deinde eum etiam secundum ipsum. Hurtadum per hanc admissionem non adimpleatur obligatio ex iustitia siquidem celebratione alterius missæ satisfaciendum est, neque adhuc habebit locū alia dilatio quàm quæ ratione modici temporis concedetur Et proinde illa admissio ad participandum in missis, quæ pro alijs celebrantur ad nihil deseruiet quoad extinguendam vel dilatandam obligationem celebrandi.

QVÆSTIO 966.

An celebraturus pro excommunicato possit vltra tempus debitum differre celebrationem.

SVMMA.

1 *Celebraturus pro excommunicato an possit expectare, quod absoluatur.*

2 *Non potest vltra debitum tempus differre.*

3 *Ex præsumpta voluntate an concedatur maior dilatio.*

Præsumptio non habet locum, quando veritas apparet.

TAmburin. *opus. de sacrific. mis. lib. 3. cap. 1. §. 9. num. 5. ver. Rectè.* docet rectè facturum, nisi aliud expresse conuentum sit, quia vtiliter geret negocium illius excommunicati, cum fieri possit, quod interim fiat capax fructus sacrificij, subdit tamen non obligari sacerdotem ad differendam celebrationem, quia quando non est præfixum tempus soluendi potest debitor soluere, quando vult, nec tenetur expectare tempus, in quo solutio sit vtilior creditori. 1

Verùm non videtur admittendum, quod possit vltra debitum tempus differre celebrationem; nam quamuis is, pro quo est offerendum sacrificium sit incapax fructus illius, non per hoc tamen cessat aut alteratur obligatio assumpta celebrandi. Ergo non admittit aliam dilationem, quam antea admitteret. 2

Nec dici potest, quod concedatur maior dilatio ex præsumpta voluntate illius, quam ex expressa voluntate, qua Missam celebrandam commisit, non concedatur huiusmodi dilatio, sed habeatur terminus præfixus modici temporis, non potest recurri ad præsumptam voluntatem siquidem præsumptio non habet locum,quando veritas apparet *l. fin. vnt. ff. Quod met. cau. & l. Ruptura filio, ff. de iur. dot. & l. cum de indebito §. 1. ff. de probat.* & Cap. *Quicunque dist. 81.* Præsertim quia fieri potest, quod excommunicatus cognoscens se incapacem fructus sacrificij, ipsum applicet capaci, & proinde dilatio sit omninò contra voluntatem ipsius. 3

QVÆSTIO 967.

An peccent hæredes, qui diu differunt commendare Missas celebrandas iniunctas à Defunctis.

SVMMA.

1 *Differens curare celebrationem missarum iniunctarum à Defunctis peccant mortaliter.*

2 *Quia*

a *Quia in materia graui non implet mentem Defunctorum.*

Vnde desumatur grauitas materiæ.

1 DIcendum est. *Hæredes & quoscumque alios, ad quos pertinet qui diu differunt curare, quod celebrentur Missæ iniunctæ à Defunctis peccare mortaliter.* Ita Villalob *part. 1. sum. tract. 8. difficul. 18. n. 3.* Hoc autem desumitur ex Conc. Cartag. 4. *cap. 95.* relato in Cap. *Qui oblationes 13. q. 2.* vbi ita Sancitur. *Qui oblationes Defunctorum aut negant Ecclesijs, aut difficulter reddunt tanquam egentium necatores excommunicantur,* & etiam ex Conc. Vasensi 1. *cap. 4.* relato. *in eod. tit.* ibi *Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur, vt Infideles sunt ab Ecclesia abyciendi, quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem. Quia & fideles de corpore recedentes Votorum suorum plenitudine & pauperes consolatus alimonia & necessaria substentatione fundantur. Hi enim tales quasi egentium necatores nec credentes Iudicium Dei habendi sunt.* Et quamuis hi text. videatur loqui de pluris oblationibus absqoe onere Missarum, à priori locum habent de oblationibus cum tali onere, siquidem ordinantur directè & cum maiori efficacia ad

a subleuandas animas Defunctorum.

Stante ergo obligatione generali hæredum, aut aliorum, ad quos spectat, exequi voluntates Defunctorum, grauitas peccati in præsenti casu desumitur ex grauitate materiæ; qoæ satis declaratur ex allegatis text. dum tanquam de grauissimo delicto loquuntur. Et etiam ex pœna, quam imponunt, quæ licet sit excommunicationis sententiæ ferendæ, quia tamen significatur, non esse imponendam ob superuenientē contumaciam præmissam commonitionem, sed propter delictum non adimplendi voluntatem Defunctorum, ideò declarat, quod materia ipsa sit grauis, ac proinde imponi debeat pœna grauis, atque adeò, quod fundet peccatum mortale, cui soli correspondere potest pœna grauis.

QVÆSTIO 968.

An transferens obligationem celebrandi in alium, debeat ipsi exhibere integrum stipendium.

SVMMA.

1 *Transferens in alium obligationem celebrandi, exhibere debet integrum stipendium.*
2 *Abdicat à se ius ad stipendium*
3 *Quando Ecclesia pro expensis Missarum possit de stipendijs aliquid retinere.*
4 *Quantū detrahi possit remitendum prudenti arbitrio.*
5 *Episcopi in taxandis Missis, Missarum debent habere rationem expensarum.*
6 *Commendantes Missas debent esse liberales in exhibendo stipendio, & cur.*

1 IN Decretis S. Congreg. *de Celebrat. Missar. §. Ac similiter.* Ita statuitur. *Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosina, ne eamdem Missam alteri parte eleemosina sibi retenta celebrandam committat.* Fundatur autem hoc Decretum in eo, quod exhibitio stipendij fundatur in obligatione iuris naturalis, quam subit commendans Missas subministrandi celebranti aliquam partem substentationis, ex eo, quod Sacerdos illi obligat vicissim suum ministerium in offerendo sacrificio.

Ex hoc enim fit, quod dum primus Sacerdos suscipiens obligationem celebrandi acquirit ius ad illud stipendium Ita etiam dum abdicat à se eamdem obligationem transferendo in alium abdicet à se ius ad stipendium, & transferat in alium siquidem est annexum cum tali obligatione. Et ideò debet dare solum stipendium, quod accepit tamquam totum connexum cum obligatione celebrandi. Rursus dans stipendium intendit, quod totum sit pro substentatione Sacerdotis, cum totum det ex hoc titulo & non possit ex alio titulo iustificari, vt constat ex dictis in superioribus. Ergo si qui primo suscepit cum stipendio obligationem celebrandi illā transfert in alium retenta sibi parte stipendij, retinet contra voluntatem illius, qui dedit, siquidem voluit esse totum pro substentatione Celebrantis. 2

Per hoc tamen Decretum non excluditur quin ij, 3
ad quos pertinet cura Ecclesiarum, non possint retinere aliquam exiguam portionem pro expensis, qoæ contingunt in celebratione missarum, quæ tamen ipsas non excedat, quando non habent redditus, quos erogare possint in easdem expensas Ità declarauit eadem sac. Congreg. *ad 7. dub. ex propositis suprà iisdem Decretis* & tenor declarationis est. *Ad 7. respondit permittendum non esse vt Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores ex eleemosinis missarum celebrandarum vllam, vtcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in missarum celebratione, nisi cum Ecclesiam & loca ipsa alios non habent redditus, quos in vsum earumdem expensarum erogare licite possint & tunc quam portionem retinebunt, nullatus debere excedere valorem expensarum quæ pro ipsomet tamen sacrificio necessariò sunt subeūda. Et nihilominus eo etiā casu curandū esse, vt ex pecunijs quæ supersunt ex paruis, vt supra deductum absolutè tot missæ celebrentur quot præscripta fuerint ab offerentibus eleemosina.* Cum autem iniungat, quod absolutè curetur, tot missas celebrari, quot prescriptæ fuerint ab offerentibus eleemosinæ, fit, quod qui celebraturi sunt nequeant precipere integrum stipendium, cum ab ipso detrahenda sit illa partio, quæ inseruiat pro expensis,

Quantum autem detrahi possit ab vnaquaque elee- 4
mosina missarum pro huiusmodi expensis, non potest aliqua regula definiri, siquidem expensæ non sunt eædem in vno quoq; loco cum alicubi sint maiores, & alicubi minores prout pluris vel minoris væneunt res, quæ pro sacrificio inseruiunt. Et ideò hoc remittendum est prudenti arbitrio Rectorum Ecclesiarum, qui facta Calculatione poterunt stabilire, quæ portio sit retinenda, solum est aduertendum, quod cum non debeat excedere expensas necessario subeundas pro ipso sacrificio, non possunt computari expensæ quæ fiunt vel ad maiorem ornatum, vel ob solum splendorem apparatus, sed mere necessarias pro conuenienti apparatu: Inter has autem expensas erit computanda consumptio sacrarum vestium & totius ornatus necessarij.

Ex dictis infertur, quod cum plures Ecclesiæ non 5
habeant redditus destinatos ad hunc effectum, vt inseruiant pro expensis in celebratione missarum necessarijs, & si aliàs Ecclesiæ dotatæ sint, siquidem dos vix inseruire potest, vt plurimum pro manutenenda Ecclesiæ & substentatione necessariorum ministrorum, deberent Episcopi in taxandis stipendijs pro missis habere rationem, ne, si retineatur de stipendio aliqua portio, remaneat exigua admodum eleemosina pro celebrante. Præsertim quia exiguitas stipendij ex vna parte, & paupertas ex alia vrgent aliquando sacerdotes vt in satisfaciendis oneribus missarum sequantur aliquam opinionem, quæ non esset sequenda, quod non facerent, si stipendia essent pinguiora.

Secunda

5 Secundò infertur. Quod cum laici commendant missas celebrandas, deberent esse liberales in erogatione stipendiorũ siquidem non solum magis proficerent ratione eleemosinæ& melius se disponerent ad recipiendum effectum sacrificij, & meliori modo satisfacerent obligationi iuris naturalis, sed etiam non se exponerent periculo, quod celebratori satisfacerent oneri secundum aliquam opinionem minus proficiendam commendanti missas. Imò excitarent in sacerdote maiorem affectum & mouerent etiam ad communicandum fructum ex opere operantis. Vnde valdè reprehendendi sunt, qui non solum dant infimum stipendium, sed etiam seligunt deteriores monetas & quas forte aliàs expendere non possent, nescientes quod acceptans non tenetur nisi ad ratam tosti stipendij prout monetas illas expendere potetunt.

QVÆSTIO 969.

Qualiter peccet, qui violat Decretum prohibens retineri partem stipendij.

SVMMA.

1 *Retinere partem stipendij quale peccatum sit*, & num. seq.
3 *Quando sit peccatum mortale.*
Lucrum ex stipendijs missarum est illicitum.
4 *Transferens obligationem celebrandi in alium non habet titulum ad aliquam partem stipendij.*
5 *Retinens partem stipendij cui inferat iniuriam.*
6 *Peccat contra iustitiam.*

1 PRima sentẽtia asserit, non esse peccatum mortale retinere sibi partem stipendij, quando onus celebrandi transfertur in alium. Ita Bordon. *tom.1.cons. Regul. resol.25. quæst.18.* & intelligit absolutè & quecumque sit quantitas Missarum, quarum onus in alios transfertur. Fundamentum est. Quia S. Congreg. non vtitur verbis adeò rigidis, ex quibus necessario colligatur prohibitio grauis sub peccato mortali, neque declarat transgressionem esse contra Iustitiam.

2 Secunda sententia asserit, esse peccatum mortale. Ita Peirin *tom.3.de priuil.ad constit. 9.Vrbani VIII.* Tambur. *opusc. de sacrif. miss.lib. 3. cap.1.§.5.n.6.* quamquam videatur sub dubio relinquere. Auersa. *quæst. 11. de Euchar. sect. 17.vers.sexto supposita.* circa finem Lugo *lib. 5.de sacram.cap.12.quæst.7.n.77.* Quartos *in Rubr. Missal. in append.quæst.4.punc.1.difficul 3. dub.1.*vers. *Secunda Ergo.* Qui addit, esse peccatum mortale contra obedientiam non autem contra Iustitiam, & ideò non consurgere obligationem restituendi.

3 Dicendum est. *Sacerdotem transferentem onus celebrandi Missas in alium retinendo sibi partem stipendij, peccat mortaliter.* Hoc autem intelligendum est, supposito quod pars stipendij quam retinet sit materia grauis, quia ratione paruitatis materiæ erit tantum peccatum veniale. Hoc autem desumitur primo ex Decreto sac.Congreg.in quo declaratur finem huius prohibitionis esse. Remouere ab Ecclesia omne damnabile lucrum; si enim lucrum est damnabile, oportet, quod sit illicitum. Cum ergo S. Congreg. voluerit auferre ab Ecclesia hoc damnabile lucrum oportet, quod prohibitio tum ex intentione, tum etiam ratione materiæ sit grauis. Ex intentione quidem, quia optimè sciebat quod prohibitiones sub peccato tantum veniali non magnifiunt & proinde non fuisset medium sufficiens ad excludendum hoc damnabile lucrum. Ratione autem materiæ quia illa est materia grauis prohibitionis, quæ grauiter obstat fori interno, hoc autem damnabile lucrum grauiter obstat. Quia Sac.Congreg.intendit conseruare Ecclesiam & eius ministros in exhibendis suis ministerijs in nouis & ab ipsis remouere ea, quæ bonæ opinioni ipsorum contrariantur. Tale autem est huiusmidi damnabile lucrum quod lædit bonam opinionem ministrorum, præsefert negociationẽ in ijs, quæ concernunt ministeria diuina, & præbet occasionem scandali.

Secundò id etiam deducitur ex natura rei. Nam retinens sibi partem stipendij, non habet iustum titulum retinendi & ideò lædit eum, in quem transfertur onus celebrandi Missas, & etiam, à quo accepit stipendium, vt diximus est etiam, *in præced.quæst.* annexa est obligatio celebrandi Missam, tum ex natura rei, quia est pro substentatione celebrantis & non sub alio titulo, & proinde obligatio de iure naturæ subministrandi substentationem offerenti sacrificium facit, quod huiusmodi stipendium sit annexum exhibitioni ministerij in offerendo sacrificio. Tum ex voluntate exhibentis, quam exhibet quatenus de iure naturæ tenetur concurrere ad substentationem ministri offerentis sacrificium ad sui instantiam, & proinde vult esse illius, qui offert. Ergo cum recipiens stipendium, ipsum non acquirat nisi ratione obligationis ad offerendum sacrificium tanquam cum ipsa connexum eò ipso, quod abdicat à se obligationem, abdicat titulum retinendi stipendium & retinendo facit contra voluntatem illius, qui dedit, siquidem destinauit pro substentatione celebrantis, & non pro lucro alterius. 4

Ad fundamentum primæ sententiæ constat ex dictis, quomodo ex verbis Decreti colligatur grauitas prohibitionis, dum huiusmodi lucrum vocat damnabile, & intendit tanquam scandalosum remouere ab Ecclesia. Neque dici potest, quod in hoc nulli fiat iniuria, non sacerdoti celebranti, quia stipendium minus voluntarie accipit; non petenti missam siquidem pro ipso celebratur. Nam, vt constat ex dictis, vtrique fit iniuria, fit celebranti, quia in tantum voluntariè accipit stipendium diminutum in quantum non potest habere integrum, ad quod habet ius tanquam annexum cum obligatione celebrandi, fit petenti Missam, quia stipendium non datur ei cui ex eius voluntate est destinatum. 5

Ex dictis colligitur contra Quartum *n.2.*citatum. Retinentem sibi partem stipendij peccare contra iustitiam & proinde obligari ad restitutionem, lædit enim ius duplicis personæ, nempe illius, in quem transfertur obligatio celebrandi, siquidem dum assumit talem obligationem, acquirit etiã ius ad integrum stipendium, quod intuitu celebrationis destinatum est. Et lædit etiam ius petentis missas, quia, cum destinauerit stipendium pro substentatione celebrantis, est rationabiliter inuitus, quod non detur totum celebrãti. 6

* * *

Qvæstio 970.

An Beneficiati & Cappellani teneantur dare substituto celebranti integrum stipendium.

SVMMA.

1 *Beneficiatus non tenetur dare celebranti stipendium ad proportionem fructus beneficij.*
2 *Ex resolutione etiam S. Congregationis.*
3 *Fructus beneficij acquiruntur ratione tituli.*
Beneficium est ordinatum ad benefaciendum.
4 *Capellanus amouibilis non tenetur tradere celebranti nisi stipendium consuetum.*
5 *Capellanus manualis facit suum salarium.*
6 *Decreta S. Congregat. disponunt de stipendio missarum manuali non de salario.*

1 NOmine integri stipendij intelligitur tota illa portio fructuum quæ ex prouentibus beneficij, aut Cappellaniæ correspondet singulis Missis celebrandis. Est autem supponendum tanquam certum, quod Beneficiatus & etiam Capellanus, qui habet Capellaniam in titulum non tenetur totum stipendium, quod correspondet celebrationi tribuere illi quem substituit in onere celebrandi sed sufficit, quod tribuat consuetum. Ita seruatur in praxi & docent communiter Doctores Henriquez *lib. 9 sum. cap. 22. n.* 8. Cened. *quæst. Canon 27. n. 12. in fine.* Ledesma. *part. 1. sum. cap. 19. de Euchar. concl. 13.* Rodriq. *part. 1. sum cap. 259. Concl. 9. in* fine Suarez *disp. 86. de Eucharis. sect. 3. in* fine Reginal. *lib. 23. Praxis fori pænit. cap. 17. dub. 7. num.* 240 in fine Phillar. *tom. 1. de off. sacerd. lib. 2. cap.* 14. Posseuin. *cap. 2. de off. Curati n.* 18. Trullench. *lib. 3. de sacram. cap. 8. dub. 12. num.* 10. Vasquez 3. *part. disp. 234. cap. 4. num.* 30. Hurtad. *de sacram. disp. 4. de sacrif. mis. difficul. 17. in* fine Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct. 8. num.* 18. Machad. *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 12. docum. 10. num.* 1. Ludou. à S. Ioan. *in sum. quæst.* 10. *art. 5. dub.* 2. Lugo Card. *disp. 21. de Eucharis. sect. 2. num.* 30. Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 20. num.* 376. Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 5. n.* 5. Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect.* 17. vers. *Sexto supposita* Franc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 12. quæst. 7. num.* 73. Tambur. *opus. de sacrif. mis. lib. 3. cap. 1. §. 5. num.* 3. Quartus *in rubr. missal. in append. quæst. 4. part. 1. in fine* Faust. *lib. 2. de Euchar. quæst. 64. in fine.*

2 Et ita etiam respondit S. Congreg. *ad 8. dub. ex propositis suprà decretis de celebrat. Missar.* nam interrogata, an Decretum de dando integro stipendio ijs, in quos transferuntur onera missarum, habeat locum quoad beneficiatos rescripsit, *non habere locum*; sed satis esse, vt rector beneficij, qui potest per alium celebrare, tribuat sacerdoti celebranti eleemosinam congruam secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficij aliud cautum sit. Ex qua declaratione constat; quod Beneficium non afferat secum obligationem dandi totum stipendium celebranti loco Beneficiati, nisi fortè fundator oppositum statuerit, quia potest in fundationem, apponere quam conditionem voluerit. Nam cum quisque sit Dominus rei propriæ, potest ei imponere quam conditionem voluerit, *l. si quid possessor ff. sicut autem ff. de petit. hæred. & l. legem. C. de pactis.*

3 Fund. autẽ resolutio in eo, quod prouentus beneficij non dantur contẽplatione ministerij celebrãdi, vt proindè sint connexi cum obligatione celebrandi, sicuti est connexum stipendium, & ipsum sequatur sed dantur ratione tituli eiusdem beneficij, qui infert ius ad ipsos percipiendos. Est enim beneficium principaliter ordinatum ad benefaciendum beneficiario ex affectu, & beneuola actione iuxta ea; quæ tradunt Abbas *in cap. Relatum num. 4. de præben.* Cassador. *decis. 3. num. 6. ver. Quamuis necessitetur. de pension.* & alij cum Glos. *in dict. cap. Relatum.* verbo. *liberaliter*; & ideo acquirat Ius ad prouentus tanquam ex titulo sibi liberaliter collato, prouenientes, & illos facit suos ex eodem titulo. Non autem tanquam annexos oneribus beneficij, & ideò transferens in alium aliquod onus beneficij, sufficit si correspondeat oneri modo congruo, nec est necessarium, quod tradat tertiam portionem prouentus tanquam annexam oneri, sicut contingit in stipendio respectu missarum.

4 Difficultas remanet de Capellanijs, quæ non sunt collatiuæ, atque adeo non habent rationem beneficij, sed sunt amouibiles, & manuales, & solum pro tempore datur certum salarium. Dicendum est. *Capellanum quoque amouibilem qui supplet per alium, posse tribuere solum stipendium consuetum, & quod superest sibi retinere.* Ita Auersa *quæst. 11. de Eucharis. sect.* 17. ver. *sextò supposita* Lugo Cardin. *disp. 21. de Euchar. sect. 2. num.* 30. Franc. Lugo *lib. 5. de sacramen. cap. 12. quæst. 7. num.* 73. in fine Tamburin. *opus. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 5. num.* 10.

5 Ratio est. Quia Capellanus quoque, licet manualis, facit suum salarium ratione muneris, quod assumit exercendum scilicet Cappellaniam, & proinde salarium non est stipendium substentationis annexũ obligationi celebrandi, quod ipsam consequatur, in quemcumque transferatur; sed est stipendium muneris, quod remánet semper in Cappellano, licet per alium aliquando suppleat, & proinde ratione eiusdem muneris est semper ipsis debitum. & est eadem ratio de hoc salario, & de prouentibus beneficij. Ergo quando supplet per alium, non tenetur dare portionem salarij correspondentem, sed sufficit si det stipendium consuetum.

6 Neque obstant Decreta S. Congregationis quia disponant de stipendijs manualibus, quæ exibentur pro missis celebrandis; vt satis declarant illa verba. *Qui missam susceperit celebrandam cum certa eleemosina ne eamdem missam alteri parte eleemosina sibi retenta celebrandam committat* non autem de salario pro officio Capellani. Imò cum in *resp. ad 8. dub.* excipiat S. Congregatio Beneficiatos, excipiat simul etiã huiusmodi Capellanos cum militet eadem ratio; vt visum est.

Qvæstio 971.

An legatarius teneatur dare totum quod accepit pro Missis.

SVMMA.

1 *Legatarius cum onere missarum, an teneatur dare portionem Legati correspondentem missis.*
2 *Si sit verè Legatarius sufficit si tribuat consuetum stipendium.*
Legatum est donatio.
3 *Electus exequutor distribuere debet celebrãtibus totum Legatum.*
Apud purum Executorem nihil remanere debet.
4 *Quid si Testator vtatur verbo Lege.*
Magis attendenda substantia dispositionis, quàm verba.
Nudus Minister à commodo, licèt non à titulo.

5 *Quando quis sit Legatarius, & quando nudus Minister.*

6 *Recipiens ducentos Iulios pro centum Missis, an possit sibi retinere centum.*

7 *Tota pecunia relicta est pro stipendio, si quis obligetur eam dare pro Missis.*

1 QVia contingere potest, quod relinquatur aliquod legatum cum onere celebrandi Missas, quibus tamen singulis habita ratione quantitatis legati, correspondeat stipendium pingue, ideò dubitatur an Legatarius faciens huiusmodi Missas celebrare teneatur tribuere illã portionẽ legati, quę correspondeat singulis Missis, an verò sufficiat, quod tribuat cõsuetum stipendium. Quod verò sufficiat tribuere cõsuetum stipendium, tradit absolutè Tambur. *opusc. de sacrific. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 5. num.* 10. quia putat quod sit eadem ratio de Legatario, ac de Capellano, vnde ob eandem rationem non tenetur Legatarius tradere totum, quod ipse recepit.

Verùm in hac difficultate inspiciendum est, an Le-
a gatarins sit verè Legatarius, an verò exequutor, & nudus Minister, quia si sit verè Legatarius, sufficit; si pro celebrandis Missis tribuat consuetum stipendium. Ratio est. Quia Legans, quamuis imponat aliquod onus Legatario, intendit tamen exercere cũ ipso liberalitatem. Fit enim legatum ob exercendam liberalitatem; & ideò habet rationem donationis, *L. Legatum ff. de Legat.* 2. & init. instit. *de Legat.* Ludouis. *decis.* 256. *num.* 5. & ideò Legatarius facit suum legatum ex titulo liberalis donationis; & ideò quando facit su plere onera, non tenetur se spoliare emolumento ex liberali donatione acquisito, sed sufficit, si det congruam portionem correspondentem oneri, & hoc est secundum mentem Legantis, siquidem intendit benefacere Legatario.

3 E contrà autem si Legatarius sit deputatus exequutor & nudus Minister, debet pro celebrandis Missis totũ quod recepit, tradare, nec potest quicquam sibi retinere. Quando enim quis est nudus exequutor, nihil apud eum remanere debet. *L. si quis Titio* & *L. Lucius §. si te peto ff. de legat.* 2. & notant Bart. *in L. pecunia num.* 21 *ff. de adimend. legat.* Simon de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 5. *dub.* 2. *num.* 57. Ludouis. *decis.* 544. *num.* 2. Rota in *Romana Cens.* 20. *inibi. due.* 3. *Mart.* 1617. coram Coccino, & ideò non sit Dominus, sed merus exequotor.

Et hoc habet locum, etiam si legans vteretur ver-
4 bo *Lego*, aut vocaret exequutorem legatarium, nisi aliundè constet, quod voluerit vere legare, & non committere nudum ministerium, quia magis attendenda est substantia dispositionis, quàm verba, vt notat Tiraquell. *de retract lign.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 81. & proinde in tali casu erit nudus Minister, non à titulo, sed à commodo, iuxta distinctionem Immolæ *in L. si quis Titio num.* 2. *ff. de legat.* 2. Bald. *ibidem num.* 1. Ludouis. *decis.* 544. *num.* 41. *prædict. L. si quis Titio*

Qui a tamen potest ita facile dignoscere; an quis sit
5 verè Legatarius, an vero nudus Minister saltem à cõmodo. Ideo seruanda est hæc regula, vt tunc si quis tamen merus exequutor; quando, quod relinquitur ordinatur ad præstationem onerum, præsertim si dispositio de ipsis præcedat dispositionem de exequutore, sit vere Legatarius, quãdo relictum sit contemplatione personæ vt desumitur ex *l. fideicom. §. Interdum ff. de legat.* 3. & tradunt Glos. *in l. si quis. verbo.* Ministrum, *ff. de legat.* 2. Bart. *n.* 1. *& in l. pecunia n.* 1. *ff. de alim. & cibar. legat.* Rota *in ferrariam bonorum* 11. *Maij.* 1610. *coram Coccino & in Romana censu.* 13. *Maij* 1617. coram eodem.

6 Ex dictis resolui potest casus, quem proponit Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 4. *dub.* 10. *num.* 378. an qui recepit à testatore ducentos Iulios pro centum Missis, possit sibi retinere centum iulios, & facere celebrare Missas centum cum alijs centum. Negat enim absolutè, etiam si susciperet in se periculum & onus faciendi celebrare; præsertim propter decreta *de celebrat. Missar.* sed adhibenda est distinctio de qua suprà si enim accepit illos ducentos iulios tanquam merus exequutor, certum est, quod non possit aliquid sibi retinere; quia nihil sibi acquirit & ex voluntate testatoris destinati sunt pro stipendio Missarum, si verò illos accepit tanquam Legatarius aut cui Testator benefacere voluerit, poterit consueto stipendio exhibito reliquum sibi retinere.

Ex dictis infertur, quod si testator designet ducen- 7
tos Iulios pro centum Missis obligando hæredem, aut aliquem alium, qui non possit eas celebrare, esse totam pecuniam designatam exhibendam celebrantibus Missas; illa enim designatio stipendiorum iuxta numerum Missarum accedente commissione facta personæ, quæ, non potest per seipsum celebrare; declarat, quod tota illa pecunia sit pro stipendio celebrantium, & non in alterius vtilitatem; sed quod alteri commissum sit solum nudum ministerium. E contra verò si Missæ commendatæ sint alicui religioni, aut alteri Ecclesiæ, nisi ex verbis dispositionis aliud colligatur, censendum est habere rationem legati quod testator augendo stipendium, voluerit benefacere & ideo poterunt Missæ; si ab ijs celebrari non possunt, alteri commendari cum consueto stipendio.

QVÆSTIO 972.

An Procurator, aut alius possit ratione industriæ aliquid de stipendio sibi retinere.

SVMMA.

1 *Habens onus celebrandi Missas possit vtendo aliqua industria retinere sibi aliquid de stipendio* & n. seq.

a *Stipendium est inseparabile ab onere Missarum.*

3 *Famulus vtens aliqua industria in emendo pro Domino possit sibi retinere, quod superest.*

COntingere potest; quod habens onus celebran- 1
di, aut curandi vt celebretur aliquis numerus Missarum vtatur aliqua industria, per quam non erogat totum stipendium vt si. v. g. accipiat tanquam consuetum stipendium singulos iulios; & committat Missas celebrandas in alio loco vbi consuetum stipendium singulos Iulios sit tantum dimidium Iulij. Dubitatur ergo; an quod superest ratione industriæ possit sibi retinere & partem affirmatiuam tradit Pellizar. *tom.* 1. *manual. Regul. tract.* 6. *c.* 3. *n.* 23. & probabile putat Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 5. *n.* 16. ver. *Adidem* quia etiam seruus vtens extraordinaria industria emit minoris quam valeat communiter in foro; potest sibi retinere quod superest tanquam fructum industriæ. Ergo etiam qui in curãdis Missis vtitur tali industria, vt aliquod supersit, poterit sibi retinere. Aduertit tamen, quod hoc solum potest habere locum si Missæ celebrentur intra tempus debitum.

Dicendũ tamen est. *Vtentem quacumq; industria non* 2
posse sibi aliquid retinere de stipendio Missarum, sed teneri tradere totum celebranti etiam si celebretur in loco vbi stipendium esset dimidio minus. Ratio est. Quia totum illud stipendiũ erogatur à committente Missas in virtute obligationis de Iure naturali subministrãdi substenta

ſtentationem celebranti Miſſam tanquam ipſi debitā ratione miniſterij. Vndè & ex parte dantis deſtinatur celebranti, itavt in dominiom ipſius transferatur & ex parte celebrantis ſtatim, ac ſuſcipit onus celebrandi acquiritur ius ad totum ſtipendium, quod à petente Miſſas fuit celebranti deſtinatum. Ergo non poteſt habere locum induſtria aliqua, per qoam non detur iotegrum ſtipendium celebranti etiam ſi ſit maius conſueto quod in loco celebrationis ſolet erogari, ſed erit induſtria ordinata ad furandum, quod eſt de alieno Iure.

5 Ad fuodamentum in oppoſitum reſp. Eſſe diuerſam rationem de famulo vtente ſpeciali induſtria vt emat viliori prætio, nam Dominus non deſtinat pecuniam pro vendente, ſed pro re emenda, & intendit dare iuſtum prætiū eorreos, nec vendens ex eo quod vendat acquirit ius ad totum prætium, quod Dominus deſtinuit, ſed ſolum ad conuentum ex pacto cū emēte ſi igitur emens vtitur aliquā ſpeciali induſtria ratione cuius miooris emat, quam ſoleat vendi, cum non teneatur adhibere talem induſtriam, nec quod ei ſupereſt de pretio deſtinato ſit de Iure alieno, nec ex voluntate Domini alicui ſpecialiter deſtinatū poteſt famulus hoc reſiduum ſibi retinere, tanquam prætium ſuæ induſtriæ, quæ locum habere poteſt, quia agitur de lucrando, quod non eſt de Iure alterius atque adeò abſque alterius iniuria ſed quod ipſe in alterius dominium transferre poteſt, ſicut transferret, ſi non vteretur illa ſpeciali induſtria.

Qvæstio 973.

An, quando Miſſa perpetua committuntur alijs celebranda, dandum ſit totum ſtipendium correſpondens.

SVMMA.

1 *Miſſa perpetua imitantur capellanias non collatiuas.*
2 *Habens onus Miſſarum perpetuarum non tenetur dare celebrantibus totam portionem ſtipendij.*
3 *Annuum ſtipendium in Miſſis perpetuis quo titulo detur.*
4 *Si Eccleſia cui relinquuntur Miſſa perpetua non habeat celebrantes addictos, tenetur dare capellano totum emolumentum retentis expenſis.*
Eſt electa ad nudum Miniſterium.
5 *Et totum relictum eſt deſtinatum ad certum effectum.*
9 *Eccleſia an poſſit acceptare plures Miſſas perpetuas, quàm celebrare poſſit.*
7 *Sufficit, ſi Eccleſia implere poſſit onera, aduocando Sacerdotes.*

1 QVia ſolent inſtitui Miſſæ perpetuæ, cum ſtipendio, quod ſaltem dimidio excedat conſuetum, & eadem celebratio committitur alicui Eccleſiæ, aut Religioni, ideò dubitatur an tota portio correſpondens ſtipendij danda ſit quando alicui extraneo committuntur celebrandæ, & quamuis hanc difficultatem apud neminem examinatam repeterim, reſolui tamen poteſt ex ijs, quæ traduntur de capellanijs non collatiuis, neque enim Miſſæ perpetuæ ſunt Miſſæ manuales, ſed ſe habent ad modum Capellaniæ non collatiuæ, pro quipus eliguntur Religioſi, aut Sacerdotes ſæculares quibus committuntur celebrandæ.

2 Dicendum 1. *Eos quibus commiſſa eſt celebratio Miſſarum perpetuarum, ſi per alios celebrare faciant, non teneri dare niſi conſuetum ſtipendium*. Ita ſentire debent, qui hoc ipſum tradunt de Capellanijs non collatiuis, vt Lugo Cardin. *diſp.* 21. *de Euchar. ſect.* 2. *num.* 30. Auerſa *queſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. ver *ſexto ſuppoſito*. Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 13. *q.* 7. *n.* 73. in fine Tamburin. *opuſc. de ſacrific. miſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 5. *num.* 10. Quartus *in Rubr. Miſſal. in. Append. queſt.* 4 *pun.* 1. *difficult.* 3. in fine.

Ratio porrò eſt, quia illud annuum ſtipeodium non datur pro ſubſtentatione intuitu miniſterij offerendi ſacrificium, vt proinde ſit præciſè deſtinatum pro offerente, ſed datur tanquā ſalariū pro manu tenēda Capellano. Et ideò acquiritur nō titolo celebrationis, ſed titulo officij Capellaniæ. Ergo quando alteri cōmittūtur Miſſæ celebrādæ; nō debet dari totū, quod acquiritur titulo capellaniæ, ſed quod eſt congruum ſtipendium ſubſtentatione pro Miſſæ celebrantibus. 3

Dicendum 2. *Quando Eccleſia ſeu locus, cui relinquitur Miſſa perpetua non habet Sacerdotes proprios per quos faciat celebrare tenetur eligere Capellanum, qui celebret & debet ipſi tribuere totum prouentum qui colligitur ex fundatione miſſa perpetua.* Hoc tamen debet ita intelligi, vt poſſit Eccleſia ſi in ipſa celebrandæ ſunt dictæ Miſſæ retinere ſibi congruam portionem, pro expenſis, quę interueniunt, ſi aliundè illas nō habeat, Ratio eſt. Quia eo ipſo, quod Eccleſia, aut alius locus non habet proprios Sacerdotes, per quos Miſſas celebrare poſſit, non cenſetur electus ad officium Capellani, itavt onus celebrandi ipſi imponatur, ſed tantum cēſetur electus vt exequutor merus pro procuranda celebratione Miſſarum, & ideò nihil de relicto pro Miſſis debet percipere *l. ſi quis titio & l. Lucius* §. 4. *te peto. ff. de Legat.* 1. & notant Barb. *in l. pecuniæ num.* 1. *ff. de adim leg.* Simon de Pretis *de interpretatione vlt. vol. lib.* 5. *dub.* 2. *num.* 57. Rot. *in Romana cenſu.* 3. *Martij.* 1617. coram Cocino. 4

Præſertim quia totum, quod relinquitur pro perpetuis Miſſis, deſtinatur ad certum effectum, nempè ad manutentionem Capellani, qui eas celebret & proinde non poteſt cedere in cōmodum illius, qui non eſt capax oneris, ſeu officij adiuncti. Eccleſia autem, quæ nō habet proprios Sacerdotes, per quos celebrare faciat, non eſt capax officij Capellani, ſeu perpetui oneris celebrandi Miſſas, & ideò qui ad hoc non poteſt ſe ipſum repræſentare, ſed alium extraneum per quem onus iniunctum exequatur, atque adeò ſe habebit, vt nudus Miniſter iuxta doctrinam Bald. *in l. ſi quis titio. num* 3. *ff. de leg* 2. 5

An autem poſſit Eccleſia acceptare plures Miſſas perpetuas quas celebrare poſſit per ſuos proprios Sacerdotes. Affirmatiuè reſoluendum videtur, dummodo adſit commoditas ſatisfaciendi oneribus omnibus per alios Sacerdotes extraneos; qui aduocari poſſint. Nam cum non repugnet aliquem habere plures Capellanias, etiam collatiuas, quando poteſt per aliū celebrare ita multò minus repugnabit habere officium Capellani quoad plures Miſſas celebrandas, ſi per alium ſupplere poſſit. 6

Nec obſtant Decreta *de celebrat. miſſar.* §. *Ad hæc S. Congregatio*, vbi iniungitur Epiſcopis, eorum Vicarijs generalibus & Prooincialibus, quod non concedant licentiam ſuſcipiendi onera Miſſarum perpetuarum niſi eis conſtiterit, quod ſuppleri poſſit oneribus tàm antea ſuſceptis, quàm tunc ſuſcipiendis, quia ſufficit, quod conſtet ſatisfieri poſſe aduocando alios Sacerdotes & quod adſint Sacerdotes qui poſſint aduocari, vt ſuppleant. 7

* * *

Qværtio 974.

An, qui recepit pinguius ſtipendium conſueto, poſſit ſibi retinere exceſſum committende alys Miſſas cum conſueto.

SVMMA.

1 *Qui recepit pinguius ſtipendium an poſſit facere celebrare Miſſas cum conſueto,*
2 *Acceptans ſtipendium pro Miſſis facit illum ſuum*
3 *Doctores negantes.*
4 *Iuxta Decreta de celebrat. Miſſar. qui recepit pingue ſtipendium debet totum dare celebranti.*
5 *Pingue ſtipendium datur totum titulo ſubſtentationis pro celebrante.*
6 *Pingue ſtipendium datum alicui, vt faciat celebrare, debet totum tradi celebranti.*
Datum ſub onere, ſub negatione oneris cenſetur adēptum.
7 *Reſoluitur dominium ſtipendij, ſi onus celebrãdi transferatur in alium.*
Modo non impleto reſoluitur acquiſitio.
8 *Si qui primo recepit ſtipēdium non det totum celebranti, qui illud exhibuit, non percipit fructum quem intuitu maioris ſtipendij perciperet.*
9 *Si tradens pingue ſtipendium intendat, quod ſit celebrantis, non poteſt qui accepit aliquid ſibi retinere.*
10 *Opinio quod poſſit retineri pars ſtipendij pinguis, non poteſt reduci ad praxim.*

1 PRima ſententia aſſerit, poſſe facere illas Miſſas per alios celebrari cum ſtipendio conſueto, ſi erant per ipſum celebrandæ itavt factus ſit dominus pinguioris ſtipendij. Ita Vaſquez *part.3.diſp.*234. *Cap.4.num.* 31. Suarez. *diſp.* 86 *de Euchar. ſect.*3.ver. *Hac verò*, Rodriquez *tom.1 ſum.cap.* 250. *n.* 9. *& tom.*4. *cap.*12.*num.*9. Nald. *in ſum. verbo.* Miſſa. *num.* 4. Reginal. *lib.*23.*prax.fori pœnitentia num.*140. Sà *verbo* Miſſa. *nu.*45. Homobonus *par.1. Exam. Ecleſ.tract.*8.*cap.*14. *quæſt* 131. Bonac. *diſp.*4. *de ſacram. quæſt. vltima pun* 8. *num.*18 Poſſeuin. *de offic. Curati, cap.* 2. *num.*19. Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. ſect.*5 *prænot.*5.§.4. Palaus *par.* 4.*oper.mor.tract.*2.*diſp.vn.pun.*14.*num.*9.§.*Secundo certum.*ver.*tertio probabilius* Dicaſtil. *de ſacram tract* 5 *diſp.* 4.*dub.*20.*nu.*372. Granad. 3.*part.controuerſ.*6 *tract.*14. *diſput.*10.*num.*10. Et hanc ſententiam ſecundum ius naturale ſubſtineri poſſe, docet Franciſc. Lugo infra citandus.

2 Fundamentum eſt. Sacerdos accipiens ſtipendium cum onere celebrandi Miſſam acquirit dominium illius ſub obligatione celebrandi Miſſam iuxta intentionem dantis. Ergo ad nihil aliud tenetur, niſi ad celebrationem Ergo quocunque modo celebretur Miſſa, ſatisfacit ſuæ obligationi nec alicui facit iniuriam, quia celebranti dat iuſtum ſtipendium, & petenti Miſſam ſatisfacit celebratione illius. Confirm. licèt, qui det maius ſtipendium percipiat ex ſacrificio maiorem fructum non per hoc tamen, quod qui accipit pingue ſtipendium, faciat celebrare cum minori priuatur aliquo fructu, nam iam Dominus totum illud dedit pro offerendo ſacrificio.

3 Secunda ſententia negat, poſſe ſibi retinere exceſſum ſtipendij Ita Maur. *in.4.diſt.*45.*quæſt.*3. *dub.*2. Aragon. 2.2 *quæſt.*85.*art.* 3.*dub.vlt.* Corduba *in quæſt. lib.*1.*quæſt.*4.*dub.*1. Nauar. *cap.*25.*manual.nu.*91. Ledeſma *tom.*1.*ſum.tract.de.Euchar. cap.*18.*concluſ.*13. Molfez. *part.*1.*ſum.tract.*3.*cap.*16.*nu.*25. Fernandez *part.*5. *Exam.theol moral. cap.* 5.§.9. *num.* 6. Ortel. *in ſum. cap.* 13.*num.*76. Lugo Cardin. *diſp.* 21.*de Euchariſt. ſect.* 2. *num.*29. Vega *in ſum.part.*2.*cap.*41.*de miſ.curat.* 3. Guttier. *lib.* 1. *quæſt. canon. cap.*29. *num.*32. Cenedus *quæſt.* 27.*Canon.per totam* Filliuc. *tract.*5.*cap.*6.*num.*186. Riccius *in praxi part.*2 *reſolut.* 563. *num.* 1. Llamas *part.*3. *theol.cap.*13. §. 18. Io. à Cruce, *in direct. conſcien.part.* 2.*quæſt.*1.*dub.* 8. *concluſ.* 1. Valer. *in differentiis vtriuſque fori verbo.* Miſſa. *diffic.* 1. Syloius 3.*part. quæſt.* 83. *art.*1.*quæſt.* 17.*in fine*, Zanand. *part.* 1. *Direct. theol.cap.* 13.*de Euchariſt num.*7. Auerſa *quæſt.* 11.*de Euchariſt. ſect.* 17.ver. *Sexto ſuppoſita.* Franciſc. Lugo *lib.* 5.*de ſacram. cap.*12.*quæſt.*7.*num.*70. Macad. *tom.* 2.*lib.*4.*part.*1.*tract.* 12.*docum.*10.*num.*2. ver. *Finalmente.* Leander *de ſacram. tract.*8.*diſp.*4.*quæſt.*6. Facundez *præcep.*1.*Ecleſ.lib.*3.*cap.* 9.*num.*17. Marchin. *de ſacram. Ordin.tract.*3. *part.*2.*cap.* 32.*num.*8. Trullench. *de ſacram. lib*3.*cap.*8.*dub.* 12.*num.* 11. Fauſt. *lib.*1.*de Euchar.quæſt.*164. Gauan. *in. Rubr. Miſſal.part.*3.*tit.*12.*num.*34. Lezana *tom.*1.*quæſt.Regul. cap.* 21.*n.*7. Baun. *part.*1.*theol.moral.tract.* 10. *de praeb.& Paroch.quæſt.*9. in fine. Gatzia. *in ſum. tract.* 3.*difficul.* 10. *dub.*5.*num.*5. Barboſa. *de poteſt. Epiſc.alleg.* 24.*num.*11. ver. *Nouiſſime.* Tamburin. *opuſc.de ſacrific.miſſ.lib.*3 *cap.* 1.§.5.*num.*13.

Dicendum eſt *Non poſſe Sacerdotem qui pingue ſtipendium accepit pro celebranda Miſſa cõmittere alteri celebrandam retinendo ſibi exceſſum ſupra conſuetum ſtipendium.* Ita ſtatuitur in Decretis *de celebrat. Miſſar.* §. *Ac ſimiliter.* vbi ſtatuitur; quod Sacerdos committens alteri celebrandam Miſſam, non poſſit ſibi retinere partem Eleemoſinæ, ſed debeat totum concedere celebranti, & hoc in eum finem, vt ab Eccleſia remoueatur omne damnabile lucrum. Et cum ortum fuiſſet dubium, an hoc decretum locum haberet, quando ſtipēdium eſt pinguius conſueto affirmatiuè reſpond. vt *ad.* 9. *dub. ex propoſitis ſupra eiuſdem decretis.* Tenor reſponſionis eſt. *Ad nonum debere abſolutè integram Eleemoſinã tribuere Sacerdoti celebrãti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.* Nec dici poteſt, quod huiuſmodi reſponſiones non ſint authenticæ, quia incertæ ſunt in Bullar. Romano cum Decret. S. Congregat. vnde nullum effugium remanet. 4

Ratio quoque oſtendit, quod de iure quoque naturæ non liceat retinere exceſſum ſupra conſuetum ſtipendium, & proinde eſt damnabile lucrum, vt dicitur in Decret. S. Congreg. nam totum ſtipendiũ, quod datur à petente Miſſam, deſtinatur ad celebrantē pro illius ſubſtentatione in exequutionem obligationis naturalis ſubminiſtrandi illi, ſubſtentationem intuitu miniſterij exhibendi quam quidē obligationē contrahit cum eo qui cum effectu celebrat, & proinde totum ſtipendium eſt pro extinctione dictæ obligationis. Ergo celebrans Miſſam cum effectu aquirit ius ad integrum ſtipendiũ quantumcumq; illud ſit non acquirit ius ad totum id, quod datur pro ſubſtentatione ex vi obligationis naturalis, quia acquirit ius ad exigendam dictam ſubſtentationem atque adeò ad totum id, quod pro ipſa datur vigore talis obligationis. Ergo retinens partem illius ſtipendij, facit contra ius celebrantis, quia ipſum priuat parte ſubſtentationis ſibi exhibitæ, & etiam contra ius dantis ſtipendium, quia ex eius volontate deſtinatur pro ſubſtentatione celebrantis Miſſam. 5

Confirm. Quando ſtipendium datur alicui vt faciat celebrare Miſſas, non poteſt quantumuis pingue ſit, retinere ſibi aliquam partem, vt fatentur etiam vtplurimùm Doctores primæ ſententiæ, non alia ratione, niſi quia ab exhibente deſtinatur pro celebrante, ſed etiam quando datur ſacerdoti, vt ipſe celebret deſtinatur celebranti, & ex natura rei eſt pro extinguenda obligatione naturali de ſubminiſtranda ſubſtentatione ipſi celebranti. Ergo ſi qui primò accepit, non celebret, non poteſt aliqud de ipſo reti 6

ſo reti

ſo retinere, quia in tantum eſt datum, in quantum erat celebraturus, & ideò, ſi non celebret ex natura rei tranſit totum ad eum, ad quem tranſit obligatio celebrandi, & non cenſetur datum primò, niſi ſub onere celebrandi, & proindè ademptum ſub negatione oneris *l. ſi legatum purè ff. de aliment. legat. & l. Aliquando ff. de condit. & demonſtrat. & l. quod purè ff. Quando dies leg. cedat & l. pecuniam quam. ff ſi cert. pet. &* notant Spin. *conſil.* 33. *num.* 3. Natta *conſil.* 200. *num.* 1. Cephal. *conſil.* 11. *num.* 10. Oſaſch *deciſ. pedemont.* 166. *num.* 4. Surd. *conſil.* 157. *num.* 9.

7 Ad fundam. in oppoſitum. Sacerdotem accipientem primo ſtipendium pro celebrandis. Miſſis acquirere quidem dominium ſtipendij ſed reſolubile, quia acquirit ſub modo, nempe ſub onere celebrandi. Eſt autem de natura modi, quod ſi non adimpleatur, reſoluat acquiſitionem *l. Libertas. §. Hac ſcriptura. ff. de man. Teſtam.* & notant Bart. *in l. Quibus diebus §. Terminus. n.* 13. *ff. de cond. & demonſt.* Dec. *in l. cum nota. n.* 6. *l. de transfact.* Duran. *de cond. & mod. impoſ. part.* 5. *c.* 1. *n.* 4. vnde eo ipſo, quod qui accepit ſtipendiũ, non celebrat, ſed transfert onus celebrandi in alium, amittit dominium ſupra ſtipendium, quod ſequitur onus celebrãdi & ideo nihil poteſt retinere ratione dominij acquiſiti, ſed tenetur totum tradere celebranti.

8 Ad confirm. neg. dantem ſtipendium pinguius percipere illum maiorem fructum, qui prouenit ratione augmenti nam impeditur à retinente exceſſum ſupra conſuetum, in tantum enim augmentum ſtipendij eſt cauſa maioris fructus, in quantum importat maiorem influxum in celebrationẽ, non influit autẽ, niſi quatenus eſt pro ſubſtentatione celebrantis, & fundat obligationẽ quod ex validiori titulo debeatur oblatio ſacrificij. Hic autem influxus impeditur à retinente ſibi exceſſum, quæ cum non ſinat peruenire ad celebrantem pro illius ſubſtẽtatione, neque, ſinit influere in oblationem ſacrificij.

9 Ex dictis infertur à fortiori. Quod ſi tradens ſtipendium intendat, quod exhibeatur celebrantibus, nõ poterit, qui ipſum accepit, retinere ſibi exceſſum ſupra conſuetum, vt docent etiam quamplures ex Doctoribus ſupra *numero* 1. *pro prima ſententia* citat. præſertim Vaſquez, Suarez, Bonac. Barboſa, Palaus, Dicaſtil & à fortiori omnes citati pro prima ſententia Ratio eſt quia in tali caſu accipiens ſtipendium eſt nudus miniſter & ideò nihil de ſtipendio deriuare poteſt in commodum illius iuxta dict. *quæſt. præceden. n.* 4.

10 Secundò infertur. Quod licet prima opinio, quod poſſit retineri exceſſus ſtipendij probabilis videatur ex eo, quod traditur à pluribus, & grauibus Doctorib. nõ licèt tamẽ ad praxim deducere. Primò quidẽ, quia obſtant decreta S. Congregationis vt dictum eſt *n.* 4. quæ prohibent huiuſmodi lucrum tanquam damnabile, & proinde independenter à prohibitione turpe. Secundò. Quia Doctores ipſi qui eam tradunt ſubdunt, non eſſe conſulendam, quia ſapit turpem negotiationem. Vnde mirum eſt, quod in huiuſmodi actu agnoſcant turpitudinem, propter quam non ſit conſulenda, & tamen putent eſſe licitam.

QVÆSTIO 975.

An ex condonatione celebrantis retineri poſſit pars ſtipendij.

SVMMA.

1 *Obligatus ex ſtipendio poteſt illud retinere, ſi reperiat qui gratis celebret.*
2 *Quando poſſit aliqua pars ſtipendij retineri ex liberali donatione celebrantis.*
3 *Ex donatione celebrantis an retineri poſſit pars ſtipendij,* & num. ſeq.
5 *Quando non poſſit retineri.*
6 *Hæc retentio prohibita per Decreta. S. Congregat.*
Principium rei ſpectandum.
7 *Relaxatio partis ſtipendij quando coacta.*
Donatio excluditur ex qualicumque alia occaſione actus ſequi poſſit.
8 *Non mutuari niſi aliquid donetur, eſt vſura.*
9 *Donatio partis ſtipendij &c. quare extorta.*
10 *Vſura cur reſtituenda.*
Quid ſi petens ſtipendia pro miſſis vltrò offerat relaxare partem ſtipendij.
11 *In correſpectiuis vnus actus eſt propter alium.*
Quid ſi accipiens ſtipendia pro miſſis relaxet partem ſine pacto.
12 *In correſpectiuis vnum non ſubſiſtit ſine alio.*
13 *Cur relaxatio ſtipendij ex parte non poſſit preſumi liberalis donatio.*
14 *Actus vt ſit liberalitas debet prouenire ex motiuo liberalitatis.*

PRocedit difficultas, ſiue ſtipendium ſit pinguius conſueto, ſiue ſit tantum conſuetum Eſt autem ſupponendum tanquam certum, quod ſi obligatus ad celebrandas Miſſas ratione ſtipendij accepti reperiat, qui gratis illas celebret, vel qui ſe offerat, vel qui requiſitus de hoc beneficio illud velit impẽdere, poterit ſibi retinere totum ſtipendium, nam tunc acceptando obligationem celebrandi facit ſuum ſtipendium, & poſtea cenſetur liberaliter ipſum donare, vnde interuenit duplex actus, alius virtualis traditionis, & acceptationis ſtipendij, & alius donationis eiuſdem ſtipendij; ſolum ergo difficultas eſt, An committens alijs miſſas celebrandas pro quibus accepit ſtipendium, poſſit ex donatione commiſſarij retinere ſibi partem illius 1

Supponendum. Secundò. Quod ſi illi, cui committantur miſſæ celebrandæ ſoluitur integrum ſtipendium & ipſe ex mero motiuo liberalitatis, aut ſub titulo donationis, aut eleemoſinæ abſque vllo prænio pacto, ſeu conuentione ſiue expreſſa, ſiue tacita, & abſque timore, quod ſi non donet partem ſtipendij, non ſint amplius ſubminiſtrandæ eleemoſinæ pro miſſis, & qui dat ſtipendia, non ſit reuera denegaturus vlteriora ſtipendia, niſi portionem aliquam accepti ſtipendij daret, poterit tuta conſcientia retineri, quia acquiritur titulo legationis, nempe per liberalem donationẽ & ſicut poſſet totum ſtipẽdium donare ita etiam poteſt partem. Ideo difficultas remanet, quando interuenit expreſſa, aut tacita conuentio donandi aliquam partem ſtipendij, aut donatur ex timore carendi impoſterum eleemoſinis promiſſis, ſi non donet, & proinde ſupponatur animus non dandi vlteriora ſtipendia in eo, qui prima ſubminiſtrat, ſi non vtatur tali donatione, vt medio ad ea obtinenda, & ita notant etiam Lugo Card. *diſp.* 21. *de Eccleſ. ſect.* 2. *num.* 33. Lezana *in ſumma verbo.* Miſſa *num.* 35. 2

Prima ſententia aſſerit, poſſe retineri partem ſtipendij, ſi liberè donetur. Ita Homobon. *par.* 1. *exam. Eccleſ. tract.* 4. *cap.* 14. *quæſt.* 191. Io à Croce *par.* 1. *direct. conſcien. quæſt.* 2. *de ſacrif. miſſ. dub.* 8. *concl.* 1. Fauſtus *lib.* 2. *de Euchariſt. quæſt.* 164. Auerſa. *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. verſ. *ſexto ſuppoſita* Quartus *in rubr. miſſal. in append. quæſt.* 4 *punct.* 1. *difficult.* 3. *dub.* 1. Fundament. huius ſententiæ eſt. Quia ſicut poteſt celebrans miſſam totum ſtipendium donare, ita etiam partem, neque decreta S. Congregationis prohibent retinere aliquam partem ſtipendij ex donatione celebrãtis. Confirm. Quia quamuis adſit metus quod 3

non dentur amplius eleemosinæ pro missis, quia hic metus non incutitur ab extrioseco, non est ioiustus; nam potest prior sacerdos committere missas, coi voluerit sine alicuius iniuria.

4 Secunda sententia negat, posse retineri partem stipendii ex donatione celebrantis, nisi in casu de quo *num.* 2 Ita Logo Card. *disp.* 21. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 32. Lezana *in sum. verbo.* Missa *n.* 35. Martin. à S. Ioseph. *tom.* 1. *moral. lib.* 1. *tract.* 17. *de Eucharist. num.* 8. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. c.* 11. *quæst.* 7. *num.* 75. Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *c.* 1. §. 5. *num.* 15. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 4. *quæst.* 8.

5 Dicendom est. *Non posse sacerdotes cõmittentes missas alijs celebrandas retinere sibi portionem aliquam stipendij ex donatione celebrantis si interueniat conuensio aliqua etiam tantum tacita de relaxanda dicta portione, vt continuetur subministratio eleemosinarum, quæ aliàs non esset continuanda aut ex aliquo simili motiuo quæ reddat necessariam relaxationem partis stipendij tanquam medium ad obtinendas eleemosinas.* Vnde quando habentes copiam eleemosinatum, & eas non distribuunt, nisi relaxantibus aliquam partem stipendij, non possunt tuta cooscientia porrionem relaxatam retinere.

6 Hoc desumitur ex decretis *de celebrat. miss.* dum §. *similiter.* prohibetur sacerdoti qui missam suscepit celebrandam com certa eleemosina, ne eamdem missã alteri parte eleemosinæ sibi retenta celebrandam cõmitat. Duplici autem modo potest retioere aliquid de eleemosina, vel nesciente, qui celebrat, & proinde oon consentiente; vel sciente, & consensiente ita tamen vt consensus otiginem habeat ex aliquo facto committentis missas siue sit coouentio, siue subministratio stipendiorum sub hac tacita conditione consentiendi, & donandi, siue qoia non dentur stipendia, nisi donantibus aliqoam illotum porrionem. Detentio autem hoc secundo modo ad hoc est prohibita per dicta decreta, qoia non prouenit à libera voluntate donaotis, sed otiginatur à retinente. Cum enim ptiocipiom cuiusque rei spectandum sit *l. si procuratorem ff. Mandati & l. Nam origin. ff.* Quod *vi aut clam, & l.* 1. §. *prætor ff. de minor* præsens donatio babenda est extorta, dum habet ioitium extortiuum, nec primò prouenit à libetali voluntate, & proinde atit reteotio prohibita per dicta Decreta, tamquam retentio orta ex extotsione.

7 Ratio autem est. Quia non potest adesse iustus titulus tetinendi pottionem stipendij, nisi liberalis donatio, seu libera telaxatio celebtantis, cum ipsi debeatur ex destioatione petentis missas iotegrum stipendium sed ista donatio, seu libetalis relaxatio non fuodat iustum titulum. Ergò. Min. prob. quia est donatio, & relaxatio simpliciter coacta, licet secuodum quid voluntaria quia à subministrante Eleemosinas missarum constituitur medium oecessarium ad obtinendas eleemosinas pro missis, itavt aliter oon esset obtenturus; vndè potius censetur eligere hoc mediũ ad obtinendas Eleemosinas pro missis quàm donare, quia donatio excluditur ex coniectura etiam leui, & qualicumque occasione alia, ex qua seqoutus sit actus *l. si cum aurum ff. de solut.* & *l. Eleganter* §. *qui reprobos ff de pignor. act.* & notant Afflict. *decis* 44. *num.* 24. Rimin. iun. *cons.* 274. *num.* 58. Dec. *cons.* 150. *num.* 4. Surd. *cons.* 262. *num.* 73. Quod in præsenti fortiori modo valet, quia non constat de libetali, & beneuolo animo: sed potius de opposito, stante ordinata paupertate eorum, qui relaxant partem stipendii missarum quàm certè non relaxarent, nisi hoc cognoscerent, vt medium ad obtinendas huiusmodi eleemosinas Vndè licet adsit nomen donationis, noo aderit vera donatio, siquidem deest animus liberalis, & beneuolus, qui facit donationem.

8 Confir. si quis nollet mutuare, nisi ijs, qui accipientes mutuum donarent motuaoti aliquam partem mutui, committeret vsoram palliatam, quia illa donatio non esset libetalis donatio, sed deduceretur in necessitatem ad obtinendum mutuum. Rursus si qois oollet condocere famulum, nisi de salario iosto donaret aliquam partem, committeret iniustitiam, quamuis in libertate vtriosque sit mutuari potius voi, & non alteri, aut conducere potius vnum, quam alterum, oon alia ratione, nisi quia vtitur hoc modo ad oon seruandam æqualitatem iustitiæ; & proindè indirectè cogit ad standum ioæqoalitati, & iniustitiæ. Ergò etiam qui noo dat stipendia pro missis, nisi donantibus aliquam portionem, lædit iostitiam, quia inducit inæqualitatem, & indirectè cogit celebrantẽ, ad standum iniustitiæ, seu ad consentiendum donationi extortæ.

Coofir. secundò. Totum integrum stipendium est 9 debitum ex iustitia celebranti Missam, tum quia ipsi est destinatum à petente missas, tum quia totum est pro satisfaciendo obligationi naturali de submioistrãda substentatione exhibenti ministerium in offerendo sacrificium. Vnde de iure naturali fit debitum suscipienti onos celebtandi, & deuoluitur etiam vi obligationis naturalis ad quemcumque, ad quem deuoluitur onus. Ergo nolle alicui committere missas celebrandas, nisi donet partem stipendij est voluntas extorquendi donationem, seu potius partem stipendij sub titolo donationis, cum tamen non adsit verus animus donandi, & oon reddendi, quod de iure naturali esset reddendum.

Confir. tertiò. Ideo exigens vsuras ratione mutui 10 peccat, & tenetur ad restitutionem, quia exigit tamquam sibi debitum ratione coortactus, quod non est sibi debitum, aliàs non esset mutoaturus. Sed etiam qui susceptas missas celebrandas alteri commendans, & exigens donationem partis stipendij, exigit, quod sibi non est debitum ratione talis commendationis, oeque alio aliquo titulo, alioquin si esset debita ex alio titulo, noo esset donatio. Ergò eodem modo peccat. Et hoc etiam locum habet si petens sibi commendari missas vltrò offerret partem stipendij donante, sicut etiam contiogit quando petens mutuum ab vsuratio, quem scit non aliter mutuari, vltrò offert vsuras: nam eò offert, quia scit, quod non aliter posset obtinere eleemosinas pro missis.

Quæ autem dicta sunt, locum habent etiam si non 11 præcedat aliquis tractatus, sed solum accipiens stipendia relaxet aliquam partem sub titulo donationis, nam hoc solum sufficit, vt isti actus sint correspectiui, cum vnus sit propter alium, vt notant Bald. *in l. Petent. num.* 49. ver. *Dicitur tamen de pact.* Dec. *cons.* 245. *num.* 5. Socin. sen. *cons.* 273. *num.* 4. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 42. *in fin. vol.* 1. Crauet. *cons.* 298. *num.* 13. Natta *cons.* 115. *num.* 2. *vol.* 1. Bortat. *cons.* 304. Surd. *decis.* 298. *n.* 11. Anchar. *cons.* 434. *num.* 3. ver. *præterea.* Veral. *decis.* 235. *num.* 1. *part.* 2. & *decis.* 307. *num.* 3. *par.* 2. Rota *decis.* 491. *num.* 3. *par.* 1. *diuer.*

Ea autem est natura actuum correspectiuotum, vt 12 vnum sine altero noo consistat *l. filio.* §. *Matri, & l. Alumna.* §. *titia ff. de adimen. leg.* & *l. cum emptor ff. de resum. vendit* & notant Alex. *cons.* 112. *lib.* 3. Crauet. *cons.* 293. *num.* 2. Decian. *respons.* 1. *num.* 38. *vol.* 3. & proindè vnum alteri inesse censetur, vt ootant D.D. *in l. Parens C. de pact.* Seraph. *decis.* 540. *num.* 4. Merlin. *decis.* 313. *num.* 5. Vndè ex hac correspectiuitate licet inferre, quod suscepta onera missarum oon committerentur alteri adimplenda, nisi donaret partem stipendij, & proindè, quod committantur sub hoc onere donatioois, quod est quid iniustum; quia eò ipso, quod transfert onus celebrandi in alium, traosfert etiam ius ad totum stipendium, & non potest hano translationem aggrauare aliquo onere, cum oon adsit com-

ſit compenſatiuum oneris, nec poſſit addere bous, ſupra id, de quo non poteſt diſponere.

13 Ad fundamentum, in opposit. conceditur, poſſe aliquem donare partem ſtipendij iuxta dicta *n. 4.* neque hoc prohiberi à decreto. S. Congregationis. Verùm quando ita committuntur Miſſæ celebrandæ, vt non committerentur niſi relaxaretur pars ſtipendij, non interuenit vera donatio. Præſertim quia hoc fit tamē ab illis, qui indigent ſtipendijs illis, & cum non poſſint integra habere; iudicant, ſatius eſſe habere, quod poſſunt, vnde non debet præſumi, quod liberaliter donent *l. cum legatum ff. de adimen. leg.* & notant Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo* donationæ largitus *num.* 106. *C. de reſt. donat.* Valeſ. *conſ.* 53 *num.* 24. Gama *deciſ. lect.* 71 *num.* 3.

14 Ad Confir. Quamuis metus non ſit ab extrinſeco, nec ſit iniuſtè incuſſus, ſiue etiam, ex alio motiuo fiat donatio illa, adhuc tamen ſufficere; vt non ſit vera Donatio. Quia cum Donatio ſit Actus liberalitatis, debet prouenire ex motiuo liberalitatis, à quo ſuam ſpeciem ſumat, & ideò, ſi deficiat, deficit quoque Donatio, itavt quamuis retineat nomen, non ſit tamen Donatio; vt pote ſua eſſentia deſtituta, atque adeò non operabitur effectum Donatio, qui eſt liberaliter transferre Dominium in Donatarios & cum hic Titulus deficiat nullus alius ſupereſt.

QVÆSTIO 976.

An qui accepit pinguius ſtipendium pro Miſſa tanquam à beneuolo Benefactore, poſſit retinere exceſſum, ſi alteri committat Miſſas.

SVMMA.

1 *Quando Miſſa habens annexum pingue ſtipendium, non poſſit alteri committi.*
2 *Accipiens pingue ſtipendium ob beneficientiam dantis, poteſt tradere conſuetum Celebranti.*
3 *Quod fit contemplatione perſonæ, eſt perſonale.*
4 *Si pinguiora ſtipendia dentur intuitu loci; ſufficit, ſi detur conſuetum Celebranti.*

1 IN hac difficultate attendendæ ſunt omnes facti circumſtantiæ. Vnde ſi quis det ſtipendium pinguius ſolito intuitu perſonæ celebraturæ, quia confidat de deuotione illius, & proinde velit Miſſam celebrari ab ipſo, non poteſt huiuſmodi Miſſa alteri committi, etiam cum toto ſtipendio; ſed qui ſuſcipit onus, tenetur ſatisfacere modo; quo intendit petens Miſſam, aut ab initio recuſare oneris ſuſceptionem. Si tamen contingat quod ſuperueniente infirmitate non poſſet celebrare, itavt non niſi poſt longum tempus ſperaretur ſatisfacere poſſe obligationi; crederem ſi fieri poſſet, id eſſe notificandum illi, qui pingue ſtipendium dedit vt ſuam intentionē declararet. Quod ſi non poſſet notificari eſſet miſſa celebranda per ſacerdotem talis qualitatis, qui poſſet æquiparari illi, cuius perſona erat electa, & integrū ſtipendium eſſet ipſi exhibendum, cùm ſit tributum intuitu Deuotionis celebrantis.

2 Si verò iſta auctiora ſtipendia tribuantur ad beneficiendum Sacerdoti celebraturo, vt contingit in benefactoribus Religioſis. Dicendum eſt. *Quod ſi committantur miſſa alijs celebranda poſſit retineri exceſſus ſupra conſuetum ſtipendium.* Ita Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchar. ſect.* 17. verſ. *Sextò ſuppoſita.* Bordin. *tom.* 1. *conſil. Regul. reſolut.* 25. *num.* 28. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 12, *quæſt.* 7. *num.* 74. Tamburin. *opuſc. de ſacrif. miſſ. lib.* 3. *cap.* 1 §. 5. *num.* 13. Quartos *in Rubr. miſſal in Append. quæſt.* 4 *pun.* 1. *difficul.* 3. verſ. *Colligitur poſſe* Trulien. *lib.* 3. *de ſacram cap.* 8. *dub.* 12. *num.* 10 *to fine.*

3 Ratio eſt. Quia augmentum ſtipendii fit contemplatione perſonarum, non autem intuitu miſſæ: ordinatur enim ad ipſis benefaciendum. Ergo ſi committatur miſſa alijs celebranda, non eſt de neceſſitate exhibendum totum ſtipendium; ſed ſufficit, quod exhibeatur conſuetum, quia non tenetur perſona contemplata conuertere in alium Beneficium ſibi impenſum. Præſertim quia, quod fit contemplatione perſonæ non debet eam egredi *l. cum precario §.* 5 & *l. Interdictum ff. de precar.* & *l. filiofam. ff. de condit. & demonſt.*

4 Ex quibus infertur, quòd quando dantur pinguiora ſtipendia pro celebrandis Miſſis in aliqua Eccleſia, aut Altari ſpecialis deuotionis, ſi contingat has miſſas celebrandas eſſe per alios, quam per Sacerdotes illius Eccleſiæ, ſufficere, quod detur congruum ſtipendium, ſiquidem illud augmentum ſupra conſuetum ſtipendium cenſetur ſuperadditum intuitu Eccleſiæ ſeu Altaris, cum cenſeatur contemplata qualitas Eccleſiæ, ſeu Altaris, & ideò debet cedere in commodum ipſius iuxtà L. *Annua §. Titia ff. de ann. leg. &. l.* 5. *ff. de reb. dub.*

QVÆSTIO 977.

An qui colligunt Miſſarum ſtipendia, poſſint ratione laboris aliquid ſibi retinere.

SVMMA.

1 *Colligentes ſtipendia ratione laboris an poſſint aliquid ſibi retinere.*
2 *De iure naturali non videtur prohibitum*
3 *Neque ſecundum Tamburinum contrariatur Decretis S. Congregat.*
4 *Colligentes eleemoſinas delatas ad Eccleſias, non poteſt aliquid retinere.*
5 *Collectores eleemoſinarum pro Miſſis vltra, eos qui in Eccleſijs colligunt non debent permitti.*

1 QVòd colligentes ſtipendia poſſint aliquid modicum ſibi retinere ratione laboris tradunt Sot. *lib.* 9. *de Iuſt. & iur. quæſt.* 5. *art.* 1. *dub.* 2. Rodriq. *part.* 2. *ſumm. Cap.* 252. *concluſ.* 9. & 15. Henriq. *lib.* 9. *ſum. cap.* 22. *n.* 8. Valquez *part. diſp.* 234. *Cap.* 4. *n.* 31. & 32. Suarez *diſp.* 86. *de Euchar. ſect.* 3. §. *vlt.* Nald. *in ſumm. verbo* Miſſa *num.* 4. Sà. *num.* 43. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 187. Facund. *precep.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 9. *num* 15. Garzia *in ſumm. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 5. *n.* 4. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp* 4. *dub.* 50. *num.* 375. Tamburin. *opuſc. de ſacrif. miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 5. *num.* 16. verſ. *ſed certe.*

2 Et quidem; cum munus colligendi ſtipendia pro miſſis ſit pretio æſtimabile, non videtur Iure naturali prohibitum quin compenſari debeat. Et vtiliter gerant negocium ſacerdotum, qui accepturi ſunt ſtipendia miſſarum, quia fortè aliàs non haberent, ad illos ſpectare videtur, compenſare laborem Collectoris, & proinde relaxare debere aliquā exiguam portionem pro ſingulis ſtipendijs.

3 Addit Tambur. *citat.* Neque hoc eſſe contra Decreta S. Congregationis *de celebrat. Miſſ.* quia ſolum diſponit de Sacerdotibus ne committendo aliis miſſas quas ſuſceperant celebrandas, retineant ipſi aliquam partem eleemoſinæ, non autem collectoribus. ibi. *Prohibet Sacerdoti ne partē eleemoſinæ retentu &c.* vnde cū prohibitio ſit odioſa, non eſt extendēda ad colle-

ctores

ctores. Et infert, qood, etiam Sacerdotes, qui colligunt eleemosinas, non vt colligent, sed vt Missas celebrandas curent poterunt eandem portionem sibi retinere,

Verùm si hæc opinio admitteretur omnes qui col-
4 ligunt plures eleemosinas pro Missis, quã satisfacere possint tanquam Collectores, possent istam portionem sibi retinere, & frustraretur Decretum sacræ Congreg. de exhibenda integra Eleemosina, quando alijs committuntur Missæ celebrandæ, siquidem non committuntur alijs Missæ celebrandæ, nisi illæ quas qui colligit eleemosinas non potest celebrare. Deinde quia regulariter istæ eleemosinæ pro Missis non colliguntur, nisi in Ecclesijs, in quibus adimpleri solent opera manualia Missarum, & proinde Collector exercet hoc munus in commodum illius Ecclesiæ, & ideo pertinet ad Ecclesiã, cum suis expensis deputare. Quod si colligat plures eleemosinas, quam necessariæ sint pro Ecclesia, non potest ratione talis collectionis prætendere aliud emolumentum, & ideò quando distribuuntur oec ipse, oec alij, qui eum deputauerunt, poterunt retinere portionem aliquam eleemosinarum.

5 Extra hos autem Collectores, non sunt permittendi alij, qui tanquam quæstores colligant eleemosinas pro Missis. Tum quia fideles admodum paucas ipsis exhiberent tum quia suspicarentur, quod cum nec ipsi celebraturi sint, nec habeant Ecclesias in quibus celebrentur, quod non se fideliter gessuri essent. Tum quia aut egestate, aut alia de causa, & præsertim retinendo sibi pro officio plusquam deberetur valde probabile esset, quod non facerent omnes Missas celebrare. Tum quia permitteretur quæstus in ijs, quæ pro substentatione celebrantium destinatur à fidelibus, qui est turpis modus lucrandi.



DE LEGATIS *PRO* CELEBRATIONE Missarum.

Passim in dispositionibus vltimæ voluntatis institui solent Legata pro celebrandis Missis, siue temporalia, siue perpetua. Quod spectat ad temporalia, nihil habent speciale, quod non conueniat etiam perpetuis, nisi quod, si non sit taxatus numerus Missarum, aut si non sit taxata Eleemosina, spectat ad Episcopum taxare, ex Decretis S. Congregat. *de celebrat. Missar.* vt dictum est etiam in Superioribus. Ideò modò quæ ad Legata perpetua & etiam temporalia spectant, explicanda sunt.

QVÆSTIO 978.

Quando debeatur Legatum pro celebratione Missarum.

SVMMA.

1 *Legata pro Missis rectè instituuntur.*
2 *Taxato tempore pro solutione Legati, cessat omnis difficultas.*
Testator potest amplissimè disponere de rebus suis.
3 *Legatum pro Missis statim soluendum.*
4 *Statim à morte, implenda voluntas Testatoris.*
5 *Statim à morte, Legatarius acquirit ius ad legata.*
6 *An differenda solutio legati, vt interim vendantur ea, ex quibus pecunia est retrahenda.*
7 *Pœna non soluentium legata tempore debito.*

Qvamuis noonulli improbaoerint legata pro celebratione Missarum tanquam simoniaca labe infecta, decepti tamen sunt, vt constat ex dictis de stipendio pro Missis. Vnde supponendum est tanquam certum. Legata pro Missis siue temporalia, siue perpetua, rectè institui, vt inter alios notant Spin. *in speculo testam. gloss.* 3. *tit. de Cappellan. num.* 55. vbi latè, Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 166. Alphons. de Leone *de offic. Cappell. quæst.* 5. *sect. vlt. num.* 437. Hoc enim confirmat praxis Fidelium instituentium huiusmodi legata, & Ecclesiæ ea acceptantis. Si enim legata sint pro vna vice, eadem est ratio de ipsis, ac de stipendijs manualibus. Si verò sint perpetua, aut habeant aliquem statum permanentem, tunc nihil aliud sunt, nisi salaria quædam ad manutenendum Capellanum, qui celebret Missas iuxta dispositionem Testatoris. Certum est autem, quod cuicumque Officiali debetur de iure congruum salarium. 1

Secundò supponendum est. Quod si Testator disponat de tempore, in quo soluendum sit legatum, cessat omnis difficultas, quia cum habeat amplissimam facultatem disponendi de rebus proprijs §. *disponat.* Authen. *de nupt.* & ideò eius voluntas pro lege habenda est. Et ideò eom ipse declarauerit tempus in quo legatum pro Missis celebrandis soluendum sit, non est opus alia determinatione, iuxta ea quæ notant Bald. *in authent. nisi rogati*, ver. *Et per hoc soluitur C. ad Trebell.* Decian. *respon.* 88 *num.* 16. *vol.* 2. Paris. *conf.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. Vnde difficultas solum est, quando Testator nõ præfixit tempus. Difficultas autem ex eo procedit, quod pro exequendis legatis piis, de iure conceduntur sex menses, sicut pro non pijs integer annos. 2

Dicendum est. *Legatum pro Missis siue perpetuis, siue pro vna vice, esse statim soluendum.* Itavt spatium sex mensium concedatur solum ad euadendas pœnas impositas à iure negligentibus soluere, non autem ad euadendum peccatum. Ita communiter Doctores *in cap. Qui oblationes n.* 12. *causa* 13. *quæst.* 2. Nauar. *lib.* 3. *de rest. cap.* 4. *num.* 167. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 133. *num.* 8. Martin. Carill. *in Bullam defunct. part.* 2. *cap.* 15. Martin. Nauar. *cap.* 17. *manual. num.* 68. ver. *Accidentaliter*, Molina *de Iust. & Iur. tract.* 2. *disp.* 251. *num.* 11. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 15. Laiman. *lib* 3. *theol. moral. tract.* 3. *cap.* 11. *num.* 12. Megal. *par* 1. *resol.* 80. Sylvester *verbo Testamentum quæst.* 6. & 9. Abb. *in cap. si heredes n.* 5. *de testam.* Couarru. *num.* 4. Bonac. *disp.* 3. *de contract. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 29. Villalob. *in manual. cap.* 5. *num* 16. Valer. *in differen. vtriusque fori*, *verbo* Legatum *differen.* 1. *num.* 2. Alphons. de Leone *de offic. Cappel. quæst.* 5. *sect.* 6. *num.* 62. 3

Ratio est. Quia testamentum statim à morte Testatoris incipit valere. Ergo statim exigit executionem ab iis, ad quos spectat, & voluntas defuncti quæ pro lege habenda est, statim vrget pro executione. Ergo si non exequantur statim ac est possibile, faciunt in re graui contra munus proprium, & contra voluntatem Testatoris. Præsertim quia, cum legatum concernat suffragia pro anima Testatoris, aut etiam si sit pro eleemosina, atque adeò habeat vim satisfaciendi pro defuncto, impediunt, ne libe- 4

retur

retur à pœnis Purgatorij, & differunt illud beneficium, quod aliàs statim perciperet, & ipse voluit percipere.

5 Confirm. Eò ipso quod testamentum incipit valere statim à morte Testatoris, statim etiam consurgit ius in Legatarijs ad percipienda ipsa legata; nam per testamentum hoc ius ad ipsos transfertur. Ergo mora soluendi, quando aliàs est possibilis solutio, lædit ius Legatarij, quia detinet id, quod ipsi debetur ex iustitia. Et proinde ij, ad quos spectat soluere euadunt iniqui detentores illius, quod alteri debetur.

6 An autem sit iusta causa differendi solutionem legati pij, quia opus sit vendere aliqua bona hæreditatis, & si tunc statim venderentur, viliori prætio venderentur. Resp. cum D. Th. *quodlib. 6. art.* 14. per modicum tempus posse differri, si eleemosinæ ex hac dilatione futuræ sint ampliores: nun autem per multum tempus. Vnde doctrina D. Th. procedit in casu, in quo Testator res aliquas vendendas reliquisset, vt ex retracto prætio erogarentur eleemosinæ. Verùm quando legat quantitatem, & pecunia retrahenda est ex venditione bonorum, quia non videtur quod modica retardatio possit esse causa, vt prætio notabiliter maiori vendantur, ideò non est expectandum; præsertim quando agitur de suffragijs pro defuncto, quia præsumendum est, quod voluerit statim, quoad hoc exequutioni mandari suam voluntatem, non obstante distractione suarum rerum minus vtili, quia præsumi debet, quod melius velit animæ propriæ, quàm hæredibus, præsertim quia multò maius esset malum, quod ipse ex dilatione substineret, quàm commodum ex dilatione venditionis perciperent hæredes.

7 Quod autem spectat ad pœnas eorum, qui infrà terminum præscriptum non adimplent voluntatem Testatoris soluendo legata, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico est priuatio hæreditatis *l. fin. C. de fideicom.* & cap. *Siluester.* 11. *quæst.* 1. cum hoc tamen discrimine, quod extraneus hæres omninò priuabatur, Filius autem priuabatur successione, relicta tantum ei legitima. Authen. *Hoc amplius C. de fideicom.* de relictis autem ad pias causas disponitur, quod differeos adimplere, debet totum amittere. Authen. *de Ecclesiast. titul. §. si quis autem pro redemptione* vet. *si autem collat.* 9. in caput autem *si hæredes de testam.* disponitur generaliter, quod hæredes nó adimplétes iussa Testatoris interdicantur hæreditate, & fructibus ipsius. Et hæc notantur à Gloss. in d. cap. *si hæredes* vet *interdicuntur* Panormitan. *ibid. num.* 8. Couar. *num.* 5. Siluest. *verbo* Legatum 2. *quæst.* 6. Petrus Nauarr. *lib.* 3. *de restit. cap.* 4. *num.* 166. Valer. *in differēt. vtriusque fori*, *verbo* Legatum *different.* 1. *num.* 3. Ex quibus constat, quocumque modo res se habeat, quod semper grauiter sunt puniendi hæredes, qui non soluunt tempore debito legata pia, cum saltem interdicenda sit eis hæreditas cum fructibus; vt saltem hoc pacto indirectè compellantur ad exequendam voluntatem defuncti. Indigni enim sunt recipere beneficium defuncti; & frui bonis ipsius, dum eiusdem voluntatem non adimplent.

QVÆSTIO 979.

Quando soluendum sit legatum annuum pro Anniuersario.

SVMMA.

1 *Annua legata ad pias causas, soluenda initio anni.*

2 *Legatum pro Anniuersario, quando soluendum.*

3 *Legatum ad certum effectum, & pro tempore certo non debetur nisi illo tempore.*

4 *Solutio in diem potest præueniri.*

Sed solùm quando dilatio est in fauorem debitoris.

5 *Anticipata solutio legati pro anniuersario stat periculo soluentis.*

QVod annua legata ad pias causas, soluenda sint initio anni, tradunt Roman. *in repet. authen. similiter C. ad l. Falcid.* Alexan. *in l. qui bona ff. de damn. infect.* Rebuf. *de priuileg. scolast. priuileg.* 136. & alij Doctores *qui l. ui hoc anno* 42. *ff. de verb. oblig.* Pro hoc autem allegatur *l. si ita fuerit ff. de manumiss. testam.* vbi dicitur, quod qui duodecimo anno liber esse iubetur, omnibus diebus anni liber esse iussus est. 1

Dicendum tamen. *Legatum annuum non esse soluendum, nisi adueniente tempore Anniuersarij.* Ita Hieronym. à Laurent. *decis.* 117. *num.* 5. Barbos. *in rubr. soluto matrimon. part.* 4. *num.* 34. Gomez. *in l.* 22. *taur. num.* 10. vet. *sextò & quidem*, Perez de Lara *de Anniuers. cap.* 9. *num.* 49. Alphons. de Leone *de offic. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 6. *num.* 69. Hoc autem ita accipiendum est, vt solui debeat, antequam celebretur Anniuersarium, vt proinde ij, ad quos spectat, petere possint solutionem, antequam celebrent Anniuersarium. 2

Ratio est. Quia huiusmodi legatum est destinatū ad certum effectum pro certo tempore. Ergo tum solum adest obligatio soluendi, quando debet inseruire pro destinato effectu, ita vt non sit differendus effectus ob dilationé solutionis legati; legatum enim annuum respectu certi effectus tanquam correspectiuum ad ipsum non debetur, nisi tépore exigentiæ, & necessitatis, *l. nec simel. §.* 1. *ff. quando dies.* l. ug. Card. vbi cómuniter Doctores. Roland. *cons.* 22. *n.* 23. *vol.* 1. alios referens. Surd. *de aliment. tit.* 17. *num.* 4. 3

Ex quibus deducitur, quod licet debitor in diem possit ipsum præuenire, iuxta *l. cum in diem. ff. de solut. & l. cum tempus. ff. de reg. iur.* hoc tamen solum locum habet quando dilatio solutionis est posita in fauorem debitoris, non autem quando est in gratiam creditoris, aut legatarij, iuxta *l. cum qui. ff. de ann. legat. & l. qui Romæ. inis. ff. de verb. oblig. & l. fideicommissi. §. cum. Policlius. ff. de vsur.* & notat etiam Bart. *in l. cum pater. §. à filio. ff. de leg.* 2. Gomez. *in. l.* 25. *Taur. n.* 10. vet. *sexto quidem* Hieron. à Laurent. *decis.* 117. *num.* 4. Ratio autem est. Quia fieri potest, quod si anticipatur solutio, vergat in damnum creditoris, eo quod tempore solutionis sit alius creditor, quæ ratio etiam militat in legato pro Anniuersario, quia si anticipetur solutio, fieri potest, quod quando est celebrandum Anniuersarium, exactio legati ad alium spectet, vel quia sit mortuus, vel quia sit mutatus Rector Ecclesiæ. 4

Secundò deducitur. Quod si solutio legati pro Anniuersario anticipetur; periculum anticipationis erit penes soluentem, si enim contingat, quod Rector Ecclesiæ interim moriatur, nec relinquat post se, quod titulo legati accepit, poterit successor, aut is, ad quem spectat celebrare Anniuersarium, rursus repetere legatum tamquam malè solutum, & in præiudicium illius, ad quem spectat; sibi enim debitor imputare debet, quod præuenerit diem solutionis. 5

QVÆSTIO 980.

Quando soluendum sit annuum Legatum pro Missis quotidianis.

SVMMA.

1 *Legatum annuum pro Missis quotidianis ab initio anni soluendum.*

2 *Quia exigentia solutionis incipit cum anno.*
Finis regulat actum.

3 *Nec obstat periculum, quod non celebrentur Missæ.*
Quia cautione asseruanda sunt.

1 PEr Missas quotidianas intelliguntur eæ omnes, quæ celebrantur per annum successiué quamuis non celebrentur quotidie, sed solum certis diebus hebdomadæ Dicendum autem est *Legatum annuum esse soluendum pro his Missis quotidianis ab initio cuiuscumque anni*, itavt solui debeat secundum portionem, vel de trimestri in trimestre, vel de bimestri in bimestre. Ita communiter Doctores loquentes in genere de legatis pijs Roman. *in reper. Authen. similiter. c. ad l. falcid.* Alexan. *in l. qui bona. §. fin. ff. de damn. infect.* Tiraquell *de priuileg. pia causa priuileg.* 22. vbi Riccius *in addit.* Rebuf. *tit. de priuileg. scholast. priuil.* 136. Gomez *in l.* 26. *Taur. n* 2. 10. Baptist. de Thoro *in sum. priuileg. pia causa. priuil.* 11. Molfes *ad cõsuet. Neapol. q.* 6. *n.* 6. *&* 8. Gregor. Lopez *in l.* 15. ver. *Darle cada anno. tit.* 11. *part.* 5. Bart. *in l. Generali. §. hared. ff. de vsufruct. leg* Sigoorol. *cons.* 66. *num.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 17. *num.* 9. Perez. *de Anniuers. cap.* 9. *num.* 13. Alphons. de Leone *de offic. Cappel. quæst.* 5. *sect.* 6. *num.* 70. & alij cum Glos. *in §. Qui hoc anno.* instit. *de inutil. stipul.*

Deluinitur autem ex *l. filia mea.* 22. *ff. de annuis leg. &*
2 *l. à vobis, eodem tit.* Ratio vero est, quæ militat specialiter pro præsenti casu, quia huiusmodi legatum est pro manutentione cappellani, qui Missas celebraturus est, & eqoipatatur legato pro alimentis, siquidem ex ipso debet percipere alimenta si aliunde non habet & ideo cum causa finalis ipsius incipiat ab initio anni, incipit etiam debitum solutionis, finis enim regulat actum, itavt sit secundum exigentiam ipsius *l. adigere. §. Quamuis. ff. de Iurepatr.* & notat Socein. sen. *cons.* 24. *num.* 14. *vol.* 1. Bald *cons.* 31 2. *num.* 3. ver. *Tertiò vt causa.* Roman. *cons.* 503. *num.* 7. Angel. *cons.* 248. *n.* 3. Rota. *decis.* 287. *n.* 1. *p.* 1. *Recen.* & ideo cum finis legati annui sit subministrare salarium capellano, aut stipendium pro substentatione celebraturi iuxta qualitatem legati, debetur ab inito anni, cum tunc sit necessarium pro fine intento.

3 Dices, si anticipatè soluerent legatum, soluentem exponi periculo, quod non celebrẽtur omnes Missæ, quia posset mori capellanus, antequam celebrasset omnes Missas, pro quibus portionem legati acceperat, vnde aut non celebrarentur Missæ, aut opus esset pro ipsis erogare aliam pecuniam. Res. Hoc periculum non adesse, quando legatum est relictum alicui Ecclesiæ, quam semper habet alios Sacerdotes, per quos supplere potest. Vnde solum potest habere locum, quando particulari sacerdoti, tamquam Capellano soluitur legatum, in quo casu cum sit periculum quod inest ex natura rei, non adest obligatio anteuertendi, neque ex hoc fit quod non debeat solui anticipatè legatum. Si tamen Capellanus cedat iuri suo & contentus sit accipere legatum post Missas celebratas, tunc differri poterit solutio. An autem si cõtingat, quod nõ celebrẽtur omnes Missæ, pro quib. sit solutum legatũ debeat hæres supplere pro ipsis, dependet ex modo dispositionis testatoris, de quo suo loco. Vt tamen huic periculo obuiaretur, declarauit S. Congregat. Episcop. & Regul. *die* 17 *Decem.* 1591. quod hæredes non teneantur capellano, anticipatè soluere, nisi caueat aut pro celebratione, aut restitutione casu, quod Missæ non celebrentur.

QVÆSTIO 981.

An, antequam soluatur annuum legatum, teneatur legatarius celebrare Missas.

SVMMA.

1 *Adepta possessione beneficij statim vrget obligatio celebrandi*

2 *Legatarius tenetur ab initio anni celebrare, si sit assignatus fundus fructifer.*

3 *Mora, non contrahitur sine interpellatione.*
Quoad soluturos legatum annuum, initium anni interpellat pro homine.

4 *Legatarius tenetur ab initio anni celebrare, si solutio legati sit certa.*
Solutio moraliter certa est habenda in consideratione.

5 *Habetur pro præsenti Quando solutio legati est dubia, non tenetur legatarius ab initio anni celebrare.*

6 *Obligatio celebrandi est tantum radicaliter in iure ad legatum.*

7 *Legatarius, non tenetur celebrare si ex aliquo casu non adsit spes obtinendi legatum.*

SVpponẽdum est. Esse diuersam rationem de le- 1
gatario, ac de beneficiato, seu Capellano, qui habet Capellaniam collatiuam, seu in titulum. Nam in his obligatio celebrandi Missas consequitur titulum, sicut etiam consequitur ius ad percipiendos fructus, & ideo eo ipso, quod acceptatur titulus, acceptatur etiam obligatio annua, & ideo adepta possessione, statim insurgit obligatio præstandi seruitium, quod est debitum ratione tituli, vt inter alios notant Paris. *lib.* 1. *de resignat. quæst.* 9. *num.* 15. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 9. *num.* 13 & proinde, antequam percipiantur fructus. Vnde remanet difficultas de simplici legatario, qui non tenetur celebrare Missas nisi ratione legati.

Suponendum 2. Quod si pro legato sit assignatus 2
fundus aliquis fructifer, & acceptatus à legatario, quamuis ab initio anni non percipiantur fructus, tenebitur legatarius celebrare Missas nam eo ipso quod acceptauit assignatum fundum, consensit in solutionem legati iuxta naturam fructiferam fundi & ideò manet obligatio in suo vigore & eodẽ modo adimplenda ac si ab initio anni solutum fuisset legatum & eodẽ pacto res se habet, ac si consensisset in dilationem solutionis.

Spponendum 3 Quod licet mora non contraha-
tur sine interpellatione, *l. Mora. ff. de vsur.* & *l. si* 3
insulam. ff de verb. obligat. attamen vt à debitoribus legati contrahatur mora, non est necessaria interpellatio legatarij, quia cum legatum sit determinato tempore soluendum, nempe ab initio anni, dies ipse interpellat pro homine. *l. Magnam. C. de contrahen. & commit. stipul.* & ideò sufficit, vt debitor legati sit in culpa & mora absque vlla instantia legatarij. Ex quo deducitur contra Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 9. *num.* 12. vers. *Respondeo.* quod quamuis legatarius acceptauerit legatum, non tenetur procurare solutionem, quia acceptauit, & se obligauit ad missas celebrandas cum tacita conditione, quod ipsi soluatur legatum, itavt si non soluatur, non teneatur

tut procurare, cum ad id non se obligauerit.

Dicendum. 1. *si solutio legati est moraliter certa, quãuis non sequatur statim ab initio anni, tenetur legatarius celebrare missas.* Ita etiam Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 9. num.* 12. vers. *Respondeo.* Hoc autem ita accipi debet, vt non impediat, quin legatarius statim ab initio anni non possit petere solutionem legati, præsertim si indigeat ad sui substenta- & protestari, quod non sit celebraturus missas, nisi ei soluatur legatum: & tunc, hoc præmisso, non tenebitur celebrare, nisi soluatur legatum, quia obligatio celebrandi est correspectiua ad solutionem legati. Ratio autem est. Quia, dum solutio legati est moraliter certa, haberi debet in consideratione, iuxta *l. Quemadmodum. §. si vario. ff. Ad l. Aquil.* & *l. 1. ff. de in lit. iuran.* & proinde considerari potest tamquã præsens in ordine ad excitandam obligationem, iuxta *l. 15. §. fin. ff. de reind.* vbi Fulgos. *& l. Vestimentorum ff. de auro & argen. legat. & l. ligni §. 10. ff. de legat. 3.* & notant Bart & Bald. *in l. penult. ff. de testam. milit.* Surd. *cons.* 195. *num.* 102. Et ideo certitudo solutionis de proximo erit sufficiens, vt excitetur obligatio celebrandi.

5 Dicendum 2. *si solutio legati patiatur aliquam difficultatem, & non sit moraliter certa, non tenetur Capellanus, seu legatarius celebrare missas quousque recipiat legatum.* Ita in simili Turrecrem. *in cap. Clericus dist.* 91. Palud. *in 4. dist.* 15. *quæst.* 1. *art.* 1. Sotus *de Iust. & iur. lib. 10. quæst. 5. art.* 3. Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 3. quæst.* 9. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 9. num.* 12. vers. *Respondeo.* & alij. Ratio est, quia acceptatio legati, seu obligationis celebrandi ex legato est sub tacita conditione, quæ inest ex natura rei, quod soluatur legatum: & proinde non consurgit, nisi soluto legato, saltem per moralem certitudinem. Ratio est. Quia dum solutio legati remanet sub aliqua dubietate, non est sufficiens, vt faciat vrgere obligationem, quæ non vrget, nisi ratione solutionis legati. Confir. Non tenetur quis subire onus certum ob incertum emolumentum: esset enim inæqualis conditio subeuntis onus. Ergo neque legatarius tenetur missas celebrare ob legatum, cuius solutio non est certa.

6 Dices legatarium acquirere ius certum ad legatũ, & ideo teneri celebrare, non secus, ac beneficiarius, qui ratione tituli tenetur celebrare. Resp. Acquirere quidem ius certum ad exigendum legatum; non tamen subire obligationem celebrandi missas ante solutionem legati: quia huiusmodi obligatio est tantum radicaliter in iure ad legatum: proximè autem, & formaliter non consurgit, nisi ex effectiua solutione ipsius, quia celebratio non est onus annexum iuri ad legatum, sed præstationi legati. In beneficiario autem onus celebrandi est annexum titulo beneficij.

7 Ex dictis sequitur. Quod si ratione belli, pestis, vel alterius casus fortuiti cõtingat deesse spem, quod legatum sit soluendum; non teneri legatarium celebrare missas, vt notat etiam Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. §. 9. num.* 12. vers. *Respondeo.* Quia scilicet etiam in spe deest fundamentum obligationis, quod est solutio legati. Imo si missas celebraret, posset compensare cum ijs; quas tenetur celebrare, quando postea solueretur legatum, nam posset ipsum retinere secundum proportionem correspondentem missis iam celebratis: si tamen fructus decursi legati soluerentur, tunc teneretur supplere missas, quas prætermisit: & si ipse non posset, deberet per alium supplere.

QVÆSTIO 982.

An, si Legatarius teneatur interpellare, quomodo & quousque præstare debeat.

SVMMA.

1 *Legatarius, quando obligatur solum pro vna vice tenetur interpellare.*
2 *Vnica interpellatio constituit in mora.*
3 *Sufficit etiam interpellatio extraiudicialis.*
Interpellatio extraiudicialis constituit in mora.
4 *Hæredes non soluentes legatum incurrunt pœnam impositam à Testatore stante vnica interpellatione.*
5 *Mora ad effectum pœna, non contrahitur statim ad interpellationem.*
Interpellatio non est mora, sed initium moræ.
Mora constituitur ex interpellatione, & lapsu temporis arguentis negligentiam.

QVia contingere potest, quod Testator obliget Legatarium ad interpellandum hæredes pro solutione legati annui pro celebratione Missarum, & Legatarius acceptando legatum remaneat obligatus ad interpellandum hæredem pro solutione legati; ideò dubitatur, ad quid teneatur ex vi huius obligationis. Dicendum est. *Non obligari ad interpellandũ nisi pro vna vice.* Non quia non possit amplius præstare, sed quia hoc præstando satisfacit propriæ obligationi, quam assumpsit acceptando legatum. 1

Ratio est. Quia dum Testator imposuit obligationem instandi pro solutione legati, nihil aliud voluit, nisi illam instantiam, quæ esset sufficiens ad constituendum hæredem in mora, itavt non posset excusari, si non solueret. Vt autem constituatur in mora, sufficit vnica interpellatio, vt tradunt Doctores in *l. semel mora ff. soluto matrim.* & in *l. Vinum ff. si cert. pet.* Bart. *in l. Titio scio init. ff. de leg. 2. & in l. qui Roma 122. §. sciam. ff. de verb. obligat.* Alexan. *cons.* 81. *num. 1. lib.* 4. Rota *in Romana grani.* 13. *Nouemb.* 1641. *coram Cerro.* & coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 237. *num.* 5. 2

Imò neque necessarium est, quod interponatur iudicialis interpellatio, sed sufficit etiam extraiudicialis: nam hæc quoque sufficiens est ad constituendum in mora, vt notant Gloss. *in l. qui Roma §. Coheredes ff. de verb. oblig.* Ias. *ibid. num.* 10. Peuia *decis.* 14. *num.* 7. Rota *in Rom. prætensor. fructuum cens.* 9. *Martij* 1584. *coram* Aldobrandino. Mora enim ex eo inducitur, quod debitor admonitus suæ obligationis non satisfaciat: & ideò sicut interpellatio iudicialis inducit moram iudicialem, ita extraiudicialis inducet extraiudicialem. 3

Ex quibus infertur. Quod si aliqua pœna sit imposita hæredibus, nisi soluant legata annua pro Missis, pœnam incurrent, quia iam præcessit interpellatio, quæ necessaria est, vt pœna incurratur, iuxta ea, quæ tradunt Dec. *in l. cum proponas 2. num. 4. C. de pact.* Gratian. *discept. foren.* 143. *num.* 50. Rota coram Seraph. *decis.* 225. *num.* 3. & coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 131. *num.* 7. & *in Pisauren. societ. offic.* 30. *Maij* 1639. vet. *Nec pariter obstat* coram Roias. Illa enim interpellatio operatur, vt sit in culpa, & proinde, quod pœna locum habeat. 4

Est tamen aduertendum. Quod non statim inducitur mora post interpellationem ad effectum, vt pœna locum habeat, sed requiritur aliquis lapsus temporis, ratione cuius argui possit negligentia debitoris, & per quam morosus constituatur, quia in- 5

terpellatio non est mora, sed initium moræ, *l. mora ff. de vsur.* & *l. si pro te C. de vsur.* Vnde mora constituitur ex interpellatione vt initio, & ex lapsu temporis arguentis negligentiam, vt obseruant Gloss. *in l. Æmilius, verbo* Restitui *ff. de minor.* Bald. *in cap. 1. num. 5.* ver. *Hoc intellige de nou. for. fid.* Purputat. *in l. Vinum col. 2. ff. si cert. pet.* Roman. *cons. 27. in fin.* Gabr *conclus. 9. lib. 13. num. 30. de solut* Ferret. *de mora num. 26. & 29.* Rot. *decis. 640. num. 2. part. 4. Recent.*

QVÆSTIO 983.

An Legatum annuum pro Missis, debeatur hæreditate nondum adita.

SVMMA.

1 *Hæreditas quando vacans, & quando iacens.*

2 *Legata pia, an debeantur ante aditam hæreditatem.* & num. seq.

Testamentum non valet nisi adeatur hæreditas.

4 *Legatum pro Missis debetur non adita hæreditate.*
Testamentum militis perficitur sola voluntate.

5 *Aditio hæreditatis est solemnitas Iuris Ciuilis*

6 *In Legato pro Missis adimplenda voluntas Testatoris, siue valeat, siue non valeat testamentum.*

7 *Quod testamentum non valeat, nisi adita hæreditate non habet locum quoad pias dispositiones.*

8 *Hæreditas iacens repræsentat personam defuncti: sed remanet subiecta legatis pys.*

9 *Legato alique corpore pro Missis debetur ante aditionem hæreditatis.*

10 *Ante aditionem hæreditatis soluenda legata, si dilatio vergat in præiudicium animæ.*
Anima rebus omnibus præferenda.

1 QVia hæreditas non adita potest esse vacans, quando scilicet non adest, qui eam adire possit, & iacens, quando adest qui adeat, sed nondum adiuit, vt notat Seraphin. *decis.* 1151. Difficultas in præsenti procedit, quando hæreditas est iacens; nam si sit vacans assignatur curator hæreditatis à Iudice, & ad ipsum spectat soluere legata. Rursus quia hæreditas potest esse iacens, quia controuertatur de nullitate testamenti, ideò in tali casu non procedit difficultas, cum resolutio dependeat ex eo, an legata pia debeantur ex testamento nullo.

2 Prima sententia docet, legata pia non deberi antequam adeatur hæreditas, & proinde nec etiam legatum annuum pro Missis. Ita Ias *in l. 1. C. de sacrosan. Eccles.* Ripa *in l. 1. num. 6. ff. de leg. 1.* Florian. *in l. Eam, quam. C. de fideicomm.* Salicet. *in authen. cassa. quest. 9. C. de sacrosan. Eccles.* Bernard Diaz de Luco *reg.* 313. Alexan. *cons.* 209. *num.* 16. *ver. legata etiam lib* 2. Tiraquell. *de priuileg. pia caus. prin.* 34. Fachin. *lib 6. controuer. iur. cap.* 82. in fine Gamma. *decis. Lusit.* 248. *num.* 4, ver. *solum à aie* Giurba. *decis. Sicil.* 97. *num.* 13. ver. *hæreditate non adita.* Viuius *decis.* 301. *num.* 7. Fundamentum est Quia est regula iuris, quod si nemo ex testamento adierit hæreditatem, nihil valet, quod in eo relictum esset, & nulla lex, aut Canon adest eneruans hanc regulam. Dicta autem Regula habetur ex *l. si nemo ff. de reg. iur.* 2. Quia hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, non autem hæredis; & ideò heres non tenetur ad legata, sicut nec ipse defunctus. Argum. ex *l. Legatum est ff. de leg.* 2. vbi Gloss. & Doctores.

3 Secunda sententia docet, legata pia deberi, etiam non adita hæreditate, & proinde etiam legatum annuum pro Missis. Ita Gloss. *in l. Eam quam verbo* tradi *fallent.* 10. *C. de fideicom.* Bald. *ibidem numero* 10. & cæteri Doctores. Item Bald. *in l. 1. in fin. ff. de leg. 1. & cons.* 457. ver. *Et quia relicta, lib. secundo.* Philip. Dec *in l. si nemo. num.* 3. ver. *Quarto addo.* Bart. *in l. 1. num. 66. c. de sacrosan. Eccles.* Abb. *in cap. Relatum. num 6. de testam.* Conatuo *in cap. Raynaldus. §. 3. num. 31. de testam.* Lappus *allegat.* 91 *num.* 4. vbi. Mandos. *in addit. littera, I,* vbi alios citat. Mathesilan *singul.* 162. *num.* 4. ver. *Præterea omnia.* Capifer. *de num. test in testam. part. 2. cap. 3. num.* 29 p'ures citans. Ceual. *com. contra com. tom. 1. quæst.* 107. & *quæst.* 590. ver. *sed contrariam.* Crass. *de success. §. legatum, quæst.* 68. *n.* 8. Menchacà *de creat. success. §.* 32. *num.* 1. Carol. *decis.* 65 *num.* 2. Guido Papa *decis.* 604. *num.* 1. ver. *hæreditas.* Cappell. Tholosan *decis.* 89. *num.* 1. vbi Auferius *littera A* Thesaur. *lib. 4. quæst. foren. quæst.* 38. *num* 15. ver. *Ego teneo.* Boer. *decis.* 93. *num.* 11. Muta. *decis.* 41. *num.* 7. Io. Maria. Nouar. *de priuileg miserabil. person. priuileg.* 26. *num.* 4 ver. *fauere* Riccius. *collet.* 215. ver. *debemus, part. 1. & in addit. ad Tiraquell. de priuil. pia causa. priui* 34. ver. *Ex quo* Morenda *controuer. lib. 14. cap* 38. Peralta *in l. Omnis. num.* 4 *ff. de leg.* 2. Castren. *in l. unum. quidam. in fine eod. tit.* Ancharan. *in Cap. si. num.* 10. *de testam. in 6.* Sanchez *lib. 4. consil. moral. cap. 1. dub.* 46 *num:* 17. Alphons. de Leone *de offic. Capell. q. 5. sect. 23. n* 348. Dicastil *de iust. & iur. lib. 2. tract. 9. disp. 1. dub.* 10 *num.* 128. & hanc opinionem amplectitur Rot. Rom. vt *in decis.* 115. *alias.* 5 *num.* 13 *de testam. coram.* Cesar de Grassis & in *Cæsenaten. nullitatis testamenti.* 9. *Martij* 1580. §. *nec* obstat coram Bubalo.

Dicendum est. *Legatum annuum pro Missis celebrandis deberi non adita hæreditate,* & hoc intelligitur, siue absolutè non adeatur, & proinde testamentum careat suo vigore siue aditio in suspenso maneat, donec deliberetur. Hoc autem desumitur ex *l. Miles ita hæredem. in fin ff. De testam milit.* vbi statuitur, quod si ex eius testamento non fit aditio hæreditas, teneat substitutio, & consequenter etiam legata, tamquam ea; de quibus non minus est dispositum, quam de substitutione. & ratio redditur huius dispositionis *in l. Miles si testamentum eodem tit.* Quia scilicet testamentum Militis perficitur sola voluntate. Vnde si in testamento Militis relaxantur solemnitates iuris ciuilis, debent etiam relaxari in dispositis ad pias causas tamquam magis fauorabilibus, valet enim argumentum à milite ad piam causam vt de communi docet Euerard. *in Topica iur. loco.* 27. 4

Ratio autem est. Quia aditio hæreditatis, quæ requiritur vt testamentum incipiat vim habere, est solemnitas iuris ciuilis, vt constat ex *l. Nemo, ff. de reg. iur.* Solemnitas autem iuris ciuilis non extenditur ad legata, ad pias causas. Quia hæc tanquam ordinata ad salutem animæ, sunt in ordine eodem, & ideò tanquam necessaria saluti animarum, non debent regulari regulis iuris ciuilis, sed regulis, quibus regulatur salus animæ, atque adeo iure canonico. & sicut potestas ciuilis non habet facultatem disponendi de salute animæ, ita neque leges ipsius extenduntur ad ea, quæ à testatore ordinantur ad salutem animæ. 5

Confirm. Si attendatur voluntas testatoris, non est verisimile, quod voluerit corruere ea, quæ disposuit fauore animæ propriæ, præsertim quoad celebrationem missarum, quibus voluit iuuari ad euadendas pœnas purgatorij, ex eo quod corruat testamentum defectu aditionis hæreditatis. Imo supponitur habuisse obnixam voluntatem, quod adimplerentur, quæ quidem voluntas habet vim precum obnixarum. Ergo stante quacumque successione siue ex testamento, siue ab intestato, siue huius, siue illius, erit adimplenda voluntas testatoris, iuxta *l.* 6

ee'n

Cum pater. §. si ius matrem. ff. de leg. 2. ibi, *Nam obnixa voluntatis preces ad omnis successionis speciem porrecta videbantur.*

Ad fundamentum in oppositum Resp. Quod illa
7 regula iuris non habet locum, vt dictum est, in dispositionibus ad pias causas, ad quas non se extendit dispositio iuris ciuilis: & proinde, cum huiusmodi dispositiones ex natura sua exceptæ sint, non est opus lege aliqua, aut canone, qui eas corrigat. Accedit etiam, quod in testatore præsumitur enixa voluntas, quod soluantur ista legata, cum agatur de interesse animæ propriæ & quod nolit perire ex aliena voluntate, aut ex defectu, qui adeat hæreditatē, & proinde eius voluntas in quacumque specie successionis locum habere debet.

Ad 2. Hæreditatem iacentem repræsentare perso-
8 nam defuncti secundum fictionem iuris, quatenus voluntas testatoris nondum est sortita suum effectū, & proinde videtur adhuc stare sub voluntate defuncti. Quia tamen voluntas defuncti reuera extincta est, hæreditas remanet subiecta oneri imposito, quoad legata pia, cum de voluntate testatoris clarè constet: nec sit verisimile, quod voluerit, quod ea, quæ pro salute animæ propriæ disposuit, ita adhærerent testamento, vt sortirentur eandem fortunam, & corruerent, si testamentum non sortiretur effectum. Vnde peti poterunt à legatario in vigore iuris acquisiri ad hæreditatem obligatam quoad huiusmodi legata.

Ex dictis sequitur à fortiori, Quod pro legato
9 annuo pro missis celebrandis sit relictum aliquod corpus, statim debebitur independenter ab aditione hæreditatis, quod inter alios qui oppositam sententiam sequuti sunt, docet Bald. *in l. 1. num. 131. C. de sacrosan. Eccles.* per *l. A titio. in fin. ff. de furtis.* vbi quod legatum recta via transit ad hæredem. Quod intelligitur quando legatum consistit in certo corpore. Et quamuis Glos. *ibidem* intelligat secundum fictionem, & non secundum veritatem, quia debeat adiri prius hæreditas, attamen cum secundum veritatem morte confirmetur voluntas testatoris, cuius voluntas est transferre in legatarium rem legatam, ideò secundum veritatem statim transit ad legatariū, & solum expectari debet aditio hæreditatis inducta à iure ciuili requirente huiusmodi solemnitatem.

Secundò infertur, Quod independenter ab aditio-
10 ne hæreditatis soluenda sunt legata, quorum dilatio vergeret in præiudicium animæ, vt etiam admittunt Doctores oppositæ sententiæ, & inter alios Aufer. *ad Cappell. Tholosan. decis.* 89. ver limita, nisi Gamma. *decis. lusitan.* 308. *num.* 2. Viuius *decis.* 307. *num.* 3. Gratian. *discept. foren. cap. 61. num.* 23. Hodierna *ad surd. decis.* 112. Quia in his non sunt attendendæ solēnitates iuris. Cum enim anima tamquam rerum omnium carissima rebus omnibus præferenda sit, *l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles.* & Cap. *Præcipimus 1. quæst.* 11. non debent attendi apices iuris. Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ priuileg.* 164. sed omni meliori modo implenda voluntas defuncti. Quæ ratio militat etiam in omnibus legatis pijs, siquidem habetet pro causa finali salutem animæ.

QVÆSTIO 984.

Quomodo, non adita hæreditate peti possit legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Legatum iacente hæreditate obtineri potest officio Iudicis.*

2 *Implorari potest officium Iudicis pro implenda voluntate testatoris.*

Officium iudicis quando subintret.

3 *Iudicis Ecclesiastici implorandum pro obtinendo legato Missarum hæreditate non adita.*

Difficultas ex eo oritur, Quia legatum non potest capi auctoritate propria, sed debet capi de 1
manu hæredis, nisi sit data facultas à testatore capiendi ipsum auctoritate propria. Vndè cum non adsit hæres, quandiu hæreditas est iacens, non videtur suppetens modus, quod obtineri possit legatum. Dicendum tamen est. *Legatum, iacente hæreditate obtineri posse officio Iudicis.* Ita Bart. *in l. tamquam. num. 2. C. de fideicomm.* & in *l. 1. num. 67. c. de sacrosanct. Eccles.* Bald. *ibid. num. 137. ver. Primò dico.* Couarru. *in cap. Raynald. §. 3. num. 11*, ver *Octauus casus. de testam.* Spinus *in speculo testam. glos. 8. pri cip. num. 26.* Valenzuola *cons. 10. num. 11.* Sesse. *de Inhibit. cap. 2. § 1. num. 3.* Alphons. de Leone *de offic. Cappel. quæst. 5. sect. 25. n 152.*

Ratio autem est Quia licet de rigore iuris legata- 2
rius non habeat actionem, cum non adsit persona, contra quam dirigatur, siquidem hæreditas est iacens. Quia tamen constat de suprema voluntate Testatoris, implorari potest officium Iudicis, vt voluntas Testatoris sortiatur effectum, vt habetur ex *L. Hæreditas 63. ff. de petit. hæred.* ibi, *Quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen principali, vel pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.* Ex quibus cōstat, quod quādo deficit actio, & manifesta est voluntas Testatoris, subintrat officium Iudicis. Officiū enim Iudicis est manutenere iustitiā, & reddere vnicuique, quod ipsi debetur: & ideò implorari potest, & interponi debet, vt Legatarius consequatur legatum pium, quando hæreditate iacente non est, qui reddat.

Ad quem autem Iudicem recurrendum sit, an ad 3
Ecclesiasticum, an verò ad Laicum. Resp. Esse recurrendum ad Iudicem Ecclesiasticum, vt notat Glos. *in d. l. Hæreditas* verbo *Principali ff. de petit. hæred.* allegans *l. Nulli §. Quod si inuito C. de Episc. & Cler.* Et desumitur etiam ex *d. l. Hæreditas* ibi, *Pontificali auctoritate*, hoc est vel Papæ, vel Episcopi, vt exponit ibi Glos. Cùm enim simus in legatis pijs, quæ spectant ad Religionem, & salutem Animæ, materia est Ecclesiastici Tribunalis, & ideò Ecclesiasticus Iudex se intromittere potest, & exhibere imploratum officium.

QVÆSTIO 985.

An Legatum pro Missis sit soluendum ante confectum inuentarium.

SVMMA.

1 *Quodnam tempus concedatur hæredi pro inuentario.*

Hæres dum conficit inuentarium, non potest conueniri.

2 *Currente tempore pro inuentario, peti potest legatum pro Missis.*

3 *Quod intrà tempus inuentarij non possint peti legata, est dispositio Iuris Ciuilis.*

4 *Coniectura ex ordinata charitate, præfertur cæteris.*

Ordinata charitas præfert propriam vtilitatem spiritualem alienæ temporali.

5 *Legata pro malè ablatis, soluenda ante confectum inuentarium.*

Et præferenda cæteris legatis pijs.

1 TEmpus trium mĕsium conceditor hæredi à iure pro cooficiendo Inueotario *L. fin. §. fin. au'ē C. de iur. delib.* & interim hæres neque à Legatarijs, neque à fideicommissarijs molestati potest, aut conueniri pro solutione legatorum, aut restitutiune fideicommissorum, iuxta *l. fin. §. Donec C. eodem* & ibi notat Ias. Bart. Bald. & cœteri Doctores. Vitalio. *tract. de claus. verbo* nihil *in non. inucat. confect.* per Aretin. *de testam. gloss.* 112. *num.* 9. ver. *Durante*, Guido Papa *decis.* 575. *num.* 5. Fachin. *lib.* 6. *controuer. cap.* 27. Roland. à Valle *de confect. inuent. part.* 4. *vtil.* 4. Vluius *comm. opin. cap.* 257. *num.* 5. Hoc enim tempus ius indulget, vt possit hæres disponere de bonis hæredirarijs, & videre quem statum habeant.

2 Verùm hæc regula patitur aliquas exceptiones, & præcipuè quoad causas pias: vnde dicendum est. *Legatum pro Missis peti posse currente tempore pro Inuentario.* Ita loquentes generaliter de legatis pijs. Cin. *in l. vlt. §. donec C. de iur delib.* Bald. *ibid. & in l. 1. quæst. 9. C. de sacrosanct. Eccles.* Ias. *in l. cara quam* ver. *Notabiliter limita C. de fideicomm.* Angel. *in l. hec stipulatio ff. vt leg. no. cau.* Imol. *ibid.* Couaruu. *in cap. Raynaldus §. 3. num.* 23. *de testam.* Intrigliol. *sing.* 98. *num.* 34. plures alios referens, Marant. *part. 1. controuers. resp.* 19. *num.* 12. Roland. à Valle *de confect. inuent. part.* 4 *vtil.* 4. *num.* 7. Medius *opusc.* 4. *num.* 30. Tiraquell. *de priuileg. pie causa priuileg.* 24. ver. *Quia res*. Riccius *in addit. ibid.* ver. *fauore pie causa*, Thorus *in addit. ibid.* Valenzuol. *cons.* 10. *numero* 12. Gizzarel. *decis.* 79. *num.* 9. Rota *decis.* 773. *num.* 7. *part.* 2. *recent.*

3 Ratio autem est primò qoidem. Quia vt plories dictum est in superioribus, dispositio Iuris Ciuilis non habet locum in dispositis ad pias caosas. Quod autem intra tempus inuentarij non possint peti legata, est dispositio Iuris Ciuilis *l. fin. §. Donec C. de iure delib.* Deinde etiam attendendo au Ius Ciuile idem dicendum est, nam iu tantum ius ciuile non vult, quod hæres intrà tempus inuentarij conueniri possit, quia æquum iudicauit, quod antequam incipiat soluere legata &c possit examinare vires hæreditatis, quod fit mediante inuentario, ne fortè si inciperet soluere, supra vires hæreditarias solueret, aut io sui, aut etiam in aliorum præiudicium. Hæc autem ratio non habet locum in legatis pro Missis, quia cùm sit iostitutum io beneficium eiusdem Testatoris, venit præferendum secuodum eius voluntatem omnibus alijs legatis &c.

4 Hoc autem ex eo deducitur, quia coniectura, qoæ sumitur ex ordinata charitate, præfertur cæteris, vt notant Alber. *in l. si pater tuus. num.* 2. *C. de hæred. instit.* Ias. *ibid. num.* 2. Cin. *eodem num.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 27. Ordinata autem charitas exigit, vt in eodem ordine præferamus nos ipsos cæteris, & potiori modo nostram vtilitatem spiritualem vtilitati temporali proximi, vt tradunt communiter Theologi cum D. Th. 2. 2. *quæst.* 26. *art.* 4. & 5. Vnde cum legatum pro Missis ordinetur ad salutem animæ defuncti, atque adeo ad spirituale bonum, ex ordinata charitate desumitur, quod testator potiori modo voluerit exequutionem talis legati, quam commodum hæredum ex hæreditate, quia hoc est bonum temporale, qood secuodum ordinatam charitatem postponitur bono spirituali testatoris atque adeò erit soluendum legatum pro Missis independĕter à confectione Inuentarij ex coniecturata mente testatoris.

5 Ex quibus deducitur. Quod neque In legatis pro malè ablatis expectandum sit, quod conficiatur Inuentarium, vt notant Bald. *in l fin. §. donec. C. de Iure. delib.* Castren. *ibid.* Corn. *in l. Eam quam. C. de fideicomm.* Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 814. *num.* 4. quĭ alios refert. Gottierez *de Iuramen. Confir. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. Gratian. *discept. foren. cap.* 62. *num.* 26. siquidem huiusmodi legata continent æs alienum, quamuis incerti domini, & ideo primo loco ante omnia alia soluenda sunt, atque adeò ante legata quoque pro Missis, nam prius aliena restituenda sunt, deinde satisfaciendum piæ volŭtati testatoris, ita vt potius hæc perire debeat, quam legata pro malè ablatis, quia oon potest testator de ære alieoo sibi benefacete.

QVÆSTIO 986.

An hæreditate adita, sed non ex testamento, debeatur legatum pro Missis.

SVMMA.

5 *Legatum pro Missis debetur adita hæreditate, licet non ex testamento.*

2 *In legatis ad pias causas non attenditur ius ciuile, sed tantum diuinum & naturale.*

3 *Legata sunt pars testamenti.*
Et pars separabilis ab ipso testamento.
Vtile per inutile non vitiatur.

4 *Quando non adita hæreditate, ex testamento debeantur legata, etiam non pia.*

QVamuis ex dictis in superioribus resolui possit ista difficultas, specialiter tamen de ipsa agendom est. Et quamuis Doctores qui volunt, quod de rigore iuris non debeantur legata pia, non adita hæreditate, in hoc casu responsuri essent, quod noo debeatur huiusmodi legatum, quia cum testamentum noo habeat locum, nec etiam locum habere debent legata, quæ veniunt in consequentiam, & sunt quid accessorium ad ostitutionem hæredis. Dicendum tamen est. *Quod adita hæreditate, licet non ex testamento debeatur legatum pro Missis.* Vt si hæres repudiet hæreditatem & succedat alius ab intestato, aut ex aliquo alio capite adeatur hæreditas, sed non ex testamento. Ita Boer. *decis.* 93. *in fin.* Tiraquel *de priuileg. pia. causæ. priuil.* 15. Abb. *in cap. Relatum. num.* 6. *de testam.* Bald. *in l.* 1. *in fin. ff. de leg.* 1. Lappus *allegat.* 21. *num* 4. Mathesilan. *singul.* 162. *num.* 4 & omnes qui tenĕt, quod statim à morte testatoris debeătur legata pia, etiam non aditā hæreditate. 1

Ratio est. Quia in relictis ad pias causas non attenditur ius ciuile, & eiusdem solemnitates, sed tantum ius diuinum, & naturale, vt obseruant communiter Doctores in Cap. *Relatam.* 1. *de testam.* per illum text, ibi, *non secundum leges.* Rota plura allegans in *Gallien. hæredit.* 1. *Iuly* 1636. §. 1. *coram* Tetracinen. Cŭ ergo dè iure diuino, & naturali stet omne verbŭ io ore duorŭ, vel trium testium sufficit, quod voluntas testatoris, quoad legata pia morte confirmata innotescat per testes testamentarios, vt subsistat, & impleri debeat, etiam si hæreditas non deseratur secundum dispositionem testamenti. 2

Confim. Legata sunt pars substautialis testamenti, vt notant Doctores in *Rubr. de testam.* & proinde veniunt appellatione testamenti, vt notant Bald. *per illam tex. in l. Quærebatur.* ver. *item nota. de milit. testam.* Natta *cons.* 484. *num.* 30. Rursus, sunt pars testamenti separabilis ab institutione hæredis, nam subsistunt legata, rupto testamento ex causa prætetitionis, vel exhæreditationis Authĕ. *Ex causa. C. de liber. præterit.* Ergo licet non sortiatur effectum testamentum quoad institutionem hæredis, sortietur quoad legata pia, quia subintrat regula, quod vtile per inutile non vitiatur, quæ locum babet in omnibus actibus, & dispositionibus 3

positionibus, vt nntant Innocent. *in cap. ex officij. de præscrips.* Rota. *decis.* 510. *num.* 11 *tom.* 2. *part.* 5. *recent.*

6 Hinc à fortiuri, præsens legatum erit soluendum, si interueniat aliqua fraus ad defraudandos legatarios, vt si hæres institutus repudiaret hæreditatem in eum finem, vt hæres ab intestato non solueret legata. Aut si hæres scriptus non ex testamento, sed adeat hæreditatem ab intestato. In his enim casibus debentur legata etiam non pia. Pro primo enim casu adest tex. *l.* 1. *C. si. quis. omis. cau. testam.* de quo latè Menes *in l. Eam quam. num.* 24. *C. de fideicomm.* & pro secundo *l.* 2. *ff. si quis omis. cau. testam.* & item *l.* 2. *C. eodem tit.* Debuit enim ius ciuile, ex eo, quod disposuerat ut legata deberentur, non adeunte hæreditatē instituto per testamentum sed alios ab intestato, obuiare fraudibus, quæ ex hac dispositione poterant introduci ad euertenda legata, quod melius præstare non poterat, quam disponendo, quod legata deberentur.

Qvæstio 987.

An legatum pro missis celebrandis debeatur ex verbis defuncti, Volo relinquere, &c.

Svmma.

1 *Voluntas defunctorum non habet efficaciam, nisi transierit in dispositionem.*

2 *Verbum volo, iuncto infinitiuo declarat propositum, sed non inducit dispositionem.*

3 *Legatum pro missis non debetur ex eo, quod defunctus dixerit, se velle relinquere &c.*

4 *Voluntas vltima debet esse perfecta in ratione voluntatis.*

5 *Verba*, Volo relinquere, *aliquando continent, perfectam voluntatem.*

6 *Quid requiratur, vt inducant dispositionem.*

7 *Circumstantia facti possunt ostendere, quod hæc verba contineant dispositionem.*

8 *Verba* Volo relinquere *in testamento scripto inducunt dispositionem.*

1 Difficultas oritur ex eo, quod voluntas defunctorum nullam habet efficaciam, nisi transierit in dispositionem; & proinde nisi fuerit perfecta, & deliberata vt tradunt communiter Doctores, Bald. *cons.* 12. *num.* 3. *lib.* 2. Mantic. *lib.* 12. *de coniect. vlt. volunt. tit.* 16. *num.* 3. Rota *in Semgallien. bonor.* 30. *Maij.* 1644. ver. *Nec obstat.* coram Cerro, & *in Roman. educationis.* 11. *Martij* 1638. coram Catillo. Et proinde, vt locum habeat, constare debet, quod voluntas testatoris non fuerit simplex velleitas, aut simplex intentio; sed quod fuerit voluntas efficas, & apta ad inferendum effectum;

2 Verba autem, *Volo relinquere*, & vniuersaliter; verbum, *Volo*, iunctum infinito, non inducont dispositionem, quia non important determinationem voluntatis, quod aliquid fiat, sed intentionem faciendi; & referuntur ad futuram dispositionem, vt obseruant communiter Doctores. Glos. *in l. serui electione*, verbo, *Possumus. ff. de leg.* 1. Alex. & Bald. *ibidem.* Salicet. *in l. tendentis num.* 10. *C. de contrahen. empt.* Molin. *de rit. nupt. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 34. Pichat. §. 1: *num.* 35. Instit. *Quib. mod. test. infirm.* Peregrin. *in. tract. var. tit. de pact. num.* 5. Seraphin. *decis.* 1079. *num.* 3; Buratt. *decis.* 199. *num.* 5. Rota *in Vlixponen. nullit: profess.* 29. *Ianuar.* 1646. ver. *Octauò. coram Arguel vnde.*

3 Dicendum est. *Legatum pro missis non deberi ex eo, quod defunctus dixerit, se velle relinquere legatum pro celebrandis missis.* Hoc autem intelligitur regulariter. Ratio est, Quia quando dixit, se velle relinquere, non disposuit, sed transtulit dispositionem ad tempus futurum, in quo erat dispositurus. Ergo ex vi horum verborum non est soluendum legatum. Tum quia, quamuis tunc, quando ita loquutus est, habuerit intentionem relinquendi, mutari tamen potuit voluntas, & non venire ad dispositionem: & ideo non habet vim obligandi hæredes, qui tenentur solum voluntatem absolutam, & quæ ad eos obligandos directa sit, adimplere. Cum enim voluntas testatoris pro lege habenda sit. Cap. *vltima voluntas.* 13. *q.* 1. & *l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* oportet, quod hæredibus per testatorem ipsis seruandam promulgetur, & per modum dispositionis notificetur. Quod non præstant verba, *Volo relinquere.*

Tum quia, vt voluntas vltima habeat vim obligandi, debet esse perfecta in ratione voluntatis cum imperfecta non reputetur pro voluntate *l. si repetendi. C. de condit. ob caus.* & notant communiter Doctores, Decian. *cons.* 54. *num.* 77. ver. *non sufficit.* Cephal. *cons.* 656. *num.* 66. ver. *Voluntas non transiuit.* Rimioal. *Iun. cons.* 412. *num.* 58. ver. *dicitur voluntas.* Honded. *cons.* 46. *num.* 36. ver. *Voluntas. lib.* 2. Non est autem perfecta voluntas, quæ dicit, *Volo facere*, *Volo relinquere*, quia, cum se referat ad tempus futurum est potius initium voluntatis, quam voluntas perfecta. 3

Dicendum 2. *Aliquando ex circumstantijs, verba, Volo relinquere, continere perfectam voluntatem, quæ transeat in dispositionem.* & proinde tunc legatum pro Missis celebrandis esse soluendum. Exemplum habetur in *l. Pamphilo. § proposirum ff de leg* 3. vbi dicitur, quod verba, *Vellet ei relinquere*, inducunt dispositionem, & fideicommissum. ex quo tex. Bart. *in l. serui electione. num.* 3. *ff. de leg.* 1. Aretin. *in l. Gent ff. de acquir. hered.* Ias. *in d. l. serui elect.* volunt generaliter, quod huiusmodi verba inducant dispositionem. 4

Vt autem huiusmodi verba inducant dispositionem, oportet, vt tales interueniant circumstantiæ, vt determinentur ab ipsis ad tempus præsens, non autē referantur in tempus futurum, in quo concepta dispositio edenda sit, & proinde, quod sint signum non præparatæ, sed iam determinatæ dispositionis. Quod continget, si aut verbis, aut alio modo declaretur, quod tunc disponatur in ordine ad vltimam voluntatem; vt si quis aduocato Notario, & testibus declaret, se velle coram ipsis suam vltimam voluntatem declarare, & postea subdens, hanc esse suam vltimam voluntatem, dicat, *Volo instituere hæredem Caium. Volo relinquere*, &c. 5

Aut si aliquæ aliæ circumstantiæ facti declarent, defunctum disposuisse, vt in *d. l. Pamphila.* §. *Propositum.* Nam ibi consideratæ sunt circumstantiæ facti. Nam qui dixit; quod vellet relinquere, erat constitutus in discrimine vitæ, & conuocauerat amicos, vt coram ipsis suam vltimam voluntatem declararet, vt ponderat tex. ibi: *In discrimine vitæ constitutum per infirmitatem accersitis amicis, quos voluit esse testes suæ supremæ voluntatis.* Deinde nominauit prædia, quæ dixit, se velle relinquere Caio. Rursus hæc voluntas mediante scriptura ad instantiam Caij reducta fuit in testationem, & proinde accessit dispositio scripta, & determinata; & successit interrogatio; qua testator interrogatus fuit, an ita dixisset, sicuti scriptum erat, qui affirmatiuè respondit. Ex qua serie cōstat, quod deliberatè voluit ita disponere; siquidē, quando dixit, quod volebat relinquere, &c. notificauit voluntatē suam dispositiuo modo in scriptura exprimendum: quando vero interrogatus consensit in dispositionem scriptam, compleuit dispositionem suam, & declarauit, quod quando dixit, se velle 6

relinquere

relinquere, erant verba exprimentia dispositionem iam deliberatè conceptam; & quod, quatenus referebantur ad tempus futurum, non respiciebant dispositionem faciendam, sed dispositionem scribendam. Accedit etiam, quod erat miles, & proinde militari modo testabatur.

Ex quibus deducitur. Quod si verba, *volo relinquere*, reperiantur in testamento scripto, inducunt plenam dispositionem, & deliberatam voluntatem Quia cùm testamentum scriptum contineat vltimã voluntatem Testatoris dispositiuo modo, determinantur ab ipso, vt stent dispositiuo modo, quia omne quod recipitur, per modum recipientis recipitur; & ideò cùm proferantur à Testatore tamquã inserenda in testamento dispositiuo, proferuntur secundum naturam testamenti scripti; & proinde vt habentia vim disponendi. Multùm enim interest, ad quem effectum verba ista proferantur, vt in contractu matrimonij ponderauit, Rota *decis. 74. num. 2. part. 4. Recent.*

QVÆSTIO 988.

An, si testamentum sit imperfectum, debeantur Legata pro Missis.

SVMMA.

1 *Testamentum imperfectum ex defectu solemnitatis, & voluntatis*

2 *Legata non debentur etiam pia, si testamentum sit imperfectum ex defectu voluntatis.*

3 *Quæ imperfectio voluntatis sit necessaria, vt non debeatur legatum pro Missis.*

4 *Si testamentum secundum se sit imperfectum, an debeatur legatum pro Missis,*

5 *Quando Testator cœpit disponere, & non perfecit, perinde est, ac si non cœpisset.*

6 *Voluntas perfecta, licèt circa sola legata pia, subsistit.*

7 *Licèt testamentum sit imperfectum valent legata pia: Hæres particularis in aliquibus bonis, fit vniuersalis, quando Testator non disposuit circa vniuersalem.*

8 *Voluntas Testatoris determinata circa legata pia, non dependet à dispositione circà alia.*

9 *Testamentum inter Liberos, valet sola manu Testatoris subscriptum.*

10 *Seclusa legitima, Lex æquè fauet piæ causæ, ac Liberis.*

11 *Leges Ciuiles non habent locum quoad disposita ad pias causas.*

12 *Valet dispositio ad pias causas, prolata coram testibus, licèt Testator insserit vocari Notarium, &c.*

1 DVpliciter potest testamentum esse imperfectum nempè ratione solemnitatis, & ratione voluntatis. Primo modo est imperfectum, quando deest aliqua solemnitas à legibus introducta pro perfectione, & validitate testamenti; quæ quamuis sit extrinseca vltimæ voluntati, est necessaria ex dispositione iuris. Secundo modo est imperfecta, quando voluntas Testatoris disponens est imperfecta in disponendo, ita vt non perfectè disponat: & proinde non habet id, quod requiritur ex natura rei, vt sit perfecta voluntas.

2 Conueniunt autem communiter Doctores, quod si testamentum sit imperfectum ratione voluntatis, non debentur legata pia, & proinde neque etiam legatum pro Missis celebrandis. Ita specialiter Alberic. *in l. Hac consultissimo. §. si quis. C. de testam.* Roder. Suarez *in l. Quoniam in prioribus qu. 4. part. vlt. C. de inoffic. test.* Aret. *in l. si is, qui ff.* Qui *test. facere poss.* Ancharan *in cap. 2. num. 10. de testam.* Gullier. Benedict. *in cap. Raynutius. verbo* Testamentum *num. 71. eodem. tit.* Dec. *in cap. 1. num. 16. de fid. instr* Couaruu. *in cap. relatum. 1. num. 9. de testam.* Boer. *decis. 93. circa fin.* Grã. mat. *decis. 62.* Oldrad. *cons. 119.* Imol. *cons. 91.* Anan. *cons. 57.* Castren. *cons. 101.* Paris. *cons. 24. num. 11. vol. 3.* Ias. *cons. 115. vol. 4.* Dec. *cons. 488.* Ruin. *cons. 1. num. 21. vol. 2. & cons. 7. num. 8. vol. 3.* Sanchez *lib. 4. cons. moral. cap. 1. dub. 7. num. 5.* & alij instacitandi. Ratio enim clara est. Quia voluntas imperfecta non est vera voluntas, & cum non peruenerit ad suũ perfectum esse, nec etiam potest operari, quia operari supponit esse; & causa imperfecta in ratione causæ non potest perfectum effectum producere, qualis esset validitas legati.

3 Verùm difficultas est, quæ imperfectio voluntatis sit necessaria, vt non habeat effectum legatum pro missis. Potest enim volũtas esse perfecta in ordine ad vnã partẽ testamẽti, & imperfecta quoad alias, vt si sit perfecta quoad institutionẽ hæredis, & imperfecta quoad legata vel omnia, vel aliqua. Rursus, potest esse imperfecta absolutè quoad õnia. Et ideò dubitatur, an eo ipso, quod est imperfecta, quoad totũ testamentũ integraliter sumptũ, quia est imperfecta quoad aliquã partẽ, legata pia non debeãtur, quamuis voluntas circa ipsa disponẽs sit perfecta an vero requiratur, quod voluntas de ipsis præcisè disponens sit imperfecta.

4 Prima sententia asserit. Quod quando testamentum secundum se totum acceptum est imperfectum, etiam si ex eo solum, quod remaneat aliquid disponendum, legata, & proinde nec etiam legatum pro Missis subsistat. Ita Bald. *in l. habeat, ver. dato testamentum. C. de sacrosan. Eccles. in 2. lect.* Imol. *in cap. 2. num. 22. de testam.* Ancharan. *num. 10.* Clarus *§. Testamentum quæst. 7. num. 4.* ver. *prius quam ipsam.* Mylinger. *obseruat. 28. num. 3.* ver. *sed contrariam. Centur. 5.* Vasquez. *de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 7.* Magdalenus *de numero test. part. 3. cap. 5. num. 2.* ver. *Et quamuis* Hodierna *lib. 1. Controuers. foren. cap. 36. num. 71.* Fachin. *lib. 4. Controuer. cap. 3.* Ruther. *de differ. iur. ciu. & can. lib. 4. cap. 2.*

5 Fundamentum est. Quia, quando testator cœpit disponere, & non perfecit, quæ cœperat, tunc perinde est, ac si non cœpisset testari. *l. si is qui ff. de testam l. ex eo. ff.* Qui *testam. facere poss.* ibi. *ex ea scriptura, qua ad faciendum testamentum parabatur, si nullo iure testamentum perfectum esset nec ea, quæ fideicommissorum verbum habent, peti posse & l. fideicommissa. §. Quoties. ff. de leg. 3.* ibi, *Quoties exemplum testamenti præparet & prius decedat quam testetur, non valent, quasi ex codicillis, quæ in exemplo scripto sunt licet verba fideicommissi scriptura habeat.*

6 Secunda sententia asserit, sufficere, si voluntas perfecta sit circa ipsa legata pia, vt subsistant, & debeantur, etiam si imperfecta sit quoad cœtera, & proinde etiam si non disposuerit testator de omnibus, de quibus intendebat disponere. Ita Bar. *in l. in testamento. ff. de fideicomm. libert.* per illum tex. Benedictus de Plumbino *ibid.* Alex. *in l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. num. 4. C. de testam. & in l. si certis annis. num. 5. C. de pact.* Barbatia *in l. cum. acutissimi. num. 83. C. de fideicomm. & in cap. 1. num. 15. de sucess. ab. intest.* Natta *in l. Hac consultissimo. §. Ex imperfecto. num. 42. C. de testam.* Abb. *in cap. 1. num. 2. de sucess. ab. intest.* Couarun. *in cap. Relatum. 1. num. 10. de testam.* Io. de Anna. *cons. 75.* Castren. *cons. 456. lib. 1.* Calcan. *cons. 13.* ver. *duodecimo.* Soccin. *sen. cons. 92. num. 11. lib. 3.* & tract. *falent. reg. 300. priuileg 38.* Dec. *cons. 159. circa fin.* Ias. *cons. 155.* ver. *Non obstat secundum. lib. 4* Ruin. *cons. 15. num. 19. lib. 2.* Menoc. *cons. 224. num. 24.* Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ. priuil. 7.* Ant. Gabr. *conclus. 9. num. 7.* ver. *Aut voluntas erat*

de Testam.

de testam. Sanchez *lib. 4. conf. moral. cap. 1. dub. 7. n. 5.* Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disp. 234. § penult.* Lugo Card. *tom. 2. de iust. & iur. disp. 22. num. 277.* Bonau. *disp. 3. de contract. quæst. 1. pun. 3. num. 21.* Villalob. *part. 2. sum. tract. 30. difficul. 5. num. 3.* Trullench *lib 7. in decal. cap. 13. dub. 4. num. 3.* Dicastil. *de iust. & iur. tract. 19. disp. 1. dub. 10. num. 124.* Thnm Maulius *de vlt. volunt. lib. 1. tit. 12. num. 9.* Imò idem Bald. hoc ipsum tenuit *in l. in iure. C. de manumiss. testam.*

7 Dicendum est. *Legata pia vt subsistant, non aliud requirere, nisi quod voluntas testatoris de ipsis disponens sit perfecta quoad ipsa legata.* Vnde nihil officit, quod imperfectè se habeat quoad reliqua disposita in testamento eodem, & proinde legatum pro Missis erit soluendum. Hoc autem desumitur etiam ex iure ciuili, quatenus admittit institutionem hæredis particularis in re certa, atque adeò imperfectam in ratione institutionis, cum remaneat instituendus hæres in alijs bonis. imò disponit, quod sit hæres vniuersalis. Ita *in l. 1. §. si ex fundo. ff. de hered. instit.* vbi Vulpianus scribit, quod si ex fundo fuisset aliquis institutus, valet institutio, detracta illa mentione & in *l. Quoties. §. si duo. eodem tit.* Vbi si testator duos hæredes instituat in re certa partibus inter eos distinctis, detracta partium mentione, in solidum hæredes maneut.

8 Ratio verò est. Quia eo ipso, quod circa aliquod legatum absolutè, & clarè determinat voluntas testatoris, quamuis circa alia imperfectè se habeat, secundum se, in ordine ad illam partem, & de iure naturali perfecta est, quia est voluntas absoluta, plena, & deliberata de eo, quod est faciendum post ipsius mortẽ, & proinde dispositiua. Ergo de iure naturali est sufficiẽs ad inferendũ effectum; sicut esset sufficiens inter viuos. Ergo, oon obstante quod imperfecta sit quoad reliqua, debet mandari exequutioni. Qnia solum obstare posset dispositio iu is ciuilis; quæ tamen non habet locum in dispositis ad pias causas per cap. *Relatum 1. de testam.* vbi communiter Doctores, & alibi passim tam Theologi, quam Iuristæ, quos plena manu citat Paulus Rubeus *de testam. cap. 1. num. 33. & seq.* qui *num. 36.* ostendit itá seruari apud plura tribunalia & *num. 43.* Rot. Roman. ita iudicare.

9 Confirm. Pro testamento inter liberos sufficit, si constet de voluntate testatoris; vt proinde sufficiat, si propria manu testamentum scribat, etiam si nulli adsint testes. Authen. *Quod sine. C. de testamen.* vbi Bald. *num. 1.* Ias. ver. *Tu autem.* Natta *num. 7.* Castren. *in l. si is qui ff. de testam.* Bart. *ibid.* Alex. *in l. Hac consultissima §. Ex imperfecto. C. de testam.* Guilliel. Benedict. *in cap. Raynaldus verbo.* Testament. *num. 87. de testam.* Boer. *quæst. 14. num. 15.* Guido Pspa *cons. 85. num. 2.* & proindè sufficit, quod constet de sola voluntate testatoris, licet deficiant solemnitates iuris; ob priuilegium dicti testamẽti. Ergo etiam sufficiet, quod constet de voluntate perfecta circa legatá pia, licet quoad alia imperfecta; quia quod debeat esse perfecta quoad omnia, est solemnitas iuris ciuilis, vt ex allegatis supra *num. 5.*

10 Hæc autem consequentia in eo fundatur, quod vt dictum est, dispositio iuris ciuilis non habet locum qnoad disposita ad pias causas. Tum etiam quia seclusa legitima filiorum, lex fauet, si non plus, æquè saltem piæ causæ, ac filijs, vt tradunt communiter Doctores, Bart. *in l. 1. num. 55. C. de sacrosan. Eccles.* Soccini. *in l. cum anus num. 36. ff. de condit. & demonstrat.* Bald *in Authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* Salicet. *ibidem.* Alex. *in l. pactum quod dotali. C. de pactis.* Soccin. *ibid.* Ias. *in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.* Felin. *in præsen. tia num. 43. de probat.* Dec. ver. *Et circa istam.* Curt ion. *cons. 35. num. 7.* Aretin. *cons. 12. n. 3.* Crauett. *cons. 296. ver. Rursus* Buttius *cons. 25. n. 5.* Neuizzan. *lib. 6. Sylua nupt. num. 47.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo* donat. Largitus. *num. 126. C. de reuocan. donat.* Quia nimirum cũ lex faueat vltimæ voluntati testatoris, debet magis fauere quoad ea, quæ ipse pluris facit; cum autem aoima pluris facienda sit, quam liberi, secundum rectum ordioem charitatis, atque adeò inter temporalia pluris facienda sint quæ ordinãtur ad salutem animæ, quam quæ ordinantur ad commodum filiorum temporale, fit quod à testatore pluris fiant legata pia, vt ordioata ad salutem animæ, quam quæ ordinantur ad commodum filiorum atque adeò, quod lex magis fauere debeat dispositis ad causas pias.

Ab Fundamentum oppositæ sententiæ resp. ex il- 11
lis text. & alijs similibus, qui afferri possent, nihil cõcludi Primò quidem, quia non loquuntur de dispositis ad pias causas, sed de fideicommissis, & cæteris, quæ secundum ius ciuile regulantur, vt proiode debeaot secundum regulas iuris ciuilis iudicari. Secuodò, quia non procedunt, quando perfectè disponitur, sed solum quando præparatur testamentum, & proinde nõdum est reductum in dispositiooem, & proindè nititur tantum voluntati præparatoriæ, non autem dispositiuæ, in quo casu neque etiam disposita ad pias causas valerent, vt dictum est *num. 2.*

Ex dictis infertur. Quod si Testator coram testi- 12
bus dixerit, se instituere hæredem locum aliquem pium, aut quod hæc, vel illa legata pia soluantur post mortẽ: & postea accersiri iusserit Notarium, vt scribat suum testamentum, valebit dispositio quoad causas pias, quæcumque illa fuerit, etiamsi Testator decedat, antequam adueniat Notarius, vt inter alios notant Aretin. *in l. si quis cum testamentum ff. de testam.* Grass. §. *Testamentum quæst. 19. num. 4. ver. Sin autem appareat* Th. Maulius. *de vlt. volunt. lib. 1. tit. 12. num. 9.* Nam quamuis super hac dispositione non interuenerit Notarij scriptura, interuenit tamen quidquid requiritur, & sufficiens est, iuxta Cap. *Relatum 1. de testamen.* oempè testes sufficientes, vt supponitur, per quos constet, qualis fuerit voluntas Testatoris.

QVÆSTIO 989.

An, si quis decedat partim testatus, partim intestatus, teneat legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Non potest quis decedere partim testatus, & partim intestatus.*

2 *Ex iure naturali prouenit, quod non possit quis decedere partim testatus, & partim intestatus.*

3 *Fauore piæ causæ potest quis decedere partim testatus, & partim intestatus.*

4 *Regula, quod quis non possit decedere partim testatus, & partim intestatus, non habet locum in testamento militis.*

Lege introduci potest, quod quis decedat partim testatus, & partim intestatus.

5 *Quod tantum ex parte disponit Testator, valet de Iure Canonico.*

6 *Repugnantia naturalis est inter testatum, & intestatum; non inter partim testatum, & partim non testatum.*

7 *Quando quis repræsentatur partim testatus, & partim intestatus, non repræsentatur partim viuus, & partim mortuus; sed absolutè mortuus.*

PRo regula habetur apud Iuristas, quod oon po- 1
test quis decedere partim testatus, & partim intestatus, *ex l. Ius nostrum 7. ff. de reg. iur.* ibi *Earum-*

que rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus, & intestatus quis sit & l. si ego ff. de iniuf. & rupt. testam. Cuius rei rationem reddit Dnaren. *lib. de iure accresc. cap. 2.* quia homo non potest esse partim viuus, & partim mortuus, quia fictio imitatur rerum naturas, nec fingi dotest, quod esse non potest. Si autem quis decederet partim tastatus, & partim intestatus, repræsentaretur partim mortuus, & partim viuus, quia vt testatus, esset mortuus, vt intestatus esset viuus.

2 Hinc videtur resoluendum, quod non debeantur legata pia, & proinde nec legatum pro Missis, si quis decedar partim intestatus, & partim testatus: qoia aut testamentum omninò corruet, tanquam imperfectum, aut regulabitnr secundum dispositionem ioris iuxta casus particulares. Quia imperfectio descēdens à iure naturali facit, quod neque valeant legata pia. Ex iure autem naturali prouenit, quod non possit qois decedere partim testatus, & partim intestatus ex d. *l. Ius nostrum ff. de reg. iur.* ibi, *Naturaliter inter se pugna est.*

3 Dicendum tamen est. *Quod fauore pia causa potest quis decedere partim testatus, & partim intestatus.* Ita Ias. *in l. hac consultissima, §. Ex imperfecto, num. 10. ver. Et tenendo. C. de testamen* Bart. *in Repet. l. habeat. 1. num. 70 ver. Ecclesia, qua. C. de sacrosan. Eccles.* Dec. *in d. l. ius nostrum. num. 8. ver & ista ff. de reg. iur.* Alex *cons. 105. num. 22. lib. 4.* Tiraquell. *de priuileg. pie causa priuil. 13. §. 1.* Bellon. *de iur. accrescen. cap. 5. quest. 41. num. 40. ver. de testamento.*

4 Ratio verò ea est, quæ in hac materia est vniuersalis nempe quia quando agitur de fauore piæ causæ, cessat omnis dispositio iuris ciuilis, & sufficiunt sola necessaria de iure naturali ad validitatem voluntatis. Quod autē ista regula, quod quis nō possit decedere partim testatus, partim intestatus sit de iure ciuili ex eo cōstat, quod de iure ciuili remittitur. Vndè nō habet locū in testamēto militari. *§. Non autē & §. fin.* Iostit. *de hered. instit. & l. si miles fund. & l. Miles, §. Et quia. ff. De test am. mil.* & notant communiter Doctores. Glos. *in l. Ius nostrum. init. ff. de reg. iur.* Clarus *§. Testamentum per tot.* Mantic. *de vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 21.* Enencher. *de priuileg. mil. lib. 2. priuileg. 16. n. 54.* Hunnius *part. 4. Encycloped. iur. tit. 51 cap. 3. n. 4.* Molses. *part. 2. sum tract. 13. cap. 2. num. 59.* Non posset autem remitti, si hoc prouenirer à iure naturali. Imò qood lege, ac statoto introduci possit quod quis decedat partim testatus, & partim intestatus tradunt Bart. *in l. Cunctos 1. num. 38. ver. Quia ex potestate C. de summ. Trinit.* Bald. *in l. 1. num. 10. C. de secund. nupt.* & alij, quos citat Paulus Rubeus *in resolut. de testam. cap. 10. num. 69.*

5 Consit. Quod quis sit partim testatus, & partim intestatus, dicit, quod circa aliqua disposuerit, & circa alia non disposuerit. & proinde circa ea quæ disposuit, supponitur perfecta, & deliberata voluntas circa exequutionem post mortem. Ergo si constet de hac voluntate, quamois quoad cætera dispositio non fuerit perfecta, interuenit totum id, quod sufficit, vt adimpleatur volnntas testatoris, iuxta cap. *Relatum. 1. de testam.* & proinde debetur de iure Canonico.

6 Ad rationem dubitandi, de qua *num. 2.* Resp. Quod illa regula, qnod aliqois non possit decedere partim testatus, & partim intestatus; est de iure ciuili & ideo cessat quoad disposita ad causas pias. Quando autem in *l. Ius nostrum ff. de reg. iur.* dicitur, quod naturaliter inter se pugna est, &c Resp. quod in illa l. non agnoscitur hæc repugnantia naturalis ioter partim testatum, & partim intestatum, quæ nulla est. Sed inter Testatum, & intestatum absolutè. Dicitur enim, *Earumque rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus, & intestatus quis sit.* Quod verum est, Quia testatus & intestatus contradictorio modo se habent, itavt quod vnum affirmat, alterum oogat, vnde ast omnino impossibile, qood in eodem coniungantor, At esse partim testatum, hoc est qooad aliquam partem bonorum, & partim ioteststatom, nullam prorsus adinuicem habent repugnantiam ex natura sua, & ideo lex illa de ipsis noo verificatur.

Ad rationem. Resp. Non posse quidem eundem repræsentari partim viuum, & partim mortuom, quia mors, & vita non habent partem, secundum quam io eodem diuidantur, & proinde fictio esset contra rerum naturas. At quando quis est partim testatus, & partim intestatus, noo repræsentatur partim viuus, & partim mortnus, sed absolutè vt mortuus: nam vt testatus repræseotatur tamquam mortuus: vt partim intestatus adhuc repræsentatur tamquam mortuus, quia repræsentatur tamquam decesserit sine testamento quoad aliquam partem suorum bonorum. Et sicoti quando quis decedit absolotè intestatus, dum repræsentatur vt intestatus, non repræsentatnr vt vinus; sed absolutè vt mortuus: ita etiam qoando est partim intestatus. Nam esse intestatum dicit decessisse sine testamento, & esse partim intestatum dicit decessisse sine testamento qooad aliquam partem bonorum. Nam esse intestatum, etiam quoad solam partem, supponit mortem, qoia testatus, & intestatus sunt termini, qui non habent locum, nisi sequuta morte; quia explicant vltimam voluotatem morte confirmatam. 7

QVÆSTIO 990.

An ex testamenta nullo defectu salemnitatum debentur legatum pra missis.

SVMMA.

1 *Ex testamento nullo defectu solemnitatum an debeantur legata pro missis.* & num. seq.

2 *Institutio haredis est basis totius testamenti.*
Deficiente institutione haredis cadunt legata etiā pia.
Si ex testamento hareditas non possit adiri non debentur legata.
Legatum libertatis, est pium.
Legatum libertatis non debetur ex testamento nullo.

4 *Stante testamento nullo defectu institutionis debentur legata pia.*
Testamentum militari modo confectum sola voluntate perficitur.

5 *Institutio haredis est basis secundum ius ciuile.*
Legatum libertatis non est propriè ad causas pias.
Causa pia quanam sit.

6 *Legata pia etiam in foro externo valent licet desit institutio.*
Et cogi possunt successores ad ea prastanda.
Etiam de iure ciuili.
Etiam extra statum Ecclesia.

SVpponitur, quod testamentum conditum sit ad causam prophanam, & quod sit nollum defecto solemnitatum, quas reqnirit ius ciuile, vel quia non adsit institutio hæredis, vel quia non adsiot testes requisiti, vel quia deficiat aliqua alia solemnitas ex requisitis à iure; vnde cum in tali casu corruant omnia disposita in testamento, dubitatur, an corroant etiam legata pia. Prima sententia asserit, corruere etiam legata pia; & consequenter etiam legatum pro celebratione missatum. Ita Butrioa *in cap. Quod clericis num. 10. De foro compet.* Guilliel. 1

Benedict

B nedict. *in repet. cap. Raynutius. par.* 1. ver. *Testamentum.* 1. *num.* 20. *De testam.* Crassus. *de success.* §. *Testamentum. quæst.* 18. *num.* 6. Salicet. *in Authen. Cassa. num.* 7. ver. *sed ve priuatus. C. De sacrosan. Eccles.* Bart. *in l. fin. num.* 1. *ff. De his quæ pro non script.* Ias. *in l. marcellus. num.* 36. *ff.* Ad *Trebell.* Matta *de success. par.* 4. *quæst.* 8. *art.* 2. *num.* 3. ver. *Nec legatū.* Ias. *in l. Hac consultissima. num.* 24. *C. de sacrosan. Eccles. in* 1. *lect.* Alea. *cons* 177. *num.* 6. ver. *sed vbi. lib.* 2. Soccim. *cons.* 5. *in fin. lib.* 3. Menehaca *de success.* §. 22. *n.* 12. Barbos. *De iure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 95. qui loquuntur in casu, quod testamentum sit nullum, quia deficiat institutio hæredis.

Fundamentum est, Quia institutio hæredis est
2 caput & basis totius testamenti. Ergo quando deficit institutio hæredis, cadunt omnia quæ sunt accessoria, qualia sunt legata tam non pia, quam pia; *l.* 1. *in fin. ff. de vulg. & pupill. substit.* iuncta regula *l. Cum principalis. ff. de reg. iur.* & regula Cap. *Accessorium. de reg. iur. in* 6. Confirm. Vbi hæreditas ex testamento adiri non potest, non debentur legata, *l. si nemo. ff. de reg. iur.* Ea testamento autem nullo hæreditas adiri non potest. Confir. 2. legatum libertatis censetur pium. *l.* 1. §. *sin autem C. Communia ser. manu & l. Primo gradu.* 23. *ff.* Quæ *in fraud. cred.* & tamen non debetur ex testamento nullo. *l. si iure.* 11. *C. de testament. manumiss. & l.* 2. *C. si omiss. cau. testam,*

3 Secunda sententia asserit vniuersaliter, legata pia deberi ea testamento nullo; etiam defectu institutionis hæredis. Ita Bart. *in l.* 1. *num.* 60. *C. de sacrosan. Eccles.* Castrem. *cons.* 96. *dub.* 1. *num.* 1. *par.* 1. Barbatia *cons.* 8. *num.* 15. *vol.* 1. Decian. *cons.* 65. *num.* 19. vers. *Et tamen. vol.* 2. Guido Papa *quæst.* 10. *num.* 6. Riminal. iun. *cons.* 729. *num.* 34. ver. *Quia legata.* Tiraquell. *de priuileg. piæ causa vbi* Riccius *in addit. priuileg.* 15. vers. *Valet testamen.* Peregrio. *de fideicomm. ar.* 2. *num.* 33. vers. *In relictis.* Bertachin. *lib.* 4. *de Epis. par.* 4. *num.* 89. Thesaur. iun. *quæst. forens.* 38. *num.* 15. *lib.* 4. Medices *opusc.* 4. *num.* 60. Io. Bapt. Thot. *in sum. priuileg. piar. caus. priuil.* 167. circa fin. ver. *legatum pium.* Abb. *in cap. Relatum.* 1. *n.* 5. *de testam.* Gail. *obseruat.* 113. Bellon. *cons.* 16. *num.* 1. Constantin. Capriolus *de success. ab intest. in Protheoria. num.* 179. Thom. Maul. *de vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 4 Ciarlin. *controuer. foren. cap.* 21. *num.* 8. *tom.* 1. Euerard. iun. *cons.* 27. *num.* 58. *vol.* 1. Caualer. *decis.* 168. & Doctores *in l.* 1. *C. de sacrosan. Eccles. & in l. Id quod Pauperibus. C. eodem & in Authen. Cassa, & irrita.* Idem etiam tradunt communiter Theologi, Lessius *lib.* 1. *de Inst. & iur. cap.* 19. *num.* 7. Angel. *in summ. verbo* Legatum, 2. *num.* 7. Molina *de inst. & iur. tract.* 2. *disp.* 134. ver. *Quia vero.* Valquea *opusc. de testam. cap.* 2. *num.* 27. Sanchez *lib.* 4. *Consil. moral. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. Facundea *de inst. & iur. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 35. Trullench. *lib.* 7. *in Decal. cap.* 18. *dub.* 4. *num.* 2. Lugo Card. *tom.* 1. *de inst. & iur. disp.* 22. *sect.* 9. *num.* 273. Bonace. *disp.* 3. *de Contract. quæst.* 1. *par.* 3. *num.* 19. Alphons. de Leone *de offic. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 5. *num.* 55. Bossius *in moral. tit.* 12. §. 2. *num.* 112.

4 Cum hac ergo sententia tenendum est. *Quod stante nullitate testamenti, etiam ex defectu institutionis hæredis, debeantur legata pia, & proinde etiam legatum pro celebratione missarum.* Ratio debet desumi ex Cap *Relatum.* 1. *de testam.* vbi deciditur vniuersaliter, quod vltimæ defunctorum voluntates subsistant, & validæ iudicari debeant, si duobus, aut tribus testibus comprobentur. Ex quo elicitur, quod validitas dispositionis defunctorum dependeat à sola voluntate ipsorum, ita vt, quod ipsi deliberatè voluerint, habeat vim validæ dispositionis; siquidem testes solum requiruntur ad probandam determinationem vltimæ voluntatis. Quod etiam de testamento militari modo confecto disponit *l. Miles si testamentum. ff. de testam. mil.* dum habet, quod sola voluntate perficitur. Ergo si adest voluntas determinata de legatis pijs, valebunt, quamuis deficiat institutio, quia iam adest tota substantia dispositionis, nec per leges ciuiles irritari potest defectu iurisdictionis quoad hæc legata.

Ad fundamentum in oppositum. Institutionem 5
hæredis esse caput, & basim totius testamenti de iure ciuili, & proinde ipsi inniti ea omnia, quæ secundum ius ciuile regulantur: non autem legata pia, quia non subsunt regulis iuris ciuilis, vt toties dictū est, & ideo non corruunt deficiente hærede. Ad 1. Confir. Non deberi legata, quando hæreditas ea testamento adiri non potest, ad summum, si sint ad causas prophanas, secus autem si sint ad causas pias, vt dictum est in superioribus. Ad 2. Confir. Concessionem libertatis, quamuis contineat actum pietatis naturalis, non tamen importare propriè causam piā, quia causa pia est illa, quæ respicit Deum vt finem, & salutem animæ, vt ponderat Rota *decis.* 1. *de testā. coram.* Achil. de Grass. & *decis* 74. *num.* 21. ver. *Quo vero par.* 2. *diuers.* & in hoc sensu libertas non dicitur causa pia in illo tex. Sed dicitur habere rationem pietatis, scilicet humano modo, & respectu commiserationis status seruilis. Accedit, quod in illa *l. si vera. C, de testam. manumiss.* ea testamento nullo valet libertas, si adsit clausula, Vt pro codicillis scriptum valeret, atque adeo si ciuiliter constet de absoluta voluntate testatoris.

Ea quibus infertur, quod ea, quæ dicta sunt, non 9
solum locum habent in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo: & proinde cogi posse successores ab intestato ad soluenda dicta legata, vt inter alios notant Abbas *in cap. relatum.* 1. *num.* 2. & 8. *de testā.* Lessius *lib.* 2. *de inst. & iur. cap.* 19. *num.* 6. Bonac. *disp.* 3. *de contract. quæst.* 1. *punct* 3 *num.* 16. Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 5. *num.* 56. Rota cum allegatis *decis.* 27. *coram Caualerio. & decis.* 168. *coram eodem & in Cesenaten. nullitatis testamenti,* 9. *Martij.* 1580. *coram.* Marcell. Bubalo. & ita etiam iudicauit senatus Lusitaniæ apud Gammam. *decis.* 380. & habetur expressè ex Cap. *Relatum.* 1. *de testam.* vbi iniungitur, quod quando per tres, aut duos testes constat de voluntate testatoris, secundum ipsam iudicandum sit. Imò quod hoc procedat etiam de iure ciuili firmat Rota cum alijs cit. *decis.* 27. *coram. Caualerio.* Sed quod quando petuntur coram Iudice laico, iudicare debeat secundum ius Canonicum tàm in terris Ecclesiæ, quàm Imperij habetur, in cap. *Relatum,* 1. *num.* 2. & 8. *de testamen. & notat* Alphons. de Leone *de off. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 5. *num.* 57.

QVÆSTIO 991.

An quando succedit fiscus debeatur legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Duo modi ex quibus succedit Fiscus.*

2 *Quando fiscus succedit vt substinens personam hæredis, debentur legata.*

3 *Legata an debeantur si Fiscus succedat iure proprio.* & num. seq.

4 *Voluntas defuncti implenda per fiscum, quatenus non subest legibus ciuilibus.*

5 *Fiscus subest legibus Canonicis.*

Ius canonicum etiam extra terras Ecclesiæ seruandum

dem quoad diſpoſita ad cauſas pias iuxta Iuriſtas.
6 *Et communem ſententiam Theologorum.*
7 *Defectus ſolemnitatis non reddit imperfectam intrinſecè voluntatem teſtatoris.*
Legata pia mandanda exequutioni etiam abſque ſubſiſtentia Inſtitutionis.
Non eſt veriſimile, quod teſtator velit caducari legata pia defectu hæredis.
Teſtator præſumitur ſe conformare legibus loquentibus de ſua diſpoſitione.

1 POteſt Fiſcus diuerſimodè ſuccedere, omnes tamē modi ſuccedendi ad duo reuocari poſſunt. Primus eſt, quaodo ſuccedit loco hæredis, atque adeò induit perſonam illius. Secundus eſt quando ſuccedit non loco hæredis, ſed iure proprio, tamquam vocatus à lege, iuxta ea quæ notāt Roſental. *de feud. tit. de regal. cap. 5. concluſ. 56 & 57.* Primo autem modo ex diuerſo capite ſuccedere poteſt. Nam ſuccedere poteſt, ſi hæreditas ſit vacans, vel quia defunctus inteſtatus nollos habeat hæredes, vel quia inſtitutus repudiet hæreditatem, & noo ſit, qui eam adeat ab inteſtato iuxta *l. Recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad ſenatus conſ. Trebell.* Aut ſi in odium hæredis inſtitoti auferatur ab ipſo hæreditas adita, quia ſcilicet indignus ſit, aut incapax iuxta l. *cum fiſco. ff.* Ad *ſillanian. & l. 3. §. Cum ex cunſo. ff. de iure fiſci.* Aut ſi hæres inſtitutus prohibuerit mutari teſtamentum, quia tuoc priuatur hæreditate, iuxta *l. 1. §. ſi legatum. ff. ſi quis ali teſt. probib.* & alijs etiam modis recenſitis à Roſental. citato.

2 Eſt autem ſupponendom, Quod quando fiſcus nō ſuccedit iure proprio, ſed vt ſubſtioens perſonam hæredis, debeotur legata etiam prophana vt deciditur *in l. Quidā. 96. §. Quoties. ff. de leg.* 1 ibi, *Quoties bona vacātia lege Iulia ad fiſcū pertinēt & legata & fideicōmiſſa præſtātur, quæ præſtare cogeretur hæres à quo relicta erant.* Quæ lex licet loquatur de hæreditate, qoando eſt vacans, eadem tameo ratio eſt in quocumque caſu, in quo fiſcus vt ſubſtinēs perſonam hæredis, adit hæreditatē, vt obſeruat Gaſp. Anton, Theſaur. *q. foren. c. 38 n. 9. lib. 4* Nam cum ſuccedat loco hæredis ad ſe trahit ius hæredis & ideò non poteſt trahere ad ſe plus iuris, quam traxiſſet hæres ſicut Ergo hæres non traxiſſet ad ſe ius quoad ea, quæ ratione teſtamenti alteri debentur, aut ratione fideicommiſſi, ſed debuiſſet reſtituere, cui debentur; ita etiam fiſcus.

3 Quando autem fiſcus ſuccedit iure proprio, tanquam vocatus à lege, tunc difficultas eſt, an debeantur legata pia. Quod autem oon debeantur tenet Gaſpard. Ant. Theſaur. *q. foren. 38. num. 12. lib. 4.* Quia deficit inſtitutio hæredis, à quo debent legata præſtari iuxta voluntatem defuncti & deficit teſtameotum nou defectu ſolemnitatis, ſed defectu voluntatis teſtatoris, qui non habet hæredem illum, quem volebat eſſe hæredem, & à quo volebat legata præſtari.

4 Dicendum tamen eſt. *Legata pia eſſe ſoluenda à fiſco, atque adeo etiam legatum pro Miſſis celebrandis.* Ita Bar. *in l. eam quam. num. 1. C. de fideicomm.* Ratio eſt, Quia ſtante facultate, quam habuit defuoctus diſponēdi de rebus ſuis pro vltima volūtate, tenetur fiſcus eam ſeruare etiā quando ex ordioarijs legibus venit iure proprio, & tanquam vocatus à lege, quatenus non ſubeſt legibus ciuilibus, quia tunc nō poteſt per ciuiles leges volūtas defuocti inualidari. Quatenus autem diſponit de legatis pijs, noo ſubeſt ciuilibus legibus, quia operatur in ordine ad ſalutem, cuius operatio per ſolas leges Canonicas regulanda eſt. Et ideò ſufficit, quod adfuerit perfecta voluntas, & quod de ea ſufficienter conſtet.

5 Econtra verò, cum fiſcus ſubſit legibus Canonicis, ſtantibus quibuſcumque legibus ciuilibus caducarijs debet ſeruare quoad diſpoſita ad cauſas pias, quod iure Canonico diſponitur in Cap. *Relatum. 1. de teſtamen.* vbi præcipitur, quod conſtāte voluntate teſtatoris per duos, aut tres teſtes, quoad diſpoſita ad cauſas pias, iudicandum ſit ſecundum ipſam. & ita ſeruandum eſſe in omnibus Tribunalibus ciuilibus, etiam extra terras Eccleſiæ tradunt Bald. *conſ. 284. num. 2. lib. 3.* Craſſus *de ſucceſſ. §. Teſtamentum. quæſt. 2.* Iul. Clar. *§. Teſtamentum, quæſt. 6. num. 1 in* fin. Tiraquel. alios allegans *de priuileg. pia cauſ. priuileg* 163. ver. *In diſpoſitis.* Vaſquez *De ſucceſſ. progreſſ. lib. 6. §. 23. n. 51.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 4.* Iul. Ceſ. Caluin. *tract. de Aequitate. lib. 1. cap. 8. num. 9.* Gaſpar Ant. Theſaur. *quæſt. foren. 35. num. 2. lib. 4. & num. 3.* teſtatur eſſe communem omoium ſententiam. Medices *opuſ. 4. num. 33.* Boer. *deciſ. 93. num. 3.* Viuius *deciſ. 5. num. 17.* Guido Papa *deciſ. 543. num. 14.* Ant Faber. *lib. 6. Cod. tit. 5. de teſtam. definit. 5. n. 2.* Riccios ad Tiraquell. *De priuil. pia cauſ. priuil. 163.* Honded. *con. 26. num. 3. lib. 1.* Thorus *in ſingular. piar cauſ. cap. 5. ver. in teſtamento.* Et idem etiam ſeruaot Tribunalia ciuilia in praxi extra terras Eccleſiæ & de Conſilio Neapolitano teſtatur Gizzarel. *deciſ. 47. num. 5.*

Idem atiam tradunt communiter Theologi. Molina *tract. 2. de iuſt. & iur. diſp.* 134. ver. *Ratio verò.* Vaſq. *opuſc. de teſtam. cap. 3. dub. 9. num.* 12. Layman. *lib. 3. Theol. moral. ſect. 5. tract. 5. n. 7.* Comitolus *reſp. moral. q. 14. num. 5.* Lugo Card. *tom. 2. de iuſt. & iur. diſp. 22. num. 265.* Tanner. *lib. 2. defenſ. libert. Eccleſ. cap.* 8. Alphonſ. de Leone *de offic. Cappell. quæſt. 5. ſect. 5. num. 56.* Fragoſ. *de regim. Chriſt. reipub. part. 3. lib. 4. §. 4. num. 65.* Boſſius *tract. moral. tit. 12. §. 1. num. 9.* Mazzuchel. *de caſib. reſern. diſp. 2. cap. 20. quæſt. 1. num. 12.* & alij communiter. Vnde dubiū nō eſt, quin teneatur fiſcus, etiāſi vocatus à lege ſuccedat, exequi legata pia, quia etiā ſi aliàs ſequatur forum ciuile, debet in hoc ſequi ius Canonicum, quod in foro quoque ciuili ſeruatur. 6

Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Quod licet deficiat teſtamentum quoad inſtitutionem hæredis, & defectus aliquo pacto poſſit dici voluntatis, non tamen abſolutè, quia noo eſt defectus voluotatis intrinſecus, quaſi proueoiat ab ipſo volente, itavt reddatur voluntas de ſe deficiens & imperfecta, & non dedocens, quantom eſt de ſe, ad perfectam diſpoſitionem, quod vult, ſed eſt effectus extrinſecus proueniens ab extrinſeco impedimento, nempe à lege, quæ facit caducum teſtamentum. Deinde quicquid de hoc ſit, ſufficit, quod voluntas non deficiat quoad legata, ſicuti oon poteſt daficere, eō qood deficiat inſtitutio hæredis, vt conſtat ex dictis in ſuperioribus. Dicere autem, quod teſtator ita valit quod legatarius capiat legata de manu hæredis, vt nolit valere, ſi non adſit hæres, à quo capiat, noo habet fundamentum, tum quia hæc nō eſt diſpoſitio hominis, ſed legis, tū quia poteſt teſtator oppoſitum decernere, tum quia non eſt veriſimile, quod velit legata pia, atque adeo fauorem propriæ animæ exponere incertitudini editionis hæreditatis; tum quia in teſtamento exprimitur volontas legaos abſque, dependentia à ſubſiſtentia inſtitutionis hæredis, & ideo etiam abſqoe ipſa, exequotioni mandanda ſunt, iuxta Cap *Relatum. 1. de teſtamen.* cuius diſpoſitioni ſe conformare voluiſſe præſumendum eſt, quia præſumitor, quod teſtator voluerit ſe conformare legibus, quæ diſponunt de illa materia, atque adeò diſpoſuiſſe ſecundum tales legas, vt notant Natta *conſ. 49. num. 22* Surd. *conſ. 347. num. 24.* Bec. *conſ. 35. num. 12.* 7

Quæſt.

Qvæstio 992.

An præteritio filij ex ignorantia faciat cessare legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Instituto hærede extraneo nascente posthumo rumpitur testamentum.*
2 *Præterito filio quem pater putabat mortuum rumpitur testamentum.*
Cessante præsupposito cessat dispositum.
2 *Rupto testamento ex præteritione filij an subsistant legata.*
3 *Quid si sint ad causas pias.* & num. seq.
5 *Rupto testamento ex præteritione filij, debentur legata pro malè ablatis incertis.*
Legata pro malè oblatis incertis sunt necessitatis.
6 *Legata pro malè ablatis sunt æs alienum.*
7 *Rupto testamento ex præteritione filij ignorati debentur legata pro missis.*
8 *Anima rerum omnium pretiosissima.*
Plus diligenda quàm temporale commodum filiorum.
9 *Rupto testamento ex præteritione ignorati filij subsistunt legata pia moderata.*
10 *Præferenda illa interpretatio, quæ plenius prouidet saluti testatoris.*

1 QVando pater instituit extraneum hæredem; quia non habeat filios, & postea nascitur posthumus, rumpitur testamentum vt passim in Iure decernitur. *l. Quod dicitur.* 12. & *l. Cum posthumus.* 22. & *l. Posthuma.* 24. *ff. de liber. & posthum.* similiter etiam rumpitur testamentum, si sit præteritus filius, quem pater putabat, esse mortuum, aut quocumque alio modo, quò ignoranter præteritur. Hoc autem in eo fundatur, quod tale testamentum; & institutio talis hæredis censetur facta ex suppositione, quod testator non habeat filios; vnde cùm cesset præsuppositum, cessat etiam dispositum, iuxta Glos. *in l. Mancipia. C. de seru. fugit.* vbi & Doctores, Dec. *conf.* 63. *num.* 6. & *conf.* 497. *per tot.* Ludouis. *decis.* 208. *num.* 2. Merlin. *decis.* 589. *num.* 6. deficit enim voluntas, quia fundatur in præsupposito falsò, atque adeò in errore, & ideò habetur tamquam si non adesset, *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic.*

2 Rupto autem testamento, quia fuit præteritus filius, dubitant Doctores, an subsistant legata. Quidam enim asserunt, non subsistere: quidam verò volunt, subsistere; quos refert Patis. *conf.* 60. *num.* 13. *lib.* 2. ex Authen. *Ex causa. C. de liber. præterit.* vbi disponitur, quod ex causa exhæredationis; vel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad institutiones; cætera namque firma remanent.

3 Sed loquendo de legatis pijs, hæc quoque corruere docent Bart. *in l. Haberet.* 1. *num.* 59. *C. de sacrosan. Eccles.* Bald. *num.* 5. & *in l. filio præterito. num.* 8. *ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. testam.* Menoch. *præsumpt.* 189. *num.* 126. *lib.* 4. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo.* Libertis. *num.* 81. *v. Cor. etiam. C. de reuocat. donat.* alios citans. Fundamentum est; Quia etiam quoad legata pia militat illa ratio, quæ militat, quoad institutionem hæredis, nempe quod si sciuisset, se habere filios, non reliquisset, & ideo deficit voluntas tamquam innixa præsupposito falsò, & ex errore procedens.

4 Secunda sententia tenet, non corruere, si moderata sint, itavt possint stare simul cum institutione filij præteriti ignoranter, si testatori notus fuisset, & instituitus esset. Ita idem Bald. *in l.* 1. *circa fin. C. de inoff. testam.* Castren. *in l sicut certi. num.* 3. *C. De testam. milit.* Azeuedo *lib.* 5. *nouæ recopil. tit.* 4. *lib.* 1. *num.* 176. Capell. Tholos. *decis.* 334. Riccius *collect.* 215. *prima* l. 5. *par.* 1. qui absolutè loquitur. & alij.

5 Dicendum. 1. *Legata pro malè ablatis incertis subsistere rupto testamento ex præteritione filij ignoranter facta.* Ita Bald. *in l. filio præterito, col.* 2. *ff. de iniust. rupt. test.* Angel. & Imol. *ibidem.* Soccin. *in l. Moribus circa fin. num.* 32. *vers. Et hoc benè. ff. de vulg. & pupill. subst.* Ias. *in Authen. Ex causa, num.* 6. *C. de liber. prat.* Ancharan. *in cap.* 1. *not.* 7. *De testam. in* 6. Aretin. *conf.* 93. *vers. Circa primum.* Tiraquell. alios referens *in l. Si vnquam, verbo.* Libertis. *num.* 88. *C. de reuocat. donat.* Angel *in l. Precibus C. de impub. & al. subst.* Dec. *num.* 14. & *in l. licet. num.* 5. *C. de post.* Socin. Iun. *conf. penult. num.* 83. *lib.* 2. Neuizan. *lib.* 6. *Sylua nupt. num.* 47. *vers. Item limita.* Menoch. *præsumpt.* 189. *num.* 139. *lib.* 4. Et ratio est. Quia cessat ratio, ob quam rumpitur testamentum, & cessant alia legata; oimirum, quia testator non ita disposuisset, si sciuisset, adesse filium instituendum. Nam, etiā si sciuisset, & instituisset filium, adhuc ita legare debuisset, quia legata pro malè ablatis incertis sunt necessitatis, non electionis, quia non potest homo obtinere veniam peccati, & consequi salutem, nisi restituantur ablata, iuxta regulam, quod peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. Cap. *Peccatum. de reg. iur. in* 6.

6 Quod præsertim verum est, quia huiusmodi legata non considerantur tamquam portio detracta de hæreditate, sed tanquam æs alienum iuxta Glos. *in cap. Quamquam De testam. in* 6. Ancharan *not.* 4. & cæteri Doctores, & ideò tamquam de iure alterius, non computantur in bonis, quæ iure hæreditario perueniunt ad hæredem, & ideò ex eo, quod rumpatur testamentum ob præteritionem filij ignorati, non fit, quod debeant consolidari hæreditati, & peruenire ad hæredem, atque adeo corruere legatum.

7 Dicendum 2. *Legatum pro Missis nunus subsistere, rupto testamento ex filio ignoranter præterito.* Ita desumitur ex doctrina Bald. *conf.* 215. *lib.* 5. Ripæ *in l. si vnquam. num.* 116. *C. de reuocat. donat.* quatenus docent, quòd donata ab eo; qui de filijs non cogitauit, non reuocantur ob filiorum superuenientiam, si donatio sit facta pro salute animæ. Ratio est, quia legata pro Missis sunt consueta etiam ijs testator ibus, qui instituunt filios, & proinde præsumi debet; quod etiam essent relicta, si testator cogitasset de filijs, & eos instituisset; vnde cessat defectus voluntatis; qui aliàs interuenitet ex falso præsupposito, quod non extarent filij. Quod tamen ita accipiendum est, si legata sint moderata; itavt remaneat congrua portio pro filio, quia aliàs præsumerentur facta ex falsò præsupposito, quod non extarent filij.

8 Confirm. Hoc legatum immediatè respicit certum beneficium animæ eiusdem testatoris, nempe suffragia pro ipsius anima Quæ cum sit rerum omnium pretiosissima. *l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles. & Cap. Infirmitas. De pæn. & remiss.* Secundum rectum ordinē charitatis, plus diligenda est, quàm temporale commodum cuiuscumque, etiam filiorum. Præsertim quando aliàs filij iure hæreditario obtinerent congruam portionem bonorum paternorum. Ergo præsumendum est, quod testator fecisset huiusmodi legatum, etiamsi cogitasset de filijs, & eos instituisset hæredes, & proinde cessare fundamentum, ratione cuius euerti debeant, nempe defectum voluntatis.

9 Dicendum 3. *Rupto testamento ex præteritione filij ignorati subsistere legata pia moderata respectu bonorum testatoris.* Hoc autem habet locum siue alia bona sint legata ad causas prophanas, siue sit institutus hæres

extraneus. Illa autem dicuntur legata moderata, quæ relinquunt congruam portionem, cui fuccedere pos sit filius, & quæ non excedunt illam quantitatem, quæ legari solet etiam ab habentibus filios. Ratio est. Quia in tali casu, hæc legata non præsumuntur habuisse originem ex ignoratione filiorum, & proinde inniti erroneo præsupposito, quod non extarent filij, siquidem, cum quoad maiorem partem bonorum disposuerit quoad causas prophanas; præsumitur, ita disposuisse quoad ea, quæ fuisset relicturus filio ignorato, & quoad causas pias sui se eodem modo dispositurum, etiam si cogitasset de filio; & proinde, talem dispositionem non habere aliud motiuum, quam religionem, & charitatem erga Deum.

10 Confirm. Quia fauore piæ causæ est præferéda illa interpretatio, quæ plenius prouidet saluti testatoris, iuxta *l. si quis ita & l. Diuus 26. ff. de manumiss. testam.* & notant Decian *cons. 81. in fin. lib. 2.* Tiraquell. *de priuileg. pia caus. priuil. 61.* Rota *decis. 149. n. 6. ver. Præsertim. par. 7. Recet. & in Rauen. Bonor. 2 febr. 1647. §. Eoque magis* cum ibi allegatis coram Eminentiss. Corrado. Et coram Eminentiss. Otthobono *decis. 113. num. 23.* Ergo cum in casu præsenti fieri possit interpretatio; quod legata pia essent relicta, etiam si testator cogitasset de filio, itavt fuerint ex solo motiuo pietatis, & non ex falso præsupposito, quod non extarent filij, debet hæc interpretatio, tamquam fauorabilior saluti testatoris, amplecti. Fundamentum autem oppositæ sententiæ solum probat, corruere legata, si excessiua sint, & extra casus prædictos.

QVÆSTIO 993.

1 *An subsistat Legatum pro Missis, si testamentum sit nullum defectu facultatis testandi.*

SVMMA.

1 *Dispositio ad causas pias sufficit si valeat de iure naturali.*
2 *Legatum pro Missis corruit si defectus facultatis testandi sit à Iure Canonico.*
3 *Quid si deficiat facultas testandi de Iure Ciuili, Dispositio testamentaria conferitur in tempus; in quo bona non sunt sub potestate disponentis.*
4 *Facultas testandi est ex gratia, & æquitate.*
5 *Si Ius Ciuile auferat facultatem testandi, deficit omnis potestas.*
6 *De iure naturali pro quolibet actu requiritur potentia; & voluntas.*

1 Ratio difficultatis ex eo oritur, quia, vt dictum est in superioribus, disposita ad causas pias non subsunt legibus ciuilibus, sed sufficit, quod dispositio habeat ea, quæ ad validitatem de iure naturali requiruntur, ixta cap. *Relatum. 1. De testam.* & proinde sufficit deliberata voluntas ita disponendi, & pro solemnitate, in ordine ad probationem, sufficiunt duo, vel tres testes. Quæ cum interueniant in testamento nullo ex defectu potestatis testandi, erunt substinenda legata pia, licet corruat testamentum.

2 In hac difficultate pro certo habendum est, quod si defectus facultatis testandi proueniat à iure canonico, nullo pacto substineri poterunt legata. quātumuis pia. Quia in tantum substineri possent, in quantum haberent assistentiam Iuris canonici, *cap. Relatum 1. de Testamen.* Non habent autem hanc assistentiam, quia dum Ius canonicum resistit alicui actui, non potest eidem simul assistere. Vnde cum resistat testamento adimendo facultatem testandi, resistit etiam quoad id totum, quod virtute eiusdem facultatis peragi posset, vt est relinquere legata. Vnde solum difficultas remanet, quando de iure ciuili adimitur facultas testandi.

Dicendum est. *Si testamentum sit nullum ex defectu facultatis testandi, etiam si adimatur à solo iure ciuili, non possunt substineri legata pia, atque adeo nec legatum pro Missis.* Ratio est. Quia facultas testandi non conuenit de iure naturali, nec de iure Gentium; quia licet possit quisque disponere de rebus proprijs ad libitum; hoc tamen solum valet, quandiu sunt sub ipsius dominio; quando autem cessant esse, non potest amplius eius dispositio habere locum, alioquin dispositio esset de non suo. Per testamentum autem dispositio confertur in tempus, in quo bona testatoris non sunt amplius sub eius dominio, *l. Quod sponsa. C. de donat. ant. nupt.* Quia vltima voluntas, quandiu durat vita testatoris, non valet; nam sola morte confirmatur, & post ipsam incipit valere. Sicut autem mors confirmat vltimam voluntatem, ita etiā soluit dominium testatoris super bonis, de quibus testatur; vnde opus est aliquo remedio præseruante eiusdem dispositionem. 3

Requiritur ergo, quod voluntas, & dispositio, quæ de se non possunt se extendere ad tempus, in quo non viuit amplius testator, manoteneatur à lege, & extendatur ad ipsum; & similiter, quod bona, de quibus disponit testator, manuteneantur tamquam si essent sub ipsius dominio. Et ideo ex æquitate, & gratia concedit testatori, vt de bonis suis disponere possit post mortem, notant Accursius *in l. Illa institutio. verbo. Pondere. ff. de hered. instit.* Padilla *in l. Cum quis num. 12. C. de iur. & fact. ignoran.* qui testatur de communi. Matienzo *lib. 5. recopil. l. 1. glos. 50. n. 17. tit. 4. de testam.* 4

Ex hoc ergo fit, quod si ius ciuile auferat alicui potestatem testandi, nihil disponere possit post mortem de rebus suis, neque etiam quoad legata, quia careret tota illa facultate, quam aliàs habet ex gratia, & beneficio, & remanet in eo statu, in quo esset, si lex talem indulgentiam non concederet. Et ideò legata etiam pia sont nulla defectu facultatis ad legandum. Et proinde substineri non possunt à iure canonico; quia per ipsum non conceditur facultas testandi, sed supponitur concessa à iure ciuili, nec sanat defectum potestatis. 5

Ad rationem dubitandi resp. Ius canonicum non requirere aliud in dispositionibus ad pias causas, vt substineantur, quàm quod de iure naturali requiritur ad validitatem actus. De iure autem naturali pro quolibet actu requiritur voluntas, & potentia tamquam substantialia principia, *l. Multum interest. 6. C. si quis alteri vel sibi*, & notant Glos. *in l. si filia. C. de donat. ant. nupt. & in cap. super Abbatia. de offic. deleg.* Soccin. iun. *cons. 95. num. 4. lib. 3.* Roland. *cons. 10. num. 8. lib. 3.* Menoch. *cons. 163. num. 51.* Couarru. *in cap. Cum esses num. 7. de testam.* Vnde cum in his legatis deficiat principium potestatis, deficit quod de iure naturali requiritur: Et ideò non substinentur à iure canonico; cum requirat, quæ de iure naturæ sunt necessaria. 6

QVÆSTIO 994.

1 *An, reuocato testamento, censendum sit reuocatum legatum pro missis.*

SVMMA.

1 *Duplex reuocatio testamenti simplex, & expressa.*
2 *Reuocato testamento solemniter, reuocantur etiam legata pia.*

3 *Secus, si reuocetur simplici reuocatione.*

1 Reuocatio testamenti duplex est, alia dicitur simplex reuocatio, seu etiam tacita. Alia dicitur expressa reuocatio; vt notat Crassus §. *Testamentum. quæst.* 84. & 85. Simplex, seu etiam tacita reuocatio est illa, quæ simplici modo reuocat testamentum iam factum, vt si testator dicat, se velle intestatum decedere. Expressa autem reuocatio est illa, in qua solemniter reuocatur prius testamentum, vel per actū solemnis reuocationis, vel condendo aliud testamentum solemne, & eum ijs derogationibus, quæ necessariæ sunt, vt prius testamentum reuocatum maneat.

2 Conueniunt Doctores. Quod si testamentum reuocetur solemni, seu expressa reuocatione, aut condendo aliud solemne testamentum remaneant reuocata legata pia. Quia talis reuocatio habet vim tollendi quæcumque disposita sunt in priori testamento. Et ita inter alios notant Ias. *cons.* 124 *num.* 4. Paris. *cons.* 34. *num.* 33. Riminald. sen. *cons.* 310. *n.* 14. Menoch. *cons.* 1280. *num.* 5. Camil. Borel. *tom* 3. *decis. tit.* 20. *de testam. num.* 68. Crassus *de success.* §. *Testament quæst.* 84. Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. foren.* 45. *num.* 9. *lib.* 3. Cattnec. *decis.* 85. Insupe. Ludouis. *conclus.* 24. ver. *Declara quinto.* Rouit. *cons.* 93. *lib.* 1. vbi latè Marius Muta. *decis.* 41. *n.* 8. Nouar. *de incert. & male ablat. priuileg.* 56. *n.* 6. Ferret. alios allegans, *ad decis.* 200 *Guid. Papæ.* Cum enim omnia disposita in primo testamento sint per modum vltimæ voluntatis, quæ de sui natura est reuocabilis, corruunt per expressam reuocationem testamenti, quia expressa reuocatio habet adæquatè reuocare totū testamentū: Vnde difficultas est an reuocentur stante simplici reuocatione testamenti.

3 Dicendum est. *Reuocato testamento simplici reuocatione, non reuocari legata pia, atque adeò nec legatum pro Missis.* Ita Socin. *cons.* 163. *num.* 14. *lib.* 2. Io. de Anan. *cons.* 57. Euerar. *in Topica iur. loco* 24. Caroc. *decis.* 85. Riec. *collect.* 215. *priuil.* 3. *part.* 1. Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. foren.* 45. *num.* 9. *lib.* 3. Ratio est, Quia, cum legata pia sint in fauorem animæ, præsumuntur disposita ex speciali charitate erga propriam animam; & ideò motiua quæ trahunt ad reuocandum testamentum, non se extendunt ad hæc legata. vnde, vt censeantur reuocata, necesse est, quod aut ea expressè, & in specie reuocentur, aut quod interueniat talis reuocatio, de qua constet, quod se extendat etiam ad pia legata. Imo in legato pro Missis adest specialis ratio, quia respiciunt immediatum beneficium animæ testatoris, cum sint pro satisfaciendo pœnæ adhuc luendæ pro peccatis.

QVÆSTIO 995.

An legatum pro Missis incertum ratione rei legatæ subsistat.

SVMMA.

1 *Incertitudo viciat legata.*
2 *Legatum pro Missis incertum ratione rei legatæ, sustinetur.*
Valent legata pia incerta ratione rei legatæ.
3 *Incertitudo in legatis pijs non prouenit ex imperfectione voluntatis.*
4 *Ius ciuile assistis validitati legatorum incertorum ad pias causas.*
Quia causa finalis inualiditatis non habet locum in ipsis.
Legatas incerta quatenus improbentur.
5 *Qui numerus Missarum celebrandus, si non sit expressus à testatore.*
A quo determinandus, si quantitas pecunia sit determinata.
6 *Quid si nec ipsa sit determinata.*
7 *Potest etiam pro determinatione recurri ad Ordinarium.*
Alimenta in fauorem scholastici determinanda à Iudice.

Oritur difficultas, quia ex natura sua incertitudo viciat legata §. *Incerti*, Instit. *De leg.* & *l. Titia cum testamento.* 35. *ff. de leg.* 2. & notant communiter Doctores. Imol. *in l. stipulatus ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. Legato generaliter.* circa fin *ff. de leg.* 1. Surd. *De alimen. tit.* 8. *priuil.* 17. *n.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 36. Quia nimirum stante incertitudine voluntas testatoris non perfectè disponit, & non habet dispositio totum, quod est necessarium, vt possit exequutioni mandari: & ideò, tamquam insufficiens ad inferendam exequutionem, reijcitur. An autem hoc habeat locum in præsenti, quoad legatum pro Missis, vt si testator disponeret, quod pro anima sua celebrentur Missæ, nec exprimeret numerum. 1

Dicendum est. *Legatum pro Missis incertum ratione rei legatæ, seu numeri Missarum sustineri, atque adeò etiā omnia legata pia.* Ita Speculator *tit. de instrum. edit.* §. *Hunc verò. num.* 25. Io. Andr. *ibid. in addit.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 6. *De pact.* Roman. *in Authen. Similiter num.* 91. *ad l. Falcid.* testans de commoo. Bald. *in l. Quidam in testamento ff. de leg.* 2. Aretin *in l.* 1 *num.* 7 ver. *Octauum priuileg. C. de sacrosan. Eccles.* Ias. *in l. Ita stipulatus num.* 12. *ff. de verbo signif.* Cardio *in Clement.* 1. *quæst.* 28. *de testam.* Afflict. *decis.* 337 *num.* 10. Benincas. *De pauper. quæst.* 8 *special.* 3. *num.* 24. ver. *Quando diceret.* Aluarad *De coniect. men. test. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. Florian. à S. Petro *in l. Cum quidam.* § *fin. ff. de vsur.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 37. Tiraquell. *De priuil. piæ caus. priuil.* 55. & 56. Nouar. *de priuil. miserabil. person. priuel.* 10. Alphons. de Leone *de off. Cappell. quæst.* 5 *sect.* 2. *num.* 21. 2

Ratio autem desumitur ex eo, Quod in his legatis incertitudo dispositionis non prouenit ea defectu voluntatis, quæ proinde insufficiens sit ad inferendum exequutionem, & argui possit ea illā, quod testator non fuerit plenè determinatus, sed potius quod stante voluntate determinata pro exequutione, sed indeterminata pro quantitate, relecerit in arbitrium eorum, ad quos spectabit determinatio quantitatis. Ergo cum non sit incertitudo voluntatis exequutioæ sed tantum voluntatis determinatiuæ, itavt determinatio in alienum arbitrium sit relecta, quod locum habet generaliter in relictis ad pias causas, iuxta doctrinam Bald. *in l.* 3. *num.* 4. *C. de furt.* Couarruu. *in Cap Indicante num.* 4. *De testam.* 3

Imò ius quoque ciuile assistit huiusmodi dispositionis validitati, exempel. *l. Id quod pauperibus. C. de Epis. & Cler. & l. nulli. C. eod.* & consonat ius Canon. Cap. *Cum tibi. De testamen.* vbi etiam Doctores. & in hoc valet argumentum à contrario sensu nam io tantum ius improbat dispositiones incertas, in quantum fieri potest, quod exequutio non assequatur mentem testatoris, imò fortè esset contra mentem ipsius, vt in exemplo *l. si quis de pluribus. & l. si ita fuerit legatum. ff. de reb. dub.* vbi, quod si ea testamento vni ex pluribus seruis concedatur libertas, & non declaretur, cui concedatur, non tenet dispositio. Fieri enim posset, quod non manumitteretur ille, quem voluit testator, sed ille quem noluit. Quod non contingit in legato pro Missis, & in quocumque alio pio, quia semper sub quacumque determinatione legatum rei incertæ mandetur exequutioni, obtinetur mens testatoris, quia 4

quia obtinetur causa finalis, quæ est salus animæ, vt considerat Dec. *in l. edict. in fin.* ver. *Non obstat. C. de edict. D. Adr tollen.*

5 Difficultas autem superest qui numerus Missarum celebrandus sit. Et quidem si quantitas pecuniæ, aut æquiualentis determinata sit à testatore, numerus Missarum venit determinandus per Episcopum iuxta Responsionem S. Congregat. *ad 5. dub. ex propositis super Decret. de celebrat. Missarum*, sicut etiam esset determinanda eleemosina, si præscripto numero Missarum non determinaretur à testatore, vt ibid. in *resp. ad 5. dub.* & ideò difficultas locum habet, quando neutrum determinatum est à testatore.

6 Tunc autem, determinationem reiectam esse vel in exequutores testamentarios vel in hæredes, docent Gommes. *decis. Lusit.* 185. Perez de Lara *de Anniuers. lib. 1. cap.* 10. *num.* 97. Alphons. de Leone *de offic. Cappell. quæst. 5. sect. 2. nu.* 26. qui secundum arbitrium boni viri, habita ratione facultatum Defuncti, & eorum, qui succedunt, aliorum onerum ex testamento impositorum, cæterarumque circumstantiarum, quæ potuissent mouere Defunctum ad stabiliendum maiorem, vel minorem numerum, debebunt determinare numerum.

7 Vel etiam in tali casu possent hæredes, vel exequutores testamentarij, si nollent determinare, recurrere ad Ordinarium pro determinatione, vt de recursu ad Iudicem pro determinatione legati alimentorum in fauorem Scholastici tradunt Rebuf. *de priuileg. Scholasticor. priuil.* 133. Menoch. *lib. 2. De arbitrar. centur. 2. casu.* 188. *num.* 6. Qui perpensis ijsdem circumstantijs, debebit determinare numerum, & hæc determinatio erit auctoritatiua, cum innitatur auctoritati Iudicis.

QVÆSTIO 996.

Cui debeatur legatum pro Missis, non expressa Ecclesia, in qua celebrentur.

SVMMA.

1 *Si legatarius sit incertus corruit legatum.*
2 *Non tamen si sit ad pias causas.*
Legata prophana sunt liberalis donatio.
3 *In qua Ecclesia celebrandæ Missæ, quando legatarius est incertus.*
4 *Missæ manuales celebrandæ in Ecclesia sepulturæ, &c.*
Vnus actus sufficit pro obseruantia interpretatiua.
5 *Legatum annuum pro Missis, aut fundus debetur Ecclesiæ sepulturæ.*
Mens testatoris ex affectione interpretanda.
6 *Etiam testator decesserit non electa sepultura.*
7 *Consuetudo celebrandi suffragia in Ecclesia sepulturæ.*
8 *Legatum pro Missis peruenit ad Ecclesiam, qua sit de mente testatoris, etiam coniecturata.*
9 *Si ex testamento colligatur, quod electio loci pro Missis remanseat apud hæredes, poterunt ad libitum eligere, poterunt tamen cogi ab Episcopo, vt eligant.*
10 *Anniuersaria de iure celebranda in Ecclesia sepulturæ.*
11 *Quantitas eleemosinæ & numerus Missarum pro anniuersario arbitrio boni viri determinandus.*

1 IN hoc casu Ecclesia videtur induere personam legatarij, quia legatum ex sui natura transit ad eos, per quos Missæ celebrandæ sunt, atque adeò ad Ecclesiam, quæ subeat onus celebrandi per suos Sacerdotes. Et quamuis, quando legatarius est incertus, corruat legatum, iuxta *l. Paulus. 2. ff. de reb. dub. & l. sunt duo. ff. De testam tut. & l. Qui soluendo ff. De hæred. instit. & l. Hæredes palàm. & l. Iubemus. C. de testam. & l. si quis seruum. §. Inter duos ff. De leg. 2.* vbi Glos. Bart. Bald. Castren. & cæteri Doctores. Quia scilicet relicta persona incerta, cui legatum sit relictum, non habet dispositio totum, quod est necessarium pro suâ exequutione: & ideò tanquam causa imperfecta non potest parere suum effectum, qui deberet esse certus, & perfectus, vnde plus esset in effectu, quam esset in causa, quod repugnat.

Attamen in legatis ad pias causas hæc incertitudo non obstat, iuxta *l. si ad declinand. & l. Nulli licere. & l. Id, quod pauperibus. C. de Epist. & Cler.* & tradunt communiter Glos. *in l. Quidam relegatus. ff. de reb. dub.* vbi Bart. *n.* 1. Socc. in *num.* 13. & communiter Doctores *in l. 1. C. de sacros. Eccles.* Roman. *in l. Cruptatorias, num. 10. C. de testamen. milit.* Alex. *num.* 4. Bald. *in l. exequutorem. num. 8. ff. de exequut. rei iudicat.* Ripa *in l. Iin stipulatus, num. 23. de verb. oblig.* Dec. *in l. fin. num.* 54. *C. de edict. D. Adr. tollen.* Glos. Canonica *in cap. Cum tibi, de testam & in Cap. 1. verbo.* Pauperes. *De testam in* 6. Archidiac. & Io. Andr. *ibid.* Abb. *in cap. ex parte. num. 3. de censib.* Butr. *ibid.* Couarru *in cap. Cum tibi. num. 14. de testamen.* & communiter etiam Theologi, Layman *lib. 4. Theolog moral. tract. 3. sect. 5. cap. 11. num.* 8. Cassina *in catech. Regul. tit.* 12. *num.* 27. Ratio autem desumitur ex diuersitate finis; quem habent legata prophana, & legata pia. Nam legata prophana sunt ex motiuo liberalitatis, siquidem sunt donatio quædam exercita erga legatarium, & ideò procedunt tanquam ex causa finali ex beneuolentia erga ipsum; & ideò vt sortiantur finem intentum à legante, necessarium est, quod constet de persona electa, quia aliàs non posset legati exequutio obtinere ostensionem beneuolentiæ, nam si legans non determinat personam, non ostendit erga aliquem beneuolentiam. Oppositum autem contingit in legatis pijs, quia cum legans habeat pro fine salutem animæ propriæ, cuicumque legatario applicetur legatum, obtinetur iste finis. Et ideò adest fundamentum determinandi personam legatarij vel ea coniecturis, vel alio modo quam testator reliquit indeterminatam. Hoc autem præsupposito.

Quod spectat ad Ecclesiam, in qua celebrandæ sunt Missæ, pro quibus testator legauit, Abb. *cons.* 99. *num. 4.* ver. *Circa secundum dubium. lib.* 2. Ias. *in l. Non vtique. §. si quis insulam. in fin. ff. de eo quod certo loco.* Cuman. *cons.* 12. Canalcan *decis.* 57. *part.* 3. Melchior Phæbus *decis. Lusit.* 100. *num.* 11. Cancer. *Variar. resolut. cap.* 20. *num.* 120. *lib.* 3. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. nu.* 6. in fin. Riccius *in Praxi, resol.* 159. *part.* 3. Alphons. de Leone. *De off. Cappell. quæst. 5. sect. 2. num.* 29. Garzia. *in summ. tract. 3. difficul. 11. dub.* 3. *num.* 1. volunt esse celebrandas in Ecclesia, in qua sepultus est, quia ratione sepulturæ præsumitur habuisse erga ipsam maiorem affectionem. 3

Verùm distinguendum existimo de Missis manualibus, pro quibus relinquitur legatum pro vna vice tantum celebrandis, & de Missis perpetuis. Et quoad Missas manuales, videntur celebrandæ in Ecclesia sepulturæ omnes illæ, quæ pro die exequiarũ celebrari possunt. Cæteras autem esse celebrandas vbi magis libuerit hæredibus, seu exequutoribus testamentarijs. Hoc autem desumitur ex praxi, & obseruantia, quæ interpretatur huiusmodi dispositionem, nam quando testator non nominauit Ecclesias pro Missis, quæ non possunt celebrari in die exequiarum in Ecclesia sepulturæ, eligunt hæredes, aut exequutores Ecclesias pro alijs. Quãdo autem agitur de obseruantia interpretatiua, etiam vnus actus sufficit 4

pro

Pro interpretãda diſpoſitione, vt obſeruat Rota corã Buratto *deciſ. 679. n. 9. & in florentin. Iuris patronat. de Ricaſolis. 11 februarij. 1604. §. non obſtat quartum* corã Lancellotto. & *deciſ. 165. num.* 19. coram Eminentiſſ. Othobono.

5 Si verò legatum ſit pro Miſſis perpetuis, aut ſingulis annis ſoluendum, aut ſemel pro erigendo fundo, perueniet legatum ad Eccleſiam ſepulturæ, niſi aliud coniectutetur de mente teſtatoris, vt dixi etiam in *Quæſt. Canon.* 238. *num.* 1. *Centur.* 3. Ratio autem eſt, Quia Eccleſia ſepulturæ videtur præ cæteris dilecta, eo quod in illa quieſcat corpus ipſius, quod eſt motiuum ſpecialis affectionis. Mens autem teſtatoris eſt interpretanda ſecundum affectionem ipſius, iuxta *l. ſi fuerit. ver. ſed ſi legatum. ff. de reb. dub.* & notant. Roman. *conſ.* 408. *num.* 4. Rota, *in maceraten. fideicommiſſi. 7. februarij.* 1636. *§. legatum. coram* Eminentiſſ. Panzirolo alias *deciſ.* 574. *num.* 18. *tom. 2. part. 5. recent.* Affectio enim eſt impulſiua voluntatis ad benefaciendum, & ideò præſumitur voluntas teſtatoris ſecundum illius impulſum diſpoſuiſſe.

6 Et quamuis hoc locum habeat præcipuè quando ſepultura eſt electa à teſtatore, nam dum ipſam præ cæteris eligit, oſtendit erga ipſam ſpecialem affectionem. Attamen valet etiam, quando decedit non electa ſepultura. Nam adhuc ex eo, quod in tali Eccleſia ſepeliatur, inſurgit motiuum affectionis, quam interpretatiuè habuiſſe teſtatorem præſumendum eſt; quia naturalis affectio erga proprium corpus extendit etiam eandem affectionem ad locum, in quo eſt perpetuò quieturum. Accedit etiam, quod adeſt quædam cõuenientia, vt potius celebrentur in Eccleſia ſepulturæ, quam in alia, ex qua fit quod honeſtius ſit, vt potius in ea celebrentur, vt ponderauit Rot. *deciſ.* 494. *num.* 4 *ver. ſatis eſſe coram.* Card. Caualerio, quod ſufficit, vt talis Eccleſia eligatur, quia cum voluntas ſit inclinata ad bonum honeſtum, præſumitur elegiſſe, quod honeſtius eſt, aut ſaltem fuiſſe electurum, ſi cogitaſſet de electione.

7 Rurſus, Conſuetudo non ſolum celebrandi exequias in Eccleſijs ſepulturæ, ſed etiam cætera ſuffragia, quæ pro Defunctis ordinantur, induxit quandam legem, quod offerantur Deo ſacrificia pro ipſis in eadem Eccleſia, & in eo fundatur hæc conſuetudo, quod Defuncti ſint ſpecialiter commendati Eccleſiæ, in qua ſepulti ſunt & ſpeciali modo participent de ſuffragijs, quæ in eadem Eccleſia celebrantur. Vnde mens teſtatoris circa hanc conſuetudinem eſt adimplenda, quia ſicuti cenſetur eſſe conformis legibus, ita etiam conſuetudini, niſi aliud explicet.

8 Hæc autem, quæ dicta ſunt, intelligi debent in caſu, in quo ex diſpoſitione teſtatoris aliud colligi nõ poſſit. Nam ſi, aut ex affectione teſtatoris, aut quia ipſius intereſſet, quod in alia Eccleſia Miſſæ celebrarentur, vel propter commodum populi, vel alia de cauſa, tunc ceſſant quæ dicta ſunt, & Miſſæ in Eccleſia illa, etiam coniecturata, eſſent celebrandæ, vt firmat Rot. *deciſ.* 1149. *num.* 11. *coram* Seraphino, Nam cum Miſſæ æque proſint Defuncto ſiue in vna, ſiue in alia Eccleſia celebrentur, vt etiam notat Sotus *in 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 4.* potuit teſtator intendere beneficium ſacrificij, & etiam commodum alterius Eccleſiæ, ratione officiaturæ, quamuis fortè ratione inaduertentiæ id non expreſſerit.

9 Ex dictis infertur, Quod ſi ex aliquo verbo diſpoſitionis colligi poſſit, aut etiam ex modo diſponendi, quod committat executori, ſeu hæredibus electionem loci, tunc poterunt ad libitum quãcumque Eccleſiam eligere. Vt notat etiam Alphonſ. de Leone *de off. Cappell. quæſt. 5. ſect. 2. num.* 30. Nam eo ipſo, quod hæredibus, aut exequutoribus eſt commiſſa exequutio, eſt etiam commiſſa quæcumque alia determinatio, quæ eſſet neceſſaria pro exequutione, & proinde etiam electionem loci, quando non eſſet electus à teſtatore. Vt autem cenſeatur commiſſa electio loci, oportet quod diſpoſitio de celebratione Miſſarum dirigatur ad hæredes, aut exequutores, ita vt ipſis ſpecialiter teſtator iniungat executionem celebrationis Miſſarum, quod non contingeret, ſi teſtator diceret. Relinquo centum aureos annuos, vt celebretur quotidiana Miſſa in perpetuum, poterunt tamen hæredes cogi ab Ordinario vt eligant certam Eccleſiam vt declarauit S. Congregat. 20. *Ianuar.* 1594 apud Nicolium *in Floſculis. verbo.* Legatum. *n. 6.*

Secundò infertur Quod ſi teſtator relinquat legatum pro anniuerſario, & non determinet Eccleſiam, in qua celebrandum ſit, erit celebrandum in Eccleſia ſepulturæ. Anniuerſaria enim de iure celebranda ſunt in Eccleſia, in qua defunctorum corpora ſepulta ſunt, vt firmat Rota coram Caualerio *deciſ.* 494. *num.* 3. & ideò abſque aliqua determinatione teſtatoris veniunt in ipſa celebranda, quia cenſetur teſtator legare iuxta id, quod eſt de iure, & conſuetudine. 10

Tertiò infertur. Quod ſi teſtator diſpoſuit de Anniuerſario, ſed non de numero Miſſarum, cum quo celebrandum ſit, nec quantitatem eleemoſinæ, quæ ſit exhibenda. Tunc determinatio erit facienda iuxta qualitatem Defuncti, & facultates ipſius arbitrio boni viri. argum. *l. ſi cui. ff. De annuis leg* cum Gloſ. *ibi,* verbo. *ſolutus.* ibi *& in ſimil. pia cauſa.* & cum alijs in ſimili caſu tenet Tiraquell *de priuil. pia. cauſ. priuileg.* 55. *&* in terminis Gamma *deciſ. luſit.* 185. Lata. *de Anniuer. lib. 1. cap. 10. num. 97. & 98.* 11

QVÆSTIO 997.

Quibus debeatur legatum quando Miſſa celebranda ſunt in Collegiata.

SVMMA.

1 *Legatum ſemel ſoluendum pro anniuerſario, conuertendum eſt in bona ſtabilia fructifera.*

2 *Annua emolumenta pro anniuerſario diuidenda inter canonicos, & etiam beneficiatos.*

3 *Prouentus anniuerſariorum non ſunt diſtributiones. Diſtribuuntur tamen inſtar diſtributionum.*

4 *Conſuetudo, quod prouentus anniuerſariorum diſtribuantur etiam beneficiatis, eſt attendenda.*

5 *Beneficiati participant de legato pro Miſſis vnica vice ſoluendis.*

6 *Niſi legatum contineat ſolum manualem eleemoſinam, quæ debetur celebranti.*

7 *Beneficiati non participant de legato relicto Capitulo Soli Canonici veniunt nomine Capituli.*

8 *Legatum pro anniuerſario cenſetur relictum toti Clero, licet exprimatur Capitulum*

9 *Sumenda illa interpretatio, quæ eſt magis vtilis teſtatori.*

Quò plures concurrunt ad anniuerſarium & maior eſt fructus

10 *Beneficiati debent accipere portionem legati de manu Capituli.*

Communis maſſæ adminiſtratio ſpectat ad Capitulum.

POſſunt diuerſo modo reliqui Miſſæ celebrandæ in Eccleſia Cathedrali, aut alia Collegiata; nam vel poſſunt institui celebrandæ pro vnica vice; vel tanquã anniuerſaria ſingulis annis, vel quotidie, certis diebus in perpetuum, difficultas autem eſt, an Legatum perueniat ad ſolos Canonicos, an etiam ad omnes beneficiatos. Eſt autem ſupponendũ tamquam certum. Quod ſi legatum ſit pro Anniuer- 1

ſarijs, aut Miſſis perpetuis, & non ſit per hæredes annuatim ſoluendum, ſed ſemel pro vnica vice, tunc conuertendum erit in bona ſtabilia fructifera, quorũ prouentus inſeruiant ſucceſſoribus pro annuo onere Miſſarum iuxta Decreta Sac. Congregationis, *De celebrat. Miſſar.* vnde difficultas eſt, qoomodo legata ſemel ſoluenda pro manualibus Miſſis, aut prouentus anoi diſtribui debeant.

2 Quod ſpectat ad annua emolumenta pro Anniuerſarijs, aut Miſſis perpetuis, dicendum eſt. *eſſe diuidẽda non ſolum inter Canonicos, ſed etiam inter beneficiatos, ea tamen proportione ſeruata, quæ ſeruatur in diuiſione diſtributionnm.* Ita Lappus *alleg.* 42. *num.* 1. & 3. Alphonſ. de Leone. *de offic. Cappell. quæſt.* 5. *ſect.* 3. *num.* 48. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficul.* 11. *dub.* 3. *nnm.* 6. Rot. coram Merlino *decis.* 665. *num.* 1. & deſumitur ex cap. *vnico de Cler. non reſiden. in* 5. ibi. *De diſtributionibus pro defunctorum Anniuerſarijs largiendis, idem decernimus obſeruandum.*

3 Ratio eſt, Quia licet prouentus, huiuſmodi non ſint propriè diſtributiones, vt tradunt Felin. in *cap. Ad aures. num.* 14. *De reſcript.* Ancharan. *in Clemen. vn. num* 41. *De conceſſ. preben.* Zabarell. *in Clemen, vt y. §. Illi vero. num.* 15. *De ſtat. & qualitat.* Oldrad. *conſ.* 216. *num.* 1. Couaruu. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 1. Attamen regulantur tamquam eſſent diſtributiones, & ad eos pertinent, ad quos etiam pertineot diſtributiones, vt deſumitur ex dicto Cap. *vnico. De Cler. non reſiden. in* 6. dum decernitur, quod idem in ipſis obſeruetur, quod obſeruatur io diſtribotionibus, & notant communiter Doctores, Lappus *alleg.* 42. *num.* 3. Tholoſã. *de benefic. cap.* 15. *num.* 9. Moneta *de diſtribut. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Lara *de Anniuer. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 55. Couaruu. *lib* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 1. Layman. *lib.* 4 *ſum tract.* 2. *cap.* 7. *init.* Bonac. *De horis canon. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 2. *num.* 3. Sanchez. *lib* 2. *concil. cap.* 2. *dub.* 105. Diſtribuuntur enim hæc emolumẽta ratione operis, & miniſterij exhibiti in celebrandis Miſſis, & ideò inducunt naturam diſtributionum. Ad participandum autem in diſtributionibus ius habẽt nedum Canonici, ſed etiam Beneficiati. Nam ſicut omnes ratione muneris addicti ſunt diuinis officijs celebrãdis, ita etiam omnes ius habent ad [illegible] ueniendum omoibus officijs diuinis, quæ in [illegible] lebrantor & ad participandum in emolumen[illegible] æ correſpondent ijſdem officijs.

4 Accedit etiam conſuetudo, quæ licet non ſit vniuerſalis, quoad omnia Anniuerſaria, ſufficit tamen ad declarandum, diſpoſitiones teſtatorum ita accipiendas eſſe, quandu non adeſt ſtatutum, aut aliquid aliud in contrarium, Talis autem conſuetudo attendi debet iuxta Cap. *vn. De Cler. non reſid. in.* 6. & notant Pariſ. *conſ.* 32. *num.* 20. *in fin.* Dec. *conſ.* 280. *init.* Coſta *De portion. rata. quæſt.* 106. *num.* 8. Viuius. *decis.* 311. *num.* 1. Rota. *decis.* 713. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſor.* & coram Merlino. *decis.* 685. *num.* 29.

5 Quod autem ſpectat ad legata pro Miſſis vnica vice celebrandis, Dicendum 2. *Huiuſmodi quoque legata eſſe diſtribuenda tum inter Canonicos, tum etiam inter beneficiatos, ſeruata eadem proportione.* Militat enim eadem ratio, quia ſunt emolumenta, quæ proueniunt ratione celebrationis Miſſarum, atqoe adeò emolumenta diuinorũ officiorom. Ergo pertinẽt ad eos ad quos pertinet celebratio eorundem diuinorum officiorum: atque adeò tum ad Canonicos, tum etiam ad Beneficiatos.

6 Limitanda tamen eſt hæc doctrina, vt nõ habeat locum, ſi legatum continet tantum conſuetam eleemoſinam pro Miſſis manualibus. Quia tunc eſt diſtribuenda ijs ſacerdotibus. qui celebrant Miſſas, nam tunc regulandum eſt legatum tamqam ſi eſſet eleemoſina manualis, quæ iuxta Decreta *De celebrat. Miſſar.* eſt integrè danda celebranti. Quod tamen ita accipiendum, vt tunc id valeat, quando noo adeſt obligatio celebrandi ad inſtantiam communitatis, ſed liberum ſit vnicuique offerre ſacrificium pro quo voluerit. Quia ſi tenerentur celebrare ad ioſtantiam Capiuli, poſſet Capitulum iniuogere celebrationem, & diſtribure eleeiooſinam Miſſa uio per modum diſtributionũ, quia tunc quoque eſſet emulumẽtum proueniens intuitu Officiorum diuinorum.

Ex dictis infertur, Quod ſi legatum ſit relictũ Capitulo, tunc Beneficiati non habebunt ius ad participandum de ipſo; nec etiam tenebuntur ad Miſſas, aut Anniuerſaria Nam nomine Capituli veniunt tantum Canonici, cæteri verò ſunt extra Capitulum, vt tradũt Gloſ. *penult. in cap. penult. verbo* Aſſiſioſ. De *Cler. non reſiden.* Roman. *conſ.* 132. *num.* 10. Abb. *in cap. ſcriptum. num.* 4. *De elect.* Rota *decis.* 4. *num.* 9. *part.* 2. *diuerſ.* & *decis.* 183. *num.* 1. *par.* 1. *Recen.* & ideò tamquam extra Capitulũ non habent ius ad participanda legata relicta Capitulo. Quod tamen limitari debet, niſi aliũde ex diſpoſitione teſtatoris colligatur, quod etiam ad Beneficiatos extẽdit legatum, vt ſi aliquo modo eruatur, quod ipſos quoque ad onus vocauerit aut aliquo alio modo, vt obſeruat Merlinos *decis.* 695. *num.* 37 7

Imò, niſi aliunde colligatur, quod teſtator limitauerit taxatiuè legatum ad Capitulum, ex natura oneris impoſiti de Anniuerſario, quamuis ſit factum ſoli Capitulo, cenſetur factum toti Clero, vt obſeruant Canoniſtæ *in cap. Requiſiſti. De teſtamen.* Sucin. *ſen. in l. Ciuibus. num.* 14. *ff de reb.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 4. & *tit.* 14. *num.* 6. & loquens in terminis de Aoniuerſarijs. Lara *de Anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. Merlin. *decis.* 685. *num.* 36. Nam Anniuerſariom tamquam officium diuinum venit celebrandũ ex ſui natura ab omnibus addictis diuinis officijs in illa Eccleſia, & ideò cum onos ex ſui natura ad omnes ſe extendat, debet etiam ſe extendere emolumentum, & proinde legatum cenſebitur factum Capitulo tamquam repræſentanti totam illam Eccleſiam. 8

Et pro confirm. facit. Quod accipienda eſt illa interpretatio, quæ magis fauet teſtatori, & facit, quod actus ipſe magis vtilis ſit, vt dictum eſt etiã in ſuperioribus. Præſertim quia præſumendum eſt, quod ipſe voluerit, quod Aoniuerſaria celebrarentur eo modo, quo ſibi eſſent vtiliora. Modus autem celebrandi vtilior eſt, quo plures concurrunt ad offerendum ſacrificium, quia nobiliori modo, & magis appretiabili Eccleſia illud offert, & venit ſaltem fructus accidentalis ex incremento offerentium, vt docent communiter Theologi, præſertim Gabr. *in Can. Miſſ. lect.* 58. Suarez *diſp.* 79. *de Euchariſt. ſect.* 8. ver. *Quarta.* & alij citat. cum de hac materia tractatum eſt. Et plura affert Lauor *Variar. lucubr. tit.* 2. *cap.* 25. *num.* 128. 9

Secundò infertur. Quod quando Beneficiati participant de legato pro Miſſis, debent ſinguli ſuam portionem accipere de manu Capituli, vt notat Alphonſ. de Leone. *de off.. Cappell. quæſt.* 5. *ſect.* 3. *num.* 51. Debet enim prius incorporari communi maſſæ. & poſtea diſtribui. Communis autem maſſæ adminiſtratio pertinet ad Capitulum, ſeu Canonicos, vt obſeruat Rot. *apud Cæſarem de Graſſ. decis.* 4. *De ijs quæ fiunt à maiori parte cap.* & apud Canaler. *decis.* 57. *num.* 1. & *in Valent. emolumen.* 11. *Iuny.* 1595. *coram* Otano. 10

QVÆST.

QVÆSTIO 998.

An legatum relictum Capellæ pro Missis debeatur Beneficiato, an Confraternitati.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis factum Capellæ an pertineat ad beneficiatum.*
2 *Debetur illi apud quem est regimen Capellæ.*
3 *Capella pertinet ad Rectorem.*
4 *Legatum pertinet ad Rectorē Ecclesiæ, si Capella sit sub eius regimine.*
Ius Rectoris supra Ecclesiam extenditur etiam ad Capellam.
5 *Ex coniecturis elicitur, cui testator legauerit, quando legauit Capellæ.*

1 DVbium procedit, supposito, quod in aliqua Capella sit erectam Beneficium, & adsit Beneficiatus, & simul etiam adsit erecta aliqua Confraternitas. Quod autem in tali casu legatum factum Capellæ pertineat ad Beneficiatum, docet absolutè Alphons de Leone. *de off. Capell. quæst. 5. sect. 3. num. 42.* & citat. *Rota decis. 369.* apud Caualer & etiam. *decis. 405* apud eundem, quæ tamen deciss. non procedunt vniuersaliter, sed in terminis illius specialis causæ. Citat etiam Genuen *in Praxic. 58.* per errorem cùm sit 71. *num. 4.* sed loquitur de legato puro absque onere Missarum.

2 Diendum. *Quando legatum pro Missis relinquitur Capelæ, debetur illi, apud quem est principalis cura, seu regimen Capellæ, siue sit Beneficiatus, siue Confraternitas, siue conuentus.* Ita etiam Garxia *in sum. tract. 3. difficult. 21. dub. 1. num. 5.* Hoc deducitur ex dicta *decis. 405.* apud Cualerium. Nam cum informantes pro vna parte aducerent vnionem Capellæ, in qua erat erectum beneficium ad Capellam Confraternitatis, Respondit Rota, quod vnio extinctiua tituli non præsupponitur, sed fuisset probanda, quæ si subsisteret, Quia id Cōfraternitatem esset deuoluta superioritas ad ipsam quoq; pertineret legatum. Quia tamē non constabat de hac vnione, ideò non pertinebat ad ipsam legatum, sed ad Beneficiatum, vt resoluit Rota.

3 Ratio vero est. Quia iure Ecclesiæ, seu Capellæ pertinent ad rectorem Ecclesiæ, aut Capellæ, siquidem Capella est sub illius cura, & regimine. Ergo cum legatum factum Capellæ transeat in ius Capellæ deuoluitur ad eum, qui habet regimen, atque curam Capellæ cum tanquam quid Capellæ sub illius administratione sit, siue sit Beneficiatus, siue Confraternitas.

4 Ex dictis autem infertur, Quod si Capella tamquam pars Ecclesiæ sit sub cura, & regimine Rectoris eiusdem Ecclesiæ, tunc legatum pro Missis, neque ad beneficiatū, neque ad Confraternitatē pertinebit, sed ad Rectorē Ecclesiæ, & in hoc casu locum habet quod tradūt Durand. *De art. testam. tit. 6. cautel. 7.* Genuen *in prax. Archiepisc. c. 72. n. 4.* Nam cum Capella sit pars Ecclesiæ, ius Rectoris, quod habet supra Ecclesiā, extenditur etiā ad Capellas, iuxta ea, quæ tradunt Redoan *De reb. Eccles. non alienan. q. 14.* Rota *decis. vn. de reb. Eccles. non alienan. in nouiss. & in Terracon. Capell. 28. febr. 1636. coram* Pirouano. & ideò legatum factum Capellæ pertinet ad Rectorem, nisi forte Capella sit veluti dismembrata ab Ecclesia, & constitua sub iure alterius siue Beneficiati, siue Confraternitatis.

5 Secundò infertur. Supradicta habere locum, quando ex coniecturis non apparet, quod testator aliter disposuerit. Nam si deduci posset, quod legatū destinatum Capellæ, voluerit peruenire ad eum, sub cuius iure non est Capella, pertinebit ad ipsum, vt si testator relinqueret legatum pro maritandis puellis, & Confraternitas vacaret huic muneri. Finis enim legati declarat legatariū, qui ratione Capellæ ius habeat ad legatum, est enim verisimile, quod testator ita legauerit respiciendo ad Confraternitatem tamquam ad administratutam huiusmodi legatum. Et ideò testatoris dispositio esset seruanda, argum. ex Cap. *Parro. De priuileg.* & notant Seraphin. *decis. 774. num. 1.* Caualer. *decis. 639. num. 6.* Rota. *in Tolet. Capell. 16. Iuny. 1631. coram* Merlino.

QVÆSTIO 999.

Cui debeatur legatum pro Missis relictum Capellæ sitæ in Ecclesia Regulari, aut Parochiali.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis an debeatur beneficiato, si beneficium sit erectum in Capella Ecclesia Regularis, aut parrochialis.*
2 *Pertinet ad eum, sub cuius regimine est Capella.*
Erectio beneficy stat cum iure Rectoris supra Capellā.
3 *Quod ius habeat beneficiatus supra Capellam.*
4 *Iura Capellæ sunt beneficiati, si sit etiam Rector.*

1 PRocedit dubium, quando in Capella est erectum beneficium sæculare, an scilicet tunc debeatur Beneficiato, an verò Regularibus, aut Parocho. Quod autē debeatur Beneficiato, absolutè docet Alphons. de Leon. *De offic. Capel. q. 5. sect. 3. n. 47.* Quia Rota apud Caualeriū *decis. 369.* supponēs, quod Cappella, de qua agebatur, existeret in Ecclesia Metropolitana, non dubitauit, an legatum ipsi relictum deberetur Archiepiscopo, Canonicis, siue Archipresbitero, aut alteri, qui exercent curam animarum: sed solum, an deberetur Beneficiato. vel Confraternitati erectæ in eadem Cappella. Subdit tamen, nisi constet, quod testator voluerit celebrari Missas per Regulares illius Ecclesiæ

2 Verùm hæc difficultas resoluenda est eodem modo ac præcedens, *vt nimirum legatum pertineat ad eum, sub cuius iure est Cappella, siue sit beneficiarius, siue is ad quem pertinet Ecclesia; nisi aliter ex dispositione testatoris colligatur.* Quamuis in aliqua Cappella erectum sit aliquod beneficium: non tamen desinit esse statim sub iure Rectoris Ecclesiæ, vt constat ex dictis *num. 4. quæst. præcedentis,* & firmat Merlinus *decis. 728. num. 13.* Quia erectio beneficij potest stare cum iure Rectoria Ecclesiæ supra Capellam, cum ratione beneficij non sit translatum in beneficiarium aliud ius, quam quod requiritur ad exercendū officium annexum beneficio.

3 Ex quo elicitur ratio. Nam beneficiarius ratione beneficij non habet aliud ius supra Capellam, nisi ad exercendum in ipsa ea officia, quæ tenetur exercere ratione beneficij, quod est ius secundū quid, Ergo alia iura, seu ius absolutum supra Capellam remanet penes Rectorem Ecclesiæ, seu Regulares. Et proindè si legatum non prouenit Capellæ ratione beneficij, aut sit secundum iura dismembrata Capellæ ab Ecclesia, legatum non pertinet ad Beneficiatum, sed ad Rectorē, seu Regulares, cum fiat de iure Capellæ, quod non pertinet ad beneficiatum.

4 Neque quod in contrarium affertur ex Rota, obstare potest, siquidem lis vertebatur inter Rectorem

Capellæ & Confraternitatem, & ideò nō debuit indicare, nisi de iure collitigantium. Deinde dum beneficiarius in *illa decis.* vocatur Rector, quod satis indicat, quod non erat simplex Beneficiarius, sed etiā Rector Capellæ, & proinde omnia iura ipsius ad ipsum vti Rectorem pertinebant, quod fieri non potuit, nisi esset dismembrata ab Ecclesia, & constituta sub speciali dotatione: aut quod saltem iura Capellæ per ipsū administrarentur.

Qværstio 1000.

Cui Ecclesia debeatur legatum pro Missis, si adsint plures Ecclesiæ eiusdem nominis.

SVMMA.

1 *In dubia dispositione recurrendum ad mentem testatoris, omnis coniectura ex verisimili deducitur.*

2 *Quando legatum pro Missis debeatur parochiali, si ipsi quoque conueniat nomen expressum à testatore.*

3 *Si Ecclesia sepulturæ vocetur nomine expresso a testatore, debetur illi legatum Voluntas testatoris certificanda ex consuetudine.*

Electio sepulturæ probet coniecturam quod Ecclesia illius sit legatum.

Æquitas vult, quod in dubio ad Ecclesiam sepulturæ pertineat legatum.

4 *Ecclesia electa pro sepultura præferenda Parochiali, si vtrique conueniat nomen expressum à testatore.*

Ex speciali affectione indagatur mens testatoris.

Plures coniecturæ vincunt vnicam.

5 *Ex Ecclesijs eiusdem nominis illi censetur legatum, erga quam testator ostendit affectionem maiorem.*

6 *Maior affectio vndè coniecturetur.*

Continua conuersatio indicat amicitiam.

7 *Si mens testatoris non possit conyci, an legatum debeatur pauperiori eiusdem nominis.*

8 *Legatum an tunc possit adiudicari ab Episcopo, cui voluerit.*

9 *An verò diuidendum inter Ecclesias eiusdem nominis.*

10 *Ex mente testatoris non potest diuidi.*

11 *Illa Ecclesia eligenda, quam perpensis circumstantijs dictat prudens arbitrium.*

Testator præsumitur sentire, quod sentit prudens vir.

Legatum nominata tantum Ecclesia quæ est Regularis, aut Collegiata, & etiam parochialis pertinet ad Regulares, aut Capitulum.

1 IN hac difficultate recurrendum esse primo loco ad coniecturatam mentem Defuncti, resoluunt communiter. Quia hoc est vniuersale in omni dispositione testatorum, vt quando dubia remanet, recurratur ad coniecturaram mentem, attendendo quod verisimile est, quod disposuerit, *l. Cum res. init. ff. de leg. 1. & l. sicut certi. & l. si cum vel in vtero. C. de testam. milit. & l. Titius, §. Lucius Titius ff. de liber. & posth.* Præsertim quia omnis coniectura voluntatis ex verisimili deducitur, *l. seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. & l. Cum præponebatur, ff. de leg. 2.*

2 Ex hoc autem fit. Quod si Ecclesia Parochialis defuncti vocatur illo nomine, quo vocatur Ecclesia legataria, censendum sit, quod ipsi reliquerit legatum, vt inter alios declarat Abb. *in cap. Indicante, num. 4. de testam.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 6. ver. sed aduertendum.* Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 11. dub. 3. num. 11.* Non quia testator habuerit maiorem affectionem ad Parochialem Ecclesiam, quia frequenter solet esse minor in Parochianis, quàm erga alias Ecclesias, & ideò hæc coniectura non videtur locum habere, nisi affectio externis signis comprobata fuerit. Sed quia, dum Ecclesia parochialis tenetur administrare sacramenta, & parochiani ipsi subduntur, itavt quamuis liberum ijs sit aliqua sacramenta sumere, vbi libuerit, attamen aliqua teneantur ab ipsa recipere, & quotannis eam recognoscere in sumptione Eucharistiæ, & tempore mortis ab ipsa recipere Viaticum, & extremam Vnctionem, vnde verisimile est, quod recognoscens testator hanc mutuam obligationem, contemplatione ipsius voluerit ei legare, & hoc pacto ostendere, quod eam recognoscat vt propriam Parochiam, à qua debeantur ipsi sacramenta.

Secundò ex eodem capite prouenit, quod si Ecclesia, in qua eligit sepulturā, vocetur nomine illius sancti, cui legauit, debeatur ipsi legatum, quamuis adsint aliæ sub eadem inuocatione, vt tradunt Ias. *in l. non vtique, §. si quis insulam.* in fin. *ff. De eo quod certo loco.* Abb. *cons. 99. nu. 4. ver. Circa secundum dubium. lib. 2.* Roman. *in Anthen. similiter num. 92. ff. Ad l. Falcid.* Cin. *in l. 1. n. 8. C. De sacrosanct. Eccles.* Mantica. *De Coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 6.* ver. *Item si.* in fin. 3
In hoc enim casu adest verisimilis mens testatoris quod de hac Ecclesia intellexerit. Tum quia constat, quod de ea cogitauit, dum in ipsa elegit sepulturam, vnde fit verisimile, quod pro ea reliquerit legatum, dum ipsi in mente versabatur. Tum quia ex electiōne sepulturæ detegitur erga ipsam specialis affectio quæ præbet efficacem coniecturam, quod ipsi reliquerit legatum, iuxta ea quæ tradunt Socin. sen. *cons. 29. n. 21. vol. 1* Socin. iun. *cons. 1. 26. num. 7. vol. 2.* Alex. *cōs. 112. num. 9. lib. 9.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. tit. 10. n. 13.* Tum quia, cum huiusmodi legata cedere soleāt in cōmodum Ecclesiæ, æquitas vult, quod hoc commodum perueniat ad Ecclesiam, quæ substinet onus sepulturæ. *l. si is qui in potestate. §. fin. ff. De leg. præstit.* Tum quia ita habet consuetudo, vt legata Missarum relinquantur Ecclesijs, in quibus sepelitur defunctus, & proinde dubia voluntas testatoris certificanda est ex consuetudine, *l. si seruus plurium, §. vlt. ff. De leg. 1. & l. Nummis. ff. de leg. 3.* Mantica *loco citato.*

Imò si contingeret, quod tam Ecclesia Parochialis Defuncti, qua Ecclesia sepulturæ essent sub illa inuocatione, quam in legando expressit, Ecclesia sepulturæ esset præferenda Parochiali, siquidem, non obstante, quod de iure esset sepeliendus in Parochiali, illi anteposuit Ecclesiam electam, quod est signum specialis affectionis erga ipsam, ex quo potissimum desumitur coniectura ad indagandam mentem testatoris, *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. & l. Cum auus, ff. De condit. & demonstr. & l. Generaliter, §. cum autem ff. de instit. & substit.* Rursus, cum concurrant plures coniecturæ pro Ecclesia sepulturæ, vt constat ex dictis *n. præceden.* vincēt coniecturā, quæ facit pro Ecclesia Parochiali, iuxta *l. Recuniuncti, ff de leg. 3. &* Authen. *Itaque Communia de successio.* & notant. Bald. *cons. 224. ver. 4. vol. 3.* Corneus *cons. 357. num. 11. vol. 1.* Natta *cons. 29. num. 14.* Paris. *cons. 10. num. 80. vol. 2.* Alex. *cons. 88. num. 7. vol. 7.* Dec. *cons. 470. num. 10.* Crauetta *cons. 149. num. 17.* Socin. *iun. cons. 56. num. 13. vol. 4.* Signorol. *cons. 6. n. 9* 4

Tertiò deducitur ex eodem capite, quod legatum censeatur relictum illi Ecclesiæ, erga quam testator viuens ostenderat specialem affectionem, vt notat Mantica *de Coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 6. ver. sed aduertendum.* in fin. ex affectione enim, vt dictum est, *num. praced.* desumitur efficax coniectura pro indaganda mente testatoris. Vnde si fuisset benefactor vnius Ecclesiæ, aut Religiosorum: aut si solitus fuisset 5

ſet confiteri alicoi caiſtenti in Eeclcſia, aut ſi crga ipſam oſtendiſſet ſpecialē deuotionem, sut ex aliquo alio ſimili argumento poſſet fundari coniectura ſpecialis affectionis, legatum deberetur tali Eccleſiæ, cum erga ipſam præponderet diſpoſitio teſtatotis infotmata hac coniectura, & ſit etiam magis rationi conſonum, & proinde ſequendum, vt notant Crauet. *conſ.* 35. *num.* 24. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 8.

6 An autem ſpecialis affectio coniecturari poſſit ex eo, quod teſtator magis in vna, quam in alia verſari, & orare conſueuerit, affirmant Doctores, ſpecialiter Mantica *de coniect. vlt. volunt lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 6. ver. *ſed aduertendum, in fin. arg. ex l. Legatis. §. ſi vnus, ff. de leg.* 3. *& l. ſi ſeruus plurium*, §. *vlt. ff. de leg.* 1. Et quia continua conuerſatio indicat amicitiam, iuxta Cap. *repellantur de accuſat.* vbi Doctores, & notat Mantic. *decis.* 372. *num.* 3. & quidem talis frequentia eſſet ſufficiens argumentum pro ſpeciali affectione, quando ex alio motiuo procedere non poſſet; nam ſi prouenire poſſet ex cōmoditate, vel quia propinqua fuerit domui teſtatoris, vel quia adfuerit frequentia Miſſarum, vel quia Muſica potuerit attrahere ad frequentandum, vel ex aliquo alio capite, non poſſet eſſe ſignum ſpecialis affectionis, cum aliam potuerit habere cauſam, & eodem modo in ſimilibus caſibus coniecturæ admittendæ ſunt,

7 Quando autem non licet coniecturare, de qua Eccleſia teſtator intellexerit, tunc legatum pro Miſſis deberi Eccleſiæ pauperiori, tradunt Gloſ. *in cap. Indicante verbo.* Monſterio. *de teſtam.* Speculat. *tit. de teſtam. edit.* §. *Nunc verò*, *num.* 86. Roman. *in Authent. ſimiliter num.* 91. ver. *Quid autem. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Socio. *ſen. in l. Quæ conditio.* §. *Cum ita. num.* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* alios referens Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 6. Iaſ. *in Repet. l.* 1. *num.* 6. *C. de ſacroſan. Eccleſ. & in l. ſi ita ſit ſcriptum, num.* 36. *ff. de leg.* 1. Genuen. *in Prax. Archiepiſc. cap.* 72. *num.* 16. Leoncit. *de priuileg. pauper. part.* 2. *priuil.* 181. *verbo.* Incertitudo 1. *num.* 2. & citant text. §. *ſi quis in nomine magni Dei.* Authent. *de Eccleſ. tit.* & ſumunt argumentum, *ex l. ſi quis ad declinandam*, §. *Vbi autem*, ver. *ſin autem C. de Epiſc. & Cler.*

8 Alij verò volunt, quod tunc legatum adiudicari poſſit ab Epiſcopo illi Eccleſiæ, cui libuerit. Ita Hoſtien. Anton. Abb. Imol. apud Couaruu. *citan.* qui teſtatur, hanc eſſe communem opinionem. Pro qua citatur *cap.* 1. *de Paroch.* Qui tamen text. ſubminiſtrat ſolum argumentum à ſimili, quod tamen eſt etiam debile, cum non ſit eadem ratio de hoc legato, ac de diuiſione locorum, de qua ibi text.

9 Alij denique volunt, loquentes tamen de legato ſimpliciter, quod ſit diuidendum æqualiter inter Eccleſias illius nominis. Ita Barbotia *in cap. Indicante, col.* 3. *de teſtam.* Couaruu. *ibidem, num.* 3. Silueſter *verbo.* Legatum 2. *num.* 8. Alphonſ. de Leon. *de offic. Capell. quæſt.* 5. *ſect.* 2. *num.* 36. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 11. *dub.* 3. *num.* 3. & fundamentum deſumunt. ex Cap. *Cum quis*, §. 1. *de ſepult. in* 6. vbi quando quis habens duo domicilia, & in tertio loco eligit ſepulturam, tunc domiciliorum Parochiales Eccleſiæ habent inter ſe diuidere canonicam portionem. Quod tamen argumētum non conuincit. Quia Eccleſiæ Parochiales habent ius ad canonicam portionem, & ideò diuidenda eſt.

10 In hac difficultate conſiderandum eſt. Quod legatum pro Miſſis non ſemper eſt diuiſibile, vt ſi ſit pro Anniuerſario, aut pro Miſſa quotidiana, vnde in tali caſu non poteſt diuidi. Imò abſolutè non eſſe diuidendum, etiam ſi poſſet diuidi, videtur concludendum ex ipſa diſpoſitione teſtatoris. Nam vel cogitauit, quod adeſſent plures Eccleſiæ ſub inuocatione talis ſancti, vel non cogitauit, ſi cogitauit, dū loquutus eſt in numero ſingulari, dicens, quod relinquit Eccleſiæ talis ſancti, ſatis declarauit, quod legat vni tantum Eccleſiæ, & proinde quod legatum exhiberi debet per modum vnius, & integrum vni Eccleſiæ. Si non cogitauit, adhuc contemplatus eſt vnicam tantum Eccleſiam, cum vnam nominauerit, & de alijs non cogitauerit & ideò adhuc de mente ipſius conſtat, quod legatum non ſit diuidendum, ſed integrum ſit vni Eccleſiæ præſtandum.

Itaque neque Epiſcopus habebit liberum arbitrium adiudicandi legatum cui voluerit ex illis Eccleſijs, neque etiam abſolutè pauperiori, ſed tenebitur illam eligere, quam prudens iudicium, perpenſis omnibus circumſtantijs, dictauerit. Nam in executione tenetur ſe conformare diſpoſitioni teſtatoris, & quando non eſt ſufficienter determinata, tenetur determinare, tamquam vicem gerēs eiuſdē teſtatoris, atq; adeò cū eo prudēti iudicio, quod præſumitur in teſtatore; præſumitur enim, quod teſtator ſentiat, quod prudens homo ſentire debet, *l. Lucius*, 3. *ff. de hared. inſtit. & l. Saluius Ariſto. ff. de leg. præſt.* & notāt Bald. *conſ.* 40. *n.* 1. ver. *Item in materia, vol.* 3. *& in l. pænult. num.* 2. *ff. de impub. & al. ſubſt.* Corn. *conſ.* 97. *num.* 10. ver. *Ego diſtinguo, num.* 1. Socin. iun. *conſ.* 75. *num.* 10. *vol.* 3. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 4. Et ideò Epiſcopus vt ſuppleat determinationem teſtatoris eo modo, quo ipſe eſſet facturus, debet, perpenſis circumſtantiis, determinare quod dictat prudens iudicium. 11

Ex dictis infertur cum Garzia *in ſumm. tract.* 3. *difficult.* 11. *dub.* 3. *num.* 4. Quod ſi teſtator relinquat Miſſas celebrandas in aliqua Eccleſia Regularium, aut Collegiata, quæ ſimul etiam ſit Parochialis, nominata tantum Eccleſia, & nil aliud exprimendo, Miſſæ pertinebunt ad Regulares, ſeu Collegium, nam cum agatur de celebratione Miſſarum, præſumitur, teſtatorem fuiſſe contemplatum eos, per quos exercetur celebratio Miſſarum. 12

Q V Æ S T I O 1001.

Cui debeatur legatum pro Miſſis relictum Parochia, ſi teſtator habeat duas Parochias.

S V M M A.

1 *Idem poteſt habere duas parochias.*
2 *Legatum habentis plures parochias debetur illi, ergà quam oſtendit maiorem affectionem.*
3 *Quid ſi nulla adſit coniectura, an debeatur pauperiori.*
4 *Legatum pro Miſſis debetur parochia, in qua teſtator ſepelitur ſi contingat habere plures.*
5 *Celebranda Miſſa in Eccleſia ſepultura.*
Ius ſepultura pendet ab adminiſtratione ſacramentorum.
6 *Electa ſepultura extra parochias legatum pro Miſſis debetur illi à qua recepit vltima ſacramenta.*
7 *Si Ea domus ſit partim in vna, & partim in alia Parochia, cui debeatur legatum pro miſſis.*

INcertitudo autem quoad Eccleſiam, cui debeatur legatum, quando relinquitur Parochiæ, oriri poteſt, quando teſtator habet duas Parochias, ex æquo iuxta caſum Cap. *Cum quis.* §. 1. *de ſepult. in* 6. & ideò tunc dubitatur cui debeatur legatum pro Miſſis celebrandis. In hac autem difficultate poſſunt plures caſus conſiderari. Primus, ſi teſtator tempore teſta- 1

menti habeat duas Parochias, & etiam tempore mortis. Secundus, si habeat duas Parochias tempore testamenti, & vnam tempore mortis. Tertius, si habeat vnam tempore testamenti, & duas tempore mortis. Et quia hi casus implicant aliam difficultatem, an scilicet legatum debeatur Parochiæ, quam habet testator tempore mortis, an verò illi quam habet tempore conditi testamenti: ideò præsupponendo, quod debeatur Parochiæ, quam habet tempore mortis, de quo infra, resoluetur difficultas quoad duas Parochias tempore mortis.

2 In qua difficultate illud videtur certum, quod legatum debeatur illi Ecclesiæ Parochiali, erga quã ostendit maiorem affectionem, vel quia ibi frequentius sumeret Sacramenta, vel quia in ipsa extet sepultura suorum maiorum, vel quia ibi erexerit Capellam, aut aliquod aliud signum specialis affectionis exhibuerit. Ita docent Doctores *in l. Qua condit. §. Cum ita ff. De condit. & demonstr.* Cinus *in l. 1. quæst. 6. C. De sacrosan. Eccles.* Alex. alios allegans *consil.* 113. *nu.* 2. ver. *si esset Parochian. lib. 6.* vbi etiam Natta *littera, C.* & deducitur ex illo principio, quod voluntas testatoris dubia certificanda est ex affectione; quæ veluti subministret formam eam determinantem, iuxta dicta in superioribus quæstionibus. Vnde solum dubium remanet, quando non adest aliqua coniectura pro vna, aut altera parte, seu pro vna aut altera Ecclesia.

3 In quo casu non concordant Doctores, nam aliqui volunt, quod debeatur Ecclesiæ Parochiali pauperiori. Ita Tiraquell. *De iur. primogenitur. quæst.* 17. *num.* 16. & pro hac sententia citari possent etiam ij qui hoc ipsum tradunt, quando legatum relinquitur Ecclesiæ alicuius Sancti, & plures reperiuntur sub inuocatione talis sancti: Nam militat eadem ratio, quam ipsi afferunt etiam pro sua opinione.

Alij verò dicunt, quod sit legatum diuidendum inter illas duas Parochias: & quoad legatum factum Ecclesijs non parochialibus ita docent Barbat. *in Cap. Indicante Colum.* 3. *de testamen.* Couarum. *ibid. num.* 2. Siluest. *verbo* Legatum, 2. *num.* 8. Alphon. de Leone, *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 2. *num.* 36. Quia etiã portio canonica, quando quis habet duas Parochias, & extra ipsas sepelitur, diuidẽda est inter Parochias. cap. *Cum quis.* §. 1. *de sepult: in* 6. Alij denique volunt, quod sit locus gratificationi, & possit Episcopus eligere quam maluerit Ecclesiam Parochialem. Ita Hostien. *in cap. Indicante. De testamen.* Io. Andr. Imola & cæteri Doctores *ibid.* Crassus *de success.* §. *Institutio. quæst.* 12. *num.* 3. vers. *si testator.* testans de communi.

4 Verùm loquendo de legato pro Missis, probabilius videtur, quod debeatur Ecclesiæ, in qua sepelitur, & à quà recepit vltima Sacramenta. Cum enim hæc Ecclesia exhibeat testatori vltima officia pastoralia in ordine ad salutem, conciliat sibi specialem quandam beneuolentiam testatoris, quæ consurgit ex accepto beneficio, quod licet sit de iure debitum, adhuc tamen, quia est coniunctum cum ostensione specialis charitatis, meretur beneuolentiam. Hoc autem facit, quod vltima voluntas testatoris magis secundum affectum in hanc Ecclesiam inclinetur, & proinde ex hoc capite subintrat coniectura ex affectione, & beneuolentia, quæ facit voluntatem non plenè determinatam erga potius vnam, quam erga aliam determinari.

5 Rursùm, vt dictum est in superioribus, tum ratione consuetudinis, tum etiam ratione decentiæ, Missæ pro defunctis celebrandæ sunt, nisi aliud constet de voluntate testatoris, in Ecclesia, in qua sepelitur: vnde ex hoc quoque capite legatum perueniet ad Ecclesiam Parochialem spulturæ. Debebit ... em sepeliri in illa Ecclesia, à qua recepit vltima Sacramenta. Quia ius sepulturæ pendet ab administratione Sacramentorum, vt notant Gratian. *Discept. foren. cap* 94. *num.* 74. Maresc. *lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 9. Sanchez. *lib.* 3. *de matrim. disp.* 23. *num.* 17. Sperell. *decis.* 87. *num.* 8. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 34. & alij.

Maior difficultas est, si testator eligat sepulturam extra Parochiales Ecclesias. Verum tunc quoque legatum debebitur Ecclesiæ Parochiali, à qua recepit vltima sacramenta. Nam nõ debetur Ecclesiæ sepulturæ, cum constet de voluntate testatoris, quod sit pro Ecclesia Parochiali. Et aliàs voluntas ipsius præponderat erga illam, à qua recepit vltima Sacramenta, vt dictum est, ob officia pietatis sibi impensa. 6

Ex dictis inferri potest, quid dicendum, quando eadem domus est partim in vna Parochia, & partim in alia. Quod enim tunc legatum debeatur illi Ecclesiæ, in cuius Parochia domus habet principalem aditum. Ita Salicet. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de sacrosan. Eccles.* Guilliel. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo.* Et bortum. *num.* 9. ver. *Quod si aditus de testam.* & alij. Verùm hoc non est admittandum, nisi etiam ab eadem Parochiali Ecclesia receperit vltima Sacramenta. Quia per hanc administrationem declaratur vera Ecclesia Parochialis testatoris, quia ad solam Parochialem spectat ministrare huiusmodi Sacramenta. 7

QVÆSTIO 1002.

Legatum relictum Ecclesia Parochiali, an debeatur Parochiali tempore conditi testamenti, an tempore mortis.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis relictum parochiali, cui debeatur, si alia sit tempore mortis, & alia tempore conditi testamenti.*

2 *In declaranda mente testatoris respiciendum ad tempus conditi testamenti.*

Relictum cognato intelligitur de cognato tempore conditi testamenti.

4 *Legatum relictum parochiali intelligitur de parochiali tempore mortis.*

In testamentis attendendum tempus mortis.

5 *Habilitas subiecti debet adesse, quando actus perducitur ad effectum.*

6 *Quando verba testamenti important possessionem rei legata intelligitur de tempore præsenti.*

Præsens voluntas testatoris exprimit voluntatem, quam est habiturus tempore mortis.

7 *Qualitas cognatis tempore testamenti in legato relicto cognato stat demonstratiuè.*

8 *Testator mutando parochiam addicit noua Parochia legatum relictum Parochiali.*

CContingere potest, quod testator condens testamentum relinquat legatum pro Missis Parochiali Ecclesiæ, & postea mutet Parochiam; vndè insurgit difficultas, cui Ecclesiæ Parochiali debeatur legatum, illine, quam habuit tempore conditi testamenti, an illi quam habuit tempore mortis. Quod debeatur Parochiali tempore conditi testamenti, tradunt Geminian. *in cap. Cum quis de sepult. in* 6. Io. Andr. *ibid.* Socin. *Iun. in l. Qua conditio.* §. *Cum ita. ff. de condit. & demonstrat.* Roman. *in Authen. similiter. num.* 5. *C. Ad l. falcid.* 1

Fundamentum est. Quia in declaranda mente testatoris 2

ftatoris non eft refpiciendum ad tempus mortis, fed ad tempus conditi teftamenti, *l. fi ita legatum. ff. De aur. & arg. legat.* & notat, Bart. *per hunc tex. in fin. §. 1. ff. de leg. 1.* Quia nimirum teftator difponit pro tempore mortis fecundum voluntatem, quam habet illo tempore, in quo condit teftamentum. Confir. Relictum cognato, intelligitur de eo, qui tempore conditi teftamenti erat cognatus, quamuis poftea defierit effe cognatus, *l. fi cognatis. ff. de reb. dub.* Bart. *ibid. col. 2.* Alexan. *conf. 171. num. 3. ver. fi teftator. lib. 2.* Cafanaft. *conf. 26. num. 16.* vet. *Ad agnofcendum.* Ergo etiã relictum Ecclefiæ Parochiali, intelligitur de ea, quæ erat talis tempore conditi teftamenti, quamuis poftea defierit effe talis.

3 Secunda fententia docet, legatum deberi Ecclefiæ Parochiali, quam habet teftator tempore mortis. Ita Boer. *decif. 179. num. 2.* Menoch. *præfumpt. 14. num. 7. ver. cæterum hic lib 4.* Moron. *in refpon. moral. cap. 69. num. 13. ver. Legatum.* & alij.

Dicendum. *Legatum factum Ecclefiæ Parochiali deberi illi, quam habet teftator tempore mortis.* Vnde fi plures haberet tempore conditi teftamenti, & vnam tempore mortis, huic tantum debeteur, etiam fi effet diuerfa ab ijs, quas habebat tempore conditi teftamenti. Ratio eft. Quia difpofitio teftatoris non fortitur effectum, nifi fequuta morte, & proinde teftator difponens, non difponit de tempore præfenti, fed pro tempore mortis. Ergo quando contemplatur Ecclefiam tamquam Parochialem, contemplatur illam, quam habiturus eft pro tempore, in quo teftamentum eft habiturum fuum effectum, & proinde in teftamentis attendendum tempus mortis, defumitur ex *l. Quidam. ff. de vin. & trit. leg. & l. fi ita. ff. de aur. & arg. leg.*

4 Confirm. Habilitas fubiecti tunc eft neceffaria, quando actus ad effe perducitur, quia cum tunc debeat coniungi cum fubiecto, requirit in ipfo qualitatem, qua difponatur, & fiat fubiectum proprium, cui debeatur actus, *l. In delictis. §. fi damnum. ff. de noxal. act. & l. 2. §. In filijs. ff. de recur. & l. Humanitatis. C. de impub.* & notant ibi Bald. *num. 58. vet. Quandoque.* Alexan. *in l. fi rem meam. in fin. ff. de verb. oblig.* Menoch. *conf. 106. num. 94.* Cephal *conf. 590.* Riminald. iun. *conf. 544. num. 225.* Ofazch. *conf. 71. num. 15.* Cofta *de ratione rat. quæft. 30. num. 3.* Surd. *conf. 90. n. 18.* Gafp Ant. Thefaur. *Quæft. foren. 34. num. 23. lib. 1.* Quod locum habet etiam in naturalibus, in quibus requiritur fubiectum præparatum, & difpofitum, & determinatum pro tempore, in quo inducenda eft forma. Ergo cum voluntas teftatoris non facit fortiri actum fuæ difpofitionis, nifi fequuta morte, tunc requiritur in fubiecto illa habilitas, feu determinatio, quam requirit teftator in fua difpofitione, & ideò tunc Ecclefia debet effe Parochia teftatoris, vt obtineat legatum Parochiali relictum.

5 Ad fundamentum oppofitæ fententiæ. ex illa *l. fi ita legatum. ff. de aur. & arg. leg.* folũ haberi, quod quando verba teftamenti important poffeffionem rei legatæ, intelligitur de tempore præfenti, fi aliud non fit comprehenfum. Quod fatis conftat ex ratione, quam reddit. Ita enim tex. habet. *Nam cum dicit Vefteem meam, argentum meum, hac demonftratione, meum, præfens, non futurum tempus oftendit.* Vnde non habetur, quod in declaranda difpofitione teftatoris fit refpiciendum generaliter ad tempus conditi teftamenti: fed, vt dictum eft, ita eft refpiciendum ad illud, vt tamen confideretur, vt difpofitio fit tranflata ad tempus mortis. Ad rationem vero ibidem allatam refp. quod licet teftator difponat fecundum præfentem voluntatem, quam habet, eam tamen refert ad tempus mortis, itavt ex primat voluntatem, quam habiturus eft tempore mortis, & cum qua eft deceffurus, & proinde ficut in illud tempus transfertur voluntas, & exequutio, ita etiam contemplantur legatarij, qui erunt tales, quales, nominantur à teftatore pro illo eodem tempore.

Ad Confirm. refp. In illa *l. fi cognatis. ff. de reb. dub.* haberi etiam, quod qui funt cognati tempore mortis, facilius affequuntur legatum relictum cognatis, quod fatis indicat, quod magis attenditur tempus mortis, quàm tempus conditi teftamenti. Vnde dicendum eft, quod in legato relicto cognatis tempore teftamenti, qualitas cognationis ster demonftratiuè, non vero determinatiuè, iuxta *l. Peto. §. frater in fin. ff. de leg. 2. & l. Item mela. ff. de alim. & cibar. leg.* vbi Bart. 6

Ex quibus infertur. Quod, dum teftator poft conditum teftamentum mutauit Parochiam, etiam fi quando legauit Parochiæ intendiffet de Ecclefia, cui tempore conditi teftamenti fuberat, adhuc tamen legatum deberetur Ecclefiæ, in cuius Parochia moreretur. Quia mutando Parochiam, cenfetur mutaffe legatum, & tranftuliffe ad fecundam Parochiam, mutatio enim Parochiæ, cum fubroget vnam Parochiam loco alterius eft factum quoddam declarans, quod fubrogetur etiam legato; quia voluntas magis factis, quam verbis declaratur, *l. de quibus. ff. de legib.* 7

Q V Æ S T I O 1003.

An vicinitas Ecclefiæ conferat ad obtinendum legatum pro Miffis incertum ratione loci.

S V M M A.

1 *Vicinitas Ecclefiæ an conferat pro obtinendo legato incertum ratione loci.*
Actus faciendus in viciniori loco, fi non poteft fieri in ftatuto.
2 *Infula quibus foluant decima.*
Prouentus prioratuum quando vniantur.
3 *Vicinitas non præbet motiuum ad legandum.*
4 *Portio pifcaturæ capta in Fefto cur danda Ecclefijs vicinioribus.*
5 *Defectus Epifcoporum an fuppleantur per viciniores*
6 *Si habeatur ratio propinquitatis in vna materia, non fit, quod fit habenda in alia.*
7 *Quid difponat Sixtus circa quædam aurea numifmata.*

Partem affirmatiuam tradit Caffina *in Cathecheft regul. tit. 12. num. 27.* & pro fua fententia citat Laymann. *lib. 4. Theolog. moral. fect. 5. tract. 5. cap. 11. num. 8.* qui tamen eo loco nihil de hoc habet. Citat etiam Abb. *in Cap. Indicante. De teftamen.* fed nihil iuuat, quia ibi tantum dicit, quod legatum relictũ Ecclefiæ, quæ non fit in Ciuitate, detur ei, quæ eft in territorio. Citat etiam Franeum *in cap vbi periculũ. De elect. in 6.* vbi docet, quod vbi actus non poteft fieri in loco ftatuto, debet fieri in magis propinquo tenum, neque hoc facit ad rem; quia ideò debet fieri in magis propinquo, vt minus recedatur à loco præfcripto: vnde folum inferri poffet, quod fi teftator iuberet, aliquid fieri in certo loco, & in ipfo non poffet eius voluntas executioni mandari, deberet mandari in loco viciniori. Cum vero non conftet de Ecclefia electa pro legato, nec etiam locum habet alterius vicinitas, vt loco defignatæ fuccedat. 1

Probat fuam fent. primò ex Cap *licet. De fer.* vbi Pifcantes in die fefto præcipiuntur dare de captura certam portionem Ecclefijs circumpofitis. Secundò. Infulæ 2

Insulæ debent soluere decimas prouinciæ, cui adhærent. Glos. *in Cap Quoniam. De decim.* Tertiò, Defectus Episcoporũ supplentur per Episcopos viciniores. Cap. *Pontifices. 7 Quæst.* 1. Quartò. In Clement. 1. *De statu Monach.* ver. *Ad hæc.* Prouentus Prioratuum non valentium sustentare duos ꝗ. locis vicinioribus vniuntur. Quintò Sixtus V. in Bulla. *Laudemus* ver. *quod si quis* apud Quarant. *verbo Indulgẽtia* decernit, quod si quid debeatur Ecclesiæ decedente aliquo ab intestato, propinquiori eius domicilio debetur.

3 Tenendum tamen est. *Quod nihil iuuet propinquitas in ordine ad obtinendum Legatum relictum pro Missis, sed standum est coniecturis iuxta dicta in superioribus Quæstionibus.* Hæc est communis sententia; nam Doctores omnes, qui hanc difficultatem expenderũt nihil meminerunt de propinquitate, quam certè considerassent, si putassent, quod conducere possent pro determinanda voluntate testatoris, non satis expressa. Ratio vero est. Quia vicinitas de se non affert motiuum considerabile, quod verisimiliter potuẽrit mouere testatorem ad legandum potius tali Ecclesiæ, quam alteri: nam cum legatum sit quædã donatio habens originem ex beneuolentia testatoris: atque adeò veniunt tantum in cõsiderationem ea motiua quæ apud testatorem potuerunt excitare beneuolentiam, qualis non est vicinitas præcisè cõsiderata. Imo multoties vicinitas est causa auersionis, aut ob continuam pulsationem campanarum, aut quia Rectores non inseruiunt Ecclesiæ, sicut desiderarent vicini aut quia in aliquo alio non satisfaciũt ipsis & ideò præcisè considerata non est motiuum aptum ad excitandam beneuolentiam, & proinde nec ad indagandam mentem testatoris.

4 Neq; fundaméta in oppositum sunt alicuius momenti. Ad primum enim resp. Quod Pontifex eligit Ecclesias circumpositas, quibus præberetur portio piscaturæ, intuitu dispensationis concessæ pro piscatione in die festo; quia erat in potestate ipsius assignare, quas volebat Ecclesias: non quia ratione vicinitatis illis deberetur. Hoc autem non potest trahi ad præsentem casum, quia hoc non inseruit pro indaganda mente testatoris. Neque hinc licet deducere, quod iura faueant vicinitati quia in dicto tex. tanquã de iure elicitur quod ex causa licet dispẽsare in festu quoad opera seruilia, imponendo onus participandi partem lucri Ecclesiæ, & quatenus id deduceretur, procederet solum in materia, de qua ibi, disponitur, nec liceret trahere ad materias alterius generis.

5 Ad 2. Esse diuersam rationem. Ideò enim Insulæ soluunt decimas prouinciæ cui adhærent, quia & sunt pars illius, & ipsi subijciuntur in spiritualibus. Vnde in hoc nulla ratio habetur vicinitatis, quæ solum potuit esse ratio, vt vniatur tamquam pars suo corpori, & postea ex hac vnione resultat debitum soluendi decimas. Ad 3. defectũ Episcoporum suppleri per viciniores ob commoditatem Diœcesis carentis pastore, & ideò vicinitas fuit ratio ita decernendi, quia confert ad determinationem, redũdet incõmodum. At vicinitas Ecclesiæ nihil cõnfert testatori nec præbet motiuum interpretandi propensionem voluntatis eo ipso.

6 Ad 4. Adesse causam specialem, cur prouentus illorum Prioratuum vniatur vicinioribus, nempe ob facilitatem exigendi, aut colligendi, quæ non adesset, si remotis vnirentur. Deinde ex hoc nihil potest deduci ad præsentem casum. Neque enim ex eo quod habetur ratio propinquitatis in vna materia, sequitur, quod sit habẽda etiam in alia omnino diuersa; & in qua nihil aliud facit legem nisi libera volũtas testatoris, quę nec tenetur, nec habet motiuũ aliquod disponendi intuitu meræ propinquitatis.

Ad 5. Sixtum. V. Nihil tale diponere in illa Bulla. 7 Nam disponit de numismatibus aureis cum effigie Crucis, & Imperatorum inuentis in laterano suo tempore, quæ ipse distribuit, & ijsdem concessit plures indulgentias. & eum habentibus concessisset, quod possẽt huiusmodi nomismata testaméto relinquere alicui Ecclesiæ, & non alteri, extendit postea dispositionem suam ad casum, in quo habentes numismata intestati decederent, vt nimirum tunc cederent Ecclesiæ viciniori defuncto. Tenor dispositionis est, *Quod si quis numisma habens ab intestato decesserit, volumus, vt illud ad propinquiorem eius domicilio Ecclesiam, cum ijsdem gratiis facultatibus, & indulgentiis pertineat.* Quod autem Pontifex disposuit in hoc casu speciali, non est trahendum ad alium præsertim valde dissimilem, & à sola libera voluntate testatoris dependentem.

QVÆSTIO 1004.

A quo hærede soluendum sit legatum pro Missis, à proprietario, an vsufructuario.

SVMMA.

1 *Legatum pro vnica vice præstandum est ab hærede proprietario.*
Est debitum de bonis, quæ adsunt tempore mortis.
2 *Legatum annuum pro Missis præstandum ab hærede vsufructuario.*
Debita annua soluenda ab hærede vsufructuario.

Legatum pro missis vel est soluendum pro vnica vice statim a morte testatoris siue pro Missis manualibus, siue pro erigẽdo fundo pro missis perpetuis. Vel est annuatim soluendum pro Missis perpetuis. Dicendum 1. *Legatũ vnica vice soluendũ præstari debere ab hærede proprietario.* Ita Bart. *in l. fin. n. 6. ff. De vsufruct. leg.* Rolan. *cons.* 8. *num.* 26. *lib.* 2. Corn. *cons.* 195. *num.* 2. ver *His tamen lib.* 4. *Dec. cons.* 590. *num.* 1. Mathesilan. *sing.* 4 ver. *ego verius.* Couaruu. *lib.* 2. *Variar. resol. num.* 7. ver. *Cæterum.* Mohed. *decis.* 4. *de Appel.* Caualer. *decis.* 163. Alphons. de Leon. *de off. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 4 *num.* 52 Ratio est, Quia legatum vnica vice soluendum sit debitum statim à morte testatoris, atque adeò de bonis, quæ post se relinquit testator. Cum autem non relinquat vsumfructum, siquidem tempore mortis nondum peruenit ad esse, sed successiuo tempori expectandus est, fit, quod sit debitum de bonis quæ sunt in esse tempore mortis, atque adeò de iis, quæ pertinẽt ad hæredem proprietarium. 1

Dicendum 2. *Legatum annuatim soluendum pro Missis præstari debere ab hærede vniuersali vsufructuario omnium bonorum.* Dixi, vniuersali omnium bonorum, quia si esset vsusfructuarius tantum aliquorũ bonorum, non pertineret ad ipsum soluere tale legatum. Ita Doctores *num. præcedent.* citati. Et præterea Crassus *de success.* § *Legatum. quæst.* 35. *num.* 1. Tiraquell. *de priuileg. pia causa. in præfat num.* 28. Ratio est, quia dum legatum annuatim est soluendum, est onus annuum impositum massæ hæreditatis: & proinde pertinet ad vsumfructum annuum, qui percipitur ex hæreditate, nam cum velit, hæreditatem restitui à proprietario post mortem vsusfructuarij, nõvult distrahi per singulos annos, sed onera annua solui de fructibus perceptis. Ergo onus soluendi legatum huiusmodi pertinebit ad eum, ad quem pertinet vsusfructus. 2

Quod

10 Quod præſettim verum eſt, Quia ſi pertineret hoc ad hętedē proprietariū, deberetur ei fundus proportionatus de corpote hęreditatis, vnde percipere poſſet fructus, ſufficiētes pro legato ſoluēdo, vnde minueretur fructus vſusfructuario, & in idem reincideret, nam non perciperet illos fructus ſufficientes pro legato, quos aliàs perciperet. & ideò debita annua, quales ſunt ceoſus, eſſe ſoluenda vſusfructuario omnium bonorum docet de communi Duard. *de censib. part.* 1. §. 3. *quæſt.* 11. *num.* 16.

QVÆSTIO 1005.

An legatum pro Miſſis intelligatur pro vnica vice, an in perpetuum.

SVMMA.

1 *Legatum pro Miſſis non eſt perpetuum, ſi ex verbis reſtringatur ad vnicam vicem.*

2 *Si in diſpoſitione ſignificetur aliqua reiterabilitas, legatum eſt perpetuum.*

3 *Si legatum reſpiciat periodum recurrentem, eſt perpetuum.*

4 *Teſtator exprimens aliquam iterationem, transfundit in legatum.*

5 *Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice Niſi ſit circa iterabilia.*

6 *Sumēda illa interpretatio per quam hæres minus grauatur.*
Niſi agatur de commodo teſtatoris.
Ordinata charitas incipit à ſeipſo.
Secundum charitatem quiſque tenetur plus amare animam ſuam, quam hæredes, etiam filios.

7 *Teſtator iniungens, quòd in paſchate celebrentur certa Miſſa imponit onus perpetuum.*

1 HAbet locum difficultas; quando teſtator non declarat ſuam mentem ſufficienter, & proinde dubium remanet, an legatum ſit perpetuū, an verò pro vnica vice ſoluendum. Eſt autem ſupponendum tamquam certum, quod ſi adſint in diſpoſitione verba aliqua, quæ reſtringant Legatum ad vnicam vicem, non erit perpetuum, vt ſi relinqueret legatū pro Miſſis celebrandis in exequijs, vt notat etiam Alphonſ. de Leon. *de off. Capell. quæſt.* 5. *ſect.* 1. *num.* 3. Cum enim exequiæ vnica tantum vice celebrentur, pro vnica tantum vice cenſetur relictum. Similiter etiam ſi taxaret numerum Miſſarum celebrandarum quarum intuitu legatur, & non adderet aliquid, quod ſignificaret reiterabilitatem eiuſdem numeri, cenſeretur pro vnica vice, quia numerus coarctat legatū ad vnicam vicem, nam expleto numero præfixo à teſtatore eſt expleta etiam eius intentio. Vnde difficultas ſupereſt quando ex verbis diſpoſitionis non poteſt colligi coarctatio ad vnicam vicem.

2 Si verò non adſit coarctatio ad vnicam vicem, tunc videndum eſt, an in diſpoſitione ſignificetur aliqua reiterabilitas vel in exequutione legati, vel in ſolutione, vel in effectu, ad quem ordinatur legatum, vel aliquo alio modo, tunc enim. Dicendum eſt, *Legatum eſſe perpetuum, vt ſi eſſet pro Anniuerſario, pro certis diebus, aut hebdomadibus Miſſa celebranda, quæ non ſint affecta coarctatione, vt ſunt dies tertius, ſeptimus, trigeſimus, aut aliquo alio modo.* Ita loquendo de Anniuerſario Aluarad. *De coniect. men. defunct. lib.* 2. *cap.* 1, §. 2. *num.* 24. Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. & loquendo generaliter Alphonſ. de Leon. *de off. Capell. quæſt.* 5 *ſect.* 1. *num.* 2. Garzia *in ſumm. tract.* 3. *difficul.* 11. *dub.* 2. *num.* 1.

3 Hoc autem deſumitur ex *l. Annua.* §. *Actia. ff. de annu. leg.* vbi cum hæres iuberetur dare die Nundinatum decem denarios miniſtris Tēpli, ſtatuitur, quot annis die Nundinatum eſſe præſtandos decem denarios in perpetuum & ex *l. Cum quidam. ff. eod.* Vbi diuiſiones iuſſu teſtatoris præſtandas Decurionibus die Natalis ſui, ſtatuitur eſſe perpetuas pro tali die natalis. Et ex *l. defuncta.* in fin. *ff. de vſufruct.* vbi legata ſexta parte fructuum oleris talis agri, non pro vnico anno, ſed ſingulis annis cenſetur legata.

4 Ratio verò eſt, Quia eo ipſo quod teſtator ſignificat aliquam reiterationem, ſatis exprimit voluntatem ſuam etiam circa legatum, quod velit eſſe iterabile. Eo ipſo autem, quod diſponit de onere annexo legato, quod ex natura ſua ſit iterabile, vt eſt Anniuerſarium, celebratio in tali, & tali die, aut in tali, & tali hebdomada aut quid ſimile, ſignificat, ſe intendere reiterationem, quia contemplatur rem natura ſua iterabilem & proinde ſignificat eam velle ſecundum ſuam qualitatem iterabilitatis, & proinde diſponere etiam de legato vt iterabili vt ſit proportionatum oneri. Rurſus etiam ſi pro legato relinquat aliquid natura ſua iterabile, vt ſunt fructus, legatum erit annuum, ob eandem rationem.

5 Huic tamen reſolutioni videtur obſtare *l. Boues.* §. *Hoc ſermone. ff. de verb. ſignificat.* ex qua communiter Doctores deſumūt hanc regulā, quod ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice. Quæ etiam habetur ex *l. Dotis promiſſio. ff. de iur. dot.* Reſp. tamen regulam eſſe intelligendam, quando per ſermonem, non exprimitur aliqua iterabilitas ſecus autem ſi exprimatur. Nam ideò intelligitur de vnica vice, quia ex natura ſua non habet amplius ſignificare, & proinde plures vices eſſent contra eius ſignificationē. Contrarium autē contingit, quando ſermo cōtinet, ſeu exprimit aliquā iterabilitatem. Vnde ex text. *nu.* 3. allata formari poteſt alia regula, ſcilicet, quod ſermo ſimpliciter prolatus circa iterabilia nō intelligatur de prima vice, ſed de continua ſucceſſione, iuxta doctrinā Cuman. *in l. cum qui Kalendis.* init. *ff. de verb. ſignificat.* & communem opinionem, quam citaris Doctoribus refert Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 6 *tit. de legib. concluſ.* 2. *limit.* 12. *num.* 42. quæ docet, quod vnus actus non conſumit diſpoſitionē, quando materia ex conſuetudine recipit iterationem.

6 Secundò obſtat. Quod ſumenda eſt ea interpretatio, vt minus hæres cenſeatur grauatus, *l. Vnum ex familia.* § *ſi rem ff. de leg.* 2. Nam hoc habet locum ſolum reſpectu alterius à teſtatore, nō autem reſpectu eiuſdem teſtatoris, & conſequenter ad omnia, quæ redundant in beneficium ipſius, qualia ſunt omnia quæ ordinātur ad eius vtilitatem; nam tunc ſumenda eſt interpretatio fauorabiliter teſtatori. Nam vt dictum eſt in ſuperioribus, ſummenda eſt illa interpretatio, quam ſubminiſtrat ordinata charitas; quia hæc eſt conformis, nedum rectæ rationi, ſed etiam inclinationi naturali eiuſdem teſtatoris. Ordinata autem charitas, præcipuè quoad ſpirtualia, incipit à ſeipſo. *l. Preſes Prouinciæ. C. De ſeruit. & aqua.* & ſecundum quam tenetur quiſque plus amare animam ſuam, quàm hæredes etiam filios, & quæcumque omnia, vt etiam notat Maſſar. *de probat. concluſ.* 1171. *nu.* 7. & 75. & ideò præſumendum eſt, quod teſtator non curauerit grauare hæredem, quando agitur de beneficio animæ propriæ.

7 Ex dictis colligitur Alphonſ. de Leone. *De off. Cappell. quæſt.* 5. *ſect.* 1. *num.* 16. Garzia *in ſumm. tract.* 3. *difficul.* 11. *dub.* 2. *num.* 5. Quod ſi teſtator iniungat, Paſchate, aut alio feſto celebrentur certæ Miſſæ, onus erit perpetuum, quia eſt addictum feſto iterabili, quod ſingulis annis recurrit & proinde trahit ſecum perpetuitatem.

Qvæstio 1006.

An, si hereditas non sufficiat pro legatis, sit pro rata diminuendum etiam legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Si hereditas non sufficiat singula legata pro rata diminuuntur.*
Testator non intendit relinquere legata vltra vires hereditatis.
2 *Legata pia minuantur pro rata, si non sufficiat hereditas.*
3 *Legatum pro Missis an minuendum, quando cetera minuentur.*
4 *Non censetur eodem iure cum alij legatis pijs.*
5 *Legatum pro Missis est portio separata ab hereditate, & reseruata testatori.*
6 *De legato pro Missis disponitur discretiuè à cateris*
Legatum certa speciei nō trahitur ad ea, qua consequuntur generalem dispositionem.
7 *Legato certo fundo, aut certa specie non fit diminutio ex quocumque casu.*
Perit legatum pereunte re certa legata.
8 *Legatum pro Missis an praferendum votis realibus.*
Expensa funeris praferenda votis realibus.

1 STatuitur in iure ; quod quando hæreditas non sufficit pro omnibus legatis , singula pro rata diminoantur, *l. si post missionem. & l. In ratione. §. Quod vulgo. ff. Ad l. falcid. & l. si quis testamento §. apud Iulianum, ff. de legat.* 1. vbi Doctores, *& l. si vero composita, §. 1 ff. de milit. testam.* Neque enim mens testatoris est relinquere legata vltra vires hæreditatis, *l. 1. §. 1. ff. de condit indeb.* vbi Alexan. *num.* 3. Ias. & alij & ideò cū æquale sit ius apud omnes legatarios, debent legata, seruata proportione reduci ad mensuram hæreditatis.

2 Et quamuis nonnulli, vt Nouar. *de priuil. miserabil. personar. priuil.* 55 *num.* 4. Leoncil. *de priuileg. pauper. par.* 5 *priuileg.* 213. verbo. *legatum.* 12. *num.* 3. Lartea *decis. Granat.* 62. *nu.* 44. *part.* 2. existiment, quod id locum non habeat quoad legata pia, quæ integrè soluenda sint, facta detractione solum quoad legata ad causas prophanas. Attamen id seruandum esse etiam in legatis quosd causa pias tenet communis sententia, quam tradidi *in quæst. Canon.* 541. *num.* 5. *Centur.* 3. & præter Doctores ibi citat. Ias. *in l si qui. testamento. §. Apud Iulianum ff. de leg.* 1. Peregrin. *de fideicomm. ar.* 4. *num.* 63. ver. *In relictis.* Castil. *lib.* 4. *Controuers. cap.* 51. *num.* 63. Escobar *de ratiocin. cōput.* 10. *nu.* 8. Franc. *decis. Neap.* 506. *num.* 2. Riccius *decis.* 251. *part.* 1. Mart. *part.* 4. *de success. leg. quæst.* 18. *ar.* 9. *num.* 11. Ronitus *decis.* 87. *num.* 2. Alphons. de Leon, *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 7. *num.* 80. Nam licet causa pia sit fauorabilior causa prophana: attamen non est ei tribuendus maior fauor, quam velit testator. Constat autem de voluntate testatoris, quod simul cum legatis piis voluerit etiam subsistere legata prophana, & simul etiam constat de proportione, quam pro vnoquoque disposuit, quàm erunt singula habitura inter se. Et ideò si vires hæreditatis non sufficiunt pro omnibus, debent ex voluntate testatoris omnia manuteneri cum eadem proportione ad inuicem quod continget, si pro rata singula diminuantur, difficultas autem specialis est de legato pro missis.

3 Huic autem difficultati resp. Alphons. de Leon. *De off. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 7. Quod si legatum sit pro vnica vice, nec valde excedens qualitatem defuncti, soluendum erit sine vlla diminutione, quia videtur necessarium pro subleuatione animæ defuncti, & proinde detrahendum est tamquam æs alienū. si vero sit legatum annuum, aut magnæ quantitatis, inspecta qualitate defuncti, erit minuendum simul cum cæteris legatis.

Dicendum tamen est, *Legatum pro Missis absolutè non esse diminuendum, quamuis diminuantur catero legata pia.* Ratio est, Quia non est in eo ordine, in quo sunt alia legata, etiam quoad pias causas, quamuis enim omnia habeant eundem finē nempe religionē, pietatem, & salutem animæ. Attamen cætera ordinantur immediatè ad aliorum beneficium; legatum autem pro missis ordinatur immediatè in beneficiū ipsius testatoris, seu animæ ipsius, & finis communis specialiori modo obtinetur in ipso, quam in aliis legatis & ideò tanquam diuersum non debet eodem iure censeri argum. à contrario sensu, Cap. *Cum in sua De decimis* & Cap. *Quia circa de priuil.* 4

Accedit etiam, Quod testator instituens legatum pro missis, eam portionem separat à corpore hæreditatis, à qua desumi debent legata, & sibi eam reseruat, eo modo, quo potest sibi post mortem reseruare, nempe in beneficium animæ propriæ. & seclusa hac portione, disponit in aliorum beneficium de tota hæreditate. Vnde duæ portiones considerandæ sunt, vna reseruata testatori, & altera transiens ad hæredes & legatarios. Et ideò portio reseruata testatori tanquam extracta ab hæreditate non debet subiacere legibus, quibus subiacent legata, quia cōstat, quod testator noluerit disponere de ipsis in aliorum beneficium, sed sibi reseruare: atque adeò si hæreditas non sufficiat, & proinde diminuenda sint legata, non debet in dicta portione admitti aliqua diminutio, quia nec est subiecta legatis, nec in ipsorum consortio, sed omninò reseruata testatori. 5

Præterea Testator de legato pro Missis disponit discretiuo modo, quia in hoc non exercet actum beneuolentiæ & liberalitatis, sicut exercet in cæteris, sed exercet actum satisfactionis, quo ordinat media satisfactiua ad satisfaciendum Deo pro suis peccatis, qualis est oblatio Sacri. Et proinde quatenus dispositio versatur circa huiusmodi legatum, non communicat cum alijs dispositionibus, sed seorsim se habet ab ipsis. Ex hoc autem fit, quod huiusmodi legatum tanquam discretiuè dispositum non contineatur sub generali dispositione aliorum. Et proinde non trahatur ad illam obligationem, ad quam trahuntur cætera, quæ sub generali dispositione continentur, vt contingit etiam in legato certæ speciei, *l. cum testamento §. fin. ff. de hæred. instit. & l. seruo manumisso ff. de pecul. leg. & l. Cohæredi, §. Qui patrem ff. de vulg. & pupil. substit. & l. Hæres meus §. Dua statua, ff. de leg.* 3. 6

Ex dictis sequitur à fortiori. Quod si pro Missis celebrandis legetur certus fundus, aut res certæ speciei, nulla erit facienda diminutio, stante quocumque casu: Quia, vt dixi in *Quæst. Can.* 242. *nu.* 2. *& sequentib.* legato certæ speciei nihil est detrahendum, quando cætera legata diminuuntur, cum sit speciale legatū, quod non venit in communionē cum cæteris; vnde si pereat res in specie legata, perit etiam legatum, nec legatarius admittitur ad participandum in alijs legatis, *l. Quidam §. si tibi, ff. de leg.* 1.

Secundò infertur. Quod si testator relinquat legatum pro Missis, & etiam aliqua vota realia adimplenda, si vires hæreditatis non sufficiant, præferendum est legatum pro Missis, votis realibus. Si enim expensæ funeris præferendæ sunt votis realibus 8

bus, vt docet Sanchez *lib 4. sum. cap. 15. num. 39.* à fortiori erit præferendum legatum pro Missis. Et Ratio est. Quia testator tenetur prius satisfacere Deo in eo, quod ex iustitia debet, quàm in eo quod voluntariè præstandum assumit. Et quamuis emisso voto adimplementum fit debitum ex iustitia: habet tamen hæc iustitia pro radice liberam voluntatem; satisfactio verò pro peccatis nullo pacto dependet ex libera voluntate. Secundò, maior cultus, & honor prouenit Deo ex Sacrificio, siquidem per ipsum ei exhibetur supremus cultus, & recognoscitur tanquam supremus Dominus, quàm per adimplementum votorum. Vnde si adimplerentur vota, & non celebrarentur Sacrificia, vota essent impeditiua maioris boni, & hoc potiori modo habet locum quando celebratio Missarum est perpetua, nam tunc adiungitur etiam cultus Ecclesiæ.

Qvæstio 1007.

An legans pro Missis possit apponere conditionem, quod quandiu hæres non soluat legatum, certum quid annuatim soluat.

SVMMA.

1 *Conditio, quod certum quid soluatur donec soluatur legatum, est vsuraria.*
2 *Non tamen si solutio legati sit remissa arbitrio hæredis.*
3 *Testator potest obligare hæredem ad annuam pensionem, donec soluat legatum pro Missis.*
4 *Etiamsi solutio legati non admittat dilationem, sed casu contingat.*
5 *Legatum pro Missis habet iustum titulum, vt soluatur pensio, donec exhibeatur.*

1 SVpponendū est. Doctores cōmuniter cōueniūt quod conditio apposita legato de soluenda certa annua pensione, donec soluatur legatum, est vsuraria, & proinde reijcienda, *l. vnica in fin. C. de his qua pœna nomine.* Et ita specialiter notant Bart. *in L. 3. §. vlt. ff. de ann. leg.* & *in l. Cum stipulati in fin. ff. de verb. oblig.* Sotd. *consil. 23. num. 1.* Couarruu. *lib. 3. variar. resol. cap. 1. num. 19.* Menoch. *consil. 441. num. 18. & 16.* Quia interuenit mutuum palliatum; siquidem talis pensio, non ea alio titulo soluitur, nisi quia hæres retinet legatum quantitatis.

2 Supponendum 2. Quod, licet supradicta doctrina habeat locum, quando testator remittit arbitrio Legatarij petere legatum, quando voluerit; attamen cessat, quando Legatarius non potest cogere hæredem ad soluendum legatum, quia scilicet Testator remiserit arbitrio hæredis soluere legatum, vt interim tamen soluat vsumfructum, seu certam pensionem, vt tradunt Socin, *in L. a. nu. septimo ff. De his qua pœna nom.* Cagnol. *in l. Curabit, numero decimo quarto,* vers. *secundus casus C. de act. emp.* Ripa *in l. Nemo potest, numero decimo tertio, ff. De leg. 1.* Alciat, *libro quinto Paradox. cap. vltimo per totum.* Ioannes Baptista Lupus *in l. Curabit, com. 1. Paragrapho quarto, numero septuagesimo tertio C. De iur. empt.* Couarruu. *libro tertio variarum resolutionum, capite primo, in fin.* Menoch. *consilio quadringentesimo quadragesimo primo, numero vigesimo quinto.* Simon de Pretis *De interpretatione vltima voluntatis lib. 2. dub. 2. interpret. 2. num. 132.* Surd. *de alimen. tit. 8. priuil. 29. num. 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 34. num 35.* Caualer. *decis. 591.* Rot. *decis.* 775. *num. 6. part. 2. recent. & in Romana Saluiani interd. 29. Nouemb. 1591.* coram Otano, apud Pacific. *de Saluian. interd. decis. 159. num. 8. & in Romana nullitatis obligationis. 18. April. 1601.* coram Pirouano. Ratio autem est. Quia cum non fiet per Legatarium, quin exigatur legatum, non interuenit tacitum mutuum in dilatione exactionis, ratione cuius subintret vsura. Sed cum sit in libertate hæredis soluere statim legatum, vel differre solutionem; & interim soluere certam pensionem iuxta voluntatem testatoris, totum quod percipit Legatarius titulo legati percipit, quia eligente hærede dilationem, subintrat aliud legatū certæ annuæ pensionis.

3 Ex his autem solui potest proposita difficultas. Nempè, quod possit Testator obligare hæredem ad annuam pensionem, donec soluat legatum pro Missis. Ita etiam Alphons. de Leone *De offic. Capel. qu. 5. sect. 9. num. 136.* Ratio est, quia si testator relinquit in potestate hæredis differre solutionem legati, tunc illa annua pensio est speciale legatum pro Missis interim celebrandis, donec soluatur legatum. Constat enim de voluntate Testatoris, quod noluit ita grauare hæredem, vt cogatur statim soluere legatum, nam hoc posset cedere in detrimentum hæreditatis, quia posset necessitari ad vendendum viliori pretio pro soluendo legato: & econtra, si habeat dilationem, poterit cum commoditate coadunare pecuniam, præsertim ex fructibus hæreditatis. Constat etiam, quod & ipse non vult priuari beneficio Missarum, & ideò obligat hæredem, vt interim pro celebrandis Missis soluat speciale annuum legatum. Et ideò dispositio testatoris non est de soluenda vsura ob dilationem solutionis legati, sed de nouo legato, quod locum habeat in casu dilationis solutionis legati.

4 Si verò testator non concedat hæredi dilationem solutionis, sed in casu dilationis obligat ipsum ad certam pensionem, adhuc locum habet secundum legatum, sed conditionale, nempè in euentum quod differatur solutio legati. Testator enim intendit percipere statim beneficium Missarum; & sciens, quod non percipiet, nisi soluatur legatum, & inuestiantur in bonis fructiferis, iuxta Decret. *de celebrat. Missar.* vt ponat in toto celebrationem Missarum, instituit nouum legatum conditionale pro Missis celebrādis, quousque exigatur fundus de legato relicto ad hunc effectum.

5 Ex quibus infertur. Quod diuersa est ratio de legatis pro Missis, ac de legatis simplicibus: nam illis conditio soluendi certā pensionem, donec soluatur legatum, habet iustum titulum, cuius intuitu soluatur, nempè onus Missarum celebrandarum. Vndè cessat præsumptio, quod soluatur illa pensio ratione dilationis solutionis, cùm constet, quod ordinatur pro sustentatione Sacerdotis celebraturi. Quod locum habet in cæteris quoque legatis, quibus adiectum est onus aliquod successiuum. Nam tunc pēsio soluitur, ne differatur executio oneris adiuncti.

Qvæstio 1008.

An legatum certæ quantitatis pro Missis celebrandis intelligi debeat pro vna vice, an in perpetuum.

SVMMA.

1 *Pecunia legata pro Missis an intelligatur pro vna vice.*
Quando voluntas Testatoris est ambigua, sumenda interpre-

interpratatio ex veriſimili mente teſtatoris.

2 *Pecunia legata pro miſſis non eſt inueſtienda, ſi ex diſpoſitione teſtatoris non colligatur perpetuitas.*
Interpratatio ſumenda contra teſtatorem in eo, quod potuit exprimere, & non expreſſit.

3 *Celeris celebratio Miſſarum ex vno capite magis proficua.*

4 *Quando fauorabilior interpratatio pro teſtatore ſit ſumenda.*

1 SEu quod idem eſt, an debeat inueſtiri legatum in bonis fructiferis, vt quotannis celebrentur certæ Miſſæ, an verò pro vnica vice celebrandæ ſint Miſſæ correſpondentes legato. Mouet difficultatem Genuenſis *in praxi Archiepiſc cap. 78. num. 17.* Et *Reſp.* Quod ſi pecunia legata ſit notabilia quantitas debet conuerti in annuos redditus pro Miſſis perpetuis; ſecus autem ſi pecunia legata non ſit notabilis. Vt autem dicatur notabilis, attendendam eſſe qualitatem perſonæ legantis: nam quæ eſſet notabilis reſpectu perſonæ ordinariæ, non eſſet talis reſpectu Magnatis. Fundatur in eo, quod quando voluntas teſtatoris eſt ambigua, & reſpicit pietatem, ſumenda eſt benignior interprætatio, iuxta id quod eſt veriſimile teſtatorem cogitaſſe, *l. in teſtamentis 1. ff. de condit. & demonſtr. & l. Cum in teſtamentis ff. De reb dub.* & obſeruat Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2.* Eſt autem magis vtile teſtatori, quod in perpetuum celebrentur Miſſæ, præcipuè, quia accedẽte conſuetudine generali, non ſolet legari magna quantitas, niſi pro Anniuerſarijs perpetuis. Quod etiam docet in *Practicabil. Eccleſ. q.* 400. Et ſequuntur Bonac. *diſp. 13. De contract. q. 17. punct. 7. num. 6. ver. Ex quo.* Tamburin. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 6 num. 3.* Garzia *in ſum. tract. 3. diffic. 11. dub. 2. num. 4.*

2 Verùm oppoſitum eſt tenẽdum, niſi fortè accedãt tales cõiecturæ, vt pro Miſſis perpetuis legaſſe cenſeatur. Ita etiam tenet Alphonſ. de Leone *de off. Capel. q. 5. ſect. 1. nu. 7.* Ratio eſt. Quia cùm non diſpoſuerit aliquid de perpetuitate Miſſarum, neque etiã adſint cõiecturæ, quod eam intenderit, ſed ſolum reliquerit legatum pro Miſſis celebrãdis, non apparet aliqua voluntas de perpetuitate, ſed iuxta cõmunem modum cõmendandi Miſſas, veniunt Miſſæ pro vnica tantum vice celebrãdæ. Imò cùm nihil expreſſerit de perpetuitate Miſſarum, habet locum interprætatio cõtra ipſum, etiamſi minus fauorabilis eſſet, quia non expreſſit quod debuiſſet, vel potuiſſet exprimere, *l. labeo ſcribit. ff. De contrahen. empt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. num. 9.* Aleiat. *conſ. 7. num. 29. lib. 8.* Fontanell. *De pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 9. part. 5. nu. 152.* Curel. *De donat. tract. 2. diſcur. 1. ſpecial. 136. n. 18. ver. Quod ſi ſumus.* Rota coram Eminentiſſimo Othobono *deciſ. 113. num. 12.*

3 Et quamuis maius beneficium proueniret teſtatori ex perpetuitate Miſſarum, quatenus plures Miſſæ celebrarentur, attamen quia tale beneficiũ trahet ſecum ſummam dilationem, præſumẽdum eſt, quòd voluerit computare dilationem, & quàmprimum percipere fructum miſſarum, & proinde, quod pro vnica vice celebrentur: hoc enim conducit ad expeditã liberationẽ à pœnia Purgatorij, quod eſt illud, quod intendit teſtator. Et per hoc conſtat ad fundamentum in oppoſitum de vtiliori interprætatione.

4 Ad alteram partem fundamẽti oppoſitæ ſententiæ. *Reſp.* Quod tunc accipiẽnda eſt interprætatio fauorabilior, quando diſpoſitio eſt talis, quæ nõ ſatis explicet mẽtem teſtatoris, & ſimul cõſtat, quod interprætatio ſit fauorabilior. Secùs autẽ quãdo clarè cõſtat de eo, quod diſpoſuit, & potuiſſet facilè aliud explicare, ſi voluiſſet, ita vt diſpoſitio nõ fiat obſcura ex difficultate explicandi. At in præſenti clarè teſtator explicat ſuam mẽtem, quia dum relinquit certã quantitatem pro miſſis celebrandis, nec quicquã explicat de perpetuitate, ſicut facile potuiſſet explicare, ex ipſa diſpoſitione reſultat, quod ſint celebrãdæ pro vnica vice, neque remanet difficultas de perpetuitate, quia iam eſt completa diſpoſitio, & ſatis declaratum, quod dum legatum eſt pro miſſis celebrãdis, ſit pro vnica vice; quia hoc ipſum cenſetur diſpoſitum, qando legatum non eſt notabilis quantitatis, vt admittit etiam Genuen. Cùm autẽ diſpoſitio eodem modo ſe habeat, eodem modo debet etiam interprætari.

QVÆSTIO 1009.

An, reuocatis legatis, cenſeatur reuocatum etiam legatum pro Miſſis.

SVMMA.

1 *Sub generali reuocatione legatorum non veniunt legata ad pias cauſas.*

2 *Reuocatis legatis ad pias cauſas non reuocatur legatum pro Miſſis.*

3 *Legata pia, & legata pro Miſſis diuerſo modo regulantur.*

4 *Legata pia quomodo ordinentur ad commodum legantis.*

QVia duplici modo reuocari poſſunt legata, vel per reuocationem teſtamenti, vel ſolum per reuocationem legatorum, dictum eſt in ſuperioribus, quando legata pia remaneant reuocata ex reuocatione teſtamenti & ibi etiam ſpecialiter dictum eſt de legato pro Miſſis. Nunc autem videndum eſt, an remaneat reuocatum ex reuocatione legatorum. 1
Eſt autem ſupponendum, quod ſub generali reuocationẽ legatorum non veniunt legata ad pias cauſas, vt tradunt communiter Doctores, Roman. *in Authen. ſimiliter. C. Ad l. falcid.* Nicolaus de Neap. *in l. Liberis § Poſthumis. ff. de alim. & cibar. leg.* per illum tex. Mohed. *deciſ. 245. aliar. 10. de priuileg.* Guido Papa *deciſ. 200. num. 5.* Medices *de ſepult. quaeſt. 25. part. 1.* Tiraquell. *de priuil. pia cauſ. priuil. 19.* Afflict. *deciſ. 112. nu. 11.* Purpurat. *conſ. 69. lib. 1.* Caroc. *deciſ. 85.* Bellon. *deciſ. Ianuen. 20. nu. 5.* Marta *de ſucceſſ. part. 4. qu. 4. art. 6. nu. 9.* vbi latè Io. Bapt. Thorua *in ſum. priuil. pia cauſ. priuil. 206.* Achil Pedroch. *conſ. 26. in fin.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 24. ver. Declara quintò.* Capic. Latro *conſul. 72. nu. 54.* Nouar. *De priuil miſerabil. perſonar. priuileg. 54. n. 2.* Surd. *De alim. tit. 8. priuileg. 20. num. 7.* Alphonſ. de Leon. *De off. Capell. q. 5. ſect. 17. num. 174.* Ludouiſ. *deciſ. 237. num. 11.* Nam legata pia, tanquam ordinata ad ſalutem animæ, ſunt ſpeciali nota digna; & ideò non compræhẽduntur ſub generali reuocationẽ legatorum, & hoc, quia, ad mutandum voluntatem circa ea, quæ diſpoſita ſunt pro ſalute animæ requiritur efficacius motiuum, quàm ad mumutandum circa diſpoſita ad cauſas prophanas.

Difficultas autem eſt, an reuocatis legatis ad pias cauſas, remaneat etiam reuocatum legatum pro Miſſ. 2
Et negatiuè reſoluendum eſt. Et quamuis in terminis non reperiam hanc reſolutionem, ſequitur tamen ex dictis *num. praeced.* & debent citati Doctores ita ſentire, quia ſi legata pia non reuocantur in reuocatione generali legatorum, quia ſunt ſpeciali nota digna, & in eis militat ſpecialis ratio, neque in generali reuocatione legatorum piorum, comprehendetur legatum pro Miſſis; quia quoad hoc militat ſpecialis ratio,

ratio, quæ non militat in alijs legatis pijs; nempè satisfactio pro pœna debita peccatis.

3 Ratio autem est. Quia testator disponens de legatis pijs, contemplatur personas, aut loca pia, quibus relinquit disponens vero de legatis pro Missis, contemplatur propriam personam, seu animam, cui referunt illam portionem legatam. Vnde legata pia regulantur immediatè secundum charitatem, & beneuolentiam erga alios, legata verò pro Missis, secundum charitatem erga seipsum. Ex eo autem, quod cesset beneuolentia specialis erga alios, non potest inferri, quod cesset charitas erga seipsum, præsertim quoad ea, quæ sunt necessaria ad euadendum, aut in totum aut ex parte, magnum aliquod malum, quale sunt pœnæ Purgatorij, & ideò ex eo, quod reuocantur legata pia, non reuocantur legata pro Missis, tamquam habentia speciale motiuum, quod non cessat ex eo, quod cessat motiuum aliorum legatorum nec ex eo, quod superueniat motiuum reuocandi alia legata, superuenit qoad legata pro Missis.

4 Neque obstat, quod cætera legata pia ordinentur ad salutem animæ, quia non ordinantur immediatè, sed tantùm mediante commodo legatarij, quod est finis legati licet finis legantis sit etiam salus animæ. At legatum pro Missis immediatè ordinatur ad salutem animæ, ita vt nedum finis legantis, sed etiam finis legati sit salus animæ, & ideò stante hac diuersitate non licet arguere à reuocatione legatorum piorum ad reuocationem legati pro Missis.

Qvæstio 1010.

An legatum certæ speciei pro Missis censeatur ademptum alienatione rei legatæ.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis non adimitur ex necessaria alienatione rei legatæ.*
2 *Alienata liberè re legata an auferatur legatum. Conualescit si redimatur.*
3 *Legatum pro Missis subsistit, licet alienata liberè re legata.*
4 *Quia censetur res, aut eius æstimatio legata. Quando præstanda æstimatio, si res legata alienetur.*
5 *Legata pro Missis re non fructifera, legatur vt distribuenda.*
6 *Alienata re fructifera legata, non infertur ablatio legati pij.*
7 *Legatum pro Missis non aufertur, quocumque modo deficiat res Legata.*

1 QVis contingere potest, quod testator leget pro Missis celebrandis certum corpus hæreditatis, dubitatur, si contingat, rem istam alienari à testatore, an censeatur ademptum legatum. Est autem supponendum, quod si alienatio contingat non ex libera voluntate, sed ex necessitate rei familiaris, legatū pro Missis non censebitur ademptum, quia in tali casu non adimuntur cætera legata. *l. fideicommissa. §. si rem suam ff. de leg. 3. & l. rem legatam ff. de adimen. leg.* & notant Castren *in l. 3. num. 1.* in fin. *C. de leg.* Mantica, *de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 6. num. 12.* Necessitas enim alienationis non inducit necessario mutationem voluntatis circa legandum, quia alienatio non prouenit ex libera electione, sicut inducitur, quando est omninò libera dum enim res liberè alienantur, satis declaratur recessus à priori voluntate legandi. Vnde si res legata, & ex necessitate alienata non redimatur, tenebitur hæres redimere, si poterit; aut æstimationem præstare.

2 Supponendum 2. Controuersum esse inter Doctores, an, alienata re legata ex libera voluntate, censeatur ademptum legatum, si sit pium. Aliqui enim volunt, nō adimi legatum, sed adhuc deberi, vel eius æstimationem. Ita Socin. iun. *cons. 162. num. 11. vol. 2.* Tiraquell. *de priuileg. pia causa. priuileg. 41.* Ias. *in l. Qui post testament. n. 3. ver. Possunt prædicta. C. de leg* Catel. Cotta *in Memorabil.* ver. *Ecclesia.* ver. *Quinto.* & alij. Econtra, alij volunt, quod per alienationē voluntariam adimatur legatum licet pium. Ita Natta *cons. 613. num. 3. ver. Non obstat aliud.* Alex. *cons. 184. lib. 9.* Bald. *in l. Qui post testamentum. C. de legat.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 6. num. 9.* Qui sicuti alienata re legata, & postea redempta, conualescit legatū pium *l. Verum est, ff. de manumiss. testam.* ita si non redimatur, nōn conualescit: & proinde remanet ademptum.

3 Quicquid tamen de hoc sit. Tenendum est, *Quod alienata re legata pro Missis, etiam ex libera electione, non censeatur ademptum legatum.* Ita etiam Alphons. de Leon *de off. Capell. quæst. 5. sect. 17. num. 276.* Ratio est, Quia vel res legata debet inseruire pro Missis manualibus vnica vice celebrandis; vel pro Missis perpetuis. Si primum, tunc censetur subrogata loco eleemosinæ, quæ esset eroganda pro Missis: ita vt principalis intentio fuerit legare eleemosinam, & eleæmosinæ subrogare rem certæ speciei, vt ex ipsa retrahi posset eleæmosina. Ex quo fit, quod intentio testatoris non fuerit ita legare rem certæ speciei, vt tamen non sisteret in ipsa, quasi si periret, aut contingeret alienari, nollet solui legatum, sed potius, quod voluerit ita solui in re illa, ob maiorem certitudinem, & commoditatem solutionis, vt tamen adhuc voluerit solui, pereunte, aut alienata re legata.

4 Hæc autem coniectura ex eo desumitur. Quod legatum est factum pro missis celebrandis, & proinde ordinatum ad subministrandam substentationem debitam de iure naturæ Sacerdotibus celebraturis. Vnde est relictum, tāquam cōuertendum in eorundem alimentationem; atque adeò non est relicta res certæ speciei, vt eam legatarij habeant, sed vt habeāt æquiualens quoad æstimationem pro alimētatione Sacerdotum, & ideò censetur legata res, seu eiusdem æstimatio. Quando autem est legata res, seu eius æstimatio, si alienetur ex libera electione res legata præstari debet æstimatio. *l. Lucius 2. ff. De leg. 2.* & notant Castren. *in l. 3. nu. 3.* ver. *Tertius casus. C. de legat.* Bald. *n. 4.* Ias. *num. 2.* Mantica *De coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. num. 16.*

5 Si verò legatum sit pro missis perpetuis, vel est res fructifera, quæ legata est, vel non est res fructifera. Si non sit res fructifera, censetur legata in eum finē vt distrahatur, & pretium conuertatur in rem fructiferā, iuxta dispositionem Decret. Sac. Congregat. *De celebrat. Missar.* Atque adeò non tam censetur legata res ipsa, quam æstimatio; siquidem vt legatum sortiatur effectum, conuerti debet prius in pretium: & ideò est legata aut res aut æstimatio, Et proinde iuxta dicta *numero præcedenti*, est debita re alienata, eiusdem æstimatio.

6 Vel res legata est fructifera; & tunc, cùm effectus ad quem ordinatur legatum, exigat annuos fructus, non censetur legata ratione sui; quasi ex ea præcisè fructus sint desumēdi, sed ratione fructuū, ita vt illam assignauerit pro faciliori solutione legati, & ipsam obligauerit pro fructibus: & ideò ex illius

alienatione non seqoltur ademptio legati iuxta ea, quæ de legatis pijs tradunt Glos. *in l. Caius.* ver. *Neque in rem. ff. de ann. leg. & in l. Lucius.* ver. *ex reditu. ff. de adimen. leg. & in l. fin. in fin. ff. de contrahen. empt.* Roman. *sing.* 430. Tiraquell. *de priuileg. pia caus. priuil.* 63. in fin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 26.

7 Ex quibus infertur, Quod legatum pro Missis non debet censeri ademptum, stante quacumque alienatione, siue necessaria, siue voluntaria rei legatæ, siue quocumque modo pereat, nisi simul etiam concurrat tale speciale motiuum, qnod sit sufficiens, vt iodneat mutationem voluntatis circa hoc speciale legatum. Quod difficile contingere potest, quia com legatum sit propter speciale interesse ipsius testatoris, & ex causa necessaria, nempe satisfaciendi pro pœna debita peccatis, noo videtur posse legantem recedere à voluntate legandi, nisi ex vrgentissimo aliquo motino, nam recedere à tali voluntate, esset recedere à charitate erga seipsum, quod non est ita facile, cum sit contra inclioationé naturalem, & secondum hanc coosidetationem regulandæ suot coniecturæ circa legata relicta à testatore pro suffragijs animæ propriæ.

Qvæstio 1011.

An censeatur reuocatum Legatum pro Missis ex Cancellatione.

SVMMA.

1 *Ex Cancellatura non remanet reuocatum Legatum pro missis, aut aliàs pium.*
2 *Libertas debetur Cancellato in testamento nomine serui.*
3 *Cancellatio non inducit necessariam mutationem voluntatis testatoris.*

1 SI in testamento, in quo adest sctiptum legatnm pro Missis celebrandis, reperiatur superinducta linea cancellatum, aut alio modo deletum, & non constet, an id consultò factum sit, ea volnntate, vt reuocetur legatum, dnbitatnr, quid in tali casn sentiendum sit, stante quod non constat de voluntate testatoris. Tenendum autem est. *Quod in tali casu legatum non sit reuocatum.* Ita loquentes generaliter de legatis ad piam causam Bart. *in l. Proximè. in fin. ff. de his quæ in test. delen.* per illum tex, qui licet loquatur de legato libertatis, valet tamen argumentum libertatis ad pias causas. Felin. *in cap. ex litteris. num.* 28. ver. *Nota. ff. de fid instrument.* Couaruu. *in rubr. de testamen. part.* 3. *num.* 19. ver. *Huic sententiæ.* Tiraquel. *de priuil. pia caus. priuileg.* 16. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 25. Alphons. de Leon *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 17. *num.* 275. & loquens de testamento ad pias causas Cranet. *cons.* 128. ver. *Adde etiam.* & rursus in terminis legati Rota apud Caualerinm. *decis.* 49.

2 Fundatur autem hæc sententia in eo, qood lex disponit fauore libertatis, quod cancellato nomine serui, quem testator liberum esse iussit, adhuc tamé debetur ei libertas, quia attenditur fauor libertatis. Ita in *l. Proximè. in fin. ff. de his quæ in testam. delent.* Quia scilicet, vt ibidem aduertit Glos. noo coostabat, an consulto deletum fuisset ad reuocandum legatum libertatis. Legatum autem pro Missis est magis fauorabile, quam legatum libertatis, quia ordinatur ad liberádam animam eiusdem testatoris à pœnis Purgatorij, quæ nequeunt comparari statui seruitutis, cum longè intolerabiliores sint.

3 Præterea. Ex eo, quod legatum pro Missis scriptum fuit in testamento, constat de deliberata mente testatoris ex eo vero, qnod cancellatum sit, non constat de volnntate deliberata, nam potuit cancellari ex aliqua inconsideratione, & loco alterios, quod vellet testatot cancellari. Rursus pro manotentione legati concurrit præsuioptio, quod non facile testator esset mutaturus voluntatem in ijs, quæ concernunt interesse propriæ animæ. Ergo si non constet, quod ex proposito reuocandi legatum caocellatum sit, non debet ex cancellatione censeri reuocatum; quia non debent incerta certis præponi, præsertim si concurrant præsumptiones in fauorem manutentionis certorum, vt in casu præsenti.

Qvæstio 1012.

An Legatum pro Missis censeatur reuocatum ex eo, quod legans moriatur incapax.

SVMMA.

1 *Datum ex vna causa sub opposita censetur ademptũ.*
2 *Legatum pro Missis non adimitur, si testator ex facto proprio fiat incapax, &c.*
3 *Peccans ex amore sui peccat.*
Testator non censetur recedere ab amore erga seipsum.
4 *Inimicitia superueniens facit cessare legatum.*
Perseuerante amore testatoris erga seipsum non reuocantur dispositiones ex illo procedentes.
5 *Factum testatoris quando inferat reuocationem Legati.*
Legatum non cessat durante fine legantis.
6 *Datum sub modo, aut conditione, quando sub opposito non censeatur ademptum.*
Conditio non impleta ob impedimentum positum à testatore non aufert legatum.
7 *Missa ex legato an celebranda quando testator moritur incapax vt cesset affectus debet adæquatè cessare causa finalis.*

1 QVia cootingere potest, quòd testator post conditum tellamentum, & institutum legatum pro Missis celebrandis, moriatur in tali statu, vt non possint pro ipso missæ celebrari; vt si moriatur impœnitẽs, excõmunicatus, aut in notosio peccato, aut quocumque modo careat Ecclesiastica sepultura & proiode incapax sit suffragiorum Ecclesiæ. Ideò dubitatur, an in tali casu censeatur reuocatũ legatũ pro Missis. Videtur eoim ex facto testatoris reuocari legatũ. Nam cum se reddiderit incapacé fructus sacrificij Missæ, & proinde cesset causa finalis, ob quã legauerat, debet etiam cessare legatum. Accedit etiam, quod non possunt pro ipso celebrari Missæ, atque adeò non potest locum habere effectus: ad quem est ordinatum legatum, & ptoinde videtur resolui, quia datum ex vna causa sub opposita ceosetur ademptũ, *l. si legatum purè, ff. de adim. leg. & l. Aliquando ff. de condit. & demonstr. & l. Quod purè, ff. Quando dies leg. ced. & l. Pecuniam quam, ff. si cert. pet.* & notant Ruin. *cons.* 33. *num.* 3. Natta *cons.* 200. *num.* 1. Cephal. *cons.* 17. *num.* 20. Osasch. *decis. Pedem.* 166. *num.* 4. Surd. *cons.* 157. *num.* 9. Craueta *cons.* 80. *num.* 2. Menoch. *præsumpt.* 183. *num.* 54. *lib.* 4. & ideò io tali caso cessare legatum ex voluntate testatoris, sentit Comensis *in l. In testamento.* 2. *ff. de condit. & demonstrat.*

2 Diceodum tameo est. *Legatum non censeri ademptum, etiam si testator ex facto proprio incapax sit factus*

factus beneficiorum sacrificij. Ita Dinus in *l. Miles, §. Teā ff. de adul.* Bart. *ibid. & in l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & Cler.* Spinus *in specul. testam. Glos. 2. de elect. sepul. num.* 34. Guilliel. de Benedict. *in cap. Raynutius, nu.* 50. *&* 295. *de testam.* Menoch. *præsumpt.* 183. *num* 46. *lib.* 4. Cotta *in memorabil.* verbo *Inimicitia.* in fin. Simon. de Prætis, *de interpret. vlt. volunt. lib.* 4. *interpret.* 3. *dub.* 1. *num.* 11. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 29. Medices *de sepul. part.* 1. *quæst.* 25. Cardin *in Clement. Dudum §. Verum. num.* 11. in fin. *de sepult.* Ancharan. *in cap. cũ filius. n.* 1. Io. de Anania; *num.* 4. Imol. *num.* 8 *de testam.* Plaza *in Epitome delictor. cap.* 23. *num.* 14. Angel. de Gambrlion. *de testam. glos.* 8. Amesaca *de potest. in se ipsum. cap.* 22. *n.* 33. qui alios citat. Benedict. Ægid. Lusit. *in l.* 1. *part.* 1. *§.* 4. *num.* 3. *C. de sacrosan. Eccles.* Angel. *verbo.* Legatũ. *n.* 10. Syluest. *quæst:* 4. *&* 6. Armilla *num.* 8. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 37. Alphons. de Leon. *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 18. *num.* 278.

3. Quod autem non sit reuocatum legatum ratione excommunicationis; probaui *in quæst. canon.* 270. *cent.* 3. vbi *num.* 4. assignaui rationem specialem pro excommunicatione nunc autem assignanda est pro alijs casibus. Potest autem optimè ex eo deduci, quod, quamuis testator aliquid agat in præiudicium animæ suæ, & præsertim quando inpenitẽs decedit in notorio peccato, aut quocumque alio modo; vnde ipsi sequatur damnatio æterna, non tamen censetur recedere ab amore erga seipsum, nam etiam in eo, quod peccat, & in damnationem peccat, ex amore sui, licet inordinato, peccat, vt egregiè explicat D. August. *Concione* 2. *in Psal.* 32. his verbis. *Considerate hoc paululũ in hominibus omnibus, qui mali faciunt. Beati semper esse volunt. Furtum facit, quæris. Quare? propter famem, propter necessitatem: ergo ne miser sit; malus est, & ideò miserior est, quia malus est. Depellendæ ergo miseriæ causâ. & acquirendæ beatitudinis causa faciunt omnes homines quicquid vel boni faciunt vel mali. Semper ergo beati esse volunt, siue mali viuentes siue bene viuentes.* Quod autem fit intuitu beatudinis, fit ex amore proprio, quia intendẽs sibi beatitudinem, ideò intendit, quia seipsum amat.

4 Dũ autẽ testator nõ recedit generaliter ab amore erga seipsũ, nec etiã recedit ab ijs dispositionibus, quæ processerũt ex tali amore. & ideò habetur saltẽ volũtas interpretatiua ipsius pro manutenẽdis huiusmodi dispositionib. Et sicut inimicitia superueniens facit cessare legatum, quia inducit mutationem voluntatis, atque excludit amorem, *l. si inimicitia, ff. de his quib. vt indign. & l.* 3. *§. vlt. ff. de adimen. legat. & l. filio. §. Seia. ff. eodem,* & tradunt communiter Doctores, Bart. *in d. l. filio.* Ripa *in l. fin. num.* 151. *C. de reuoc. donat.* Alexand. *cons.* 125. *num.* 5. Aret. *cons.* 93. *numer.* 5. ver. *Hoc conclusio,* Bald. *in l. His consequenter in fin. ff. famil. erciscun.* Decian. *cons.* 37. *num.* 35. & latè Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 5. *per tot.* Quia vero sit mutata voluntas, & amor conuersus sit in odium, non adest amplius beneuola voluntas erga Legatarium; quæ manuteneat legatum pro tempore mortis, atque adeò cessat vltima voluntas, quoad tale legatum. Ita in præsenti, cum perseueret amor testatoris erga se ipsum, atque adeò etiam beneuola voluntas, perseueret etiam pro tempore mortis voluntas manutenens legatum.

5 Ad rationem dubitandi resp. Legatum non reuocari ex facto testatoris, quia legatum non reuocatur sine mutatione voluntatis, & ideò nisi factum testatoris inferat mutationem voluntatis, non est sufficiens ad reuocandum legatum, oportet enim, quod faciat cessare voluntatem, quæ fuit causa legandi; quod non contingit in præsenti vt constat ex dictis, quia non recedit testator ab amore erga seipsum, ex quo processit legatum. Ad prob. autem resp. Quod cessat quidem causa finalis legati, quæ est celebratio Missarum, quia non possunt pro testatore defuncto celebrari, quod tamen est per accidẽs non cessat tamen causa finalis legantis, nempe amor erga seipsum, qui cum sit primum motiuum voluntatis, est sufficiens ad ipsam manutenendam. Nec obstat, quod legatum pro Missis fiat medium frustatorium ad finem intentum per amorem, quia hoc solum facit, quod adsit causa sufficiens pro mutanda voluntate, non autem quod sit mutata, sicut contingit quando superuenit inimicitia.

Ad Confir. Datum ex vna causa sub opposita cen- 6
seri ademptum quando id prouenit ex parte accipientis, non autem quando opposita causa ponitur ab ipso dante. Vnde etiam datum sub modo, seu sub conditione, non censetur ademptum sub negatione modi, aut conditionis, quando prouenit ex parte dantis, quod impleri non possit. iuxta *l. Cum ita datur. ff. de condit. & demonstr.* & hoc est generale in omnibus legatis, quod quando conditio, seu modus adimpleri non potest ex impedimento posito à testatore, habetur pro adimpleto. *l. in testamẽto.* 2. *& l. Vter exfratrib. & l. Titius si Statuas. ff. de condit. & demonstrat. & l. Post diem. §. Item si quis. ff.* Quando *dies leg. ced.* & notant Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 36, Pellicion. *Illustr. quæst.* 31. versi. *& procedit dictum.* effectus enim celebrationis pro testatore non potest exequutiuni mandari, nisi ipse se conseruet capacem, & ideò illi imputari debet, si ponit impedimentum capacitatatis.

Hinc autem insurgit alia difficultas, an, cum 7
Legatum sit soluendum, missæ celebrandæ sint, stante incapacitate testatoris. Resp. Cassina *in Cachechesi Regul. tit.* 12. *num.* 10. Quod si semel sunt celebrandæ, debent celebrari, quando excommunicatus est post mortem absolutus. Si verò sint quotidianæ, aut pro certis diebus, debent celebrari à tempore absolutionis, non autem pro tempore antecedente absolutionem. Quia sunt affixæ tempori, quo transacto, cessat obligatio. Vnde secundum ipsum nullo modo essent celebrandæ, si nunquam absolueretur. Verum esse absolutè celebrandas, resoluendum est. Quia præsumi debet, quod testator intenderit, quod dictæ Missæ etiam alijs prodessent, præsertim si ipse non indigeret. Secundò. Quia non cesset adæquatè finis testatoris, nam iniungendo celebrationem Missarum, præsumendum est, quod intenderit omnes illos fines, ad quos ordinatur celebratio Missarum, atque adeò cultum Dei per oblationem sacrificij, cultum Ecclesiæ, & fortè etiam commoditatem populi in Missis perpetuis. Vndè cum non cesset adæquatè finis celebrationis Missarum, ex hoc quoque capite censendum est non cessare Legatum: quia vt cesset effectus; debet adæquaté cessare, causa, alioquin remanente ex parte non cessat. *§. Affinitatis, & §. Socrum. Instit. de nupt. & l. si ventri. §. In bonis, ff. de reb. Auct. Iud. possess. & l. vnius; §. seruus, ff. de quæst. & l. si non lex. ff. de hæred. institut.* vbi Bald. & Imola.

* * *

QVÆSTIO 1013.

Quale censendum sit legatum pro Missis, an certæ speciei, an vero quantitatis.

SVMMA.

1 *Vno legato pro Missis hæres non tenetur ad aliud, sed illud debet soluere.*
Etiam in foro conscientiæ.

2 *Aliud legare centum de bonis proprijs, & aliud legare bona valoris centum.*

3 *Quando legatum pro Missis sit de quantitate, & quando de fundo.*
Quid seruandum in interpretanda mente testatoris:

4 *In dispositione dubia recurrendum ad causam legati.*

5 *Legatarij quando pro Missis possint exigere congruũ fundum.*

6 *Legata certa specie pro Missis, possunt hæredes cum Legatarijs concordare.*

1 DIfficultas locum habet, quando non constat, quid præcisè legauerit, an scilicet aliquod corpus hæreditatis, seu certam speciem, an verò quantitatem, seu pecuniam. Certum est enim, quod si constet, testatorem legasse pecuniam, aut fundum, id esse soluendum nec vno legato teneri hæredem ad aliud, iuxta *l. 2. §. Creditum, ff. si cert. pet.* nec posse aliud soluere, nisi inter partes conueniat: vt inter alios notant Valent. *tom. 3. disp. 7. quæst. 6. punct. 7.* Molina *tom. 2. de iust. & iur. disp. 10. dub. 1. num. 2.* Tanner. *tom. 3. sum. disp. 4. quæst. 6. dub. 14. num. 375.* Quod valet etiam in foro conscientiæ, quamuis Valer. *in differen. vtriusque fori, verbo* Debitum *differen. 8. n. 1.* oppositũ sẽtiat. Nam obligatio soluendi debitũ ea genere suo afficit in foro cõscientiæ, quia est obligatio iustitiæ: & ideò afficit in cõscientia secundum omnem sui determinationem. Rursus creditor habet ius ad totum id, quod cadit sub obligatione, & ideò læditur ius, si non reddatur quod est de alieno iure. Si autem læditur ius alienum, læditur iustitia, atque adeò peccatur, & fit contra obligationem conscientiæ. Denique obligatio soluendi aliquid incerta specie, est indiuisibilis: & ideò aut secundum se totum afficit conscientiam, aut secundum nihil. Difficultas ergo locum habet, quando non satis constat de mente legislatoris.

2 Roin *cons. 65. vol. 2.* Magon. *decis. Lucen. 63.* aiunt, aliud esse legare centũ de bonis suis: & aliud legare bona valoris centum. Primo modo censetur legata species. Et proinde inspiciendum esse, an quantitas, an vero species sequatur immediatè verbum, *Lego*, aut aliud verbum dispositiuum. Verùm hæc distinctio non satisfacit. Quod si testator dicat, *Lego bona mea vsque ad valorem centum*, si habeat in bonis pecuniam numeratam, poterit legatum intelligi de pecunia aut etiam de fructibus vsu consumptibilibus, si adsint. Deinde etiamsi dicat, *Lego centum de bonis meis*, non constat, quod leget quantitatem, præsertim si non habeat numeratam pecuniam: nam potest dici, quod quantitas expressa sit mensura, secundum quam species legata est mensuranda.

3 Itaque magis placet distinctio Alphons. de Leon. *de off. Capel. quæst. 5. sect. 26. num. 358.* Nempè, quod si legatum sit pro Missis manualibus pro vnica vice celebrandis, legatum intelligi debeat de quantitate. Si verò sit pro Missis perpetuis, debet accipi de fundo aliquo, seu specie. Ratio prioris partis est, Quia dispositio dubia testatoris recipit determinationem à consuetudine, Sicut enim præsumitur, se voluisse conformare legibus, ita etiam præsumitur, se voluisse conformare consuetudini. Vnde, cum consuetudo habeat, quod pro Missis vnica vice celebrandis soluatur pecunia, de quantitate est interpretanda dispositio testatoris. Præsertim quia, in interpretandis dispositionibus testatorum, seruanda est hæc regula, vt accipiantur iuxta naturam rei, materiã subiectam, & regulas iuris, vt obseruant Couarruu. *Pract. quæst. cap. 37. num. 12.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 12. num. 3.* In præsenti autem subiecta materia, & rei natura exigit, legari quantitatem, quia exigit, legari eleemosinam pro substentatione celebrantium.

Ratio verò posterioris partis est, Quia quando 4
dispositio de legato est dubia, recurrendum est ad causam legati, & iuxta ipsam est determinanda, *l. Vxorem. inst. ff. de legat. 3.* & notant Glos. *in l. Cum pater. §. Dulcissimus verbo.* Discordiis. *ff. de leg. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 14. num. 13.* Menoch. *præsũpt. 145. num 10. lib. 5.* Giurba. *decis. sicil. 28. in fin.* Nam cum legans respexerit ad causam, ad quam ordinauerit legatum, verisimile est, imo necessarium, quod voluerit, esse proportionatum causæ. Vnde, cũ pro Missis perpetuis requiratur fundus fructifer correspondens oneri perpetuo, ex causa determinatur eius dispositio, vt accipi debeat de specie, seu fundo; non vero de quantitate. Quod præsertim verum est, stantibus Decret. sac. Congreg. *de celebrat. Missar.* quæ pro Missis perpetuis requirunt fundum fructiferum, itavt fructus correspondeat oneri Missarum.

Ex quibus infertur, Quod in hoc casu possint le- 5
gatarij exigere ab hæredibus congruum fundum fructiferum, hoc est necessarium, tum ex dispositione Decretorum *de celebrat. Missar.* tum etiam ex causa legati, quæ ita determinat dispositionem testatoris: & in iudicio poterunt cogere hæredes, aut assignare fundum de bonis testatoris, aut nouum erigere Poterunt tamen ijdem legatarij accipere etiam pecuniam, dummodo tamen eam conuertant in fundum fructiferum, iuxta dispositionem prædictorum Decretorum. *de celebrat. Missarum.*

Infertur 2. Quod si sit legata certa species pro 6
Missis siue vnica vice, siue in perpetuũ celebrandis, & ægrè hæredes se illa priment, poterunt cum legatario cõcordare, aut de alia specie soluẽda, aut de soluẽda æstimatione. Quia potest legatarius cedere iuri suo. Ita tamen, vt si Missæ sint perpetuæ, ex pecunia erigatur fundus fructifer, qui continuo oneri correspondeat. In quo tamen est aduertendũ quod fundus cõpensandus non sit futurus inferioris conditionis, quam esset legatus, aut subiectus maiori periculo, nam hoc vergeret in præiudicium successorũ, quod fieri non potest.

QVÆSTIO 1014.

An legata pecunia pro Missis, possit hæres soluere speciem, seu res.

SVMMA.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij potest pro legato pro Missis dare res hæreditatis.*

2 *Legatarijs satisfaciendum de hæreditate.*
Quod stat sub dictione dubitatiua non disponitur.
Hæres habet electionem satisfaciendi legatarijs &c. aut rebus hæreditatis, aut quantitate.

3 *Beneficium inuentarij cur inuentum.*

IN contrarias partes abeunt Doctores in resol- 1
uenda difficultate, an scilicet hæres possit soluere debita

& legata testaroris, dando in solutum ses hæreditatis, aur nomina debitorum. Procedir autem quæstio de hærede, qui adijt bæteditarem cum beneficio legis, & inuentarij. Dicendum tamen est. *Haredem cum beneficio legis, & inuentarij soluere posse legatum pro Missis, dando in solutum res hareditatis*, saltem quando non potest veodere, nisi cum aliqoo iocōmodo, qualis esset obligatio de euictione. Ita loquēdo geoeralites Castren. *in l. fin. §. Cum igitur num.* 2. *C. de iur. delib.* Buttigar. *ver. Modè quaro.* Bald. *not. vlt.* Bart. *num.* 3. Alberic. *num.* 17. Corn. *nn.* 15. Ias. *num.* 1. Guid. Papa *tract. de form. inuent. nn.* 20. Alciat. *cons.* 193. Fulgos. *cons.* 67. Roman. *cons.* 18. *num.* 4. Benincas. *De paupert. quest.* 9. *speciali* 10. *num.* 50. Rebuf. *Ad constit. Gal. Tit. de sentent. prouis. art.* 5. *glos.* 3. *num.* 16. *tom.* 1. Ancharan. *quest. famil.* 64. *parte* 2. Phanuc. *De inuentar. part.* 5. *num.* 149. & 152. Velasc. *consul.* 52. *num.* 39. Gozadin. *in repert. l. Qui se patris num.* 159. *C. vnde liber.* Monriculus, *De inuent. cap.* 9. *princip. num.* 8. & 23. Aogel. de Aretio, *De testamen. gloss.* 112. *num.* 8. Angel. de Parus. *in l.* 1. §. *Hac stipulatio, num.* 16. *ff. si cui plusquā per leg. Fal.* Porzellin. *De inuent. quast.* 7. *num.* 3. Hodierna, *in Addit. ad decis.* 20. *Surdi.* Gixxarel. *Decis. Neapol.* 7. *per tot.* Rot. *coram Ludouis. decis.* 352. *num.* 3.

2 Et hoc videtur decisum generaliter in *l. fin. §. sed & si legatarijs C. de iur. delib.* Vbi hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, satisfacere debent legatarijs, vel ex ipsis rebus, vel ex earum veoditione. Verba textus sunt, *Sed si Legatarij intereà venerint, eis satisfaciant ex hareditate defuncti, vel ex ipsius rebus, vel ex earum forsitan venditione.* Vbi est aduertendum, quod satisfactio debet fieri sub disiunctione, vel ex rebus bæreditatis, vel ex pecunia redacta ex ipsarum venditione. Vndè cum disponat alternatiuè, remanet electio penes hæredem tanquam debitorem, ioxta *l.* 10. §. *si res in dotem. ff. De iure dot.* & Cap. *In alternatiuis. De reg. iur. in* 6. & latè Anton. *de morat. prascript. cap.* 62. Est etiam notanda dictio, *Forsitan*, quæ inducit dubitationem, vt notat Rot. *decis.* 533. *num.* 3. *part.* 4. *Recen.* quæ proinde operatur, vt satisfactio ex pecunia retracta ex venditiooe, ponatur tanquam dubia, & psoiodè non cadens sub obligatione, sed dependens à libera voluntate hæsedis: & proinde huiusmodi solutio neque disponitus, neque approbatur à lege, vtporè stans sub conditione dubitatiua, vt notat Rot. *decis.* 456. *num.* 5. *part.* 3. *Recent.* Sed sebnquitur omninò libertati hæredis.

3 Ratio verò ea est, quam ponit text. *in d. l. fin. §. Et si prafatam C. de iure delib.* Quia beneficium inuētarij inuentum est ad præseruandos hæredes indemnes, ne dum hæreditas absorberetur à debitis, legatis, &c. cogeretur bæres de suo soluere. Ita enim æquitas exigit, *Ne* (vt habet texr.) *dum lucrum facere sperant, in damnum incidant.* Hoc autem contingeret, si cogerentur vendere cum obligatione de euictione, aut fideiussione, nam saltem subessent periculo soluendi de proprio. Vnde debuerūt præseruari à damno, cùm de iure naturali hæredes non teneantur vltra vires hæreditatis.

* * *

Qvæstio 1015.

Quomodo sit accipiendum legatum certa moneta, cuius plures sunt species.

SVMMA.

1 *De qua moneta specie accipiendū legatū pro Missis.*
Facienda illa interpratatio, qua hares minus granatur.
Legato Calice intelligitur de argenteo.
2 *Legatum pro Missis debet accipi de moneta maioris valoris.*
Ad pias causas facienda est ampla interpratatio.
3 *Est de iure, & de mente Testatoris.*
4 *Quo maior est eleemosina pro Missis, defunctus percipit maiorem fructum.*
5 *Si consuetudo intelligat de moneta minoris valoris, an hac censenda legata pro Missis.*
Coniectura ex ordinata charitate, cæteris praferri debet.
6 *In dubio praferenda coniectura fauens anima testatoris.*
Anima cunctis anteponenda.
Vltima voluntas habet pro scopo salutem anima.
7 *Maior eleemosina reddit sacrificium magis fructuosum, etiamsi testator de ipsa non intenderit.*
8 *Quando facienda interpratatio minus granans haredem.*
Coniectura ex affectione cæteris prafertur.
9 *Ex l. Titia debet sumi ampla interpratatio ad causas pias.*
10 *Vota pradecessorum soluenda iuxta consuetudinem.*
Electio est penes debitorem, quando potest magis, vel minus soluere.
Obligatio est stricti iuris.
11 *In obligationibus ex aliena voluntate in dubio facienda stricta interpratatio.*
Votum alio modo interpratandum, ac vltima voluntas.

Si quis pro missis leget certam sūmam, seo quantitatem exprimendo monetam, cuius pluses sint, species, vt si legaret centū scuta, qoæ & aurea, & argētea reperiātur, dubitatur, de qoa specie monetæ accipiēdum sit, an de aurea, an verò de argentea, si testatos quoad hoc mentem suam non expresserit. Quod autem accipi debeat de moneta minosis valoris, ex eo colligi videtur, quod faciēda est illa interprætatio, quæ minus gsauat hæredem. *l. Vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg.* 2. Tursus *in l. Titia. § seia. ff. de aur. & arg. leg.* deciditur, legatum de figno in donum legato templo, quod debeat esse argenteū, quia in eo templo nōnisi dona aurea, & argentea fieri cōsueuetuor. Ergo cum debeat fieri argēteum, & non aureū faciēda est stricta interprætatio, vt cēseatur lagatum id, quod minus est. Et ita ootant Ias. *in l. si ita sit scriptum num.* 17. *ff. De leg.* 1. Denique in Cap. *Ex parte De Censib.* resoluitur, quod votū de soloēda mēsura tritici, intelligitus de minima, cessante consuetudine in contsariom. 1

Tenendū tamen est. *Quod legatū accipi debeat de moneta maioris valoris.* Ita in specie Alphōs. de Leoo. *de off. Capel. q.* 5. *sect.* 26. *n.* 360. Et desumitur ex illis Doctoribus qui cōmuniter volūt, quod in legatis ad pias causas, faciēda sit ampla interpretatio. Ita Abb. *in cap. Indicāte n.* 6 *de testam.* Couarr. *n.* 4. Roman. *singular.* 515. Bald. *in l. Titia. §. seia. ff. de aur. & arg. leg.* Bart. *ibid.* Cagnol. *in l. semper in obscur. n.* 10. *ff. de reg. iur.* 2

Gozadin. *consilio sexsagesimo numero decimo quinto* Angel. *consilio trecentesimo nonagesimo secundo numero quarto* ver. *secundo.* Socin sen. *consilio ducentesimo quadragesimo septimo, numero sexto, volumine secundo.* Cephal. *consilio to tesimo quadragesimo quarto, numero vigesimo tertio, & vigesimo octano*, testans de communi. Corneus *cons.* 302. *num.* 2. *vol.* 4. Vasquea *de success.* §. 27. *num.* 27. Surd. *decis.* 298. *num.* 10. & *De alimen. tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 17. Menoch. *præsumpt.* 106. *num.* 33. *lib.* 4. Genuens. *in Practicabil. Eccles. quæst.* 153. & 443. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 37. ver. *Verum.* Riccius *decis.* 84. *part.* 2. Thomas *in sum. priuil. priuil.* 12. Rot. *in Rauennaten. bonor.* 1. *Febr.* 1647. ver. *Eoque magis* coram eminentissimo Corrado. Et in *eadem die* 11. *Ianuar.* 1649. §. *In præsenti* coram Dunoaetto.

3 Hæc autem ampla interpretatio, quoad dispositiones ad pias causas, Fundamentum habet in *l. si quis ad declinandum C. de Episc. & Cler.* Et etiam in eo, quod sumenda est illa interpretatio, quæ est fauorabilior ipsi testatori; siquidem disponendo, ad pias causas disponit in beneficium animæ propriæ, & ideò intendit fauorem proprium. Vndè, vt interpretatio conueniat fini, & menti eiusdem Testatoris, debet esse ipsi fauorabilis, atque ideò ampla quantum fieri potest; alioquin detraheret fauori ipsius, esset ipsi iniuriosa, quatenus ei non daretur quod in casu dubio posset dari.

4 Ratio verò specialis pro præsenti casu est, Quia eleemosina relicta pro Missis quo est maior, legatum est magis proficuum Testatori, non solum quia erogat maiorem eleemosinam, quæ proinde est magis satisfactoria pro defuncto: sed etiam, quia concurrit ad oblationem sacrificij maiori influxu, qui crescit ex incremento eleemosinæ; & proinde facit, quod sacrificium sit ipsi magis proficuum. In dubio autem est eligendum id, quod est magis proficuum Testatori, quia cum legauerit pro Missis in ordine ad satisfaciendum pro pœna debita peccatis, & vt, quam citò fieri potest, liberetur à pœnis Purgatorij, præsumendum est, quod elegerit viam magis vtilem, & compendiosam, qualis fuit legare maiorem eleemosinam pro Missis, & operari, quod sibi essent magis fructuosæ.

5 Hinc autem insurgit difficultas. An prædicta doctrina limitari debeat, vt non habeat locum, quando secundum vsitatum modum loquendi, aut Testatoris, aut communem loci appellationem, talis monetæ intelligeretur ea, quæ est minoris valoris. Et negatiuè resoluendum videtur. Quia concurrũt duæ coniecturæ, alia desumpta ex communi modo loquendi, aut etiam proprio Testatoris; & alia desumpta ex ordinata charitate, qua Testator debet seipsum, & multò magis animam propriam hæredi præferre. Hæc posterior coniectura anteponi debet, vt tradunt Albet. de Rozate *in l. Si pater tuus numero secundo. C. De hered. instis.* Ias. *ibid. numero secundo.* Mantica *De coniectura vltima voluntatis, libro duodecimo, titulo decimo septimo, num. vigesimo septimo.* Nam cum primus motus voluntatis consistat in amore, secundum ipsum regulatur in cæteris actibus: & ideò coniectura, quæ sumitur à charitate, præsertim erga seipsum, tamquam desumpta à proximo impulsiuo, & regulatiuo voluntatis, potentior est cæteris, quæ ab extrinsecis desumuntur, & certior omnibus vt pote desumpta ex intrinseco motu voluntatis eam inclinante in obiecta dilecta.

6 Accedit etiam. Quod quando in dubio concurrunt duæ coniecturæ, illa præferenda est, quæ magis fauet animæ testatoris, vt obseruat Mantica. *De coniectura vltima voluntatis libro sexto, titulo tertio, numero vigesimo quinto.* ver. *sed in dubio.* Quia anima debet anteponi cunctis rebus, & personis. *l. sancimus in fin. C. De sacrosancta Ecclesia*, & Cap. *Cum infirmitas De pœnitentia & remissione*, & Cap. *Cum infirmitas init.* 12. *quæstione prima.* Præsertim quando agitur de vltima voluntate, quæ respicit tempus mortis, & cuius præcipuus scopus est salus eiusdem animæ, *l. Hac consultissima.* § *At cum humana. C. Qui testam. fac. poss.* Et ideò præsumendũ est, quod Testator prætulerit prouisionem pro anima propria prouisioni pro hæreda, & voluerit, legatum esse de monetis maioris valoris, vt inde maiorem fructum perciperet.

Verùm, quid si Testator intellexisset de mo- 7
netis minoris valoris, conformando se cum communi modo loquendi.

Resp. Quod adhuc perciperet maiorem fructum, quia, vt opera satisfactoria sint proficua defunctis, sufficit si pro ipsis offerantur; & ideò cùm maior eleemosina sit magis satisfactoria, magis adhuc ipsi proderit maior eleemosina pro Missis. Rursus, cum monetæ maioris valoris soluuntur pro Missis, in virtute vltimæ voluntatis Testatoris, adhuc Testator influit in celebrationem Missarum maiori influxu, atque adeò Missæ sunt ipsi magis proficuæ, iuxta dicta suo loco.

Ad 1. Rationem dubitandi resp. Esse faciendam 8
illam interpretationem, quæ minus grauat hæredem, quando hæres comparatur cũ personis minus dilectis, secus autem, quando comparatur cum personis magis dilectis. Nam, cum testator disponat secundum affectionem erga personas, coniectura, quæ desumitur ex affectione cæteris omnibus præfertur, & secundum ipsam mens testatoris est declaranda, vt tradunt, præsertim Socin. sen. *cons* 23. *num.* 21. *vol.* 1. Socin. iun. *cons.* 126. *num.* 7. & 52. *vol.* 1. Alciat. *cons.* 122. *num.* 9. *lib.* 9. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 13. Vndè cùm Testator, iuxta ordinem charitatis, magis seipsum diligat, & propriam animam, quàm hæredem, non est dicendum, quod voluerit grauare hæredem, vt propriæ animæ magis benefaceret. Imò coniectura, quod noluerit aliquid speciale disponere in beneficium propriæ animæ, vt minus grauaret hæredem, esset contra ordinem charitatis naturalis.

Ad 2. Rationem dubitandi resp. In ea *l. Titia.* §. 9
Seia. ff. de aur. & arg. leg. proponi difficultaté, An statua legata centum librarum posset poni in templo ex ære: & Sæuolam respondisse, non posse poni, quia in illo templo omnes statuæ erant aureæ, aut argenteæ: & ideò legatum de statua fuit amplè interpretatum, quia potuisset fieri ex viliori materia, nempe ex ære. Quæ interpretatio etiam fundabatur, quia in illo templo omnes statuæ erant aut ex auro, aut ex argento, ad quod respexisse testatorem, verisimile fuit. Potuisset quidem fieri amplior interpretatio, nempe vt statua esset ex auro: sed quia debebat esse centum librarum, verisimile fuit, quod testatria noluerit legare tantam summam auri, quæ forsan absorbuisset totam hæreditatem. Vnde Glos. & communiter ex hoc tex. eliciunt, quod in legatis ad pias causas facienda sit ampla, interpretatio.

Ad 3. ex illo cap. *ex parte. De censib.* non col- 10
ligi intentum: ibi enim agitur de votis soluendis à successoribus in hæreditate, atque adeò de soluendo onere reali annexo hæreditati, atque debito ex iustitia, & cum quidam per multum tempus non soluissent, cœperunt soluere, sed secundum mensuram nouam, & patuissimam, & quæ non erat in vsu. Quo stante, respondet Pontifex. Quod cum non constet,

secundum

secundum quam mensurā eorum Antecessores solvetent, cogantur soluere secundum mensuram, secundum quam habitatores reg onis continnò persoluerunt, si secundum vnam, & eandem mensuram persoluerunt. Quod si persoluerunt secundum diuersas mensuras, si velint soluere secundum minorem, non esse cogendos, vt soluant secundum maiorem. Ex quibus constat, quod non agitur de interpretanda voluntate dubia, vt proinde debeat sumi latior interpretatio, sed de seruanda consuetudine soluentium vota Antecessorum. Rursus, quod stante varietate consuetudinis, soluentes vota Antecessorum non sunt cogendi, vt soluant secundum maiorem mensuram. Quia cum agitur de soluendo quod de iure debetur secundum mensuram consuetudinis, si consuetudo admittit maiorem, & minorem mensuram, non est debitor cogendus soluere secundum maiorem, cum non constet, secundum quam mensurā so'uerint Antecessores, sed cū solui possit maiori vel minori māsura, electio est penes debitorē, iuxta. *l. 10. § si res in dotem, ff. de iur. dot.* & cap. *In altern. de reg. iur in 6.* Præsertim quia obligatio strictè accipienda est. Et cum non constaret, quomodo obligatio voti transisset ad successores, & secundum quam in erpretationem, non amplius agebatur de interpretanda voluntate vouentiū, sed de obligatione iam exequutioni mandata, & proinde determinata & cum non constaret de determinatione, debuit strictè interpretari. Obligatio enim est stricti iuris, *l. Obligationum substantia. & l. Arianus ff. de act. & obligat.* & notant Ba'd. *cons. 55. num. 2. ver. sed ponamus, lib. 2.* Fulgos. *con. 80. in fine ver. Et si quid* Cardetio. *conf. 20. de lud.* Rota *decis. 436. n. 3. part. 3. Recent.*

11 Ex quibus constat, quod exd tex. nō elicitur, quod in dispositione testatoris sit facienda stricta interpretatio, etiam quoad causas pias quia non agitur ibi de interpretanda vltima voluntate, neque aliqua alia voluntate, quæ causas pias concerneret. Sed quod in obligationibus susceptis ex aliena voluntate, quando non constat quantæ sint, & consuetudo adimplendi est varia, sit facienda stricta interpretatio; quod est quid longe diuersum. Vode d textus nihil facit pro interpretatione vltimatuio voluntatum. Præsertim quia alio modo interpretandum est votum; ac vltima voluntas, vt etiam obseruat Geouens. *in Pract. Eccles. quæst. 153. in fine.*

QVÆSTIO 1016.

An si testator leget certam speciem monetarum pro Missis, qui valor sit attendendus.

SVMMA.

1. *Legatum solui debet in specie moneta expressa, si ita sit dispositum.*
2. *In contractibus soluenda species moneta conuenta stante quocunque incremento, vel decremento.*
3. *In Legatis pro missis legata specie an attēdendus valor tempore testamenti.*
4. *Si species expressa moneta demonstret valorem, attendendus est iuxta tempus conditi testamenti.*
5. *Si species moneta sit deducta in obligationem, attendendus valor temporis solutionis.*
6. *Res legata attendenda est æstimatio tempore mortis. Res legata perit legatario.*
7. *Quando censenda deducta in obligationem species moneta. Specialia indigent speciali expressione.*
8. *Si exprimatur valor moneta legata quando solui debeat species secundum valorem currentem tempore solutionis.*
9. *Si species moneta sit expressa taxatiuè, qui valor attendendus.*

SI contingat, testatorē relinquere pro Missis summam pecuniæ certæ speciei nempe Zecchinorū. Duplarum, aut similium, & alius valor fuerit tempore conditi testamēti, & alius tempore mortis; dubitatur, quinam valor sit attendendus. Est autem supponendum tamquam certum, quod si testator expressit, non solum certam speciem monetæ sed etiā quod solutio fieret in illa specie, debet legatum solui in specie moneta um expressa, cuiuscumque valoris sit, sequuta morte testatoris. Quia hæres obligatur ad id totum, quod ex dispositione testatoris venit sub ratione legati. Vnde si testator dispsosuit, quod soluatur legatum in tali specie monetæ, tenetur hæres in illa soluere, cuiuscumque valoris sit. Idem enim operatur voluntas testatoris in legatis, quod operatur pactum in Contractibus. 1

Quando autem in Contractibus deducitur in pactum certa species monetæ, ita vt in illa fieri debeat solutio, in illa ipsa est facienda, stante quocumque decremento, vel incremento valoris extrinseci, vt cōmuniter docet Glos. *in clement fin. de decim* Card. Panorm. *ibid.* Laudens. *de monet. num. 14. 15. 18. & 23.* Albert. Bruo. *præsupp. 2. numer. 2. & 8.* Budeus *cap. 15. num. 1.* Io. Aquila *theor. 1. 4. 8.* Thesaur. *part. 1. conclus. 13. & part. 2. casu 1. & sequen.* Anton. Fabr. *cap. 2. & 3. & conclus. 1. & 13.* Couarruu. *de veter. num. §. vnic. conclus. 4.* Marescot. *lib. 1. Variar. resolut. cap. 94.* Surd. *cons. 406.* Cenc. *de cens. part. 2. cap. 2. quæst. 4. num. 8.* Scaccia *de Commer. §. 2. gloss. 5. numer. 104. & 148.* Bonacina *de contractib. disputat. 3. quæstion. 13. punct. 3.* Rota *in nouissim. Diuersor. decis. 684. & in Cremonen. Pensionis. 15. Iunij. 1558.* coram Orano, & in *Cæsaraugust. Pensionis 18. Martij, 1591.* coram Gypsio; solum ergo dubium remanet, quando testator non obligat, vt soluatur legatum in illa specie, in qua est expressum. 2

Respondet autem Oldrad. *cons. 31.* Quod, sicut in Contractibus attendendus est valor monetarum certæ speciei currens tempore contractus, & secundum illam facienda solutio ita in testamentis attendendum est tempus conditi testamenti, itavt soluatur certa species pecuniæ, secundum valorem currentem tempore testamenti. 3

Verum, in hac difficultate inspiciendum est, quomodo testator expresserit speciem monetæ legatæ: Nam potuit exprimere ad demonstrandum valorem, seu quantitatem pecuniæ legatæ, & potuit exprimere ad deducendum in obligationem illam speciem monetæ. Si enim expressit talem speciem monetæ ad demonstrandum valorem, tunc attendendus est valor temporis, in quo relictum est legatum, siue in testamento, siue in codicillo, iuxta ea quæ traduor Barbatia *cons. 19. num. 7. ver. sed licet. lib. 4.* Cephal. *cons. 51. num. 6. lib. 1.* Boet. *decis. 327. num. 10. ver. & in hanc partem.* Couarruu. *de veter. num. cap. 7. §. 1. num. 1.* Penoa *decis. 592. num. 5.* Nam testator respiciens ad valorem monetæ, censetur assumpsisse speciem tamquam mensuram ad determinandam quantitatem legati, & ideò respexisse ad valorem currentem tempore conditi testamenti, aut codicilli. 4

Si verò deduxit in obligationem speciem monetæ expressam, ita vt ad hunc effectū expresserit, 5

tunc legatum est soluendum aut in specie monetæ expressæ, aut, si in alia moneta, attandendus est valor currens tempore solutionis, Nam quando venit in obligationem certa species monetæ, attendendus est valor, tempore solutionis. Cap. *Cum olim.* & cap. *Cum Canonicis, de censib.* vbi etiam Doctores. & tradunt Glos. *in cap. Quis ignorat. verbo* Tempore nostro. 32. *Quæst.* 4. Bart. *in l. Paulus. num.* 4. *ff. de solut.* Bald. *cons.* 213. *num.* 1. *lib.* 5. Curtius iun. *cons.* 14. *num.* 5. ver. *Non igitur.* Corneus *cons.* 269. ver. *Tamen conclus. lib.* 1. Aretin. *cons.* 13. *num.* 5. Gebr. *cons.* 164. *n.* 7. *lib.* 1. Socin. iun. *cons.* 44. *num.* 9. *lib.* 4. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 216. *C. de pact. interrumpt. & vendit.* Crauett. *cons.* 47. *num.* 6. vers. *Quinto dico.* Rot. apud Pennam *decis.* 686. *num.* 2. apud Ludouis. *decis.* 42. *num.* 6. & in Romana *Aureorũ aucto Zeccarum.* 10. *Iunij.* 1597. coram Lancelloto, *& in Cremonen. Pens.* 21. *Iunij.* 1597. coram Millino. & *in Mantuana Pension.* 12. *Iulij.* 1617. corã Dunozetto. & *in Capuana Pens.* 6. *Martij.* 1617. corã Verospio. & *in Placentin. Vicaria.* 10. *Ianuarij.* 1620. coram Remboldo. Cum enim certa species legata sit, per se primo fuit à testatore electa species, & consequutiuè valor, & proinde cum debeat in exequutionem legati præstari species, attendendus est valor, qui tempore solutionis consequntiuè se habet.

6 Quod etiam declarari potest ex legato certæ speciei, nam tunc res illa in specie præstanda est pro exequutione mentis testatoris. Quod si cõtingeret, non posse præstari, vel quia testator legasset ignorantes rem alienam, vel quia ex necessitate alienata fuisset, & proindè esset præstanda æstimatio; attendi deberet æstimatio, quam habet tẽpore mortis. Quia res certæ speciei legata stat periculo legatarij, & ipsi crescit, vel decrescit quoad æstimationem, sicut etiam si perit, eius damno perit. *l. Quidam testam.* §. *& si ubi. ff. de leg.* 3. Eodem ergo modo dicendum est, quando legatur certe species monetæ, quia tunc species attendende est, quam res certa, ita vt valor veniat in consequentiam.

7 Huic tamen insurgit aliud dubium, Quid dicendum, si non constet, an testator voluerit deducere in obligationem speciem monetæ, an verò illam expresserit in ordine ad declarandum valorem. Resp. In tali casu censendum esse, deductam fuisse in obligationem speciem monetæ. Nam, quod species monetæ assumatur ad declarandum valorem, & consequenter ad exprimendam quantitatẽ legati, est quid speciale & ideò nisi aliquo modo exprimatur, non debet censeri inductum, cum specialia indigeant speciali expressione. *l. Item apud labeonem.* §. *Hoc edictum. ff. de iureiur.* & Cap. *Quia, de sentent. excomm. in* 6. Dum autem excluditur per non expressionem, quod species monetæ expressa non inseruiat ad declarandum valorem, remanet in dispositione, & obligatione ipsa species monetæ.

8 Ex dictis colligitur. Quid dicendum, si testator legaret pro Missis certam speciẽ monetæ, exprimendo eiusdem valorem determinatum, vt si legaret aurea scuta ad rationem quindecim iuliorum pro scuto, & interim variaretur valor iuliorum. Inspiciẽdum est enim, an moneta minuta, secundum quam exprimitur monetæ maioris valor, stet demonstratiuè ad demonstrandam speciem certam monetæ maioris, an verò stet taxatiuè. Si enim stat demonstratiuè, tunc facta quacumque variatione monetarum inferiorum, solui debet certa species legata secundũ valorem currentem tempore solutionis, quia ipsa stat in obligatione, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Cum quid.* in fin. *ff. si cert. pet.* Decius *in l. Quod te, n.* 8. *eodem tit.* Cephal. *con.* 31. *num.* 8. *lib.* 1. Crauetta. *cons.* 47. *num.* 6. Bolognett. *cons.* 51. *num.* 49. Socin. Iun. *cons.* 42. *num.* 6. *lib.* 2. Rote apud Pennam *decis.* 592. *num.* 4. *tom.* 1. *& in Cremonen. Pens.* 15. *Iunij.* 1598. coram Orano.

Si verò sit posita taxatiuè, tunc attendendus est valor monetæ minutæ currens tempore testamenti, non autem tempore solutionis legati, siue auctus sit, siue diminutus, & proinde erit soluenda tanta pecunia, quæ æquiualeat valori illi taxato iuxta valorem monetæ minutæ currentẽ tempore cõditi testamẽti. Ratio est. Quia moneta minuta, secũdum quam fuit taxatus valor certæ speciei monetæ maioris, fuit assumpta tamquam mensura ad mensurandum valorem monetæ maioris. Mensura autem debet esse immutabilis, alioquin non posset nos ducere in cognitionem mensurati, & ideò debet semper assumi vt eadem. Vnde licet sit variatus valor monetæ minutæ, non debet attendi hæc variatio, sed attendendus est semper valor, qui assumptus est tanquam mensura maioris monetæ, alioquin variaretur mensura, nec seruaretur mens testatoris in determinanda quantitate legati, nam mensuraretur alia mensura, ac ab ipso fuisset mensurata. 9

QVÆSTIO 1017.

An res fideicommisso subiecta legari possit pro Missis.

SVMMA.

1 *Bona stabilia legari possunt pro Missis.*

2 *In fideicommisso fundari potest legatum pro missis, & quando.*
Quid si legatum sit perpetuum.

3 *Quomodo valeat legatum pro Missis super fideicommisso.*

4 *Res aliena legari potest.*
Ad quid tum hæres teneatur.

5 *Quando hæres teneatur ad legatum super fideicommisso.*

6 *Recipiens fideicommissum solum non tenetur ad legatum pro Missis, sed tenetur, qui recepit bona libera.*

QVod legari possint bona stabilia pro Missis, non est controuertendum: quia si legantur pro Missis manualibus, possunt, si opus sit, vendi, & tunc pretium inseruiet pro eleæmosina: vel etiam loco eleæmosinæ retineri possunt. Si verò legantur pro Missis perpetuis, & sint fructifera, habetur compendiosè, quod disponunt Decreta Sac. Congreg. *de celebrat. Missar,* nimirum, vt pro Missis perpetuis adsit fundus fructifer correspondens oneri. Quod si non sit fructifer, vendi poterit, & conuerti in fundum fructiferum. Difficultas autem est, an possint legari subiecta fideicommisso; siquidem hæc debent restitui. 1

Quod autem nõ possint legari per alienationem, certum omnino est; quia cum sint subiecta fideicõmisso, non est in potestate possidentis ea alienare. Vnde solum dubitari potest, an possint grauari ita, vt hæres teneatur soluere annuum legatum pro Missis. Et quidem posse super ipsis bonis fundari legatum pro Missis, si accedat consensus illius, cui restituende sunt, cum agatur de ipsius præiudicio, videtur resoluendum, iuxta doctrinam Duardi *de Censib.* 6. 1. *quæst.* 7. *num.* 34. quia tunc nulli fit iniuria. Verum hoc non videtur habere locum, si legatum sit perpetuum, & fideicommissum non finiatur in consentiente. Quia adhuc obstat præiudicium cæterorum successorum in fideicommisso; qui cum non possint 2

consen

consentire, nec etiam possunt graoari & ideò hoc pacto non potest imponi legatum super fideicommisso, nisi quoad eos, qui coosentiunt, & ptoinde ad eorundem vitam terminaturum.

3 Ao autem alio modo valere possit legatum soper fideicommisso, affirmatiuè resoluendum est. Ita vt teneatur bæres soluere æstimationem æquioalenté. Ita loquens de legato supes re sobiecta fideicommisso Laderchius *cons.* 53. *num.* 1. & de legatis pso pia causa Tiraquell. *de priuileg. pia caus. priuileg.* 66. & de legato pro Missis Alphons. de Leone. *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 27 *in fin.*

4 Ratio autem est, Quia cum fideicommissum debeat restitui, censetur tamquam res aliena, cum non sit sub dominio testatoris de ipso disponere. Si igitur legetur pro celebrandis Missis, valebit eo modo legatum, quo valet, quando legatur res aliena. Potest enim legari res aliena, iuxta §. *Non solum.* Instit. *de legat.* & *l. Cum alienam. C. de legat.* In boc enim casu tenetur bæres, rem legatam comparare, si iusto pretio eam obtinere possit, atque tradere legatario, in minus, tenetur præstare iustam æstimationé *l. si domus.* §. *In pecunia.* ver *Qui confitetur. ff. de leg.* 1. & *l. Non dubium.* § *vlt.* & *l. Qui concubinam.* §. *vlt. ff. de leg.* 3. Vode, legata re fideicommisso sobiecta, quia hæres non potest eam alienate, nec item poterat testatos, tenebitur bæres præstare æstimationem, & hoc pacto substinebitur legatum.

5 Est tamen aduertendum, Quod, vt teneatur hæres præstare æstimationem rei legatæ, & fideicommisso subiectæ, necesse est, qood cum hæreditate ei perueniant bona libeta, quæ oon sint fideicommisso subiecta, à quibus æstimationem trahere possit; nam si pesciperet tantom fideicommissum, ooo teneretur ad aliquid. Cum enim restator in tãtum legare possit, quæ sunt fideicommisso subiecta, in quantum obligare potest ad præstandam æstimationem, & in tantum possit ad hoc obligare, in quantum relinquit booa, de quibus poterat liberè dispooete. Si relinquat solum fidaicommissum, oon poterit obligare. Hoc autem intelligi debet de quibuscomque bonis siue immobilibus, siue etiam mobilibus, de quibus liberè possit disponere, nam sufficit, si quocumque modo trahi possit æstimatio à bonis liberis, cum ipsis imponere possit testator quodcumque oaus.

6 Ex his autem iofertor. Quod si testator relinquat hætedi solum fideicommissum, & de parte ipsius instituat legatum. Bona verò libera relinquer alteri vel per moduin legati, vel per modum partialis hæseditatis, æstimatio rei legatæ, & fideicommisso subiectæ non debebitur ab hærede fideicommissario, quia ipse nihil percepit à testatore, de quo liberè disponere posset, sed tantum à fideicommittente, vnde non potuit ab vltimo testatore grauati. Sed dabebitur ab altero cohærede, seu legatarijs. Com anim æstimatio sumenda sit de bonis liberis, constitoentur ij debitores, ad quos bona libera testatoris perueniunt. Et ideò si peruenerunt ad legatarios, singuli tenebuntur pro rata ad æstimationem. Nam de mente testatoris ceosetus inducta hæc obligatio super bona libera, & proinde ijs imposita, ad qoos pesueniunt. Quod præsertim verum est, quia legatũ pro Missis est cæteris anteponendom, vt constat ex dictis in superioribus.

Qvæstio 1018.

An bona Emphitheotica legari possint pro Missis.

Svmma.

1 *Res emphytheotica nõ potest legari Ecclesiæ, pro Missis*

Res emphitheotica non potest alienari in potentiorem.

Ecclesia est persona potentior.

2 *Alienatio in Ecclesiam rei Emphitheoticæ præiudicat domino directo.*

Defraudari spe reuersionis rei emphytheoticæ affert præiudicium.

3 *Legatũ pro missis imponi potest super re emphytheotica donec, &c.*

4 *Quando res emphytheotica reuertitur ad Dominum directum, cessat onus impositum.*

5 *Legata re emphitheotica Ecclesiæ debetur æstimatio.*

6 *Ecclesia quomodo possit percipere rem emphytheoticam.*

Sumenda illa interpretatio, qua plenius prouidetur saluti defuncti.

7 *Dominus directus potest tantum legare dominium directum.*

Quæ onera possit imponere rei emphytheoticæ.

1 Qvia duplici modo legari possunt bona emphitheoticæ pro Missis, vel legaodo Ecclesiæ, ita vt transeant in eius dominum, vel legando laico, aut relioquendo hætedi, cum onere anoui legati pro Missis. Est aotem supponendum, tamquam certum, Quod ses emphitheotica non potest legari primo modo. Primo quidem, quia res emphitheotica non potest alienari io poteotiorem, vt ex *l. fin. ver. sin autem. C. de iur. emphit.* & ex Cap. *Potuit. de locato.* colligunt commuoiter Doctores. Hæ autem personæ poteotiores sunt omoes illæ, quæ sunt priuilegiatæ, & suot difficilis conuentioois inter quas speciali modo connumeratur Ecclesia, vt notant Glos. *in d. cap. Potuit. verbo.* Prohibentur. *de locato.* Speculator *tit. de locato.* §. *nunc de aliqua. num.* 142. Ias. *in d. l. fin. num.* 90. *C. De iure emphit.* Salicet. *num.* 14. Grassus *cons.* 80. *num.* 1. *vol.* 1. Natta. *cons.* 491. Perez de Lara *de Anniuer. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 5.

2 Deiodè si res emphithaotica alienaretur in Ecclesiam, cederet in præiudicium Domiot directi, qoia efficeretus inalienabilis, & ipse fraudaretur quindennijs, & laudemio, & ipse priuaretur spe, quoad reuerteretus extincta emphitheusis, iuxta ea quæ tradunt Speculat. *Tit. de instrum. edit.* §. *Nunc aliqua. ver.* 116. Ias. *in l. fin. num.* 95. *C. de iur. emphit.* Cardin. *in cap. Potuit. de locato.* Imol. *ibidem.* Gamma *decis.* 238. *n.* 3. Bald in *Cap. Clerici. num.* 3. *de iud.* Felin. *in cap. Quæ in Ecclesiarum. num.* 70. *de constit.* Curt. sen. *cons.* 15. *n.* 24. Defraudari autem tali spe, est quid præiudiciale, *l. fin.* §. *sed quia nostra.* in fin. *C. Commun. de leg.* & ita tradunt Guilliel. de Benedict. *in cap. Raynutius. verbo.* Vxorem. *num.* 2. *de testamen.* Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 13. Mastrill. *decis.* 128. *in fin. part.* 2. Cancer. *Variar. resol. cap.* 11. *num.* 59. *part.* 1.

3 Secundo autem modo selinqui potest legatum, graoando scilicet bæredem, vel legatarium laicum, vt soluat annom legatum pro Missis celebrandis. Ita tamen, vt tale legatum extinguatot, quando res emphitheotica reuertitur ad directum Dominum. Ita alios citans, qui tamé loquuntur de feudo Alphons. de Leon. *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 27. *num.* 375. qui affert etiam rationes, qoæ militant pro feudo. Garzia *in summ. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub. vlt. num.* 4. qui alios citat. Et quidem quæ procedunt de feudo, à fortiori procedunt etiam de emphitheosi. Ratio verò est, Quia emphitheota habet dominium vtile, de quo disponere potest, cum possit etiam ipsum alienare, dummodo non alienet io personas prohibitas. Vnde dum transfert in alium huiusmodi dominium, potest etiam ipsum grauare.

4 Quod autem cesset onus impositum, quando res emphitheotica reuertitur ad Dominum directum, est

extra difficultatem, vt cum alijs notat Corbul. *de iur. emphit.* Tit *de cauſ. priuat ob aliena. irrequiſ.* Cancet. *Variar. reſol. cap.* 11 *num.* 23. *part.* 1. Duard. *De cenſib.* §. 1. *quæſt.* 12. *num.* 41 Nam cum onus habeat fundamẽtum in Dominio vtili, ſtatim ac ipſum ceſſar, debet etiam ceſſare onus, quod ipſi innititur. Et quia etiam reſolutio iure dantis, reſoluitur etiam ius accipientis. *l. lex vectigal ff. De pignorib.* Traoſit enim com ſua qualit. te reſolubilitatis.

5 Maior difficultas eſt, Ao ſi teſtator relinquat Eccleſiæ rem emphitheoticam, cum oon poſſit ad eius manus peruenire, debeatur pretium, itavt aut debeat veodi, & pretiũ ſoloi legatario, aut hæres ſoluere debeat æſtimationẽ, aut cogi Eccleſia legatāria ad vẽdendom perſonæ capaci, & quæ poſſidendo non inferat præiudicium Domino directo. Et pattem affirmatiuam tenẽt ſpeculator *tit. de locato.* §. *Nunc de aliqua. num.* 116. Abb. *in cap. Potuit de locato.* Io. Andr. *ibid.* Barbat. *ſuper Gloſ.* verbo. *Prohibere.* Io Faber. *in Authen. Ingreſſi. ver. Quid ſi Vaſſallus C. de ſacroſan. Eccleſ.* Iaſ. *in l. fin.* vet. *Capio, C. de iur. emphit.* Guilliel. Benedict *in cap. Raynut. verbo.* Et vxorem. *deciſ.* 5. *n.* 2. *de teſtamen.* Quos ſequitur Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. Alphonſ. de Leon. *de off. Capell. quæſt.* 5. *ſect.* 27. *num.* 367.

6 Ratio eſt, Quia licet Eccleſia non poſſit percipere rem emphitheoticam, cum in eam alienari non poſſit vt dictum eſt, poteſt tamen percipere in ordine ad vendendum perſonæ capaci, itavt venditio non ſit in præiudiciom domini directi; poteſt etiam ab hærede vendi aus præſtari eiuſdem æſtimatio. Ergo ita eſt interpretanda vuluntas teſtatoris in legando, vt velit, legatum peruenire ad legatariom eo modo, quo poteſt, quia ſumus in cauſa pia, & in qua agitur de beneficio animæ teſtatoris, & proinde eſt ſumenda illa interpretatio, qua plenius prouidetur illius ſaluti, vt obſeruant Decian. *conſ.* 81 *in fin.* 2. Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 62. Rota *deciſ.* 149. *num.* 6. *part.* 7. *Recen.* & *deciſ.* 113. *num.* 24. cotam Emioentiſſ. Otthobono. & cum alijs in *Rauennaten. bonor.* 1. *Febr.* 1647. cotam Eminentiſ. Cortado. & proinde tantundem erit, ac ſi legaſſet, quod venderetur res emphitheotica, & daretur pretium legatario, aut quod hæres ſoluere deberet æſtimationem. Et ſi valet legatum rei alienæ, à fortio i valebit rei emphitheoticæ.

7 Ex dictis infertur. Quod dominus directos rei emphitheoticæ legare poterit ſolum dominium directum, vt notat etiam Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 20. quia in hoc nihil præiudicat emphitheotæ, cum ipſi remaneat intactum dominiom vtile, & alias ipſe poſſit diſponere de dominio recto, tamquam de eo, quod eſt ſibi proprium. *l. ſi quod.* § *ſicut ff. de petit. heredit.* Verum nõ videtor poſſe in ipſo fondari onos perpetoom Miſſarom, niſi fortè proportionetur naturæ ipſius, ſiquidem non habet fructus certos, qui oneri correſpodere poſſint annuatim, cum rea emphitheotica ratione dominij directi fructificet ſolom quindennia, & laudemia: & proinde ſolũ videtur eſſe habile pro oneribus Miſſarum, correſpondentibus tantum quindennijs, & Laudemijs. In caſu aotem, quod res emphitheotica reuerteretur ad dominum directum, imponi poſſent onera correſpondentia etiam dominio vtili, hoc eſt fructibus ex dominio vtili.

Qvæstio 1019.

An pro Miſſis legari poſſit res feudalis.

SVMMA.

1 *In feudo an fundari poſſit legatum pro Miſſis, vt in re aliena.*
2 *Res feudalis non eſt in communi hominum commercio.*
Ius quod eſt ſuper feudo morte extinguitur.
3 *Valet legatum pro Miſſis ſuper re feudali.*
4 *Legata re feudali quando debeatur æſtimatio.*
Quando legata re aliena debeatur æſtimatio.
5 *Voluntas teſtatoris in omnibus dominatur.*
Nec ob ſubtilitates debet euerti, ſed benignè interpretari.
6 *Voluntas teſtatoris etiam coniecturata excludit omnes obiectiones.*
7 *Res feudalis eſt in communi hominum commercio.*
Quæ præſcriptione acquiri poſſunt ſunt in commercio.
In pluribus caſibus poteſt feudatarius diſponere de feudo.
8 *Res feudalis quomodo inalienabilis.*
9 *Teſtator legans rem feudalem non legat ſolum ius in ipſa.*
10 *Valet legatum Rei feudalis hereditariæ.*
Succeſſor in feudo tanquam hæres non poteſt impugnare factum defuncti.

TRactant hanc quæſtionem; quoad legata vni- 1
uerſaliter latè Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 12. & Gizzatell. *deciſ.* 35. *per totam.* & quia non poteſt feudatarius priuare illum, ad quem de iure poſt ipſius mortem peruenit feudũ; ideò dubitatur, an in tali caſo valeat legatũ, tamquam vt de re aliena legata. Plores autem Doctores negant, deberi æſtimationem, etiam in caſu in quo ſit legatum pro anima teſtatoris, ita docent Bald. *in cap.* 1. *num.* 4. *C. de ſacroſan. Eccleſ. in* 1 *leſ.* Purpurat *conſ.* 101. *num.* 6. Pariſ. *conſ.* 7. *num.* 14. *vol.* 1. Socin. ion. *conſ.* 41. *num.* 32. *vol.* 2. & alij plures loquentes generaliter.

Ratio fundamentalis præcipua eſt, Quia tunc 2
debetor rei alienæ, aot quaſi alienæ legatæ æſtimatio, quando ipſa eſt in communi hominum commercio. Legatom enim rei huiuſmodi in taorum valet, in qoantum res legata aut per emptionem, aot alio modo traoſire poteſt in dominium legatarij. Res autem, quæ ſine conſenſu Principis alienari nõ poteſt, qualis eſt feudalis, Cap. *Imperialem. inis. de prohibit. alien. fued*, non eſt in communi hominum commercio. *l. Apud Iulianum.* alias, *Idem Iulianus.* §. *conſtat. ff. de leg.* 1. Confirm. Quia in tali caſu cenſetur teſtator tantum legaſſe ius, qood ipſe habuit, ſed morte extinguendum. *l. Vxor patrui. C. de leg. vbi* Bart. & *l. Quod in rerum* §. 1. & *l. ſi domus.* §. *fin. ff. de leg.* 1. & *l. ſticho. ff. vſufruct. leg.* & proinda legatum eſſe inutile.

Cõmuniſſima tamen ſenteotia tenet, quod valeat 3
legatum, & debeatur æſtimatio. Ita loquuntur generaliter de quocumque genere legatorum, quando teſtator ſcit, rem legatam eſſe feudalem, tradunt idem Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *de ſucceſſ. feud.* cum Odofred. *in ſumma.* Faber. *in* §. *Non ſolum in fin.* Inſtit. *de leg.* Speculat. *tit. de locato.* §. *Nunc aliqua. num.* 143. *verſ.* 117. Iſernia *in cap.* 1. §. *vlt. in fin. de inveſ. de re alien. fac.* Afflict. *in cap.* 1. §. *Præterea ducatus. num.* 90. *De prohib. fin alien.*

seu alien. Freccia *de subinfeud. lib. 3. different.* 12. Camerat. *in repet. cap. Imperialem de probib.feud. alien.per Fridericum.* Curt. iun. *cons.* 3n.Io. Barbet. *in Viatorio vtriusque iuris.part.2. tit. de feud.* Marinus de Caramanien*in Neapol.const.Diua memoria.* verbo *super feudis.* Capic. *decis.*64. Luffred.*cons.*46.*num.*17. In.Ant.Lanat.*cons.*80.*per totum.*Io.Thom. Minad.*in repet.constit.In aliquibus.init.num.*33. Io. Dominic.de Anna. *in cons. de bac re inter allegat. Anna. vol.* 2. A Ponte *cons.*88. In. Thnmas de Matinis. *de gener. feud.tit.6 de feud. bared. n.* 39. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9.*tit.*12.*n.* 8.Gizzarell.*decis.*35. *per totam.*

4 Dicendum itaque est. *Legata re feudali, deberi æstimationem.* Quod ita intelligi debet, vt debeatur æstimatin, si testator relinquat bona aliqua libera, ex quibus æstimatio desumi possit, vt dictum est etiam supra, quando legatur fideicnmmissum. Et hoc sequitur ex dictis in superinribus, qund valeat legatũ rei alienæ, & quod loco illius debeatur æstimatio, quando comparari nnn potest, iuxta *l.si domus.* §. *In pecunia.*ver.*Qui confitetur.ff.de leg.* 1. *& l.Non dubinm.* §. *vlt.& l.Qui concubinam.*§.*vlt.ff.de leg.* 3. Vnde,cum legatum rei feudalis enmparetur legato rei alienæ, quæ cõparari nno potest, ideo debebitur æstimatio.

5 Accedit etiam, quod vnluntas testatoris in omnibus dominatur,*l.ex facto.*§. *rerum autem.ff.de bared. instit.& l.cum quæst.*in fin.*C.de leg.* & ideò debet omnino sustineri, & modis omnibus possibilibus servari.§.*Disponat.* Authen.*de nup.*.&cap. *Vltima voluntas.*13.*quæst.*2. Nec in præsenti ob subtilitates, quod feudum non possit legari, debet Euerti, *l.si quis baredem.ff.de instit.& substit.*sed est benignè interpretanda, vt effectum sortiatur eo modo quo potest.*l. Posthumus. ff. de iniust.testam.* Vnde cum in præsenti impleri possit, soluendo æstimatinnem, debet tali pactn exequutioni mandari.

6 Præsertim, quia voluntas testatoris, etiam ex solia coniecturis collecta sufficiens est ad excludendas omnes nbiectiones,& difficultates,vt nntant Fulgns. *cons.*13.*num.* 1. ver. *Quid namque.* Castren.*con.*123.*in fin.vol.* 1. In præsenti autem casu cnnstat de vnluntate testatnris determinata de celebratione Missarum, & prninde sufficit ad excludendas nmnes obiectiones, qund non debeat solui æstimatin, præsertim, si ex iure ciuili depromatur, eum non habeat locum, quoad dispnsita ad causas pias. Nec præsnmi potest,quod vnluerit inutiliter legare, quia legatum procedit ex effectinne erga seipsum, & nrdinatur ad vtilitatem animæ propriæ.

7 Ad rationem in oppositum resp. Rem feudalem, quamuis alienari non possit regulariter, adhuc tamẽ esse in communi commercin hominnm, quia acquiritur, inuestitura, successione, emptione, præscriptione, dnnatione, vt notant Isernia *in cap. Imperialem. de probib.alien.feud.per feder.* Gizzarell.*decis.* 35.*n.*25. Quæ autem præscriptione acquiri pnssunt, sunt in cummuni commercio hominum, vt notat Bald. tradens regulam ad cngnoscendum, quænam sint in nnstrn commercin, in *l.*11.*num.* 17. *C.de iur.dot.* Accedit etiam, quod multi sunt casus, in quibus feudatarius pntest disponere de feudo, & Princeps tenetur consentire, vt tradunt Isernia *in constit.in* §.*Quid ergo de inuest.de re al.fac.* Afflict.*in eandem const.* quos cum alijs sequitur Gizzarel.*ead.decis.* 35.*n.* 28.quod satis indicat, esse in communi hnminum commercin. Sic etiam res subiecta fideicommisso alienari non pntest, nisi & cum causa, Princeps interpnoat auctoritatem,& tamen nnn dicitur esse extra hominum commercium.

8 Ratin autem fundamentalis ea est,quam insinuat Mantica *de coniect.vlt. volunt. lib.*9.*tit.*12. *n.*11.quod res feudalis non est inalienabilis ex sui natura, sed tantum ex pacto:& extrinseca prohibitinne & proinde nnn est de illis rebus, de quibus procedit illa lex. *Apud Iulianum ff. de leg.* quia procedit de rebus publicis, patrimonio Principis, &c. quæ ex intrinseca acquisita qualitate sunt inalienabilia.

Ad Cnnfir. Nnn posse censeri, esse legatum tantũ ius, quod habet testator in re feudali, sed morte extinguendum & prninde legatum futurum inutile, quia cum testatnr sciat, rem esse feudalem, proindeque prnprium ius extinguendum morte, non debet præsumi, quod voluerit legare, quod non erat permansurum post ipsius mnrtem: quia hæc interpretatin est contra regulas, secundum quas vltimæ vnluntates explicandæ sunt. Quod præsertim locum habet in præsenti casu, in qun testator legat pro beneficin animæ propriæ: vnde nnn est præsumendnm, quod voluerit seipsum illudere. 9

Ex his à fnrtiori infertur; Valere legatum rei feudalis, si feudum sit hæreditarium; vt tradunt Bald. *in cap.Imperialem.init.num.* 19.*de probib.feud.alien.per feder.& in l.*1.*num.*27.*ff. de ver.deuis.* Alex *in l.etiam si filios.init.num.*5.*ff.* Qui *satisd. cog.*Ripa *in l.ex facto.*§. *si quis ita.n.*16.*ff.ad Trebel.* Gabr. *concl* 4.*n.* 1.*de verb. significat.lib.*6.Sucin.Sen *in l. Quidam relegatus. nu.* 9. *ff.de reb.dub.*Felin.*in cap.in præsentia.num.*44.*de probat.* Crauetta *cons.* 256.*n.*8.ver. *Hic tamen.* Roland.*cons.* 3.*num.*65.*vol.*1 testans de communi, & alij, quos citat, & sequitur Mantica *de coniect. vlt. volunt.lib.*9. *tit.*12. *num.* 14. & in hnc casu militat specialis ratio, Quia cum tamquam hæres accipiat feudum, non potest impugnare factum Defuncti. *l.si à matre. C.de rei vendic. & l.si ab eo.C. de lib. cau. & l. ex qua persona.* 192.*ff.de reg.iur.* Et notant Caual. *decis.* 536. *num.* 4. Buratt.*decis.*275.*n.*12.*& decis.* 817.*n.* 1. Seraphin.*decis.*1394.*num.*5. Duran. *decis.*1. *num.* 33. Eminentiss. Otthnbnn.*decis.*100.*num.*14.Rota.*decis.* 696. *num.*2. *part.*1.*recent.& decis.*39.*num.* 1.*part.*6. sicut impugnaret, si nollet ratum habere legatum super feudn. 10

QVÆSTIO 1020.

An testator grauare possit feudum pro Missis.

SVMMA.

1 *Feuda triplicis generis.*
Quid requiratur ad succedẽdum in hæreditarijs, & mixtis.
2 *Testator quomodo possit grauare legando hæredem in feudo.*
3 *Annuum legatum pro Missis fundari potest in feudo hæreditario.*
4 *Cur possit testator imponere onus legati hæredi in feudo.*
5 *Testator & hæres censentur eadem persona;*
Hæres non potest venire contra factum, testatoris
6 *Testator potest alteri legare rem sui hæredis.*
Disponere potest de rebus ipsius.
Testator grauare potest, quem honorat.
Institutio hæredis extranei in feudo non tenet.
Hæres feudalis quomodo iure hæreditario recipiat feudum.
Tenetur stare oneribus impositis à testatore.

Feuda sunt in triplici differẽtia. Aliqua enim sũt merè ex pacto,& prnuidentia. Aliqua verò merè hæreditaria,& Aliqua mixta. Quoad feuda secundæ, & tertiæ speciei, vt quis succedere possit, requiritur ius, & nomen hæredis; vt docent communiter Doctores, præsertim Isernia *in cap.*1.§.*Hoc quoque.de success,* 1

cess.feud. Loffred. *cons.*1 Paris. *cons.* 23. *vol.*1. Alexan. *cons.*44.*num.*1. *vol.*1. Natta. *ibid. in addit.* Gizzarell. *decis.*28.*num.*35. & alij, quos allegat Natta *citat.* Ex quo fit, quod non possit hæres repudiare hæreditatem, & retinere feudum, quia in ipso deficeret ius, & nomen hæredis, & ita in specie obseruant Capic. *decis.*43. Afflict. *decis.* 112. De Franchis *decis.* 1. *n.* 16. Camill. de Curtis *in Diuersor. iur. feud. fol.* 45. *num.*2.

2 Quoad hæc autem feuda hæreditaria procedit difficultas, nam testator non potest grauare hæredē, ratione feudi ex pacto & prouidentia, nisi quatenus posset obligare ad soluendam æstimationem legati: quia testator potest tantū circa ea, quæ transferuntur ad hæredes iure hæreditario, cum tantum circa hæreditatem possit disponere huiusmodi autem feuda non transferuntur iure hæreditario, sed ex pacto, & prouidentia legis. Vnde solum difficultas manet, an possit grauare successorem in feudis onere annui legati pro Missis, & difficultas solum habet locum, quando non relinqueret alia bona, quæ possent correspondere legato.

3 Dicendum est. *Successorem in feudo hæreditario teneri ad soluendum annuum legatum pro Missis.* Quod ita est accipiendum, vt tandiu duret legatum, quandiu reuertatur feudum ad Dominum directum. Ita Loffred. *cons.*46.*conclus.*2. *num.* 16. Afflict. *decis.*240. *dub.*3. Vincent. de Franch. *decis.* 1. *num.*33. qui citat etiam Camerar. Capic. *decis.* 47. Andr. de Gregor. *allegat.* 14. *num:* 19. Gizzarell. *decis.* 28. *per totam.* Alphons. de Leon. *de. off. Capell. quæst.*5. *sect.*27.*n.*375. Io. Franc. de Ponte *cons.* 13. & ita sæpè iudicasse Concil. Neapol. refert *num.* 1. *citata decis.* Gizzarell. Imo etiam Bald, *in cap.* 1. §. *Hoc. quoque. De success. feud* tradit, valere legatum annuum de fructibus vineæ feudalis, quia intelligitur de fructibus à solo separatis,

4 Verum difficultas in eo consistit, quomodo, cum testator non possit aggrauare feudum, sed debeat restituere in eo statu, in quo accepit, vocatis in inuestitura, possit aggrauare hæredem successorem in feudo: & proinde, in quo fundetur validitas oneris impositi. Omissis autem pluribus rationibus, resp. in eo fundari, quod non potest successor in feudo accipere feudum, nisi iure hæreditario, cum feudum hæreditarium sit, & proinde non possit peruenire ad successorem, nisi per modum hæreditatis. Cum autem testator transferat in successorem ius hæreditariū, potest huic iuri annectere onus, ita vt hæres, acceptando hoc ius, teneatur etiam consentire in onus annexum, & proinde obligari actione ex testamento, quæ erit personalis, vt notat Vincēt. de Franchis *cit.* & ideò onus soluendi legatum non erit impositum feudo, neque erit onus reale legati, sed erit impositum hæredi soluendi legatum ex fructibus feudi. Ergo cum hæres adeat hæreditatem, & acceptet ius hæreditarium, acceptat etiam onus illi annexum, cum quo transmittitur.

5 Quod præsertim verum est. Quia testator, & hæres cēsentur esse vna, & eadem persona. §. 1. Authen. *de iureiur. à morien. præst.* & ideò non potest ob proprium commodum venire contra factum defuncti *l. si ab eo. C. de lib. cau. & l. si. credit, C. de ser. pign. dat manumiss. & l. filius. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. & l. successores. C. de solut.* sed tenetur illud ratum habere tamquam proprium. Vnde tenebitur ratum habere huiusmodi legatum pro Missis, præsertim quia cedet in beneficium testatoris.

6 Accedit etiam, Quod testator potest disponere de bonis hæredis. *l cum à matre. C. de rei vendicat.* & tradunt Paris. *cons.*34. *in fin. lib.* 2. Fulgos. *con.*67. Alciat. *respon.*561. in fine. Alban. *cons.*73.*num.* 8. Socin. iun. *cons.* 107.*num.*8.*lib.*3. Tiraquell. *de retract. consanguin.* §. 1. *glos.*9.*num.*50. Menoch. *cons.*89.*num.*62. Merlin. *decis.*293.*num.*12. Rota *in Rom. de Naris.* 14. *Nouembr.* 1594. coram Penia. Et in specie, quod possit legare alteri rem sui hæredis, & quod hæres teneatur id ratum habere, desumitur ex *l. Vnum. de familia.* §. *sed si vno. & §. si rem. ff. de leg.*2. *& l filius fam.* §. *Cum pater. ff. de leg.*1. *&* §. *Non solum.* Instit. *de leg.* vbi etiā quando res est propria, & in possessione hæredis. Quia scilicet testator grauare potest eum, quem honorat. *l. Ab eo. C. de fideicomm.* Vnde nihil obstat, quod testator grauare possit succedentem in feudo, tamquam hæredem in fructibus eiusdem feudi, obligando ad annuum legatum pro Missis in propriæ animæ beneficium: & hæres tenebitur ratum habere etiam ex eo capite, quod agitur de beneficio animæ eiusdem testatoris. 7

Ex dictis colligitur cum Gizzarell. *d. decis.*28.*n.*45. Quod si testator instituat extraneū etiā in feudo, nō tenebit institutio quoad feudū, sed adhuc perueniet ad eum, ad quem iure feudali peruenire debet, & ipse erit hæres in feudo; quia est ipsi acquisitum ius irreuocabiliter per inuestituram, atque adeò ius hæreditarium, cum feudum sit hæreditarium. vt notant Isernia *in cap.* 1. §. *Cum olim. de success. feud.* Bart. *in l. Quod dicitur. ff. de verb. oblig.* Petrus de Gregor. *part.* 3. *sui operis. quæst.* 4. & alij, quos citat & sequitur Gizzarell. *num.* 50. *cit. decis.* Cum tamen acquirat iure hæreditario, hoc ius per dispositionem legis præualentem dispositioni testatoris, transmittetur à testatore ad successorem: & ideò successor, tamquam hæres capiet feudum à testatore transmissum. & proinde tenebitur ad onera imposita hæredi feudali, vt notat etiam idem Gizzarell. *cit. decis. num.*45.

QVÆSTIO 1022.

An cesset legatum, si feudum reuertatur ad Dominum ex culpa feudatarij.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis an extinguatur, si feudum reuertatur ad dominum ex culpa feudatarij.*

2 *Legatum extinguitur quocunque modo aperiatur feudum Domino.*

3 *Quando quis teneatur restituere.*

4 *Ex facto testatoris legatum subest periculo resolutionis ex culpa feudatarij.*

Periculum spectat ad eum, ex cuius electione prouenit.

5 *Quando ex aliena culpa quis reportet damnum.*

CVm legatum pro Missis extinguatur, quando extinguitur feudum, vt dictum est in superioribus; quia licet non sit impositum feudo, est tamen impositum successori in feudo, intuitu iuris hæreditarij, quoad feudum, & ideò resolui debet, dum resoluitur huiusmodi ius: ideò dubitatur, an, si Domino directo aperiatur feudum culpa feudatarij, eo quod committat aliquod crimen, ob quod priuetur feudo, extinguatur etiam legatum pro Missis. Et partem negatiuam tenet Alphons. de Leone saltem quoad forum conscientiæ, *quæst.* 5. *de off. Capell. sect.* 27. *num.* 379. & proinde, successorem adhuc teneri ad soluendum legatū, si ei remaneant aliqua bona: quia nemo ob culpam alienam debet damnum reportare. 1

Verum hæc resp. patitur difficultatem. Quia aut dicendum 2

dicendum eſſet, quod legatum perpetuaretur contra ſui naturam, quia non poteſt extendi vltra durationem inueſtituræ. Aut non poſſet aſſignari tempus, in quo deberet extingui. Nam, ſi dicatur extingui cum morte illius, cuius culpa feudum aperitur; adhuc teſtator, qui legatum reliquit, damnū reportabit: quia niſi culpa illius apertum fuiſſet feudum, adhuc legatum eſſet duraturum, & ſimul cum feudo tranſmitteretur ad hæredes. Si verò traſmittitur ad hæredes, ad quos aliàs eſſet peruenturum feudum, niſi apertum fuiſſet Domino, ipſi ex aliena culpa damnum reportabunt; quia ſuberūt oneri annui legati, abſque eo quod ad ipſos tranſmittatur ius hæreditarium feudi, & grauabuntur abſque eo, quod honorentur. Quod eſt contra iuſtitiam, præſertim quia non ſubſiſtit fundamentum oneris.

3 Tenendum itaque eſt. *Quod ſucceſſor in feudo non teneatur ad annuum legatum, quamuis culpa ſua aperiatur feudum Domino.* Hoc eſt conforme communi ſententiæ in materia reſtitutionis: nam obligatio reſtituendi oritur tantum ex ijs actionibus, quæ ex natura ſua lædunt ius tertij, & inferunt aliquod damnum; reſtitutio enim ordinatur ad reponendam æqualitatem iuſtitiæ, quæ fuerat ablata, & ideò actio, vnde oritur obligatio reſtituendi, debet eſſe læſiua iuſtitiæ, quoad illum, cui reſtitutio eſt faciēda, & ideò, vt communiter docent cum D. Tho. 2.2. *quæſt.62.ar.7.* vt quis teneatur reſtituere, debet eſſe cauſa aliquo modo influens in damnum alterius, nec ſufficit, quod ſit occaſio. In præſenti autem caſu, ſucceſſor in feudo, non facit actionem aliquam læſiuam iuris teſtatoris, qui inſtituit legatum, quia, quando ex culpa ſua cadit à feudo, non committit delictum læſiuum iuris teſtatoris, ſed tantum præbet occaſionem priuationis feudi: quia priuatio feudi eſt pœna delicti, & delictum eſt occaſio priuationis.

4 Accedit etiam, quod feudum, ex natura ſua eſt ſubiectum periculo deuolutionis ad Dominum, ex culpa feudatarij, quia ſub hoc pacto eſt conceſſum: & conſequenter, ſi ſit hæreditarium etiam ius hæreditarium ad ipſum eſt reſolubile ex culpa feudatarij. Vnde cum teſtator ſciat huiuſmodi periculum, & nihilominus obliget ſucceſſorem in feudo, vti hæredē ad legatum ſoluendum, ex electione propria exponit legatum ijs periculis, quibus ſubeſt ius hæreditariū feudi: & ideò periculum ſpectat ad ipſum, tanquam proueniens ex eius electione iuxta *l. Cum plures. §. ſeruum, ff. locati.* vbi Gloſ. Salicet. & alij non autem ad ſucceſſorem in feudo, qui ſemper ſe tueri poteſt, quod teſtator ſibi imputare debet, cum præſciuerit periculum.

5 Ad Fundamentum in oppoſitum reſp. Quod nemo debet damnum reportare ex aliena culpa, quando ipſe non ſe expoſuit periculo talis damni: Secus autem, ſi ſe expoſuit ex libera electione. Quia tunc, cū præuideat, quod aliena culpa poteſt ſibi inferre damnum, ſi ſe immiſceat, & nihilominus velit, ex libera electione ſe immiſcere, damnum reportabit ex aliena culpa. Sic, qui fideiubet pro alio, qui ex propria culpa non ſoluit, tenetur pro ipſo ſoluere, quia potuit præuidere, quod ex propria culpa poſſet non ſoluere, & adhuc ſe expoſuit tali periculo.

QVÆSTIO. 1022.

An, ſi finitum feudum renouetur, teneatur ſucceſſor ad legatum pro Miſſis.

SVMMA.

1 *Legatum annexum feudo non renouatur ex renouatione inueſtituræ.*

2 *Renouatio feudi eſt noua conceſſio.*
Nō innouat ius hæreditarium extinctum, ſed aliud dat.

3 *Amiſſo feudo ob delictum & reſtituto durat legatum.*
Reſtitutio feudi amiſſi ob culpam non eſt noua inueſtitura, ſi præcedat continuata poſſeſſio.

CVm reſoluatur legatum pro Miſſis impoſito hæredi in feudo finita inueſtitura ſiue per lineam, ſiue per tempus appoſitum: hinc oritur aliqua difficultas, an, ſi renouetur feudum, cenſeatur etiam renouatum legatum pro Miſſis, quod iure hæreditario deuoluebatur ad ſucceſſores, tamquam onus annexum iuri hæreditario, & *negatiuè reſoluendum eſt.* Ita etiam in terminis Alphonſ de Leone. *de off. Capell. quæſt.5. ſect.27. num 3*0. 1

Ratio eſt. Quia, finito feudo, & quocumque modo aperto illius Domino, extinguitur etiam legatum, quia innititur iuri hæreditario, vt dictum eſt in ſuperioribus. Dum autem renouatur feudum, non reſtituitur ius hæreditarium extinctum, quaſi cum eius reſtitutione reuiuiſcat etiam legatum, ſed renouatio inducit nouum feudum, & nouum ius hæreditariū, cum conditionibus beneuiſis inueſtienti, tamquam ſi nullum præceſſiſſet feudum, & de nouo omninò inſtitueretur. Quia, ex quo feudum reuerſum eſt ad Dominum, & tranſijt in eius poſſeſſionem, tamquā de re propria poterit diſponere, prout libuerit, & proindè concedendo inſtituet nouum feudum iuxta ea, quæ tradunt Iſernia *in c.1. §. ſed cui res* ver. *ſed ſi dominus, per q. fin. inueſt.* Maſtrill. *deciſ.56. n.17. part.1.* 2

Ex quibus colligitur. Quod ſi feudum ex culpa feudatarij reuertatur ad dominum, & ipſi à Domino remittatur culpa, continuata poſſeſſione, tenebitur ad continuandum legatum. Quia ſtante continuatione poſſeſſionis, non eſt nouum feudum, ſed antiquū continuatum, vt tradunt Gloſ. *in cap. Imperialem. §. Inſuper. de probibis feud. alienan. per feder.* Iſernia *ibid.* verſ. *Item quæritur.* Iacobus de Franchis *in Prælud. ad feud. vſus. quæſt.2. num.* 89. qui alios citat. Cum enim continuetur idem feudum, continuatur etiam ius hæreditarium ipſi, & ideò non reſoluuntur onera, quæ eidem iuri innituntur. 3

QVÆSTIO 1023.

An ſi legatum non ſufficiat, teneantur hæredes ſupplere.

SVMMA.

1 *Non taxato per teſtatorem Miſſarum numero, taxatur ab Ordinario.*

2 *Numerus Miſſarum an minuendus, ſi legatum non ſufficiat.*
Vltra ſummam legati taxatam non ſunt obligandi hæredes.
Teſtator præſumitur grauare hæredem quàm minimè poſſit.

3 *Quando hæredes compellendi ad supplementum legati pro Missis.*

4 *Expresso numero Missarum, semper hæredes supplere debent.*

5 *Celebratio Missarum est causa finalis legati, & ideò principaliter intenta.*

6 *Volitio finis continet volitionem mediorum, quæ sunt necessaria.*

Animus tendit ad quiescendum in adimplementa finis.

7 *Regula, quod hæres censeatur grauatus, quàm minimè potest, quando valeat.*

Quando sumenda interpretatio contra Legatariū.

1 DIfficultas procedit, quando testator taxat legatum, vel secundum quantitatem, vel lēgando certam rem, & simul etiam taxat numerum Missarum; ita tamen, vt legatum non sit compatēs pro numero taxato. Si enim non taxaret numerum, tunc pertineret ad Ordinarium taxare proportionatum numerum Missarum, etiam perpetuarum, habita ratione consuetudinis Regionis, vt respondit Sac. Congreg. Concil. *ad 2. dub. ex propositis super Decret. de celebrat. Missar.*

2 Quando autem testator præscribit numerum Missarum, & simul etiam præscribit quantitatem legati, aut legat certum fundum: si legatum sit insufficiens pro numero Missarum, non esse cogendos hæredes ad supplendum, quamuis hæreditas sufficiat, sed esse minuendum numerum Missarum. Desumitur ex doctrina Beroij *in Cap. super litteris, nu. 57. De rescript. in 2. lectur.* Guidonis Papæ *decis.* 8. & tradit Brixia. *in repert.* ver. *Verba in dub. præsum. num. 5.* Quod etiam sentire videntur ij, qui volunt, semper faciendam esse interpretationem pro hærede, & proinde non esse obligandum ad soluendum pro legato aliquid vltra summam taxatam, vt Menoch. *præsump. 106. lib. 4.* Molina *De iust. & iur. tract. 2. disp. 198. ver. Vnum verò,* Simon de Pret. *cons. 31. nu. 29.* Bonac. *disp. 3. De contract. qu. 17. punct. 7. num. 7.* & alij. Fundamentum autem huius sententiæ est, Quia præsumitur, testatorem voluisse grauare hæredem, quàm minimè potuit. *l. Vnum ex familia. §. si rem, ff. De leg.* 2. Tum quia in dubio fit interpretatio pro hærede contra legatarium. *L. apud Iulianum. §. scio ff. de leg.* 1.

3 Alij verò volunt, quod quando legata pecunia est adiecta oneri causa demonstrationis, itavt constet principaliter intendere tot Missas, tunc compellendos esse hæredes ad supplendum: si verò sint addita taxatiuè, non esse compellendos ad aliquod supplementum. Ita loquendo generaliter, quoad omnia legata Castren. *cons. 339. num. 3. lib.* 1. Bart. *in l. Inter stipulantem. § Sacramentum. num. 6. ff. de verb. oblig.* Tellus *ad 17. l. Tauri. num.* 127. Gomez *ad l. 4. Tauri. num. 30. & 44.* Simon. de Præc. *de interpret. vlt. volun. lib. 5. dub. vlt. num.* 32. Felin. *in cap. super litteris, de rescript.* Surd. *de alimen. tit. 1 quæst. 26. num. 5.* Menoch. *cons. 337. num.* 3. Vasquez *opus. de testamen. cap.* 8. Gratian. *Discep. foren. cap. 256. n.* 1. Monetta *De commut. vlt. volunt. cap. 5. num.* 271. Perez de Lara *de Anniuer. lib. 1. cap.* 15. in fin. Marchin. *de Sacramen. Ord. tract. 3. part. 2. cap.* 22. *num.* 2. & vltimi quatuor Doctores loquuntur in terminis de legato pio. Hæc tamen sententia non soluit plenè difficultatem, quia adhuc remanet explicandum, quando quantitas expressa stet taxatiuè, & quando demonstratiuè. Circa quod Doctores plura congerunt, quæ magis obscurant, quam dilucident materiam.

4 Dicendum tamen est. *Quod quoties testator exprimit numerum Missarum, quem vult celebrari, & legatum pro ipsis est insufficiens, teneri hæredes semper supplere, si hæreditas sit sufficiens.* Hæc resolutio est ea pars posterioris sententiæ, in qua citati Doctores dicunt, quod quando testator principaliter intendit tot Missas, sint compellendi hæredes ad supplendum. Quando enim exprimit numerum Missarum, principaliter intendit numerum expressum Missarum, vt mox constabit: & ideò, nisi explicet aliquo modo, quod nolit pro Missis insumi præter id, quod exprimit in legato, debebitur ab hæredibus supplementum.

Quod autem semper magis principaliter inten- 5
dantur Missæ, ex eo constat, quod celebratio Missarum est causa finalis legati; nam si noluisset, Missas celebrari, non legasset. Quod satis indicat, celebrationem Missarum fuisse causam finalem, vt tradunt Bald. *consil.* 340. Corn. *consil. 301. num. 7. lib.* 2. Crauetta *consil. 142. num.* 9. Socin. sen. *consil.* 183. ver. *Postremo lib.* 3. Roland. *consil. 44. num. 15. lib.* 4. Natta *consil. 609. num. 10. lib.* 3. Beltrand. *consil. 77. num. 6. lib.* 7. Tiraquel. *tract. Cessante causa, limit. 1. num.* 37. Præsertim quia ipsa induxit testatorem ad legandum. Bald. *in l. si repetendi num. 3. C. de condit. ob cau. & in l. num. 12. C. de fals. caus. adiect. leg.* E contra verò, quantitas, seu res certa legata, fuit electa tamquam medium ad obtinendum hunc finem. De natura autem finis, & medij est. Quod finis sit principaliter intentus, & medium solùm propter finem; atque adeò secundum exigentiam finis. Cùm ergo dispositio semper tendat principaliter in celebrationem Missarum, semper erit supplendum legatum, quando non erit sufficiens pro Missis taxatis.

Confirmatus. Qui Intandit aliquem finem, si 6
ipsum vult efficaciter, cogitat eligere media necessaria pro illius assequutione: imo ipsa intentio finis, est implicita volitio mediorum, quæ sunt necessaria. Ergo cùm constet de intentione finis Testatoris, nempè quod celebrentur tot Missæ, & tamquam medium ad ipsum obtinendum, elegerit quantitatem, seu rem legatam, adest tale fundamentum, si legatum non sit sufficiens, ex quo necessariò deducatur, quod sit supplendum legatum vsque ad sufficientiam, quia adfuit saltem implicitas voluntas in Testatore, de sufficientia, alioquin Testator non obtinuisset finem, quem intendebat in legando. Semper enim voluntas desiderans finem, versatur circa media, quovsque talia reperiat, quæ inferant finem, in quo animus possit quiescere, qui semper eò tendit, vt quiescat in adimplemento finis, iuxta doctrinam Baldi *in L. Ambitiosa. numero decimo nono, ff. De Cler. ab Ord. fac.* Riminald. iunior *consilio sexcentesimo sexagesimo secundo, numero trigesimo primo.* Couarruu. *variarum resolutionum* 20. *numero secundo, libro primo.*

Ad fundamentum oppositæ sententiæ. Resp. 7
Regulam, quod Testator voluerit grauare hæreden, quòminus potuit, habere locum, quando agitur de persona minus dilecta, quàm sit hæres, vt dictum est etiam in supperioribus. Quia voluntas Testatoris interpretari debet secundum ordinem charitatis, secundum quem censetur disposuisse. Ex hoc autem fundamento sequitur, quod oppositum sit dicendum, quando agitur de hærede in comparatione ad Testatorem, quia cùm Testator plus seipsum diligat, quàm hæredem, præsumendum est, quod Testator non curauerit grauate Tastatorem intuitu beneficij necessarij pro anima propria. Huic etiam solutum manet:

quod

quod additur secundo loco. Tunc enim in dubio fit interpretatio pro hærede contra legatarium, quãdo legatum non tendit in beneficium testatoris, quia tunc ob eandem rationem interpretatio debet fieri contra hæredeio pro legatario.

QVÆSTIO 1024.

Quomoda taxandum sit legatum pro Missis, si non fuit taxatum à testatore.

SVMMA.

1 *Ordinarius taxat legatum pro Missis.*

2 *In taxando attendendum tempus exequutionis, non autem conditi testamenti.*

3 *Præsumpta voluntas testatoris, quod legatum sit congruum pro tempore exequutionis.*

4 *Eleemosina debet esse congrua, quando exhibetur.*

5 *Legatum pro Missis habens tractum successiuum, debet successiuo modo esse congruum.*

6 *Legatum taxatum à testatore augendum, si tempore mortis non sit congruum pro Missis taxatis.*

1 QVia contingere potest, quod testator iniungat hæredi, quod certum numerum Missarum curet celebrari, aut aliquas Missas in perpetuum, absque eo, quod determinet quantitatem legati, cum pertineat io tali casu ad Ordinarium taxare legatũ, iuxta responsionem Sac. Congreg. *ad 5. dub. ex propositis super Decret. de celebrat. Missar.* dobitatur, si contigerit, quod variata fuerit eleemosina pro Missis à tempore conditi testamenti ad tempus mortis, ad quodnam tempus io taxando attendendum sit.

Dicendum est. *In taxando legato pro Missis atten-*
2 *dendum esse ad tempus exequutionis, non autem ad tempus conditi testamenti.* Ita Bart. *in l. si ita. ff. de aur. & arg. leg.* Geminian. *consil.* 70. ver. *sed quando dispositio.* Mat. Mant. *singul.* 106. Moneta *de commun. vltim. voluntat. cap.* 6. *num.* 192. Marchin. *de sacrament. Ord. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 22. *num.* 9. Tamburin. *opusc. de sacrific. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 84.

3 Hoc autem desumitur ex duplici capite. Primo, Quia cum testator non taxauerit legatum, præsumitur, voluisse solui quod tempore exequutionis erit congruum: quia verisimile est, quod noluerit taxare, quia cogitauerit, quod potuerit variari, & proinde reliquerit taxandum tempore exequutionis, ne fortè, si taxasset minus, quam esset congruum tempore exequutionis, occasionam sumerent hæredes minuendi numerum Missarum, putantes, quod testator noluerit aliquid amplius solui.

4 Secundò, Quia, ex natura rei, lucrum debet esse proportionatum oneri, & proinde etiam eleemosina pro Missis, cum ordinatur ad substẽtationem Sacerdotis, debet esse proportionata, attento onere. Cum ergo illa habeatur proportionata, quæ currit tempore celebrationis, hinc fit, quod in taxando legato, debeat attendi tempus exequutionis, non autem tempus conditi testamenti.

5 Ex dictis infertur cum Moneta *cap.* 6. *de commun. vlt. volunt. num.* 192. quod si legatum habeat tractum successiuum, itavt de tempore in tempus sit soluendum, erit etiam de tempore in tempus attendenda correspondens proportio ad onus Missarum, si annuatim, aut de tempore in tempus soluendum sit legatum, quia semper debet esse oneri proportionatum. Si verò soluendum sit tantum vna vice post mortem testatoris pro exigendo fundo fructifero, iuxta Decret. Sac. Congt. *De celebrat. Missarum* erit attendendum tempus exequutionis, seu mortis testatoris, itavt soluatur illa summa pro exigendo fundo, quæ solet solui pro fundandis Missis perpetuis.

Infertur 2. Quod si testator taxet quantitatem 6
pro Missis celebrandis, siue pro vnica vice, siue in perpetuum, quod tempore conditi testamenti sit quidem sufficiens, sed tempore exequutionis non sit sufficiens, erit augendum ad sufficientiam, vt docent etiam Homobon. *part.* 1. *Examin. Eccles. tract.* 4. *cap.* 13. *quæst.* 128. in fin. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 29. *num.* 7. Marchio *de sacram. Ord. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 29. *num.* 10. Constat enim de deliberata voluntate testatoris, tum de numero Missarum, tum etiam de sufficientia eleemosinæ, seu fundi. Quæ voluntas cum sit dispositiua, & habeatur pro vltima, confertur in tempus mortis, in quo sortiri debet suum effectum. & ideò quamuis longo tempore præcesserit, censetur tunc disponere. Nec obstat, quod sciuerit, eleemosinam fuisse auctam, & potuerit addere codicillum, quia ex eo, quod aliter non disposuerit, non censetur, quod non voluerit augere legatum, sed aut quod non aduerterit aut non potuerit, aut quod reliquerit suam voluntatem rationabili interpretationi: qualis esset prædicta.

QVÆSTIO. 1025.

An, si testator leget certum fundum, quod non sit sufficiens, teneantur hæredes supplere.

SVMMA.

1 *Legatum fundi potest esse insufficiens pro Missis ex duplici capite.*

2 *Si fundus legatus sit insufficiens, an hæredes teneantur supplere.*

3 *Si taxato numero missarum non sufficiat res certa speciei legata supplendum, est per hæredes.*
Sufficientia legati est de intentione testatoris.

4 *Præsertim, si constet legare, quid maius, quam reuera sit.*

5 *Intentio testatoris non respicit per se primo rem legatam, sed numerum Missarum.*

6 *Quando legata re certa speciei, non debeatur aliquid vltra, & quando debeatur.*

7 *Legato certo credito pro Missis, soluendum est de hæreditate si ipsum non habeat effectum.*

8 *Legatum pro fabrica capellæ ex certis creditis, soluendum de hæreditate, si credita difficilè exigi possint.*

9 *Secus tamen si dispositio sit sub conditione exactionis.*
Dispositio conditionalis habetur pro non facta, si non ponatur conditio.

EX duplici capite potest contingere, quod fun- 1
dus non sit sufficiens. Vel quia reuera in se sufficiens non sit. Vel quia testator putauerit esse maiorem, quam sit. Vt si legaret loca montium, quæ nõ essent tot numero, quos ipse putauit, & expressit, vel quia partem rei legatæ alienauerit. Quid autem dicendum sit io hoc tertio casu alienationis, constat ex dictis in superioribus, vbi visum est. An, re legata alienata, debeatur legatum.

2 Quod autem in præſenti caſu non teneantur hæredes ad aliquod ſupplementum, tradunt Gratian. *Diſcep. foren. cap.* 988. *num.* 17. Marebin. *de ſacram. Ord.tract.*3.*part.*2.*cap.* 22.*num.*8. Fundamentum eſt. Quia diſpoſitio teſtatoris reſpicit primò quantitatem legati, quia teſtator legat certam rem per ſe primò, & ſecundum illius fructus, aut æſtimationem determinat onus Miſſarum. Ergo quantitas legata ſtat taxatiuè, & ideò ad nihil aliud tenentur hæredes. Secundò. Hoc legatum eſt certæ ſpeciei, Ergo non intendit aliquid vltra ipſam legare, & proinde hæredes ad nihil aliud tenentur.

3 Dicendum tamen eſt. *Si legatum certæ ſpeciei non ſit ſufficiens pro Miſſis iniunctis à teſtatore, ſupplendum eſſe ab hæredibus, ſi teſtator taxauit numerum Miſſarum. Secus autem, ſi non taxauit*, quia tunc erit taxandus numerus Miſſarum ab Ordinatio, iuxta vires legati. Ratio eſt. Quia eo ipſo, quod teſtator præſcribit numerum Miſſarum, declarat apertè, ſuæ voluntatis eſſe, quod celebrentur ſecundum illum numerum; & aſſignat emolumentum, vt correſpondeat. Ergo de ipſius intentione eſt, quod emolumentum ſit ſufficiens pro onere: neque enim præſumendum eſt, quod voluerit onus imponere, & non exhibere ſufficientem eleæmoſinam, quia hoc eſſet contra exigentiam naturalis obligationis, quod de ipſo non debet præſumi. Ergo tenentur hæredes ſupplere, cum hæc obligatio eis imponatur à voluntate teſtatoris, ſi quidem conſtat & de numero Miſſarum, & de voluntate aſſignandi eleæmoſinam; quæ, ex natura rei debet eſſe ſufficiens.

4 Et hoc à fortiori locum habet, ſi teſtator putans eſſe maioris valoris rem legatam, legaret ſub maiori numero, aut quantitate: vt ſi legaret decem loca talis montis, quia putaret eſſe decem, & non eſſent niſi ſeptem, aut octo: Conſtat enim, quod intendebat legare quid maius, quam repertum ſit, re legata & proinde ex eius voluntate remanent hæredes obligati ad ſupplendum. Nec obſtat, quod in alijs legatis certæ ſpeciei non ſit ſupplendum, ſi ſint quid minus, quam putabat teſtator, quia hoc contingit, quia intentio principalis teſtatoris eſt de benefaciendo legatario in illa re certæ ſpeciei. At in præſenti, intentio principalis eſt de celebratione Miſſarum in numero preſcripto intentio verò de re legata eſt minus principalis, quia eſt tamquam de medio neceſſario pro fine intento, & ideò ipſum diſponit in ordine ad finem, atque adeò ſecundum menſuram exigentiæ ipſius, quæ cum cauſetur ab intentione finis, ponit in exequutione, quantum exigit idem finis.

5 Ad 1. in oppoſitum negandum eſt, quod diſpoſitio teſtatoris reſpiciat per ſe primò rem legatam certæ ſpeciei, quia hoc eſt contra naturam huiuſmodi legati, vt conſtat ex dictis; nam reſpicit rem legatam tamquam medium ad finem vlteriorem, nēpe ad celebrationem Miſſarum. Et ideò ex interpretatiua voluntate teſtatoris habetur, quod res legata debeat eſſe ſufficiens pro celebrandis Miſſis, quas præſcribit.

6 Ad 2 In legato certæ ſpeciei non deberi aliquid vltra rem ipſam, etiam ſi diminuta fuerit, quando legatum habet pro fine commodum, & vtilitatem legatarij: quia tunc legans non intendit aliud commodum, quam quod ex re ipſa percipi poteſt. Secus autem, quando legatum eſt medium pro aliquo alio fine extrinſeco, qualis in præſenti eſt celebratio Miſſarum; nam tunc cum legatum conſideretur tamquā medium, conſideratur in ipſo proportio ad finem, & habilitas, ſeu ſufficientia pro eo obtinendo, & ideò quando conſiſtit in re certæ ſpeciei, quæ non ſit ſufficiens, cenſetur legata tamquam pars, quæ ſit expeditioris ſolutionis, & cum ordine ad ſupplementū deſumendum ex alijs bonis teſtatoris, vſque ad ſufficientiam pro fine intento.

Ex quibus deducitur, Quod ſi teſtator diſponat de Miſſis quoad certum numerum, & pro ipſis aſſignet aliquod ſuum creditum ſoluendum à determinata perſona, quod tamen creditum non ſubſiſtat, teneri hæredes ſoluere de corpore hæreditatis iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in cap. ſuper litteris. num.*4. *ver. modus autem. de reſcript.* Bart. *in l. Inter ſtipulantem. §. ſacrum. num.*6. *ff. de verb. oblig.* Caſtren. *conſ.* 338. *num.* 3. *vol.*1. Gaſpar. Caballin. *Milleloq.* 86. Rota *deciſ.* 869. *in Antiquis.* & alij cum Gloſ. *in cap. Quanto. de cenſib.* Quia diſpoſitio teſtatoris eſt firma, & certa de Miſſis celebrandis, tamquam de fine à ſe intento, aſſignatio verò illa crediti reſpicit exequutionem ſuæ voluntatis, cum exiſtimet, quod ſit medium congruum, vnde ſi contingat, non eſſe huiuſmodi. ceſſat talis aſſignatio: quia error excludit voluntatem, *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud.* Et ſubſiſtit diſpoſitio de Miſſis celebrandis, atque adeò ſuppleri debet, ex tacita voluntate teſtatoris, de corpore hæreditatis. 7

Secundò etiam obiter infertur. Quod cum teſtator quidam inſtituiſſet hæredem locum pium, cum obligatione fabricandi Capellam in certa Eccleſia de certis creditis exigendis, quando ipſa exegiſſent: & dicta credita eſſent difficillimæ exactionis, itavt ad hibita diligentia per multum tempus, non potuerint exigi, debuiſſe hæredem nihilominus fabricare Capellam, quia dicta credita fuerunt aſſignata pro exequutione legati, veluti ſub tacita conditione, quod exigerentur de facili: vnde cum oppoſitum contigerit, remanebat obligatum corpus hæreditatis, quia diſpoſitio de fabricanda Capella erat abſoluta, & credita aſſignata tamquam corpus: vnde poſſet accipi ſumma neceſſaria pro fabrica. 8

Hoc tamen limitandum eſt, vt non habeat locū, ſi diſpoſitio fuerit conditionalis, dependens ab exactione creditorum expreſſorum, tamquam à conditione, vt ſi eſſet expreſſa cum dictione, *ſi*, aut, *Quando*, aut alia ſimili. Quia diſpoſitio conditionalis habetur pro non facta, niſi ponatur conditio. *l. ſi quis ita hæres. ff. de condit. inſtit. & l.*1. *cum* Sequen. *toto ff. de condit. & demonſtr.* Quod valet etiam quoad legata relicta Eccleſiæ, vt notant Abb. *conſ.*17. *num.*1. *lib.*1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt lib.* 11. *tit.* 16 *num.*6. Quia ſemper conditio eſt eiuſdem naturæ, vt nihil ponat in eſſe. 9

Q V Æ S T I O 1026.

An ſi deficiat res legata pro Miſſis perpetuis, teneatur hæres de euictione

S V M M A.

1 *Legata re pro Miſſis antequam tradatur pereunte, perit hæredi.*

2 *Stante intentione finis pereunte vno medio, debet ſuccedere aliud.*

Si res legata non poſſit præſtari, debetur æſtimatio.

3 *Soluto legato pro Miſſis ſi pereat, hæredes non tenentur ad aliud.*

4 *Non plus eſt in obligatione, quam fuerit à teſtatore expreſſum.*

5 *Hæres quando tradito fundo pro legatis teneatur de euictione.*

Legato certo fundo pro Miſſis alias hypothecato, debetur æſtimatio.

6 *Subſtituto fundo annuo legato, ſi pereat, ſupplere debent*

bent hæredes.

Non substituitur fundus pro legato annuo in extinctionem obligationis, sed ob commoditatem.

7 *Legatario pro legato annuo pro Missis accipiente fundum in solutum si pereat, adhuc tenetur hæres supplere.*

Legatarius non potest renunciare iuri ad annuum legatum pro Missis, si accipiat fundum io solutum.

1 QVia legatum pro Missis perpetuis relinqui potest vel in quantitate, vel in certa specie, vt si legarentur loca montium, aut fundus aliquis, difficultas solum habet locum, antequam soluatur legatũ, si sit legata certa species: nam si sit legata quantitas, remaoet obligata tota hæreditas. Est autem supponendum, quod si res legata in specie, antequá tradatur, pereat apud hæredem, perit periculo ipsius, & proinde tenetur ad compensandum. Ita In terminis Alphons. de Leone *de off. Capell. quæst. 5. sect. 24.* Qui citat. Genuen *in Practicabil. Eccles. quæst.* 342. qui cum Lambertioo loquitur de legato pro dote Ecclesiæ.

2 Ratio verò desumitur ex eo, quod principalis dispositio est de Missis celebrandis, vt dictum est etiam in superioribus, & certa species est electa tamquam medium opportunum pro obtinendo fine celebrationis Missarum. Vnde cum de natura intentionis efficacia finis sit, quod deficieote vno medio, adhibeatur alterum, de voluntate testatoris fuit, quod si non posset præstari ex aliquo casu fortuito certa species legata, præstaretur æstimatio, ita vt fiat debita aut certa species, aut eius æstimatio, iuxta *l. Vir vxori. ff. de dote præleg.* & notant. Bart. *ibid.* Ias. *in l. Titia textores. § fin. ff. de leg. 1.* Castren. *ibid.* Difficultas autem superest, quando certa species, aut quantitas est trádita legatario pro exequutione legati.

3 Quia autem duplici modo tradi potest legatum legatario. Primò, ex dispositione testatoris, quia scilicet disponat, quod legatum siue quantitatis, siue certæ speciei consignetur legatario, apud quem sit onus celebrandi Missas. Secundò. Quia onus curandi celebrationem Missarum sit penes hæredem, cum solutione certi legati annui, & vt se liberet ab hoc ooere, soluat pro vnica vice tantam quantitatem, quæ sufficiat pro cõparando fundo fructifero eiusdem quantitatis annuæ, aut semel exhibeat proportionatum fundum, ideò in vtroque casu expedienda est difficultas. Et quidem si ex dispositione testatoris præstitum sit legatum legatario, si pereat fundus, aut etiam quantitas, antequam comparetur fundus, hæredes ad nihil aliud tenentur. Hoc est secundum doctrinam Lamberten. *de Iurepatr. ar. 8. quæst. 5. part. 1. lib. 1.* Cabal. *De euiction. § 4. n. 15* Viuian. *de iurepatr. lib. 15. cap. 1.* Rota *decis. 11. de testam. in antiquis.*

4 Ratio verò est, Quia hæres non contrahit cum legatario in ordine ad legatum, nisi illam obligatiooem, quam ipsi imponit testator. Non imponit autem aliam obligationem, nisi præstandi legatum, secundum præscriptionem testatoris, quo præstito, functus est obligatione sua, oec ad aliud tenetur. Neque enim plus est iudicandum esse in obligatiooe, quam fuerit à testatore verbis expressum. *l. Quidquid astringenda. & l. si ita stipulatus. & l. Chrysogonus. ff. de verb. oblig.* Vnde cum testator non obligauerit hæredem in casu, in quo fundus pro Missis periret, non tenebitur ad nouum fundum substitueodum oneri.

5 Hoc aotem est limitandum, vt non habeat locum, quando hæres traderet fundum aliquem, qui postea tamquam alteri obligatus euinceretur, nam tunc hæres tenebitur de euictione, iuxta communem doctrinam, per *l. si ob causam. 33. C. de euict.* Bald. *ibid. init.* Repetitur. Seraphin. *decis.* 1436. *num.* 2. Quod locũ habet, etiam si sit fundus in specie legatus a testatore; nam tuoc se habet, ac si legasset rem alienam ignoranter, vnde cum simus in causa pia, & io legato in fauorem animæ ipsius defuncti, qua nemo magis est sibi coniunctus, debebitur æstimatio, iuxta *l. Cum alienam. C. de legat.* Accedit etiam, quod in legatis pro Missis ita censetur legata certa species, vt tamen deficiente debeatur æquiualens.

In secundo autem casu, in quo hæres tenetur ex 6 vi testamenti aonuatim soluere certum legatum, & tradit, aut fundum aut quantitatem pro comparando fundo correspondente annuo legato ipsi legatorio, si pereat fũdus, aut quantitas ante comparatum fundum absque culpa legatarij, teoebitur supplere, & instituere nouum fundum. Ratio est, Quia quando debet annuatim soluere legatum, durat obligatio soluendi, quamdiu durat hæreditas, quia tale legatum est onus hæreditati impositum: & proinde tota hæreditas subest tali oneri. Vodè quando huic oneri substituitur fundus aliquis particularis, ita oous annectitur tali fundo, vt tamen non desinat esse oous hæreditatis, quia non potest hæres mutare dispositionem defuncti; præsertim in præiudicium animæ ipsius. Et ideò censetur subrogari fundus ille specialis pro subministratione fructuum, non autem pro proprietate: Siquidem onus est proprium totius hæreditatis. Et in hoc casu hæredes ceosentur cedere illum fundum, aut pecuniam pro fundo comparãdo, non pro datione in solutum, & in extinctionem oneris hæreditatis, sed solum censetur cessus ad cõmodum cedentis, vt liberetur annua cura soluendi legatum, & dicit simplicem assignationem, vnde anouus legatus percipiatur, iuxta doctrinam, quam tradunt Glos. *in l. legati in fin. ff. de liber. leg.* Alex. *in l. si cum emptore. num. 4.* vers. *Vnde teneas. ff. de pact.* Imol. *in l. facta. § si hæres. num. 4. ff. Ad Trebell.* Socin sen *cons. 37. per tot. lib. 4.* Gabr. *cons. 155. per tot. lib. 1.* Lugen. *cons. 37. num. 16. lib. 1.* Osasch. *decis. Pedem. 65. num. 7.* Cancer. *Variar. resol. cap. 6. num. 168. lib. 2.* Duran. *decis. 266. num. 17.* per tex. *l. 3. init. C. de nonat.* & proinde non censetur extioctum onos soluendi legatum impositum hæreditati: & ideò pereunte fundo assignato, adhuc tenebuntur hæredes ad præstandum legatum.

Et hoc locum habet, etiam si legatarius contentus esset accipere fundum, seu quantitatem pecuniæ in solutum, renunciando omni iuri. Quia huiusmodi renunciatio non valeret, cum sit in præiudicium defuncti, legatarius enim habet ius ad legatum, sed secundum dispositionem testatoris, secundum quam tota hæreditas substernitur oneri legati annui, per quod manutenetur ius testatoris ad celebrationem Missarum, quamdiu durat hæreditas, pereunte quocumque fundo speciali assignato pro substinendo onere legati. Vnde legatarius ita habet ius ad exigendum legatum, etiam pereuote fundo assignato, vt non possit ipsi reounciare, tamquam implicato cum alieno iure. Cap. *Cum tempore de arbitr. & cap. cum olim. § nos igitur de præscript.* & tradunt Felin. *in cap. Cum delicta de rescrip.* Abb. *in cap. significasti. num. 11. de foro compet.* Mandel. *cons. 74. num. 3.* Seraphin. *decis. 324. num. 7.* Tusch. *littera P. conclus. 759. num. 3.* Saracilla *de Iurisd. Adiunct. quæst. 7. nu. 7.* in fin. Nouar. *in Prax. elect. fori, sect. 3. quæst. 7. num. 15.* Syluest. *verbo.* Priuilegium. *quæst. 10.* Armill. *num. 9.* Cened. *quæst. 12. canon. num. 10.* Sigismund à Bonon. *de elect. part. 1. cap. 2. dub. 25. num. 7.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 6. num. 2.* Sanchez *lib. 4. sum. cap. 39. num. 29.* Rota *decis. 32. num. 8. part. 2. Diuers. & decis. 273. num. 3. part. 4. Recent.*

QVÆSTIO 1027.

Quando legatum pro Missis cum pacto resolutiuo transeat ad substitutum.

SVMMA.

1 *Pactum resolutiuum non habet locum, nisi stante negligentia.*

2 *Penes quem debeat esse negligentia, vt resoluatur legatum pro Missis.*
Factum prælati non nocet Ecclesiæ.

3 *Quando solus prælatus, & non Capitulum censendus sit negligens.*
Vniuersitas non delinquet in prælato, nisi ei communicetur consilium, &c.
Quid si delictum consistat in sola commissione.

4 *Quomodo Capitulum purgare debeat negligentiam per protestationem:*
Factum Capitulariorum extra Congregationem collegialem, est factum priuatæ personæ.

5 *Factum Rectorum hospitalium non præiudicat; nisi concurrant habentes administrationem.*

6 *Pactum resolutiuum vt habeat locum requiritur monitio.*

7 *Et vt Ecclesia non sit prompta purgare negligentiã.*

8 *Quando non sit necessaria monitio, vt pactum resolutiuum habeat locum.*
Lapso præfixo die, negligentia locum habet absque monitione.
Dies, quæ inest ex natura rei interpellat.

9 *Legatarius audiendus antequam iudicetur fuisse in mora.*

10 *Pœna priuationis iuris quæsiti requirit interpellationem.*
Quid si interueniat pactum conuentionale.

11 *Stante die apposito locum habet purgatio moræ & quando stante pacto resolutiuo de iure canonico locum habet purgatio moræ.*

1 CONtingit, Testatores legare pro Missis celebrãdis, seu Anniuersario, cum pacto resolutiuo: quod si Ecclesia legataria sit negligens in adimplendo, cadat à legato, & quod legatum perueniat ad aliã Ecclesiam. Vnde dubitatur, quid requiratur, vt locum habeat pactum resolutiuum. Certum est autem, pactum resolutiuum non habere locum, nisi stante negligentia in adimplendo onere imposito. vt notant communiter Doctores in Cap *Verum. de condit. apposi*. & alij communiter, præsertim infracitandi. Negligentia enim est fundamentum resolutionis, cum pactum resolutiuum sit appositum pro casu negligentiæ.

2 Est tamen aduertendum, quod negligentia non solum debet esse penes Prælatum, sed etiam penes Capitulum, vt inter alios notant Felin. *cons.* 34. Abb. *in cap. Verum. De condit. apposit.* Butr. *ibid. & in cap. fin. de donat.* Viuian. *De iurepatr. lib. 2. cap. 5. num.* 49. Riccius *in Prax. part. 3. resol.* 368. *nu.* 1. Genuen. *in Practicabilib. Eccles. quæst.* 127. Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst. 5. sect.* 22. *num.* 319. Ratio autem est. Quia factũ solius Prælati non potest nocere Ecclesiæ, vt notant communiter cum Gloss. *in cap. 1. causa 17. Quæst. 6.* & facit regula Cap. *Delictum, de reg. iur. in 6.* & ideò si sit Prælatus negligens in adimplendo onere legati, non habebit locum pactum resolutiuum

3 Verum hic insurgit dubium quando solus Prælatus, & non Capitulum censendus sit negligens: seu quando etiam Capitulum censendum sit negligere, vt locum habeat pactum resolutiuum. Resp. sufficere quod in casu negligentiæ Prælati Capitulum taceat, nec protestetur contra Prælatum. Ratio est. Quia licet Vniuersitas non dicatur delinquere in Prælato, nisi ei communicetur delictum, & communicet consilium, iuxta Gloss. communiter receptam *in l. sicut §. Quoniam. ff. quod cuiusque vniuer.* Hoc tamen procedit solum, quando delictum consistit in commissione: non autem quando consistit in omissione. vt notant Salicet. *in l. 1. C. de seditios.* per tex. *l. Iubemus. C. De sacros. Eccles.* Felin. *in cap. dilectus. de simon.* Riccius *decis.* 368 *num. 2. part. 3.* & ideò vt excludat ex parte sua omissionem & negligentiam, debet protestari contra negligentiam Prælati, alioquin participaret in ipso.

Adhuc tamen circa hoc dubitatur, quomodo debeat Capitulum purgare negligentiam per protestationem. An scilicet debeat protestari collegialiter congregatum, an verò sufficiat, quod singuli, aut maior pars extra congregationem protestetur. Cum enim administratio Ecclesiæ non pertineat ad Capitulares vti singulos, sed vti vnum, atque adeò collegialiter congregatos, fit quod vti singuli ex congregationem collegialem nequeant, Ecclesiæ prodesse aut nocere; quia tunc factũ, ipsorũ est factum priuatæ, & singularis personæ, non autem factum Capituli, iuxta ea quæ tradunt Innocen. *in Cap. Eam te. num. 9. de rescript.* Feder. *de senis cons.* 61 *nu.* 5. Rota apud Caualer. *decis.* 193. *num.* 4. & coram Butatto *decis.* 573. *num.* 6. & coram Eminentiss. Otthoboo. *decis.* 115. *num.* 15. & ideò cum purgatio negligentiæ per protestationẽ debeat prodesse Ecclesiæ, necessarium est, quod fiat à Capitulariter congregatis. Ex quo sequitur, quod cum non possint se ipsos congregare sed congregari debeant à superiore, hoc beneficium reportabunt, quod non poterunt notari de negligentia, quousque legitimè congregati non habuerint commoditatem protestandi. 4

Quæ autem hucusque dicta sunt, quòad Prælatos, & Capitulum, locum habent etiam quod Gubernatores Hospitalium, piorum locorum, Confraternitatum, &c. vt inter aliòs notat Felin. *cons.* 34. & ideò factum ipsorum non præiudicabit Vniuersitati, seu loco pio, nisi concurrat negligentia eorum quoque, apud quos est administratio eo modo proportionaliter, quo concurrere debet in Capitulo. 5

Controuertunt autem Doctores, an vt pactum resolutiuum habeat locum, vltra negligentiam, requiratur aliquid aliud. Et quod requiratur monitio, tradunt Gloss. *in Clemen. Quia contingit. verbo.* Annis singulis. *de relig. Domib.* Bart. *in l. 1. ff. de penu leg.* Felin. *cons.* 34. Viuian. *de Iurepatr. lib. 2. cap. 5. num.* 49. Hoc tamen non admittunt Abbas. *in cap. extirpanda. §. Quid verò. de praben.* Riccius *resol.* 368. *num. 3. part. 3. Praxis.* Genuen. *in pract. Eccles. quæst* 127. & allegant Gloss. *in l. 1. ff. de his quib. vt in dignit.* Bart. *in l. In cognitione. ff. ad sillanian.* quatenus docent, quod pœna imposita non vindicantibus mortem statim habet locũ, ac adfuit occasio vindicãdi, & non fuit vindicata. Quod multò magis procedere debet in negligentia suffragandi animabus defunctorum. 6

Secundò præter negligentiam requirunt, vt habeat locum pactum resolutiuum, quod Ecclesia non sit prompta purgare negligentiam: quia, dum potest mora purgari, non est in culpa. Ita Felin. *citat. cons.* 34. Viuian. *de Iurepatr. lib. 2. cap. 5. num.* 49. Riccius *in Prax. resol.* 368. *num* 4. *part.* 3. Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst. 5. sect. 27. num.* 419. Quia quando apposita est pœna, & nõ tempus certæ diei, potest mora purgari. Secundum Bart. *in l. 1. ff. de penu leg.* 7

Quod spectat ad requisitum de monitione, non videtur necessaria, quando in legato est præfixa dies celebran- 8

celebrandis Miſſis, vt cōtingit in Miſſis quotidianis, aut pro certis diebus hebdomadæ, ſeu menſis, in Anniuerſario pro certa die: nam in his caſibus, cum dies interpellet pro homine, ſufficit, quod lapſus ſit dies præfixus, vt negligens habeatur pro interpellato abſque aliqua monitione. *l. Magnam. C. de contrahen. ſtipul. & l. Traiectitia. ff. de oblig. & act. & l. fin. ff. de naut. fœn.* Quando onus non habet diem certum, & determinatum, tunc quia totus annus habetur pro termino ad onus implendum, quia ſicut legatum eſt Annuum, ita etiam onus eſt annuum, vnde ex natura ſua habet, quod toto anno impleri poſſit. Elapſo tamen anno dabitur mora & negligentia, & cenſebitur legatarius interpellatus, quia etiam dies, quæ ineſt ea natura rei interpellat, *l. 2. in fin. C. de Iure emphit.* & notant Cephal. *conſ. 56. num.* 16. Surd. *conſ.* 157. *num.* 26. Rolan. *conſ.* 986. *num.* 9. *lib.* 2.

9 Eſt tamen aduertendum, quod antequam iudicetur, Legatarium fuiſſe in mora, & negligentia, erit audiendus, an habeat aliquam exceptionem, ſeu cauſam excuſationis, quia ſi habet, non poterit argui de mora, ſeu negligentia. *l. Lecta.* ver. *Dicebam. ff. ſi cert. pet.* & cap. *Non eſt in mora. de reg. iur. in 6.* & notant communiter Doctores, Roman. *conſ.* 244. *n.* 5. Corneus *conſ.* 176. *num.* 18. *lib.* 1. Curt. Iun. *conſ.* 28. *num.* 10. Aretin. *conſ.* 149. *num.* 9. Ripa *in l. Quod ſi. num* 55 *ff. ſi cert. pet.* Menoch. *conſ.* 381, *num.* 46. Quia, quamuis pœna locum habeat ea pacto, quia tamen pacta intelliguntur appoſita ſecundum terminos habiles, & quatenus poſſibile ſit ea ſeruari, ideò ea aliquo euentu poterit excludi mora, ratione cuius onus adimpleri non potuerit.

10 Nec obſtat, quod quando agitur de inducenda pœna priuationis iuris quæſiti, requiritur interpellatio, vt tradunt Angel. *in §. ſi quis pro redemptione.* Authen. *de Eccleſiaſt. tit.* Aret. *in l. ſi ex legat. in fin. ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ.* 2. ver. *ſed his non obſtantib.* Anton. Gabr. *Tit. de ſolut. concluſ. 9. num.* 14. *lib.* 3. Quia hoc locum non habet, quando interuenit pactum conuentionale, vt tradunt Corn. *conſ.* 121. *circa fin. lib.* 1. Ripa. *in l. ſi inſulam. num.* 93. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *conſ.* 410. *num.* 26, Alex. *conſ.* 121. *num.* 4. ver. *& ſic noſter lib.* 5. Rota *deciſ.* 106. *num.* 4. *part.* 3. *recent.*

11 Secundum verò requiſitum debet accipi, quando mora purgari poteſt quamuis enim dies non ſit appoſitus. adhuc tamen poteſt eſſe tanta negligētia, & mora, vt non relinquatur locus purgationi. Econtra verò, etiamſi ſit dies appoſitus, videtur habere locū moræ & negligentiæ purgatio. Quia re integra, admittitur de æquitate purgatio moræ, & negligentiæ, ſi fiat in continenti vt notat Gloſ. *in cap. Potuit. de locato.* Beroias *ibid. num.* 61. Alex. *in l. ſi inſulam. num.* 9. *ff. de verb. oblig.*

12 Et quamuis nō admittatur moræ purgatio. quando adeſt pactum reſolutiuum, vt inter aliòs notant Put. *deciſ.* 66. *lib.* 3. Viuius. *deciſ.* 531. Hoc tamen procedit ſolum de iure ciuili, non autem de iure Canonico, vt inter alios notant Peguera *deciſ.* 129. Verall. *deciſ.* 231. *part.* 2. Riccius *collect.* 1456. ver. *limita nunc.* Rota *deciſ.* 504. *part.* 4. *diuerſ.* Quod præſertim locum habet, ſi mora ſit modica, vt conſtabit ea dicendis. In præſenti autem attendendum eſt ius Canonicum, cum ſimus in materia Eccleſiaſtica.

QVÆSTIO 1028.

Quanta debeat eſſe negligentia, vt pactum reſolutiuum locum habeat.

SVMMA.

1 *Negligentia in adimplendo onere Miſſarum quotupliciter contingat.*

2 *Mora, & negligentia quando purgetur.*
Mora requirit aliquod tempus.

3 *Modica mora, & negligentia non attenditur.*
Mora modica quænam ſit.
Modicum, & nihil æquiparantur.

4 *Mora quando dicatur in continenti purgari.*

5 *Mora cenſenda eſt purgari habita ratione circumſtantiarum. &c.*

6 *Teſtator non intendit priuare legatarium ob negligentiam de æquitate purgabilem.*
Pœna debet commenſurari delicto.

7 *Obligatus celebrare quotidie nō cadet à legato ſtante pacto reſolutiuo, ſi per quindecim, aut vigenti dies omittat.*

POteſt conſiderari negligentia, & quoad totalem omiſſionem oneris iniuncti, & quoad aliquam 1
partem, ſeu quoad aliquas qualitates, aut circūſtantias, vt ſi ſeruetur ſubſtantia diſpoſitionis, ſed non circumſtantiæ, aut qualitates. Si videlicet celebrarentur Miſſæ, ſed non ſtatutis diebus, aut non in ſtatuto loco: Si celebretur Miſſa pro Anniuerſario cum cantu quidem, ſed non cum Miniſtris. Primo modo inducitur negligentia abſolutè, cum ſit reſpectu totius oneris iniuncti. Secūdo autem modo inducitur tantum negligentia ſecundum quid. De prima dubitatur, quanti temporis debeat eſſe, vt pactum reſolutiuum locum habeat: & de ſecunda, an ſufficiat, vt dictum pactum ſubintret.

Quod ſpectat ad primum, eodem modo reſoluendum eſt dubium, ac reſoluitur de mora: Siquidem 2
mora non eſt aliud, quam negligentia in præſtando, quod præſtari debet. Conueniunt autem Doctores, quod mora, atque adeò negligentia purgari poſſit, ſi in continenti præſtetur, quod eſt præſtandum. *l. ſi ita quis. §. ſcia. ff. de verb. oblig. & cap. potuit. de locato.* vbi. Gloſ. Beroias *num.* 61. Iaſ. *in l. 2. n.* 84. *C. de iure emphit.* Alex. *in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig.* & Doctores in d. cap. *Potuit. & in l. 2. C. de Iur. emphit.* Tunc enim ſolū incipit mora, quando eſt elapſus terminus, & proinde vt habeatur mora conſiſtens, & in facto eſſe, requiritur tempus, vt deſumitur ea *l. mora. ff. de vſur. & l. ſi pro te. C. de vſur.* & tradunt Gloſ. *in l. Æmilius. verbo.* Reſtitui. *ff. de minor.* Bald. *in cap. 1. num. 5. verſ. Hoc intellige. de no. for. fidel.* Purpurat. *in l. Vinum. ff. ſi cert. pet.* Roman. *conſ.* 27. *in fine.* Gabr. *concluſ.* 9. *num.* 30. *de ſolut.* Vnde ſaltem antequam ſit in termino conſiſtenti purgari poterit.

Accedit etiam, quod quando mora, ſeu negligen- 3
tia eſt modica, non attenditur, vt notat Rota *deciſ.* 622. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* iuxta regulam generalem, quod modica non ſunt in conſideratione: Modicū enim, & nihil æquiparantur. Cap. *licet cauſa. §. Quanquam* ibi, *Modica, vel nulla. de Probat.* & notant. Roman. *ſingul.* 334. Marſil. *ſing.* 276. Iaſ. *in l. ſciendum ff. Qui ſatiſd. cog.* Quindecim autem, aut ſexdecim dies habentur pro mora modica, cuius non ſit habenda conſideratio, vt obſeruat Rot. *cit. deciſ.* 622. *num.* 4. *part.* 4 *recent. & deciſ.* 640. *num.* 5. *part. eadem.* & ideò negligentia huiuſmodi non erit ſufficiens, vt locum

habeat

habeat pactum resolotiuum annexum legato.

4 Quantum aotem temporis elabi possit, vt dici possit, mora in continenti purgata, & soblata negligentia, vt non habeat locum pactum resolutiuom, variæ posseot afferri opiniones: Nam quidam volunt, illud, *Incontinenti*, importare tantum triduum, alij decem dies: qoi tameo communiter reijciuntur. Alij verò volunt, importare duos menses, alij quatuor menses: alijs totum tēpus, quod currit vsque ad contestationem litis: alij totum tempus vsque ad seoteotiam exclusiuè, quorum opinïones referr, & reijcit Menoch. *de arbitrar. cap. 7. cent. 1. lib. 2.*

5 Verum tenendum est. *Quod in hoc non possit assignari certa regula, sed relinquendam prudentis iudicio, & iudicis arbitrio*, ita tamen vt debeant coosiderari omnes, & singulæ circumstantiæ, & præsertim iuxta subiectam materiam iudicandum. Ita loqoentes de mora tradont Glos. *in cap. Patuit de locat.* Beroias *ibid. num.* 142. io. fio. Bart. *in l. si insulam. num. ff. de verb. oblig.* Marsil. *in l. Quæstionis. num.* 59. *ff. de quæstion.* Dec. *Authen. Qui rem. n. 9. ver. & quod hinc. C. de sacros. Eccles.* Paris. *cons.* 108. *num. 44. lib. 1.* Iai. *in §. In bona fidei. num.* 82. Instit. *de act. & in l. a. nu... C. de iure emphit.* Ripa *in l. si insulam. num. 35. ff. de verb. oblig.* Alciat. *num.* 15. Niger. *num.* 100. Angel. *in repet. num.* 50. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo.* Omnia vel partem. *num. 31. C. de renoc. donat.* Menoch. *de arbitr. cap. 7. num. 13. cent. 1. lib.* 2. Alexan. *cons.* 14. *num.* 4. vers. *Præterea lib. 2.* Ludouic. *decis. Perus.* 89. Franc. Mar. *decis.* 576. de Laoten. *decis. Auenion.* 143. Riccius *collect.* 2127. vers. *& ad hanc.* Rota cum alijs *decis. 640. n. 5. in fine. part. 4. recent.*

6 Quamuis enim testator adieccrit oneri pactum resolutiuom legati, oon est tamen verisimile, quod ita exegerit rigorosè strictum adimplementū oneris, vt voluerit priuare legatarium legato ob negligentiam, quæ saltem ex æquitate purgari possit. Nam cū priuatio legati iam quæsiti sit grauis pœna, non debet censeri imposita, nisi ob grauem negligentiam, cum debeat pœna cōmensurari delicto. Cap. *Fœlicis §. Illud autem. de pæn. in 6. & cap. sicut dignum. de homicid.* &. Extrauag. *si fratrum. §. Quia in fin. Ne sede vacan.* Rursus, Cum legatom sit factum etiam in beneficium Ecclesiæ legatariæ atque adeo ex affectione erga ipsam, noo est verisimile, qood testator velit illam priuari ob negligentiam, quæ oon sit notabilis.

7 Ex his infertur. Quod obligatus celebrare quotidie, ratione legati, si omittat extra illas causas, quæ excusant per quindecim, aut viginti dies, non cadet à legato, quamois habeat annexum pactum resolutiuom, si postea purget negligentiam, & aut ipse celebret Missas, quas omisit, si habeat dies vacantes, in quibus supplere possit Missas omissas, aut per alium supplere faciat. Nam quamois oon excusaretuer à peccato mortali, attamen negligentia non esset oorabilis, quia hæc non attenditur, secundum id quod negligitur, sed secundum tempus, in qoo negligitur. Tempus autem quindecim, aut viginti dierum est modicum, vt constat ex dictis *num.* 3. & ideò non fundat, nisi modicam moram, & negligentiam. & idē dicendum, si pro certo die esset celebrandum Anniuersarium, & differretor celebratio per quindecim, aut viginti dies, & in quocumque alio simili casu. Quid autem dicendum sit ad aliam partem dubij, coostabit ex sequeotib.

QVÆSTIO 1029.

An pactum resolutiuum legati pro Missis locum habeat, si aliquid oneris iniuncti omittatur.

SVMMA.

1 *Onus Missarum iniunctum aliquando est per modum vnius, aliquando per modum plurium.*

2 *Negligentia non habet locum si aliquid de onere iniuncto impleatur.*
Sumenda illa interpretatio, quæ excludit resolutionem.

3 *Si onus secundum substantiam impleatur, non habet locum resolutio.*
Substantia oneris habenda in considerations.

4 *Si onus constat ex partibus eiusdem rationis quando parte non adimpleta locum habeat resolutio.*

5 *Dispositio ad certum finem tamdiu durat, quamdiu durant reliquia finis.*

6 *Si onus se habeat per modum plurīū, quando ex omissione vnius locum habeat pactum resolutiuum.*
Pactum resolutiuum non habet locum in singulis, nisi ad ipsa expressè referatur.

7 *Pacta ad vnguem seruanda, & quomodo.*

ONus adiunctum legato pro Missis potest multipliciter imponi. Velenim imponi potest per modum vnios, vel per modum plurium. Per modum vnius imponetur, si contineat plura copulatiuè, quæ aut ex natura sua, aut ex dispositione testatoris tendant ad faciēdum annuom. Per modum verò pluriū impooetur, si ex distinctis oneribus singulis per se subsistentibus, & separabiliter adimplendis, resultet totum onus impositum. Vt si imponat Missam quotidianam, plures Anniuersaria singulis annis, certis diebus celebranda, quorom vnum non dependeat ab alio. Rursus. quando plura copulatiuè imponuntur per modū vnius, vel omnia se habere possunt æqualiter & tamquam partes integrantes. vt si iniuogeretur, quod certa die cuiosslibet hebdomadæ celebrarentur qoinque, aut decem Missæ. Vel possunt se habere inæqualiter, itavt quædam pertioeant ad substantiam, quædam verò ad qualitates, & circumstantias accidentales, vt si iniungeretur Annioersarium cum Missa solemni de Reqoiē, cū tot cereis accensis, &c. aut, quod celebrentur tot Missæ io hebdomada talis, & talis qualitatis, siue votiuę siue de requiē. Aut quod celebretur tali, vel tali hora, aut in tali altari. 1

Quando ergo plura iniunguntur per modū voius, si aliquid ex ipsis omittatur ex negligentia, oon inducitor caducitas nec locum habet pactum resolutiuum. Quod etiā debet intelligi, etiamsi plura ex copulatiuè iniunctis omittantur, dummodo aliquid adimpleatur, quod sufficiat, vt dicator, onus iniunctum partialiter adimpleri Ita Beroius *cons.* 15. *num.* 13. *vol.* 1. Et sequitur ex regula seruanda in pactis resolutiois, vt scilicet semper sumenda sit illa interpretatio, quæ exclodit resolutionem, & manutenet quod factum est. *l. si inter virum. ff. de reb. dub.* vbi Socio *num.* 5. Castren. *cons.* 278. *circa fin. lib.* 1. Crauetta *in Quæst. de indemn. mulier. num.* 35. Alex. *cons.* 157. *col.* 1. *lib.* 7. Dec. *cons.* 168. *col.* 2. Menoch. *cons.* 58. *num.* 46. Mantica *de tacit. lib. 1. tit. 4. num.* 30. vers. *sexto dubitatur.* Vnde cum pactum resolotioum possit interpretari appositum pro casu, io quo totum onus dimitteretur, debet ita accipi ad conseruandum ius quæsitum legatarij, Præsertim quia dici ooo potest, quod 2

legata

legatarius non eaequatur voluntatẽ testatoris,quan. do ex parte exequitur onus iniunctum.

3 Hinc autem fit.Quod si legatarius de onere iniuncto exequatur partem substantialem,quamuis omittat accidentalia,seu circumstantias; & qualitates accidentales non habere locum pactum resolutiuum. Nam cum ea dictis pactum resolutiuum strictè accipiendum sit, non potest habere locum, quando onus iniunctum adimpletur secundum substantiam, quamuis non adimpleatur secundum cætera.Neque enim debent accidentalia esse potentiora ad introducendum pactum resolutiuum, quam sint substantialia ad excludendum. Præsertim quia substantia tamquam principale, quod iniungitur, haberi debet in considerationem.*l. Quamuis ff. de auro leg.& l.si quis nec causã.ff.si cert.pet.*vbi Ias. & ideò adimpleto onere quoad substantiam, censeri debet adimpleta voluntas testatoris.

4 Quando autem partes, ea quibus constatur integrum onus sunt eiusdem rationis, vt est celebratio plurium Missarum, ita vt non possit distingui pars substantialis à non substantiali, videndum erit,quomodo pactum resolutiuum sit appositum. Nam si ita sit appositum, vt exigat integram adimpletionẽ oneris, ne locum habeat, quoties non celebretur integer numerus Missarum, subintrabit resolutio, quia aderit casus, pro quo est appositum. Erit autem necessarium, quod testator exprimat, se velle integram exequutionem oneris, aliquin locum habeat resolutio. Si verò non apposuit expressè pactum resolutiuum in ordine ad integram adimpletionem oneris,dummodo aliqua pars oneris adimpleatur,nõ habebit locum pactum resolutiuum,quia,vt dictum est *num.* 2.strictè est interpretandum,& manutenendum legatum quantum fieri potest.

5 Quod etiam ex eo deducitur. Quod dispositio, quæ ordinatur in aliquem finem tamdiù durat quandiu subsistunt reliquæ aliquæ causæ finalis.*l. Vnius. §.seruus.ff.de quæst.& l.ex duobus.ff.vulg.subst. & l.2.ff. Rer. amot.* & notant Bertazol.*cons.*47.*num.* 63.*lib.*1. Cephal.*cons.*81.*num.*13.Surd.*cons.*361.*num.*14. vet.*& quia.*Euerard.*in Top.loco à cessat.rat.in fin.*Cum ergo finis legati sit celebratio Missarum,& pactum resolutiuum sit adiectum in subsidium adimplementi oneris, & vt faciat resolui legatum, dum non obtinetur finis ipsius,fit quod quando obtinetur finis ex parte, non habeat locum pactum resolutiuum, quia adhuc finis legati perseuerans secundum aliquas reliquias manutenet legatum, nec finit subintrare pactũ resolutiuum, quod ea dispositione solum subintrare potest, quando deficiente finali causa, deberet deficere legatum, si esset successiuum, & non esset translatum in dominium legatarij.

6 Verum si testator plura imponat per modum plurium onerum seorsim, tunc si pactum resolutiuum referatur ad singula, subintrabit ea cuiuscumque omissione. Si verò non refertur ad singula, subintrabit solum ex omissione eorum, ad quæ refertur. Desumitur ex Rot. *decis.*357.*num.*5.*part.*4.*recent.*vbi quod pactum resolutiuum non habet locum, nisi quoad ea,quorum omissio ipsi subiaceat.Ratio verò est, Quia pactum resolutiuum est quoddam onus adiectum legato, & proinde non censetur repetitum quoad singula iniuncta in dispositione, nisi expressè ad ipsa referatur.*l. Quidquid adstringenda. ff. de verb. oblig.*Deinde cum strictè accipiendum sit,iuxta regulam,de qua *num.* 2.non debet extendi ad ea, ad quæ expressè non refertur.

7 Dices.Pacta ad vnguem seruanda sunt.*l.*1.*§.si conuenerit.ff.depositi.& l.*1.*& l.Iurisgentium.§. Prætor ait. ff.de pactis*vbi Doctores. Dec.*cons.*293.*n.*7. Ias.*cons.* 10.*lib.* 3. Crauetta *cons.* 241. *num.* 19. Nouizan.*inter cons. Bruni cons.* 12.*num.* 23. Resp. Esse ad vnguem seruanda quoad ea,quæ in ipsis expressa sunt,& quatenus se extendunt. Et proinde etiam pactum resolutiuum eodem modo esse seruandum: non autem esse extendendum, nec latè, sed strictè interpretandum,tamquam onus quoddam legato adiectum. Vnde ex hoc non fit, quod locum habere debeat, quando non habet,iuxta superius dicta.

QVÆSTIO 1030.

An Ecclesia restitui possit ad legatum amissum ob pactum resolutiuum.

SVMMA.

1 *Non purgata mora an possit Ecclesia ad legatum restitui & num. seq.*
2 *Quid secluso dolo.*
3 *Pactum resolutiuum aliud verbis directis positum aliud verbis obliquis.*
4 *Conceptum verbis obliquis non resoluit ipso iure, sed solum parit actionem.*
5 *Pactum resolutiuum verbis directis conceptum facit idem, ac si nunquam extitisset dispositio.*
6 *Ecclesia non restituitur ad legatum, si pactum resolutiuum sit verbis directis conceptum. Voluntas testatoris præseruata sine iniuria impediri non potest.*
7 *Ecclesia potest restitui ad legatum, si pactum resolutiuum sit obliquè conceptum.*
8 *Restitutio tunc, non est in præiudicium secundi legatary.*
9 *Secundus legatarius quando acquirat ius ex pacto resolutiuo.*
10 *Restitutio est introducta ob publicam vtilitatem. Fundatur in æquitate.*

SVpponit difficultas proposita,quod Ecclesia legataria ceciderit à legato ob pactum resolutiuum, quia non habet locum restitutio,nisi sit amissum legatum: Et proinde, quod Ecclesia legataria non sit amplius in termino purgandi moram, quam si posset purgare,manuteneretur, ea purgata. Vnde, cum dictum sit in superioribus, quod modica mora non habetur in consideratione,& saltem de iure canonico per aliquod tempus purgari potest arbitrio Iudicis: nunc est videndum, an non purgata, possit Ecclesia ad legatum amissum restitui. 1

Quod autem absolutè non possit restitui, tenet Genuen.*in Pract. Eccles. quæst.*344. Quia stante resolutione de iure Canonico,& voluntate testatoris aufertur omnino legatum à legatario,& transfertur in substitutum ipso iure: & ideò non habet locum restitutio,quia esset læsiua alieni iuris. Cosirm.restitutio in integrum fundatur in æquitate:ia hoc autẽ casu, non solum non fundaretur in æquitate, sed esset contra æquitatem: quia est contra æquitatem non seruare voluntatem testatoris cum eius graui præiudicio. 2

Alij verò volunt quod possit restitui, secluso dolo, & quod sit Ecclesia parata purgare moram. Ita Alph.de Leon.*de offic. Capell. quæst.* 5.*sect.* 22.*n.*320. Qui citat Riccium *resol.*368.*num.*4.*part.*3.Viuian.*de Iurepatr.lib.* 2. *cap.*5. *num.* 49. Verum hi loquuntur, non de restitutione post amissionem, seu resolutionem legati,sed de ipsa resolutione,quæ non inducatur,si Ecclesia parata sit moram purgare,atque adeò quando est intra terminos, intra quos locum habet moræ purgatio. Pro resolutione autem huius diffi- 3

 culta

culiatis, aduertendum est, quod pactum resulutiuum duplici modo apponi potest legatu à testatore. Nēpe verbis directis, & verbis obliquis. Tunc apponitur verbis directis, quando verba quocumque modo disponunt de ipsa resolutione, & ipsā per se primò, & directè inducunt, vt proinde resolutio secundum se contineatur sub dispositione, vt fit *in l.2. C. de lege. commissaria.* Verbis autem obliquis apponitur, quando non disponitur directè de ipsa resolutione, sed solum, quod induci possit: & proinde disponit de aliquo, quod possit esse causa resolutionis, vt si hoc pacto apponatur, Quod si non adimplebit onus iniunctum possit cogi ad restituendum legatum tali Ecclesiæ, quam in talem euentum substituo, aut alijs huiusmodi.

4 Inter hos autem duos modos illud præcipuum discrimen interuenit, quod pactum resolutiuum directis verbis conceptum, & appositum, eo ipso quod habet locum per non implementum oneris, seu modi, ipso iure resoluit contractum, seu legatū, & operatur, vt res eodem modo se habeant, ac si nō fuisset contractus, aut legatum, & aufert omne ius acquisitum. Conceptum autem, & appositum verbis obliquis non resoluit ipso iure, neque transfert dominium, sed solum parit actionem ad resolutionem. Ita communiter Doctores per *l. fin. ff. de lege commissariorum & l. Commissaria. C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi Glos. *verbo Vendicationem.* Item Glos. *in l. 1. verbo* Mortis causa. *ff. de donat.* Couatuu. *libro tertio Variar. capite octauo, numero primo, init.* & ver. *Secundo eadem.* Gomez *tomo secundo Variar. capite secundo, numero trigesimo,* vers. *Item adde.* Guttierez *pract. quæst. libro tertio de Gabel. quæstione decima, numero duodecimo.* Pereira *in l. si curatorem, verbo* sua facilitate, *numero, quinquagesimo quarto, C. de integ. rest. min.* Salzedo ad Diaz *reg.* 208. vers. *secundo sublimita* Tiraquell. *de retract. conuent. §. primo, Glos. 7. numero tertio & decimo septimo,* alios referens. Fælician. *libro primo de censib. capite sexto, numero sexto, & octauo.* Molla *in Empor. iur. titulo nono, quæstione decima quarta num.* 6. Mantica *de tacit. lib. 4. tit. 26. num. 25.* Trentacin. *Variar. resol. tit. de empt. & vendit. lib. 4 resol.* 10. *n.* 23. Faber. *de error. pragmat. dec. 22. err. 2. num. 4.* Menchaca *in controuer. vsufrequen. cap. 69 per* totum, Alciat. *in l. tradit. num. 16. C. de pact.* Osual. ad Donel *lib. 19. cap. 18 littera. C. & cap. 19. littera, F,* Qui licet discrepent in assignanda ratione, conueniunt tamen in hoc, quod eueniente casu pacti resolutiui, nullum adsit ius seu dominium penes emptorem aut legatarium.

5 Et hoc etiam volunt Doctores, quando sine distinctione docent, quod pactum resolutiuum reddit dispositionem, seu contractum inefficacem, perinde ac si numquam extitisset, nam loquuntur de pacto resolutiuo verbis directis cōcepto, vt Peregrin. *cons.* 77. *num. 7. lib.* 3. Gratian. *discept. foren. cap.* 307. *num.* 4. Matescott. *Variar. resol.* 90. *num.* 1 *lib.* 1. Eugen. *cons.* 29. *num.* 32. vers. *secundò monet, lib.* 1. Ias. *cons.* 211. *num.* 28. *lib.* 2. Bald. *in l. ea lege. num.* 13. vers. *Ego dico. C. de condict. ob caus.* Crauetta. *cons.* 145. *num.* 19. Vetall. *decis.* 315. *num. 2. part.* 3. Pena *decis.* 274. *n.* 2. Emin. Otthobon *decis.* 159 *num.* 19.

6 Dicendum 1. *Si pactum sit appositum legato verbis directis, eueniente casu resolutionis, non habet locum restitutio ad legatum.* Ratio est, Quia, ex dictis, pactum resolutiuum sit conceptum ipso facto priuat legatariū omni iure acquisito, quia facit ipsum statim resolui, & ex dispositione testatoris ius ad legatum transfertur in subrogatum. Ergo non potest habere locum restitutio, quia priuaret secundum legatarium iure acquisito, & impediret testatoris voluntatem, sibi expresso pacto præseruatam, quod sine iniuria fieri non potest, vt notat Rot. *in Valentina sub die 4. Maij.* 1611. apud Peniam. *decis.* 1582. *num. 5. & in Venetn indult. Iunij.* 1647. apud Eminentiss. Otthobon. *decis.* 115. *num.* 10.

7 Dicendum 2. *Si pactum resolutiuum sit conceptum verbis obliquis, habet locum restitutio ad legatum, non obstante casu resolutionis.* Ratio est, Quia tunc pactum resolutiuum non priuat ipso iure legato acquisito, sed tantum dat facultatem, vt deueniri possit ad priuationem, & ideò requiritur factum Iudicis, vt succedat priuatio. Ergo potest locum habere restitutio in integrum, quia potest condonari, quod deliquit, & non deueniri ad priuationem.

8 Dices, Hanc restitutionem esse in præiudicium legatarij substituti, & ideo non posse habere locum. Resp. Non esse in præiudicium ipsius: quia cum primus legatarius non sit adhuc priuatus iure, & dominio legati, non potest ius aliquid acquiri substituto: quia ipsi illud tantùm ius acquiritur, quod perdit primus legatarius; vnde cum nullum ius perdat, nullum etiam alteri acquiritur. Dum autem non est ipsi ius aliquod acquisitum, nec etiam infertur vllum præiudicium per restitutionem, cum præiudicium consistat in læsione iuris.

9 Adhuc tamen instari potest. Legatarius substitutus habet ius à testatore petendi resolutionem legati, in euentum, quod primus legatarius non adimpleat onus: hoc enim operatur pactum resolutiuum obliquis verbis conceptum. Restitutio autem primi legatarij ad legatum priuat hoc iure, quia impedit, quod substitutus non possit consequi legatum. Resp. Substitutum acquirere hoc ius, sed sub tacita conditione, si non fiat restitutio, cum enim restitutio de iure locum habere possit, censetur testator disposuisse in conformitate ad ius, & proinde concessisse facultatem substituto repetendi legatum, quando, attento iure communi, non esset primus legatarius restitutus.

10 Accedit etiam, quod restitutio est introducta ob publicam vtilitatem, vt subueniatur lapsis, vel deceptis. *l. 1. ff. de restit. in integr.* Ibi, *Vel lapsis, vel circumscriptis subuenit:* & fundatur in æquitate. *l. D. Antoninus. eodem ff.* & ideò non debet priuatum interesse præualere contra æquitatem, & publicam vtilitatem. Vnde ius acquisitum legatario substituto est ius subordinatum æquitati, & publicæ vtilitati, atque adeò admittens restitutionem primi legatarij, quando esset conformis æquitati.

QVÆSTIO 1031.

An si hæreditas non sufficiat pro legato Missarum cum pacto resolutiuo ad alterius fauorem, possit legatarius concordare pro minori summa, reiectis conditionibus, &c.

SVMMA.

1 *Legatum correspondere debet omnibus oneribus.*

2 *Si non correspondeat, hæreditas legato an possit legatarius concordare cum hærede abyciendo pactum resolutiuum, &c.*

3 *Modus impossibilis adiectus vltimis voluntatibus reijcitur.*

4 *Pactum resolutiuum quando possit reijci ex mente testatoris.*

Legata

Legata auferuntur ex coniecturata mente testatoris.

Ablata ex eadem mente restituuntur.

5 *Legatum non deuoluitur ad substitutum, si non acceptetur cum onere,* &c.

6 *Resolutio legati non habet locum, vbi non est culpa. An in concedendo circa legatum attendendum, quid faceret substitutus.*

7 *Legatum an adiudicandum substitutio si velit acceptare cum illa quantitate, cum qua non vult principalis.*

8 *Concessa facultate capiendi legatum propria auctoritate substituto in casu resolutionis, an possit statim capere.*

1 PRo resolutione difficultatis supponendum, quod legatum debet correspondere oneribus impositis. Vnde cum legato imponatur onus non solum celebrandi Missas, sed etiam pacti resolutiui, aut etiam alterius conditionis, necesse est, quod legatum correspondeat etiam huic oneri, & proinde debet esse maius, quàm si imponeretur solum onus Missarum. Quo supposito, dubitatur, an stante pacto resolutiuo pro casu, in quo non adimpleatur onus impositum, deuoluatur legatum ad aliam Ecclesiam, vel etiam in casu recusationis: possit prima Ecclesia concordare cum hærede pro minori summa, si pro summa legata hæreditas non sufficiat, reiiciendo partem oneris, & pactum resolutiuum.

2 Huic difficultati respondet Genuen. *in Practicabilib. Eccles. quæst.* 263. Quod si Ecclesia substituta non fuit audita, aut si obtulit se pro adimplendo legato, iuxta formam præscriptam à testatore cum illa minori summa, pro qua sufficit hæreditas, non poterit concordare, & si concordet, concordia erit nulla. Quod si fuit audita dicta Ecclesia, & non se obtulit, concordia valebit. Et ita etiam sentire videtur Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 22. *num.* 322.

3 Verum absolutè tenendum videtur, *Quod possit primus legatarius valdè concordare cum hærede reducendo ad terminos iustos onus adiectum legato.* Ratio est, quia cum onus sit adimplendum post acquisitum legatum, habet rationem modi iuxta communem doctrinam, de modis, & conditionibus. Modus autem adiectus vltimis voluntatibus reijcitur quatenus impossibilis, & subsistente dispositione habetur pro non adiecto. *l. si fundum.* §. *Iulianus.* alias. *si Titio pecunia. ff. de leg.* 1. & notant Bart. *in l. Codicillis. init. de leg.* 2. Albet. *in l. vn.* §. *Pro secundo. C. de caduc. tollen.* Sarmien. *lib.* 2. *select. interpret. cap* 3. *num.* 6. Molina *lib.* 2. *de Hispana primogen. cap.* 12. *num.* 42. Duran *de condit. & mod. impos. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. Onus autem, quatenus est excedens terminos iustitiæ, habetur pro impossibile, quia est iniustum. Quod autem est iniustum, de iure impossibile est, quia ius non admittit quæ iniusta sunt.

4 Nec obstat, quod hæc concordia videatur cedere in præiudicium legatarij substituti, quatenus reijcitur pactum resolutiuum & aufertur à substituto ius substitutionis, quia hoc totum prouenit ex coniecturata mente testatoris, qui sicuti dare potuit hoc ius legatario substituto; ita etiam potuit auferre. Legata enim ex tacita, & coniecturata mente testatoris auferuntur. *l. sicut. ff. de adim. leg. & l.* 3. §. *fin. eodem. tit.* sicut etiam adempta ex coniecturata, & tacita mente testatoris conseruantur *l. Alumna.* §. *fin. ff. de adim. leg.* Cum autem totum onus adiectum legato non possit subsistere, sumus in casu, in quo ex verisimili mente testatoris debeat primo loco corruere pactum resolutiuum, tamquam accessorium oneri principali, & minus vtile testatori, quam sit celebratio Missarum. Est enim capienda illa interpretatio, quæ est magis vtilis testatori. *l. Cum ex plurib. ff. de solut.*

5 Nec item obstat, quod videatur legatum deuolui ad substitutum legatarium, iuxta dispositionem testatoris, quia primus legatarius non acceptat cum onere adiuncto: Nam neque etiam refutat, sed quærit temperari onus ad terminos iustitiæ, atque adeò non grauari plusquam honoretur: & proinde prosequitur ius proprium, & quærit, quod à legato reijciatur, quod de iure venit reijciendum.

6 Neque enim dici potest. Quod adsit casus resolutionis, quia legatarius non vult implere onus, iuxta formam à testatore præscriptam, secundum quam fortè legatum acceptaretur à substituto, si vocaretur, Quia resolutio legati est imposita per modum pœnæ, quæ non habet locum, nisi adsit culpa. *l. sancimus. C. de pœnis.* & notant Ias. *in l. Cum proponas, num.* 7. *ver.* 3. *C. de hæred. instit.* Bart. *in l.* 1. §. *non autem. ff. si quis testam. liber.* Crauetta *cons.* 219. *n.* 15. Dec. *in c. Cognoscentes.* ver. *Ad superius dicta. de const.* Alex. *con.* 177. ver. *& pro hoc patet. lib.* 5. Nulla autem adest culpa legatarij, dum vtens iure suo quærit, onus annexum legato reduci ad terminos iustitiæ. Neque respiciendum est, quid esset facturus substitutus legatarius, si audiretur, tum quia posset acceptare legatum cum onere præscripto, & postea procurare reductionem: tum quia posset esse negligens in adimplendo, quia non subesset pœnæ caducitatis. Tum quia, cum ex mente coniecturata testatoris, & secundum terminos iustitiæ minuatur onus, non agitur de tollendo aliquo iure à substituto, sed de implenda mente testatoris eo meliori modo, quo impleri potest à legatario, stante quod vires hæreditatis non sufficiunt pro legato determinato à testatore.

7 Ex his colligitur, Quod si legatarius substitutus esset promptus acceptare legatū cū ea quātitate, cū qua non vult acceptare primus legatarius, non esset ipsi adiudicandum. Quia plus haberet secundus legatarius, quam primus, nam stante æquitate legati, adhuc secundus legatarius plus obtineret, quam primus, quia minus oneris ipsi imponeretur: Siquidem non imponeretur onus caducitatis, seu resolutionis, sicut imponitur primo legatario, plus autem obtinet, qui eandem quantitatē obtinet cum minori onere. Vnde fit;, Quod si legatum oneri Missarum esset proportionatum, stante tamen pacto resolutiuo, fieret ratione huius oneris improportionatum: & ideò adhuc ex concordia detrahi posset huiusmodi pactum resolutiuum. An autem pro cōcordia in reductione oneris sit necessaria auctoritas superioris, constabit ex dicendis de redutione oneris Missarum.

8 Denique circa supradicta est aduertendum, quod si fortè in pacto resolutiuo fuisset concessa facultas substituto legatario capiēdi legatum propria auctoritate, eueniente casu resolutionis, non per hoc poterit substitutus statim capere, vt notat etiam Genuen. *in Practicabil. Eccles. quæst.* 161. Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst.* 5. *sect.* 22. *num.* 325. sed erit expectanda sententia Iudicis declarantis, factum fuisse locum resolutioni. Quia debet autoritatiuè constare de casu resolutionis, alioquin posset perturbari ius alienum, & prætendi, quod adesset casus resolutionis, quamuis reuera non adesset.

QVÆSTIO 1032.

An legatum cum conditione, quod legatarius ordinetur Sacerdos, aliàs deuoluatur ad locum pium, non impleta conditione, statim deuoluatur.

SVMMA.

1 *Substientus debet instare, vt præfigatur terminus legotario, vt ordinetur Sacerdos, si ad id teneatur.*
2 *Quando legatarius debeat prius ordinari sacerdos quam acquirat legatum.*
Discrimen inter modum, & conditionem.
3 *Legatum non debetur nisi purificata conditione.*
Conditio mixto habetur pro impleta, si legatarius faciat quod in se est.
4 *Legatarius non capit legatum sub conditione si de iure conditio sit ipsi impossibilis.*
Dispositio, ex errore non valet.
5 *Legatum pium non corruit, si conditio sit impossibilis.*
Corruit tamen quoad legotarium si deficiat ipsi conditio, & peruenit ad substitutum.
6 *Modus, qui resoluitur in conditionem suspendit.*
Modus quando resoluatur in conditionem.
7 *Legatarius non cadit à legato si non ordinetur Sacerdos, nisi interpelletur.*
Obligatus ad factum debet interpellari, vt locum habeat caducitas.
8 *Non impleto modo, quondo manuteneatur legatum.*
Modus quando habeatur pro impleto.

1 SI legatum sit alicui relictum pro celebrandis Missis cum obligatione, quod efficiatur Sacerdos, & pacto resolutiuo, quod si non efficiatur Sacerdos, deuoluatur ad certum locum pium; dubitatur quando locum habeat deuolutio. Hanc difficultatem resoluit Genuen. *in Practicab. Eccles. quæst.* 632. loquens in casu institutioois hæredis, & in casu legati & Alph. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 23. *num* 326. Quod substitutus debet instare, vt assignetur terminus legatario, intra quem debet suscipere Sacerdotium, quo elapso fiat locus resolutioni, & deuoluatur ad substitutum. Quia ordinum susceptio dependet magis à voluntate Ordinandi, quàm ab Episcopo, qui est semper paratus dignos ordinare.

2 Pro resolutione huius difficultatis attendenda est dispositio testatoris: Et primo videndum, an onus suscipiendi sacerdotium sit adiectum per modum conditionis, an verò per modum modi. Si enim est adiectum per modum conditionis, prius adimpleri debet, quàm acquiratur legatum. Si verò per modum modi prius acquiritur legatum, & postea modus impleri debet, cum in hoc differant conditio, & modus, vt de conditione habetur *ex l. Necessario.* §. 1. *ff. de peric. & com. rei vendi & l. Pecuniam quam. ff. si cert. pet.* vbi Alex. *num.* 4. Menoch. *con.* 134. *num.* 31. Duran. *de condit. & mod. imposs. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 3. & de modo ex *l. Mæuia ff. de manumiss. testam. & l. libertos.* §. *Has scriptura. eod. tit. & l. Quibus diebus.* §. *Termil. ff. de condit. & demonstr.* vbi Bart. *num.* 13. Soccin. *num.* 8. Alciat. *resp.* 165. *num.* 15. Corneus *cons.* 311. *num.* 5. *lib.* 1. Castren. *cons.* 192. *num.* 1. *lib.* 1. Paris. *cons.* 19. *num.* 255. *lib.* 2. Sarmien. *select. interpr. cap.* 3. *num.* 1. & 4. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 131. *num.* 2. Aret. *cons.* 93. *in fin.* Crauetta *cons.* 59. *num.* 1. Ruin. *cons.* 60. *num.* 5. *lib.* 2.

3 Si igitur legatum sit sub coodítione suscipiendi sacerdotium, quamuis legatum de iure non debeatur, nisi purificata conditione. *l. Cum ita legatum. & l. Qui hæredi.* §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* Attamen cum simus in conditione mixta, quæ etiam dependet ex facto alterius, obtinebit legatarius legatum, si faciat quantũ in se est vt ordinetur Sacerdos. Quia conditio huiusmodi habetur pro impleta, si legatarius faciat quod in se est. *l.* 1. *C. de instit. & substit. & l.* 1. ver. *sed si per te. C. de his, quæ sub modo. & l. si post diem.* ver. *sed & si ita. ff.* Quando *dies leg. ced.* & notant communiter Doctores. Quod etiam verum puto, si Episcopus nolit ordinare ob defectum litteraturæ, & ipse faciat, quantum in se est, vt se reddat habilem. Tenebitur tamen per alium satisfacere oneri Missarum, non secus, ac teneretur locus pius, seu Ecclesia substitura.

Si tamen non posset ordinari Sacerdos ex impedimento proprio, quod illi prouenitet à iure, vt si esset irregularis, tunc subintrat communis doctrina, quod legatum non teneat respectu illius, & proinde deuoluatur ad substitutum, quia est ipsi relictum sub conditione, quæ ipsis de iure impossibilis est, & testator putabat, esse possibilem, quam per tex. *l. seruo manumisso. ff. de condit. indebit.* tradunt Ias. *ibid.* Bart. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. de condit. instit.* Castren. *in l. Ab omnib.* §. *In testamento. ff. de leg.* 1. Soccin. *in l. Multa.* §. *si seruos. num.* 2. *ff. de condit. & demonstr.* Aret. *in l. Impossibilis. circa fin. ff. de verb. oblig* Crotus *cons.* 48. *num.* 16. Crauetta *cons.* 167. *num.* 8. Ruin. *cons.* 20. *num.* 8. *vol.* 2. Beroias *cons.* 28. *num.* 47. Paris. *cons.* 38. *num.* 84. *vol.* 3. Surd. *cons.* 89. *num.* 48. Vasquez *de success* §. 10. *num.* 168. Duran *de condit. & mod. imposs. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Quia cum testator putaoerit, posse ordinari, eo quod nesciret impedimentum, per errorem ita disposuit, & ideò defectu voluntatis cessat dispositio quoad primum legatarium. *l. si per errorem. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* 4

Nec obstat, qood legatum sit pium, & proinde ab hac regula exceptum, vt tradunt Ias. *in l. seruo manumiss. limit.* 5. *ff. de condit. indeb.* Bart. *in l. Proximè.* §. 1. *ff. de his quæ in testam. delen.* Bald. *in l.* 1. *in fin C. de com. seru. manumiss.* Tiraquel. *de priuileg. piæ caus. priuileg* 75. Menoch. *cons.* 1014 *num.* 32. Quia licet, quatenos legatum est pro Missis celebrandis, sit pium; attamen quod obtineatur potius à principali, quam à sobstituto, non habet specialem causam pietatis, & ideò non debet fauore pietatis substineri potius in vno, quam in alio; cum sufficiat, quod substioeatur secundum se. 5

Si autem onus suscipiendi Sacerdotium, sit adiectum tamquam modus, videndum, est an resoluatur in conditionem: qoia si resoluitur, suspendit, quantum est de se, consequutionem legati. *l. si heres. ff de condit. ob con. & l.* 2. *C. de his. quæ sub modo.* & tradunt Bart. *in l. Quibus diebus.* §. *Termilius. num.* 17. *ff. de condit. & demonstr.* Socin. *num.* 7. Alex. *cons.* 102. ver. *Secundò principaliter. lib.* 1. Ioan. Andr. *ad specul. tit de instrum. edit.* §. *nunc vero. num.* 83. verbo *Iniuriarum.* Tunc autem resoluitur in conditionem, quando ex dispositione testatoris colligitor, quod nolit, legatum habere effectum, nisi impleto modo. In hoc tamen casu idem dicendum est de hoc modo, quod dictum est de conditiooe, nam æquiualet condioni. 6

At si retineat naturam modi, erit necessaria interpellatio interponenda à substituto legatario, & præfigendum erit tempus, intra quod debeat suscipere Sacerdotium, nisi à testatore præfixum sit. Quando enim 7

do enim quis obligatur ad factum, tunc incidit in moram, & in pœnam caducitatis annexam, si interpellatus non facit, quod tenetur facere, *l. si pœnam, ff. Quando dies leg. ced. & l. si quis filium, §. stipulatio ff. De tallat. bonor. & l. Mora ff. De vsur. & l. & si post tres ff. si quis caut.* & tradunt Bart. *in l si duo §. Ait Prætor. ff. De const. pecun.* Dec. *in l. Quod te num. 45. ff. si cert. pet. in 3. lectur.* Aret. *cons. 72. circa fin.* Crauetta *cons. 64. num. 1.* Socio. sen. *cons. 133. lib. 1.* Aleiat. *resp. 593. num. 2.* Ruin. *cons. 100. numero quarto, libro quinto.* Durao. *decisione centesima quadragesima sexta, numero nono.*

8 Poterit tamen legatarius excusare non adimplementum modi, si videlicet ostendat, se fecisse, quantum in se est pro adimplendo. Nam tunc modus deficit absque culpa legatarij per casum, & ideò adhuc manuteneretur legatum. *l. si fundum per fideicommissum § Iulia ff. De leg. 1. & l. Lucius 2. § Quisquis ff. De leg 2. & l. Pater filium §. Tusculanus ff. de leg. 3. & l. 1. C. De leg.* vbi Iacob. Burringar. Com. *cons. 311. num. 4. lib. 1.* Alex. *in l. 1. num. 5. C. De instit. & substit.* Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 21. num. 9.* Cùm enim defectus adimplementi non possit refundi in voluntatem legatarij, eò quod ipse præstitit quantum in se est, vt modus adimpleretur, habetur pro impleto. *l. si Titio. init. ff. De leg. 1. & l. Lucius Titius testamento §. Quisquis hæres ff. De leg. 2. & l. Pater §. Tusculanus ff. De leg. 3.* & ita tradunt Accurs. *in l. si Titio ff. De leg. 1.* Bart. *ibid.* Castren. *in l. In testamento 2. in fin. ff. De condit. & demonstr.* Alex. *in l. 1. num. 5. C. de instit. & substit.* Signotol. Homod. *num. 11.* Alber. *num. 7.* Ias. *in l. si Titio num. 8. ff. De leg. 1.* testans de communi. Socin. *in l. si Titius ver. Nec tex. ff. De condit & demo str.* Menoch. *cons. 261. num. 13.* Et ideò in causa præsenti, si per legatarium non stet, quin ordinetur Sacerdos, obtinebit legatum: dummodo nō sit canonicè impeditus; quia tunc modus erit ipsi impossibilis, sed putatus possibilis à Testatore, & ideò vitiabit dispositionem, vt dictum est de conditione, ob defectum voluntatis.

QVÆSTIO 1033.

An qui promisit moribundo, teneatur soluere legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Promittens moribundo soluere legatum pro Missis vrbanitatis causa non tenetur.*
Verba vrbanitatis non inducunt obligationem.
2 *Verba enunciantia propositum de soluendo legato pro Missis non obligant.*
3 *Hæres promittens moribundo legatum pro Missis, tenetur iuxta vires hæreditatis.*
4 *Promissio facta moribundo de legato pro Missis, an inducat obligationem soluendi de proprio.*
5 *Promissio inducit obligationem de iure natura.*
6 *Nisi originetur ex aliquo amore.*
Error excludit consensum.
7 *Promissio facta moribundo de Missis, quando obliget in foro externo.*
8 *Quid si de ipsa constet per testes.*
Promittens potest ex promissione conueniri.

1 QVia contingere potest, quod quis promittat moribundo, se soluturum legatum pro Missis celebrandis, si ab ipso relinquatur: ideò dubitatur an ratione huius promissionis teneatur soluere. In qua difficultate illud primò considerandum est, an promissio sit facta per modum cuiusdam Vrbanitatis, ad morem gerendum defuncto, & ipsi complacendum: in quo casu promissio non obligatet, quia verba, vrbanitatis causa prolata, non inducunt obligationem, vt colligitur ex Cap. *Cum venissent de instit.* vbi Canon. *l. quod venditor ff. De dolo & l. sciendum ff. De ædilit. edict. & l. ea quæ ff. De contrahem emp. & l. ita stipulat. ff. de verb. oblig.* vbi Ias. *nu. 5.* & tradunt Sanchez *lib. 6. de matrim. disp. 25. nu. 14.* vers. *Tertio quia.* Merlin. *decis. 885. num. 20.* Seraphin. *decis. 136. num. 3. & decis. 1322. num. 2.* Coccin. *decis. 219. num. 7.* Penia *decis. 430. num. 6. & decis. 1009. num. 5.* Rota *decis. 406. num. 3. & decis. 700. num. 33. part. 2. Recent.*

Et hoc etiam dicendum est, si verba enuncient tantùm propositum soluendi legatum, iuxta ea, quæ tradunt Caiet. *2. 2. q. 88. art. 1. §. Ad hoc dicitur.* Suarez *disp. 86. de Eucharist. in proem.* Franc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 11. num. 1.* Propositum enim differt à promissione: quia propositum dicit tantùm intentionem, & voluntatem faciendi, & ideò non inducit obligationem: promissio vero vltra propositum, quod supponit, importat etiam animum se obligandi, itavt in actu exercito deducat in obligationem quod proposuit facere. 2

Si autem interueniat vera promissio cum animo se obligandi si promittens sit hæres, & non habuerit animum se obligandi de proprio, non tenebitur, nisi iuxta vires hæreditatis, etiam in foro externo, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Cum quis decedens. §. Testamento. ff. de leg. 3.* Cancer. *Variar. resolut. cap. 20. num. 306. lib. 3* Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 28. num. 388.* Quia censetur se obligare tanquam hæredem; atque adeò iuxta vires hæreditatis: & aliàs obligatio subsistit, quia non tam prouenit à promittente, quàm ab ipso testatore: & est promissio de exequenda dispositione testatoris. 3

Verum etsi promissio inducat obligationem soluendi legatum etiam de proprio, si vires hæreditatis non suppetant, quamuis aliqui putent, non inducere obligationem, vt in superioribus, vbi de obligatione celebrandi ratione promissionis: attamen tenendum est. *Quod inducat obligationem, & proinde promittens teneatur soluere legatum.* Ita D. Thom. *2. 2. quæst. 88. articul. 3. ad 1.* Caiet. *ibid. §. In eodem tertio articulo & quæstione centesima decima tertia, articulo primo, §. Ad quæstionem, & §. Ad secundam autem obiectionem.* D. Antonin. *parte prima, titulo decimo, capite primo, §. 4.* Salon. *secunda secunda quæstione quinta de domin. articulo tertio, dubio secundo.* Nauar. *capite decimo octauo Manual. numero sexto.* Sanchez *libro primo De matrimon. disputatione quinta, numero vigesimo.* Lessius *libro secundo de institia & iure, capite decimo octauo, dubio octauo, numero quinquagesimo quinto.* Vasquez *prima parte, disputatione octuagesima quinta, capite sexto, numero quadrages.* Malder. *2. 2. tract. 1. cap. 9. dub. 8.* Turrian. *tom. 2. disp. 64. dub. 16. num. 5.* Filliuc. *tract. 33. cap. 2. num. 28.* Beia *in resp. cas. conscien. part. 4. casu 25.* & in terminis de legato pro anima Testatoris idem Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 9. num. 15.* ver. *Si autem vxor.* Alphons. de Leon. *De offic. Capell. quæst. 5. sect. 28. num. 385.* 4

Ratio autem est. Quia promissio inducit obligationem fidelitatis: & fidelitas obligat de iure naturæ, atque adeò in conscientia. Ergo in materia graui obligabit grauiter, quia quādo adest obligatio ex genere suo, materia grauis inducit obligationem grauem. Anteced. constat, quia recta ratio dictat, fidem, & promissa esse seruanda, itavt quantum 5

putatur honestum, & laudabile seruare, tantumdem putetur turpe non seruare, & causet abominationem erga non seruantes. Et hoc non solum tanquam quid de conueoientia, sed tanquam quid omninò necessarium ad conseruandam humanam societatem, quæ sine fidelitate exerceri nun potest, vndè constat experientia, quod recusamus tractare cum ijs, qui promissa non seruant. Obligatio autem de iure naturæ, est obligatio in conscientia.

6 Hec tamen accipi debet, supposito quod promissio non originaretur ex aliquo errore, vt in simili casu aduertit Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 9. num.* 15. vers. *Sapè etiam*, & in hoc casu Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst. 5. sect.* 28. *num.* 385. Error enim excludit consensum. *l. si per errorem. ff. De iurisd. omn. Iud.* Atque adeò in præsenti excludit etiam animum se obligandi. Promissio autem sine animo se obligandi, non inducit obligationem.

7 Si autem promissio inducta sit in testamentum pro foro quoque externo, aderit obligatio, quia tunc promissio vim habet stipulationis. §. *si scriptũ.* Instit. *De inut. stipul.* Et ideò parit actionem pro foro externo. Quod etiam dicendum est, si aliqua priuata scriptura se obligasset, quia hæc quoque vim habet stipulationis, vt notant Dec. *cons.* 107. *num.* 1. ver. *simpliciter* Ludouis. *decis.* 328. *num.* 6.

8 Imò etiam si solùm per testes probaretur, adhuc daretur actio pro exequutione promissionis, iuxta ea, quæ tradit Afflict. *decis.* 120. quem sequitur Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect.* 18. *num.* 400. Si enim constet de promissione, potest promittens ex promissione conueniri. Cap. *Quicumque, Episcopi.* vbi Glos. *verbo. Promiseris.* 12. *quæst.* 2. Rot. apud Ludouis. *decis.* 401. *num.* 4. Transit enim hæc promissio in contractum, & ideò sufficit, si per testes probetur.

QVÆSTIO 1034.

An de legatis pro Missis debeatur portio Canonica pro Episcopo.

SVMMA.

1 *Canonica portio quibus debeatur.*
Soluitur in recognitionem superioritatis.
2 *Regulares exempti non tenentur soluere canonicam portionem de legatis.*
Exempti Regulares ad solam Quartam funeralem obligantur.
3 *De legatis pro Missis non debetur Canonica portio.*
4 *Ita sancitum in iure.*
Ob reuerentiam diuini cultus.

1 APpellatione Episcopi in præsenti veniunt omnes Ordinarij, etiamsi habeant tantùm iurisdictionem quasi Episcopalem. Est enim canonica portio de lege iurisdictionali, & ideò debetur ijs omnibus, qui supra Ecclesias habent iurisdictionem, vt inter alios notant Cochier. *de Iurisd. Ordin. in empt. par. 4. q. 6. n.* 2. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 86. *num.* 9. Est autem Canonica portio certa pars de legatis relictis Ecclesijs, quæ iuxta sacros Canones soluitur Episcopo in signum recognitionis superioritatis ipsius, iuxta cap. *Decernimus.* & cap. *Constitutum.* 16. *quæst.* 1. & Clement. *Dudum.* De *Sepult.* & cap. *Conquerente. De offic. Ordinar.* & cap. *Requisisti.* & cap. *fin. de testamen.*

2 Est autem supponédum. Quod quamuis Hostien. *in sum. tit. De sepult. num.* 11. existimet, Regulares exemptos teneri ad soluendum de legatis relictis ipsorum Ecclesijs canonicam portionem: communis tamen oppinio est in contrarium, quam tradunt Innocen. *in Cap. Officij. De testamen.* Abb. *ibid. num.* 6. & *cons.* 37. *num.* 1. Felin. *in cap. Quartu. init.* ver. & *testamenti. De præscription.* Io. Andr. *in cap. Certificari. De sepult.* Bald. *in l. si quis ad declinandam.* ver. *Iuxta hoc, C. De Episc. & Cler.* Feder de Senis *cons.* 96. Petrus de Vbal. *de Canon. port. cap. 4. quæst.* 6. Siluest. *verbo* Canonica portio. *num.* 4. Angel. num. 7. Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæst.* 5. Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. part.* 4. *quæst.* 6. *num.* 4. Miranda *tom.* 1. *manual. quæst.* 48. *art.* 2. Cùm enim Ecclesiæ Regularium sint exemptæ, & proinde non pertineant ad Episcopos, non debetur canonica portio in signum iurisdictionis eorundem. Et ita desumitur ex Clement. *Dudum.* §. *Verum. de sepult.* vbi exempti ad solam quartam funeralem obligantur, nec ab ijs possunt Episcopi aliquam canonicam portionem exigere. Vndè remanet difficultas de legatis relictis Ecclesijs non exemptis, aut Capellæ non exemptæ constitutæ in Ecclesia exempta Regulariũ.

Dicendum est. *Portionem Canonicam non deberi de Legatis pro Missis.* Ita Hostien. *in cap. vlt. De testam.* & *in cap. ex parte* 2. *de verb. significat.* Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæst.* 7. Quamuis pro opposita sententia citentur Siluest. *verbo* Canonica portio. *quæst.* 4. Angel. *num.* 4. Lauor. *in var. lucubrat. tit. De prisc. & recen. funer. more. cap.* 17. *num.* 99. Perex de Lara *De Anniuers. & Capell. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 56. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 8. *n.* 509. 3

Et hoc est determinatum in Cap. *fin. De testamen.* vbi inter alia legata, de quibus non soluitur Canonica portio enumerantur ea, quæ pro Anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo die, siue alijs ad perpetuum cultum Diuinum legantur Ecclesijs, vel reliquis pijs locis. Ratio autem est, quam ibi assignat Glos. *verbo Deduci.* Quia reuerentia Diuini cultus, ita exigit, qui præferri debet vtilitati Episcoporum. & in legatis pro Missis adest etiam specialis ratio, quia nimirum sunt quæ legantur pro substentatione celebrantium, siue sint per modum salarij, siue per modum beneficij. Non est autem æquum, quod ea quæ intuitu ministerij dantur pro substentatione, minuantur in aliorum beneficium, cùm non sint emolumenta personalia. 4

QVÆSTIO 1035.

An Quarta Parochialis soluenda sit de legatis pro Missis.

SVMMA.

1 *Quarta parochialis non est eadem vbique.*
Soluitur Parocho intuitu administrationis Sacramentorum.
Etiam à Regularibus.
2 *De legatis pro Missis an soluenda quarta Parochialis.* & oum. seq.
4 *De iure antiquo non est soluenda.*
5 *Quid iuxta Clemen.* Dudum. De sepult.
6 *Non soluitur, nisi defunctus sepeliatur in Ecclesia, cui legauit.*
Quarta funeralis de quibus soluenda.
7 *Consuetudo præscripsit contra Clemen. itavt quarta Parochialis soluatur de solis funeralibus.*
8 *Quarta funeralis soluitur pro compensatione emolumentorum quæ obuenirent ratione sepulturæ.*
9 *Quarta si solueretur, de ipsis legatis solueretur.*

Dictio,

Dictio, De, refertur ad substantiam, & materiam.

Parochiales Ecclesiæ non possunt aliquid prætendere ab Hæredibus, quod correspondeat Quartæ.

1 QVarta funetalis est illa portio, quæ debetur Parocho, quando eius Parochiani sepeliuntur extra Parochialem Ecclesiam, de ijs, quæ obueniunt Ecclesiæ sepulturæ occasione funeris. Hæc autem portio non est eadem vbique, sed diuersa, iuxta diuersas consuetudines locorum, Cap. *Certificari. de sepult.* & dicitur Quarta Parochialis, quia soluitur Parocho ratione curæ pastoralis in administrandis sacramentis, vt in cap. *relatum. de sepult. & cap. 2. eodem. tit. in 6.* & in Clement. *Dudum. de sepultur.* Ad hanc autem Quartam Parochialem soluendam tenentur etiam regulares, nisi muniri sint aliquo speciali priuilegio. per d. Clement. §. *Verum. de sepult.* An autem Quarta Parochialis soluenda sit de legato pro Missis, duplici modo intellig potest: Vel quod de eodem legato sumatur debita portio, & tradatur Ecclesiæ Parochiali com onere Missarum correspondente: Vel quod possi. Parochus cogere hæredes defuncti, vt faciant in eius Ecclesia celebrari tot Missas, quot correspondent legato in ratione Quartæ Parochialis, & cum pro portionata eleemosina, vel pro vna vice, vel in perpetuum, prout se habet legatum.

2 Prima sententia absolutè asserit, de iure soluendā esse Quartam Parochialē etiam de legatis pro Missis. Ita Petrus de Vbald. *part. 1. de canon. per c. 7. vers. Quid si testator.* Bald. *in repet. cap. si pater. q. 6. de testamen. in 6.* Alex. *cons.* 196. *num.* 5. & 16. Syluest. *verbo.* Canonica portio. *num.* 9. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 86. *num.* 20. & *de Paroch. part.* 3 *cap.* 25. *num.* 43. Lauer. *in Var. lucubrat. Tit. de prisc. funer. rit. cap.* 17. *num.* 18. Quia cum hæc omnia obueniant Ecclesiæ causa mortis, detrahi ab ipsis debet Quarta Parochialis. Idem etiam tenet Glos. *in d. Clemen. Dudum.* §. *Verum. verbo* Funeralibus. *de sepult.* per illum tex.

3 Secunda sententia asserit, Non esse soluendam Quartam Parochialem de huiusmodi legatis. Ita Cardin. *in Clemen. Dudum.* §. *Verum. de sepult.* Couarruu. *in cap. fin. num. 6. de testam.* Molina. *de iust. & iur. tract. 2. disp.* 217. Rodriq. *quæst. regul. 39. ar. 2. in fin. tom.* 1. Tamburin. *de iure Abbat. tom. 2. disp. 15. quæst. 17. num.* 3. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect.* 8. *num.* 117. & alij communiter.

4 Et quidem si attendamus de iure antiquo, Quartam Patrochialem non esse soluendam de legatis pro Missis, videtur omninò certum. Quia in Cap. *fin. de testam.* non est soluenda portio Canonica de relictis pro Anniuersario die septimo, vigesimo, trigesimo, & cæteris, quæ legantur ad perpetuum cultum diuinum. Vnde ex vtroque capite de legatis pro Missis non est soluenda Quarta Parochialis, tum quia sunt pro Missis, si legatum sit pro vna vice: tum quia sunt pro perpetuo cultu diuino, si legata sint annua. Eadem autem est ratio de Quarta Parochiali, ac de Canonica portione: vtraque enim ex eodem titulo, & in eundem finem soluitur. Et ratio, quæ facit, vt prædicta eximantur à solutione Canonicæ portionis, facit etiam, quod eximantur à solutione Quartæ Parochialis.

5 Si tamen attendatur Clemen. *Dudum. de sepult.* videtur etiam de his legatis soluenda, nam in §. *Verum.* disponitur, quod *de obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quàm quibuscumque, & quomodocumque relictis distinctè, vel indistinctè, ad quoscumque certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam Quarta, siue Canonica portio dari, sine exigi non consueuit, vel non debet de iure; Nec non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donatis, vel datis de qua decesserit, quomodocumque directè vel indirectè fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem. Quartam partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) Parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri integrè teneantur;* Ex quorum verborum amplitudine manifestè constat, quod nihil excluditur ex ijs, quæ ex testamento, vel ex occasione mortis obueniunt, sed de omnibus debeat Quarta Parochialis solui, & proinde etiam de legatis piis Missis vt rectè ibidem deducit Glos. *verb. funeralib.* stante verborum vniuersalitate.

Hoc tamen etiam secundum D. Clement. limitandum est, vt habeat locum, solum quando defunctus sepelitur in Ecclesia, cui Legatum relictum est: nam si non sepeliretur in ipsa, non esset soluenda Quarta Parochialis, vt cum pluribus notat eadem Glos. in d. *Clement. Dudum.* §. *Verum. verbo,* Quartam. *De Sepult. & in cap. 1. de Sepult.* Lauer. *in Var. Lucubrat. tit. 2. De ritu funer. cap. 17. num.* 54. Nam in tantum Ecclesiæ obligantur ibidem ad soluendam dictam Quartam, in quantum conceditur, vt habeant facultatem sepeliendi quoscumque, qui in tali Ecclesia elegerint sepulturam; & ne ex hac occasione Parochiales Ecclesiæ, fraudentur totaliter suis emolumentis, conceditur dicta Quarta, vt satis constat ex text. ibi, *Huiusmodi quoque statuto, & Ordinationibus nostris adijcimus, vt fratres dictorum Ordinum in Ecclesijs, vel locis suis, vbilibet constitutis, liberam (vt sequitur) habeant sepulturam. Videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & Ecclesijs memoratis. Verum ne Parochiales Ecclesiæ, &c.* Et subdit dispositionem de soluenda Quarta, ne fraudentur ex occasione sepulturæ, debitis, & necessariis beneficiis, cum operarij merces debeatur. Vbi est notanda dictio, *Verum,* quæ est aduersatiua respectu præcedentium, & operatur, quod ita concedatur sepultura, vt tamen non concedantur omnia emolumenta, quæ proueniunt ex occasione sepulturæ, & ideò Quarta Parochialis est soluenda de obuenientibus Ecclesiæ ex eo, quod admittit ad sepulturam, secus autem si non admittat. 6

Verum, licet hæc de iure procedant, consuetudo tamen præscripsit contra Clement. *Dudum. De Sepultur.* & introduxit, quod Ecclesijs Parochialibus soluatur tantum Quarta de funeralibus, vt docent Doctores *numer.* 3. citati, Perez de Lara *De Anniuersar. libro primo, cap. vigesimo quinto,* in fin. vbi citat Danielem Benatorium, *in Analysi iur. Pontif. libro tertio, titul.* 28. ver. *Vt quis aduersa.* Rot. *in Elnen. Iurium Parochial. 6. Iunij.* 1631. apud Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. decis.* 85. Et ita etiam declarauit, & confirmauit Pius V. *XVII. Kal. Iulij. MD. LXVII.* vt referunt Guttierez *De Iuramen. confirm. part. 2. cap. 4. num.* 3. Rodriquez *quæst. regul. 39. art. 2. tom.* 1. Quæ cum sit declaratio Concil. Trident. *cap. 13. de reformat. sess.* 25. remanet, quod in virtute dictæ dispositionis Concilij non sit soluenda alia Quarta Parochialis, nisi de funeralibus. 7

Et hoc fundatur in ratione. Quia Quarta Parochialis soluitur in recompensationem iuris Parochialis, & illorū emolumētorum, quæ obueniēt Parocho ratione sepulturæ, hæc autem sunt tantùm emolumēta funeris. Quia sicuti Parochialis Ecclesia habet solum ius ad sepeliendos suos Parochianos, ita 8

etiam

etiam solum habet ius ad emolumenta funeris, & non ad aliquid aliud. Quod occasione sepulturæ legatur aliquid aliud, ad hoc non habet ius Ecclesia Parochialis ante dispositionem testatoris, sed prouenit ex libera ipsius voluntate: quia posset absque iniuria Parochialis legare etiam pro Missis cuicumque alteri Ecclesiæ. Et ideò non est æquum, quod Ecclesia soluat Quartam de ijs, quæ ex libera dispositione testatoris acquirit, quamuis in ipsa testator eligat sepulturam.

9 Ex dictis autem infertur, quod si esset soluenda Quarta Parochialis de legatis pro Missis, esset soluenda de ijsdem ipsis legatis quod satis declarant Cap. *fin. de testamen. &* dicta Clemen. *Dudum* §. *Verum. de sepultur.* dum dicit, Quartam esse soluendam *de obuentionibus omnibus.* Dictio enim, de, refertur ad substantantiam, ex qua desumenda est Quarta, seu materiam, iuxta ea, quæ tradunt Crauett. *cons.* 187. *num.* 5. Soccin. Iun. *cons.* 82. *num.* 11. *vol.* 3. Corneus *cons.* 167. *num.* 14. ver. *Dictio enim. lib.* 1. Paris. *cons.* 18. *n.* 37. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 65. *num.* 3. *lib.* 2. Bald *in l. penult. circa fin. C. de condit. infer.* Penna *in l. Omnes. num.* 72. *C. de decur. lib.* 10. Tiraquell. *tract. Cessan. cons. limit.* 20. *num.* 52. ver. *Hac enim dictio.* Rot. *decis.* 26. *num.* 27. *part.* 7 *recen.* Quod etiam praxis declarat quoad Quartam funeralem; siquidem soluitur de illis ipsis funeralibus obuentionibus, quas recipiunt Ecclesiæ sepulturæ pro funere. Vnde non possunt Parochiales Ecclesiæ prætendere, quod hæredes defuncti soluant aliquam portionem pro Missis correspondenté Quartæ Parochiali de legato pro Missis, sicut nec etiam de cœteris relictis, vt decidit Rot. in dicta *Elnensi Iurium Parochialium. 6. Iunij.* 1631. coram Queipo.

Qvæstio 1036.

An subsidium, & collecta solui debeant de legatis pro Missis,

SVMMA.

1 *De fundo pro missis licet ab Ecclesijs possesso non soluitur subsidium charitatiuum.*

2 *Collecta seu decima an soluenda de legatis seu fundis pro missis.*

Quod relinquitur Clericis, Ecclesia censetur relictum.

3 *Bona Capellaniarum non collectiuarum non subsunt collectis.*

4 *Sunt bona laicalia licet ab Ecclesiasticis possessa,*

5 *Quando relicta clericis transferantur in patrimonium Ecclesia.*

6 *Bona Capellaniarum non collatiuarum an sint subiecta decimis prædialibus.*

7 *Bona addicta pro Missis, &c. si remaneant apud laicos, an subiecta collectis laicalibus.*

8 *An si vendantur, soluenda sit decima venditionis*

1 PRrocedit difficultas quando legata sunt annua, aut etiam habent bona stabilia, in quibus fundentur. Est autem supponendum, quod de huiusmodi legatis, quantumuis fundus possideatur ab Ecclesijs, aut Clericis, non est soluendum subsidium charitatiuum, quod solet solui Episcopo pro quibusdam necessitatibus, vt inter alios notant Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *quæst.* 6. ver. *Insuper Clerici.* Quaranta *in summ. Bullar. verbo.* Concilium Prouinciale. *Quæsito.* 19. Alph de Leon. *de off. Capell. quæst. sect.* 17. *num.* 258. & alij infracitan. Subsidium enim charitatiuum soluitur tantum à possidentibus bona Ecclesiastica, qualia non sunt legata huiusmodi, seu Capellaniæ non collatiuæ: sunt enim bona laicalia destinata pro substentatione celebrantium Missas præscriptas à testatore: & ideò non subsunt oneri subsidij charitatiui.

Quod autem spectat ad collectas, seu decimas, 2
quæ imponuntur à summis Pontificibus pro aliqua necessitate, Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. ver. *& non solum,* putat Capellanias non collatiuas, si possideantur ab Ecclesiasticis, subesse oneri collectarum, seu decimarum Papalium: Secus autem si non possideantur ab ipsis, sed laici annuatim soluant legatum pro Missis celebrandis. Fundamentum est, quia huiusmodi bona verè translata sunt in patrimonium Ecclesiæ, & sunt Ecclesiastica. Quod enim relinquitur Clericis, Ecclesiæ censetur relictum. *l. Annua.* §. *Actio. ff. de annuis leg.* & sunt in Ecclesiæ regimine. Cap. *Nouerint.* 10. *Quæst.* 1. vnde eorum redditus sunt Ecclesiastici, atque adeò ij, super quibus subsidium imponitur.

Tenendum tamen est. *Quod bona harum Capella* 3
niarum, quæ non sunt collatiua, etiamsi possideãtur ab Ecclesiasticis, non subsint oneri collectarum, aut decimarum, etiamsi imponantur vniuersaliter à Summo Pontifice. Ita Garzias *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 107. *in Addit* Alexand. Moneta *de decim. cap.* 9. *num.* 21. Alph. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 17. *num.* 261. & facit Rot. *in Melphitan. legati pij.* 24. *Ianuarij.* 1629. coram Dunozetto. & ita etiam seruatur in praxi.

Ratio autem est, Quia licet ista bona possidean- 4
tur ab Ecclesiasticis, cum tamen non sint erecta in titulum Beneficij, seu Capellaniæ collatiuæ, sunt adhuc laicalia, iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in cap. ex pacto.* 2. *de rescrip.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *num* 20. Sarnens. *in regul. de annal. quæst.* 2. Guido Papa *decis.* 87. *num.* 1. Nauarr. *cons.* 5. *num.* 1. *& cons.* 7. *num.* 1. *de præben.* Rota *in Monopolit. Hebdomada.* 1. *Iulij.* 1613. coram Manzanedo. & *in Melphitan. legati de qua num. præceden. & decis.* 509. *num.* 2 *part.* 1. *Diuers.* sunt enim bona à laicis destinata pro salario Capellani, aut celebrantium Anniuersaria, & ideò cum habeant rationem mercedis, aut eleæmosinæ, non sunt bona Ecclesiastica, quia non acquiruntur Ecclesiæ, nisi titulo oneris iniuncti, non autem in titulum Ecclesiasticum, qualis est titulus beneficij. Decimæ autem, & subsidia imponuntur super redditibus Ecclesiasticis.

Nec obstat fundamentum Perez, Quia quod 5
relinquitur Clericis, & proinde Ecclesiæ, transferuntur in patrimonium Ecclesiæ, quando relinquuntur tamquam incorporando cæteris bonis, & possidenda Ecclesiastico modo. Secus autem, quando relinquuntur tamquam legata pia sub aliquo onere, tamquam modo, quod facit, quod acquirantur sub titulo oneroso, & per modum mercedis pro officio impenso laicis, ita remaneat ius apud laicos ad cogendos possessores, vt oneri satisfaciant, & cum resolutione possessionis, si recusent oneri satisfacere. Vnde bona stabilia pro Missis, quamuis possideantur ab Ecclesiasticis, non possidentur tamen iure Ecclesiastico, sed solum tamquam assignata, vt inde desumant congruam substentationem, intuitu impensi muneris celebrandi. Vnde potius censentur translata in possessionem quoad vsum, quam in dominium proprietatis.

An autem huiusmodi bona sint subiecta decimis 6
prædialibus, dum transierunt ad Ecclesiasticos pro Missis, resp. remanere subiecta, si antea erant subiecta, vt tradunt etiam Facundez *precept.* 5. *Eccles. lib.* 2.

lib. 2. cap. 2. num. 2. Alph. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 17. num.* 262. Res enim transit cum suo onere : & ideò si antea erat subiectæ decimæ prædiali, remanebit adhuc subiecta. Et si quod superest non sit portio congrua pro Missis, supplendum erit per hæredes, aut reducendæ Missæ ad proportionatum numerum.

7 Rursus, an si bona pro Anniuersarijs, & Missis remaneant apud laicos, subiint collectis, quæ imponuntur à Laicis: negatiuè resoluendum est, iuxta ea, quæ tradunt Perez de Lara *de Anniuers. lib. 1. cap. 20. num.* 70 Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst. 5. sect. 17. num.* 264. Quod tamen ita debet intelligi, si videlicet talia bona immobilia sint separata à cæteris, itavt de ipsorum fructibus specialiter soluatur legatum. Nam si solum de tota massa hæreditatis esset soluendum, non per hoc eadem massa subtraheretur oneri collectarum, sed insuper superadderetur aliud onus legati. Quando autem esset specialis fundus destinatus, tunc tamquam conuersus in vsus pios, & cultum Dei, exemptus esset ab onere collectarum, quia huic oneri subsunt tantum bona laicorum destinata in vsus laicales, non autem bona ordinata, & destinata pro cultu Dei, & salute animæ, quia est contra rationem quod Princeps velit diminuere cultum Dei, & animarum beneficium, vt prospiciat publicis necessitatibus temporalibus.

8 Similiter si contingat, bona huiusmodi immobilia vendi, quamuis apud laicos existant, non erit soluenda decima venditionis, vbi solui solet, iuxta ea, quæ tradunt Anchatan. *cons.* 229. Ioan. Ant. de Nigris *in Extrauag. vn. num.* 117. *de vit. & honest. Clericor.* Perez de Anniuers. *lib. 1. cap. 20. num.* 7. Quia cum iam sint bona destinata in vsus pios, sunt extra massam bonorum, quæ inferuire debent necessitatibus publicis, & proinde exempta ab omni onere, quod imponi solet pro publicis necessitatibus. Econtra tamen, si solum sit soluendum legatum de fructibus hæreditatis, tunc nullum corpus hæreditatis exemptum erit ab huiusmodi decima, si vendi contingat.

QVÆSTIO 1037.

An, qui omnia bona sua donauit, legare possit aliquid pro Missis.

SVMMA.

1 *Donans non potest disponere de rebus donatis.*

2 *Qui omnia donauit potest de donatis relinquere congruum legatum pro Missis.*
In donatione vniuersali non comprehenduntur quæ quis in specie non esset donaturus.
Anima pretiosior cunctis rebus.
Secundum ordinem charitatis rebus omnibus præferenda.

3 *In generali obligatione non veniunt, quæ quis nõ esset in specie obligaturus.*

4 *Donatio ita interpretanda, vt non auferantur vitæ necessaria.*

5 *Donationes contra publicam vtilitatem non subsistentur.*
Publica vtilitas priuatæ præferenda.
Bonis proprijs abuti est contra publicam vtilitatem.
Ita donare, vt non remaneat pro suffragando propria anima est abusus.

6 *Quod est contra bonos mores ciuiles non valet.*
Iuramentum contra bonos mores non obligat.
Qui omnia donauit, quam quantitatem possit legare pro Missis.
Quantitas patrimonij facit, vt legatum debeat ample interpretari.
Ratione nobilitatis testatoris legata accipiunt amplam interpretationem.

DIfficultas supponit, quod donatio sit valida, & quod donatarius non habeat aliunde, vnde relinquere possit legatum pro Missis. Et negatiuè videtur resoluendum : quia quæ donauit non sunt amplius sub ipsius dispositione; donatio namque transfert in dominium donatarij rem donatam, vnde si donans de ipsa disponeret, de re aliena disponeret. 1

Tenendum tamen est. *Quod adhuc possit donans relinquere congrua legata pro Missis celebrandis : ita vt sustineri debeant, non obstante donatione omnium bonorum.* Ratio portò est. Quia in donatione vniuersali omnium bonorum non compræhenduntur ea : quæ quis in specie non esset verisimiliter donaturus. vt tradunt Mathesilam. *singul.* 136. ver. *Nota vnum.* Socin. Sen. *in l. si yt, qui ducenta. §. Vnum. ff. de reb. dub.* Cagnol. *in l. vltimam. num.* 253. *C. de pactis.* alios citans. Fachineus *Controuer. iuris lib. 6. cap.* 93. Et proinde, vt sit rationabilis, & valeat, accipi debet in terminis habilibus, vt non comprehendat ea, quibus in specie verisimiliter donans se priuare noluisset. Non est autem verisimile, quod donans voluerit se priuare facultate relinquendi aliquod legatum pro Missis in beneficium animæ propriæ. Quia cum anima sit pretiosior cunctis rebus. Matth. *5. & cap. sedul. dist. 38. & cap. Præcipimus. 2. quæst. 11. & cap. Cum infirmitas. de pœnit. & remiss.* debet secundum ordinem debitum charitatis rebus omnibus præferri. *l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles.* vbi communiter Doctores, Bald. Ias. Salicet. & cæteri. *& l. ideo nobis. C. de Episc. & Cler.* Vnde non est verisimile, quod donans adeò immemor fuerit propriæ animæ, vt totam beneuolentiam voluerit exercere in donatarium & nullam erga animam propriam, reseruando sibi facultatem disponendi de aliquo in beneficium animæ propriæ. 2

Confirm. In generali obligatione bonorum omnium non veniunt ea, quæ non est verisimile, quod aliquis fuisset obligaturus, *l. Obligatione. ff. de pignor.* & proinde numquam quis censetur ea obligare. Hoc autem fortius militat in donatione, quia donatio est aliquid plus, quam sit obligatio. Et proinde donatio generalis omnium bonorum ita est interpretanda, vt non comprehendat ea, quibus non esset verisimiliter donans se priuaturus. Inter hæc autem præcipua est facultas suffragandi post mortem animæ propriæ. 3

Confirm. 2. Donatio ita interpretari debet, vt donanti non auferantur vitæ necessaria. *l. Inter. eos. 19. §. 1. ff. de re iud. & l. Qui id. 33. init. ff. de donat.* & notant. Fachin. *lib. 6. Controuer. iur. cap.* 93. Boer. *de donat. cap. 3. de propria donat. num.*44. Subsistit enim donatio, quatenus est rationabilis : nam quatenus irrationabilis est contra honestatem, & ideò tamquam turpis reijcienda. Ergo ita etiam est interpretanda, vt non relinquat animam sine necessarijs suffragijs. Quia quod est irrationabile respectu vitæ corporalis, multò magis est irrationabile respectu animæ. 4

Confirm. 3. Quamuis de iure valeant dona-

tiones, tamem non ſubſtinentur, quatenus ſunt contra publicam vtilitatem. Quia cum publica vtilitas ſit priuatis vtilitatibus præferenda. *l. ſi quis in graui.* 3. §. *Vtrum. ff.* Ad *ſenatus conſ. Syllan. & l. Vtilitas.* 3. *C. de primipilo. & l. Vnica §. Hinc autem. C. de caduc. tollen. & l. Iubemus.* 10. *C. de ſacroſan. Eccleſ. & cap. Bona. de poſtul.prælat. & cap. niſi de renun. & cap. licet. de regular.* debet eſſe regula, ſecundum quam actiones priuatorum regulentur. Eſt autem contra publicam vtilitatem, quod quis bonis ſuis abutatur, & ea prodigat vt deſumitet ex *l. Imperator. ff.* Ad *Trebell. & l. vn. §. fin. C. de caduc.tollen.*& Authen. *de hered. & falcid.* ver. *Incurrunt. Collat.* 1. Quia cum abuſus peruertat vſum, deordinat rempublicam, quoad media, quibus tenditur ad felicem ſtatum ciuilem. Sicut autem eſſet abuſus propriorum bonorum ea in alium transferre, vt ſibi neceſſaria non ſuppeterēt, ita etiam eſſet abuſus ea in alium ita transferre, vt ſibi non ſuppeterent ſuffragia pro animabus. Vnde vt ſubſtineatur donatio, debet ita accipi, vt non priuet facultate relinquendi aliqua legata pro ſuffragijs animæ, alias tamquam continens abuſum reijcienda eſſet.

5 Denique quod eſt contra bonos mores ciuiles, non eſt de iure ciuili admittendum. Vnde quia non poſſe teſtari, eſt contra bonos mores ciuiles, quod impedit teſtamenti confectionem, reijcitur tamquam turpe, & contra bonos mores. Conditio etiam contra bonos mores habetur pro non appoſita, & reijcitur. Ergo etiam de iure canonico reijciendum venit quod eſt contra bonos mores naturales, & legales canonicos Vnde neque Iuramentum obligat, quod eſt contra bonos mores, iuxta regulam cap. 1 *Non eſt obligatorium. de reg. iur. in* 6. Eſt autem contra bonos mores naturales Canonicos, præcipere ſibi facultatem vltimæ voluntatis, in ordine ad diſponendum pro beneficio animæ. Nam ſi eſt contra bonos mores ciuiles priuare ſe facultate teſtandi temporaliter, à fortiori, erit contra bonos mores naturales canonicos priuare ſe facultate diſponendi pro vltima voluntate, quoad ſuffragia pro anima. Hæc autem quæ dicta, ſunt ſufficienter ſatisfacient rationi dubitandi initio propoſitæ.

6 Hic tamen dubium inſurgit Quam quantitatem pro Miſſis legare poſſit qui fecit vniuerſalem donationem bonorum omnium. Non poteſt tamen certa regula reſolui, ſed attendendum erit ad quantitatem bonorum, quæ donauit, ad qualitatem ipſius donantis, nempe nobilitatem, ſplendorem, cum quo viuebat &c. vtendum erit regulis, quibus, vtimur in amplè, vel ſtrictè interpretandis legatis. Quantitas enim patrimonij operator, vt amplè legatum debeat interpretari, vt tradunt Bart. *in l. Titia. §. ſeco. ff. de auro, & arg. leg.* per hunc eundem text. Roman. *in Anthen. ſimiliter. num.* 80. *ad l. Falcid. & ſingul.* 515. Mantica. *de Coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 3. *nam.* 35. ſimiliter etiam ratione nobilitatis teſtatoris legata recipiunt amplam interpretationem, vt notant Bald. *in l.* 1. *num.* 4. ver. *ſed pone. C. de verb. ſignif.* Natta *conſ.* 526. *num.* 59. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 36. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 4. Argum. *ex l. filius familias.* ibi. *Nonnumquam etiam ex perſona. ff. de donat.* Vnde ſi donatio ampla fuerit, celebre anniuerſarium, vna aut etiam altera Miſſa quotidiana perpetua non erit derogandæ diſpoſitioni donatoris.

QVÆSTIO 1038.

An mota lite poſſit legatarius tranſigere ſuper legato pro Miſſis.

SVMMA.

1 *Si ius proprium ſit implicatum cum alieno non poteſt ipſi præiudicari.*
2 *Legatarius tranſigere poteſt ſuper legato pro Miſſis, ſi ſit litigioſum ſi lis ſit calumnioſa, non valet tranſactio.*
3 *Tranſactio eſt receſſus à lite.*
Tranſactio eſt fauorabilis.
4 *Tranſactio eſt in ordine ad præcauendas lites.*
5 *Timor probabilis futuræ litis ſufficit pro tranſactione.*
6 *In tranſactione ſuper legato pro Miſſis requiritur aſſenſus Apoſtolicus.*
7 *Si fiat ſine aſſenſu Apoſtolico erit tantum perſonalis.*
8 *Quando adſit iuſta cauſa fugiendi lites, vt locum habeat tranſactio.*
9 *Quid conſiderandum pro cauſa tranſactionis.*
Tranſactio habet locum, ſi ſit dubia.
10 *An ſufficiat, quod non adſit euidens calumnia.*

SI contingat, legatum pro Miſſis reddi litigioſum, dubitatur, an liceat legatario ſuper eo tranſigere. Et dubium ex eo oritur, quia non agitur de ſolo iure legatarij, ſed etiam de intereſſe teſtatoris, quia omnis tranſactio ipſi præiudiciat, quia tollit de ſuffragijs, que pro ipſius anima inſtituta ſunt. Quando autem ius proprium eſt implicatum cum iure alieno, non poteſt ipſi præiudicari, nec tenet renunciatio, aut tranſactio ſuper ipſo. Cap. *cum tempore. de arbitr. & cap. Cum olim. §. Nos igitur. de præſcriptionib.* & notant Felin. *in cap. Cum dilecta. de ſcript.* Abb. *in cap ſignificaſti. num.* 11. *de foro compet.* Seraphin. *deciſ.* 324. *num.* 5. Rota *deciſ.* 32. *num.* 8. *part.* 2. *Diuerſ. & deciſ.* 275. *n.* 3. *part.* 4. *Recent.* 1

Dicendum tamen eſt. *Legatariam Eccleſiam tranſigere poſſe ſuper legato pro Miſſis, ſi verè ſit litigioſum.* Dixi, ſi verè ſit litigioſum. Quia ſi lis ſit calumnioſa, non valebit tranſactio, vt inter alios notant Magon. *deciſ. florent.* 5. *num.* 4. Rota *in Rom. reſciſſionis Contractus.* 15. *februar.* 1591. coram Otano. Nam tenetur legatarius ſubſtinere iura defūcti; cū huiuſmodi legatum ſit ipſius fidei relictum in ordine ad exequutionem oneris adiuncti, & ideò tranſigere non poteſt ſine ſufficienti cauſa. 2

Ratio autem pro concluſione ex eo deducitur, quod tranſactio de ſui natura eſt receſſus à lite. *l.* 1. *ff. de tranſact. & l.* 12. *& ſi pro fundo. C. de tranſact.* & notant Corn. *conſ.* 167. *num.* 15 *lib.* 2. Roland. *conſ.* 28. *num.* 16. *lib.* 4. Et proinde eſt fauorabilis, cum litibus finem imponat. *l. fratres. & l. ſi pro fundo. C. de tranſaction. & l. Proponendum. C. de iudicijs. & cap finem litib. de dolo, & contumacia.* Et ideò continet etiam fauorem teſtatoris. Vnde cum legatarius ſit exequutor oneris annexi legatio, dum tranſigit, procurat fauorem, & vtilitatem teſtatoris, & ideò teſtator non poteſt eſſe inuitus, ſi vtiliter geratur negocium ipſius. 3

Ex quibus fit, quod legatarius, non ſolum tranſigere poſſit, ſi contra ipſum fuiſſet pronunciata prima ſententia aut ſi mota fuiſſet lis, ſed etiam ſi adeſſet timor probabilis futuræ litis cum dubio de exitu. Tranſactio enim locum habet etiam in ordine ad vitandas futuras lites, *l. fratres. & l. Cauſas. & lites.* 4

lites, C. de transact. & notant Corneus *cons. 167. num. 33 lib. 2.* Ludouis. *decis. 266. num. 6.* Et adhuc vtiliter geritur negocium testatoris, & proinde esset irrationabiliter inuitus, quia adhuc obtinetur fauor ipsius.

5 Quod autem sufficiat timor probabilis litis non calumniosæ, desumitur *ex l. 2. C. de transact.* vbi Doctores, & tradunt etiam Paris. *cons. 32. num. 18. lib. 1.* Natta *cons 465. num. 2.* Mohedan. *decis. 1 de transact.* Mantica *De tacit. lib. 26. tit. 1. num. 16.* Caputaquen. *decis. 123. lib. 2.* Seraphin. *decis. 6, 8. num. 7. & decis. 73*. Rota *decis. 119. num. 4 apud Zacbiam de obligat. Camer. decis. 119. num. 4. part. 1. Recent. & decis. 447. num. 1. & decis. 715 num. 5. part. 2. recent. & in Rom. Domorum. 11. Martij.* 1616. coram Vbaldo *& in Mendonien. Canonicat. 24 Nouembr.* 1617. coram Butatto, *& in Bononien. transact. 25. februar.* 1639. coram Merlino, *& in Bononien de Berois. 18. februar.* 1641. coram Carillo, *& decis 198. num. 11.* coram Eminentissimo Otthobono. Timor enim probabilis litis reddit possessionem dubiam: & ideò res vtiliter geritur, si per transactionem certificetur, & effugiatur dubius euentus litis.

6 Est tamen aduertendum, quod si materia transactionis sit spiritualis, aut Ecclesiastica, & proinde etiam quoad legatum pro Missis, etiamsi bona, seu fundus sint laicalia, quia iuxta Decreta de celebratione Missarum alienari non possunt sine consensu Sedis Apostolicæ, requiritur consensus Apostolicus, vt notant Caputaquen. *decis. 106. per totum part. 1.* Coccin. *decis. 101. num. 1.* Eminentiss Otthobon. *decis. 220. num. 15.* Rota *decis. 755. num. 2. part. 2. recent. & decis. 241. num. 10. tom. 2. part. 4. & in Marsicen. Iurisdict. 18. February* 1647. coram Bichio Cum etiam alienatio sit prohibita absque beneplacito Sedis Apostolicæ, est etiam prohibita transactio, cum sit quædam alienatio. Et hoc locum habet, etiamsi legatũ esset annuatim soluendum Ecclesiæ, quia cum Ecclesia acquisierit hoc ius ad legatũ, nõ potest aut in totum, aut ex parte se priuare hoc iure, inconsulta Apostolica Sede, & ideò adhuc eius consensus erit necessarius.

7 Attamen si contingat fieri transactionem absque consensu Apostolicæ Sedis, facienda est ea interpretatio ad excludendum delictum, & nullitatem, quod sit tantum personalis; & proinde afficiat tantum transigentem, & non successores, iuxta ea, quæ tradunt Feder. de Senis *cons. 84. per totum.* Abbas *in cap. Veniens. num. 2. de transact. & cons. 56. num. 2. lib. 1.* Ludouis. *decis. 152. num. 1.* Rota *in Cartagenen. Pensionis 13. Februar.* 1604. coram Pamphilio. *& in Burgen. Quindennior. 20. Nouembr.* 1603. coram Dunozetto. & alij cum Glos. *in d. cap. Veniens. verbo.* Confirmatã. *de transact.*

8 Quando autem adsit iusta causa fugiendi litem, vt locum habeat finis transactionis, & proinde etiã transactio. Respondent Doctores, tunc adesse iustam causam, quando articulus controuersus habet Doctores pro vtraque parte. Ita Bald. *in l. cum proponas. num. 2. vers. si autem est quæstio. C. de reb. credit.* Curt. Iun. *cons. 150. num. 15.* Surd. *cons. 556. n. 4.* Rota *decis. 263. num. 2. part. 3. Recent.* vbi dicitur, quod sufficit vnius Doctoris auctoritas ad probandam iustam causam transactionis. Quod tamen ita absolutè prolatum pati videtur difficultatem. Quia cum Iudex debeat proferre sententiam secũdum receptiorem sententiam, non sufficit vnius Doctoris sententia contra receptiorem ad reddendum dubium euentum litis, & ad iustificandam transactionem, præsertim in materia legati pro Missis, vbi agitur de interesse testatoris: Vnde tunc solum videtur hoc habere posse locum, quando articulus non esset tractatus à Doctoribus, & vnus, qui ipsum tractaret, cõtra sentiret.

In hoc etiam videtur attendendum, quam opinionẽ sequi soleat Tribunal, coram quo est litigandum, quando Doctores inter se diuisi sunt. Si enim perpetuò sequatur vnam opinionem, vt frequenter solet contingere; qui habet pro se hanc opinionem, non habet iustam causam transigendi, quamuis opposita oppinio habeat pro se plures Doctore, quia euentus litis non est dubius, quod requiritur, vt locum habere possit transactio; præsertim quando habet implicatum ius tertij, vt in legatis pro Missis. Vt enim transactio locum habere possit, debet res esse dubia. iuxta *l. 1. ff. de transact.* Castren. *in l. si de certa. num. 1. C. de transact.* Crauetta *cons. 152. num. 9. vers. sexto dubitatur.* Menoch. *cons. 115. num. 9.* Manent. *cons. 136. num. 44.* Mantica *de tacit lib. 26. tit. 1. nu. 17* Quod tamen limitandum est, nisi possit à sententia appellari ad aliud Tribunal, apud quod soleat diuerso modo iudicari, quia tunc cum possit euentus litis fieri dubius, admitti poterit transactio. 9

Et quamuis quamplures doceant, quod transactio tunc locum habere potest, quando non adest euidens calumnia, vt inter alios Bec. *cons. 109. num. 10.* Mantica *de tacit. lib. 26. tit. 1. num. 18.* Seraphin. *decis. 138. num. 3.* Caualer. *decis. 407. num. 7.* Rota *decis. 104. num. 2. part. 2. Recent. & decis. 263. num. 2. part. 3. & decis. 348. part. 4.* Hoc tamen accipiendum est, quando ex stylo Tribunalium non solet iudicari secundum certam aliquam Doctorum opinionem, ita vt remaneat dubius euentus litis. 10

QVÆSTIO 1039.

An, adempto legato pro Missis per sententiam Iudicis, possit legatarius pro aliqua summa concordare, ad non prosequendam litem per viam appellationis.

SVMMA.

1 *Legatarius cedere potest prosequutioni litis quoad legatum pro missis, si sententia habeatur pro iusta.*
Sententia præsumitur iusta.
3 *Sententia tribuit bonum ius non obstãte appellatione.*
Præsumi potest quod in sententia nõ adsit excessus.
4 *Legatarius cedendo liti, sibi acquirit, quod pro cessione datur.*
Ius prosequendi litem est personale.
5 *Ablato legato per sententiam aufertur etiam onus Missarum: & remanet ius prosequendi litem.*
6 *Hæres vendita hæreditate remanet hæres.*
7 *In transactione super legato Missarum portio legati remanens cedere debet in beneficium testatoris.*
8 *Legatarius post primam sententiam non tenetur prosequi litem.*
Vtens iure suo neminem grauat.
9 *Quantitas concordata pro cessione litis, si excedat ius litigandi debet esse in beneficium testatoris.*
10 *Procedendo iure litigandi super legato pro Missis an necessarius consensus Apostolicus.*

QVod possit concordare per viam transactionis, constat ex dictis in *præceden. quæst.* Vnde solum dubium est, An possit concordare, cedendo iuri proprio prosequendi litem, facta sibi aliqua compensatione, quæ conuertatur in beneficium proprium, & non in beneficium testatotoris: vt proinde nullum remaneat onus celebrandi aliquas Missas, sicut re- 1

tij 1559. coram Quiroga apud Garziam *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 106. Nam cum seruanda sit mens testatoris, repugnat, cum his conditionibus consistere posse naturam beneficij.

3 Si verò legatum sit perpetuum, & exequutionem incæperit habere, viuente testatore, non poterit erigi in beneficium, vt obseruat Garzias *part.* 1. *de benef. cap.* 2. *num.* 108. Nam exequutio inter viuos satis declarat mentem fundatoris, quod nolit institui beneficium, quia cum potuerit interponere auctoritatem Ordinarij, vt erigeretur in beneficium, cum non interposuerit, facto ipsò declarauit, quod nollet erigi in beneficium, sed relinqui in statu legati Laicalis, & prouidendum de Capellano facultate laicali.

4 At si non habet exequutionē inter viuos, sed tantum post mortē, si non repugnet testatoris volūtas, erigi posse in beneficium, tenent S...zedo ad Diaz *in Pract. cap.* 18. *num.* 9. Ceuallos. *quæst.* 282. *num.* 9. Garxia *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 109. & facit decis. Rotæ. 521. *lib.* 3. *part.* 3. *Diuers.* Quia ex ipso, quod testator instituit Capellaniam, videtur velle fundare beneficium Ecclesiasticum. Quæ tamen doctrina valde dubia est: quia, si voluisset instituere Capellaniam collatiuam, potuisset aliquid saltem exprimere, quo id significaret, aut iubendo, quod exquireretur consensus Ordinarij, aut reseruando hæredibus ius præsentandi aut aliquid simile, vnde de eius voluntate constaret.

5 Accedit etiam, quod non censetur volitum, quod non apparet dispositum: quia nec etiam prudenti consideratione possumus imaginari testatoris voluntatem, quam non possimus ex verbis concipere. *l. Gallus.* §. *Quidam rectè. ff. de liber. & posthum. & l. si alij ff. de vsufr. leg.* Nec dici potest, quod testator sic voluerit, nisi etiam verbis expresserit. *l. Quoties. imt. ff. de hered. instit.* ibi, *Neque eum, quem voluit. & l. In ambiguo. ff. de reb. dub. & l. Iubemus. C. de testam. & l. Quidam cum filium. ff. de hered. instit.* & notant *ibidem* Bald. Imol. Angel. Alciat *in l. Cum filio familias. num.* 12. ver. *sed respondendum. ff. de leg.* 2. Natta *cons.* 551. *num.* 22. Socin. Sen. *cons.* 69. *num.* 1. *vol.* 3. Socin. Iun. *cons.* 111. *num.* 28. *vol.* 1. Crauetta *cons.* 161. *num.* 13. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo.* Libertis. *num.* 18. *de reuocan. donat.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib* 3. *tit.* 3. *num.* 3. Vnde si testator nihil expressit, vnde possit colligi eius voluntas de erectione legati in beneficium, videtur disposuisse tantum de legato, & proinde voluisse, quod remaneret in terminis puri legati, & quod prouisio Capellani spectaret ad hæredes.

6 Quod si testatoris voluntas repugnet, ne Ordinarius se intromittat in prouisione Capellaniæ, pro qua instituit legatum: Communis sententia docet, quod teneat dispositio, & proinde non possit legatum, seu Capellania erigi in beneficium. Ita specialiter Spinus *de testamen. glos.* 4. *num.* 42. Ceuall. *quæst.* 282. *num.* 23. *&.* 28. Humada *in addit. ad Greg. Lopez l.* 1. *tit.* 15. *part.* 1. *glos.* 6. Garzia *de benf. part.* 1. *cap.* 2. *num* 105. Felin. *cons.* 41. *num.* 6. Cardin. *cons.* 83. Nauarr. *cons.* 5. *de Preben.* Barbatia *cons.* 33. *num.* 8. *lib.* 2. Alphons. de Leone. *De offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 10. *num.* 141. Caualer. *decis.* 639. *num.* 6. Rota *in salernitan. Oratorij.* 15. *Martij.* 1559. coram Quiroga. apud Garziam cit. *cap.* 2. *num.* 106. *& decis.* 554. *num.* 1. *part.* 2. Recent.

7 Cum enim testator de rebus proprijs disponat, quibus imponere potest quam legem voluerit. *l. si quid possessor.* §. *sicut autem. & l. sed & si lege.* §. *Consuluit. ff. de petit. hered. & l. legem. C. De donat* dum non vult, quod legatum pro Missis erigatur in beneficium, debet seruari eius voluntas, quæ pro lege habenda est. *l.* 1. *C. De sacrosan. Eccles. & l.* 4. *C. De necess. seru. her. instit. & cap. Vltima voluntas.* 13. *quæst.* 2. Nec potest Ordinarius aliter disponere, quam disposuit testator, cum non possit disponere de rebus alienis.

An autem: si testator vtatur verbo Capella- 8
niæ, vt si relinqueret legatum pro Cappellania, possit tunc erigi in beneficium: Certum est, quod si ex dispositione colligatur, Quod intellexerit de Capellania non collatiua, non poterit erigi in beneficium, quia esset contra voluntatem testatoris. vt notat Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 2. *cap.* 1. *num* 45. qui subdit, quod si non constat, quod testator voluerit, quod esset Capellania non collatiua, poterit erigi in beneficium, quia iuxta verba accipienda est mens testatoris. Verum, cum nomen Capellaniæ non magis significet collatiuam, quam non collatiuam, ex eo quod testator vsus sit verbo Cappellaniæ, non potest argui, quod intellexerit de collatiua, nisi aliunde vocabulum ad hanc significationem determinetur. Imo cum testator potuerit exprimere aliquo modo, quod erigeretur beneficium, cum non expresserit, præsumendum est noluisse. *l. vnica.* §. *sin autem. C. De caduc. tollen. & cap. Per incorporalia* ver. *Vnde si circa. de translat. Prælat. & cap. Ad audientiam. de Decim.* & notat Alex. *cons.* 5. *num.* 5. vers. *si enim voluisset. lib.* 5. & ex eo quod testator non requisiuit auctoritatem Ordinarij, non videtur voluisse facere beneficium Ecclesiasticum, vt dixit Rota *in Dertursen. erectionis benef. die.* 27. *Nouembris.* 1624. coram Remboldo. ver. *Non obstat quod.* sed intellexisse de simplici Capellania non collatiua.

Rursus dubium est, An sit testator commit- 9
tat suis hæredibus prouisionem Capellani in ordine ad celebrationem Missarum, pro quibus legatum reliquit, censeatur prohibita erectio Capellaniæ in beneficium, an verò censeatur permissa, ita vt censeatur concessa hæredibus facultas præsentandi. Resoluendum autem videtur, quod talis dispositio repugnet erectioni in beneficium. Ita Moneta *de commun. vlt. volun. cap.* 10. *num.* 480. Garzia. *part.* 1. *de benefic. cap.* 2. *num.* 111. in fin. Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst.* 5. *sectione decima, numer.* 150. Rota. *in salaman. Capell.* 23. *Martij.* 1583. coram Seraphin. quæ est apud ipsum *decis.* 611. Quia cum testator committat hæredi prouisionem Capellani, totum negocium in ipsum transfert, nec intelligit de sola præsentatione, quia præsentatio non est prouisio, & idem dicendum esset, etiamsi non vteretur hoc verbo prouisionis, dummodo vteretur alijs æquiualētibus, quibus significaret, quod electio Capellani ad ipsos spectaret. Quod confirm. etiam ex supradictis. Quia dum testator non meminit de Ordinarij auctoritate interponenda, satis declarat suam mentem, quod velit legatum remanere in terminis puri legati laicalis, nec transire debere in patrimonium Ecclesiæ.

* * *

QVÆST.

QVÆSTIO 1041.

An, si Testator prohibeat, ne Episcopus conferat, aut se intromittat, erigi possit in Beneficium Capellania.

SVMMA.

1 *Conditio, ne Episcopus se intromittat in legato pro Missis, an apponi possit*, & num. seq.
2 *Hac conditio non repugnat cum Capellania non collatiua.*
3 *Si prohibeatur Episcopus se intromittere, non potest Capellania erigi in Beneficium.*
Voluntas licita Testatoris est seruanda.

1 HAnc cõditionem, quod Episcopus non se intromittat, tamquam turpem, & sacris Sanctionibus cõtrariam, esse reijciendam, & legatum erigi posse in beneficiũ tradit Perez de Lara *lib.2. De Anniuers. cap.1. n.47.* Subdit tamen, de cõsensu Summi Pontificis apponi posse talem cõditionem, pro quo citat Rebuf. *De congr. port. nu.* 120. aut etiam de consensu Episcopi, citans Abb. *in Cap. A nobis num. 5. De Iurepatr.*

2 Verùm, licet prædicta cõditio, quod Episcopus non cõferat, esset cõtra Sacros Canones, & de iure turpis, & proinde reijciẽda, supposito, quod testator disponeret, quod Capellania erigeretur in beneficiũ, quia repugnat Sacris Canonibus, quod beneficia non cõferantur per Episcopum, aut Summum Pontificem. Dum tamen non disponit, quod erigatur in beneficium, & proinde remanere velit in statu laicali, per dictam prohibitionem declarat suam mentem, quod nolit erigi in beneficium, & quod prouisio remaneat apud eos, quibus ipse eam committit; ita vt non possit Episcopus, aut alius se intromittere, & vsurpare sibi facultatem prouidendi.

3 Et ideò in tali casu non posse Ordinarium erigere Capellaniam in beneficium, & talem clausulam importare prohibitionem, ne in beneficium erigatur, tradunt Garzia *de Benef. part. 1. cap. 2. num.* 105. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect.* 10. Rota *in Salamantin. Capellaniæ*, 23. *Martij* 1583. apud Seraphin. *decis.* 611. Eo enim ipso, quod testatur volt, quod Ordinarius non prouideat, aut se intromittat, intendit præseruare ius prouidendi iis, quibus committit prouisionem, & proinde legatum, seu Capellaniam remanere in illo statu, in quo per laicos prouideri possit. Et cum hæc voluntas testatoris sit licita, est seruanda, §. *disponat.* Authent. *de nupt. collat.* 4.

QVÆSTIO 1042.

An legatum perpetuum pro Missis effici possit ex obseruantia beneficium.

SVMMA.

1 *Legatum non potest ex obseruantia effici beneficium, si constet de eius initio.*
2 *In indicanda qualitate originalis, causa attendenda.*
3 *Obseruantia non habet locum in claris.*
4. *In beneficijs attendendus vltimus status.*
Nisi constet de anteriori statu.
Cessante præsupposito, cessat etiam dispositum.
5 *Si non constet de initio potest legatum ex obseruantia effici Beneficium.*
In dubijs attendenda obseruantia.
6 *Concurrente diuersa obseruantia, quænam attendenda.*
7 *Habentes electionem Capellani possunt eligere quemcumque ex approbatis.*
Quinam censeantur approbati

SEu, quod idem est, An Episcopus præscribere possit prouisione Capellaniæ, pro qua extat legatum perpetuũ, tamquam beneficij Ecclesiastici & proinde ratione prouisionis transire possit in Beneficium Ecclesiasticum. Dicẽdum est, aut *Non posse obseruantia effici beneficium Ecclesiasticum, si constet de fundatione, quod sic Capellania non collatiua, & laicalis; Secus autem si non constet*; Nam tunc ex obseruantia fieri poterit Capellania collatiua. Ita Dec. *cons.* 126. *num. 3. in fin.* Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 11. num.* 171. Rota *decis. 2. de præbend. in nouiss. & decis.* 188. *num. 1. part. 1.* Recent. 1

Ratio est. Quia in iudicanda qualitate rei, originalis causa & primum fundamentum attendendum est. *l. Tutor datus ff. de fideiuss. & l. Quæsitum. init. ff. de reb. auto. iud. possid. & l. si filiusfamil. C. Ad Senatus cons. Maced.* & Cap. *Porrò. De priuileg.* & notant Glos. *in cap. statutum verbo.* Canonicis *De rescript. in 6.* Bald. *in l. 1. ff. de reg. iur.* Ias. *in l. More. not. vlt. ff. de iurisd.* Abb. *in Cap. Grauis.* vers. *Venio ad tertiam. De restit. spoliat.* Et in specie de beneficijs Rota *in Ripan. Oratorij* 10. *Martij* 1591. coram Gypsio. Vndè cum in legato Capellaniæ non adsit in sua fundatione erectio in beneficium, sed constat fuisse fundatum tamquam Capellaniam non collatiuam, hæc primæua qualitas erit attendenda, & ideò obseruãtia non habebit vim conuertendi in Capellaniam collatiuam, seu Beneficium. 2

Et eo magis, quia quando sumus in claris, non habet locum obseruantia, sed standum est dispositioni, *l. 3. in fine, C. de liber. præter.* & notant Castren. *in l. Heredes palam.* §. *Quid. ff. De testam.* Archidiacon. *cons.* 115. *num.* 2. Batnen. *in Seg. De non tollen. iur. quæstion.* 13. *numero septimo*; Rota *decis.* 623. *numero quarto part. 3. Recen.* & in *Toletana Decimar. de Laxedor. vigesima secunda Maij.* 1592. coram Arigonio. Vndè quando ex dispositione Testatoris constat quod Capellania sit non collatiua non erit attendenda obseruantia in contrarium, si qua sequuta sit. 3

Quod si obijciatur, Quod in beneficiis sit attendendus vltimus status, iuxta cap. *Cum de Beneficiis. De præbend. in 6.* Quia hoc locum habet, quando sumus in dubio circa statum, non autem, quando constat de anteriori stato, vt firmat Rota *decis.* 188. *num. 1. part. 1.* & coram Caualer. *decis.* 639. *in fine & Melphitan. legati pij.* 24. *Ianuar.* 1629. coram Dunozetto: Addo etiam, quod d. Cap. *cum de beneficij* disponit circa statum beneficiorum, & supposito, quod sit beneficium, & dubium sit, quem statum habeat, vult attendi vltimum statum. Vnde, cum in præsenti cesset præsuppositum, quia ex fundatione constat, non esse beneficium, cessat etiam dispositio, vt obseruant Glos. *in L. mancipia. C. de seru. fugit* Decian. *cons.* 161. *num.* 8. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 9 *numero centesimo sexagesimo primo*, Alex. *consilio centesimo vigesimo sexto*, & desumitur ex Capite *Si Papa De priuileg. in sext.* Et Clemen. *Si sumus. De Sententia Excommunicationis.* Vnde tunc solum allegari posset ad rem, si disposuerit, quod in dubio an aliquod 4

an aliquod sit beneficium, an non, debeat attendi vltimus status.

5 Quod autem, si non constet de fundatione, locum habere possit obseruantia, tanquam super re dubia, & proinde efficere possit Capellaniam collatiuam, deducitur ex regula, quod in dubijs attendenda sit obseruantia. *l. si de interpretatione. ff. De legib.* & tradit Rota *decis.* 150. *num.* 27. *part.* 5. *Recen. & decis.* 14. *num.* 4. *part.* 7. *& decis.* 254. *num.* 12. coram Eminentissimo Orthoborono.

6 Quod si concurrat diuersa obseruantia contraria, attendenda est illa, quæ est proximior dispositioni Testatoris, quàm illa quæ est magis remota. *l. Mela ver. sed si alimenta ff. De alim. & cibar. leg.* & cum alijs firmant Rota *decis.* 37. *num.* 34. *part.* 1. *diuers.* Caualer. *decis.* 487. *num.* 2. Dutan. *decis.* 36. *num.* 38. Eminentissimus Orthoboon *decis.* 26. *num.* 14. Item Rota *decis.* 105. *num.* 10. *part.* 7. *Recent.* Obseruantia enim proxima dispositioni præsumitur habere fundamentum in ipsa dispositione, & ab ea descendere, & proinde cum ipsa concordare.

7 Ex dictis infertur, Quod stante legato in suis terminis puri legati, & pro Capellania non collatiua, poterunt ij, ad quos spectat, eligere quemcumque Sacerdotem, qui satisfaciat oneri Missarum, ex approbatis ab Ordinario, vt obseruant Tholosan.cum Fabro, & Guidone *De benefic. cap.* 11. *num.* 10. *in fine.* Perez de Lara *De Anniuers. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 33. Alphons. de Leon. *De offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 11. *num.* 178. Et ita declarasse Sacr. Congreg. refert Zerola *in prax. part.* 1. *verbo* Beneficio *ante ver. Ad secundum.* Per approbatos autem Sacerdotes intelliguntur ij, qui ab Ordinario habent facultatem celebrandi. Vnde cùm Regulares non indigeat alia facultate, quàm suorum Superiorum, poterunt eligi à laicis ad satisfaciendum oneribus harum Capellaniarum.

QVÆSTIO 1043.

Quanti temporis obseruantia requiratur, vt legatum pro Missis habeatur pro Beneficio.

SVMMA.

1 *Quadragenaria obseruantia sufficit ad præscribendũ legatum pro Missis in beneficium.*
2 *Minus tempus an sufficiat*, & num. seq.
3 *Legatum pro Missis censetur eodem iure, ac bona Ecclesiastica.*
4 *Ius prouidendi Capellaniam apud laicos, est merè laicale.*
5 *Ius Patronatus à laico non potest præscribi contra compatronum, nisi spatio quadraginta annorum.*

1 QVia, vt dictum est in *præced. quæst.* quando non constat de dispositione Testatoris, potest obseruantia facere, quod legatum, seu Capellania, licèt non esset collatiua, sit beneficium, ideò dubitatur modò, quanti temporis obseruantia requiratur ad inducendum hunc effectum. In quo illud certum est, quod quadragenaria obseruantia est sufficiens, quia potest præscribere huiusmodi ius confetendi, præsentandi, &c. vt frequenter dixit Rota *decis.* 407. *num.* 1. *part.* 1. *Diuers. & decis.* 146. *num.* 5. *part.* 2. *Recent. & in Leodien. Beneficij.* 28. *February* 1639. coram Merlino *& in Sulmonen. Benefic.* 25. *Iunij* 1646. §. *Neque Tabassum* coram Peutinger. *& in Mutinen. Benef.* 27. *Martij* 1648. §. *Non obstat.* coram Arguel.

Ao autem sufficiat minus tempus, controuertitur inter Doctores. Aliqui enim volunt, quod sufficiat tempus ordinarium, quo præscribuntur res Laicorum, nempè decennium, si intra hoc tempus Ordinarius saltem bis contulerit, Ita Menoc. in *l. si aquã. num.* 4. *C. De seruit. & aqua.* Velasc. *consul.* 105. *num.* 4. Perez de Lara *De Anniuers. lib.* 2. *capite primo, nnmero quinquagesimo.* 2

Oppositum tamen tradunt Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 3. *quæst.* 5. Garzias *De Benef. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 115. *& in addit. ad d. Cap. num.* 116. Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 11. Quia legatũ pro Missis cùm sit pium, pertinet ad Ecclesiam, & censetur eodem iure, ac bona Ecclesiæ. Authen. *de Ecclesiast. tit.* §. *Pro temporalib.* & iuxta ea, quæ tradunt Abb. *in Cap. De Quarta, num.* 7. *De præscript.* Felin. *num.* 10. Tiraquell. *De priuileg. pia caus. priuileg.* 139. *&* 140. Sfortia *De in integr. rest. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 5. *num.* 31. Et ideò requiritur idem tempus, quod requiritur ad præscribenda bona Ecclesiæ. 3

Verùm hæc locum haberent, si ageretur de præscribendo legato, nam tanquam pium, non posset præscribi, nisi spatio quadraginta annorum. At non agitur de præscriptione legati, sed iuris prouidendi de Capellano, qui satisfaciat oneri legati, iuxta dispositionem Testatoris. Hoc autem ius est merè laicale, cùm sit concessum laicali modo, & proueniat à laicali potestate, & ideò quando agitur de præscriptione contra ipsum, censendum est eodem iure, quo censentur laicalia, quæ præscribi possunt. 4

Dices. Ius patronatus neque etiam à laico compatrono præscribi potest contra alium compatronũ, nisi spatio quadraginta annorum, vt firmat Rota *decis.* 219. *n.* 1. *& decis.* 407. *num.* 1. *part.* 1. *Diuers.* Et coram Dutano *decis.* 125. *num.* 6. & coram Eminentissimo Orthobono *decis.* 26. *num.* 23. Ergo neque ius prouidendi de Capellano præscribi poterit, nisi spatio quadraginta annorum. Resp. esse diuersam rationem, quia in Iurepatronatu interponitur auctoritas Ecclesiastica Ordinarij, per quam suo modo spiritualizatur, & trahitur ad Ordinem rerũ Ecclesiasticarum. Hoc autem non contingit in iure prouidendi de Capellano, sed remanet in suo statu merè laicali, atque adeò sequitur conditionem rerum laicalium. 5

QVÆSTIO. 1044.

An, si legatum cum onere Missarum relinquatur Hospitali, Confraternitati, remaneat temporale extra iurisdictionem Episcopi.

SVMMA.

1 *Legatum cum onere Missarum relictum Hospitali, Confraternitati, quando remaneat sub iurisdictione Ordinarij.*
2 *Quando legatum est sub iurisdictione Episcopi, qua conditio repugnet.*
Voluntas Testatoris dominatur si sit legitima.
3 *Legatum est extra iurisdictionem Episcopi, si Hospitale, &c. non sit eius auctoritate erectum.*
4 *Hospitale, &c. quando sit laicale.*
5 *Causa super legatis pro Missis, ad quem Iudicem pertineat.*
6 *Quid si agatur de opere pio, pro quo bona sunt destinata*

7 *Bona laicalia pro Missis non possunt alienari sine consensu Sedis Apostolicæ.*

1 RESolutio difficultatis dependet ex erectione loci legatarij. Potest enim esse fundatus à laico sine auctoritate Episcopi, & potest esse fundatus cum Episcopi auctoritate. Et quidem si sit fundatus auctoritate Episcopi, legatum fiet de iurisdictione Episcopi, & erit sub regimine Ecclesiæ, quia sequetur conditionem legatarij, vt notat Perex de Lara *De Anniuer. lib. 2. c. 1. n. 15.* Tenebitur tamen Episcopus seruare dispositionem testatoris, ita vt non possit erigere legatum in beneficium, si repugnet testatoris voluntas, & disponat, quod sit Capellania non collatiua, iuxta dicta in superioribus, cuius prouisio pertinet ad locum pium.

2 Ex quo fit, Quod si testator relinquendo legatum tali loco, apponat aliquam conditionem in ordine ad Episcopum, quæ iis repugnet, quæ de iure disposita sunt, erit reiicienda conditio tanquam de iure impossibilis, *l. 1. & l. Conditiones contra. & l. Si quis ita institutus. ff. de condit. Instit. & l. Obtinuit ff. de condit. & demonstr. & l reprehenda. C. de instit. & substit.* & obseruant Abb. *in cap. Nobis. n. 5. De Iurepatr.* Felin. *in cap. Cum venerabilis. num. 33 de except.* Buttrius *in cap. Cum dilectus. num. 24. De consuet.* Imol. *n. 12.* Palat Rubeus. *in rubr. de Donat. §. 16. n. 14.* Lambertin. *De Iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 9. princip. num. 68.* Sarmient. *lib. 1. select. interpret. cap. 11. num. 10.* Couaruu. *in cap. Tua. num. 6. de Testam.* Spino *de Testam. glos. 4 princip. tit. de Patr. num. 40* Azeuedo *tit. 6. l. 9. num. 5. lib. 5. recopilat.* Duran. *De condit. impossibil part. 2. cap. 1. num. 5.* Voluntas enim testatoris, licet possit rebus suis imponere, quam legem voluerit, non tamen potest excedere imponendo, quæ de iure naturæ, aut positiuo prohibita sunt. Tunc enim voluntas testatoris dominatur, quando est legitima *l. Cum quæstio. in fine. C. de leg. & §. Disponat.* Auth *de nupt.* ibi *Vt dignum est.*

3 Si tamen Hospitale, Confraternitas, aut alius locus nõ sit erectus auctoritate Ordinarij, Dicendum est, *Legatum remanere extra iurisdictionem Episcopi, & esse de iure laicorum.* Ita Abb. *cons. 31. num. 1. part. 1.* Parlador. *part. 3. differen. 9. §. 1. num. 9.* Cabedo. *decis. 51.* Velasc. *consul. 105. num. 32.* Zerola *in Prax. part. 1. verbo.* Confraternitas. *ver. 4.* Caputaquen. *decis. 328. part. 1.* Perex de Lara *de Anniuers. lib. 2. cap. 1. n. 5.* Alphon. de Leon. *de offic. Capell. q. 5. sect. 11. n. 183.*

Ratio est. Quia tam ratione originis, quam ratio-
4 ne termini continentur intra confines, & ordinem rerum laicalium. Nam relinquuntur de bonis laicis, & per facultatem laicalem, qualis est illa qua vtitur testator. Terminus etiam, ad quem perueniunt legata, seu legatarius, est laicus. Nam cum talis locus non sit erectus auctoritate Episcopi, remanet laicalis, nec est religiosus, & potest laica auctoritate tolli, vt notat Glos. *in Clemen. Quia contingit verb.* Altare. *De relig. domib.* Abb. *cons. 31. num. 5. part. 1.* Vnde ex eo, quod legatum in eius dominium transeat, non fit extra ordinem rerum laicalium: sed solum est destinatum ad vsum pium, in ipsum facultate laicali conuertendum.

5 Ex quibus infertur, quod si super huiusmodi legatis oriatur cõtrouersia aliqua, cum non sint de iurisdictione Episcopi, pertinebit ad Iudicem sæcularem eam decidere, vt notant Abb. *cons. 31. n. 1. part 1.* Cabedo *de Patronatu regiæ Coronæ, cap. 58. n. 6.* Perex de Lara *De Anniuers. lib 2. cap. 1. n. 12.* Alphon. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 11. n. 183.* testans, regiũ Cõsilium Neapolitanum ita in praxi seruare, Nam cum sint in ordine laicali, sobijciũtur iudicio laicali, iuxta cap. *fin. De foro. competen.* Quod tamen mihi difficile est, quia cum sit, destinatum ad opus pium, & ipsi accessorium; videtur sequi debere naturam sui principali & trahi ad forum operis pij.

6 Hoc tamen est limitandum, vt solum pertineat ad iudicium laicale, Quando agitur de bonis, in quibus consistuunt, Nam si ageretur de ipso opere pio, pro quo sunt destinata, aut de ipsius exequutione; tunc pertineret ad Tribunal Ecclesiasticum, quia causæ piæ, & quæ concernunt animam, pertinent ad Episcopum, iuxta Cap. *Nos quidem. De testamen.* & notant Rocchus de Curte. *De Iurepatron. verbo* Pro eo quod. *num. 28.* Valasc. *consul. 105. num. 65. & 61.* Perex de Lara *de Anniuers. lib. 2. cap. 1. num. 8.* Quamuis vt notant Valasc. *eadem consul. num. 49.* non poterit exigere rationem, aut visitare, quia hoc caderet super ijs, quæ sunt de iure laico.

7 Secundò infertur, Quod, quamuis ista bona sint laicalia, & de iure antiquo alienari possint absque solemnitatibus, vt notat Alex *cons. 4. vol. 4.* Paris. *cons. 34. num. 19. vol. 4.* Perez de Lara *De Anniuers. lib. 2. cap. 1. num. 5. in fine* Attamen modò non possunt alienari absque auctoritate Sedis Apostolicæ ob nouissima Decreta Sac. Congregat. edita auctoritate Vrbani VIII. *De celebrat. Miss.* tanquam subiecta oneri perpetuo Missarum; vt disponit in §. *Præterea ne in Ecclesijs.* vbi obligat loca omnia, & personas omnes, ad quas legata huiusmodi perueniunt, ad ea manu tenenda cum expressione oneris & non alienanda sine auctoritate Sedis Apostolicæ interposita. Quod etiam tanquam dispositum in fauorem piæ causæ afficit ex hoc quoque capite etiam laicos.

QVÆSTIO 1046.

An Episcopus visitare possit Capellanias non collatiuas, & legata pro Missis.

SVMMA.

1 *Episcopus an possit visitare Capellanias non collatiuas,* & num. seq.

3 *Episcopus inquirere potest; vt piæ dispositiones habeant exequutionem.*

Ad Episcopum spectat cura piarum dispositionum.

4 *Episcopus quoad administrationem temporalem non potest visitare Capellanias non collatiuas.*

Capellania non collatiua non est quid religiosum.

5 *Hospitalia laicalia quomodo possint visitari.*

6 *Capellania non collatiua quando possit visitari ab Episcopo.*

7 *Quando non possit visitari, licet sit apud locum auctoritate Ordinarij erectum.*

SI Capellania sit collatiua, constat ex dictis *quæst. præceden.* Quod non possit Testator excludere Episcopum à visitatione; sed hanc conditionem tãquam turpem, & iuri repugnantem, esse reijciendam. Vndè difficultas remanet de Capellanijs non collatiuis, quæ per ipsos laicos prouidentur. In qua difficultate Paris. *cons. 34. apud Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 35.* sentiunt, quod Episcopus non possit visitare. Quia cùm sint Capellaniæ laicales, non subsont eius visitationi, & correctioni. 1

Secunda autem sententia tenet, quod possit visitare, si tamen in fundatione id expressè non prohibeatur. Ita Garzia *parte prima De Benefic. capite secundo, numero centesimo quarto.* Moneta *De commut. vlt. volunt. capite decimo, num. 478.* Alphonsus de Leone *De offic. Capell. quæst. 5. sect. 12. num. 203.* Et potest habere fundamentum in dispositione Concil. Tridcnt. *sess. vigesima secunda, cap. 2. De reformat.* vbi constituit, Episcopos tanquam delegatos Sedis 2

poratur honestum, & laudabile seruare, tantumdem puretur turpe non seruare, & causet abominationem erga non seruantes. Et hoc non solum tanquam quid de conuenientia, sed tanquam quid omninò necessarium ad conseruandam humanam societatem, quæ sine fidelitate exerceri non potest, vndè constat experientia, quod recusamus tractate cum ijs, qui promissa non seruant. Obligatio aotem de iure naturæ, est obligatio in cooscientia.

6 Hoc tamen accipl debet, supposito quod promissio non originaretur ex aliquo errore, vt io simili casu aduertit Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 9. num. 15.* vers. *Sapè etiam*, & in hoc casu Alphoos. de Leone *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 28. num. 385.* Error enim exclodit consensom. *l. si per errorem. ff. De iurisd. omn. Ind.* Atque adeò in præsenti excludit etiam animum se obligaodi. Promissio autem sine animo se obligandi, non inducit obligationem.

7 Si autem promissio ioducta sit io testamentom pro foro quoque externo, aderit obligatio, quia tunc promissio vim habet stipulationis. §. *si scriptũ.* Instit. *De inui. stipul.* Et ideò patit actionem pro foro externo. Quod etiam dicendum est, si aliqua prioata scriptora se obligasset, quia hæc quoque vim habet stipulationis, vt notant Dec. *cons.* 107. *num.* 1. ver. *simpliciter* Ludouis. *decis.* 328. *num.* 6.

8 Imò etiam si solùm per testes probaretur, adhuc daretur actio pro exequotione proioissionis, iuxta ea, quæ tradit Afflict. *decis.* 120. quem sequitur Alphoos. de Leoo. *de offic. Capell. quæst. 5. sect.* 28. *num.* 400. Si enim constet de promissione, potest promittens ex promissione conueniri. Cap. *Quicumque; Episcopi.* vbi Glos. *verbo. Promiserint.* 12. *quæst.* 2. Rot. apud Ludouis. *decis.* 401. *num.* 4. Transit eoim hæc promissio io contractum, & ideò sufficit, si per testes probetur.

QVÆSTIO 1034.

An de legatis pro Missis debeatur portio Canonica pro Episcopo.

SVMMA.

1 *Canonica portio quibus debeatur.*
Soluitur in recognitionem superioritatis.
2 *Regulares exempti non tenentur soluere canonicam portionem de legatis.*
Exempti Regulares ad solam Quartam funeralem obligantur.
3 *De legatis pro Missis non debetur Canonica portio.*
4 *Ita sancitum in iure.*
Ob reuerentiam diuini cultus.

1 APpellatione Episcopi in præsenti veniunt omnes Ordinarij, etiamsi habeaot tantùm iurisdictionem quasi Episcopalem. Est enim canonica portio de lege iurisdictionali, & ideò debetur ijs omnibus, qui supra Ecclesias habent iurisdictionem, vt inter alios ootant Cocbier. *de Iurisd. Ordin. in empt. par. 4. q. 6. a.* 2. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 86. *num.* 9. Est autem Canonica portio certa pars do legatis relictis Ecclesiis, quæ ioxta sacros Canones soluitur Episcopo in signum recognitionis superioritatis ipsius, iuxta cap. *Decernimus.* & cap. *Constitutum.* 36. *quæst.* 1. & Clement. *Dudum.* De *Sepult.* & cap. *Conquerente. De offic. Ordinar.* & cap. *Requisisti.* & cap. *fin. de testamen.*

2 Est autem supponẽdom. Quod quamuis Hostien. *in sum. tit. De sepult. num.* 12. existimet, Regulares exempios teneti ad soluendum de legatis relictis ipsorum Ecclesijs caoonicam portionem: communis tamen oppinio est in coottatium, quam tradunt Innocen. *in Cap. Officij. De testamen.* Abb. *ibid. num.* 6. & *cons.* 37. *num.* 1. Felin. *in cap. Quarta. init. ver. & testamenti. De præscriptien.* Io. Andr. *in cap. Certificari. De sepult.* Bald. *in l. si quis ad declinandam.* ver. *Iuxta hoc, C. De Episc. & Cler.* Feder de Senis *cons.* 96. Petrus de Vbal. *de Canon. port. cap. 4. quæst. 6.* Siluest. *verbo* Canonica portio. *num.* 4. Angel. num. 7. Azot. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæst.* 3. Cocbier. *de iurisd. Ordin. in exempt. part. 4. quæst. 6. num.* 4. Miranda *tom. 1. manual. quæst.* 48. *art.* 2. Cùm enim Ecclesiæ Regularium siot exemptæ, & proinde non pertineant ad Episcopos, non debetur canooica portio in signum iurisdictioois eorundem. Et ita desumitur ex Clemeot. *Dudum.* §. *Verum. de sepult.* vbi exempti ad solam quartam funeralem obligantor, nec ab ijs possuot Episcopi aliqoam canooicam portionem exigere. Vndè remanet difficultas de legatis relictis Ecclesijs non exemptis, aut Capellæ non exemptæ constitutæ in Ecclesia exempta Regulariũ.

Diceodum est. *Portionem Canonicam non deberi de Legatis pro Missis.* Ita Hostien. *in cap. vlt. De testam. & in cap. ex parte 2. de verb. significat.* Azot. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæst.* 7. Quamuis pro opposita sententia circotor Siluest. *uerbo* Caoonica portio. *quæst.* 4. Angel. *num.* 4. Lauor. *in var. lucubrat. tit. De prisc. & recen. funer. more. cap.* 17. *num.* 99. Perez de Lara *De Anniuers. & Capell. lib. 1. cap. 25. num.* 56. Alphons. de Leon *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 8. n.* 109. 3

Et hoc est determioatum in Cap. *fin. De testamen.* vbi inter alia legata, de quibus ooo soluitur Canonica portio enumeraotur ea, quæ pro Anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo die, siue alijs ad perpetuum cultum Diuinum legantur Ecclesijs, vel reliquis pijs locis. Ratio autem est, quam ibi assignat Glos. *verbo Deduci.* Quia reuerentia Diuini cultus, ita exigit, qui præferri debet vtilitati Episcoporum. & in legatis pro Missis adest etiam specialis ratio, quia nimirum sunt quæ legantur pro substentatione celebrantium, siue siot per modum salarij, siue per modum beneficij. Non est autem æquum, quod ea quæ intuitu ministerij dantur pro substentatione, minuantur in aliorom beneficium, cùm non sint emolumeota personalia. 4

QVÆSTIO 1035.

An Quarta Parochialis soluenda sit de legatis pro Missis.

SVMMA.

1 *Quarta parochialis non est eadem vbique.*
Soluitur Parocho intuitu administrationis Sacramentorum.
Etiam à Regularibus.
2 *De legatis pro Missis an soluenda quarta Parochialis.* & oum. seq.
4 *De iure antiquo non est soluenda.*
5 *Quid iuxta Clemen.* Dudom. De sepolt.
6 *Non soluitur, nisi defunctus sepeliatur in Ecclesia, cui legauit.*
Quarta funeralis de quibus soluenda.
7 *Consuetudo præscripsit contra Clemen. itavt quarta Parochialis soluatur de solis funeralibus.*
8 *Quarta funeralis soluitur pro compensatione emolumentorum quæ obuenirent ratione sepulturæ.*
9 *Quarta si solueretur, de ipsis legatis solueretur.*

Dictio,

Dictio, De, *refertur ad substantiam, & materiam.*

Parochiales Ecclesiæ non possunt aliquid prætendere ab Hæredibus, quod correspondeat Quartæ.

1 QVarta funeralis est illa portio, quæ debetur Parocho, quando eius Parochiani sepeliuntur extra Parochialem Ecclesiam, de ijs, quæ obueniunt Ecclesiæ sepulturæ occasione funeris. Hæc autem portio non est eadem vbique, sed diuersa, iuxta diuersas consuetudines locorum, Cap. *Certificari. de sepult.* & dicitur Quarta Parochialis, quia soluitur Parocho ratione curæ pastoralis in administrandis sacramentis, vt in cap. *relatum. de sepult. & cap. 2. eodem. tit. in 6. &* in Clement. *Dudum. de sepultur.* Ad hanc autem Quartam Parochialem soluendam tenentur etiam regulares, nisi muniti sint aliquo speciali priuilegio. per d. Clement. §. *Verum. de sepult.* An autem Quarta Parochialis soluenda sit de legato pro Missis, duplici modo intelligi potest: Vel quod de eodem legato sumatur debita portio, & tradatur Ecclesiæ Parochiali cum onere Missarum correspondente: Vel quod possit Parochus cogere hæredes defuncti, vt faciant in eius Ecclesia celebrari tot Missas, quot correspondent legato in ratione Quartæ Parochialis, & cum proportionata eleemosina, vel pro vna vice, vel in perpetuum, prout se habet legatum.

2 Prima sententia absolutè asserit, de iure soluendã esse Quartam Parochialẽ etiam de legatis pro Missis. Ita Petrus de Vbald. *part. 1. de canon. per c. 7.* vers. *Quid si testator.* Bald. *in repet. cap. si pater. q. 6. de testamen. in 6.* Alea. *cons.* 196 *num.* 5. *&* 16. Syluest. *verbo.* Canonica portio *num. 9.* Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 86. *num.* 20. *& de Paroch. part. 3 cap. 25. num. 43.* Lauer. *in Var. lucubrat. Tit. de prisc. funer. rit. cap. 17. num.* 18. Quia cum hæc omnia obueniant Ecclesiæ causa mortis, detrahi ab ipsis debet Quarta Parochialis. Idem etiam tenet Glos. *in d. Clemen. Dudum.* §. *Verum. verbo* Funeralibus. *de sepult.* per illum tex.

3 Secunda sententia asserit, Non esse soluendam Quartam Parochialem de huiusmodi legatis. Ita Cardin. *in Clemen. Dudum.* §. *Verum. de sepult.* Couarruu. *in cap. fin. num. 6. de testam.* Molina. *de inst. & iur. tract. 2. disp.* 217. Rodriq. *quæst. regul.* 39. *ar.* 2. *in fin. tom.* 1. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 17. *num.* 3. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 8. *num.* 117. & alij communiter.

4 Et quidem si attendamus de iure antiquo, Quartam Parrochialem non esse soluendam de legatis pro Missis, videtur omninò certum. Quia in Cap. *fin. de testam.* non est soluenda portio Canonica de relictis pro Anniuersario die septimo, vigesimo, trigesimo, & cæteris, quæ legantur ad perpetuum cultum diuinum. Vnde ex vtroque capite de legatis pro Missis non est soluenda Quarta Parochialis, tum quia sunt pro Missis, si legatum sit pro vna vice: tum quia sunt pro perpetuo cultu diuino, si legata sint annua. Eadem autem est ratio de Quarta Parochiali, ac de Canonica portione: vtraque enim ex eodem titulo, & in eundem finem soluitur. Et ratio, quæ facit, vt prædicta eximantur à solutione Canonicæ portionis, facit etiam, quod eximantur à solutione Quartæ Parochialis.

5 Si tamen attendatur Clemen. *Dudum. de sepult.* videtur etiam de his legatis soluenda, nam in §. *Verum.* disponitur, quod *de obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quàm quibuscumque, & quomodocumque relictis distinctè, vel indistinctè, ad quoscumque certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam Quarta, siue Canonica portio dari, siue exigi non consueuit, vel non debet de iure; Nec non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donatis, vel datis de qua decesserit, quomodocumque directè vel indirectè fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem; Quartam partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) Parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri integrè teneantur.* Ex quorum verborum amplitudine manifestè constat, quod nihil excluditur ex ijs, quæ ex testamento, vel ex occasione mortis obueniunt, sed de omnibus debeat Quarta Parochialis solui, & proinde etiam de legatis pro Missis vt rectè ibidem deducit Glos. *verb. funeralib.* stante verborum vniuersalitate.

6 Hoc tamen etiam secundum D. Clement. limitandum est, vt habeat locum, solum quando defunctus sepelitur in Ecclesia, cui Legatum relictum est: nam si non sepeliretur in ipsa, non esset soluenda Quarta Parochialis, vt cum pluribus notat eadem Glos. *in d. Clement. Dudum.* §. *Verum. verbo* Quartam. *De Sepult. & in cap. 1. de Sepult.* Lauer. *in Var. Lucubrat. tit. 2. De ritu funer. cap. 17. num.* 54. Nam in tantum Ecclesiæ obligantur ibidem ad soluendam dictam Quartam, in quantum conceditur, vt habeant facultatem sepeliendi quoscumque, qui in tali Ecclesia elegerint sepulturam; & ne ex hac occasione Parochiales Ecclesiæ, fraudentur totaliter suis emolumentis, conceditur dicta Quarta, vt satis constat ex text. ibi, *Huiusmodi quoque statuto, & Ordinationibus nostris adijcimus, vt fratres dictorum Ordinum in Ecclesijs, vel locis suis, vbilibet constitutis, liberam (vt sequitur) habeant sepulturam. Videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & Ecclesijs memoratis. Verum ne Parochiales Ecclesiæ,* &c. Et subdit dispositionem de soluenda Quarta, ne fraudentur ex occasione sepulturæ, debitis, & necessariis beneficiis, cum operarijs merces debeatur. Vbi est notanda dictio, *Verum,* quæ est aduersatiua respectu præcedentium, & operatur, quod ita concedatur sepultura, vt tamen non concedantur omnia emolumenta, quæ proueniunt ea occasione sepulturæ, & ideò Quarta Parochialis est soluenda de obuenientibus Ecclesiæ ex eo, quod admittit ad sepulturam, secus autem si non admittat.

7 Verum, licet hæc de iure procedant, consuetudo tamen præscripsit contra Clement. *Dudum. De Sepultur.* & introduxit, quod Ecclesijs Parochialibus soluatur tantum Quarta de funeralibus, vt docent Doctores *numer.* 3. citati, Perez de Lara *De Anniuersar. libro primo, cap. vigesimo quinto,* in fin. vbi citat Danielem Benatorium, *in Analysi iur. Pontif. libro tertio, titul.* 28. ver. *Vt quis aduersa.* Rot. *in Elnen. Iurium Parochial. 6. Iunij.* 1631. apud Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. decis.* 85. Et ita etiam declarauit, & confirmauit Pius V. *XVII. Kal. Iulij. MD. LXVII.* vt referunt Guttierez *De Iuramem. confirm. part. 2. cap. 4. num.* 3. Rodriquez *quæst. regul. 39. art. 2. tom. 1.* Quæ cum sit declaratio Concil. Trident. *cap.* 13. *de reformat. sess.* 25. remanet, quod in virtute dictæ dispositionis Concilij non sit soluenda alia Quarta Parochialis, nisi de funeralibus.

8 Et hoc fundatur in ratione. Quia Quarta Parochialis soluitur in recompensationem iuris Parochialis, & illorũ emolumẽtorum, quæ obueniréc Parocho ratione sepulturæ, hæc autem sunt tantùm emolumẽta funeris. Quia sicuti Parochialis Ecclesia habet solum ius ad sepeliendos suos Parochianos; ita

etiam

etiam ſolum habet ius ad emolumeora fuoeris , &
non ad aliquid aliud. Quod occaſione ſepolturæ le-
gatur aliquid aliud , ad hoc noo habet ius Eccleſia
Parochialis ante diſpoſitiooem teſta·oris , ſed pro-
uenir ex libera ipſius voluntate : quis poſſet abſqoe
iniutia Parochialis legare etiam pro Miſſis cuicum-
que a'teri Eccleſiæ Et ideò non eſt æquum , quod
Eccleſis ſoluat Quartam de ijs.quæ es libera diſpo-
poſitione teſtatoris acquirit, quamuis io ipſa teſta-
tor eligat ſepulturam.

9 Ex dictis autem iofertur , quod ſi eſſet ſoluenda
Quarta Parochialis de legatis pro Miſſis , eſſet ſol-
uenda de ijſdem ipſis legatis quod ſatis declarant
Cap, *fin. de teſtamen.* & dicta Clemen. *Dudum §. Verum. de ſepultur.* dum dicit, Quartam eſſe ſoluendsm *de ob-
uentionibus omnibus.* Dictio enim, de, refertur ad ſub-
ſtantaoriam, ex qua deſumeoda eſt Quarta, ſeu mate-
riam. iuxts ea, quæ tradunt Crauett. *conſ.* 187. *num.* 5.
Soccin. Iun. *conſ.* 82. *num.* 11. *vol.* 3. Corneus. *conſ.* 167.
num. 14. ver. *Dictio enim. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 37. *lib.* 2.
Ruin. *conſ.* 65. *num.* 3. *lib.* 2. Bald *in l. penult. circa fin. C.
de condit. inſtr.* Penia *in l. Omnes. num.* 72. *C. de decur.
lib.* 10. Tiraquell. *tract. Ceſſan. cauſ. limit.* 20. *num.* 32.
ver. *Hæc enim dictio.* Rot. *deciſ.* 26. *num.* 27. *part.* 7 *recen.*
Quod etiam praxis declarat quoad Quartam fune-
ralem ; ſiquidem ſoluitur de illis ipſis funeralibus
obueotionibus , quas recipiunt Eccleſiæ ſepulturæ
pro funere. Vode noo poſſunt Parochiales Eccleſiæ
prætendere , quod hæredes defuocti ſoluant ali-
quam portionem pro Miſſis correſpondentē Quar-
tæ Parocbiali de legato pro Miſſis , ſicut nec
etiam de cœteris relictis , vt decidir Rot. io dicta
Elnenſi Iurium Parochialium. 6. *Iunij.* 1631. coram
Queip o.

Qvæstio 1036.

An ſubſidium, & collecta ſolui debeant de legatis pro Miſſis.

SVMMA.

1 *De fundo pro miſſis licet ab Eccleſijs poſſeſſo non ſoluitur ſubſidium charitatiuum.*
2 *Collecta ſeu decima an ſoluenda de legatis ſeu fundis pro miſſis.*
Quod relinquitur Clericis, Eccleſia cenſetur relictum.
3 *Bona Capellaniarum non collectiuarum non ſubſunt collectis.*
4 *Sunt bona laicalia licet ab Eccleſiaſticis poſſeſſa,*
5 *Quando relicta clericis transferantur in patrimonium Eccleſia.*
6 *Bona Capellaniarum non collatiuarum an ſint ſubiecta decimis prædialibus.*
7 *Bona addicta pro Miſſis, &c. ſi remaneant apud laicos, an ſubiecta collectis laicalibus.*
8 *An ſi vendantur, ſoluenda ſit decima venditionis*

1 PRrocedit difficultas quando legata ſunt annua,
aut etiam habent bona ſtabilia , io quibus fun-
dentur. Eſt sutem ſupponendum, quod de huioſmo-
di legatis, quantumuis fundus poſſideatur sb Eccle-
ſijs, aut Clericis , non eſt ſoluendum ſubſidium cha-
ritatiuom , quod ſolet ſolui Epiſcopo pro quibuſ-
dam neceſſitatibus, vt inter alios notant Azor. *part.
2. lib. 9. cap.* 14. *quæſt.* 6. ver. *Inſuper Clerici.* Quaranta
in ſumm. Bullar. verbo. Concilium Prouinciale. *Quæ-
ſito.* 19. Alph de Leon. *de off. Capell. quæſt. ſect.* 17. *num.*
258. & alij infracitan. Subſidium enim charitatiuum
ſoluitur tantum à poſſideotibus bona Eccleſiaſtica,
qualia non ſunt legats buiuſmodi , ſeu Capellaniæ
non collatiuæ : ſunt enim bona laicalia deſtinata
pro ſubſtentatione celebrantium Miſſas præſcriptas
à teſtatore : & ideò non ſubſunt ooeri ſubſidij cha-
ritatiui.

Quod autem ſpectat sd collectas , ſeu decimas, 2
quæ imponuntur à ſummis Pontificibus pro aliqua
neceſſitate , Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.* 2. *cap.* 6.
num. 16. ver. *& non ſolum.* putat Capellanias noo
collatiuas , ſi poſſideantur ab Eccleſiaſticis , ſobeſſe
oneri collectarum, ſeu decimsrum Papalium : Secus
autem ſi non poſſideantur ab ipſis , ſed laici annua-
tim ſolusnt legatum pro Miſſis celebrandis. Funda-
meotum eſt , quia buiuſmodi bona verè tranſlata
fuor in patrimonium Eccleſiæ, & ſunt Eccleſiaſtica.
Quod enim relinquitur Clericis , Eccleſiæ cenſetur
relictum. *l. Annua. §. Actio. ff. de annuis leg.* & ſunt in
Eccleſiæ regimine. Cap. *Nouerint.* 10. *Quæſt.* 1. vnde
eorum redditus ſunt Eccleſiaſtici , atque adeò ij, ſu-
per quibus ſubſidium imponitur.

Teoendum tamen eſt. *Quod bona harum Capella- 3
niarum, quæ non ſunt collatiuæ, etiamſi poſſideãtur ab Ec-
cleſiaſticis, non ſubſint oneri collectarum , aut decimarum,
etiam ſi imponantur vniuerſaliter à Summo Pontifice.* Ita
Garzias *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 107. *in Addit.*
Alexand. Moneta *de decim. cap.* 9. *num.* 21. Alph. de
Leon. *de offic. Capell. quæſt.* 5. *ſect.* 17. *num.* 261. & facit
Rot. *in Melphitan. legati pij.* 24. *Ianuarij.* 1629. co-
ram Dunozetto. & ita etiam ſeruatur in praxi.

Ratio sutem eſt , Quia licet iſta booa poſſideao- 4
tur ab Eccleſiaſticis , cum tameo non ſint erecta in
titulum Beneficij , ſeu Capellaniæ collatiuæ, ſunt
adhuc laicalia , iuxta ea , quæ tradunt Felin. *in cap.
ex pacto.* 2. *de reſcrip.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.*
5. *num* 20. Sarnenſ. *in regul. de annal. quæſt.* 2. Guido
Papa *deciſ.* 87. *num.* 1. Nauarr. *conſ.* 5. *num.* 1. *& conſ.*
7. *num.* 1. *de præben.* Rota *in Monopolit. Hebdomada.*
1. *Iulij.* 1613. coram Maozanedo. & *in Melphi-
tan. legati de quo num. præceden. & deciſ.* 509. *num.* 1
part. 1. *Diuerſ.* ſuot eoim bons à laicis deſtinata pro
ſalario Capellani , sut celebraotium Anoioerſa-
ria , & ideò eum babeant rationem mercedis,
aut eleæmoſiaæ , noo ſunt bona Eccleſiaſtica ,
quia non acquiruntur Eccleſiæ , niſi titulo one-
ris iniuncti , non autem io titulum Eccleſiaſti-
cum , qualis eſt titolus beneficij. Decimæ au-
tem , & ſubſidia impoouotur ſuper redditibus
Eccleſiaſticis.

Nec obſtat fundamentum Perez , Quia quod 5
relinqoitur Clericis , & proinde Eccleſiæ, trans-
feruntur io patrimooium Eccleſiæ , quando re-
linquuntor tamquam incorporando cæteris bonis,
& poſſidenda Eccleſiaſtico modo. Secos autem,
quando relinquuotor tamquam legata pia ſub ali-
quo onere , tamquam modo , quod facit ,quod
acqoirantur ſob titulo oneroſo , & per modum
mercedis pro officio impenſo laicis , ita remane-
at ius spud laicos ad cogendos poſſeſſores , vt
oneri ſatisfaciant , & eum reſolutione poſſeſſio-
nis , ſi recuſent oneri ſatisfscere. Vnde bona ſta-
bilia pro Miſſis , quamuis poſſideantur ab Eccle-
ſiaſticis , oon poſſidentur tamen iure Eccleſia-
ſtico , ſed ſolum tamquam aſſignata , vt inde
deſumant congruam ſubſtentationem , intuitu im-
penſi muneris celebrsndi. Vode potius cenſentur
tranſlata in poſſeſſionem quoad vſum, quam in do-
miniom propriatatis.

An autem huiuſmodi bona ſint ſubiecta decimis 6
prædialibus, dum tranſierunt ad Eccleſiaſticos pro
Miſſis , reſp. remanere ſubiecta, ſi antea erant ſub-
iecta, vt tradunt etiam Facundez *precept.* 5. *Eccleſ.
lib.* 2.

lib. 2. cap. 2. num. 2. Alph. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 17. num.* 262. Res enim transit cum suo onere: & ideò si antea erat subiectæ decimæ prædiali, remanebit adhuc subiecta. Et si quod superest non sit portio congrua pro Missis, supplendum erit per hæredes, aut reducendæ Missæ ad proportionatum numerum.

7 Rursus, an si bona pro Anniuersarijs, & Missis remaneant apud laicos, subsint collectis, quæ imponuntur à Laicis: negatiuè resoluendum est, iuxta ea, quæ tradunt Perez de Lara *de Anniuers. lib. 1. cap. 20. num.* 70 Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst. 5. sect. 17. num.* 264. Quod tamen ita debet intelligi, si videlicet talia bona immobilia sint separata à cæteris, ita vt de ipsorum fructibus specialiter soluatur legatum. Nam si solum de tota massa hæreditatis esset soluendum, non per hoc eadem massa subtraheretur oneri collectarum, sed insuper superadderetur aliud onus legati. Quando autem esset specialis fundus destinatus, tunc tamquam conuersus in vsus pios, & cultum Dei, exemptus esset ab onere collectarum, quia huic oneri subsunt tantum bona laicorum destinata in vsus laicales, non autem bona ordinata, & destinata pro cultu Dei, & salute animæ, quia est contra rationem quod Princeps velit diminuere cultum Dei, & animarum beneficium, vt prospiciat publicis necessitatibus temporalibus.

8 Similiter si contingat, bona huiusmodi immobilia vendi, quamuis apud laicos existant, non erit soluenda decima venditionis, vbi solui solet, iuxta ea, quæ tradunt Ancharan. *cons.* 229. Ioan. Ant. de Nigris *in Extrauag. vn. num.* 117. *de vit. & honest. Clericor.* Perez de Anniuers. *lib. 1. cap. 20. num.* 71. Quia cum iam sint bona destinata in vsus pios, sunt extra massam eorum, quæ inseruire debent necessitatibus publicis, & proinde exempta ab omni onere, quod imponi solet pro publicis necessitatibus. Econtra tamen, si solum sit soluendum legatum de fructibus hæreditatis, tunc nullum corpus hæreditatis exemptum erit ab huiusmodi decima, si vendi contingat.

QVÆSTIO 1037.

An, qui omnia bona sua donauit, legare possit aliquid pro Missis.

SVMMA.

1 *Donans non potest disponere de rebus donatis.*
2 *Qui omnia donauit potest de donatis relinquere congruum legatum pro Missis.*
In donatione vniuersali non comprehenduntur quæ quis in specie non esset donaturus.
Anima pretiosior cunctis rebus.
Secundum ordinem charitatis rebus omnibus præferenda.
3 *In generali obligatione non veniunt, quæ quis nō esset in specie obligaturus.*
4 *Donatio ita interpretanda, vt non auferantur vitæ necessaria.*
5 *Donationes contra publicam vtilitatem non subsistentur.*
Publica vtilitas priuatæ præferenda.
Bonis proprijs abuti est contra publicam vtilitatem.
Ita donare, vt non remaneat pro suffragando propria animæ est abusus.
6 *Quod est contra bonos mores ciuiles non valet.*
Iuramentum contra bonos mores non obligat.
Qui omnia donauit, quam quantitatem possit legare pro Missis.
Quantitas patrimonij facit, vt legatum debeat ample interpretari.
Ratione nobilitatis testatoris legata accipiunt amplam interpretationem.

Difficultas supponit, quod donatio sit valida, 1
& quod donatarius non habeat aliunde, vnde relinquere possit legatum pro Missis. Et negatiuè videtur resoluendum: quia quæ donauit non sunt amplius sub ipsius dispositione; donatio namque transfert in dominium donatarij rem donatam, vnde si donans de ipsa disponeret, de re aliena disponeret.

Tenendum tamen est. *Quod adhuc possit donans* 2
relinquere congrua legata pro Missis celebrandis: ita vt substineri debeant, non obstante donatione omnium bonorum. Ratio porrò est. Quia in donatione vniuersali omnium bonorum non compræhenduntur ea: quæ quis in specie non esset verisimiliter donaturus. vt tradunt Marbesilam. *singul.* 136. ver. *Nota vnum.* Socin. Sen. *in l. si ys, qui ducenta. §. Vnum. ff. de reb. dub.* Cagnol. *in l. vltimam. num.* 253. *C. de pactis.* alios citans. Fachineus *Controuer. iuris lib. 6. cap.* 93. Et proinde, vt sit rationabilis, & valeat, accipi debet in terminis habilibus, vt non comprehendat ea, quibus in specie verisimiliter donans se priuare noluisset. Non est autem verisimile, quod donans voluerit se priuare facultate relinquendi aliquod legatum pro Missis in beneficium animæ propriæ. Quia cum anima sit pretiosior cunctis rebus. Matth. 5. *& cap. sedul. dist. 38. & cap. Præcipimus. 2. quæst. 11. & cap. Cum infirmitas. de pœnit. & remiss.* debet secundum ordinem debitum charitatis rebus omnibus præferri. *l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles.* vbi communiter Doctores, Bald. Ias. Salicet. & cæteri. *& l. ideo nobis. C. de Episc. & Cler.* Vnde non est verisimile, quod donans adeò immemor fuerit propriæ animæ, vt totam beneuolentiam voluerit exercere in donatarium & nullam erga animam propriam, reseruando sibi facultatem disponendi de aliquo in beneficium animæ propriæ.

Confirm. In generali obligatione bonorum om- 3
nium non veniunt ea, quæ non est verisimile, quod aliquis fuisset obligaturus, *l. Obligatione. ff. de pignor.* & proinde numquam quis censetur ea obligare. Hoc autem fortius militat in donatione, quia donatio est aliquid plus, quam sit obligatio. Et proinde donatio generalis omnium bonorum ita est interprætanda, vt non compræhendat ea, quibus non esset verisimiliter donans se priuaturus. Inter hæc autem præcipua est facultas suffragandi post mortem animæ propriæ.

Confirm. 2. Donatio ita interprætari debet, vt 4
donanti non auferantur vitæ necessaria. *l. Inter. oot. 19. §. 1. ff. de re ind. & l. Qui id. 33. init. ff. de donat.* & notant. Fachin. *lib. 6. Controuer. iur. cap.* 93. Boer. *de donat. cap. 3. de propria donat. num.* 44. Subsistit enim donatio, quatenus est rationabilis: nam quatenus irrationabilis est contra honestatem, & ideò tamquam turpis reijcienda. Ergo ita etiam est interprætanda, vt non relinquat animam sine necessarijs suffragijs. Quia quod est irrationabile respectu vitæ corporalis, multò magis est irrationabile respectu animæ.

Confirm. 3. Quamuis de iure valeant dona-

tiones, tamem non ſobſtinentur, quatenus ſunt contra publicam vtilitatem. Quia cum publica vtilitas ſit priuatis vtilitatibus præferenda. *l. ſi quis in graui.* 3. §. *Vtrum. ff.* Ad *ſenatus conſ. Syllan. & l. Vtilitas.* 3. *C. de primipilo. & l. Vnica* §. *Hinc autem. C. de caduc. tollen. & l. Iubemus.* 10. *C. de ſacroſan. Eccleſ. & cap. Bona. de poſtul.pralat. & cap. niſi de renun. & cap. licet. de regular.* debet eſſe regula, ſecundum quam actiones priuatorum regulentur. Eſt autem contra publicam vtilitatem, quod quis bonis ſuis abutatur, & ea prodigat. vt deſumiter ex *l. Imperator. ff.* Ad *Trebell. & l. vn.* §. *fin. C. de caduc.tollen.*& Authen. *de bared. & falcid.* ver. *Incurrunt. Callat.* 1. Quia eum abuſus peruertat vſum, deordinat rempublicam, quoad medis, quibus tenditur ad felicem ſtatum ciuilem. Sicut autem eſſet abuſus propriorum bonorum ea in alium transferre, vt ſibi neceſſaria non ſuppeterēt, ita etiam eſſet abuſus ea in alium ita transferte, vt ſibi non ſuppeterent ſuffragia pro animabus. Vnde vt ſubſtineatur donatio, debet ita accipi, vt non priuet facultate relinquendi aliqua legata pro ſuffragijs animæ, alias tamquam continens abuſum reijcienda eſſet.

5 Denique quod eſt contra bonos mores ciuiles, non eſt de iure ciuili admittendum. Vnde quia non poſſe teſtari, eſt contra bonos mores ciuiles, quod impedit teſtamenti confectionem, reijcitur tamquam turpe, & contra bonos mores. Conditio etiam contra bonos mores habetur pro non appoſita, & reijcitur. Ergo etiam de iure canonico reijciendum venit quod eſt contra bonos mores naturales, & legales canonicos Vnde neque Iuramentum obligat, quod eſt contra bonos mores, iuxta regulam cap. 1 *Non eſt obligatorium. de reg. iur. in* 6. Eſt autem contra bonos mores naturales Canonicos, præcipere ſibi facultatem vltimæ voluntatis, in ordine ad diſponendum pro beneficio animæ. Nam ſi eſt contra bonos mores ciuiles priuare ſe facultate teſtandi temporaliter, à fortiori, erit contra bonos mores naturales canonicos priuare ſe facultate diſponendi pro vltima voluntate, quoad ſuffragia pro anima. Hæc autem quæ dicta, ſunt ſufficienter ſatisfacient rationi dubitandi initio propoſitæ.

6 Hic tamen dubium inſurgit Quam quantitatem pro Miſſis legare poſſit qui fecit vniuerſalem donationem bonorum omnium. Non poteſt tamen certa regula reſolui, ſed attendendum erit ad quantitatem bonorum, quæ donauit, ad qualitatem ipſius donantis, nempe nobilitatem, ſplendorem, cum quo viuebat &c. vtendum erit regulis, quibus, vtimur in amplè, vel ſtrictè interpretandis legatis. Quantitas enim patrimonij operatur, vt amplè legatum debeat interpretari. vt tradunt Bart. *in l. Titia.* §. *ſeco. ff. de auro, & arg. leg.* per hunc eundem text. Roman. *in Authen. ſimiliter. num.* 80. *ad l. Falcid. & ſingul.*515. Mantica. *de Coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 35. ſimiliter etiam ratione nobilitatis teſtatoris legata recipiunt amplam interpretationem, vt notant Bald. *in l.* 1. *num.* 4. ver. *ſed pone. C. de verb. ſignif.* Naita *conſ.* 526. *num.* 59. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 36. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 4. Argum. *ex l. filius familias.* ibi. *Nonnumquam etiam ex perſona. ff. de donat.* Vnde ſi donatio ampla fuerit, celebre anniuerſarium, vna aut etiam altera Miſſa quotidiana perpetua non erit derogandа diſpoſitioni donatoris.

QVÆSTIO 1038.

An mota lite poſſit legatarius tranſigere ſuper legato pro Miſſis.

SVMMA.

1 *Si ius proprium ſit implicatum cum alieno non poteſt ipſi praiudicari.*
2 *Legatarius tranſigere poteſt ſuper legato pro Miſſis, ſi ſit litigioſum ſi lis ſit calumnioſa, non valet tranſactio.*
3 *Tranſactio eſt receſſus à lite.*
Tranſactio eſt fauorabilis.
4 *Tranſactio eſt in ordine ad pracauendas lites.*
5 *Timor probabilis futuro litis ſufficit pro tranſactione.*
6 *In tranſactione ſuper legato pro Miſſis requiritur aſſenſus Apoſtolicus.*
7 *Si fiat ſine aſſenſu Apoſtolico erit tantum perſonalis.*
8 *Quando adſit iuſta cauſa fugiendi lites, vt locum habeat tranſactio.*
9 *Quid conſiderandum pro cauſa tranſactionis.*
Tranſactio habet locum, ſi ſit dubia.
10 *An ſufficiat, quod non adſit euidens calumnia.*

1 SI contingat, legatum pro Miſſis reddi litigioſum, dubitatur, an liceat legatario ſuper eo tranſigere. Et dubium ex eo oritur, quia non agitur de ſolo iure legatarij, ſed etiam de intereſſe teſtatoris, quia omnis tranſactio ipſi præiudiciat, quia tollit de ſuffragijs, que pro ipſius anima inſtituta ſunt. Quando autem ius proprium eſt implicatum cum iure alieno, non poteſt ipſi præiudicari, nec tenet renunciatio, aut tranſactio ſuper ipſo. Cap. *cum tempore. de arbitr. & cap. Cum olim.* §. *Nos igitur. de preſcriptionib.* & notant Felin. *in cap. Cum dilecta. de ſcript.* Abb. *in cap ſignificaſti. num.* 11. *de forra compet.* Seraphin. *deciſ.* 324. *num.* 5. Rota *deciſ.* 32. *num.* 8. *part.* 2. *Diuerſ. & deciſ.* 573. *n.* 3. *part.* 4. *Recent.*

2 Dicendum tamen eſt. *Legatariam Eccleſiam tranſigere poſſe ſuper legato pro Miſſis, ſi verè ſit litigioſum.* Dixi, ſi verè ſit litigioſum. Quia ſi lis ſit calumnioſa, non valebit tranſactio, vt inter alios notant Magon. *deciſ. florent.* 5. *num.* 4. Rota *in Rom. reſciſſionis Contractus.* 15. *februar.* 1591. coram Orano. Nam tenetur legatarius ſubſtinere iura defūcti; cū huiuſmodi legatum ſit ipſius fidei relictum in ordine ad exequutionem oneris adiuncti, & ideò tranſigere non poteſt ſine ſufficienti cauſa.

3 Ratio autem pro concluſione ex eo deducitur, quod tranſactio de ſui natura eſt receſſus à lite. *l.* 1. *ff. de tranſact. & l.* 11. *& ſi pro fundo. C. de tranſact.* & notant Corn. *conſ.* 167. *num.* 15 *lib.* 2. Roland. *conſ.* 28. *num.* 16. *lib.* 4. Et proinde eſt fauorabilis, cum litibus finem imponat. *l. fratres. & l. ſi pro fundo. C. de tranſaction. & l. Proponendum. C. de iudicijs. & cap finem litib. de dolo, & contumacia.* Et ideò continet etiam fauorem teſtatoris. Vnde cum legatarius ſit exequutor oneris annexi legatio, dum tranſigit, procurat fauorem, & vtilitatem teſtatoris, & ideò teſtator non poteſt eſſe inuitus, ſi vtiliter geratur negocium ipſius.

4 Ex quibus fit, quod legatarius, non ſolum tranſigere poſſit, ſi contra ipſum fuiſſet pronunciata prima ſententia aut ſi mota fuiſſet lis, ſed etiam ſi adeſſet timor probabilis futuræ litis cum dubio de exitu. Tranſactio enim locum habet etiam in ordine ad vitandas futuras lites. *l. fratres. & l. Cauſas. & lites.*

litis,C. de transact. & notant Corneus *cons.* 167. *num.* 33 *lib.* 2. Ludouis. *decis.* 266. *num.* 6. Et adhuc vtiliter geritor negocium testatoris, & proiode esset irrationabiliter inuitus, quia adhuc obtinetut faoot ipsius.

5 Quod autem sufficiat timor probabilis litis non calumniosæ, desumitut *ex l.* 2. *C. de transact.* vbi Doctores, & tradunt etiam Paris. *cons.* 32. *num.* 18. *lib.* 1. Natta *cons* 465. *num.* 2. Mohedao. *decis.* 1. *de transact.* Mantica *De tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 16. Caputaquen. *decis.* 123. *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 628. *num.* 7. *& decis.* 73 . Rota *decis.* 119. *num.* 4 *apud Zachiam de obligat. Camer. decis.* 119. *num.* 4. *part.* 1. *Recent. & decis.* 447. *num.* 1 *& decis.* 715 *num.* 5. *part.* 2. *recent. & in Rom. Domorum.* 11. *Martij.* 1616. cotam Vbaldo *& in Mendonien. Canonicat.* 24. *Nouembr.* 1617. coram Buratto, *& in Bononien. transact.* 25. *februar.* 1639. coram Metlino, *& in Bononien de Berois.* 18. *februar.* 1641. coram Catillo, *& decis* 198. *num.* 11. cotam Eminentissimo Otthobono. Timot enim probabilis litis reddit possessionem dubiam: & ideò res vtiliter geritur, si per transactionem cettificetur, & effugiator dubius euentus litis.

6 Est tamen aduettendum, qood si materia transactionis sit spiritualis, aut Ecclesiastica, & ptoinde etiam quoad legatum pto Missis, etiamsi bona, seo fundus sint laicalia, quia iuxta Decreta de celebratione Missarum alienari non possunt sine eonseosu Sedis Apostolicæ, tequiritut consensus Apostolicus, vt notant Caputaquen. *decis.* 106. *per totam part.* 1. Coccin. *decis.* 201. *num.* 1. Eminentiss. Otthobon. *decis.* 220. *num.* 15. Rota *decis.* 755. *num.* 2. *part.* 2. *recent. & decis.* 241. *num.* 10. *tom.* 2. *part.* 4. *& in Marsicen. Iurisdict.* 18. *Februarij* 1647. cotam Bichio Cum etiam alienatio sit prohibita absque beneplacito Sedis Apostolicæ, est etiam prohibita transactio, cum sit quædam alienatio. Et hoc locum babet, etiamsi legatũ esset annuatim soluendum Ecclesiæ, quia cum Ecclesia acquisierit hoc ius ad legatũ, nó potest aut in totum, aut ex parte se priuare hoc iute, inconsulta Apostolica Sede, & ideò adhuc eius consensus erit necessatius.

7 Attamen si contingat fieri transactiooem absque consensu Apostolicæ Sedis, facienda est ea interpretatio ad excludendum delictum, & nullitatem, quod sit tantum personalis; & ptoinde afficiat tantum transigentem, & non successores, iuxta ea, quæ tradunt Feder. de Senis *cons.* 84. *per totum.* Abbas *in cap. Veniens. num.* 2. *de transact. & cons.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. Ludouis. *decis.* 152. *num.* 1. Rota *in Cartagenen. Pensionis* 13. *Februar.* 1604. coram Pamphilio. *& in Burgen. Quindennior.* 20. *Nouembr.* 1603. cotam Dunozetto. & alij cum Glos. *in d. cap. Veniens. verbo.* Confitmatã. *de transact.*

8 Quando autem adsit iusta causa fugiendi litem, vt locum habeat finis transactionis, & proinde etiã transactio. Respondent Doctores, tunc adesse iustam causam, quando articulus controuersus habet Doctores pro vtraque parte. Ita Bald. *in l. cum proponas. num.* 2. vers. *si autem est quæstio. C. de reb. credit.* Cort. Iun. *cons.* 150. *num.* 15. Sutd. *cons.* 556. *n.* 4. Rota *decis.* 263. *num.* 2 *part.* 3. *Recent.* vbi dicitut, quod sufficit vnius Doctotis aoctoritas ad probandam iostam caosam transactionis. Quod tamen ita absolotè ptolatum pati videtut difficultatem. Quia cum Iudex debeat ptoferre sententiam secũdum teceptiorem sententiam, non sufficit vnius Doctoris sententia contra receptiotem ad reddendum dubium euentum litis, & ad iustificandam transactionem, præsertim in materia legati pro Missis, vbi agitur de intetesse testatoris: Vnde tunc solum videtut hoc habete posse locum, quando articulus non esset tractatus à Doctoribus, & vnus, qui ipsum tractaret, cõtra sentiret.

In hoc etiam videtut attendeodum, quam opinionẽ sequi soleat Tribunal, cotam quo est litigandum, quando Doctores inter se diuisi sunt. Si enim perpetuò sequatur vnam opinionem, vt frequentet solet contingere; qui habet pto se hanc opinionem, non habet iustam causam transigendi, quamuis opposita oppinio habeat pro se plures Doctore, quia euentus litis non est dubius, quod tequiritur, vt locom habere possit transactio; ptæsettim quando habet implicatum ius tettij, vt in legatis pro Missis. Vt enim transactio locom habere possit, debet tes esse dubia. ioxta *l.* 1. *ff. de transact.* Castren. *in l. si de certa. num.* 1. *C. de transact.* Crauetta *cons.* 152. *num.* 9. vers. *sexto dubitatur.* Menoch. *cons.* 115. *num.* 9. Manent. *cons.* 136. *num.* 44. Mantica *de tacit lib.* 26. *tit.* 1. *nu.* 17 Quod tamen limitandum est, nisi possit à sententia appellari ad aliud Tribunal, apud quod soleat diuerso modo iudicari, quia tunc cum possit euentus litis fieri dubius, admitti poterit transactio. 9

Et quamuis quamplutes doceant, quod transactio tunc locom habere potest, quando noo adest euidens calumnia, vt inter alios Bec. *cons.* 109. *num.* 10. Mantica *de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 18. Seraphio. *decis.* 138. *num.* 3. Caualer. *decis.* 407. *num.* 7. Rota *decis.* 104. *num.* 2. *part.* 2. *Recent. & decis.* 263. *num.* 2. *part.* 3. *& decis.* 348. *part.* 4. Hoc tamen accipiendum est, quando ex stylo Tribunalium noo solet iudicari secundum certam aliquam Doctotum opinioοem, itavt remaneat dubius euentus litis. 10

QVÆSTIO 1039.

An, adempto legato pro Missis per sententiam Iudicis, possit legatarius pro aliqua summa concordare, ad non prosequendam litem per viam appellationis.

SVMMA.

1 *Legatarius cedere potest prosequutioni litis quoad legatum pro missis, si sententia habeatur pro iusta.*
Sententia præsumitur iusta.
3 *Sententia tribuit bonum ius non obstãte appellatione.*
Præsumi potest quod in sententia nõ adsit excessus.
4 *Legatarius cedendo liti, sibi acquirit, quod pro cessione datur.*
Ius prosequendi litem est personale.
5 *Ablato legato per sententiam aufertur etiam onus Missarum: & remanet ius prosequendi litem.*
6 *Hæres vendita hæreditate remanet hæres.*
7 *In transactione super legato Missarum portio legati remanens cedere debet in beneficium testatoris.*
8 *Legatarius post primam sententiam non tenetur prosequi litem.*
Vtens iure suo neminem grauat.
9 *Quantitas concordata pro cessione litis, si excedat ius litigandi debet esse in beneficium testatoris.*
10 *Procedendo iure litigandi super legato pro Missis an necessarius consensus Apostolicus.*

QVod possit concotdare per viam transactionis, constat ex dictis in *præceden. quæst.* Vode solum dubium est, An possit concotdate, cedendo iuri proptio prosequendi litem, facta sibi aliqua compensatione, quæ conuertatut in beneficium proptium, & non in beneficium testatototis: vt proinde nullum remaneat onus celebrandi aliquas Missas, sicut te- 1

maneret facta transactione. Ex duplici autem capite oritur difficultas. Primum est, an emolumentum, quod prouenit ex cessione litis, possit cedere in beneficium cedentis, an verò adhuc pertineat ad legantem, & proinde subiectum remaneat oneri proportionato Missarum. Secundum, an ratione fidelitatis possit legatarius cedere liti.

2 Et quod spectat ad hanc secundam partem dubij, quæ ordine naturæ prima est, videtur resoluendum, *Quod si sententia lata in prima instantia habetur pro iusta, possit legatarius cedere liti: Secus autem, si non habeatur pro iusta.* Ratio est, Quia legatarius, quamuis eius fidei commissa sit executio oneris iniuncti, & conseruatio legati ad hunc effectum, non tamen tenetur, nisi intra terminos iustitiæ manutenere legatum, & proinde non tenetur prosequi litem, quousque prosequibilis est; sed sufficit, quod eam prosequatur, quousque apparet de iustitia, quia sententia præsumitur iusta, *l.* 2. *C. de offic. ciuil. iud.* vbi Doctores, & tradunt Glos. *in Authen. Generaliter. verbo.* Iniustè. *C. de Episc. & Cler.* Alexan. *cons.* 95. *num.* 9. *lib.* 2. Grabr. alios citans *concl.* 5. *n.* 1. *tit. de senten.* Crauetta. *cons.* 188. *num.* 8. Caualer. *decis.* 337. *num.* 5. Merlin. *decis.* 604. *num.* 4. Rota. *in Clusina Castri Puteoli.* 18. *Iuny.* 1618. *coram Buratto.* & ideò non tenetur legatarius pro legato conseruando vlterius procedere.

3 Quod præsertim verum est, Quia sententia, quamuis ab ipsa fuerit appellatum, tribuit bonum ius, vt tradunt Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 9. *num.* 11. Ludouis. *decis.* 125. *num.* 7. & proinde, quantum est de se, ponit iustitiam ea parte illius, in cuius fauorem lata est. Ergo nisi constet de iniustitia, aut saltem adsit graue dubium, quamuis possit legatarius vlterius procedere pro manutenendo legato, non tenetur, cum possit illi sententiæ acquiescere tamquam probabiliter iustæ, cum possit rationabiliter præsumere, quod in ea nullus adsit excessus, vt notant Rota *decis.* 45. *n.* 1. *de appellat. in nouiss. & decis.* 100. *num.* 17. *part.* 1. Diuers. Seraphin. *decis.* 1189. *num.* 2. neque quoad hoc deficiet debito proprio.

4 Quod autem spectat ad alterum punctum difficultatis, videtur tenendum, *quod possit legatarius conuertere in beneficium proprium illam quantitatem, quam recipit, vt cedat prosequutioni litis.* Quod ex eo deducitur, quod onus Missarum fundatur in legato, tamquam onus reale, & est ipsi annexum: ius autem prosequendi litem est personale acquisitum ex eo quod sit factus legatarius, Ex quo fit, quod onus legati transeat tamquam reale cum legato, ius autem prosequendi litem tanquam personale non transeat, vel remaneat apud legatarium, iuxta *l. si heres institutus.* §. *fin. ff. Ad Trebell. & l. Quadam.* §. *nihil interest. ff. de eden.* vbi Ias. & obseruant inter alios Gomez. *tom.* 2. *var. c.* 2. *n.* 29. Surdus *decis.* 264. *n.* 2. Garzia *de expen. & melioras. cap.* 7. *num.* 12. Gregor. Lopez *in l. fin. glos.* 4. *tit.* 13. *part.* 5. Bertazol. *de claus. Instrum. decis.* 27. *glos.* 8. *n.* 5. Cyriacus *controuer.* 281. *num.* 6. *lib.* 1. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 4. Ioseph Vela *dissert.* 12. *num.* 34. *tom.* 1. Monter. à Queua *decis.* 35. *num.* 46. Anel. Amatus *consil.* 63. *num.* 93.

5 Ex hoc autem fit; Quod dum per sententiam Iudicis ablatum est legatum à legatario, ablatum sit etiam onus Missarum tanquā inhærens legato, & nihil amplius legatarius debeat testatori, quia totum eius debitū consistebat in onere persoluendo, quod inhærebat legato. Ius ergo, quod habet ad prosequendā litem, quod remanet apud ipsū, est ius proprium ipsius, quod nihil pertinet ad testatorem, quia quamuis consurgat ex actione testatoris legantis, non tamen pertinet ad ipsum, sed consurgit vt proprium legatarij. Ergo si cedens huic iuri, recipit intuitu cessionis aliquam quantitatem, pertinebit ad ipsum, vt quid de iure proprio ipsius, nec apud ipsum remanebit onus aliquod Missarum, vt pote adhærens solo legato.

Confirm. Hæres vendita hæreditate adhuc remanet hæres, retinendo apud se ius hæredis. *l. Ei qui soluendo. ff. de hæred. instit. & l. Ait Prætor.* §. *sed quod. ff de minorib.* & obseruant Olanus *lib.* 4. *Paralipomen. cap.* 9. *num.* 4. Olea *de cess. iur. tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 17. & si sit adita cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur ad onera aliqua hæreditatis vltra vires hæreditatis, quæ si deficiant, deficient etiam onera, quamuis non deficiat ius hæredis: & ratione huius iuris ad nihil tenebitur. Ergo etiam legatarius, quamuis ab ipso per sententiam iudicis auferatur legatum, retinebit ius legatarij, & non tenebitur ad aliquod onus legati, quia ad onera legati non tenetur vltra vires legati: vnde si totum legatū auferatur, extinguetur tota obligatio illi annexa. Ergo si cedendo iuri litigandi percipit aliquā quantitatem, faciet illam sibi propriam, tamquam ex iure proprio acquisitam, & nullo modo pertinentem ad legatum, & ideò non remanebit grauata vllo onere Missarum. 6

Est tamen circa hoc aduertendum, ne sub specie cedendi purum ius prosequendi litem, fiat transactio aliqua super legato, & defraudetur testator. Nam in trāsactione, quod remanet legatario, est aliqua portio legati, & ideò cedere debet in beneficium testatoris, remanendo sub onere proportionato Missarum. Si verò solum cedatur ius prosequendi litem, tunc quod percipitur, erit in beneficium cedentis. Ex eo autem colligi potest, an sit re vera cessio iuris litigandi, an transactio, si consideretur quantitas, in qua conuenitur: nam si sit tanta, vt excedat æstimationem iuris litigandi, erit censenda transactio, quamuis cessionis huius iure pallietur: Secus autem si non excedat. 7

Neque obijci potest. Quod cedendo liti inferatur præiudicium testatori, quia fieri posset, quod si prosequeretur in alio Tribunali, obtineretur sententia pro subsistētia legati, nam cū possit legatarius acquiescere primæ sententiæ, nō tenetur prosequi litē, præsertim si putet, esse difficile, quod vincat in causa: vnde vtitur iure suo, & ideò neminē grauet, Cap. *Pastoralis. De appellat.* & obseruat Velascus *in locis communibus littera*, *G. Axiom.* 24. Neque putandum est, quod ex eo quod collitigans concordet super iure litigandi, id faciat defectu boni iuris, nam potius censendum est, quod id faciat ad vitandas expensas, & molestias litis. 8

Ex dictis autem infertur, quod si quantitas concordata excedat æstimationem iuris litigandi, non poterit retineri pars proportionata dictæ æstimationi à legatario in beneficium proprium, & residuum subijci oneri Missarum. Nam eo ipso quod summa concordata excedit, conuentio habenda est pro transactione. & ideo totum erit subijciendum oneri Missarum, quia totum erit portio legati relicta in transactione. 9

Secundò infertur, Quod pro cedendo iuri litigandi non erit necessarius consensus Apostolicus. Nam cessio iuris litigandi non importat alienationem aliquam de iure Canonico prohibitam, sicut importat transactio. Neque adest aliqua prohibitio, quod non cedatur liti: Imò sicut legatarius potest sine aliquo consensu liberè stare primæ sentētiæ definitiuæ, & non appellare, aut si appellauerit, non 10

proſequi

prosequi appellationem, ita etiam poterit cedere liti.

QVÆSTIO 1040.

An stante sententia super legato pro Missis, transigi possit super ipso.

SVMMA.

1 *Transactio non habet locum, nisi super iure dubio.*
2 *Post sententiam non potest transigi.*
3 *Transigi potest super legato pro Missis post sententiam, nisi transierit in rem iudicatam.*
Sententia facit ius inter partes.
Sed resolubile, quamdiu est appellabilis.
Ius dubium sufficit pro transactione.
4 *Transactio quando valeat post rem iudicatum.*

1 HÆc dubitatio excitatur pro soluenda difficultate, de qua *in praecedent. quaest.* in quibus præsuppositum est, quod stante sententia, adhuc locum habeat transactio. Quod tamen videtur falsum: quia transactio non habet locum, nisi super iure dubio. *l. 1. & l. Cum hi. §. si cum iis. ff. de transact. & l. Praeses. C. de transact. & cap. 1. & cap. Contingit. de transact.* & tradunt latè Castil. *cap. 42. num. 26. tom. 4. Controuers.* Ioseph. Vela *dissert. 47. num. 9. tom. 2.*

2 Et proindè non posse transigi post sententiam tamquam super iure certo habetur *ex l. si causa cognita. & l. Causas. C. de transact. & l. Eleganter. §. si post rem. ff. de condit. indeb.* & tradunt Guttierez *de Iuram. confir. part. 3. cap. 4. per tot* Mysingar. *obseruat. 47. ver. Quod si transigas. Centur. 4.* Castil. *cap. 42. num. 30. tom. 4. Controuer.*

3 Tenendum tamen est. *Quod transactio super dicto legato possit habere locum etiam prolata sententia, dummodo non transierit in rem iudicatam.* in quo casu id præsuppositum est in *praeceden. quaest* Imo etiam aliquando, post quam transiuit in rem iudicatam, vt mox dicetur. Hoc autem desumitur ex eodem fundamento. Quia licet sententia ius faciat inter partes, *l. Ingenuum ff. de statu homin.* & Cap. *Cum inter.* & Cap. *In causis. de re iud.* Quamdiù tamen est appellabilis, nec transiuit in rem iudicatam, facit ius non firmum, se resolubile per contrariam sententiam, & ideò relinquit dubium, ratione cuius admitti possit transactio, adhuc enim is, in cuius fauorem lata est sententia, habet ius dubio modo subsistens. quod sufficit, vt locum habere possit transactio, iuxta *l. 2. C. de transact.* vbi Glos. *verbo. Nulla,* Ias. *num. 1.* Bart. & Bald. *ibid.* Aleaand. *cons. 20. num. 3. lib. 3.* Patis. *cons. 3. num. 24. vol. 4* Osasch. *decis. 91. num. 23.* Rota *in Gerunden. Anniuersarior. 24. Nouembr.* 1586. coram Orano.

4 Imo etiam postquam sententia transiuit in rem iudicatam habere locum transactionem, quando excipi potest contra rem iudicatum: aut dubitaretur, an sit ab ipsa appellatum, aut aliquo alio modo infirmari posset, aut in dubium reuocari, tradunt Ruin. *cons. 109. num. 11. lib. 1.* Ant. Faber. *lib. 12 coniect. cap. 12. ver. Nec aestimandum.* Papon. *lib. 19. tit. 9. arrest. 3.* Guttierez *de Iuramen. confir. part. 3. cap. 4. num. 2.* Mysing. *obseruat. 47. ver. Quod si transigat. cent. 4.* Dornsperg. *lib. 2. syntag. iur. part. 2. cap. 46. ver. Quintò transactio.* Merenda *lib. 1. controuers. cap. 5.* Olea *de cession. iur. tit. 3. quaest. 12 num. 27.* Rota. *in legionen. Iurisd. 13. Iunij.* 1563. coram Plato. Nec cæteri Doctores, *num. 2.* allegati refragantur, quia loquuntur de sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, & cui opponi non potest. Et hoc est certum de iure decisum. *in l. Et post rem. ff. de rei iudic.* ibi, *Post rem iudicatam transactio valet, si vel appellare potuerit. & l. Post rem. eodem tit.* vbi, *Post rem iudicatam, etiamsi prouocatio non est interposita, tamen si negetur, iudicatum esse, vel ignorari potest, an iudicatum sit, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.*

QVÆSTIO 1041.

An Legatum perpetuum pro Missis erigi possit ab Ordinario in beneficium.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis temporale non potest erigi in beneficium.*
Beneficium debet aptitudine esse perpetuum.
2 *Si electio Capellani pertineat ad haeredes, & temporaliter facienda, non potest erigi in beneficium.*
3 *Legatum perpetuum, quod habet exequutionem viuente testatore non potest erigi in beneficium.*
4 *Si non habet exequutionem nisi post mortem, & non repugnet testatoris voluntas potest erigi in beneficium.*
5 *Testatoris voluntas, quæ non potest ex verbis concipi, non potest prudenter imaginari.*
Non potest dici, quod testator voluerit; quod verbis non expressit.
6 *Legatum non potest erigi in beneficium, si Ordinarius non possit se intromittere.*
7 *Testator potest rebus propriis imponere quam legem voluerit.*
Testatoris voluntas pro lege habenda.
8 *Si Testator vtatur nomine Capellania, an possit legatum erigi in beneficium.*
Testator noluit, quod non expressit.
Si Testator non requirat auctoritatem Ordinarij non vult facere beneficium.
9 *Commissa haeredibus electione Capellani, repugnat erigi beneficium.*

PRoponitur dubium de legato perpetuo, quod si sit temporaneum, certum est, non posse erigi in beneficium, vt tradunt Nauarr. *cons. 5. & 7. De Praeben.* Abbat *in cap fin. De censib.* Bald. *cons. 5. vol. 3.* Alph. de Leon. *De offic. Capell. quaest. 5. sect. 10. num. 143.* Quia dum legatum non est perpetuum, non transit in patrimonium Ecclesiæ: & proinde non potest fundare titulum beneficij, qui in solo patrimonio Ecclesiæ fundari potest. Accedit etiam, quod beneficium, saltem aptitudine, debet esse perpetuum, vt firmat Rota *in sipontin. Thesauraria. 29. Aprilis.* 1596. coram Orano apud Garziam *de benefic part. 11. cap. 5. num. 181.* Quæ conditio non potest habere locum in legato temporaneo. 1

Imò neque poterit erigi in beneficium, si legatum ita relictum sit, vt hæredes eligant Sacerdotem celebraturum, cui cedat legatum, durante eius vita, & ipso defuncto, eligant per annos decem, aut aliud tempus determinatum, & non vltra, alium Sacerdotem, qui cum onere Missarum fruatur legato, & post hunc eligant alium, & sic deinceps eodem modo. vt firmat Rot. *in salernitan. Oratorij. 13. Mar-* 2

rij 1559. coram Quiroga apud Garziam *de Benefic. part. 1. cap. 2. num.* 106. Nam cum seruanda sit mens testatoris, repugnat, eum his conditionibus consistere posse naturam beneficij.

3 Si verò legatum sit perpetuum, & exequutionem incæperit habere, viuente testatore, non poterit erigi in beneficium, vt obseruat Garzias *part. 1. de benef. cap. 2. num.* 108. Nam exequutio inter viuos facta declarat mentem fundatoris, quod nolit institui beneficium, quia cum potuerit interponere auctoritatem Ordinarij, vt erigeretur in beneficium, cum non interposuerit, facto ipsò declarauit, quod nollet erigi in beneficium, sed relinqui in statu legati Laicalis, & prouidendum de Capellanu facultate laicali.

4 At si non habet exequutionē inter viuos, sed tantum post mortē, si non repugnet testatoris volūtas, erigi posse in beneficium, tenent S..zedo ad Diaz *in Pract. cap.* 18. *num.* 9. Ceuallos. *quæst.* 282. *num.* 9. Garzia *de benefic. part. 1. cap. 2. num.* 109. & facit decis. Rotæ. 1122. *lib. 3. part. 3. Diuers.* Quia eo ipso, quod testator instituit Capellaniam, videtur velle fundare beneficium Ecclesiasticum. Quæ tamen doctrina valde dubia est: quia, si voluisset instituere Capellaniam collatiuam, potuisset aliquid saltem exprimare, quo id significaret, aut iubendo, quod exquireretur consensus Ordinarij, aut reseruando hæredibus ius præsentandi aut aliquid simile, vnde de eius voluntate constaret.

5 Accedit etiam, quod non censetur volitum, quod non apparet dispositum: quia nec etiam prudenti consideratione possumus imaginari testatoris voluntatem, quam non possimus ex verbis concipere. *l. Gallus. §. Quidam rectè. ff. de liber. & posthum. & l. si alij ff. de vsufr. leg.* Nec dici potest, quod testator sic voluerit, nisi etiam verbis expresserit. *l. Quoties. init. ff. de hered. instit.* ibi, *Neque eum, quem voluit. & l. In ambiguo. ff. de reb. dub. & l. Iubemus. C. de testam. & l. Quidam cum filium. ff. de hared. instit.* & notant *ibidem* Bald. Imol. Angel. Aleiat *in l. Cum filio familias. num.* 12. ver. *sed respondendum. ff. de leg.* 2. Natta *cons.* 551. *num.* 22. Socin. Sen. *cons.* 69. *num.* 1. *vol.* 3. Socin. Iun. *cons.* 111. *num.* 28. *vol.* 1. Crauetta *cons.* 161. *num.* 13. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo.* Libetis. *num.* 18. *de reuocan. donat.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 3. Vnde si testator nihil expressit, vnde possit colligi eius voluntas de erectione legati in beneficium, videtur disposuisse tantum de legato, & proinde voluisse, quod remaneret in terminis puri legati, & quod prouisio Capellani spectaret ad hæredes.

6 Quod si testatoris voluntas repugnet, ne Ordinarius se intromittat in prouisione Capellaniæ, pro qua instituit legatum: Communis sententia docet, quod teneat dispositio, & proinde non possit legatum, seu Capellania erigi in beneficium. Ita specialiter Spinus *de testamen. glos.* 4. *num.* 42. Ceuall. *quæst.* 282. *num.* 23. *&.* 28. Humada *in addit. ad Greg. Lopez l. 1. tit. 15. part. 1. glos.* 6. Garzia *de benef. part. 1. cap. 2. num* 105. Felin. *cons.* 41. *num.* 6. Cardin. *cons.* 83. Nauarr. *cons.* 5. *de Preben.* Barbatia *cons.* 33. *num.* 8. *lib.* 2. Alphons. de Leone. *De offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 10. *num.* 141. Caualer. *decis.* 639. *num.* 6. Rota *in salernitan. Oratorij.* 13. *Martij.* 1559. coram Quiroga. apud Garziam cit. *cap.* 2. *num.* 106. *& decis.* 554. *num.* 1. *part.* 2. Recent.

7 Cum enim testator de rebus proprijs disponat, quibus imponere potest quam legem voluerit. *l. si quid possessor. §. sicut autem. & l. sed & si lege. §. Consuluit. ff. de petit. hared. & l. legem. C. De donat* dum non vult, quod legatum pro Missis erigatur in beneficium, debet seruari eius voluntas, quæ pro lege habenda est. *l. 1. C. De sacrosan. Eccles. & l. 4. C. De necess. seru. her. instit. & cap. Vltimo voluntas. 13. quæst.* 2. Nec potest Ordinarius aliter disponere, quam disposuit testator, cum non possit disponere de rebus alienis.

An autem: si testator vtatur verbo Capellaniæ, vt si relinqueret legatum pro Cappellania, possit tunc erigi in beneficium: Certum est, quod si ex dispositione colligatur, Quod intellexerit de Capellania non collatiua, non poterit erigi in beneficium, quia esset contra voluntatem testatoris. vt notat Perez de Lara *de Anniuers. lib. 2. cap. 1. num* 45. qui subdit, quod si non constat, quod testator voluerit, quod esset Capellania non collatiua, poterit erigi in beneficium, quia iuxta verba accipienda est mens testatoris. Verum, cum nomen Capellaniæ non magis significet collatiuam, quam non collatiuam, ex eo quod testator vsus sit verbo Cappellaniæ, non potest argui, quod intellexerit de collatiua, nisi aliunde vocabulum ad hanc significationem determinetur. Imo cum testator potuerit exprimere aliquo modo, quod erigeretur beneficium, cum non expresserit, præsumendum est noluisse. *l. vnica. §. sin autem. C. De caduc. tollen. & cap. Per incorporalia* ver. *Vnde si circa. de translat. Prælat. & cap. Ad audientiam. de Decim.* & notat Alex. *cons.* 5. *num.* 5. vers. *si enim voluisset. lib.* 5. & ex eo quod testator non requisiuit auctoritatem Ordinarij, non videtur voluisse facere beneficium Ecclesiasticum, vt dixit Rota *in Dertusen. erectionis benef. die.* 27. *Nouembris.* 1624. coram Remboldo. ver. *Non obstat quod.* sed intellexisse de simplici Capellania non collatiua. 8

Rursus dubium est, An si testator committat suis hæredibus prouisionem Capellani in ordine ad celebrationem Missarum, pro quibus legatum reliquit, censeatur prohibita erectio Capellaniæ in beneficium, an verò censeatur permissa, ita vt censeatur concessa hæredibus facultas præsentandi. Resolnendum autem videtur, quod talis dispositio repugnet erectioni in beneficium. Ita Moneta *de commun. vlt. volun. cap.* 10. *num.* 480. Garzia. *part.* 1. *de benefic. cap.* 2. *num.* 111. in fin. Alph. de Leon. *de off. Capell. quæst.* 5. *sectione decima, numer.* 150. Rota. *in salaman. Capell.* 23. *Martij.* 1583. coram Seraphin. quæ est apud ipsum *decis.* 611. Quia cum testator committat hæredi prouisionem Capellani, totum negocium in ipsum transfert, nec intelligit de sola præsentatione, quia præsentatio non est prouisio, & idem dicendum esset, etiamsi non vteretur hoc verbo prouisionis, dummodo vteretur alijs æquiualētibus, quibus significaret, quod electio Capellani ad ipsos spectaret. Quod confirm. etiam ex supradictis. Quia dum testator non meminit de Ordinarij auctoritate interponenda, satis declarat suam mentem, quod velit legatum remanere in terminis puri legati laicalis, nec transire debere in patrimonium Ecclesiæ. 9

***

QVÆST.

Qvæstio 1041.

An, si Testator prohibeat, ne Episcopus conferat, aut se intromittat, erigi possit in Beneficium Capellania.

SVMMA.

1 *Conditio, ne Episcopus se intromittat in legato pro Missis, an apponi possit*, & num. seq.
2 *Hac conditio non repugnat cum Capellania non collatiua.*
3 *Si prohibeatur Episcopus se intromittere, non potest Capellania erigi in Beneficium.*
Voluntas licita Testatoris est seruanda.

1 HAnc cōditionem, quod Episcopus non se intromittat, tamquam turpem, & sacris Sanctionibus cōtrariam, esse reijciendam, & legatum erigi posse in beneficiū tradit Perez de Lara *lib.2.De Anniuersf.cap.1.n.47.* Subdit tamen, de cōsensu Summi Pontificis apponi posse talem cōditionem, pro quo citat Rebuf. *De congr.port.nu.*120. aut etiam de consensu Episcopi, citans Abb. *in Cap. A nobis num.* 5. *De Iurepatr.*

2 Verùm, licet prædicta cōditio, quod Episcopus non cōferat, esset cōtra Sacros Canones, & de iure turpis, & proinde reijciēda, supposito, quod testator disponeret, quod Capellania erigeretur in beneficiū, quia repugnat Sacris Canonibus, quod beneficia non cōferantur per Episcopum, aut Summum Pontificem. Dum tamen non disponit, quod erigatur in beneficium, & proinde remanere velit in statu laicali, per dictam prohibitionem declarat suam mentem, quod nolit erigi in beneficium, & quod prouisio remaneat apud eos, quibus ipse eam committit; itavt non possit Episcopus, aut alius se intromittere, & vsurpare sibi facultatem prouidendi.

3 Et ideò in tali casu non posse Ordinarium erigere Capellaniam in beneficium, & talem clausulam importare prohibitionem, ne in beneficium erigatur, tradunt Garzia *de Benef.part.1. cap.2. num.* 105. Alphonf. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 10. Rota *in Salamantin. Capellaniæ*, 23. *Martij* 1583. apud Seraphin. *decis.*611. Eo enim ipso, quod testator vult, quod Ordinarius non prouideat, aut se intromittat, intendit præseruare ius prouidendi iis, quibus committit prouisionem, & proinde legatum, seu Capellaniam remanere in illo statu, in quo per laicos prouideri possit. Et cum hæc voluntas testatoris sit licita, est seruanda, §.*disponat.* Authent. *de nupt. collat.*4.

Qvæstio 1042.

An legatum perpetuum pro Missis effici possit ex obseruantia beneficium.

SVMMA.

1 *Legatum non potest ex obseruantia effici beneficium, si constet de eius initio.*
2 *In indicanda qualitate originalis, causa attendenda.*
3 *Obseruantia non habet locum in claris.*
4 *In beneficijs attendendus vltimus status.*
Nisi constet de anteriori statu.
Cessante præsupposito, cessat etiam dispositum.
5 *Si non constet de initio potest legatum ex obseruantia effici Beneficium.*
In dubijs attendenda obseruantia.
6 *Concurrente diuersa obseruantia, quanam attendenda.*
7 *Habentes electionem Capellani possunt eligere quemcumque ex approbatis.*
Quinam censeantur approbati

SEu, quod idem est, An Episcopus præscribere possit prouisione Capellaniæ, pro qua extat legatum perpetuū, tamquam beneficij Ecclesiastici & proinde ratione prouisionis transire possit in Beneficium Ecclesiasticum. Dicēdum est, aut *Non posse obseruantia effici beneficium Ecclesiasticum, si constet de fundatione, quod sit Capellania non collatiua, & laicalis; Secus autem si non constet*; Nam tunc ex obseruantia fieri poterit Capellania collatiua: Ita Dec. *cons.*126. *num.*3.*in fin.* Alphonf. de Leon. *de offic. Capell. quæst.* 5.*sect.*11.*num.*171. Rota *decis.*2. *de prabend. in nouiss. & decis.*188.*num.*1.*part.*1. Recent. 1

Ratio est. Quia in iudicanda qualitate rei, originalis causa est primum fundamentum attendendum est, *l. Tutor datus ff. de fideiuss. & l. Quæsitum. init.ff. de reb.auro.iud.possid. & l.si filiusfamil.C. Ad Senatus cons. Maced.* & Cap. *Porrò. De priuileg.* & notant Glos. *in cap. statutum verbo.* Canonici *De rescript. in* 6. Bald. *in l.*1.*ff. de reg. iur.* Iaf. *in l. More. not. vlt. ff. de iurisd.* Abb. *in Cap. Grauis. vers Venio ad tertiam. De restit. spoliat.* & in specie de beneficijs Rota *in Ripan. Oratory* 10. *Martij* 1591. coram Gypsio. Vndè cum in legato Capellaniæ non adsit in sua fundatione erectio in beneficium, sed constat fuisse fundatum tamquam Capellaniam non collatiuam, hæc primæua qualitas erit attendenda, & ideò obseruātia non habebit vim conuertendi in Capellaniam collatiuam, seu Beneficium. 2

Et eo magis, quia quando sumus in claris, non habet locum obseruantia, sed standum est dispositioni, *l.* 3. *in fine, C. de liber. prater.* & notant Castren. *in l. Heredes palam.* §. *Quid. ff. De testam.* Archidiacon. *cons.*115. *num.* 2. Barneo. *in Seg. De non tollen. iur. quæstion.* 13. *numero septimo*; Rota *decis.* 623. *numero quarto part.* 3. *Recen.* & in *Toletana Decimar. de Laxedar. vigesima secunda Maij.* 1592. coram Arigonio. Vndè quando ex dispositione Testatoris constat quod Capellania sit non collatiua non erit attendenda obseruantia in contrarium, si qua sequuta sit. 3

Quod si obijciatur, Quod in beneficiis sit attendendus vltimus status, iuxta cap. *Cum de Beneficiis. De prebend. in* 6. Quia hoc locum habet, quando sumus in dubio circa statum, non autem, quando constat de anteriori statu, vt firmat Rota *decis.*188. *num.*1. *part.*1. & coram Cavaler. *decis.* 639. *in fine & Melphitan. legati pij.* 24. *Ianuar.* 1629. coram Dunozetto. Addo etiam, quod d. Cap. *cum de beneficij* disponit circa statum beneficiorum, & supposito, quod sit beneficium, & dubium sit, quem statum habeat, vult attendi vltimum statum. Vnde, cum in præsenti cesset præsuppositum, quia ex fundatione constat, non esse beneficium, cessat etiam dispositio, vt obseruant Glos. *in L. mancipia, C. de seru. fugit* Decian. *cons.* 161. *num.* 8. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 9 *numero centesimo sexagesimo primo*, Alex. *consilio centesimo vigesimo sexto*, & desumitur ex Capite *Si Papa De priuileg. in sexto.* Et Clemen. *Si sumus. De Sententia Excommunicationis.* Vnde tunc solum allegari posset ad rem, si dispositio, quod in dubio an aliquod 4

7 *Bona laicalia pro Missis non possunt alienari sine consensu Sedis Apostolicæ.*

1 RESolutio difficultatis dependet ex erectione loci legatarij. Potest enim esse fundatus à laico sine auctoritate Episcopi, & potest esse fundatus cum Episcopi auctoritate. Et quidem si sit fundatus auctoritate Episcopi, legatum fiet de iurisdictione Episcopi, & erit sub regimine Ecclesiæ, quia sequitur conditionem legatarij, vt notat Perez de Lara *De Anniuer.lib.2.c.1.n.15.* Tenebitur tamen Episcopus seruare dispositionem testatoris, ita vt non possit erigere legatum in beneficium, si repugnet testatoris voluntas, & disponat, quod sit Capellania non collatiua, iuxta dicta in superioribus, cuius prouisio pertinet ad locum pium.

2 Ex quo fit, Quod si testator relinquendo legatum tali loco, apponat aliquam conditionem in ordine ad Episcopum, quæ iis repugnet, quæ de iure disposita sunt, erit reiicienda conditio tanquam de iure impossibilis, *l.1.& l.Conditiones contra. & l.Si quis ita institutus, ff.de condit.Instit.& l.Obtinuit ff. de condit. & demonstr.& l reprabenda.C.de instit.& substit.* & obseruant Abb.*in cap.Nobis.n.5. De Iurepatr.* Felin.*in cap. Cum venerabilis.num.33 de except.* Buttrius *in cap. Cum dilectus.num.24.De consuet.* Imol.*n.12.* Palat Rubeus *in rubr.de Donat.§.16.n.14* Lambertin. *De Iurepatr. lib. 1.part.2.quæst. 9.princip. num. 68.* Sarmient. *lib. 1. select.interpret.cap.11. num. 10.* Couaruu. *in cap. Tua. num.6.de Testam.* Spino *de Testam.glos.4 princip.tit. de Patr.num.40* Azeuedo *tit.6.l.9.num.5.lib.5.recopilat.* Duran.*De condit.impossibil part.2.cap. 1. num. 2.* Voluntas enim testatoris, licet possit rebus suis imponere, quam legem voluerit, non tamen potest excedere imponendo, quæ de iure naturæ, aut positiuo prohibita sunt. Tunc enim voluntas testatoris dominatur, quando est legitima *l.Cum quæstio.in fine.C. de leg.& §. Disponat.* Auth.*de nupt.* ibi.*Vt dignum est.*

3 Si tamen Hospitale, Confraternitas, aut alius locus nô sit erectus auctoritate Ordinarij, Dicendum est, *Legatum remanere extra iurisdictionem Episcopi, & esse de iure laicorum.* Ita Abb. *cons 31. num. 2. part. 1.* Parlador.*part. 3. differen.9.§.1.num. 9.* Cabedo. *decis. 51.* Velasc. *consul.105. num.32.* Zerola *in Prax. part. 1. verbo.* Confraternitas. *vtr. 4.* Caputaquen. *decis. 328.part.1.* Perez de Lara *de Anniuers.lib.2. cap. 1.n. 5.* Alphon. de Leon.*de offic. Capell.q.5.sect.11.n.183.*

4 Ratio est. Quia tam ratione originis, quam ratione termini continentur intra confines, & ordinem rerum laicalium. Nam relinquuntur de bonis laicis, & per facultatem laicalem, qualis est illa qua vtitur testator. Terminus etiam, ad quem perueniunt legata, seu legatarius, est laicus. Nam cum talis locus non sit erectus auctoritate Episcopi, remanet laicalis, nec est religiosus, & potest laica auctoritate tolli, vt notat Glos. *in Clemen. Quia contingit verb.* Altare. *De relig domib.* Abb.*cons. 31. num.2. part. 1.* Vnde ex eo, quod legatum in eius dominium transeat, non fit extra ordinem rerum laicalium: sed solum est destinatum ad vsum pium, in ipsum facultate laicali conuertendum.

5 Ex quibus infertur, quod si super huiusmodi legatis oriatur cõtrouersia aliqua, cum non sint de iurisdictione Episcopi, pertinebit ad Iudicem sæcularem eam decidere, vt notant Abb.*cons.31.n. 1.part 1.* Cabedo *de Patronatu regiæ Coronæ, cap.28.n.6.* Perez de Lara *De Anniuers.lib 2.cap.1.n.32.* Alphon.de Leon. *de offic.Capell.quæst.5.sect.11.n.183* testatur, regiũ Cõsilium Neapolitanum ita in praxi seruare, Nam cum sint in ordine laicali, subijciũtur iudicio laicali, iuxta *cap.fin.De foro.competen.* Quod tamen mihi difficile est, quia cum sit, destinatum ad opus pium, & ipsi accessorium; videtur sequi debere naturam sui principalis & trahi ad forum operis pij.

Hoc tamen est limitandum, vt solum pertineat 6 ad iudicium laicale, Quando agitur de bonis, in quibus consistuunt, Nam si ageretur de ipso opere pio, pro quo sunt destinata, aut de ipsius exequutione; tunc pertineret ad Tribunal Ecclesiasticum, quia causæ piæ, & quæ concernunt animam, pertinent ad Episcopum, iuxta Cap. *Nos quidem. De testamen.* & notant Rocchus de Curte. *De Iurepatron. verbo* Pro eo quod.*num. 28.* Valasc. *consul. 105. num. 65. & 61.* Perez de Lara *de Anniuers. lib. 2. cap. 1. num. 8.* Quamuis vt notant Valasc. *eadem consul. num. 49.* non poterit exigere rationem, aut visitare, quia hoc caderet super ijs, quæ sunt de iure laico.

Secundò infertur, Quod, quamuis ista bona sint 7 laicalia, & de iure antiquo alienari possint absque solemnitatibus, vt notat Alex *cons 4. vol. 5.* Paris. *cons. 34. num. 19. vol. 4.* Perez de Lara *De Anniuers. lib. 2. cap. 1. num. 5. in fine* Attamen modò non possunt alienari absque auctoritate Sedis Apostolicæ ob nouissima Decreta Sac. Congregat. edita auctoritate Vrbani VIII. *De celebrat. Miss.* tanquam subiecta oneri perpetuo Missarum; vt disponit in §. *Proterea ne in Ecclesijs.* vbi obligat loca omnia, & personas omnes, ad quas legata huiusmodi perueniunt, ad ea manu tenenda cum expressione oneris & non alienanda sine auctoritate Sedis Apostolicæ interposita. Quod etiam tamquam dispositum in fauorem piæ causæ afficit ex hoc quoque capite etiam laicos.

QVÆSTIO 1046.

An Episcopus visitare possit Capellanias non collatiuas, & legata pro Missis.

SVMMA.

1 *Episcopus an possit visitare Capellanias non collatiuas*, & num. seq.

3 *Episcopus inquirere potest; vt pia dispositiones habeant exequutionem.*

Ad Episcopum spectat cura piarum dispositionum.

4 *Episcopus quoad administrationem temporalem non potest visitare Capellanias non collatiuas.*

Capellania non collatiua non est quid religiosum.

5 *Hospitalia laicalia quomodo possint visitari.*

6 *Capellania non collatiua quando possit visitari ab Episcopo.*

7 *Quando non possit visitari, licet sit apud locum auctoritate Ordinarij erectum.*

SI Capellania sit collatiua, constat ex dictis *quæst. præceden.* Quod non possit Testator excludere 1 Episcopum à visitatione; sed hanc conditionem tãquam turpem, & iuri repugnantem, esse reijciendam. Vndè difficultas remanet de Capellanijs non collatiuis, quæ per ipsos laicos prouidentur. In qua difficultate Paris. *cons. 34. apud Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 35.* sentiunt, quod Episcopus non possit visitare. Quia cùm sint Capellaniæ laicales, non subsunt eius visitationi, & correctioni.

Secunda autem sententia tenet, quod possit visitare, si tamen in fundatione id expressè non prohibeatur. Ita Garzia *parte prima De Benefic. capite secundo, numero centesimo quarto.* Moneta *De commut. vlt. volunt. capite decimo, num. 478.* Alphonsus de Leone *De offic. Capell. quæst. 5. sect. 12. num. 203.* Et potest habere fundamentum in dispositione Concil. Trident. *sess. vigesima secunda, cap. 2. De reformat.* vbi constituit, Episcopos tanquam delegatos Sedis

Apoſtolicæ pto viſitaudis Hoſpitalibus, quæ ſunt fundata ſine ipſoruio auctoritate, duinmodo io fundarione cautum non ſit, quod non poſſint viſitari, idque expreſsè. Quod ptoinde poteſt etiam applicari Capellanijs.

3 In hac difficultate viderur admittendum, vt dictum eſt etiam in ſuperioribus. Quod poſſit Epiſcopus inquitete, an exequutioni mandetur pia teſtantium diſpoſitio, vt tradunt etiam Perez de Lara *De Anniuer. lib. 2. cap. 1. num.* 4. Moneta *De commutat. vlt. voluntat. cap.* 10. *num.* 475. Sebaſtian. Cæſar. *in Ecclef. hierar. diſp.* 54. §. 3. *in fin.* Rota coram Seraphin. *decif.* 611. *num.* 6. Cum enim pertineat ad Epiſcopos ptouidete, vt piæ volútates axequutioni mandentor. §. *Si antem pre redemptione.* Authent. *De Ecclesiaſt. tit. collat.* 9. & Cap. *Tua nobis.* §. 1. *de Teſtam.* poterit inquirere, an celebrentur Miſſæ, iuxta diſpoſitionem Teſtatoris. Cùm enim ſimos in ijs, quæ concernunt ſalutem animæ, quippe pertinet ad ſalutem animæ, quod ij, ad qoos ſpectat exeqoantur pias voluntates, cum non poſſint omittere abſque graui peccato, poteſt Epiſcopus ſe intromittere.

4 Secundò addendum eſt. *Quod non poſſit Epiſcopus viſitare iſtas Capellanias, quoad adminiſtrationem temporalem.* Ita in ſimili nempè de Hoſpitali Abb. *in cap. fin. not.* 1. *de Cenſur.* Gabr. *conſ.* 195 *num.* 15. *lib.* 2. Ludouiſ *decif.* 4. *num.* 16. Vnde viſitatio ſolum competet Epiſcopis io ordine ad inquitendum, an ſeruētur teſtatorum diſpoſitiones. Et ita inhætens Decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 2. *De reformat.* declarauit S. Concil Congregat. apud Riccium *in Prax. part.* 4. *reſol.* 579. *n.* 4. in materia de Hoſpital. his verbis. *Congregatio cenſuit Ordinarium poſſe viſitare Hoſpitale priuatum, & ex hoc Decreto corrigere, & reformare in his tantum, quæ ad obſeruandam voluntatem fundatorum pertinet.* Vnde à fortiori habebit locum etiam, quoad Capellanias laicales, itavt noo poſſint viſitare, niſi qooad exequutionem opetis ioiuncti. Et tatio eſt Quia tale Legatum, ſeu Capellania non eſt quid religioſum, cum non ſit interpoſita auctoritas Epiſcopi. vt notant Bald. *in Authent. Hoc ius porrectum, num.* 11. *C. De ſacroſan. Eccleſ.* Abb. *conſ.* 3 *num.* 2. *part.* 1. Cardin. *conſ.* 13. *num.* 3. Et ideò non poteſt ab Epiſcopo viſitari, vtpote extra ipſius iuriſdictionem: & ideò ſubintrat ſolum facultas inquirendi, an adimpleatur mens teſtatoris, vt dictum eſt.

5 Fundamentum autem ſecundæ ſententiæ nihil obſtat ſupradictis. Quia Dectetum Concilij loquitur de viſitatione abſoluta Hoſpitalium, quæ tamen, ſi ſint Laicalia, non poſſunt viſitari, niſi in ordine ad exequutionem voluntatis fundatoris, vt ex declaratione Sacr. Congregationis dictum eſt *num. precedent.* Vnde ſi hoc Decretum applicetur etiam Capellaniis non collatiuis, ſequitur, quod ſolùm viſitari poſſint quoad exeqoutionem oneris iniuncti, non autem quod poſſiot viſitari abſolutè, etiam quoad adminiſtrationem, cum ſint Capellaniæ Laicales, cum hoc neque poſſit Epiſcopus quoad Hoſpitalia, quæ ſunt de iure Laicorum

6 Ex dictis infertur, Quod ſi Capellania non collatiua ſit penes Hoſpitale, aot aliam piam commonitatem erectam auctoritate Epiſcopi, quæ ptoinde ſubſit ipſius iuriſdictioni; poterit ab ipſo viſitari: non quia Capellania Laicalis eſt, ſed quatenus ſpectat ad adminiſtrationem talis loci pij de iuriſdictione Otdinarij taoquam Eccleſiaſticum, vt tradunt Bald. *numer. precedent. citat.* Caſtrenſ. *in l. Orphanotroph. init. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Abb. *in cap. Ad hac. numero primo, De religion. domib.* Cardin. *in Clement.* 11. *quæſt.* 10. *de prebend.* Cum enim adminiſtratio ſit actus exercitus ab Hoſpitali, aut alio loco pio, ſpectat ad Epiſcopum, quoad ipſius recognitionem, ſicut ſpectaot quæcumque alia, quæ geruntur ab adminiſtratotibus loci.

Secundò infertur. Quod ſi à fundatore Capellauiæ cautum ſit, quod oon viſitetur ab Ordinario, quamuis ſit penes locum de iuriſdictione Epiſcopi, oon poterit viſitari, ſi tameo io fundatione non interuenerit conſenſus Epiſcopi. Quia eſt eadem ratio, ac de Hoſpitali. Si autem in fuodatione conſentiat Epiſcopus, vt non viſitetur, non poteſt neque à ſucceſſoribus viſitari, vt tradunt Abb. *in cap.* 3. *numer.* 13. *de Eccleſ. ædific.* Felin. *in cap. Cum venerabilis. num.* 33. *de except.* Barbatia *conſil.* 33. ver. *Et ſi dicatur. lib.* 1. Rocchus de Curte *de Iurepatr. ver.* Pro eo quod. *numer.* 26. Guttierrez *in repet. l. Nemo poteſt. num.* 451. *ff. de leg.* 1. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *num.* 41. Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 48. Et ita etiam declarauit Sacr. Coocil. Congregat. apod Riccium *in Prax. reſol.* 579. *num.* 8. *part.* 4. his verbis. *Si loca pia in eorum fundatione exempta facta fuiſſent ab Ordinario, per hoc Decretum nihil eſt eis derogatum.* Intelligit autem de Decreto., *cap.* 8. *De reformat. ſeſſ.* 22. Concil. Trident. vbi ioiungitur Epiſcopis viſitare loca huiuſmodi. Vnde quamuis locus pius ſubſit viſitationi Ordinarij, non ſuberit tamen quoad tales Capellanias non collatiuas, ſi fundator id cauerit cum Ordioarij conſenſu. Quia licet non poſſit præiudicare iuri quæſito, poteſt tamen iuri quærendo, ne nolens conſentire impediat fundationem, quia forte fuodator aliter oon fundaret, quando non poſſet obtinere, vt cum hac lege fundaret. 7

QVÆSTIO 1047.

An Legatum pro Miſſis pro vna vice præſcribi poſſit.

SVMMA.

1 *Præſcriptio non habet locum ſtante mala fide.*
2 *Legatum acquiritur legatario ignoranti quoad actionem realem & perſonalem.*
Legatum recta via tranſit ad legatarium.
3 *Legatum pro Miſſis pro vnica vice præſcribi poteſt,* & num. ſeq.
4 *Ius adeundi hæreditatem præſcribi poteſt.*
5 *Quid requiratur, vt hæres poſſit præſcribere legatum.*
Præſcriptio fundatur in ſcientia & patientia illius contra quem præſcribitur.
6 *Hæres non poteſt contra defunctum præſcribere legatum pro Miſſis.*
7 *Defunctus non poteſt argui de patientia, & negligentia.*
Præſcriptio non plus ſe extendit, quam ſe extendunt leges humanæ.
8 *Quid hæres præſcribere poſſit in legato pro Miſſis.*
Hæres tenetur totum, quod eſt legatum dare pro celebratione Miſſarum, etiamſi præſcripſerit contra legatarium.
9 *Voluntas defuncti continuò loquitur.*
Argumentum valet à lege ad teſtatorem.
10 *Hæres quando habeat bonam fidem, ad præſcribendum legatum.*

Hæres

Hæres tenetur interpellare Legatarium pro legato oneroso.
11 *Legatum quomodo recta via transeat ad Legatarium.*
Legatum à tempore mortis censetur esse Legatarij.

1 Circa præscriptionem lagati annui adest specialis difficultas, & ideò separatim tractandum est. Quod autem legatum pro Missis non possit præscribi, facit generalis difficultas contra præscriptionem legatorum. Quia nimirum stante mala fide non habet locum præscriptio, vt tradunt communiter Doctores. Glos. *in Cap.* 1. *verbo* nisi *De præscript. in* 6. Crauetta *cons.* 146. Aretin. *in* §. *Furtiua. init.* Instit. *De vsucap.* Rubeus *cons.* 13. *num.* 14. vers. *Tertio principaliter* Couartuu. alios citans *in Reg. possessor. part.* 2. §. 8. *num.* 14. vers. *sit igitur. De reg. iur. in* 6. Coustat autem, hæredem esse in mala fide, quia scit legatum esse debitum.

2 Præterea legatum acquiritur legatario etiam ignoranti, quoàd actionem realem, & personalem vel statim à morte testatoris, vel ab adita hæreditate. *l. Cum pater* §. *surdo ff. De leg.* 2. *& l.* 1. *C. Commun. de leg. & l. A Titio in fin. princip. ff. De furtis.* Ibi *Quia ea quæ leguntur, recta via, ab eo, qui legauit, ad eum, cui legata sunt, transeunt.* Et ita norat Bart. communiter receptus in *l. si tibi* §. *Cum seruus ff. De leg* 1. Vndè legatarius statim habet ius verum, & proprium in legato, & ideò potest de ipso disponere, vt de re propria

3 Nihilominus tamen communis sententia tenet, quod legatum præscribi possit, si negligatur à legatario. Ita Ancharan. *in reg. sine possessione opposit.* 51. ver. *Item intellige De reg. iur. in* 6. Socin. *cons.* 43. ver. *Præterea hanc partem. lib.* 1. Dec. *cons.* 554. *num.* 2. Paris. *cons.* 92. *num.* 34. *lib.* 3. Anton. Rub. *cons.* 3. *in fin.* Socin. Iun. *cons.* 74. *num.* 31. *lib.* 1. Balbus *De præscript. part.* 2. *punct.* 3. *princip. quæst.* 13. *num.* 9. Ripa *in l. fin. quæst.* 69. *C. De reuocan. donat.* Anton. de Fano *De pignor. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 22. Rebuf. *in l. vn. notab.* 1. *num.* 54. *C. De sent. quæ pro eo quod inter profer.* Couartuu. alios citans *lib.* 1. *Variar. resol. cap.* 9. *num.* 5. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo* Reuertatur. *num.* 391. *C. De reuocan. donat.* Siculus *cons.* 60. *num.* 16. Bec. alios adducens *cons.* 48. *num.* 4. *lib.* 1. Simon de Prætis *De Interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *interpr. vlt. dub. vlt. solut. vlt. num.* 27. qui alios etiam allegat. Et latè Guttierez *lib.* 2. *Canon. quæst. cap.* 26. per totum.

4 In hac difficultate, absolutè loquendo, tenendum est. *Quod legatum pro Missis præscribi possit contra legatarium.* Ratio est, Quia etiam ius adeundi hæreditatem præscribi potest. *L. licet C. De iure deliberandi.* Et notant Gabr. *conclusione nona, titulo De præscript.* Balbus *De præscript. parte quarta, princip. quæstione decima nona, numero quarto*, vers. *Currit autem.* Penia *decisione quadringentesima nonagesima tertia, numero quarto.* Coccin. *decisione ducentesima octuagesima quinta, numero septimo.* Caualer. *decisione quingentesima nonagesima quinta, numero vndecimo.* Vndè etiam præscribi poterit ius ad legatum. Quod præsertim verum est, quia cùm legatum habeat adiunctum onus Missarum, potest hæres putare, quod legatarius nolit acceptare legatum intuitu oneris, & ita manere in bona fide.

5 Secundò tenendum est, *Quod non possit hæres præscribere legatum contra legatarium, nisi notificet ipsi dispositionem Testatoris de legato.* Ita Cumanus *consilio quadragesimo septimo, & sexagesimo septimo, & nonagesimo primo.* Tiraquell. *in L. si vnquam. verbo* Reuertatur. *numero trecentesimo nonagesimo, C. De reuocan. donat.* Couartuu. *libro primo variarum resolutionum, capite nono, numero quinto.* ver. *Quin etiam.* Baldus *consilio ducentesimo trigesimo quinto, lib.* 1. Guttierez *libro secundo Canon. quæst. capite vigesimo sexto, numero decimo octauo.* Ratio est. Quia præscriptio fundatur in scientia; patientia, & negligentia non petentis *l.* 2. *C. De seruit. & aqua.* vbi Doctores. Alexan. *consilio centesimo octauo, numero quarto, libro secundo* Cæpol. *De seruit. rust. prædior. capite quarto, numero quinquagesimo octauo.* Crauetta *consilio vndecimo, numero vigesimo primo.* Roland. *consilio quinto, numero sexagesimo primo.* Bald. *in Authent. Nisi triennale, numero primo, C. De bonis maternis* Ludouis. *decisione ducentesima quadragesima nona, numero tertio.* Merlin. *decisione quadringentesima octuagesima septima, numero* 15. Rota *in Veliteran. aquæ* 11. *Decemb.* 1581. coram Cantuccio. Si autem legatum non notificetur legatario, non habet locum scientia, patientia, & negligentia ipsius, quæ sunt fundamentum præscriptionis.

Tertiò teoendum est. *Quod licet hæres præscribere possit legatum pro Missis contra legatarium, non tamen præscribere potest contra defunctum.* Agitur enim in legato, non solùm de interesse legatarij, sed principaliter de interesse defuncti, quia testator legando, principaliter intendit prospicere animæ propriæ, mediantibus suffragijs Missarum, & eligit legatum tamquam medium ad hunc finem. Vnde hæres cùm teneatur adimplere voluntatem defuncti, tenetur ad legatum, tamquam medium, & proinde etiam ad finem, ad quem ordinatum fuit à defuncto. Et ideò licet præscribat contra legatarium, non præscribet tamen contra defunctum, sed tenebitur semper curare, vt celebrentur Missæ ab ipso præscriptæ. 6

Quod autem non possit præscribere contra defunctum, ex eo constat; quia cum defunctus non sit in commercio hominum, non potest argui de patiétia & negligentia in non petendo, quod sibi debetur; vnde respectu ipsius non habet locum fundamentum præscriptionis, nec hæres est in bona fide, quia non potest putare, quod defunctus non curet adimpleri legatum, quasi non petat: peteret enim, si posset. Accedit, quod generaliter præscriptio est inducta à legibus humanis pro quiete, & tranquillitate Reipublicæ: & ideò non plus se extendit, quàm se extendant leges humanæ; hæ autem non se extendunt ad defunctos, tamquam extra iurisdictionem humanam. 7

Ex quo fit, quod totum id, quod hæres acquirere potest per præscriptionem, est ius liberum cómittendi celebrationem Missarum cui voluerit, & tribuendi ipsi legatum. In quo tamen illud est aduertendum, quod quamuis minori quantitate posset facere celebrare Missas, quàm legata sit à Testatore, tenetur tamen totam quantitatem legatam exhibere; quia exhibetur non tàm in beneficium celebrantium, quam in beneficium animæ Testatoris: siquidem quò maior est quantitas, quæ exhibetur, eò maior etiam est fructus, quem defunctus percipit, tùm quia eleemosina quò maior, eò etiam est magis satisfactoria, tùm quia Sacrificium est magis proficuum, quò magis influit Testator in ipsum per maiorem eleemosinam. 8

Secundò sequitur. Quod cum defunctus non possit instare pro exequutione legati, & celebrationis Missarum, tanquam extra humanum commercium, remanet in dispositione vltima voluntas ipsius quæ sicut operatur post mortem, ita etiam instar legis impositæ rebus suis continuo loquitur, & instat pro exequutione sui ipsius. Valet enim argumentum à lege ad testatorem: vt obseruant Riminald. *consil.* 540. *num.* 4. *vol.* 5. Crauetta *consil.* 9

291. *num.* 5. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 541. *num.* 25. *lib.* 4. Honded. *cons.* 57. *num.* 15. Ludouis. *decis.* 219. *num.* 2. Vnde ex hoc quoque capite impeditur præscripto, & fit, quod hæres sit inconrinuo statu peccati mortalis, quousque satisfaciat piæ dispositioni testatoris.

10 Ad 1. rationem dubitandi resp. Non habere locum respectu hæredis in ordine ad soluendum legatum: Quia præsumere potest, quod legatarius non curet de legato, stante præcipuè onere annexo, quia forte non vult tali onere grauari. Quia tamen hæres tenetur adimplere dispositionem testatoris, ratione obligationis, quam cum ipso contraxit adeundo hæreditatem, & consentiendo in eius vltimam voluntatem ideò tenetur etiam interpellare legatarium, an velit acceptare legatum cum onere annexo, vt si fortè nolit, possit ipse satisfacere propriæ obligationi, curando, vt per alios Missæ celebrentur.

11 Ad 2. rationem dubitandi resp. Legatum à morte testatoris recta via transire secundum dominium ad legatarium fictione iuris, vt notat Ias. *in l. si mihi, & tibi. init. num.* 5. *ff. de leg.* 1. Titaquell. *tract. Lemort. part.* 6. *init. declar.* 2. *num.* 6 Hæc autem fictio habet locum, adueniente acceptatione legatarij, quæ retrotrahitur, & facit, quod legatum à tempore mortis censeatur esse legatarij, iuxta *l. A Titio. init. ff. de furt.* & notat Bart. communiter receptus *in l. si tibi homo. §. Cum seruus. ff. de leg.* 1. Si autem non acceptetur, cessat dominium. Vnde legatum, quantum est de se, recta via transit statim à morte testatoris ad legatarium, quia paratum est transire in eius dominium. Sed transitus iste non sortitur effectum passiuum, nisi ponatur acceptatio. Hoc autem sufficit, vt præscriptio locum habere possit, quia, dum non adest acceptatio, non est hæres in mala fide, vt non possit præscribere.

QVÆSTIO 1048.

An legatum annuum pro Missis præscribi possit.

SVMMA.

1 *Legatum annuum pro Missis non potest præscribi contra defunctum.*
2 *Contra legatarium an præscribi possit* & num seq.
4 *Legatum annuum quoad pensiones decursas præscribi potest.*
5 *Quoad pensiones in futurum non potest præscribi.*
Singulæ pensiones annuales legati requirunt singulas præscriptiones.
6 *Quanto tempore præscribatur annuum legatum pro Missis.*
Causa pia, & Ecclesia æquiparantur.
7 *Cur præscriptio non possit habere locum in legato pro Missis.*

1 EX dictis *in quæst. praecedent.* constat, quod non possit legatum annuum pro Missis præscribi contra defunctum testatorem, sed semper teneri hæredem ad curandum, vt Missæ celebrentur, ob debitum, quod cum defuncto contraxit, adeundo hæreditatem, & consentiendo in voluntatem, & dispositionem testatoris. Et proinde si præscriberet contra legatarium, in eo statu esset, in quo foret, si legatarius repudiaret legatum. An autem contra legatarium possit præscribi, non conueniunt Doctores.

Prima sententia tenet, quod non possit præscribi. Ita Genuen. *in Practicabilib. Eccles. quæst.* 586. Viuian. *de Iurepatr. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 175. Qui fundatur in eo, quod legatum in tantum præscribi potest, in quantum à legatario non agnoscitur, seu acceptatur. Hoc autem non habet locum in præsenti, quia non est in potestate Ecclesiæ agnoscere, vel non agnoscere legatum, sed cogi potest officio Iudicis ad acceptandum: & proinde habetur pro agnito, adeoque excluditur bona fides, & consequenter etiam præscriptio. 2

Secunda sententia asserit, posse præscribi. Ita ij, qui generaliter docet, legatum præscribi posse. & in specie Spinus *in speculo testamen. glos.* 8. *num.* 65. Bald. *in cap. non liceat. de prescrips.* Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. foren.* 86. *num.* 4. citans Decium *cons.* 554. asserens, ita iudicasse senatum Pedemontao. Cancer. *Variar. resolut. cap.* 20. *num.* 58. *parte.* 3. Alph. de Leon. *De offic. Capell. quæst.* 5. *sect.* 11. *num.* 315. Qui tamen limitant quoad pensiones decursas: vnde conceduut, non posse præscribi quoad pensiones non decursas. 3

Hæc posterior sententia quoad vtramque partem est tenenda. Cum enim legatum non agnitum præscribi possit, vt constat ex dictis *in praecedan. quæst.* supposito tamen, quod notificatum sit hæredi, poterit etiam præscribi legatum annuum, quoad pensiones decursas. Imò etiam si sit agnitum, quia potest adesse negligentia post agnitum, & acceptatum legatum in petendis pensionibus decursis, & potest hæres putare, quod negligentia petendi sit renunciatio legati. Nec oppositum fundamentum est solidum, quia falsum est, quod Ecclesia non possit repudiare legatum, præcipuè si habeat onus adiunctum, constat enim ex prax., quod repudiantur. Imo iuxta nouissima Decreta S. Congreg. *De celebrat. Missar.* tenetur repudiare, si aliqs oneribus Missarum sit ita grauata, vt non possit nouis satisfacere. Imò etiam ex quacumque alia rationabili causa potest repudiari, vt admittit ipse quoque Genueo. *in eodem opere quæst.* 150. 4

Altera quoque pars eiusdem sententiæ, quod scilicet non possit præscribi quoad pensiones futuras, ex eo desumitur, quod legatum annuum, quamuis vnum in radice, est multiplex in fructu. Seu lit idem legatum, sed annuatim iterandum, ita tamen, vt quoad has iterationes non fiat debitum, nisi successiuo tempore, & proinde tempus afficit successiuè obligationem. Vnde singulæ pensiones correspondentes singulis annis requirunt singulas præscriptiones. *l.* 3. *ff. de legat. annuis. & l. si stychum §. stipulatio. ff. de verb. obligat.* & obseruant Bart. *in l. De pupillo. §. si in pluribus ff. de noui oper. nunciat.* Alexand. *num.* 3. Corneus *cons.* 43. *num.* 3. *lib.* 2. Balbus *De praescript. part.* 4. *princip. quæst.* 4. vet. *secunda conclusio.* Vnde singulis annis deberet incipere noua præscriptio contra pensionem illius anni, & continuare toto tempore necessario. 5

Quantum autem tempus requiratur ad inducendam præscriptionem in hac materia, Resp. Requiri tempus quadraginta annorum, quia totom hoc tempus debet currere, vt præscribatur contra Ecclesiam. Autben. *Quas actiones. C. de sacrosan. Eccles.* & Cap. *Illud. de praescript.* & hoc locum habet etiam si Capellania non sit collatiua, sed laicalis, & legatarius, cui incumbit onus curandi celebrationem Missarum, non sit locus auctoritate Episcopi erectus, sed laicalis, cum adhuc legatum est ad causas pias: Causa autem pia, & Ecclesia æquiparantur, vt aduertit Tiraquell. *De priuileg. pia. caus. priuileg.* 139. & ideò idem tempus requiritur ad præscribendū in pia causa, quod requiritur ad præscribēdū cōtra Ecclesiā. 6

Si tamen

7 Si tamen attendatuc praxis vix locum habere poterit præscriptio etiam contra legatarium: nam stante obligatione hæredis, nedum ad soluendum legatum, sed etiam ad curandam celebrationem Missarum, quæ remanet apud ipsum, quovsque in alium transferatur, quam contraxit adeundo hæreditatem, respectu testatoris; tenetur interpellare legatarium, an velit acceptare legatum, an non: si acceptat legatum, cessat præscriptio, quia non potest hæres esse in bona fide: si non acceptat, tenetur alio modo prouidere, quia ex eo, quod legatarius renunciet iuri suo, non præiudicat animæ testatoris, nec extinguit debitum, quod erga ipsum habet hæres. Rursus, si acceptat legatum, & non exigat pensiones, quia non est verisimile, quod celebrentur Missæ, & non exigantur pensiones, debet in hærede consurgere suspicio, quod non celebrentur, & proinde constituetur in mala fide, quod onus remanear apud se, quia dum quotannis soluere debet legatum, debet etiam curare, quod Missæ celebrentur.

QVÆSTIO 1049.

An Legatum pro Missis in Capella fabricanda debeat exequi ante fabricam Capellæ.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis sub conditione fabricæ Capellæ, non obligat nisi fabricata Capella.*
2 *Præsertim si per Legatarium fabricanda sit.*
3 *Quid si Legatum ordinetur etiam in beneficium Testatoris.*
4 *Legatum sub modo de fabrica Capellæ statim debetur.*
Modus non impedit acquisitionem.
5 *Legatarius interpellari potest, nisi fabricet capellam.*
Obligatus ad aliquid non incidit in moram, nisi interpelletur.
6 *Legatarius non fabricans capellam interpellatus, aut non afferens legitimam causam priuatur legato.*
7 *Legatum absolutum statim adimplendum, licet non fabricetur Capella.*
In dubio verba sunt demonstratiuè accipienda.
Demonstratio non subsistens non elicit dispositionem.
8 *Si testator intendit solum cultum Capellæ non debetur legatum, nisi ea fabricata.*
In vltimis voluntatibus nihil interest, an testator expresserit an intellexerit.
Tacitum pro expresso habetur.
9 *Relictum sub vna conditione sub opposita censetur non relictum.*
Quando solus cultus Capellæ sit intentus à testatore.

1 IN hac difficultate attendenda est dispositio testatoris, & considerandum, an sit conditionalis, an modalis, an verò absoluta. Si enim sit conditionalis, itavt relinquat legatum pro Missa, sub conditione, quod fabricetur talis Capella, non debebitur legatum, quovsque fabricata sit Capella: & si non fabricetur, euanescet tanquam dispositum solum in euentum conditionis, quod regulare est in omnibus legatis conditionalibus, & ita docent Castren. *cons.* 317. *num.* 1 *lib.* 1. Socin. *in l. In testamento:* 1. *num.* 4. *ff. de condit. & demonstr.* Crauetta *cons.* 319. *n.* 17. Menoch. *cons.* 131. *num.* 7. *lib.* 2. quos sequitur Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. foren.* 86. *num.* 6. *lib.* 1.

2 Ex hoc à fortiori locum habet, quando ad legatarium pertineret fabricare Capellam, quia per ipsum staret, quominus adimpleretur conditio, & ideò facto proprio non sineret purificari legatum, iuxta id, quod tradunt communiter, præsertim Cinus *in l.* 1. ver. *Secundo casu. C. de instit. & substit.* Menoch. *præsumpt.* 183. *num.* 22. *lib.* 4. Et ratio generalis est. Quia censetur relictum legatum pro cultu Capellæ, dum disponitur, quod soluatur legatum pro celebrando in tali Capella, si ædificetur. Qua non fabricata, finis legati locum habere non potest, & proinde nec etiam legatum.

Hoc tamen limitandum est, vt locum non habeat, si ea dispositione colligi possit, quod dictum legatū non solum ordinetur ad cultum Capellæ, sed etiam ad beneficium animæ eiusdem testatoris, aut aliorū. Quia tunc legatum imponet duplex onus, aliud absolutè celebrandi, & aliud celebrandi in tali Capella, si ædificetur. Primum erit onus absolutum: secundum verò erit conditionale. Vnde legatum statim erit exequutioni mandandum, quoad partem absolutam, quamuis non possit mandari exequutioni quoad partem conditionalem, quia quoad primam partem non dependet ab exequutione secundæ, & constat, quod testatur, intendat beneficium animæ propriæ, quod non debet fraudari. 3

Si autem dispositio sit modalis itavt relinquatur legatum pro Missa celebranda sub onere fabricandi Capellam, aut quia testator relinquat Capellam fabricandam, aut quia alias sit fabricanda, & velit addere stimulus ad accelerandam fabricam, tunc legatū statim debebitur, quia modus non impedit acquisitionem, imò illam requirit, & postea impleri debet: *l. Mæuia. ff. de manumiss. testam. & l. Quibus. diebus.* §. *Termilius. ff. de condit. & demonstrat.* Bart. *ibidem num.* 1. *ver. Dic ergo.* Alciat. *respon.* 165. *num.* 15. Paris. *cons.* 19. *num.* 255. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 131. *num.* 2. Sarmien. *lib.* 2. *select. interpr. cap* 3. Bald. *in cap. Dudum de elect. num.* 27. Ias. *in l. si testamentum. num.* 3. *C. de instit. & substit.* Vbertin. Zuchat. *in l.* 1. *num.* 173. *C. de pact.* Tiraquell. *de retract. consang.* §. 8. 4

Si tamen modus non impleatur, seu fabrica Capellæ, poterit legatarius interpellari, vt fabricet Capellam, iuxta *l.* 1. *C. de donat. quæ sub modo fiunt.* & notant Ias. *in l. si quis cum debitore. num.* 4 *ff. de iureiur.* Bart. *in l: Quibus dieb.* §. *Termilius. ff. de condit. & demonstrat.* Quia obligatus ad aliquid faciendum nō incidit in moram, nisi interpelletur. *l. si pœnam. ff. Quando dies leg. ced. & l si quis filium.* §. *stipulatio. ff. de collat. bonor. & l. mora. ff. de vsur. & l. & si post tres. ff. si quis caut.* & notant Bart. *in l. si duo.* §. *Prætor ait. ff. de const. pecun* Dec. *in l. Quod te, num* 45. *ff. si cert. pet. in* 3. *lectur.* Socin. Sen. *cons.* 133. *lib.* 1. Crauetta *cons.* 64. *num.* 1. Alciat. *resp.* 593. *n.* 2. Menoch. *cons.* 381. *num.* 41. Quamuis enim in foro conscientiæ teneatur quisque exequi suam obligationem absque alia interpellatione, attamen in foro ciuili requiritur interpellatio, quia fortè posset habere aliquam exceptionem, ob quam excusaretur, si non adimpleat. 5

Ex quo fit. Quod si interpellatus non adimpleat onus fabricandi Capellam, aut non afferat legitimā causam, qua excusetur, priuabitur legato, iuxta ea, quæ tradunt Ruin. *cons.* 100. *num.* 4. ver. *Cum ergo. lib.* 5. Crauetta *cons.* 317. *a* 17. ver. *Nono.* Menoch. *cons.* 381. *num.* 43. Castren. *cons.* 292. *n.* 1. *lib.* 1. Corneus. *cons.* 311. *num.* 5. *lib.* 1. Alciat. *resp.* 210. *num.* 6. Socin. *in l. Quibus diebus.* §. *Termilius. num.* 8. *ff. de condit. & demonstr.* & desumitur ex *l. libertus.* §. *Hac scriptura. ff. de manumiss. testamen.* cum enim modus sit annexus tamquam onus legato, nolenti implere onus, debet auferri legatum: quia non debet sentire commodum, qui non vult sentire incommodum, iuxta regul. iuris. Est tamen aduertendum, quod si le- 6

gatum ordinetur etiam ad beneficium animæ teſtatoris, habebit locum quod dictum eſt ſupta *num.* 3.

7 Denique,ſi diſpoſitio ſit abſoluta, legatum abſolutè erit adimplendum,quamuis Capella non ædificetur. Quia dum teſtator legat, quod celebretur Miſſa in Capella ædifieanda, loeus eelebrationis ſtat demonſtratiuè, præſertim, quia in dubio verba demonſttatiuè accipienda ſunt,iuxta *l. fin.§. Titia ff. de liber.legat.* & notant Bart. *in l.Centurio. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Crauetta *conſ.* 301. *num.* 5. Ludouiſ. *deciſ.* 516. *num.* 8. Demonſtratin autem, quamuis non ſubſiſtat, nou elidit diſpoſitionem. *l. Demonſtratio. ff. de condit. & demonſtr.* & ideò erit alio loco eelebrandum pro adimplenda voluntate téſtatoris.

8 Quod tamen limitandum, vt non habeat locum, ſi teſtator in leganda celebratione Miſſæ,intendiſſet tantum eultum Capellæ, Quia tunc legatum reſoluitur in conditionale,dum enim teſtator legat,quod in tali Capella celebretur, quæ nondum exiſtit, ſed ſolum eſt fabricanda, reſpicit ad futuritionem Capellæ,& tacitè intẽdit,quod legatum habeat locum, ſi fabricetur, itavt poſſit in ipſa celebrati.In vltimis autem voluntatibus nihil intereſt, an teſtatoi expreſſerit,an verò tantum intellexerit. *l. Lucius. §. Martius. ff. Ad ſenatuſc onſ. Trebell.* Quia nimitum taeitum pro expteſſo habetut. *l. In conditionibus.* 19. *ff. de condit. & demonſtr & l. Inter veſtem.* 33. *ff. de aur. & arg.leg.* & notant Bart. *in l.Cum quid. num.*9. ver. *Et pro huius. ff. ſi cert. pet.* Bart in ver. *In Gloſ.* Angel. *num.* 2. Salicet. *num.*3. Fulgoſ. *num.*7. Roman. *num.* 11. Dec. *num.* 22. Soein. *num.*23.

9 Vnde tamquam conditionale non debebitur, niſi poſita cõditione,quod Capella fabricata ſit & ea non fabricata, cenſebitur ademptum, quia relictum ſub vna conditione, ſub oppoſita cenſetur ademptum. *l. legata inutiliter. & l. ſi legatum. ff. de adimen. leg. & l. Quod purè.init. ff. Quando dies leg ced.* & notant Gloſ. per illum tex. *in l. 2. verbo.* Conditionalis. *ff. de in diem addict.* Ruin. *conſ.* 33. *num.* 3. Natta *conſ.* 200. *num.* 1. Cephal. *conſ.* 17. *num.*20. Surd. *conſ.*157. *num.* 9. Oſaſch. *deciſ. Pedemont.*166. *num.* 4.

10 Quando autem teſtator intendat ſolum cultum Capellæ, non poteſt eerta regula definiri. Tunc tamen cenſebitur ſolum intentus,quando ipſum exprimit, tamquam cauſam finalem ſuæ diſpoſitionis; quia tunc, cum illam exprima & non aliam, præſumi poterit, quod non habeat alium finem; qoia ſi habuiſſet, expreſſiſſet, ſicut exprimit quem habet. Econtra verò, ſi nullam exprimit cauſam finalem, præſumendum eſt, qood non intenderit ſolum cultum, ſed illas omnes, ad quas ex ſui natura ordinatur ſacrifioium.

QVÆSTIO. 1050.

An, ſi Capitulum, aut Regulares mutent Eccleſiam, trahant ſecum legata pro Miſſis.

SVMMA.

1 *Deſtructa priori Eccleſia, legatum pro Miſſis ſequitur Regulares, aut Capitulum.*
Eccleſia ſubrogata cenſetur eadem.

2 *Omnia iura prioris Eccleſiæ tranſeunt in poſteriorem.*
Poſterior Eeclesia debet omnia aſſumere, quæ competebant priori.

3 *Mutata Eccleſia, legata pro Miſſis pro ſepultis in Eccleſia, non tranſeunt ad poſteriorem.*

4 *Anniuerſaria de iure celebranda in Eccleſia, in qua iacent Fundatores.*
Etiam ob ſpecialem affectionem Fundatoris ad locum ſepulturæ.

5 *Capellania collatiua non ſequitur tranſeuntes ad aliam Eccleſiam.*
Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt erigi niſi ad altare.

6 *Legatum ſeu Capellania relicta intuitu loci non ſequitur tranſeuntes ad aliam Eccleſiam.*
Quod fit contemplatione certæ perſonæ non egreditur ipſam.

7 *Quando potius ſit contemplatus locus, quam perſona.*

8 *Tunc locus eſt contemplatus quando diſpoſitio concipitur in perſonam ſub eo nomine, ſub quo repræſentat locum.*

9 *Si perſona directè nominetur, legatum factum eſt perſonæ.*
Etiam ſi in obliquo adijciatur locus.
Quod nominatim tribuitur eſt beneficium perſonæ.

10 *Quid ſi perſona exprimatur nomine communi.*
Quid ſi exprimatur nomine dignitatis.

11 *Legatum eſt perſonale, ſi onus imponatur perſonis exequendum.*
Quando cauſa legati reſpicit perſonas, legatum eſt perſonale

12 *Si perſonæ eligantur vt exequutores legatum eſt perſonale.*

13 *Quando iniungitur, quod Miſſa celebrentur in Eccleſia legatarij, legatum ſequitur perſonam.*
Et Eccleſia appellat illam, quam pro tempore eſt habiturus.

14 *Et ſi Eccleſia exprimeretur ſub nomine proprio inuocationis quia tunc ſtaret demonſtratiuè.*

QVia mutatio Eccleſiæ poteſt contingere dupliciter, primò, ſi prior Eccleſia deſtruatur, aut prophanetur, & alia ſubſtituatur, vel de nouo fabricata, vel præexiſtens. Secundò, ſi prior Eccleſia remaneat, & ad aliam ſe conferat Capitulum, ſeu Regulares. Ideò, ſi primo modo contingat mutatio, legata pro Miſſis ſequentur Capitulum, ſeu Regulares. Quia adimpletio oneris fit impoſſibilis in priori Eeclesia, & alias poſterior ſubrogatur in locũ priori & ideò habetur pro eadem Eeclesia. *§. ſi igitur defunctus.* ver. *Vnde conſequens.* Authen. *de hæred. ab inteſt. venien.* & notant Bald. *in l. per diuerſas. num.* 21. *C. mandati.* Dec. *conſ.* 52. *num.* 53. *lib.* 1. Natta *conſ.* 346. *num.* 3. Merlin. *deciſ.* 345. *n.* 2. 1

Ex quo fit, quod omnia iura prioris Eccleſiæ tranſeant in poſteriorem ex vi ſubrogationis. vt tradunt Innocent *in Abbat. in fin. de verb. ſignificat.* Butrios *ibid. n.* 22. Abb. *n.* 16. Oldrad. *conſ.* 267. *n.* 1. Geminiam. *conſ.* 125. *n.* 12. Ripa. *conſ.* 3. *n.* 16. *de elect.* Merlin *deciſ.* 547. *n.* 5. Rota *in Tarraconen ſacriſtia.* 19. *Martij.* 1601. Coram Iuſto. & debeat aſſumere ea omnia, que competebant priori Eccleſiæ *l. ſi eum. §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & l. filia ſua. §. Titia. ff. de condit. & demonſtr. & l. in duobus. §. 1. ff. de iureiur* & notant Abb. *in cap. Cum olim. n.* 6. *de conſuet.* Innocent *in cap.* 3. *num.* 4. *de Iurepatr.* & in terminis Eccleſiæ Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 463. *num.* 3. & proinde etiam onera Miſſarum, præſertim quia manerent in ſuſpenſo, ſi non aſſumerentur. 2

Si verò permaneat in eſſe prior, nec fiat ſubrogatio, quod ſpectat ad Anniuerſaria, & cæteras Miſſas, quæ celebrantur pro ſepultis in eadem Eccleſia, Tenendum eſt. *Quod legata pro ipſis non trahantur ad poſteriorẽ Eccleſiam, ſed remaneant apud priorẽ.* Ita Rota coram Millino *deciſ.* 384. *n.* 4. & coram Caualer. *deciſ.* 494. Huiuſmodi enim legata, cum ſint intuitu eorũ, qui 3

sepulti sunt in Ecclesia, affecta sunt eidem Ecclesiæ tanquam annexa sepulturæ, & in eorum beneficium, qui inseruiunt Ecclesiæ.

4 Accedit etiam, quod Anniuersaria de iure celebranda sunt in Ecclesia, in qua sepulti sunt fundatores vt tradunt Abb. *conf. 94. num. 4.* vers. *Circa secundum. part. 2.* Cuman. *conf. 12.* & eadem est ratio de cæteris Missis, quæ intuitu sepulturæ celebrantur. Cum enim Ecclesia in sinum suum receperit corpora defunctorum, & proinde ad ipsam specialiter spectet eorum animas Deo commendare tamquam eorum, quos sub suo patrocinio recepit, ratio exigit, quod Missæ ab ipsis relictæ celebrandæ, remaneant in eadem Ecclesia vt ab ipsa Deo offerri possint in exequutionem patrocinij, quod exhibet sepultis in suo sinu. Et consideratur etiã specialis affectio deuotionis in fundatore erga Ecclesiam sepulturæ, vt cum Menochio. *præsumpt. 14. num. 8 lib. 4.* ponderat Rota *in d. decis. 494.* coram Caualero.

5 Verum, si legatum pro Missis non sit pro sepultis in Ecclesia, videndum est, si sit Cappellania collatiua, an verò non collatiua. Quia, *si sit collatiua, procul dubio est affixa Ecclesiæ, vnde non sequetur Capitulum, seu regulares transeuntes ad aliam Ecclesiam.* Cum enim sit beneficium Ecclesiasticum, quod erigi non potest, nisi ad altare. Cap. *Nemo. De Consecr. dist. 1.* & notant Lotter. *De re benef. lib. 1. quæst. 4. nu. 55.* Doran. *decis. 130. num. 4.* eo ipso quod erigitur, remanet affixum Ecclesiæ, in qua erigitur.

6 At si sint Capellaniæ non collatiuæ, seu Anniuersaria pro defunctis, aut in genere, aut nõ sepultis in Ecclesia inspiciẽdũ est, an fundator in dispositione sit contẽplatus locum, an verò personas: quia si sit contemplatus locum, erit legatum locale, nec egreditur locum, si verò sit contemplatus, personas erit legatum personale, & eas sequetur, iuxta regulam, quod personalia sequantur personas. Quod enim fit contemplatione certæ personæ, non egreditur ipsam. *l. Cum precario. §. 1. & l. Interdictum. ff. De precario, & l. filio familias ff. de condit. & demonst.*

7 Difficultas tamen est, Quando censeudus sit cõtemplatus potius locus, quam persona. Et quidem, si sit nominatus solus locus in dispositione, aut locus sit expressus in recto, & personæ in obliquo, vt si testator dicat, Relinquo Ecclesiæ PP. Prædicatorum, censetur contemplatus locus, & proinde legatum esse locale. Tunc enim dispositio directè contemplatur locum, & obliquè personas, quæ exprimuntur ad determinandum locum, & ideò legatum non concipitur in ipsas, sed in locum.

8 Rursus, si dispositio directè referatur ad personas, sed nomine illo expressas, quo locum repræsentant, vt si testator dicat, Lego Episcopo pro celebrandis Missis; aut, lego Sacristæ &c. aut lego Rectori talis Ecclesiæ, aut quid simile, legatum censebitur relictum loco, iuxta *l. Annua. §. Titia. ff. de Annuis leg.* & tradunt Menoch. *præsumpt. 502. num. 21. lib. 4.* Fachin. *Controuer. iur. cap. 41. in fin. lib. 5.* Seraphin. *decis. 1149. num. 4.* Merlin. *decis. 647. num. 16.* Duran. *decis. 130. n. 6.* & de legato facto Episcopo, quod sit relictum Ecclesiæ, & cap. *Requisisti de testam.* obseruant ibi Abb. Couarru. & allj. Nam legatarij acquirunt legatum, sicut nominantur: cum autem nominentur sicut repræsentantes Ecclesiam, acquirunt etiam vt tales, & proinde acquirunt Ecclesiæ, quam repræsentant.

9 Econtra verò si directè nominentur personæ, dispositio eas præcipuè, & per se contemplabitur: & proinde legatum erit dispositum in beneficium personarum. Quod enim nominatim tribuitur, est personæ beneficium, vt obseruãt Glos. *fin. in cap. Priuil. de reg. iur. in 6.* Pechius *ibi 1. num. 4.* Quod verum est, etiamsi in obliquo adijceretur locus, quia talis additio cẽseretur posita ad magis determinandam personam & staret demonstratiuè.

Imò etiamsi personæ non exprimantur nomine proprio, sed communi, vt si dispositio haberet, lego fratribus Prædicatoribus; aut si exprimantur etiam nomine dignitatis personalis, per quam tamen non repræsentatur Ecclesia, vt si dicatur, lego Abbati Benedictinorum, Præposito Theatinorum, aut quocumque alio nõmine exprimente personam, legatũ erit personale, & sequetur personas, ad quamcumque Ecclesiam se conferant. Cuius resolutionis ea ratio est quod nomina ista, seu verba exprimentia personas legatarias, siue sint dignatis personalis, siue officij in ordine ad collegium, seu communitatem personalem, referri possunt ad ipsas personas, & ideò non debet subintelligi aliud extrinsecum personis, iuxta *l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. & l. si vnus §. Ante omnia ff. de pactis.* Quod etiam valet; licet in obliquo exprimeretur locus, vt si diceretur, lego Theatinis S. Andreæ, quia tunc locus staret demonstratiuè ad determinandos Theatinos, præsertim si in eadem vrbe essent alij Theatini. 10

Rursus, si ita legetur, vt onus adiectum legato imponatur exequendum personis, legatum erit personale, nempe eorum, quibus onus imponitur: Sunt enim inter se connexa, legatum, & onus: & cui imponitur onus, eidem destinatur legatum & cui adimitur onus, adimitur etiam legatum *l. Alumna. §. fciã ff. de adimen. leg.* & notat Bart. *in l. si quis seruum. §. de condit. & demonstr.* Ratio enim exigit, vt cui imponitur onus, concedatur etiam emolumentum: & qui sentit incommodum, sentiat etiam cõmodum. Præsertim quia causa, ob quam relinquitur legatum, restringatur ad personas, dum ipsis onus imponitur, propter quod relinquitur legatum. Vnde cum causa respiciat personas, & non Ecclesiam legatum censebitur personale iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Pater filium. §. Tusculanus.* in fine *ff. de leg. 3.* Socin. sen. *in l. Ciuibus, num. 12. ff. de reb. dub.* 11

Præterea si Capitulum, Regulares aut quæuis aliæ personæ sint electæ tamquam exequutores, quibus impositum sit onus curandi celebrationem Missarum, vt si testator dicat Relinquo PP. Theatinis mille aureos, vt faciant quotidie celebrare Missam pro anima mea, &c. legatum erit personale, transiet cum ipsis ad aliam Ecclesiam. Ita Rot. coram Seraphin. *decis. 1149. num. 11.* & coram Caualer. *decis. 494.* Cum enim in tali legato personæ sint exequutores celebrationis Missarum, possunt implere onus per quascumque personas, & in quocumque loco eis libuerit, quia ex vi dispositionis testatoris obligantur solum ad curandam celebrationem Missarum, cum nihil aliud ipsis sit iniunctum. 12

Et hoc habet locum, etiamsi testator iniungeret legatarijs, quod Missæ celebrarentur in ipsorum Ecclesia, nam adhuc legatum eos sequeretur, si transirent ad aliam Ecclesiam, & hic est casus decis. Rotæ coram Seraphin; de qua *num. preceden.* Nam quibusdam Monialibus legatum fuerat cum onere, vt curarent quotidianam Missam in propria Ecclesia, & se transtulerunt ad aliud Monasterium, & fuit resolutum, quod legatum eas sequeretur. Ratio autem est. Quia legatarij sunt constituti exequutores, & ideò legatum eos sequitur, tamquam exequutioni mandandum per ipsos. Nec obstat designatio loci, in quo iubentur celebrari; quia cum disponatur, 13

quod

quod faciant celebrare in sua Ecclesia, intelligitur de Ecclesia, quam pro tempore habuerint; nam disponitur de Ecclesia qualificata ex eorundem possessione, atque adeò relatiuè ad ipsos possidentes determinata. Et cum exequutio oneris iniuncti habeat tractum successiuum, etiam qualitas Ecclesiæ habere debet tractum successiuum, & proinde debet semper stare cum determinatione ad possessionem legatariorum. Imò si facerent celebrare in Ecclesia relicta, non facerent celebrare in sua Ecclesia.

14 Iiod, etiamsi testator expressisset Ecclesiam nomine proprio, vt si dixisset, quod facerent celebrare Missas in sua Ecclesia S. Andreæ, legatum sequeretur legatarios, quia substantia dispositionis versatur circa eosdem legatarios, cum eos constituat exequutores ad curandas Missas in propria ipsorum Ecclesia, & qualitas nuncupationis censeatur addita demonstratiuè, iuxta *l. fin. §. Titia. in fin. ff. de liber. leg.* & notant Bart. *in l. Cum pater. §. mensa. ff. leg. 2.* Ias. *in l. Centurio. num. 51. ff. de vulgar. & pupil. subst.* Ripa *ibidem num.* 140. Quia nimirum qualitas nuncupationis non stat restrictiuè, cum iam sit facta determinatio Ecclesiæ per ordinem ad possessionem legatariorum.

QVÆSTIO 1051.

An fundus, super quo fundatum est legatum pro Missis possit alienari.

SVMMA.

1 *Fundus pro Missis assignatus à testatore demonstratiuè potest alienari.*
2 *Fundus subiectus oneri annui legati pro Missis alienari potest.*
3 *Onus impositum rei non grauat personam.*
4 *Si pro annuo legato sint obligati fructus certi fundi hoc alienato non transit onus.*
5 *Quando soli fructus certi fundi remaneant obligati.*
Annuum legatum importat onus super redditibus testatoris.
6 *Quando fundus sit obligatus pro annuo legato pro Missis.*
7 *Si testator dicat quod ex tali fundo soluatur legatum, remanet obligatus.*
Legatum pro Missis eodem iure censendum vt legatum pro alimentis.
8 *Onus legati impositum fundo transit cum ipso.*
9 *Onus legati cum sua causa transit cum re.*
10 *Decreta de celebrat. Missar non disponunt de bonis subiectis oneri Missarum, quæ remanent apud hæredes.*

1 QVia testator legans pro Missis, aut Anniuersario celebrando, obligare potest hæredes ad soluendum annuum legatum de fructibus ex certo fundo hæreditatis percipiendis, dubitatur, an talis fundus ab hæredibus alienari possit, & quidem certum est, posse alienari, si fundus ponatur demonstratiuè. iuxta *l. fin. ff. §. fin. de contrahen. empt.* & notant Glos. *in l. Hactenus. verbo.* Ab eo. *ff. de vsufr.* Crauetta *cons. 217. num.* 4. Quia tunc fundus non afficitur onere rei, neq; aliquo vinculo, ratione cuius debeat remanere apud hæredes. Vnde solum difficultas remanet, quando onus est impositum fundo.

2 Dicendum est. *Fundum subiectum oneri annui legati pro Missis, aut Anniuersario, posse ab hæredibus alienari.* Ita speculator *tit. de Emphytheosi. §. nunc. aliqua. quæst. 118. num.* 144. Ioan. Andr. *ibid. in Addit.* Ias. *in l. 2. num. 45. C. de iure emphyt.* Didac. Castillo *ad l. 74 Taur. ver. ex his etiam.* Perez de Lara *de Anniuers. lib. 1. cap. 3. num.* 1. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 13. num.* 120. & desumitur *ex l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct.* ibi. *Fundi Trebatiani redditus vxori meæ, quoad viuet, dari volo. quæro an possit tutor heredis fundum vendere, & legatario quantitatem offerre annuam, quam viuus paterfamilias ex locatione fundi redigere consueuerat, respondi posse, & ex l. Nihil propon. 123. ff. de leg.* 2. ibi. *Nihil proponi, cur prohibeatur hæres, ædificia distrahere, è quorum redditu sportulæ sunt relictæ, salua tamen causa legati.*

Ea autem ratio est. Quia onus impositum rei tamquam reale non egreditur ipsam rem, & proinde nō inducit in possidentem onus personale, ratione cuius prohibeatur alienare, alioquin possessor onere alieno grauaretur, nempe onere rei, & onus reale euaderet personale, quod est contra rationem. *l. fin. C. De legit. tut.* Et ideò res per onus reale sibi impositum non fit inalienabilis, sed transit cum suo onere, iuxta vulgatam regulam iuris. 3

Sed hinc insurgit aliud dubium, an si fundus alienetur, transeat cum onere annui legati. Pro cuius solutione inspiciendum est, quid ex vi legati veniat in obligationem, an fundus cum fructibus, an verò tantùm fructus. Quia si veniunt tantùm fructus, non transit onus cum re, sed remanet apud venditorem. Ita habetur ex *d. l. fundi. ff. de vsufruct.* Dum dicitur, quod legatis fructibus certi fundi, potest tutor hæredis vendere fundum, & legatario offerre annuam quantitatem, quæ ex fundo redigebatur. per quod significatur, quod onus nō transit in emptorem, dum tutor vendens offerre debet annuā quantitatem. Ratio verò est. quia tale onus cum cadat sub fructibus, non adhæret fundo, & ideò non transit cum ipso. Fructus autem subsequentes venditionem sunt de iure emptoris, quia proueniunt à fundo de iure ipsius vnde non debentur amplius legatario, sed solum debentur fructus subrogati. 4

Si autem inquiratur, quando tantum fructus remaneant obligati. Resp. Tunc censendos esse solos fructus obligatos, quando non apparet de obligatione fundi, sed expresse tantùm obligantur fructus, vt obseruat Crauetta *cons. 217. num.* 4. Nam legatum annuum importat onus super redditus ex bonis testatoris, *l. Peto. §. Fratre. ff. de leg.* 2. & notant Alex. *consil. 158. num.* 2. Gail. *obser. 146. num. 8. lib.* 2. Burart. *decis. 73. num.* 1. In tali enim dispositione censendum est, fundum stare demonstratiuè. 5

Si tamen testator vtatur verbis, ex quibus colligi possit fundi obligatio, onus erit reale super fundum, vt si vtatur verbo, super, dicens lego centum super fundo, &c. vt notant Bart. *in l. Codicillis. §. Institutio. num. 2. ff. de ann. leg.* Roman. *sing.* 125. Afflict. *decis. 162. num.* 6. Couarruu. *in cap. Raynutius. §. 10. num. 8. De testamen.* Mandos. alios citans ad Roman. *cons. 338. num. 2. littera, B.* Castren. *cons. 106. n. 6. vers. constat autem. lib.* 1. Honded. *cons. 86. num. 3. vol.* 2. Surd. *cons. 262. num.* 10. & in specie loquentes de legato Ias. *in Authen. Sacramenta impuberum. num. 26. C. si aduersus venditionem.* Tusch. *littera, D. concl. 583. num.* 4. 6

Rursus, si testator dicat, quod ex tali fundo soluatur legatū pro Missis, aut Anniuersario, remanebit hypothecatus pro dicto legatō, vt de legato pro alimentis 7

mentis desumitur, ex *l. 2. ff. De aliment. leg.* & tradunt Glos. in *l. Lucius eod tit.* Castrem *conf.* 338. *num.* 5. Perez de Lara *de anniuers. l. 1. cap.* 2. *num.* 18. Legatum autem pro Missis continet eundem fauorem, quia est pro alimentis: Nam quod exhibetur pro celebratione Missarum datur pro sustentatione Ministrorum. Et proinde legatum pro Anniuersario esse censendum eodem iure, quo censetur legatum pro alimentis obseruat Guido Papa *decis.* 576. Tiraquell. *de priuileg. pia causa priuileg.* 63.

8 Si autem onus legati impositum fit fundo, tunc si alienetur, transiet cum ipso. Ita Gama. *Decis.* 30. *num.* 1. Valasc. *consult.* 82. *num.* 8. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Et loquendo de onere seruitutis Speculat. *Tit. de empt. & vendit. num.* 24. Castren. *in l. Lucius. num.* 2. *ff. De seruit. rust. Pradior.* Florianus *in l Pomum. ff. De seruit.* Ripa *in l.* 1. §. *si heres num.* 4. *ff.* Ad Trebell. Angel. *in l. si quis velit. num.* 1. Instit. *De seruit.* Dec. *conf.* 262. *num.* 4. Cæpoll. *De seruit. cap.* 627. *num.* 8. Hoc enim legatum impositum super fundo est quædam seruitus, vt obseruat Guido Papa *decis.* 432. in fine.

9 Quod autem onus legati cum sua causa transeat cum re, cui est impositum, habetur ex d. *l. Nihil proponi. ff. De leg.* 1. ibi, *salua tamen causa legati.* & *l. Iulianus & l. Caius.* vbi Bart. *ff. De manumiss. testam. & l. Pomponius,* §. 1. *ff.* de *acquiren. possess.* & tradunt Boer. *quæst. Ital.* 182. *n.* 16. Socin. iun. *cons.* 74. *n.* 8. *l.* 3. Paris. *cons.* 127. *num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 63. *num.* 11. Afflict. *decis.* 96. *num.* 3. Cum enim adhæreat rei, iuxta dispositionem domini, trahitur ab ipsa ad quemcumque perueniat.

10 Solum supradictis obstare videntur Decreta S. Congreg. *De celebrat, Missar.* §. *Praterea ne in Ecclesijs.* Vbi bona immobilia destinata pro celebratione Missarum non possunt alienari sine Auctoritate Apostolica; & si alienentur, debet pecunia conuerti in alia bona stabilia. Verum resp. Quod ibi non disponit de bonis subiectis oneri celebrationis Missarum, quæ remanent apud hæredes; sed de ijs, quæ à fundatore perueniunt *Ecclesijs, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tam sacularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis.* Et disponit etiam de bonis mobilibus, & pecunia, quæ pro Missis perpetuis relinquuntur, vt scilicet deponantur penes locum, aut personam idoneam, ad effectum conuertendi in bona stabilia fructifera, vt constat ex illis verbis, *Decernit, vt pecunia, ac bona mobilia, &c.* Qua conuersione facta, non possunt amplius alienari absque auctoritate Apostolica.

QVÆST. 1088.

An tertius possessor conueniri possit pro solutione legati pro Missis,

SVMMA.

1 *Aliud rem esse subiectam oneri Missarum, & aliud esse hypothecatam.*
Hypotheca subijcit rem obligationi personali pro manutentione.
Prius experienda excussio quàm conueniatur tertius possessor super re grauata.

2 *Pro fundo subiecto oneri Missarum omissa excussione conueniri potest tertius possessor.*

3 *Tertius possessor conueniri potest pro legato etiam pro tempore elapso, in quo non possedit.*

4 *Res remanet semper oneri subiecta vsque ad satisfactionem.*
Tertius possessor potest renunciare rei, & se absoluere à satisfactione.

5 *Per impositionem annui legati perpetui pro Missis non inducitur maioratus, & c.*
Res affecta onere legati annui perpetui non prohibetur alienari.

6 *Annuum legatum pro ludis quomodo vocetur fideicommissum in* l. Annuam ff. *de* ann. leg.

Quia est valde diuersum, quod res sit hypothecata, & quod sit subiecta oneri legati pro Missis: nam si sit subiecta oneri, onus immediatè illi adhæret: si verò sit hypothecata, subijcitur solom obligationi personali, tanquam fundamento pro eius manutentione, vt iuxta *l. contrahitur, ff. De pignorib.* notant Barbosa *in l. si constante in princ. n.* 22. *ff. soluto matrim.* Surd. *cons.* 146. *num.* 9. Negusant. de *Pignorib. par. c. memb.* 2. *num.* 5. ideò si res alienata sit tantùm hypothecata, prius agendum erit contra personaliter obligatos, & experienda excussio, quàm conueniatur tertius possessor super re grauata, iuxta Authen. *hoc si debitor.* §. *sed neque collatione de fideiuss.* & notant Gama *decis.* 99. Ant. Gabr. *lib.* 2. *conc.* 1. *n.* 26. *tit. de fideiuss.* Puteus *decis.* 30. *alias* 32. *lib.* 2. quia obligationi personali tamquam principali correspondere debet actio personalis. 1

Si verò res alienata sit oneri subiecta dicendum est. *Omissa excussione, conueniri posse tertium possessorem.* ita Crauetta *conf.* 217. *n.* 5. *in fine.* Couarruu. *lib.* 3. *Variar. cap.* 7. *num.* 5. Guido Papa *decis* 576. asserens, id procedere speciali fauore Anniuersariorum. Felician. de solis *de censib. lib.* 3. *cap.* 4 *n.* 9. addens sic pronunciatum fuisse in Curia Parlamenti Ant. Gam. *decis. Lusit.* 145. *num.* 2. Gutierez *in repet. l. Nemo potest. ff.* de *leg.* 2. Valasc. *de iure emphit. par.* 1. *quæst.* 3 2. *num.* 14. Salazar. *de vsu & consuet cap.* 11. *num.* 45. & 47. Perez de Lara *de Anniuer. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 21. Alphon. de Leon. *de offic. Cappell. quæst.* 5. *sect.* 15 *num.* 221. Onus enim impositum rei operatur, quod res ipsa sit immediatè obligata creditori ex causa oneris, & ideò habet ius ad ipsum ratione cuius potest immediatè conuenire possideotem pro suo credito. 2

Imò quia res est immediatè obligata, poterit tertius possessor conueniri pro legato, non solum pro tempore, quo ipse possidet, sed etiam pro tempore elapso, in quo non fuit solutum, iuxta ea, quæ tradunt Crauetta *cit. conf.* 217. *n.* 5. Anchatan. *conf.* 186. *num.* 2. Foller. *de censib.* §. *Huiusmodi. n.* 97. Afflict. *decis.* 95. *num.* 5. Additionat. Vrsol. *ibid.* Fœlician. de solis *de censib. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *capite* 8. *numero* 25. cùm enim res ipsa sit affecta onere, subiecta manet semper eidem oneri, quousque satisfiat, & ita desumitur ex *l. imperatores ff.* de *publican. & vectig.* & *l. rei annonariæ C.* sine *censu, vel reliquis* ibi, *Quam pro reliquis vniuersis* vbi etiam Glos. *verbo* vniuersis. & Cap. *si quis Laicus.* 16. *quæst.* 1. 3

Hoc tamen beneficium reportabit tertius possessor, quod poterit, renunciando rei, se absoluere à solutione legati iuxta *l. si forte* §. *& iam. ff.* de *seru. vend.* vbi Bald. & *l. Filius familias* §. *Apud Marcellum ff.* de *leg.* 1. & notant etiam Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 26. Couarrou. *l.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 6. *init.* Salazar *de vsu, & consuet. cap.* 11. *num.* 63. cùm enim onus sit super re, & cum ipsa transeat, non afficit personam, & ideò relinquendo rem exuit obligationem, quam ratione rei induerat. Ex quo fit, quod si pensiones decursæ excederent valorem rei, relinquendo rem, non teneretur tertius hæres ad aliquid, sicut teneretur, si non relinqueret: nam onus reale non potest excedere 4

vires rei, & ideò non tenetur vltra ipsas, si eam relinquat.

Ex dictis autem in *hac*, *& in praeceden. Quaest.* infertur, quod per solam impositionem oneris annui, legati perpetui pro Missis non inducitur maioratus, aut fideicommissum, nisi aliundè inducatur, vt contra Riminal. Iun. *cons.* 297. *num.* 15. *vol.* 3. Petrus Ant. Petra de *fideicomm. quaest.* 5. *num.* 26. in fine tradunt quamplures Doctores, præsertim Gama *decis.* 224. *num.* 8. Flores de Ment. *quaest.* 17. *num* 46. Valas. *consult.* 81. *num.* 6. Salazar *de vsu, & consuet. cap.* 12. *num.* 43. Perez *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 15. & desumitur ex *l. nihil proponi.* 123. *ff. de leg.* 1. vbi dicitur, non prohiberi, alienari rem affectam onere annui legati, saluo tamen ipso legato. Si autem non prohibetur alienari, non est subiecta maioratui, aut fideicommisso. Et cum onus impositum non operetur aliud, præter id, quod secum affert, non alterat ipsam quoàd dominium, & possessionem, sed adhuc libero modo possidetur, non autem cum aliquo ligamine.

6 Neque obstat *l. Annuam*, *ff.* de *annuis leg.* quia obligatio præstandi pecuniam relictam pro ludis ciuitatis vocatur fideicommissum, quia non erat impositum onus super certo aliquo fundo, sed erat impositum hæredibus, & commissum ipsorum fidei soluere talem pecuniam, Vnde non erat fidei commissum reale, quia non afficiebat corpus aliquod hæreditatis, sed improprium, vt ait text. nihil aliud velit, nisi quod hæredes teneantur soluere in perpetuum, quod soluendum ipsorum fideicommissum est; & proinde vocet fideicommissum legatum, quod soluendum hæredum fideicommissum est.

QVÆSTIO 1052.

An prohibitio alienandi fundum subiectum oneri annui legati pro Missis, sit perpetua.

SVMMA.

1 *Prohibitio alienandi fundum subiecto legato pro Missis quando sit perpetua.*
2 *Prohibitio alienandi strictè accipienda, nec extendenda de persona ad personam.*
Nec de casu ad casum.
3 *Prohibitio alienationis fundi subiecti oneri Missarum est perpetua.*
Prohibitio alienandi in rem concepta est perpetua.
4 *Prohibitio alienationis addita re perpetuabili est perpetua.*
5 *Prohibitio alienationis accipitur secundum terminos dispositionis.*
6 *Dispositio regulatur secundum causam finalem.*
7 *Prohibitio alienationis non debet restringi infra terminos exigentia.*

1 SI aliquid exprimatur, per quod colligatur, testatorem voluisse perpetuare prohibitionem alienandi, certum est, quod erit perpetua, quia constat de mente prohibentis, vt inter alios tradunt Crotus *in l. Filius familias.* §. *Diui. num.* 129. *ff.* de *leg.* 1. vbi & cæteri Doctores. Iacob. de Bellouisio *in Authen. de restit. fideicomm.* §. *nos igitur. in fin. collat.* 9. Alexand. *cons.* 13. *n.* 2. *vol.* 1. Barbatia *cons.* 14. *vol.* 3. Lopez *in l.* 6. *vers. Eà fin. herederos tit.* 11. *par.* 5. Molin. *lib.* 1. *de primogenitur. cap.* 6. *num.* 30. Aluarad. *de coniect. men. lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. *num.* 26. in fin. sufficit enim, quod testator quocumque modo suam mentem expresserit. Et ideo solum dubitatur, quando nihil expressit, sed tantùm legauit pro Anniuersario, aut pro Missis quotannis celebrandis, & prohibuit alienationem fundi, super quo imposuit onus legati.

Ratio autem dubitandi ex eo prouenit, quod prohibitio alienationis, tanquam odiosa, strictè accipienda est, nec extendenda de persona ad personam, vt tradunt Aretio. *in l. Gallus* §. *& quid. ff.* de *lib. & posth.* Curt. Iuo. *cons.* 111. *n.* 1. Dec. *cons.* 118. *n.* 9. Ruin. *cons.* 131. *num.* 1. *vol.* 2. Fusar. *de substit. quaest.* 683. *num.* 9. Rota *in Beneuien. fideicommissi de Cataneis.* 12. *Iunij.* 1615. coram Pirouano. *decis.* 693. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* & in eadem causa coram Eminentiss. Ottobon. *decis.* 111. *num.* 20. Nec de casu ad casum, vt tradunt Bec. *cons.* 111. *n.* 12. Iof. Ramon. *cons.* 38. *num.* 62. Rota *decis.* 24. *num.* 2. *par.* 4. *recent. tom.* 2. & *decis.* 211. *n.* 17. *par.* 6. & *decis.* 258. *num.* 17. coram Eminentiss. Ottbobon. 2

Tenendum tamen est, *Quod alienationis prohibitio sit perpetua.* Ita specialiter Perez de Lara *De Anniu. l.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. Ratio est. Quia talis prohibitio alienandi est concepta in rem, seu fundum subiectum oneri; siquidem non prohibetur alienari in vtilitatem alicuius personæ, sed ob celebrationem Missarum manutendam, vnde cùm causa prohibendi alienationem non se teneat ex parte alicuius personæ, sed ex parte rei, trahit prohibitionem alienandi ad ipsam rem. Quando autem prohibitio alienandi est concepta in ipsam, est perpetua transiens in quemcumque peruenit res ipsa, vt tradunt Commens. *in l. vnum ex familia* §. *sed si fundum num.* 2. *ff.* de *leg.* 2. & *in l. Peto.* §. *Fratre. ff.* de *leg.* 3. Castren. *ibid.* Alciat. *num.* 2. Ruin. *cons.* 109. *num.* 14. *lib.* 2. Socin. Sen. *cons.* 227. *vers. ex quibus infero. l.* 2. Parif. *cons.* 30. *num.* 29. *lib.* 2. 3

Accedit autem, quod quando quis disponit de aliqua re ex natura sua perpetuabili, & postea addit prohibitionem alienationis, prohibitio quoque habetur pro perpetua, iuxta naturam rei institutæ. Et ideò si instituatur maioratus, prohibitio alienationis erit perpetua, vt tradūt Aoch. *cōs.* 26. Roman. *cons.* 438. *n.* 13. Fulgos. *cons.* 68. Ludouic. Bolognett. *cons.* 62. vers. *& tantò magis.* Barbatia *cons.* 18. vers. *ex istis infertur. lib.* 2. Ruin. *cons.* 40. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 321. & *cons.* 516. *n.* 16. vers. *& facit.* Parif. *cons.* 72. *num.* 84. *lib.* 4. Curt. Iun. *cons.* 338. *n.* 14. *lib.* 3. Riminald. Iun. *cons.* 23. *num.* 51. *lib.* 1. Alban. *cons.* 51. *num.* 14. Natta *cons.* 331. *num.* 17. *lib.* 3. Iaf. *in l. licet Imperator. num.* 32. *ff.* de leg. 1. Felin. *in Rubr. De maior. & obed. num.* 12. *in fin.* Socin. Sen. *in l. Gallus* §. *Quidam rectè num.* 9. *ff.* de *liber. & posth.* Tiraquell. *De iure primogen. quaest.* 3. *num.* 10. & *in l. Bonef.* §. *Hoc sermone limit.* 12. *num.* 5. de *verb. significat.* Molina *lib.* 1. *de primogenit. cap.* 15 *num.* 19. Meoch. *praesumpt.* 69. *num.* 15. *lib.* 4. Melchior Palaez *de maioratu, par.* 2. *quaest. vlt.* Didac. Burgen. Salon. de Pau. *qu. ciuil.* 2. *num.* 77. *lib.* 1. Couaruu. *lib.* 3. *Variar. cap.* 5. Aluarad. *de coniect. men. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 94. Mieres *de Maioratu par.* 4. *quaest.* 1. *num.* 5. Dum autem disponitur de legato annuo pro Missis, & assignatur fundus, cui tanquam onus imponatur legatum, disponitur de re ex natura sua perpetuabili, & ideò si addatur prohibitio alienandi, erit perpetua. 4

Præterea prohibitio alienationis non ampliat, neque restringit dispositionem, sed accipitur secundum terminum, & qualitates ipsius, vt tradunt communiter Doctores, Dec. *cons.* 636. *num.* 7. Fusar. *de substit. quaest.* 688. *num.* 36. Bellon. Iun. *cons.* 12. *n.* 43. & alij apud ipsos. Et passim Rota coram Seraphin. *decis.* 482. *num.* 3. & *decis.* 883. *num.* 4. & *decis.* 698. *num.* 16. *par.* 1. *Diuers.* & *decis.* 44. *num.* 5. & *decis.* 100. *num.* 7. *par.* 1. Recent. & *decis.* 707. *n.* 7. *par.* 2. Recent. & coram Coccino *decis.* 294. *num.* 7. & coram Caualer. 5

ualet. *decis.* 481. *num.* 5. & in *Romana de Milesiis* 15. *Nouemb.* 1624. coram Pirouano. Cum ergo in præsenti dispositio de legato pro Missis, & assignatione fundi sit perpetua, prohibitio quoque alienationis erit perpetua.

6 Præsertim quia omnis dispositio regulatur secundum causam finalem, quæ cum sit illa, quæ mouet ad disponendum, regulat etiam dispositionem, vt fit secundum eius mensuram Vt tradunt Doctores; Bald. *cons.* 311 *num.* 2. *vers. Tertiò ut causa. lib.* 4. Roman. *cons.* 303. *num.* 7. Abb. *cons.* 3. vers. *Ad.* 23. *quæstionem lib.* 2. Vnde cum in præsenti causa finalis prohibitionis alienationis sit, ne solutio legati, & celebratio Missarum exponatur periculo, seu sit manutentio legati, sicuti legatum est perpetuum, ita etiam prohibitio alienationis erit perpetua.

7 Neque obstat ratio dubitandi, quia licet prohibitio alienationis, tanquam odiosa, sit strictè accipienda: non tamen fit, quod debeat restringi infra terminos exigentiæ; sed solum, quod non debeat extendi vltra præcisos terminos. In præsenti autem non extenditur, sed accipitur secundum terminos dispositionis, cui est superaddita, & iuxta mensuram causæ finalis ipsius, quæ sicut etiam subiecta materia, exigit perpetuitatem prohibitionis alienationis, vt constat ex dictis alioquin non inseruiret fini, pro quo opponitur.

QVÆSTIO 1053.

An si super fundo, cui inhæret onus legati pro Missis, imponatur fideicommissum, aut maioratus, successio ad ipsum reguletur secundum leges fideicommissi, aut maioratus.

SVMMA.

1 *Fundus oneratus pro Missis si ei super imponatur fideicommissum, aut maioratus regulatur secundum leges de ipsis disponentibus.*
2 *In hoc fundo attenditur dispositio testatoris.*
3 *Vbi eadem ratio, ibi eadem dispositio.*
4 *Identitas rationis non inducit extensionem, sed comprehensionem.*
5 *In fundis assignatis pro Missis succedendum more fideicommissi si adsit consuetudo.*
Testatoris voluntas præsumitur conformis consuetudini loci.

1 Dicendum est. *Si super fundo, cui est impositum onus annui legati pro Missis, aut Anniuersariis celebrandis, indicatur fideicommissum, aut maioratus, peruenire ad successores secundum leges fideicommissi, aut maioratus.* Ita communiter Doctores Hispani, qui tractant hanc materiam tanquam frequentem in illo Regno. Aluarad. *de coniect. men. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 13. Matienzo *ad l.* 7. *glos.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil.* Velasquez *ad l.* 40. *Taurin. glos.* 2. *num.* 41. Gomez *ibid. num.* 65. in fine. Azeuedo *in rubr. De los mayorazgo. num.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* Peralta *in rubr. de hered. instit. num* 123. Molina *de Primogenit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. Castil. *ad l.* 41. *Taurin.* verb. *Costumbre.* Salazar. *de vsu, & consuet. cap.* 12. *numer.* 77. Guttierez *lib.* 2. *Practicar. Quæst.* 86. *num.* 2. Garzia *de expens. & meliorat. cap.* 13. *numer.* 46. Mieres *de maiorat. par,* 1. *quæst.* 10. *numo.* 11. & *quæst.* 30. in fin. Padil *in rubr. de fideicomm. num.* 9. Menesius *ibid. num.* 10. Burgus de Paz *quæstion.* 6. *num.* 46. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8.

2 Ratio verò est. Quia fundus iste non debet attendi tanquam substinens onus legati pij, quia quoàd hoc materialiter se habet; sed tanquam subiectum tali dispositioni testatoris, qui super ipsum induxit fideicommissum, aut maioratum. Vt autem subiectum tali dispositioni vestitur illa materia, quæ est obiectum legum disponentium de fideicommissis, aut maioratibus: Vnde sicuti dispositio testatoris inducit formam fideicommissi, aut maioratus; ita forma inducta trahit ad se leges de fideicommissis, aut maioratibus.

Confirm. Vbi militat eadem ratio, ibi etiam est eadem dispositio comprehensiuè itavt lex comprehendat sub se omnia, in quibus adest identitas rationis, *l. His solis. vers. satis etiam cautè. C. de reuocan. donat.* & l. *item veniunt.* §. *Ait Senatus ff. de petit. hæred.* & *l. illud.* C. de *Sacrosan. Eccles.* & norant commuoiter Doctores, Alexand *in l. Peregrè* §. 1. *vers. nonobstat ff. de acquir. possess.* Imola *in l. si vero.* §. *de viro. num.* 14. *ff. soluto matr.* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo* Libertis *num.* 45. C. de *reuocan. donat.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 105. & alij quos citaui *quæst.* 147. *num.* 3. *Centur.* 2. Dum autem super fundum inducitur fideicommissum, aut maioratus, vt hoc pacto supponatur oneri annui legati pro Missis, inducitur etiam illa ratio, quæ militat in fideicommisso, aut maioratu, cum inducatur ratio fideicommissi, aut maioratus: & ideò supponitur etiam iisdem legibus. 3

Solum supradictis obstare videtur. Quod cum fideicommissum sit odiosum, non debent leges, quæ de Ipso disponunt, extendi; præsertim si sint etiam pœnales, iuxta regulam iuris vulgatã. Verum quamuis fideicommissum ex vna parte sit odiosum, est tamen ex alia fauorabile, quia inducitur ad conseruandas familias. Deinde, quando adest identitas rationis, extensio non est vera extensio, sed comprehensio, quia facit, quod tanquam species comprehendatur sub legibus genericis, disponentibus de genere. Si enim fundus pro legato annuo pro Missis subiiciatur fideicommisso, aut maioratui, constituitur quædam species cum suo indiuiduo fideicommissi, aut maioratus; & ideo subesse debet legibus disponentibus, aut fideicommisso, aut maioratu. 4

Ex quibus deducitur. Quod seclusa etiam dispositione testatoris, si adsit consuetudo, quod in his fundis succedatur iure maioratus, aut fideicommissi, seruandam esse: vt obseruant Flores de Mena *quæst variar.* 18. *num.* 44. *lib.* 1. Salazar *de vsu, & consuet. c.* 12. *in fin.* Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 40. Et pro hoc adest etiam tacita voluntas testatoris; nam eò ipso, quod sciens consuetudinem instituit legatum cum assignatione fundi, tacitè etiam vult, quod reguletur secundum consuetudinem, cum nihil disponat in contrarium; nam voluntas testatoris declaranda est, secundum consuetudinem loci, cui præsumitur se conformasse. *l. si seruus plurium* §. *si numerus ff. de leg.* 1. & obseruant Alexand. *cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 7. Corneus *cons.* 244. *n.* 18. *lib.* 2. Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 13. Merlinus *decis.* 447. *num.* 13. 5

QVÆSTIO 1054.

An, & cuius auctoritate alienari possit fundus, super quo per modum maioratus impositum est legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Princeps laicus an possit concedere facultatem alienandi fundum, cui impositum est legatum pro Mis-*

fis.

sit per modum maioratus.
2 *Sufficit auctoritas laici principis, si onus relinquatur super fundo.*
3 *Ad Episcopum spectat cognoscere de dispositionibus ad pias causas.*
Et etiam quando alienatur fundus subiectus oneri Missarum.
4 *Si transferatur onus Missarum de vno ad alium fundum requiritur recognitio Episcopi.*
5 *Quando alienatur fundus subiectus oneri Missarum, non debet permitti in potentiorem.*

1 EAdem est ratio, si onus sit impositum per modum fideicommissi. Quod autem Princeps laicus concedere possit facultatem alienandi bona, super quibus impositum est legatum pro Missis, aut Anniuersario, aut ea obligandi, saluo iure legati, tradunt Guido Papa *quæst.* 187. Rebuf. *de pacific. possess. num* 287. vers. *& ideo.* Valasc. alios citans *consult.* 60. *num.* 12. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 61. Qui tamen addit, quod adiri debet etiam Episcopus, aut summus Pontifex, vt ipse quoque interponat suam auctoritatem.

2 Verum quia duplici modo alienari potest, vel relinquendo onus super eodem fundo, itavt transeat simul cum ipso, vel subrogando alium fundum oneri legati: ideo si primo modo alienetur, non videtur requiri alia auctoritas, quàm Principis laici; Nam solum auferendum est vinculum maioratus, aut fideicommissi, nulla facta mutatione super dispositione, prout est ad causas pias vnde cum mutatio sit tantum circa ciuilia, sufficiet auctoritas ciuilis, nec erit necessaria Ecclesiastica.

3 Verum, quid huiusmodi bona sunt connexa cum legato ad pias causas, & ordinata ad spiritualia, tanquam eius fundamentum; & ad Episcopum spectat cognoscere de dispositionibus ad pias causas, tanquam executorem vltimarum voluntatum piarum, iuxta Cap. *nos quidem* & cap. *si heredes* & Cap. *tua nobis.* & Cap. *Ioannes* de *testamen.* & iuxta Trident. *sess.* 7. *cap.* 15. *de reformat.* & *sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* ideo ad ipsum quoque spectabit videre, ne in huiusmodi alienatione pia voluntas defunctorum patiatur aliquod detrimentum. Vnde etiam in Iure patronatu Laico, quia est annexum spiritualitati, iudicat Ecclesiasticus Iudex, iuxta Cap. *Quanto* de *iudic.*

4 Si verò fiat alienatio detracto onere legati cum subrogatione alterius fundi, à fortiori debet interuenire auctoritas Episcopi; quia quamuis bona sint Laicalia, onus tamen adiectum est in ordine ad spiritualia. Vnde bona quoque allegata piæ causæ accessoriè sunt sub protectione Ecclesiæ, sicut est pia causa, vt docent Doctores in Cap. *Relatum* & in Cap. *Clerici* de *iudic.* & in Cap. *licet ex suscepto de foro compet.* Vnde spectat ad Episcopum inspicere, quod in subrogando alio fundo executio piæ voluntatis non subeat aliquod detrimentum, vel ob fructuum defectum, vel ob aliquam aliam causam.

5 Ex dictis autem infertur, quod quando bona subiecta oneri Missarum alienantur, itavt cum ipsis transferatur etiam onus, debet Episcopus procurare, ne alienatio fiat in potentiorem: nam hoc præiudicaret exequutioni piæ dispositionis; quia si esset negligens, non posset ita facilè cogi, sicut cogeretur minus potens. Et ideò in tali casu satius erit quod onus remaneat apud alienantem, cum subrogatione alterius fundi habilis.

QVÆSTIO 1055.

An bona affecta oneri legati pro Anniuersario, aut Missis, debeant remanere indiuisa.

SVMMA.

1 *Bona subiecta legato annuo pro Missis an possint diuidi.*
2 *Onus legati retinet hæc bona in vnitate.*
3 *Diuisio esset nociua legato.*
Diuisio facit quod res confundatur.
Interest legatario ab vno tantum solui legatum.
4 *Episcopus potest prohibere diuisionem bonorum, quando sunt subiecta legato pro Missis.*

NOn esse necessarium, quod bona subiecta oneri annui legati pro Missis, aut Anniuersario remaneant indiuisa, sed posse diuidi inter plures saluo onere legati, tradit Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 29. Oppositum tamen tradit Valasc. *consult.* 82. *num.* 8. & ad minus esse conueniens, seorit Flores de Mena *quæst. variar.* 17. *numero vigesimo secundò.* 1

Et hoc posterius mihi videtur probabilius, quia licet ex natura sua, bona, super quibus est impositum legatum, sint diuisibilia, de mente tamen testatoris fiunt indiuisibilia, quia omnia subiiciuntur vni, atque eidem oneri, quod est quoddam vinculum retinens illa bona in vnitate, quod ex eo specialiter constat, quia si diuiderentur cum proportionata diuisione oneris, consurgerent plura legata, contra mentem testatoris, quod voluit esse vnum, & per modum vnius legauit. 2

Accedit etiam, quod diuisio esset præiudicialis legato, & exequutioni piæ voluntatis; nam diuisio facit quod res diuisa minuatur in partes, & confundatur, iuxta *l. Communi diuidendo ff. Commun. diuidun.* Quò magis enim res diuiditur, eò facilius tendit ad destructionem. Rursus, interest legatario, quod ab vno tantùm soluendum sit legatum, quàm à pluribus: quia quò plus sunt debitores, eò plures etiam sunt difficultates in exigendo: & consequenter crescit etiam difficultas pro exequutione piæ voluntatis testatoris. 3

Ex quibus infertur, quod pro manutenenda vnitate bonorum, quæ sunt subiecta legatis annuis pro Missis, seu Anniuersariis, poterunt Episcopi condere legem prohibentem diuisionem, sicut condidit in Sinodo Toletano Cardinalis Quiroga apud Perez de Lara *l.* 1. *de Anniuers. c.* 4. *num.* 7. Cum enim Episcopus sit exequutor piarum voluntatum, Cap. *Tua nobis* & Cap. *Ioannes de testamentis* pertinet ad ipsum prouidere, vt impleantur, & tollere impedimenta, quæ obstare possent. 4

QVÆSTIO 1056.

An, & apud quem remanere debeant bona subiecta legato pro Missis, aut Anniuersario.

SVMMA.

1 *Bona subiecta legato pro Missis apud quem ex heredibus debeant remanere.*

2 *Apud*

2 *Apud seniorem remanere debent.*
Tabula testamenti remanent apud seniorem ex heredibus.
3 *Maior habet prerogatiuas maioritatis.*
4 *Si fructus fundi excedant legatum pro Missis exequtio legati trahitur ad illum ad quem peruenit fundus.*
5 *Episcopus potest præcipere, quod bona subiecta legato pro Missis conseruentur apud maiorem.*
6 *Masculus minor præferendus fœmina maiori quoad bona subiecta legato pro Missis.*
Fœmina non ita habiles pro administratione sicut masculi.

1 CVm bona subiecta legato annuo pro Missis, ant Anniuersario, debeant remanere indiuisa, oritur dubium, an & apud quem remanere debeant. Dum autem remanere debent indiuisa, debent apud vnum tantùm remanere, cui incumbat administratio ipsorum, & cura soluendi legatum; vnde solum dubium est, apud quem debeant manere, si sint plures hæredes. Si enim vnus tantùm sit, cessat difficultas, quia ex necessitate maneant apud ipsum simul cum tota hæreditate: tunc enim non fit scissio aliqua hæreditatis.

2 Dicendum est autem. *Bona subiecta legato annuo pro Missis debere remanere apud seniorem, seu primogenitum, itavt maior preferatur minori.* Ita Isernia *in Cap. Imperialem §. Præterea Ducatus.* de *probib. alien. feud. per Fridericum* Aluarad. *de coniect. men. defunct. l. 2. cap. 5. § 3. n. 11.* Flores de Mena *q. 7. n. 46. l. 1.* & alij in similibus casibus idem sentiunt ob prærogatiuam maioritatis, contra Perez de Lara *de Anniuers. l. 2. c. 7. n. 60.* Et in simili casu idem decidirur, nempe quoad tabulas testamenti deponendas, in *l. fin. ff. de fide instrumen.* ibi *si de tabulis testamenti deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat, semper seniorem iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ, & ingenuam liberto preferimus.*

3 Ratio autem est. Quia in primis est aliqua prærogatiua, quod bona huiusmodi remaneant administranda, quia hoc ostendit confidentiam de probitate, & fidelitate administrantis; vndè congruum est, quod tribuatur maiori: deinde accedit etiam coniecturata mens testatoris, quod voluerit, illum præferri administrationi, qui alias in cæteris præfertur. Rursus, quia regulariter maiores instituuntur in meliori portione hæreditatis, vt constat quando instituuntur maioratus, & proinde tanquam magis dilecti, ad eos debet peruenire administratio, quæ requirit confidentiam personæ.

4 Hoc tamen est limitandum, vt non habeat locum, quando fructus fundi longè excederent quantitatem legati, quia tunc quãtitas legati tanquam accessorium sequeretur naturam fundi, tanquam principalis; & traheretur ad illum, ad quem perueniret fundus, aut ex diuisione hæreditatis, aut ex alio titulo. Neque enim ob onus annexum, quod non absorberet omnes fructus, impediri deberent hæredes, ne de suis rebus liberè disponere possent.

5 Ex dictis infertur, vt notat etiam Flores de Mena *cit. quæst. 17. num. 47 lib. 1.* quod poterit Episcopus efficere, quod bona subiecta annuis legatis pro Missis conseruentur apud maiorem; quia hoc est iuri conforme, & conducit ad faciliorem exequtionem piæ voluntatis: & mediante hoc ordine delationis, facilius conseruatur fundus, & memoria legati, quod non contingeret, si sine ordine modò ad vnum modò ad alium deferretur; vt constat etiam in primogenituris.

6 Secundò infertur, contra Salazar *de vsu, & consuetud. cap. 12. num. 75.* Huiusmodi bona, siue deferantur iure primogeniture, siue iure libero, peruenire debere ad masculum minorem, licet adsit fœmina maior: vt de primogenitura docent communiter, & in termini de bonis pro huiusmodi legatis Mieres *de Maioratu par. 2. quæst. 6. numer. 28.* Perez de Lara *de Anniuers. lib. 2. cap. 5. num. 75.* Ita enim desumitur ex *d. l. fin. ff.* de *fide instrumen.* vbi pro tabulis testamenti conseruandis, mas debet fœminæ præferri. Hoc enim confert ad diligentem conseruationem bonorum, & rectam administrationem: siquidem fœminæ regulariter non sunt ita habiles pro administrationibus, iuxta *l. 1. §. 1. ff.* Ad *Velleian.* & *l. 1. § sexum ff.* de *postulan.* & sont debilia consilij, & minoris sagacitatis, & minus aptæ pro negotiis, vt experientia constat.

QVÆSTIO 1057.

An super fundo laicali subiecto oneri Missarum possit imponi census.

SVMMA.

1 *Super fundo laicali addito oneri Missarum an census imponi possit.*
2 *Cui licet maius, licet etiam minus.*
Census imponi potest super re Emphytheotica.
Seruitus imponi potest super re Emphytheotica.
De fundo disponi potest eo modo, quo non noceat habenti seruitutem.
3 *Si soli fructus sint obligati, potest super fundo imponi census, &c.*
4 *Si etiam fundus sit obligatus quando super eo possit imponi census.*
5 *Cur census imponendus super re immobili fructifera.*
Si fructus sint obligati, eodem modo se habent ac si non cederentur.
6 *Portio libera fructuum fundi obligati potest vendi.*
7 *Solui prius debet legatum, & postea census, si fundus sit prius obligatus pro legato.*
8 *Non est eadem ratio de alienatione fundi subiecti oneri Missarum, ac de impositione census.*
9 *Census imponitur super re Emphyteotica saluo iura directi Domini.*

POtest dupliciter fundus subiici oneri Missarum, 1
vel remanendo apud Laicos, itavt teneantur de fructibus fundi soluere annuam pensionem pro Anniuersario, aut Missis celebrandis. Vel si fundus transeat ad Ecclesiam, itavt possideatur à personis, aut locis religiosis. Nunc autem quæritur, quando fundus remanet apud Laicos, & computatur inter bona Laicalia. Quod autem possit super ipso constitui census, tradit Perez de Lara *de Anniuers. lib. 1. cap. 18. num. 12.*

Fundatur in eo, quod res immobilis subiecta one- 2
ri Anniuersarij, aut Missarum, potest alienari, vt dictum est. Ergo poterit etiam super ipsa census imponi, quia cui licet, quod maius est, licet etiam quod minus. Cap. *Cuilicet.* de *reg. iur. in 6.* & *l. non debet. ff.* de *reg. iur.* Secundò, Census imponi potest super re Emphytheotica, vt tradunt Foler. *de censib. verbo* Huiusmodi census *numero 21.* Redoan. *lib. de reb. Eccl. non alien. in rubr. de const. ann. cens. nu. 35.* Felician. de solis *lib. 2. de censib. cap. 4. num. 15.* saluo iure directi dominij, & proinde duraturus, quamdiu durat emphytheosis. Ergo etiam super fundo subiecto oneri Missarum. Tertiò super re Emphytheotica imponi potest seruitus: iuxta Glos. *in*

l.3.ff. de *ſeruit.* vbi eriam Bald. Caſtren. & Florian. Barth. *in l. 1 §. fin. ff.* de *ſuperſic.* Zac. *in l. fin. numero* 17.C. de *iure Emph.* Cepoll. teſtans de commun. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 14. *num.* 1. Guliel. de Cunio *in l. & in prouinciali C.* de *ſeruit.* Salicet. *ibid. n.* 1. Caſtren. *num.* 2. Padil. *numero* 6. Pinel. *in libro primo, par.* 2. *numero ſeptuageſimo*, C. de *bon. mater.* Molin. *lib.* 1. de *primogen. cap.* 20. *numer.* 2. Felician. *de cenſib. libro ſecundo, cap.* 4. *num.* 16. Quartò. Quia licet fundus ſubiectus ſit annuæ præſtationi pro Miſſis ad inſtar ſeruitutis, attamen poteſt de ipſo diſponi eo modo, quod non noceat habenti ſeruitutem iuxta Gloſ. *fin. in l. ſi vni ff.* de *ſeruit.* Barboſ. *in lege ſecunda par.* 2. *init. numero decimo quintò ff. ſolut. matrimonium* per text. *libro* 2. *§. item Varus ff.* de *aqua pluu. arcen.*

3 In hac difficultate illud certum videtur, quod ſi legatum pro Miſſis trahat in obligationem ſolos fructus, non verò fundum, poterit ſuper fundo conſtitui cenſus, oblata legatario quantitate annua legata. Quia in hoc caſu fundus non venit in obligationem, & proindè poteſt dominus de ipſo liberè diſponere, vt de venditione deciditur in *l. Fundi Trebatiani ff.* de *vſuf. leg.* ibi *Fundi Trebatiani redditur vxori meæ quoad viuet, dari volo. Quæro, an poſſit tutor heredis fundum vendere, & legatario quantitatem offerre annuam, quam viuus pater familias ex locatione fundi redigere conſueuerat; Reſpondi poſſe.* Cum enim fundus non ſit obligatus legatario, ſed tantùm fructus, non poteſt impediri libera diſpoſitio fundi, ſed ſufficit ſi dominus offerat compenſationem congruam.

4 Si verò per legatum obligetur etiam fundus, itavt maneat hypothecatus pro annuo legato, tunc videndum eſt, an vltra annuum legatum remaneant fructus ſufficientes pro cenſu, an non. Si enim non ſuperſint, non poterit imponi cenſus. Quia tunc cenſus excederet quantitatem fructuum prouenientium ex fundo; quod eſt contra Conſtitut. Pij V. de *Cenſib.* quia cum cenſus det ius percipiendi fructus ex fundo fructifero, neceſſe eſt, quod ex fundo colligantur illi fructus, qui vigore cenſus percipi debent; alioqoin ius illud careret debito, & neceſſario fundamento, & cõtractus verteretur in vſuram.

5 Ideò autem cenſus ſecundum Conſtit. Pij V. *de Cenſib.* debet imponi ſuper re immobili fructifera: & notant etiam Auendan. *de Cenſib. cap* 56. *num.* 15. Duard. *in Bull. Pij V. de Cenſib.* §. 1. *quæſt.* 12. *numero* 3. vt adſint fructus, qui percipi poſſint, itavt in conſtitutione cenſus re vera tradatur ius percipiendi fructus. Quod contingere non poteſt, niſi adſint fructus qui cedantur percipiendi. Quando autem fructus ſunt alteri obligati, non poſſunt alteri cedi, & proinde nec tradi ius ad ipſos percipiendos. Vnde perinde ſe habet ac ſi cenſus imponeretur ſuper re non fructifera, quia adſunt fructus pro cenſu, & ac ſi non traderetur ius percipiendi fructus, quia illa ceſſio fructuum non ſortiretur effectum, cum non ſint ſub diſpoſitione cedentis: & ideò eodem modo res ſe habet, ac ſi non cederentur fructus, *l. ſi quis ſub conditione. ff.* de *teſtamen. tut.* & *l. ex conſenſu.* §. 1. ff. de *appellat.*

6 Si autem fructus excedunt annum legatum, poterit imponi cenſus adæquans illam portionem, quæ excedit annuum legatum. Nam cum iſta portio fructuum ſit ſub libera diſpoſitione domini fundi, poteſt vendere ius ad illos percipiendos, & aliàs concurrunt conditiones requiſitæ per Conſtit. Pij V. *de Cenſib.* nempe, quod Cenſus imponatur ſuper re immobili, & fructifera. Et ſicut dominus fundi quotannis diſponit ad libitum de his fructibus: ita etiam poteſt alteri tradere ius ad eos quotannis percipiendos. Neque hoc impeditur ab obligatione pro legato annuo, quia hæc non ſe extendit ad fructus, qui ſuperſunt ſoluto legato, neque etiam ad fundum abſolutè, ſed ſolum quatenus ſubſtinet onus annui legati.

Dices. Fieri poſſe, quod fructus fundi decreſcant, 7
itavt non ſufficiant pro legato annuo ipſi impoſito, & pro cenſu, vnde impoſitio cenſus præiudicabit legatario, cui remanerent fructus ſufficientes, ſi non fuiſſet cenſus impoſitus. Reſp. in tali caſu nequaquam præiudicium inferri legatario; quia ſi minuantur fructus, qui ſuperſunt, debent inſeruire pro annuo legato integrè ſoluendo, quia fundus eſt primò loco obligatus legatario, ſicut etiam fructus ipſius: & quatenus ſoluto legato aliquid ſuperſit, ſoluendus eſt cenſus; & ſi nulli ſuperſint, ſolutio cenſus non habet locum, iuxta ea, quæ tradunt Roderic. *de ann. reddit. libro* 2. *quæſt.* 9. Nauarr. *de vſur. nu.* 118. *quæſt.* 26. Gratian. *diſcept. foren. cap* 175. *n.* 16. Cencius *de Cenſib. par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 42. *nu.* 21. *& par.* 3. *c.* 2. *quæſt.* 106. *art.* 4.

Argumenta autem, quæ *num.* 2. allata ſunt ex Pe- 8
rez de Lata ſolum probant, quod poſſit imponi cenſus modo explicato, ſolum aduertere oportet, quod non eſt eadem ratio de alienatione, ac de impoſitione cenſus; nam ſi pro legato non ſolum ſint obligati fructus, ſed etiam fundus; quando alienatur, tranſit fundus cum ſuo onere, & ideo nullum præiudicium per alienationem affertur legatario, cum adhuc illi remaneant ſalui fructus percipiendi. At quando imponitur cenſus, diſponitur de fructibus, de quibus cum non poſſit dominus fundi diſponere quatenus alteri ſunt debiti, fit quod non poſſit imponere cenſum, niſi quatenus ſuperſint fructus liberi.

Circa quoque tertium argumentum eſt aduer- 9
tendum, quod ſi ſuper re Emphitheotica imponatur cenſus, aut ſeruitus, intelligitur ſemper ſaluum ius directi domini, cui habens vtile dominium præindicare non poteſt *l. Tutor. §. fin. ff.* de *pignor. act.* & tradunt Gloſ. *in l. fin. verbo.* Aliis vendere *C. de iure emphit* & communiter Doctores, Iaſ. *in l. ſi domus §. fin. num.* 60. *ff.* de *leg.* 1. Alexan. *nu.* 6. & ideò quando res emphytheotica reuertitur ad dominum directum, reſoluitur cenſus, ſicut etiam ſeruitus, quia habens dominum vtile non poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ſi permanſurum apud ipſum, vel ſuos ſucceſſores.

QVÆSTIO 1058.

An, ſi bona ſubiecta oneri Miſſarum poſſideantur iure Eccleſiaſtico, poſſit ſuper ipſis imponi cenſus.

SVMMA.

1 *Cenſus eſt quid diſtinctum à re immobili, ſuper qua imponitur.*
Cenſus impoſitio ſuper bonis Eccleſiaſticis prohibita.
2 *Super fundo obligato pro Miſſis, qui ſit de iure Eccleſiæ non poteſt imponi cenſus.*
Super beneficio non poteſt imponi cenſus.
3 *Cenſus continet hypothecam rei cenſuatæ.*
Cenſus vltra actionem perſonalem parit etiam actionem in rem.
Immobilia alteri obligata quatenus ſubiici poſſint cenſui.
4 *Eccleſia non poteſt facere fructus ſuos ex fundo obligato, pro Miſſis, & poſtea cedere per modum cenſus.*
5 *Si fructus excedant onera Miſſarum, neque imponi poteſt*

poteſt cenſus ſuper fundo.

Teſtator præſumitur intendiſſe, quod in eadem materia diſponit ius.

1 Difficultas procedit ex ſuppoſitione,quod poſſidentes habeant facultatem creandi cenſus ſuper huiuſmodi bonis. Quia licet creatio cenſus non ſit alienatio, quia non venditur res cenſuata, ſed tantùm ius percipiendi fructus ex ipſa:& proinde cenſus ſit quid diſtinctum à re immobili, ſuper qua imponitur,vt tradunt Gabr. *concl.* 48. *init lib.*2. Couarruu. *l.*3. *Variar.reſol.cap.*7. *num.*8. Ludouiſ.*deciſ.*281.*num* 5.Rota *deciſ.* 1. *num.* 2. & *deciſ.* 81. *n.*8. apud Cencium de Cenſib. & dominium rei cenſuatæ non transferatur: Attamen,quia ex Decreto S. Congreg.iuſſu Vrbani. VIII.edito *ſub die* 7.*Septembris* 1624.prohibetur etiam impoſitio Cenſus tàm perpetui, quàm vitalitij, ideò ſolum locum habet difficultas; ſuppoſita licentia imponendi Cenſus.

2 Dicendum eſt. *Super fundo, qui eſt de iure Eccleſia, ſubiecto oneri annuo ſucceſſiuo Miſſarum, non poſſe imponi cenſum.* Ratio eſt, quia ſuper fundo, qui non eſt liber, præſertim quoad fructus, non poteſt imponi cenſus,quia per cēſum fundus ſupponitur iuri alieno, in ordine ad percipiendos fructus, & ideò ſupponens, debet poſſe liberè diſponere de fundo, quòad fructus, alioquin nulliter venderet ius percipiendi fructus. Quando autem fundus ſubiicitur oneri Miſſarum, fructus non ſunt liberi, cum ſint obligati pro ſubſtinendo onere,& ſucceſſiuè ad eos ſpectent, ad quos transfertur onus,& ideo non poſſunt obligari, cum non ſint ſub libera diſpoſitione percipientis; niſi quatenus ſpectant ad ipſos, & ob hanc rationem non poſſe conſtitui cenſum ſuper fructibus beneficij à beneficiato, tradit Ludouic. Velazquez *de Cenſib. cap.* 77. *num.* 3. verſ. *ſed etiam.*

3 Accedit etiam, quod cenſus de ſui natura continet hypothecam rei cenſuatæ,vt notant Couarruu. *lib.*3. *Variar.reſolut. cap.* 7. *num.* 6. Rota coram Ludouiſ.*deciſ.* 195.*n.*9.& ideò vltra actionem perſonalem,quæ ſequitur contrahentem, parit etiam actionem in rem, quæ ſequitur fundum, vt tradunt Couarruu.*ibid. num.* 6. Crauetta *conſ.* 57. *numer.*1. Gabr. *conſ.* 145.*num.* 2. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 43. *num.* 5. *par.* 3. *Recent.* Hoc autem repugnat fundo ſubiecto oneri Miſſarum, quia cum ſit alteri obligatus, & ſecundum ſe,& quoad fructus,non poteſt per nouum cenſum alteri hypothecari, quia ſecundum ſe totum,priori oneri ſubiicitur,& in tantum bona immobilia alteri obligata poſſunt ſubiici cenſui, in quantum non ſunt totaliter alteri obligata,vt ponderat Rota *in Rom. Cenſu.* 17. *Aprilis* 1598. coram Penia.

4 Nec obſtat,quod iſti fructus pertineant ad Conuentum,vt proinde poſſit eos alteri cedere,transferendo in ipſum ius ad eos percipiendos, quia non pertinent ad Monaſterium libero modo, ſed ſunt obligati pro certo onere ex diſpoſitione fundatoris, & ideò non poſſunt ſubtrahi oneri, & alteri cedi. Nec dici poteſt,quòd Monaſterium prius faciat ſuos fructus,& tanquam ſuos alteri cedat.Quia tunc fructus non perciperentur ex fondo,ſed à domino fundi:& non tanquam fructus fundi, ſed tanquam ex bonis mobilibus ſoluentis, quod eſt contra naturam cenſus, per quem debet acquiri ius percipiendi fructus ex fundo,ſuper quo imponitur cenſus, vt excludatur vſura. Nec acquiri poteſt ius percipiendi;fructus ex fundo, ſi pro aliquo onere ſint obligati,niſi ſubtrahantur priori obligationi,& ad alienum ius transferantur. Quod fieri non poteſt.

5 Et hoc locum habet, etiamſi fructus excederent onera Miſſarum. Quia adhuc militant eædem rationes,quod nō poſſit hypothecari fundus,quia adhuc ſecundum ſe totum ſubiicitur oneri Miſſarum, & adhuc integri fructus ſunt addicti oneri eidem, & ideò non remanent ſub libera diſpoſitione poſſidentis,præſertim ſtantibus Decretis *de celebrat. Miſſarum* diſponentibus, quod perpetuò remaneat fundus cum ſuis fructibus pro ſubſtinendo onere. Quod facit,vt hoc ipſum ſit etiam de mentente teſtatoris, ſeu fundatoris:nam præſumitur, in ſua diſpoſitione intendiſſe quod in eadem materia diſponit ius,iuxta *l. Cum de lanionis* §.*Item cacabos*.ff.de *fund.inſtruct.*& notant Crauetta *conſ.*250.*num.*5.Mantica *de coniect. vlt. vol.lib.*11.*tit.*14. *n.*15. Rota coram Merlino *deciſ.*631.*num.*11.& proindè erit contra mentem teſtatoris alteri obligare fructus obligatos pro Miſſis ex ipſius diſpoſitione.

QVÆSTIO 1059.

An legatum perpetuum pro Miſſis finiatur ſpatio centum annorum.

SVMMA.

1 *Legatum pro Miſſis an finiatur ſpatio centum annorum & num. ſeq.*

3 *Legatum annuum pro ludis eſt perpetuum.*
Legatum annuum ſoluendū Eccleſia eſt perpetuum.

4 *Vſusfructus legatus cur non ſit perpetuus.*
Legatum vſus fructus eſt vitalicium.
Cur legatum communitati non excedat ſpatium centum annorum.

5 *Verbum perpetuum non conceptum in perſonam determinatam importat infinitatem.*
Tunc etiam in dubio.

6 *Legatum perpetuum pro Miſſis non habet terminum ob fauorem pia cauſa & cultus Dei.*

7 *Quando verba poſſum ſignificare infinitatem illam important.*
Non reſpuitur infinitas,ſi toleratur à ſubiecta materia.
Infinitas admittitur in ſucceſſione ex fideicommiſſo.

Prima opinio tenet,quod legatum perpetuum factum Eccleſiæ, finiatur ſpatio centum annorum.Ita Gloſ.*in l.An vſusfruct. ff.*de *vſufr.*vbi etiam Bart.Nicol.de Neap.*in l. Annua.ff.*de *annu.leg.*Iacob. de Rauen. & Andr.de Piſa *ibid.*Alexan.*in l.*2.*init.ff. ſolut.matr.* Ripa.*Iaſ.* Dec.*ibid* Claud.Aquenſ. *nu.*25. Ancharan.*in Cap. fin.*de *teſtam.* Federic. de Senis *conſ.*12.Cardin.*conſ.*66.Alexan. *conſ.* 60. *init. vol.* 1. Ruin.*conſ.*143. *n.*11.*vol.*4. Dec.*conſ.*378.Couarruu. *Pract.quaſt.cap.*9.*num* 10. *lib.*3. Marcus Mantua *apophtem.*52. Brunor.à Sole *in Compend. propoſit.iur.verbo* legatum annuum Tuſc. *littera,l.concluſ.* 86. Surd. *conſ.*123.*n.*16. Menoch *conſ.*162. *n.* 20. *vol.*13. vbi alios Doctores citat. Molfeſ.*par.*2.*ſum.tract.*13. *c.*5. *num.*56.Viuius *comm.opin lib.* 2.*opin.* 446. Naldus *in ſum.verbo.* Vſufruct.*n.*12.& *verbo* Infinitas *n.* 1. 1
Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia eſt vitanda infinitas. Et ſanè miror, quod ex fundamento adeò leui tàm graues Doctores hanc ſententiam ſint amplexi,cum vix aliquam congruentiam contineat, non verò rationem aliquam efficacem.

Secunda ſententia aſſerit, nequaquam finiri ſpatio centum annorum, ſed durare in perpetuum. 2
Ita Abb, *in Cap. fin.* de *teſtamen.* alios citans.Angel. *in l.*3.§.*fin.ff.*Ad *l.Falcid.* Cuman.*ibid.* Socin. *nu.*26. Iaſ.*in l.videamus* §.*Deferre*.ff de *in lit.iurament.*Crot. *ibid.* Alberic.*in l. An vſusfructus* ff. de *vſufr.* teſtans de praxi. Ripa *ibid.* Pontan. *in l.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Barbatia *conſ.* 20.*vol.*4. Corneus *conſ.*22.*numer.*19.

vol. 3. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 30. *numero vndecimo*, teſtans de praxi, & pro bac ſententia refert plures Doctores. Homobon. *in conſult. par.* 7. *reſp.* 27. *vol.* 2. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 17. *pun.* 8. §. 6. *num.* 2.

3 Dicendum eſt. *Legatum annum pro Miſſis non finiri ſpatio centum annorum, ſed omninò perpetuum eſſe.* Huc de ſumitur ex duplici lege, ptima eſt *l. Annuam pecuniam* ff. de *ann. leg.* vbi deciditur, annuam pecuniam ad ludos ciuitatis relictam, quibus præſiderent bæredes, eſſe legatum qootannis ſoluendum in perpetuum. Secunda eſt *l. Annua.* §. *Attia.eod tit.* vbi legatum decem denariorum ſoluendum die nundinarum Saeerdoti, Hierophilaci, & libertis qui etunt in templo in perpetuum eſt præſtandum. Ex quibus cõſtat, quod legatum annuum, niſi ſit limitatum ad certum tempus, eſt quotannis præſtandum in perpetuum abſquo vllo termino.

4 Neque obſtat *l. ſi vſufructus municipibus ff.* de *vſufruct. leg.* vbi vſufructus legatus municipibus durat tantùm per centum annos; quia eſt diuerſa ratio de vſufructu legato, vt ex eodem tex. Dum enim legatur tantùm vſufructus, conſtat de mente legantis, quod noluerit legare proprietatem. At ſi hoc legatum non haberet terminum, ſed eſſet perpetuum, nullum eſſet diſcrimen inter legatum vſusftuctus, & legatum proptietatis, nec vlla eſſet vtilitas proprietatis. Rurſus, dum legatur vſufructus, legatum eſt vitalitium, quia per ipſum eonceditur vſus fructuum, quamdiù legatarius vixerit, & ideò dum legatur municipibus, non debet durare vltra vitam illorum, ad quos peruenit legatum poſt mortem teſtatoris, & ideò debet caleulari tempos durationis iuxta longiorem vitam cuiuſcumque ex illis legatariis, quæ cum non poſſit extendi vltra centeſimum annum, ideò finitur legatum ſpatio centum annorum. Et hæc qooque ratio ponderatur in tex. ibi, *Vnde centum annos obſeruandos eſſe conſtat, quia finis vita longiſſimus eſt.*

5 Accedit etiam ratio, Quia verbum, *Perpetuum,* quando non concipitur in perſonam aliquam determinatam, ſignificat temporis infinitatem, nullum habentem terminum, ſicut etiam ſignificat vetbum *ſemper. l. Purè* §. *fin.ff.* de *doli except.* & *l. falsò C.* de *diuerſ. reſcript.* & notat Alber. *in Dictionar. verbo. Perpetuò* Bald. *in l. Ex facto* ff. de *hared. inſtitut.* Augel. *ibid.* Patiſ. *conſ.* 20. *num. decimo-tertiò*, Dec. *conſ.* 472. *numero vigeſimo-ſecundo*, Socin. ſen. *conſ.* 84. *num.* 5. Alexand. *conſ.* 59. *numero quartò, in fine lib.* 3. Ruin. *conſ.* 168. *numero vigeſimò, lib.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 168. *numero ſeptuageſimo-octauò, lib.* 2. Imò etiam in dubio obtinet eandem ſignifieationem, vt notant Bart. *in l. ſi efficit. ff.* de *indeb. condit.* Iaſ. *in l.* 3. §. *Contrariò numer.* 15. *ff.* de *acquir. poſſ.* Felin. *in Cap. ex litteris* verſ. *ſi autem Iudex* de *conſtit.* Dec. *ibid. in fine* Alex. *conſ.* 216. *circa fin. lib.* 7. Ruin. *conſ.* 160. *numer.* 17. *lib.* 2. Cùm ergo legatum pro Miſſis ſit perpetuum, nec habeat temporis limitationem ex ſubiecta materia, cum legatarius ſit aut Eccleſia, aut aliqua Communitas, quæ ſemper durat, aut perſona aliqua cum ſucceſſione alterius, nullam babebit temporis limitationem: & proinde non finietur ſpatio centum annotum.

6 Rurſus, ſubintrat fauor religionis & piæ cauſæ, quia agitur de legato, ordinato ad cultum Dei, & in beneficium animæ, vt proinde exigat amplam interprætationem, vt obſeruant communiter *ex l. Titià.* 8. *fin. ff.* de *aur. & arg. leg.* Abb. *in Cap. Indicante* 6. de *teſtam.* Imola Aucharan. *ibid.* Couarruu. *numero* 5. Mantiea *de coniect. vlt. volunt. libro ſextò, titulo* 3. *numero* 32. Rota *in Rauennaten. bonorum* 1. *Februar.* 1647. coram Eminentiſſ. Corrado & in *eadem die.* 11. *Ianuar.* 1649. §. *in præſenti.* coram Dunozetto. Vndè cum verba diſpoſitionis apta ſint importare tempus ſine vllo termino, debent ita accipi cum lata interprætatione infinitatis.

Neque obſtat fundamentum oppoſitæ ſententiæ, 7
Quia de iure, quando verba poſſunt ſignificare infinitatem, illa importatur, *l. ſi ita ſtipulatus à Seio. ff.* de *fideiuſ.* vbi Bart. Marſil. *in rubr. de fideiuſ. n.* 10. Alex. *conſ.* 145. poſt init. *libro* 2. Neque reſpuitur infinitas, niſi ſubiecta materia eam non toleret, admittitur verò ſi eam toleret, & obſeruant Socin. ſen. *in l. vn. in fin. C.* de *ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Menoch. *conſ.* 145. *n.* 36. ſic etiam admittitur infinitas in ſucceſſione, quando, vt bona conſeruentur in familia, fideicommiſſum repetitur de vno in alterum in infinitum, vt tradunt Caſſaneus *conſ.* 62. *numero decimo,* Crauetta intet conſ. Marzarij *conſ.* 6. verſ. *Quintò & ſi maxime* Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 24. Couarruu. *libro tertio, Variar. reſolut. capite* 5. *numero* 4. verſ. *ſecundum* Cephal. *conſ.* 624. *numero* 21. *lib.* 5. Petra *de fideicomm. qu.* 5. *numero* 11. Menoch. *præſumpt.* 69. *numero decimo ſexto, lib.* 4.

Qvæstio 1060.

An, deficiente legatario, extinguatur legatum pro Miſsis.

SVMMA.

1 *Deficiente legatario mero exequutore non extinguitur legatum pro Miſſis.*
Deuoluitur ad Epiſcopum.

2 *Deficiente verè legatario non deficit legatum pro Miſſis, & ad quem deuoluatur.*

3 *Quæ acquiruntur iure Eccleſiaſtico, acquiruntur Romana Eccleſia.*

4 *Quod tranſit in ius legatarij Eccleſiaſtici tranſit etiam in ius ſuperioris.*
Quinam ſit finis legati pro Miſſis.
Finis legati pro Miſſis durat deficiente legatario, & ideò etiam legatum.

5 *Deficiente Hoſpitali, Confraternitate, &c. legatum pro Miſſis tranſit ad Epiſcopum.*

6 *Eccleſia alteri vnita ad hanc deuoluitur legatum pro Miſſis.*

7 *Cur legata ad pias cauſas non fiant caduca, ſi relinquantur perſonis aut locis religioſis.*

QVando legatarius habet ſucceſſorem in legato, aut ſubſtitutum, certum eſt non extingui, 1
quia non deficit legatarius in vniuerſum. Vndè difficultas locum habet, quando non adeſt ſucceſſor, aut ſubſtitutos in legato, vt contingit quando deſtruitur Eccleſia legataria, aut Confraternitas, aut Hoſpitale, aut Religio. In quo illud eſt extra difficultatem, qund ſi legatarius ſi tantùm exequutor, non deficiet legatum; ſed, niſi ſit prouiſum à teſtatore, pertinebit ad Epiſcopum prouidere pro exeqoutione, tanquam ad protectorem, & exequutorem piarum diſpoſitionum, iuxta Cap. *Tua.* & Cap. *Ioannes* de *teſtam.* Quod locum habet, etiamſi legatarius ſit exequutor mixtus, quia adhuc exequutio deuoluetur ad Epiſcopum.

Quod ſi legatarius ſit purè legatarius. Dicendum 2
eſt. *Deficiente legatario, non extingui legatum pro Miſſis: ſed adhuc durare, & deuolui ad Epiſcopum, vel ad Romanam Eccleſiam, ſi Eccleſia ſit exempta,* iuxta ea,

qoæ

quæ tradunt Bald. *in l. Hereditas 1. in fin. ff. de hered. instit.* Felin. *in Cap. Cum dilecta num.* 21. *de rescript.* Rota *in Treuiren. Vnionis* 19. *Maij.* 1641. coram Card. Verosgio.

3 Ratio ex eo desumitur. Quod ea quæ acquiruntur ab Ecclesiis, Monasteriis, personis Ecclesiasticis intoitu Ecclesiæ, Confraternitatibus, & quæ quocumque modo ad religionem, Dei cultum ordinantur, acquiruntur Romanæ Ecclesiæ administranda per Summum Pontificem, tanquam Christi Vicarium Authen. *si quis nomine* C. de *Eccles. tit.* & notant Geminian. *in Cap. vn.* §. *Confirmatos not.* 5. *de relig. domib.* Ripa *in l. Quominus numero centesimo septimò, ff.* de *Flumin.* Bald. *in l. Hereditas in fin. ff. de hered. instit.* Mantica *de coniect. vlt. vol. libro quarto, titulo quinto, numero sextò*, & quamuis administratio sit penes inferiores, est tameo subordinata Summo Pontifici. Er ideò si cessent inferiores, qui sunt immediati legatariis, deuoluentur vel ad Episeopum, si ei immediatè subsint legatarij vel ad Romanam Sedem. Ergo si deficiat legatarius annui legati pro Missis, deuoluetur legatum ad Episeopum, vel Romanam sedem. Et ratio generalis est. Quia iura non extinguuntur per extinctionem illius cuius sunt, sed deuoluuntur ad successorem: vnde etiam idem contingit in iure legati.

4 Quod præcipuè locum habet in legatis pro Missis, nam transeunt in ius legatarij, quod est subordinatum iuri superiori: & ratione huius subordinationis, ita fit de iure legatarij, vt simul etiam fiant de iure illius, cui ius legatarij subordinatur. Et ideò quamuis deficiat legatarius; & ius ipsius, remanet ius superioris pro vindicando legato, & ideò remanet debitum, sicut erat antea. Præsertim, quia hæc legata non sunt per se primò in beneficium, & commodum legatarij, sed illorum, pro quibus Missæ sunt celebrandæ, & solùm indirectè in commodum legatarij: vndè, eum deficiente legatario duret finis principalis legati, & habeat locum effectus, ad quem est relictum, cum Missæ per alium celebrari possint, adhuc subsistet legatum: quia, vt effectus subsistat, sufficit, si etiam solùm reliquiæ aliquæ causæ finalis remaneant. *l. Vnius* §. *seruus ff. de quæst.* & *l. fin. ff. de decur.* & *l. 2. ff. de Rer. amot.* & *l. ex duob. ff. de vulg. & pupill. subst.* & notat Euerard. *in Top. iuris loco a cessat. rat. in fin.*

5 Maior difficultas est, si legatarius sit Hospitale laicale, aut aliqua Confraternitas laicalis, & contingat extingui. Sed adhuc dicendum est, quod non extinguatur legatum, sed adhuc deuoluatur ad Episeopum, tanquam exequutorem piarum dispositionum. Nam io tali casu Hospitale, seu Confraternitas habebit taorùm ius ad legatum pro exequenda mente testatoris in celebratione Missarum; & ideò legatarius exequutor. Vndè cum Episcopus sit generalis exequutor vltimarum voluntatum in ordine ad pias causas, iuxta Cap. *Tua. de testament.* legatum ad ipsum deuoluetur, & censebitur constitutus exequutor mixtus in ordine ad celebrationem Missarum.

6 Ex dictis infertur, quod si Ecclesia legataria, aut alius locus pius supprimatur, & alteri vniatur, legatum pro Missis accedet Ecclesiæ, au loco pio, cui fit vnio. Quia in huiusmodi suppressione, & vnione omnia iura Ecclesiæ vnitæ transferuntur in Ecclesiam, cui facta est vnio, vt tradit passim Rota *decis. vndecima*, de *reb. Eccles. non alien. in antiq.* & *decis.* 224. *numero tertio, coram* Ludouis. & *decis.* 304. *numero primo*, & *decis. centesima nonagesima nona, numero quinto*, & *decis. sexentesima quinquagesima octaua, numero* 2. & *decis.* 710. *numero secundo, par.* 2. Recent. & *decis.* 614. *numer.* 6. *tom.* 2. *par.* 4. Recent. & *decis.* 165. *num.* 18. coram Eminentiss. Otthobooo.

Infertur 2. Cur legata ad pias causas non fiant caduca quando religiosis personis, aut religiosis 7 locis relinquuntur, iuxta *l. legatum Ciuitati ff.* de *vsufr. legat.* & Clem. *Quia contingit. de relig. domib.* sed quando non potest conuerti in vsum destinatum, debeat conuerti in alium vsum. Et cur si deficiat Ecclesia, noo deficiat institutio, aut substitutio, & oon deficiat legatum, si deficiat eadem Ecelesia, antequam cedat dies legati. Ea enim ratio est. Quia nunquam deficit principalis institutus, aut substitutus, aut principalis legatarius, nempè Ecclesia Romana. Ecclesiæ enim, & loca religiosa particularia subordinantur Romanæ, & faciunt vnum cum ipsa, tanquam pattes, seu appendices ipsius: & ideò iura ipsorum redundant in Romanam Ecclesiam: imò ipsa principaliter acquirit ius mediis Ecclesiis, & locis religiosis particularibus, in quibus acquirit. Cum enim contemplatione Christi donetur, legetur, aut hæres instituatur Ecclesia; seu locus pios, iuxta §. *si quis in nomine.* Authen. *de Eccles. tit.* transeunt omnia ad ipsius Vicarium, tamquam vniuersalem administratorem: & ideò semper adest qui acceptet donationem, legatum, hæreditatem, & proinde nunquam locum habet caducitas.

QVÆSTIO 1061.

An quando legatario committitur exequutio celebrationis Missarum, possit ex legato percipere emolumentum.

SVMMA.

1 *Legatarius qui est etiam exequutor acquirit dominium & quod superest est ipsius.*
Merus exequutor ex relicto nullam vtilitatem percipere potest.
2 *Regulares, Collegium, & c. eliguntur per modum legatarij; si ijs relinquatur legatum pro Missis.*
Quando onus initium habeat tractum successiuum.
Persona electa habetur pro legatario.
3 *Præsertim si ex verbis dispositionis non colligatur mera exequutio.*
4 *Relicta quantitate & posteà declarato onere legatarius est verus legatarius.*
5 *Dispositio directa in personam electam constituit ipsam legatariam.*
Attendendum in dispositione, in quem intentio dirigatur.
6 *In legato pro causa pia an electus sit merus exequutor.*
Causa pia est causa finalis legati.
Vtilitas Ecclesiarum &c. communicat in causa pia quam causa finalis legati.
7 *Ecclesia, Regulares &c. non tenentur erogare totum legatum celebrantibus Missas.*
Alioquin non essent legatarij sed meri exequutores.
8 *Nec obstant Decreta de celebrat. missar. quia acquirunt titulo legatarij.*
9 *Annua pensio ex pacto pro celebratione Missarum sit acquirentis & non tenetur nisi ad consuetum stipendium, si faciat per alios celebrare.*
10 *Rector, Religiosi, &c. habentes pensionem annuam pro Missis vt celebrent, aut faciant celebrare, non tenentur nisi consuetum stipendium dare celebranti.*
Dispositio concepta in personam dispositiuè, facit, vt non sit nudus minister.

HOc contingit semper, quando relinquitur legatum Hospitali, aut Confraternitati, quæ debet 1

curare, vt per alios Miſſæ celebrentur. Et eodem etiam modo relinqui poteſt legatum Religioſis, Eccleſiæ ſæculari, ſi nimirum teſtator dicat, quod iis relinquit cum onere faciendi celebrare tales, & tales Miſſas, in tanto vel tanto numero. Pro reſolutione autem difficultatis adnotanda eſt differentia, quæ eſt inter verum legatarium, & merum exequutorem, legatarius enim, qui ſimul eſt exequutor, non eſt nodus miniſter, ſed acquirit dominium legati, & quod ſupereſt apud eum remanet tanquam dominum *l. Cum Titio ff. de furt.* & obſeruant Simon de Prætis *de interpret. vltimar. volunt. libro quinto, dub.* 2. *numero quinquageſimo ſeptimò*, Ludouiſ. *deciſ.* 544. *numero primo*, Rota in *Rom. Cenſus Viginti millium* 3. *Martij* 1617. coram Coccin. Si autem alicui relinquatur, tanquam mero exequutori, tunc conſtituitur nudus miniſter, & ſi quid ſupereſt ab exequutione operis iniuncti, non peruenit ad ipſum, nec vllam vtilitatem ex relicto percipere poteſt *l. ſi quis Titio.* & *l. Lucius* §. *A te peto* ff. de *leg.* 2. & notant Bart. *in l. Pecunia numero primo ff. de adimen. leg.* Bald. *in d. l. ſi quis Titio. numero* 3. Ludouiſ. Simon de Præt. Rota *citat. locis*.

2 Dicendum eſt. *Quando relinquitur legatum annuum Regularibus, Collegio, Eccleſia, Hoſpitali, Confraternitati*, cum onere curandi celebrationem Miſſarum, eliguntur per modum legatarij, & quod ſupereſt ab exequotione oneris pertinet ad ipſos vti dominos. Ratio eſt, Quia non eliguntur per modum nudi miniſtri, ſed per modum legatarij: atque ideò faciunt ſuum legatum iure legatario, & ſolum tenentur curare exequutionem oneris iniuncti. Hoc autem deſumitur ex eo, quod onus, quod iniungitur non perficitur vnico actu, ſed habet tractum ſucceſſiuum dierum, menſium, annorum, iuxta diſpoſitionem teſtatoris: Quando autem onus iniunctum habet tractum ſucceſſiuum, perſona electa habetur pro legataria, itavt non teneatur reſtituere, quod ſupereſt ab exequutione oneris iniuncti, vt ſtatuitur in *l. Pecuniæ ſortem ff.* de *alimen. & cib. leg.* ibi, *Pecuniæ ſortem alimentis Liberorum deſtinatam vnum ex heredibus, ſecundum voluntatem defuncti percipientem, cauere, non eſſe cogendum ex perſona deficientium partes coheredibus reſtitui, placuit. Ob eam igitur ſpeciem poſt mortem omnium liberorum, nec indebiti competet actio, nec vtilis dabitur.* Et ita obſeruat. Cuiac. *in hanc legem*.

3 Et quamuis Rota dubitauerit circa hanc doctrinam in *Rom. Cenſus* 3. *Martij milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimò*, coram Coccino; attamen deſcendit in eam ſententiam, quod præfata doctrina habeat locum, quando ex verbis diſpoſitionis non colligitur, quod diſponens conferre velit meram exequutionem. Ita in eadem *Rom. Cenſus tertio, Iunij milleſimo ſexcenteſimo decimo nonò*, & *in Hiſpalen. Decimar.* 4. *Decembr. milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo*, coram Eminentiſſ. Veſcopio, apud Tamburinum, *de iure Abbat. tomo tertio, deciſ.* 100. *numero* 8.

4 Confirm. Quia regulariter in his legatis prius relinquitur quantitas, ſeu ſpecies, deinde declaratur onus tanquam acceſſorium, quod operatur, vt fuerit contemplatus, & electus legatarius tanquam verus legatarius, & non merus exequutor, & miniſtet, vt notant Caſtren. *in l. Lucius Titius* §. *A te peto numero primò, ff.* de *leg.* 2. Rota *in Ferrarien. bonor.* 1. *Maij milleſimo ſexcenteſimo decimò*, & 27. *Ianuar. milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimò*, & *in Rom. Cenſus* 20. *millium* 3. *Martij* & 19. *Iunij milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimò*, coram Coccino. Et *in Hiſpalen. Decimar.* 4. *Decembr.* 1628. coram Card. Veroſpio. quæ eſt *deciſ.* 100. quod Tamburin. *de iur. Abbat. tomo* 3. ſicut contrarium contingit, quando declaratur prius onus, & poſtea perſona, cui exequutio committitur.

Confirm. 2. Dum legatur Religioſis, Collegio, Confraternitati, Eccleſiæ, Hoſpitali, voluntas & intentio diſponentis dirigitur in ipſos legatarios: & cum vtatur verbis, quæ ſignificant legare, in ipſos dirigit diſpoſitionem, per quam relinquit legatum. Ergo cum attendendum ſit, in quem voluntas, & intentio dirigatur, *l. Cum pater* §. *Donationis ff.* de *legat.* 2. & notat Mant. *de Coniectur. vlt. volunt. tit.* 19. *numer.* 9. dicendum eſt, quod dicta loca & perſonæ conſtituantur legatarij veri, & non meri miniſtri, & exequutores. 5

Nec obſtat, quod legatum ſit pro Miſſis, atque ideò pro cauſa pia, & proinde cenſeatur electus merus exequutor, vt conſiderauit Rot. *in Ferrarien. bonor.* 1. *Iunij* 1616. coram Coccino. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 544. *numero ſextò*, nam cauſa pia eſt cauſa finalis legati, vt notant Roman. Bart. Imol. *in l.* 2. §. *fin. ff.* de *donat.* Salicet. *in l. Generaliter.* 2. *circa fin.* verſ. *Ad validitatem* C. de *Epiſc. & Cler.* Ruin. *conſ.* 237. *numero decimò, libro tertio*, Tiraquell. *tract. Ceſſante cauſa limit. numero quadrageſimo primo*, Nam in his legatis etiam vtilitas Eccleſiarum, & aliorum locorum priorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum communicat in cauſa finali pietatis. Vndè ſi ipſis relinquetetur abſque alio onere, adhuc legatum eſſet ad cauſas pias: & ideò, ex eo quod legatum pro Miſſis ſit ad cauſam piam, non excluditur, quod legatarius non ſit verè legatarius, & participare poſſit de vtilitate ipſius, cum neque excludatur à cauſa finali pietatis. 6

Ex quibus deducitur, quod ſi huiuſmodi legatarij committant celebrandas Miſſas, non tenentur aliam eleæmoſinam dare, niſi conſuetam, & quod ſupereſt, cedet in ipſorum beneficium: nam, vt dictum eſt, non ſunt meri exequutores, & nudi miniſtri, ſed acquirunt dominium legati iure proprio, quod habent vt legatarij, & ipſum ſuum faciunt, nec ad aliud tenentur, niſi ad complendum onus acceſſorium: & ideò ſufficit, ſi congruo modo compenſent adimplentem, quod præſtabunt, ſi exhibeant conſuetam eleæmoſinam. Si enim teneretur, totum quod accipit iure legati, impendere in expenſas pro exequutione oneris, non eſſent legatarij, ſed meri exequutores, & nudi miniſtri, iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in l. ſi quis Titio verbo.* Vt miniſtrom *ff. de legat.* 2. Bart. *ibidem numero primò*, Bald. *conſ.* 77. *in fin. libro quarto*, Caſtren. *conſ.* 97. *numero primò, lib.* 1. Io. Andr. *Ad ſpeculat. lib.* 2. *par.* 2. *de inſtrum. edit.* §. *nunc aliqua* 13. *numero decimò ſeptimò littera C.* 7

Nec obſtant Decreta S. Congreg. *de celebrat. Miſſar.* dum in iis præcipitur. Quod recipientes eleæmoſinam pro celebratione Miſſarum, debeant integram exhibere, nihil ſibi retinendo, quando committunt aliis Miſſas celebrandas, quia tunc diſponunt de eleæmoſinis pro Miſſis manualibus, vt conſtat ex illis verbis, *Prohibet ſacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleæmoſina, ne eandem Miſſam alteri, parte eleæmoſinæ ſibi retenta, celebrandam committat.* Et hoc fundamentum habet in eo, quod deſit titulus, ratione cuius retineri poſſit; nam vel recipiens eleæmoſinam illam non facit ſuam, niſi celebrando, aut ſi facit ſuam, reſoluitur dominium, non adimplero per ipſum modo, ſeu onere, ſub quo datur. Hinc, quia beneficiarius titulo beneficij facit ſuos fructus, ſi committat alteri Miſſas celebrandas, quas ipſe ratione beneficij tenetur ce- 8

lebrare,

lebrare, non tenetur præstare, nisi consuetam eleæmosinam, vt respondit eadem Sac. Congreg. *ad 4. dub. ex propositis super iisdem Decretis.* Vndè cum legatarius quoque habeat iustum titulum retinendi legatum, distinctum à titulo celebrationis, poterit retinere, quod superest vltra expensas pro celebratione Missarum.

9 Secundò deducitur. Hoc ipsum habere locum non solum in legatis, sed etiam in pactis, & conuentionibus, per quas certa annua pensio assignatur cum onere celebrationis Missarum, vt in terminis donationis dixit Rot. *in supradicta Hispalen. Decimar.* 4. *Decembr.* 1628. coram Card. Verospio, quæ est *decis.* 100. apud Tamburin. *tom.* 3. *de iur. Abbat.* Nam quando quis non eligitur tanquam merus executor, & nudus minister, eligitur aut tanquam donatarius, aut secundum aliquem alium titulum, ratione cuius acquirat dominium cum onere exequendi celebrationem Missarum.

10 Tertiò deducitur, Quod si testator, aut alius fundator leget, aut exhibeat annuum legatum, seu pensionem Ecclesiæ, Rectori, Religiosis, &c. cum onere celebrandi, aut curandi, quod celebretur certus numerus Missarum, si per alios curent celebrari, non tenebuntur exhibere, nisi consuetam eleæmosinam, & quod superest cedet in beneficium ipsorum. Nam per huiusmodi dispositionem non eliguntur tamquam nudi ministri, sed tamquam legatarij, aut donatarij, seu mixti exequutores. Ex eo enim, quod eliguntur in hunc effectum, vt celebrent, dispositio est in ipsos concepta dispositiuè, non verò exequutiuè, & ideò non sunt nudi ministri; iuxta ea quæ obseruant Cuman. *cons.* 408. *numero decimo tertiò*, Gratian. cum aliis *Discept. forens. capite* 446. *numero quartò*, ex eo verò, quod conceditur facultas, vt possint per alios supplere, possunt Missas aliis commendare, tanquam exequutores.

QVÆSTIO 1062.

An bona mobilia legata pro Missis debeant conuerti in immobilia fructifera.

SVMMA.

1 *Bona mobilia legata pro Missis vnica vice celebrandis non sunt conuertenda in bona immobilia.*
2 *Debent conuerti si Missæ sint perpetuæ.*
3 *Qui portat onus successiuum debet etiam sentire commodum successiuum.*
Non est iustum, vt vnus percipiat totum commodum, & alius portet onus.
4 *Quando incipiat obligatio deponendi &c.*
Legatarius debet quamprimum acceptare, vel respuere legatum.
5 *Impediens irrationabiliter acceptationem legati peccat mortaliter.*
6 *Non solum pecunia, sed etiam mobilia legata pro Missis debent deponi statim, &c.*
7 *Dictio* statim *quid importet.*
Dictio statim *non admittit interuallum temporis, sed cum temperamento.*
8 *Nomine Ædis sacræ apud quam deponenda relicta pro Missis, quæ loca veniant.*
In alternatiuis sufficit alteram partem impleri.

1 SI legentur pro Missis celebrandis pro vnica vice, certum est, non esse necessariò conuertenda, sed sufficere, si Missæ iniunctæ celebrentur: legatarium verò posse ad libitum disponere, siue sint pecunia, siue aurum siue argentum elaboratum, siue supellex, siue quodcumque aliud. Accipiuntur enim tanquam eleæmosina pro substentatione celebrantium, & ideò sicut posset conuerti in eorundem substentationem, ita etiam conuerti potest in quemcumque alium vsum. Vndè difficultas est, quando relinquuntur pro Missis perpetuis.

Dicendum est. *Bona mobilia quæcumque sint, relicta pro Missis perpetuis, conuertenda esse in bona immobilia fructifera.* Ita decreuit auctoritate Summi Pontificis Vrbani VIII. S. Concilij Congregatio *in Decret. de celebrat. Missarum* §. *Præterea ne in Ecclesiis* ibi, *Statuit atque decreuit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tàm sæcularibus, quàm regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes ædem sacram, vel personam, fide & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quàmprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis. cum expressa indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.* 2

Ratio verò est. Quia cum huiusmodi legata sint coniuncta cum onere habente tractum successiuum annuum, debent eidem oneri proportionari, itavt, qui portat onus, sentiat etiam commodum, iuxta vulgatam regulam Cap. *qui sentit. de reg. iur. in* 6. & Cap. *Cum ab omni. de vit. & honest. Cler.* Neque enim iustum est, quod vnus percipiat totum commodum, & alter portet onus sine vllo commodo *l. secunda* §. *Damnum ff.* Ne *quid in loco pub.* & *l. si igitur. in fin. ff. Pro socio.* Nisi ergo ex pecunia, aut mobilibus constitueretur fundus fructifer, successores sentirent onus Missarum absque vllo commodo legati. 3

Quando autem incipiat hæc obligatio, desumitur ex verbis Decreti, ibi, *A die realis acquisitionis statim deponi debeant.* Vndè, vt incipiat obligatio, non sufficit, quod acceptetur legatum cum onere Missarum, sicut videtur putare quod sufficiat Tamburin. *opusc. de sacrific. Missæ libro tertio, capite primo*, §. 6. *numero primo*, sed requiritur realis acquisitio, hoc est, quod pecunia, seu mobilia perueniant ad manus legatarij. Illud tamen est aduertendum, quod tenetur legatarius, quàmprimum acceptare, vel respuere legatum: quia nimia dilatio esset nociua iis, pro quibus Missæ essent celebrandæ, siquidem differretur prouisio capienda in casu refutationis. Per hoc tamen non excluditur, quod non possit legatarius adhibere diligentiam, vt informetur de quantitate, & valore rerum legatarum, vt deliberare possit, an sit onus acceptandum. 4

Rursus etiam est aduertendum, quod si quis irrationabiliter impediret acceptationem legati, peccaret mortaliter, si inde sequatur graue damnum; & tenetur ad resarciendum vt notat etiam Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. libro tertio, capite primo*, §. 6. *numero primo*, iuxta regulam vniuersalem, quod lædens alium notabiliter, mortaliter peccat, & debet damnum resarcire. 5

An autem deponi debeat pecunia tantùm retracta ex venditione, an etiam bona mobilia, antequam distrahantur, & retrahatur pretium. Resp. Deponi debere non solum pecuniam, sed etiam ipsa mobilia, vt satis declarant verba dictorum Decretorum, ibi. *Vt pecuniæ, ac bona mobilia à die realis acquisitionis statim deponi debeant.* Ex quibus constat, quod non solùm 6

solum pecuniæ, sed etiam bona mobilia debent deponi. Et militat etiam eadem ratio in bonis mobilibus, quia nisi deponerentur, distrahi possent cum præiudicio fundatoris, & minui sors principalis pro fundando annuo prouentu pro Missis celebrandis.

7 Quia autem dicta bona mobilia iubentur statim deponi, dubitatur, quid importet dictio illa, *statim*. Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. libro tertio capite primo, §. 6. numero decimo quinto.* vers. *Quod intra* vult, importare spatium tridui, quia quod intra triduum fit, statim fieri dicitur, & citat in margine *l. fin.* C. de *error. aduocat.* & *l. fin. C.* de *iudic.* & addit, quod si requireretur maior celeritas, nimis strictè acciperentur leges. Verùm quamuis dictio, *statim*, non admittat interuallum temporis, intelligitur, tamen cum temperamento, iuxta subiectam materiam, vt notant Glos. *in Cap. Quicumque verbo* statim. *dist.* 77. Tiraquell. *in l. si vnquam verbo* Reuertatur. *numero centesimo nono*, C. de *reuocan. donat.* Gonzal *ad reg.* 8. *Cancell. Glos.* 9. §. 1. *numero* 217. Menoch. *de arbitrar. casu.* 9. *numero quarto, libro secundo*, & quando cadit supra aliquam exequutionem, intelligitur, quatenus humano, & regulari modo fieri potest. Vndè in præsenti importabit totum illud spatium, quod attentis circumstantiis requiritur, vt commodè deponi possit, etiamsi esset plurium dierum. Et proindè non violabitur Decretum cum culpa graui, nisi interueniat notabilis negligentia.

8 Nomine autem *Ædis sacra*, apud quam deponi debent huiusmodi bona, intelligitur non solum Ecclesia, Monasterium, sed etiam quicumque locus pius, vt sunt Montes pietatis, Hospitalia, & huiusmodi, siue sint destinata ad conseruanda huiusmodi deposita, vt notat Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. libro tertio, capite primo*, §. 6. *numero* 15. vers. *Ædis. sacra.* Sed etiam si non sint destinata, quia sufficit, quod fideliter conseruari possint. Vndè etiam admittunt personas fide, & facultatibus idoneas, apud quas deponi possint. Quia autem ponunt sub disiunctione, *Ædem sacram aut personam idoneam;* ideò erit in arbitrio deponentis eligere quam maluerit, etiamsi adsint Ædes sacræ, vt notat etiam Tamburin. *cit.* quia in alternatiuis sufficit alterum adimplere, Cap. *in alternatiuis* de *reg. iur. in* 6. & *l. si is. qui ducenta* §. *Vnum ff.* de *reb. dub.*

QVÆSTIO 1063.

An, si Missæ, pro quibus legatur, sint tantùm pro triginta, quinquaginta, aut pluribus annis, sit erigendus fundus fructifer.

SVMMA.

1 *Si missæ non sint perpetuæ sed pro annis determinatis an erigendus fundus fructifer.*
Perpetuum non habet certum finem.
2 *Erigendus fundus etiamsi Missæ non sint perpetuæ.*
3 *Finis fundi fructiferi pro Missis locum habet, licet Missæ non sint perpetuæ.*
4 *Lex comprehendit omnes casus, in quibus locum habet ratio expressa.*
5 *Perpetuitas accipitur iuxta subiectam materiam.*
In legibus spectanda ratio finalis.
Secundum quam debent restringi, & ampliari.
6 *Ex bonis relictis fundus fructifer comparandus etiam seclusa Decreto S. Congregat.*
7 *Prædecessores quomodo non possint grauare successores.*

QVod non sit necessarium erigere fundum fructiferum ex bonis mobilibus, si Missæ non sint perpetuæ, sed tantùm pro determinatis annis, nempe triginta, quadraginta, aut etiam centum, tradunt Bordon. *in Cons. regular. resol.* 25. *numero vigesimo sexto*, Lezana *in summ. verb. Missa numero* 37. *init.* Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. libro tertio*, §. 1. *numero* 16. Fundantur in eo, quod istæ Missæ non sint perpetuæ, quia perpetuum est quod certum finem non habet. *l. Iurisperitos ff.* de *excusat. tut.* Decreta autem *de celebrat. Miss.* loquuntur solùm de Missis perpetuis. 1

Vèrum, oppositum omninò tenendum est: *Et proinde, fundum esse erigendum, etiamsi celebratio Missarum duratura sit certo tantùm annorum spatio.* Ita etiam Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 17. in fin. Alioquin posset illudi Decretum Sac. Congreg. & nunquam erigi fundi. Quia cum adsit opinio plurium Doctorum, quod legata annua cum onere non extendantur vltra centum annos: & Missæ duraturæ centum annis, non sint perpetuæ; nunquam necessarium esset erigere fundum. 2

Resolutio autem conuincitur ex Decretis eiusdem Sac. Congreg. Si attendatur causa finalis expressa, Finis enim dispositionis est, vt exprimitur *in §. Præterea* ne *in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis, eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta, statuit atque decernit.* Hæc ratio locum habet, etiamsi Missæ non sint perpetuæ, sed duraturæ tantùm per aliquot annos; nam adhuc successores possent fieri segniores in adimplendo onere, si nullam perciperent vtilitatem, & præsertim Regulares qui solent alimentari eleæmosinis Missarum. 3

Quando autem ratio, præsertim expressa, legis militat in aliquo casu, ibi est eadem lex, non solum extensiuè, sed etiam comprehensiuè. *l. His solis* §. *satis etiam cautè.* C. de *reuocan.* & *donat.* & *l. Illud.* C. de *Sacrosan Eccles.* & *l. item veniunt.* §. *Ait Senatus ff.* de *peten. hered.* & notant communiter Doctores, Alexan. *in l. Peregrè.* §. 1. vers. *non obstat ff.* de *acquir. possess.* Imola *in l. si vero* §. *de viro, numero decimo quarto, ff. solut. matrimon.* Barbos. *ibidem numero centesimo tertio*, Ruin. *in l.* 2. *n. nonagesimo quinto, ff.* de *leg.* 1. Riminald. *Instit. de donat. numero* 227. Gomez *libro primo. Variar. capite quinto, numero vndecimo* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo* Libertis *numero* 44. *C. de reuocan. donat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *præm. numero centesimo quinto*, Panormit. *in Cap. fin. numero decimo, de rescript.* Sanchez *libro septimo. summ. capite quinto, numero quarto.* Vndè cum ratio finalis locum habeat in Missis licet non perpetuis, locum etiam habebit dispositio. Præsertim quia in ipsa non consideratur perpetuitas, sed quod onus celebrandi non sit seiunctum ab vtilitate. 4

Nec obstat, quod Decretum loquatur de Missis perpetuis. Quia perpetuitas accipitur diuersimodè secundùm subiectam materiam, iuxta *l.* 1. *ff. Pro socio* & notant Rehuf. *in l. non est sine liberis* §. *nam quem.* vers. *& sic. ff.* de *verb. signif.* Mantica *de tacit. libro duodecimo, titulo* 3. *numero secundo*, vers. *Nec verum est* Rota *decis.* 194. *numero octnagesimo nono, par* 5. *recent.* & *decis.* 24. *numero* 9. *coram* Eminentiss. Otthobon. Vndè cum in legibus potius ratio, quàm verba spectanda sint. *l. Cum pater* §. *Dulcissimis ff.* de *legat.* 2. fit, quod dictio, *in perpetuum* 5

accom

accommodari debeat rationi,& ampliari ſecundum ipſam, iuxta *l. vnum ex familia. §. fin. ff.* de *leg.2.* & notant Gloſ. *in Clement.* 1.de *elect.* Imol. *ibidem* & cæteri Doctores, Corneus *conſ. 273. numero ſecundo, vol.* 4. Riminald. Sen. *conſ.* 183. *numero tertio*, Iaſ. *in l. Id quod numero ſeptimo, ff.* de *legat.* 1. Et proindè perpetuitas erit accipienda prout comprehendit etiam quod habet tractum ſucceſſiuum diuturnum.

6 Ex quibus,ſicut etiam ex dictis in *præcedent. quæſt.* deducitur, Quod,etiam ſecluſo Decreto Sac. Congregat. deberet erigi ex bonis relictis fundus frufructifer pro Miſſis ſiue perpetuis, ſiue habentibus tractum diuturnum ſucceſſiuum. Hæc enim proculdubio eſt mens teſtatoris, qui cum imponat onus ſucceſſiuum, & relinquat emolumentum proportionatum oneri pro ſubſtinendo eodem onere, proculdubio vult, quod emolumentum ſit ſucceſſiuum, ſicuti eſt onus, ita vt non intendat grauarè niſi quns ſubleuat emolumento. Præſertim quia, ſi aliud intenderet, non ſibi rectè proſpiceret, quia fieri poſſet, quod, deficiente emolumento, aut non adimpleretur onus, aut ſaltem negligenter.

7 Rurſus, quamuis prædeceſſores poſſint grauare ſucceſſores, & iis onera imponere; non poſſunt tamen grauare irrationabiliter: Vndè, ſecluſo onere legis, non poſſunt ipſis imponere onera perſonalia, & tota facultas aggrauandi eſt quòad bona, quæ tranſmittunt ad ipſos, quia tunc onus fundatur in ipſis bonis, & non eſt merè perſonale; ſi autem acceptarent Miſſas, habentes tractum ſucceſſiuum diuturnum, aggrauarent ſucceſſores perſonaliter, ſi non relinquerent fundum, in quo fundaretur onus, nam ſucceſſores obligarentur ad celebrandum, abſque vllo emolumento, quæ eſſet obligatio merè perſonalis, & non eſſet compenſata aliquo emolumento.

QVÆSTIO 1064.

An, ſi non erigatur fundus, teneantur ſucceſſores ad onus Miſſarum.

SVMMA.

1 *Capienlum habet facultatem circa concernentia intereſſe commune.*

2 *Deficiente fundamento, deficit onus, quod ipſi innitur.*

3 *Succeſſores tenentur ad onera Miſſarum, ſi legatum ſit conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, Monaſterij, &c.*

Ex vtilitate percepta ex facto alterius conſurgit obligatio.

4 *Quid requiratur, vt legatum dicatur conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, Collegij, Monaſterij, &c.*

5 *Succeſſores non tenentur ad onera Miſſarum, ſi legatum non ſit conuerſum in vtilitatem Monaſterij, Eccleſiæ, &c.*

6 *Pereunte fundo abſque culpa poſſidentis ceſſat onus Miſſarum.*

Paria ſunt deficere & non fuiſſe quoad futuros effectus.

7 *Collegium, Religioſi, &c. non habent facultatem, niſi circa vtilia Eccleſiæ.*

Si faciant nociua, factum eſt nullum & reputatur non factum.

8 *Poſſunt conueniri, aut ipſorum hæredes vt reſarciant damnum.*

Iſ ad quos ſpectat Eccleſia, tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, & reſtituere, quæ ſunt de rebus adminiſtratis, & reſarcire damna.

1 EX vna parte videntur ſucceſſores teneri ad onus Miſſarum, quia iam fuit acceptatum à ſuperioribus, & onus impoſitum Monaſterio, Eccleſiæ, ſeu loco pio ab iis, qui poterant imponere: & proindè videtur factum onus tranſmiſſibile ad ſucceſſores. Quod præſertim locum habet, ſi capitulariter ſit acceptum huiuſmodi onus, ſeu collegialiter ab iis, ad quos ſpectat regimen Eccleſiæ, ſeu loci pij. Nam Capitulum, ſeu Collegium, cum habeat regimen Eccleſiæ, ſeu loci pij, habet etiam facultatem faciendi ea, quæ concernunt intereſſe commune. iuxta Cap. *Cum omnes* de *conſtit.* & Cap. *vn. Ne ſede vacan. in 6.* & notant Gloſ. *in Cap. 2. §. Cæterum. verbo* ſtatutum. *de verb. ſignificat.* Abb. *in Cap. Cum conſuetudinis, numero quarto*, de *conſuetud.* Felin. *in Cap. Cum omnes numero nono,* verſ. *Vbi autem* de *conſtit.* Merlin. *deciſ. 697. numero ſecundo*, Suarez *libro quarto, de legib. capite ſexto, numero vndecimo.*

2 Econtra verò, cum non tranſmittatur emolumentum legati in fundo fructifero, nec etiam videtur poſſe validè tranſmitti onus: & proindè non teneri ſucceſſores ad ipſum adimplendum. Fundamentum enim oneris, ſine quo nun poteſt teſtator grauare, eſt legatum conuertendum in fundum,fructiferum: vndè ſi deficiat fundamentum, deficiet etiam onus, quod ipſi innititur. Cap. *Cum Paulus 26 Quæſt.* 1. & Cap. 3. *de Presbyt. non baptizat.* & l. *egi tecum ff.* de *except.* & notant Menoch. *conſ.* 48. *num.* 35. Viuius *deciſ.* 21. *num.* 25. Monach. *deciſ. Floren.* 48. *num.* 3.

3 In hac difficultate exiſtimo primò videndum, an legatum, quod conuerti debebat in fundum fructiferum, ſit conuerſum in vtilitatem Monaſterij, Collegij, loci pij, an non? *Si enim ſit conuerſum, tenebuntur ſucceſſores ad celebrationem Miſſarum, non ſecus ac ſi adeſſet fundus erectus*: quia ex legato perceperunt vtilitatem ſiue in loco, ſiue in aliquo alio, vt ſi pecunia conuerſa fuiſſet in fabricam, in ornamenta Eccleſiæ, &c. Ex vtilitate autem percepta & facto alterius conſurgit obligatio, iuxta *l. 1. ff. de in rem verò.* ibi, *in ſolidum tamen tenentur, qui eos habent in poteſtate, ſi in rem eorum, quod acceptum eſt conuerſum ſit; quaſi cum ipſius potius contractum eſſe videatur.*

4 Vt autem legatum dicatur conuerſum in vtilitatem Monaſterij, Loci pij, Collegij, &c. non eſt neceſſarium, quod impenſum ſit in res neceſſarias, ſed ſufficit, ſi quocumque modo perceperit vtilitatem ioxta *l. ſi res domino §. Quod ſeruus* ff. de *in rem verſ.* & quod quocumque modo locupletiores facti ſint. *vt ibidem §. Placet non ſolùm.* Vndè ſi legatum conuerſum fuiſſet in ſolutionem debitorum; negocium vtiliter geſtum fuiſſet, & ideò tranſmitteretur obligatio celebrandi Miſſas ad ſucceſſores.

5 Si *verò non ſit legatum conuerſum in vtilitatem Monaſterij, Loci pij, Collegij, &c. ſucceſſores non tenebuntur ad celebrationem Miſſarum.* Nam, in tantum tenentur, in quantum ad ipſos peruenit vtilitas legati, aut in fundo fructifero, aut per conuerſionem in vtilitatem communem loci, ſeu Collegij iam ſubſequuto. Si ergo nullo modo ap ipſos peruenit, nō tenebūtur. Nam, quando affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio quoque eſt cauſa negationis. Et cùm onus deferatur à ſuo fundamento, ſi non tranſmittitur fundamentum ad ſucceſſores, nec etiam tranſmittetur onus.

6 Cōfitm, Si pereat fundus erectus pro Miſſis, ceſſat etiam

etiam onus celebrationis, si tamen pereat absque culpa eorum, qui tenentur celebrare, vt tradont Perez de Lata *de Anniuers. libro* 1. *capite* 15. *numero* 8. Fraximell. *de obligat. Sacerd. sect. quarta, concl.* 4. §. 27. Tambutin. *Opusc. de sacrif. Miss. lib. tertio, capite* 1. §. 3. *numero* 89. Nam, pereunte fundo, perit fundamentum, atque adeò etiam, quod ipsi supernititur. Si igitur ex culpa prædecessorum non constituitur fundus, non transmittetur obligatio, tanquam destituta suo fundamento: & eodem modo res habebit, ac si periisset: nam paria sunt, deficere, & non fuisse, quoad futuros effectus. Cap. *Tua*
7 *nos* de *cohabit. Clericor.*

Nec obstat, quod ex culpa prædecessorum non fuerit fundus constitutus; quia in hoc non possunt prædecessores nocere successoribus. Nam non habent facultatem agendi, nisi quæ vtilia sunt Ecclesiæ, loco pio, Collegio, &c. quia sunt constituti ad curandam vtilitatem illorum. Et ideò quando agunt, quæ euidenter nociua sunt, agunt in destructionem, & excedunt terminos suæ facultatis, atque adeò nulliter agunt, & factum reputatur tanquam non factum *l. non putauit.* §. *non quauis ff.* de *bonor. possess. contr. tab.* vbi Bart. & *l.* 1. §. *quod autem ff.* de *off. Praefect. Vrb.* vbi Bald. & ideò non possunt præiudicare successoribus transferendo ad ipsos obliga-
8 tionem sine emolumento legati.

Quia tamen, non fundando fundum fructiferum, sunt in culpa, præsertim si non conuertant in vtilitatem Monasterij, Collegij, Ecclesiæ, &c. legatum, ideò ij, ad quos spectat, agere poterunt contra ipsos, vel eorundem hæredes, & cogere ad resarciendum damnum. Tenentur enim reddere rationem suæ administrationis iuxta *l.* 1. §. *officio* ff. de *tutel.* & cum aliis notat Munnoz *de ratiociniis capite* 3. *numero vigesimo secundo*, & testituere, quæ sunt de rebus administratis, iuxta *l. Quamuis ff.* de *condit. & demonstrat.* & resarcire damna, etiam quæ ex sola negligentia emerserunt, iuxta *l. lex qua tutores.* ff de *administr. tut.* & *l.* 2. C. 1. *tutor.* & notant Socin. sen. *cons.* 82. *num.* 7. *lib.* 4. Platea *in l.* 2. C. de *cond in publ. horreis.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. casu* 309. *num.* 32. Bobadil. *lib.* 5. *Polit. cap.* 4. *num.* 86.

QVÆSTIO 1065.

Quando inuestiri debeat pecunia in fundo fructifero.

SVMMA.

1 *Pecunia relicta pro Missis perpetuis, quamprimum inuestienda.*
Dictio quàmprimum *quid importet.*
2 *Quodnam tempus admittat dictio*, Quàmprimum.
3 *Ad vitandam negligentiam in inuestienda pecunia pro Missis quid requiratur.*
4 *Legatarius non est præsumendus negligens in inuestienda pecunia pro Missis.*
In facto proprio nemo præsumitur negligens.
5 *Si non appareat superuentura occasio inuestiendi, an possit pecunia exponi alicui licito lucro.*
6 *Quid si deponeret apud negotiatorem ad partem lucri non examinata persona, &c. & postea non esset habilis ad restituendum.*
Contrahens cum alio debet prius eius conditiones examinare.
Communis opinio inseruit pro informatione.
7 *Negligentes inuestire pecuniam, tenentur supplere Missas quæ alias fuissent celebratæ.*
Negligentes enerantur damnis, quæ inde sequuntur.

CVm bona mobilia distrahenda sint, & pretium inuestiendum in bonis immobilibus fructiferis, iuxta Decreta Sac. Congregationis *de celebrat. Missar.* dubitatur, quando facienda sit inuestitura; 1
nam cum dicta Decreta vtantur dictione, *Quàmprimum*, dubitatur, quantum tempus concedatur, stante dicta dictione. Tamburin. *opusc. de sacrif. Miss. libro* 3. *capite* 1. §. 6. *dub.* 15. vers. *Respondeo* ait, illud, *Quamprimum*, intelligi, quàmprimum prudenti, & vtili negociatione poterit, itavt non expectetur ex mera negligentia, & ideò non peccari, quando non inuenitur vtilis modus inuestiendi, iuxta mentem testatoris.

Et quidem, quamuis dictio, *Quamprimum*, admittatur tanquam importans spatium trium mensium in difficilibus, & in rebus paruis, duorum, vt obseruant Doctores, ex *l. in fraudem* §. *Fiscalibus ff.* de *iure fisci* vbi conceditur spatium trium mensium debitoribus fisci in summis maioribus, & duorum in minoribus: attamen in præsenti non potest determinari tempus, quia iuxta diuersitatem locorum, facilius, vel difficilius offertur occasio inuestiendi: fieri enim potest, quod per plures menses non inueniatur opportuna occasio in aliquibus locis: in aliis verò ferè semper prompta est, vt hic Romæ, vbi adsunt loca montium, quæ quotidie venduntur. Vndè sufficiet, quod is, ad quem pertinet, statim incipiat adhibere diligentiam, vt inuestiat. 2

Vt autem excludatur negligentia, duo requiruntur, nempe vt inquirat eo modo, quo consueuit, occasiones inuestiendi: alterum, ne sinat prætetire occasionem opportunam, quæ se illi offerat, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *cons.* 102. *numero* 1. Angel. *cons.* 70. *circa fin.* Mascard. *de probat. conclus.* 1039. *numer.* 8. Damauder. *de tutor. capite* 7. *num.* 38. Baeza *de decim. tut. cap.* 2. *numer.* 111. Munnoz *de ratiocin. c.* 19. *numero* 27. sit enim hæc duo præstat, satisfacit propriæ obligationi. Quia tamen fieri posset, quod prætermitteret aliquam opportunam occasionem inuestiendi, ideò non debet statim argui de negligentia, sed videndum, quod excipiat contra ipsam, potuit enim prætermittere, quia non putaret opportunam. 3

Hoc tamen est aduertendum, quod si spectet ad legatarium inuestire pecunias; in dubio, non est præsumendus negligens, quia agitur de re propria, cum ipse sit factus possessor legati, quod tendit ad ipsius beneficium, quod citius percipit, si quàmprimum potest, inuestiat pecunias: in facto autem proprio nemo præsumitur negligens *l. regula* §. 1. *ff. de fact. & iur. ignor.* & Cap. *Ad audientiam* de *præscript.* & Cap. *Deputati* de *appellat.* & notant Craoett. *cons.* 978. *n.* 9. Surd. *cons.* 145. *n.* 16. & *decis* 221. *n.* 12. Menochi *præsumpt.* 37. *numero tertio, libro sexto*, Merlin. *decis.* 799. *numero decimo*, Rota *decis. quinquagesima secunda, num.* 7. *par.* 3. *Recent.* 4

Hinc autem insurgit difficultas, an si non appareat superuentura opportuna occasio inuestiendi, possit pecunia interim exponi licito alicui lucro, donec superueniat occasio inuestiendi, & affirmatiuè mihi videtur resoluendum: quia hoc non impedit inuestituram, quando se offeret occasio, quia suppono, quod ita exponatur lucro, vt possit retrahi, quando oportuerit. Et vtiliter geritur negocium testatoris, quia interim percipietur lucrum & celebrabuntur Missæ. Quare etiam si lucrum esset minus, quàm ex inuesti- 5

tura

tura poſſet percipi, adhoc licitè exponeretur: qoia melius eſſet modicum lucrum, quàm nullum. Neque pro tetrahenda pecunia à lucro eſſet neceſſaria licentia Apoſtolica, quia noo eſſet facta inueſtitura, qoæ præcipitur à Decretis S. Coogreg. permanenti modo, ſed ſolnm per modum prouiſionis eſſet implicata ad lucrandum.

6 Eſt tamen aduertendum, quod ſi deponeret pecuniam apud aliquem mercatorem, ſeu negotiatorem ad partem lucri, noo examinata illius perſona, moribus, fidelitate, cæteriſque qualitatibus, patrimonio, ſi poſtea oon eſſet ſoluendo, grauiter peccaret ratione negligentiæ, ſtante graui damno, quod inde ſequeretur, & teneretur, ſi eſſet habilis, ad reſarciendum huiuſmodi damnum, qui eoim cum alio intrahit, debet prius eius conditiones examinare *l. Quæ ſub conditione* verſ. *Cæterum ff.* de *condit. & demonſtrat.* & *l. qui cum alio ff.* de *reg. iur.* vbi id notat Cagnol. Caſtren. *in l.* 1. *§. non autem* ff. de *exercit.* Hoc tamen limitaodum eſt. niſi aliàs negotiator in commoni æſtimatiooe eſſet perſona idonea ad hunc effectum; communis enim opinio ſicut facit, ipſum præſumi pro idooeo, ita etiam inſeruit loco informationis, & ita etiam ootat Eſcobar *de ratiocin. capite decimo nonò, numero quadrageſimo quartò.*

7 Ex dictis infertur, quod ſi regulares, aut alij, ad quos ſpectat, differant inueſtire pecuniam in boois immobilibus fructiferis ex negligentia, tenebuntur ſupplere Miſſas, quas aliàs celebraſſent, ſi facta inueſtitura percepiſſent fructus. Nam cum ad ipſos ſpectet inueſtire, iuxta Decret. S, Congreg. *de celebrat. Miſſar.* negligentia inueſtiendi eſt ipſis imputanda. Et proinde onerantur damnis omnibus, quæ inde ſequuntur, iuxta *l. lex quæ tutores §. ſed ſi Parens C. de adminiſtr. tut.* qoæ in præſenti conſiſtunt in dilatione celebrationis Miſſarum.

Qvæstio 1066.

An ſi legatum pro Miſsis conſiſtat in actionibus, & nominibus debitorum, & legatarius negligens ſit, ad quid teneatur.

SVMMA.

1 *Acceptans legatum pro Miſſis ſe obligat ad ipſum recuperandum.*
Si ſit negligens damnum inde ſequens illi imputatur.
Negligentia vnicuique imputatur, & de ipſa tenetur.

2 *Legatarius vrbano modo agens cum debitore Magnate non tenetur de negligentia.*
Debitor prius extra iudicialiter interpellandus quam conueniatur.

3 *Incipere cum debitore ab interpellatione iudiciali detrahit de reuerentia ipſi debita.*

4 *Legatarius pro Miſſis cum debitoribus arbitrari poteſt, quid hic, & nunc ſit faciendum.*

5 *Legatarius pro Miſſis tenetur præuenire debitores, ſi aliàs adſit periculum, &c.*

1 EO ipſo quod legatarius acceptat legatum pro Miſſis, ſuſcipit in ſe onus recuperandi legatum: & cum ſit annexum ipſi onus, tenetur alteri, in cuius fauorem onus eſt adimpleodum, & ideò remanet illi obligatus non ſolum ad onus adimplendum, ſed etiam ad recuperandum legatum pro ſtatuēdo fundo eiuſdem ooeris. Ex quo fit, quod ſi negligens ſit, & interim debitores fiant inhabiles ad ſoluendum, totum damoum inde ſequens imputabitur ipſi. *l. ſi tutor conſtitutus ff.* de *adminiſtr. tut.* & *l. fin. § item reſcripſerunt* ff. de *adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen.* & *l. Nomina C. Arbitrium tut.* ibi, *Nomina paternorum debitorum ſi idonea fuerint initio ſuſcepta tutela, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ eſſe caperunt, Iudex qui ſuper ea re datus fuerit, deſpiciet: & ſi palam dolo tutoris, vel manifeſta negligentia ceſſatum eſt, tutelæ iudicio damnum, quod ex ceſſatione accidiſſet, pupillo preſtandum eſſe, ſtatuere curabit.* Negligentia enim vnicuique imputatur, & de ipſa tenetur. Cap. *ſi bos.* de iniur. Verùm quia multoties debitores ſunt Magnates, cum quibus rigor iuris difficilè exerceri poteſt, ideò dubitatur, an ſi legatarius vrbano modo, & extraiudicialiter curet ſolui legatum, teneatur de negligentia.

2 Dicendum autem eſt, *legatarium non teneri de negligentia, ſi curet vrbano modo ſibi ſolui credita legata, & interim debitor fiat inhabilis ad ſoluendum.* deſumitor ex *l. Quidam Iberus. ff.* de *ſeruit. vrb. prad.* & *l. Debitores C.* de *pignorib.* vbi antequam debitor conueniatur in iudicio, debet extraiudicialiter interpellari, & ex *l. ſi benè. ff.* de *vſur.* ibi, *Dummodo non acerbum ſe exactorem, neque contumelioſum præbeat, ſed moderàtum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.* Si ergo ſeruat legatarius, quod ius præſcribit, non poterit notari de negligentia.

3 Ratio porrò eſt. Quia interpellatio extra iudicialis eſt medium congruum ab obtinendam ſolutiooem debiti, cum multoties ipſa ſola ſufficiat. E contra verò incipere à iudiciali interpellatione importat rigorem importunum, & notat debitorem animi iniuſtè doti, quaſi nolit ſatisfacera iuſtitiæ, niſi coactus: & proinde detrahit de reuerentia ipſi debita, præſertim ſi ſit perſona qualificata. Vndè in *d. l. ſi benè.* redditur ratio, cur debeant creditores moderatè, & benignè interpellari extraiudicialiter, his verbis. *Nam inter inſolentiam curioſam, & diligentiam non ambitioſam multum intereſt.* Si ergo legatarius vrbano modo extraiudicialiter interpellet creditorem, non poterit argui negligentiæ.

4 Quod præſertim locum habet, quia oon tàm agitur de intereſſe defuncti, quàm ipſius legatarij, & ideò non plus tenetur facere intuitu teſtatoris, quàm debeat facere intuitu ſuiipſius: & ideò habet arbitrium iudicandi, quid in his, vel illis circunſtantiis faciendum ſit, inſtar liberi, & diligentis admioiſtratoris, ioxta ea, quæ traduot Bart. *in l. Creditor §. Lucius ff. Mandati* & *in l. Procurator, cui libera ff.* de *procurat.* Gregor. Lopez *in l.* 19. *ver. Quando tales palabras. tit.* 5. *par.* 3.

5 Quæ tamen limitanda ſunt, vt non habeat locum, quando adeſſet ſuſpicio aut decoctionis, aut alterius periculi, quia tunc ſtante intereſſe legantis implicato, quod non poteſt negligere, ſicut poſſet proprium, tenetur præuenire, iuxta ea quæ notant Babadil. *lib.* 3. *Polit. capite* 3. *numer.* 42. in fin, Munnoz *de ratiocin. capite* 19. *numero* 31. aliàs eſſet cauſa alterius damni. In hoc enim caſu coocurrunt debitom vrbanitatis erga debitorem, & debitum fidelis diligentiæ erga teſtatorem. Hoc autem debet præualere tanquam de iuſtitia, cum debitum vrbanitatis ſit tantùm de conuenientia.

Qvæst

QVÆSTIO 1067.

An, si testator relinquat maiorem summam, quàm sit necessaria pro Missis perpetuis, sit tota inuestienda.

SVMMA.

1. *Tota summa legati an inuestienda pro onere Missarum* & num. seq.
2. *Legatum est sub onere Missarum tamquã sub modo. Modus quid sit.*
3. *Legatum totum relictum sub conditione oneris Missarum stat sub conditione etiam si excedat onus: & etiam totum stat sub modo.*
4. *De decem millibus annuis legatis pro Missa quotidiana nihil debetur si non celebretur.*
5. *Non impleto modo facta interpellatione resoluitur dispositio.*
6. *Si non inuestiatur totum legatum, cedit in praeiudicium testatoris.*
   Sumenda illa interpratatio per quam dispositio sit vtilior.
7. *Quid faciendum successoribus si totum legatum non fuerit inuestitum.*
8. *Subsequenda oneri alia bonu iuxta pecuniam consumptam.*

1 INtelligitur de maiori summa, quæ excedat maiorem consuetam, quæ solet inuestiri pro Missis perpetuis, vt si pro vna Missa quotidiana relinquat testatur sex, septem, aut decem millia aurea. Videtur enim sufficere, quod inuestiatur quantitas maior, quæ iuxta consuetudinem solet inuestiri pro tali onere, vt mille aurei pro vnica Missa quotidiana. Nam dum testator relinquit legatum adeò pingue, non solum intendit relinquere, quod est necessarium pro substinendo onere; sed etiam benefacere legatario. Et ideò poterit legatarius inuestire quantitatem necessariam pro onere Missarum, & quod superest conuertere in propriam vtilitatem, iuxta testatoris mentem.

2 Tenendum tamen est. *Quod debeat inuestire totam quantitatem, quantacumque sit.* Pto quo est aduertendum, quod huiusmodi legatum est sub onere Missarum, tamquam sub modo. Modus enim est modificatio quædam aggrauans dispositinnem iam perfectam, & implenda postquam dispositio est sortita effectum, iuxta *l. Demonstratio §. fin.* & *l. Quibus diebus §. Termilius* ff. de *condit. & demonstr.* & notant Socin. *ibid. numero septimò*, Aretin. *conf. 91. in fin.* Alexan. *conf.* 1na *numero secundò, libro secundò*, Ruin, *conf. 60. numero 5. lib. 2.* Crauetta *conf. 59. numer. 1.* Alciat. *resp. 236. num. 2.* vt dictum est etiam in superiorib.

3 Hoc autem stante conficitur ratio. Si istud legatum esset relictum sub conditione aliqua, & etiam sub conditione, si acceptaretur onus iniunctum celebrationis Missarum. Si non acceptaretur, non solum non deberetur pars legati, quæ corresponderet oneri, sed neque etiam reliquum legatum, quia dispositio ipsa est conditionalis, & proinde operatur, quod totum legatum dispositum stet sub conditione apposita; & proinde totum sit conditionatum. Ergo etiam relictum sub modo, totum stabit sub modo, & totum subiicietur oneri, non autem pars aliqua. Quia modus, & conditio solum differunt in eo, quod conditio debet impleri, antequam dispositio sortiatur effectum, & facit eam purificari, si impleatur. Modus autem debet impleri, postquam dispositio sortita est effectum; & si non impleatur, facit illam resolui, vnde additus dispositioni facit illam resolnbilem. Et proinde conditio & modus æquiparantur, quia seruata proportione babent eundem effectum. Et ideò sicut conditio cadit supra totam dispositionem, & illam suspendit; ita etiam modus & ipsam totam modificat, & facit resolubilem.

Confirm. Si testator legasset fructum decem millium aureorum; pro vnica Missa quotidiana soluendum ab hæredibus singulis annis, si Missa non celebraretur, nihil deberetur de legato, quia esset sub modo secundum se totum, siquidem deberet solui sub onere celebrandi Missas. Ergo etiam, quando legatur quantitas sub modo, seu onere celebrandi, tota quantitas sit debita, in ordine ad onus, & tota acquiritur sub illo onere. Ergo tota, tamquam subiecta oneri debet inuestiri: nam eo ipso, quod non inuestitur, subtrahitur oneri, & violatur dispositio testatoris. 4

Confirm. secundò, Si non impleatur modus appositus in dispositione, saltem interposita interpellatione, ex post facto resoluitur dispositio, & annullatur. *l. libertas §. Hac scriptura ff.* de *manumiss. testamen.* & tradunt Bart. *in l. Quib. dieb. §. Termilius ff.* de *condit. & demonstrat.* Socin. *numero octano*, Castren. *conf. 292. numero primò, libro primò*, Corn. *conf. 311. numero quintò, libro primò*, Satmien. *lib. secundò, select. interpr. capite tertiò, numero primò*, Crauetta *conf. 319 numero decimo septimò*, vers. *Nono culpa.* Ruin. *conf. 100. numero quartò*, vers. *Cum ergo libro quintò*, Alciat. *resp. 110. numero quartò*, Menoch. *conf. 331. numero sextò*, Ergo, si legatarius non impleret onus celebrandi Missas, resolueretur dispositio testatotis, & caderet à legato, quod proinde restiruendum esset. Ergo totum legatum remanet affectum onere celebrationis, & proinde totum sub expressione talis oneris inuestiri debet; vt si ex non adimplemento modi resoluatur dispositio, adsit legatum, quod stante resolutione, capi possit. 5

Confirm. tertiò. Quod non inuestiatur totum legatum, quamuis pingue, cedit in præiudicium testatoris: siqnidem fieri potest, quod fundus comparatus ex parte legati inuestita, deficiat vel in parte, vel in totum: & proinde cesset onus celebrandi, aut in totum, aut ex parte, quod non cessaret, si totum legatum inuestitum fuisset, adhuc enim remaneret aliud emolumentum, quo onus Missarum substineri posset. Vndè testator priuaretur beneficio celebrationis Missarum, quo non priuaretur, si totum legatum fuisset inuestitum. Et hanc esse mentem testatoris ex eo desumitur, quod sumenda sit illa interpretatio, per quam dispositio redditur vtiliter disponenti; vt tradunt Bart. *in l. Gerit. ff.* de *acquir. hered.* Alexand. *conf. 185. numero secundò, libro sextò*, Paris. *conf. 53. numero quartò, libro quartò*, Tiraquell. *de retract. consang. §. trigesimò, glos. prima, numero trigesimo quartò*, Rota *decis. 596. numero quartò, parte. secunda, recent.* 6

Quid autem faciendum sit, si totum legatum non sit inuestitum, cum expressione oneris Missarum, præsertim à successoribus in legato, & onere, vt apud Superiores Regulares. Resp. Quod si ex pecunia legati empta sint alia immobilia fructifera, aut extinctus aliquis census, aut quocumque alio modo creuerint fructus legatario, debent illi fructus cum suo fundo subiugari oneri Missarum: quia tamquam empti, aut redempti ex pecunia 7

pecunia legati, tacitè sint subiugati, & ideò tenentur ij, ad quos spectat, expressè subiugare, pro obseruantia Decretor. *de celebrat. Missar.*

8 Si verò consumpta sit pecunia, & legatarius habeat alia bona, quæ non sint subiecta alicui oneri, debet, iuxta quantitatem pecuniæ consomptæ, subiicere oneri Missarum æquiualentia bona, & hoc pacto supplere. Quia non solum tenetur ex vi Decretorum *de celebrat. Missarum*; sed etiam ex natura rei, quia tamquam successor primi legatarij, debet de bonis transmissis resarcire debitum, quod contraxit, acceptando legatum. Contraxit autem debitum cum fundatore de manutenendo onere Missarum, illi subiungando & bona, quæ ad hunc effectum reliquit. Quod si non adsint bona quæ subiugentur, tenebitur de fructibus, iuxta possibilitatem, aut aliis bonis obuenientibus, supplere: quia hoc est debitum reale, quod transit ad successores. Aliàs incurret pœnas positas in Decreto *de celebrat. Miss.* Obligatio enim Decretorum semper vrget, etiam quoad successores in legato, & exigit emendari; qood est emendabile.

Q V Æ S T. 1068.

Quando incipiat obligatio celebrandi Missas ratione legati.

S V M M A.

1 *Si legatum sit annuum statim à die acceptationis incipit obligatio celebrandi.*
Legatum annuum correspondet toti anno.
2 *Si legatus sit fundus fructifer, statim ab acceptatione incipit obligatio celebrandi.*
Fructus fundi legati statim debentur legatario.
3 *Quando inuestienda est pecunia, incipit obligatio celebrandi à die inuestitura.*
4 *An legatarius exequutor mixtus teneatur statim facero celebrare, Missas, an possit expectare fructus.*

1 SI legatum sit annuum soluendum ab hæredibus, aut aliis à testatore designatis, incipiet obligatio celebrandi, statim à die acceptationis: tunc enim incipiunt currere fructus, seu anooum legatum, quod licet non statim soluatur; quando tamen soluetur, annus pro qoo soluitur, computabitur à die acceptationis. Nam legatum annuum correspondet toti anno ab initio vsque ad finem *l. in singulos annos ff.* de *leg. ann.* & *l. nec semel. init.* ff. Quando *dies leg. ced.* & *l.* 1. *C. Quando dies leg. vel fideicomm. ced.* Iuxta quos tex. aduertunt Glos. *in §. Qui hoc anno* Iostit. *de inutil. stipul.* Batt. *in l. Generali §. Hæred ff.* de *vsufruct. leg.* Gregor. Lopez *in l.* 15. *verb.* Darle cada anno *titulo* 11. *parte quinta* Signorol. *cons.* 66. *numero decimo*, Surd. *de alimen. titulo quarto*, *quæst.* 17. *numero nono.* Quod quando legatum est annuum, debetur ab initio anni, secundum se totum, etiamsi legatarius non viuat toto anno.

2 Rursus, si legatus sit fundos fructifer, adhuc obligatio incipiet statim post acceptationem legati, Quia licet fructus non statim percipiautur; incipiunt tamen currere, quia fructus, qui percipiuntur tempore opportuno correspondent integro anno, & ideò habentur pro stipendio Missarum totius integri anni. Cum enim fructus fundi legati debeantur statim legatario à die aditæ hæreditatis, *l. Herennius ff.* de *vsur.* & *l. Quæsitum ff.* de *acquir. rer. dom.* & notant Bald. *in l.* 1 *numero secundo ff.* de *vsur. & vsufr. leg.* Aret. *in l. Cum res legata not.* 2. *ff.* de *leg.* 1. Ias. *ibid. numero secundo*, Ruin. *cons.* 50. *numero decimo*, *libro secundo*, Socin. iun. *cons.* 182. *numero vigesimo primo*, *vol.* 2. Couarruu. *Variar. resolut. capite nono*, *numero quinto*, vers. *nam licet. libro primo*, Mantica *de coniect. vlt. volunt. libro septimo, tit.* 11. *numero decimo quarto.* Eò ipso, quod legatarios acquirit ius ad fructus, obligatur etiam ad celebrandum, ioxta præscriptionem testatoris.

3 Qoando autem est legata pecunia, aut bona mobilia, quæ distrahi debent, & pecunia inuestiri, tunc incipiet obligatio celebrandi, quando est facta inuestitura in fundo fructifero, iuxta Decreta *de celebrat. Missar.* Ita Marchin. *de sacramen. ordin. tract.* 3. *par.* 2. *capite decimoquinto, num. vigesimo octauo*, vers. *Quæres quintò.* Lezana *in summ. verb.* Missa *numero trigesimo septimo, post. med.* Tamburin. *opusc. de sacrif. Miss libro* 3. *capite* 1. §. 6. *numero quarto.* Eo ipso enim, quod est inuestita pecunia in fundo fructifero, & est ad ipsum acquisitum ius, incipit fructificare legatario, & ideò incipit in ipso obligatio celebrandi, cum incipiat percipere fructus legati.

4 Dubium solùm remanet, an id locum habeat in legatatio. qui non debet celebrare, sed tantùm exeqoi mentem testatoris, curando, quod Missæ celebrentur, vndè est mixtus exequutor; nam fieri potest, quod per aliquos menses expectandum sit, antequam fructus percipiantur: & quidem curare debet, quod Missæ celebrentur, quamuis nondum perceperit fructus, quia facile ioueniet, qui expectet stipendium, præsertim data cautione. Aut poterit ipse stipendium soluere, si absque notabili incommodo soluere posset, quia cum sit legatarius, & quod superest ab oneris exequutione suum faciat, non erit graue anticipatè soluere stipendium.

Q V Æ S T I O 1069.

In quibus bonis immobilibus inuestiri debeat pecunia.

S V M M A.

1 *Pecunia pro Missis legata inuestiri potest in quibuscumque immobilibus fructiferis.*
2 *Debent ex hac inuestitura noui fructus accrescere legatario.*
3 *Quicunque annui redditus perpetui sunt apti pro inuestitura.*
4 *Census an possit extingui pœcunia legata pro Missis, & inuestienda.*
Quid requiratur, vt possit extingui.
5 *Pecunia inuestienda pro Missis an extingui possit debitum ex emptione rei fructifera.*
6 *Pecunia inuestienda an possit redimi res fructifera Ecclesia.*
7 *Bona immobilia subiecta oneri Missarum remanent inalienabilia.*
Etiam quoad Theatinos.
8 *Bona subiecta oneri Missarum an commutari possint in alia bona fructifera.*

1 IN Decretis Sac. Congregat. *de celebrat. Missar.* non aliud præcipitur, nisi quod bona mobilia,

ſeu illorum pretium inueſtiantur in bonis immobilibus fructiferis : vndè inueſtiri poterunt in quibuſcumque, quæ nomine bonorum immobilium veniant, ſi fructifera ſint, vt conſtat ex illis verbis, *ad effectum illa, ſeu illorum pretium quàmprimum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis*. Vndè ſi ematur ager, hortus, domus, vinea, vel aliquid huiuſmodi, ſatisfiet dictis Decretis.

2 Ex iiſdem autem Decretis deducitur, quod per huiuſmodi inueſtituram, debeant noui fructus accreſcere legatario, qui correſpondeant oneri Miſſarum. Nam requiritur, quod fiat inueſtitura in fructiferis immobilibus, ne Sacerdotes in adimplendis oneribus Miſſarnm ſegniores, & repidiores reddantur, quod onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta. Cum nulla autem eſſent vrilitate coniuncta, ſi ex inneſtitura nulli accreſcerent fructus, vt per ſe conſtat.

3 Ex his autem fit, quod inueſtiri poſſit in quibuſcumque annuis redditibus perpetuis, vt notat etiam Tamburin. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. libro tertio, capite primo, §. ſexto, numero octauo*, Nam huiuſmodi perpetui redditus veniunt appellatione bonorum immobilium, quia ſemper adhærent immobilibos, & ſatisfaciunt fini Decretorum *de celebrat. Miſſarum*, quia per ipſos ſubminiſtratur annuum ſtipendium, & congruum emolumentam pro ſubſtinendo onere Miſſarum.

4 Secundò fit. Qood ſi Eccleſia, aut Monaſterium ſit grauatum aliquo annuo ceuſu ſuper propriis bonis immobilibus, & aliundè non adſit vndè extinguatur, poſſit redimi cum pecunia inueſtienda pro fundo Miſſarum, vt notat etiam Tamburin, *Opuſc. de ſacrif. Miſſ. libro tertio, capite primo, §. 6. numero nono*. Nam dum extinguitur cenſus, creſcunt Eccleſiæ, ſeu Monaſterio fructus illi, quos abſorbebat ceuſus. Requiritur autem, quod nou adſit vndè aliundè extinguatur : quia ſi adeſſet, non fieret augmentum fructuum, nec obtineretur finis, quia etiam abſque pecunia deſtinata pro Miſſis adhoc extingueretur. Rutſus, eriam erit neceſſarium, quod bona immobilia, quibus erat impoſitus cenſus ſubiiciantur oneri Miſſarum, cum expreſſione indiuidua talis oneris. Vndè, quia ſunt remanſura perpetuò affecta tali onere, oportet, quod ſi ſe offerret occaſio extinguendi dictum cenſum, quod illa pecunia conuertatur in immobilia fructifera, ne Eccleſia, aut Monaſteriom fiat deterioris conditionis, quàm eſſet, ſi cum pecunia pro Miſſis non eſſet extinctus cenſus. Nam ſi non eſſet extinctus, adueniente occaſioue extingueretur, & vltra fructus cenſus, adeſſent etiam fructus legati pro Miſſis.

5 Tertiò, fit quod hæc pecunia adhiberi poſſit pro ſoluendo reſiduo pretij aliſcuius prædij, aut cuiuſcumque rei immobilis emptæ ab Eccleſia, vt notat etiam Tamburin. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. libro tertio, capite primo, §. ſexto, numero decimo*. Nam ſaluatur, quod inueſtiatur pecunia in re immobili fructifera, quia pars prædij, quæ correſpondet reſiduo pretij verè eſt empta pecunia retracta ex legato. Vndè neceſſe erit, quod in tali caſu prædium ex parte ſubiiciatur oneri Miſſarum, cum indiuidua mentione ipſius, iuxta Decreta *de celebratione Miſſar.*

6 Quartò fit, licet oppoſitum ſentiat Marchin. *de ſacrament. ordin. tract. tertio, par. ſecunda, capite decimo quinto, numero trigeſimo octauo*, verſ. *Quare ergo*, quod pecunia legati pro Miſſis poſſit inueſtiri, redimendo prædium, aut quodcumque ſtabile fructiferum, venditum ſit ab Eccleſia, ſeu Monaſterio, cum pacto retrouendendi, vt notat etiam Tamburin. *opuſc. de ſacrif. Miſſ. libro tertio, capite primo, §. 6. numero vndecimo*. Nam dum redimitur ſtabile fructiferum, pecunia legati implicatur in fundo froctifero, quod ſubiicitur oneri Miſſarum, iuxta Decret, Sac. Congreg. Nec obſtat fundamentum Marchini, quod fieri poteſt, quod huiuſmodi ſtabile ſit alteri hypothecatum, & proindè poſſit euinci : quia boc non probat vniuerſaliter, quod non poſſit redimi; ſed ſolum, quod non poſſit, ſi ſit hypothecatum. Quod locum habet uedum in hoc caſu, ſed in quacumque alia inueſtitura pecuniæ legatæ, quæ numquam inueſtiri poteſt immobilibus alteri hypotbecatis. Illud tamen eſt obſeruandum, quod boc non habeat locum, ſi aliundè adſit vndè redimatur dictum ſtabile, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra *num.* 4.

Facta autem inueſtitura pecuniæ legatæ, bona 7
immobilia ex eadem empta remaneot inalienabilia, tamquam ſubiecta oneri Miſſatum. Et quamuis id expreſsè non diſponatur in Decret. *de celebrat. Miſſarum* tacitè tamen ſtatuitur, dum diſponitur, qood fundus fructifer remaneat ſemper pro ſubſtinendo onere; & ne onus ſit ſine debito emolumento. Et proindè tamquam neceſſariò ſequens ex fine legis habetur pro expreſſo. Cap. *cum olim.* de *conſiſt.* & *l. prætor* ver. *Expreſſum ff.* de *noui oper. nun.* vbi Gloſ. & Doctores Crauet. *conſil.* 556. *numero quarto*, Ruin. *conſil.* 23. *numero decimo, libro quinto*, Bald. *in l.* 1. *circa fin. ff.* de *bis qui an apertab. teſtament.* Sanſ. *conſil.* 97. *numero centeſimo ſeptimo, vol.* 1.

Quod ſi contingat, ex aliqua neceſſitate alienari, 8
requiritur licentia Sedis Apoſtolicæ, & pretium retractum ex alienatione conuerti debet in alia bona ſtabilia fructifera, cum indiuidua expreſſione oneris Miſſarum, cui ſubiiciuntur. Ita ſtatuitur in iiſdem Decretis *de celebrat. Miſſarum §. Præterea ne in Eccleſiis* in fin. Accedit eriam, quod ſi legatarius ſit perſona Eccleſiaſtica, aut locus Eccleſiaſticus, ſtabilia empta ex legato pro Miſſis, ſunt bona Eccleſiaſtica, & ideò neque ex hoc capite alienari poſſunt, abſque facultate Sedis Apoſtolicæ. Et hæc locum habent etiam quoad nos Clericos Regulares quia licet iuxta declarationem S. Concil. anni 1625. poſſimus inconſulta Sede Apoſtolica alienare immobilia quandiu ſtabimus inſtituto de non poſſidendis immobilibus : attamen hæc declaratio non baber locum quando immobilia ſunt ſubiecta oneri Miſſarum. Tum quia non poteſt ſtare onus ſine ipſis ex Decret. *de celebrat. Miſſar.* Tum quia cum ſimus capaces oneris perpetui Miſſarum, & fundi annexi vt declarauit Capitulum Generale vt in *par.* 1. *cap.* 7. *numero tertio*, non habet locum quoad hæc, dicta declaratio *l. in omni ff.* de *adopt.* & *l. quod dictum. ff.* de *pact.* & *l. Adigere §. quamuis ff.* de *iure patron.*

An autem huiuſmodi bona ſubiecta ooeri Miſſa- 9
rum commutari poſſint in alia bona ſtabilia fructifera. Reſp. commutari poſſe, ſed cum licenria Sedis Apoſtolicæ, cùm commutatio ſit ſpecies alienationis, vt conſtat in cæteris bonis Eccleſiaſticis. Quod habet locum, etiamſi commutentur bona ſimul cum ipſo onere, vt ſi duæ Eccleſiæ inuicem commutarent onera Miſſarum, & bona etiam oneribus ſubiecta, iuxta opinionem illornm, qui volunt, alienationem eſſe prohibitam etiam inter Eccleſias ipſas, quod non eſt huius loci examinare. Et hoc extenditur, etiamſi bona ſubiecta oneribus Miſſarum ſint laicalia, & penes locum laicalem; nam Decrera *de celebrat. Miſſar.* diſponunt de omnibus, quæ ſunt huiuſmodi oneribus ſubiecta.

QVÆST

Qvæstio 1070.

An pecunia legata pro Missis conuerti possit in censum.

SVMMA.

1 *Census redimibilis computatur inter mobilia.*
2 *Census est quid distinctum à re immobili.*
3 *Pecunia inuestienda pro Missis conuerti potest in censum.*
4 *Census cur reponatur inter bona immobilia.*
5 *Neque oppositum est iuri conforme.*
6 *In inuestienda pecunia pro Missis non potest vitari quodcumque periculum.*

1 Videtur negariuè tesoluendom : quia iuxta Decret. *de celebrat. Missarum* conuerti debeot in bona immobilia fructifera, census, cùm sint tedimibiles, attento futuro euenta redemptiunis, computantut intet bona mobilia, vt obseruant Ant. Gomez *de Censib. capite tertio, numero quarto,* Matienzu *ad l. 2. glos. 1. numero octuagesimo tertio, titulo nono, libro quinto, noua recopil.* Garzia *de benef. par. 2. cap. 5. num. 96.*

2 Quod præsertim verum est. Quia census est quid distinctum à te immobili, super qua imponitur, vt tradunt Gabr. *concl. 148. int. libro secundo,* Couarruu, *libro tertio, Variar. resol. capite septimo, num. octauo,* Ludouis. *decis. 281. numero quinto,* Rota *decis. 1. numero secundo, apud Cenc. de Censib.* & *decis. 81, numero octauo,* apud eundem. Vndè, si coostituatut census, non saluatur, qood inoestiatut pecunia in bonis immobilibus fructiferis, qoia dom constituitur census, non venditur tes censuata, sed tantùm ius percipiendi fructus ex ipsa.

3 Tenendum tamen, *Quod ex pecunia inuestienda pro Missis constitui possit census.* Ita Tamburin. *Opusc. de sacrif. Miss. libro tertio, cap. 1. §. sexto, numero octauo.* Et constat etiam ex ptaxi : vnde hîc Romæ pecunia inuestienda pro Missis emuntur loca monrium, quæ non snnt aliud, nisi quidam census tedimibiles; eùm possint extingui seu tedimi : Imò etiam ex eadem pecunia eum persoois priuatis constituuntut census. Et ideò cum praxis ita interpretetur Decrera *de celebrat. Missarum,* nulla soper hoc adesse potest difficultas.

4 Ratio autem est. Quia census teputantut inter bona immobilia, iuxta *Clemen. Exius §. Cum annui redditus* de *verb. significat.* & notant Roman. *cons. centesimo octuagesimo octauo, circa fin.* Fedet. de Senis *cons. 16. numero quarto,* Roland. *cons. 54. numero sexto, libro secundo,* Gabt. *cons. 141. numero secundo, libro secundo,* Couartuu. *libro tertio, Variar. resol. capite septimo, numero septimo,* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 6. num. quarto,* Rota *in Rom. exequutionis mandati 28. Iunij 1593.* coram Mantica. Quia licet sint quid distinctum à fundo; illi tamen adhætent, & tamqoam accessorium sequontur ipsios naturam : & aliàs afferunt annuos fructus, iuxta exigentiam Decretor. *de celebrat. Missarum.* Et proindè sunt secundum mentem Sac. Congreg. & apti ad substinendum onus Missarum perpetuum,

5 Neque obstat tatiò dubitandi. Nam opinio illorum, qui volunt, census non compotari inter immobilia, qoatenus procedit de censu teali, non est conformis iuri, nam vt constat ex Clem. *Exiui §. cumque annui.* de *verbor. signif.* hoiusmodi census reponuntur inter bona immobilia, ibi, *Cumque annui redditus inter immobilia censeantur à iure.* & ita etiam notat Glos. *ibidem* vetbo *Cumque annui.* Neque obstat, quod sint tedimibiles, quia hoc solum facit, quod non sint petpetui, non autem quod non reponantut inter immobilia. Si autem contingat redimi, erit de nouo inuestienda pecunia, quia statim subintrabit obligatio tum Decretor. *de celebrat. Missarum,* tum etiam ex natura rei, quia cum onos sit perpetuum, & successiuè transmittatur, debet etiam transmitti cum suo emolumento.

Dices. Exponi pecuniam periculo amissionis, 6
quia census perite potest, si pereat tes subiecta censui. Resp. Huic periculo exponi etiam, si ematur quæcumque res immobilis (nam illa quoqoe perire potest. Vndè in hac materia non potest vitari quodcumqoe peticulum, quia omnia subiecta sunt communibus periculis : & ideò sufficit, si prudenti modo procedatur, & pensatis omnibus, inoestiatot modo vtiliori, qui se offerat.

Qvæstio 1071.

An pecunia legata pro Missis inuestiri possit super Molendino.

SVMMA.

1 *Duplex genus Molendinorum.*
2 *Molendina fabricata super ripis sunt bona immobilia.*
Potest inuestiri pecunia pro Missis super Molendinis in Ripis.
3 *Et etiam si adhereant fundo fluminis immobiliter.*
Molendina adhærentia fluminis fundo sunt bona immobilia.
4 *Imò etiam fabricata super nauibus.*
Potest super Molendinis nauibus substentatis inuestiri pecunia pro Missis.
5 *Pecunia exposita lucro connumeratur inter bona immobilia.*
6 *Molendinum cur reponatur inter immobilia.*
Aqua est præcipua pars substantialis Molendini.
7 *Annui redditus computantur inter immobilia.*

Molendina sunt in duplici differentia : quæ- 1
dam enim fabricantut in tipis fluminum, ita vt per canales aqua ad ipsa deriuetur. Quædam verò fabticantur super nauibus in flumine, itavt mobilia sint per flumen. Verùm, alio etiam modo fabricari possunt in flumine, itavt cousorgat tertia differentia Molendinorum : nempe si fabricentur in flumine, sed immobiliter adhærentia fundo ipsius, vel mediante fabrica cæmentaria, vel mediantibus trabibus fixis in fundo fluminis, itavt non possiot moueri de loco ad locum, sed sint ædificia fixa.

Quod spectat ad Molendina, quæ sita sunt in ri- 2
pis, esse apta, vt in ipsis inuestiatut pecunia legata pto Missis, non videtur in dubium reuocandum, quia sunt bona fructifera, & veniuot sub genere bonorum immobilium, vt tradunt Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. numero nonagesimo secundo,* Caldas Peteira *in l. si curatorem verbo* Coontractum *num. 14.* Guttierez Pract. *quæst. 91. num. 2. lib. 3.* Tusehus *littera M. conc. 303. num. 4.* Vndè concurrunt in his conditiones tequisitæ per Decret. Sac. Congregat. *de celebr. Missar.* Nam solom tequirit, quod inuestiantur in bonis immobilibus fructiferis, qualia sunt dicta Molendina.

Ex hoc etiam deducitur. Quod pecunia legata pro Missis inuestiri possit super Molendino fixo in fundo flumiois; nam adhuc concurrunt in ipso necessariæ coaditiones; siquidem affert annuos fructus, & habetur etiam pro re immobili. Dato enim, quod secundum se pro mobili haberetur, dum tamen adhæret fundo immobilia fluminis, & immobiliter ceosetur immobile, iuxta Authen. *de non alien. §. Hic ergo collat.* t. t. & notant ibi Glos. & Angel.

4 Maior difficultas est, si Molendina sint fabricata super nauibus, & innatent flumini mobiliter; iuxta namqoe Doctores *numero secundo*, citat. veniunt appellatione mobilium, & ideò non sunt apta, vt in ipsis inuestiatur pecuoia pro Missis. Attamen resoluendum est, quod etiam io ipsis inuestiri possit dicta pecunia: nam adhuc computari possunt inter immobilia: sunt enim prædium rusticum, vt obseruant Tiraquell. *de retract. lign. §. primo, glos. 7. numero nonagesimo secundo*, Guttierez *Pract. quæst. 91. numero decimo, libro tertio*, Negusan. *De pignor. par. secunda, memb. 2. numero centesimo quadragesimo quarto*, Et ideò habentur pro bonis immobilibus, præsertim si considerentur immobilia in ordine ad fructificandum. Quem effectom præcipuè attendunt Decreta *de celebrat. Missar.* Quia finis inuestituræ iniunctæ, est, qood adsint annui fructus pro substioendo onere Missarum.

5 Accedit etiam, quod pecunia ipsa, quæ super omnia mobilia primum locum tenet, si tamen posita fit ad lucrandum in banchis Campsorum, coonumeratur ioter bona immobilia: vt tradunt Budel. *de monet. libro primo, capite vigesimo quinto, num. decimosexto*, Tiraquell. *de retract. lign. §. primo, glos. 7. numero centesimo decimo quarto*, Baiard. ad Clar. *§. fin. quæst. 78. numero centesimo quinquagesimo primo*, Gratian. *decis. Marchiæ 95 numero nonagesimo*, Ioseph Lud. *concl. 48. numero quadragesimo secundo*, Et hoc non alia ratione, nisi quia est destinata negocio io ordioe ad lucrandum. Vndè cum etiam huiusmodi Molendinom fit destinatum ad fructificandum, computandom erit inter immobilia.

6 Ratio verò est. Qoia, quantum est de se, Moleodinum est ædificium, quod ex sui matura exigeret esse fixum solo: & quod si mobiliter super flumine, est per accidens, ob maiorem scilicet commoditatem, seu ob minotes expensas in fabricando. Rursus etiam, habet in flumine eertum situm, seu locum, locum, intra quem debet contineri, & firmari super aquas immobiliter, itavt non sit tamquam nauis, quæ hoc, illuc deferatur. Et proindè loeatur in flumine immobiliter, quia semper continetur intra eundem situm. Rursus etiam, quamuis aqua continuò fluat, est tamen semper eadem; sicut etiam, hoc non obstante, flumen est semper idem flumen, est etiam idem fundus fluminis cum eadem aqua: & sicut totum flumen, quia adhæret alueo, est immobile, & inter immobilia bona computatur; ita etiam qualibet pars fluminis cum sua parte aloei inter immobilia computabitur. Cùo ergo aqua sit potissima, & substantialis pars molendini, vt tradunt Bald. *in Cap. significante numero secundo*, vers. *si hic vendo. de rescript.* Ruin. *cons. 94. numero octauo, libro quarto*, Cepoll. *cons. 46. numero quadragesimo primo, libro secundò*, Io. Ant. Lanar. *cons. 2.* Penia *decis. 898. numero sexto*, fit, quod, cùm illa pars fluminis cum soo alueo sit bonum immobile, totum Molendinum pro tali habendom sit, cum denominario fieri debeat à parte potissima substantili, præsertim, cum totum Molendinum, vt dictum est, adhæreat morali modo Immobiliter parti immobili aluei, oec ducatur per flumen, sicut ducuotur naues.

Ex dictis infertur. Quod super huiusmodi quibuscomqoe Molendinis constitui poterit annuus census, iouestiendo hoc pacto pecuniam relictam pro Missis: quia emitur ios ad percipiendos fructus, & redditus annuos: qui connumerantur ioter bona immobilia, iuxta Clem. *Exiui §. Cumque annui redditus. de verbor. significat.* vt dictum est etiam in *preceden. quæst.* & notaot etiam, præter ibi citat. Glos. in *l. Iubemus, verbo* annuos C. *de Sacrosan. Eccles.* Fælic. de Solis *de Censib. tomò primo, libro quinto, capite septimo, numero secundo*, Gasp. Roderic. *de ann. reddit. libro primo, quæst. decima quarta*, Garzia *de benef. par. secunda, capite quinto, numero nonagesimo quinto*, Matienzo *ad l. 7. glos. 1. numero decimo octauo, tit. 11. libro quinto, noua Recopilat.* Vndè si ius ad percipieodos fructos Molendinorum connumerarur inter immobilia, non video, cur potiori ratione non debeant connumerari etiam ipsa Molendina. An autem expediat emere Molendina, aut super ipsis fundare census, relinquitur considerandum prudenti administrarori, qoi pensatis circumstantiis, inuestiet eo meliori, ac securiori modo, quo poterit. 7

QVÆSTIO 1072.

An ex pecunia inuestienda pro Missis perpetuis fundari possit census super bonis immobilibus Monasterij.

SVMMA.

1 *Impositio census non continet alienationem. Regulares non possunt imponere census super propriis bonis absque licentia.*
2 *Pecunia inuestienda pro Missis non potest inuestiri super bonis Monasterij.*
3 *Si ex inuestitura pecunia non acquirantur fructus de nouo, non obtinetur finis Decretor.* de celebr. Missar.
4 *Ratio trahit legem, & lex sine ipsa non trahitur.*
5 *Pecunia pro Missis non potest inuestiri in hortis incorporatis Monasterio.*
6 *Neque super domibus inhabitatis à Religiosis.*
7 *Theatini possunt inuestire pecuniam pro Missis super propriis bonis immobilibus.*

QVamuis Census sit quid distinctum à fundo, super quo imponitur, cum sit tantùm ius percipiendi fructus ex fundo, vt dictum est in superioribus, vt proindè impositio census non contineat alienationem, seu venditiooem fundi, vt dixit Rot. *decis. 1. numero secundo*, & *decis. 81. numero octauo*, apod Cenc. de Censib. & *in Tusculan. Sylvar. 15. Martij 1619.* coram Caualero. Dominium namque rei censuatæ remanet penes suum dominum: Attamen quia Sac. Congregat. Concil. de mandato Vrbani VIII. prohibuit Regularibos imponere census tam perpetuos, quàm vitalitios super bonis propriis, sub pœnis io eo Decret. expressis, absque expressa licentia eiusdem Sac. Congreg. ideò difficultas præsens non habet locum, nisi quoad eos, qui possuot bona stabilia alienare, atque ad eò etiam super ipsis imponere census. 1

Dicendum est. *Pecuniam inuestiendam pro Missis non posse implicari in bonis ab Ecclesia, seu Monaste-* 2

Monaſterio iam poſſeſſis, *ſiue emendo illa*, *ſiue fundando cenſum ſuper ipſis*. Ita etiam tradidi in *Quæſt. Canon.* 172. *numero tertio*, *Cent.* 2. & ita etiam tradunt Bordoo. *in Conſil. Regul. reſol.* 25. *numero trigeſimo quarto*, Lezana *verb.* Miſſa *numero trigeſimo ſeptimo poſt init.* Tamburin. *Opuſc. de ſacrif. Miſſ. libro tertio*, *capite primo*, §. *ſexto*, *numero nono*, verſ. *non ſic.* Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. diſp.* 3. *de ſacrif. Miſſ. quæſt.* 7. *difficul.* 6. & ſequitur ex regula tradita in ſuperioribus, quod pecunia debet tali pacto inueſtiri, vt accreſcant noui fructus, qui correſpondeant oneri.

3 Ratio verò eſt. Quia in decret. *de celebrat. Miſſarum*, præcipitur, quod pecunia ſiue relicta pro Miſſis, ſiue retracta ex mobilibus, inueſtiatur in bonis immobilibus fructiferis, vt oneri perpetuò Miſſarum correſpondeat emolumentum proportionatum; ne, ſi emolumentum nullum ſit aut exiguum, Sacerdotes, ad quos ſpectat celebrare, tepidiores, ac ſegniores fiant. Si autem non acquiruntur fructus de nouo, perinde eſt, ac ſi connumeretur onus ſine emolomento, quia aggrauatur Monaſterium onere nouo, & non ſubleuatur nouo emolumento: & proindè de nouo ſentit tantùm incommodum, & nullum commodum. Imò ſentit damnum, quia ſi non haberet onus hoc perpetuum, poſſet pro illis Miſſis recipere ſtipendia manualia. Vndè non obtineretur finis legis, & proindè violarentur Decreta.

4 Confirm. Quando ratio finalis legis expreſſa in lege non habet locum, nec etiam lex ipſa poteſt habere locum, quia non plus extenditur lex, quàm extendatur ipſa ratio, aut è contra, & ratio trahit legem, & ſine ratione non trahitur *l. His ſolis* verſ. *ſatis etiam cauté C.* de *reuocan. donat*, & *l. illud. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & *l. item veniunt*. §. *Ait ſenatus* ff. *de petit. hæred.* & notant communiter Tiraquell. *in l. ſi vnquam. verbo* Libertis *numero quarto*, C. *de reuocan. donat* Gonzalez *ad reg* 8. *Cancell.* §. *ſeptimo*, *præm. numero centeſimo quinto*, Rebuf. *Ad l. In lege cenſoria numero* 105. *ff.* de verb. *ſignif.* Surd. *deciſ.* 186. *numero octauo*, Guttierez *Quæſt. pract. decima ſeptima*, *numero octuageſimo quarto*, *libro tertio*. Si autem pecunia pro Miſſis inueſtiatur ſuper bonis Monaſterij, ex quibus iam percipiebat fructus, itavt nulli fructus accreſcerent, non habebit locum in hac inueſtitura ratio expreſſa in Decret. *de celebrat. Miſſarum*, quia non ponerur emolumentum congruum, quod excludatur ſegnities, & negligentia in adimplendo onere. Ergo nec etiam locum habebit lex ipſa: quia lex quando obſeruatur, ponit ſuum effectum finalem, ad quem ordinatur: & ſi non ponitur, non adeſt ibi obſeruantia legis.

5 Ex quibus infertur. Præfatam pecuniam non poſſe inueſtiri in hortis incorporatis Monaſterio, quamuis ex ipſis percipiantur fructus. Quia hi quoque fructus ſunt incorporati bonis vſualibus Monaſterij, & cùm non faciant creſcere Monaſterium in bonis poſſeſſis, nec etiam reddunt ipſum potens ad ſubſtinendum onus, & proindè violantur Decreta *de celebrat. Miſſarum*. Et cùm tranſmittatur onus ad ſucceſſores abſque nouo emolumento, tranſmittitur ad impotentes, quia non habent vndè illud ſubſtineant. Imò hoc modo poſſet depauperari Eccleſia, ſeu Monaſterium, ſiquidem poſſent omnia bona eius fructifera ſubiici oneri Miſſarum, & nihil liberum remanere Monaſterio, & conſumi reddiros ipſius, dum ſubſtituuntur oneri Miſſarum.

6 Secundò infertur à fortiori. Neque poſſe huiuſmodi pecuniam inueſtiri ſuper ipſo Monaſterio, ſeu domibus, quas inhabitant Religioſi, aut alij Miniſtri Eccleſiæ. Nam iuxta Decreta Sac. Congregat. *de celebrat. Miſſarum* debent inueſtiri in bonis immobilibus fructiferis. Monaſterium autem, aut domus prædictæ, quamuis ſint fructiferæ in habitu, quia tamen actu non fructificant, non poteſt in ipſis inueſtiri pecunia. Quia finis inueſtituræ eſt, vt acquirantur noui prouentus, vndè ſubſtineatur onus Miſſarum: quod obtineri non poteſt, niſi actu fructificent. Et quod omninò conuincit, eſt, quod pro oneribus Miſſarum, requiruntur bona immobilia fructifera; quæ exhibeant annuos prouentus, talia autem non ſunt Monaſterium, quod inhabitatur à Religiuſis, nec hortalitia incorporata; nam Fratres Minores, qui non ſunt capaces bonorum immobilium, nec annuorum prouentuum, poſſunt tamen habere habitationem, ſeu Monaſterium, & hortalitia.

Tertiò infertur. Theatinos, cum poſſint alienare bona immobilia, quæ ipſis quocumque titulo libera obueniunt, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, cum ſola licentia Generalis, eò quod ſecundum proprium inſtitutum, non poſſideant talia bona, poterunt eadem ſubiicere oneribus perpetuis Miſſarum, ſi aliàs habilia ſint, itavt non ſint litigioſa, & ferant fructus conſuetos, qui correſpondeant oneri, & non ſint ſubiecti ſpecialibus periculis. Concurrunt enim conditiones neceſſariæ: & cum poſſint alienari, poſſunt etiam ſubiici huiuſmodi oneribus. 7

QVÆSTIO 1073.

An pecunia inueſtienda pro Miſſis poſſit applicari fabricæ Monaſterij, aut reparationi domorum, quæ inſeruiunt pro Monaſterio.

SVMMA.

1. *Pecunia pro Miſſis an implicari poſſit pro reparatione fabrica domorum conuentus, &c.*
2. *Bona immobilia, in quibus inueſtienda pecunia debent afferre fructus ſucceſſiuos pro ſubſtinendo onere.*
3. *Onus Miſſarum & legatum ſe inuicem trahunt.*
4. *Modus ſub quo relinquitur legatum pro Miſſis eſt cauſa finalis.*
   Modus eſt conditio reſolutiua.
5. *Bona immobilia in quibus inueſtienda pecunia pro Miſſis, debent actu fructificare.*
6. *Ex pecunia inueſtienda pro Miſſis debent percipi ſpeciales fructus à ceteris diſcreti.*
7. *Quomodo poſſit fabricari, aut reparari domus ex pecunia deſtinata pro Miſſis.*
8. *Pecunia obligata Miſſis perpetuis non poteſt reparari Monaſterium.*
   Nec etiam reparari Eccleſia.
9. *Cur regulares ex fructibus pro Miſſis poſſint ſoluere penſionem domus, & non poſſint pecunia deſtinata pro Miſſis illam emere.*
10. *Regulares an poſſint recipere cenſuentum cum onere Miſſarum.*

PEirin. *in Formular. littera*, *A. capite vndecimo*, *numero* 2. ponit caſum aliquorum Religioſorum, de quibus inquirit, An poterint, pecuniam inueſtiendam pro Miſſis implicare in reparationem cuiuſdam domus combuſtæ, quæ inſeruiebat pro habitatione colonorum, qui colebant certos agros Mo- 1

nasterij, & cogebantur conducere ad hunc effectum aliam domum à vicino. Et affirmatiuè respondet. Primò, quia domus reparata est de sui natura fructifera, licet in præsenti per accidens non fructificet. Secundò, quia potest dici, quod illa domus fructificet, quatenus liberat Monasterium à solutione pensionis pro altera domo. Tertiò, quia possent Regulares cum illa pecunia domum emere, cur ergo non poterunt etiam fabricare? Quartò. Quia illa pecunia est versa in vtilitatem perpetuam Monasterij. Quintò, potest illa pecunia extingui census Monasterij, ergo etiam reparari domus, & subdit, quod etiam implicari posset ad reparandum fabricam Monasterij, si minaretur ruinam, nec aliundè reparari posset. Quia sicuti possent acceptare Conuentum sibi donatum cum onere Missæ perpetuæ; ita etiam reparare pecunia destinata pro Missis, assumendo onus Missæ perpetuæ, intuitu reparationis.

2 Tenendum tamen est. *Quod pecunia inuestienda pro Missis, non possit implicari in reparatione fabricæ, siue domorum, siue Conuentus: sed esse inuestiendam in bonis immobilibus actu fructificantibus.* Ita Bordon. *in Consil. Regul. resol. vigesima quinta, numero trigesimo quarto*, Lezana *in Summ. verbo.* Missa. *numero trigesimo septimo. post. init.* Auersa *quæst. vndecima, de Euchar. sect. decimo septimo*, vers. *Admittit verò.* Gabr. à S. Vincen. *de sacramen. disp.* 3. *de sacrif. Miss. quæst. septima, difficul.* 6. Tamburin. *Opusc. de sacrif. Miss. libro tertio, capite primo, §. sexto, numero decimo quarto*, vers. *Quoad septimum.* Ratio est. Quia iuxta Decreta *de celebrat. Missar.* debent inuestiri in bonis immobilibus fructiferis, in ordine ad substinendum successiuè onus Missarum: ne ij, ad quos spectat, in celebrando segniores, & negligentes fiant. Ad quod euitandum requiritur, quod fructus successiuè correspondeant oneri, vt possit commodè substineri. Et ideò debent accrescere noui fructus, vt onus successiuè coniunctum sit cum vtilitate; sicut requirit Sac. Congregatio.

3 Confirm. Testator reliquit legatum simul cum onere Missarum, eo fine, vt legatum sit fundamentum oneris, & onus sit quid inhærens legato, tanquam eius accessorium. Vndè ex dispositione testatoris, onus & legatum sunt inter se connexa, quatenus legatum præbet vires ad onus adimplendum. Ergo, cum ex dispositione testatoris, onus debeat transmitti ad successores, debet etiam transmitti legatum, quatenus præbens vires pro onere substinendo. Non transmittitur autem, nisi transmittantur speciales fructus sufficientes pro onere substinendo.

4 Confirm. secundò. Onus Missarum adiicitur legato, in vim modi, sub quo relinquitur emolumentum percipiendum à legatario. Et proinde modus est causa finalis dispositionis, vt obseruant Crauetta *cons.* 59. *num* 4. Anton. Faber *lib. sexto, Cod. tit.* 22. *definit.* 2. *numero tertio*, & emolumentum in exequutione ordinatur ad obtinendum finem, tanquam causa inductiua illius, qui in intentione fuit causa illius, vndè non adimplens modum priuatur relicto commodo, & perinde est, ac si deficeret conditio, aut in pendenti esset, siquidem est conditio resolutiua *l.* 1. *C.* de *his quæ sub modo.* & notant Glos. *ibid.* Cuiac. *in parat. ibidem* Menoch. *cons.* 78. *numero sexto, & decimo septimo*, Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 6. *numero decimo tertio*, & *qu.* 23. *numero septimo.* Ergo ex vi dispositionis modalis testatoris debent in legatis pro Missis perpetuis remanere perpetui, & speciales fructus, qui successiuè respondeant oneri; tum quia debent esse successiuè causa inducens assequutionem finis intenti à testore. Tum quia, cum legatum acquiratur reuocabiliter, siquidem potest reuocari, modò non seruato, remanere debet in propria, & speciali forma, cum destinatione ad onus, pro quo relinquitur, vt maneat in suo statu reuocabilitatis, nec confundi potest cum bonis non reuocabilibus.

5 Ad primùm, in oppositum resp. Bona immobilia, in quibus inuestienda est pecunia pro Missis, non solum debere esse fructifera habitu, sed etiam actu fructificare: tum quia hoc est necessarium ad obtinendum finem legis, nempe, ne successores nullam, aut exiguam percipientes vtilitatem, segniores, & negligentes fiant in celebrandis Missis. Tum quia fructus requiruntur pro substinendo onera celebrationis Missarum, & pro substentatione celebrantium, & ideò debent esse continui, & actuales, sicut etiam est celebratio. Vndè cum de iure naturæ si debita substentatio celebranti, vt suo loco dictum est, siue sit pauper, siue diues, non potest ab aliquo illa priuari, & ideò ex hoc quoque capite, debet ita inuestiri pecunia, vt pro celebrantibus accrescant noui fructus continui.

6 Ad secundum. Ad summum posse dici, quod illa domus fructificet per æquipollentiam, quod tamen non sufficit, nec pro seruanda mente testatoris, vt constat ex dictis, nec attenta exigentia dispositionis modalis. Imò cum onus speciale sit, & ratione cuius debetur ministris substentatio de iure naturæ, requiruntur speciales fructus ad id destinati, vt tanquam causa possint influere in assequutionem finis intenti à testatore, & præbeant substentationem celebrantibus. Imò, si res attentè consideretur, neque erit idem per æquipollentiam, quia pensio, quæ aliàs solueretur, sicut remaneret incorporata cæteris bonis Monasterij; ita non agnosceretur, tamquam ex speciali capite, destinata pro substentatione celebrantium, neque accresceret aliquid vtilitatis nouæ, sed solum repararet damnum.

7 Ad tertium, Posse quidem fabricari domum pecunia inuestienda pro Missis, sed in ordine ad locandum. Vndè etiam posset reparari domus destructa, si esset in ordine ad fructificandum, mediante locatione. Quia esset noua domus subiecta oneri Missarum, cum acquisitione nouorum fructuum: & proindè saluarentur omnia, quæ debent saluari. Quod non contingit, si domus repararetur, in ordine ad habitationem, cum tunc non accrescant noui fructus pro substentatione oneris. Vndè non sufficit, quod sit versa pecunia in vtilitatem perpetuam Monasterij, vt dicitur in 4. argumento, sed debet esse vtilitas, quæ consistat in fructibus pro subministranda substentatione celebrantibus Missas. Vndè solutum manet quartum argumentum: sicut etiam quintum, nam quando extinguitur census, accrescunt fructus, qui erant alienati, qui proindè inseruiunt pro substinendo onere Missarum.

8 Ex quibus deducitur. Non posse substinere, quod Peirin. num. 1. citat. habet, Posse scilicet pecuniam destinatam pro Missis conuerti in reparationem Monasterij. Nam certum est, quod Monasterium non fructificat, nec fructificare potest, quia non potest locari; & ideò non subministrat expensas pro substentatione celebrantium, sicuti esset necessarium, & ex natura rei, & ex Decretis *de celebr. Missar.* Similiter etiam nec subsistere potest, quod possit ista pecunia conuerti in reparationē Ecclesiæ, quasi hoc modo fructificet, vt ait Peirin, quia non possent

celebra

celebrati Missæ, nisi adesset Ecclesia, in qua celebraretur; nam legatum pro Missis non relinquitur, nisi pro sustentatione celebrantium, & ad summum, pro expensis pro celebratione, & supponit, aliunde adesse Ecclesiam, & reparari posse. Deinde pecunia insumpta pro reparatione Ecclesiæ nullo modo fructificat, imò implicatur in eò, quod exigit continuas expensas pro manutentione. Ita etiam Gabr. à S. Vincent. *de sacramen. disp. 3. de sacrific. Missar. quæst. 7. difficul. 6.*

9 Nec obstat, quod si Regulares non haberent Conuentum, possent conducere domum, soluendo pensionem, & vtendo fructibus legati pro Missis pro hac solutione. Nam non sequitur ex hoc, quod pecunia legata pro Missis fabricare possint Conuentum: siquidem, si dicta pecunia fabricent Conuentum, non remanet fundus fructifer pro Missis, nec annua vtilitas pro sustinendo onere. Si verò conducant domum; & fructibus perceptis pro Missis soluant pensionem, quotannis percipiunt congruam vtilitatem pro onere Missarum: quod autem implicent in hoc potius, quàm in illo fructus perceptos, pendet ex eorum voluntate.

10 An autem possint Regulares fabricatum Conuentum ab aliquo benefactore recipere cum onere alicuius Missæ, præsertim quotidianæ, pars affirmatiua non videtur in dubium reuocanda: quia adhuc remanent liberi, vt possint aliàs Missas celebrare, & pro ipsis accipere eleæmosinam. Ex hoc tamen non infertur, quod etiam pecunia legata implicari possit in fabricam Conuentus. nam in priori casu obligatio suscipitur intuitu Conuentus donati, & ideò non suboritur alia obligatio apud Regulares, quàm celebrandi Missas sibi impositas.

QVÆSTIO 1074.

An deficientibus fructibus pro Missis assignatis, cesset obligatio celebrandi.

SVMMA.

1 *Pereuntibus fructibus ex culpa legatarij; non cessat onus Missarum.*
Culpa non egreditur suos auctores quoad damnum.
2 *Pereuntibus fructibus cessat obligatio celebrandi.*
3 *Corruente fundamento, corruit quod ipsi innititur.*
4 *Obligatio celebrandi est dependens à prouentibus.*
Cessante fine cessat obligatio, ob quem est assumpta.
5 *Obligatio consurgit ex consensu illius, qui illam suscipit.*
Cessat obligatio veniens ad casum, à quo non potuisset incipere.
6 *Deficientibus fructibus ad tempus, ad tempus etiam cessat obligatio.*
Correlatiua se inuicem inferunt, & se inuicem tollunt.
7 *Fructus inexigibiles se habent ac si non adessent.*
Si fructus sint inexigibiles, cessat obligatio celebrationis.
8 *Quid si fructus pro Missis deficiant ex culpa Prælati, & non Capituli.*
Culpa Prælati non præiudicat Ecclesiæ.
Ecclesia patiens damnum ex propria negligentia restituitur.

1 Fructus perire possunt, vel quia deficiat fundus, vel quia remanente fundo, non percipiantur fructus, vt si fundus esset aliquis ager, qui ex aliquo accidenti sterilesceret; vt si consisteret in locis montium, & non soluerentur fructus ex aliquo casu extraordinario, aut quia non colligerentur gabellæ, super quibus fundantur, aut ex aliquo alio capite. Certum est autem, vt notant Doctores infra citandi, quod si pereant fructus ex culpa legatarij, quod adhuc durat obligatio: nam non debet culpa vnius alteri nocere, cum culpa non egrediatur suos auctores *l. Sancimus* C. de pœnis & Cap. *Quæsiuit.* 2. *de his quæ fiunt à maiorat. par. capit.* & Cap. *Romana in fin. de senten. excomm. in 6.* & ideò legatarius lucro debet pœnam suæ culpæ, celebrando Missas absque fructibus correspondentibus. Vndè difficultas est, quando absque culpa legatarij pereunt fructus.

Dicendum est. *Pereuntibus fructibus designatis pro Missis, cessare obligationem celebrandi.* Et idem etiam dicendum est, si non possit exigi. Ita Honcala *Opusc. de valor. Missarum art. 17. Propos.* 1. Perez de Lara *de Anniuers. libro primo, capite decimo quinto, numero octauo & nono* Fraxinell. *de oblig. sacerd. sect. 4. conclus.* 4. §. 27. Riccius *in Prax. resol. 105. in fin. par. quarta*, Lezana *in Summ. verbo. Missa. numero 37. circa med.* Alphonf. de Leon. *de off. Capell. quæst. quinta, sect. 14. numero 136.* Bordon. *in Consil. regular. resol. 25. numero trigesimo primo*, Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss. libro tertio, capite primo*, §. 3. *numero octuagesimo nono*, Peirin. *tomo tertio, de priuileg. capite primo, numero vigesimo nono, in fin.* Cassina *in Catechesi regul. titulo duodecimo, numero trigesimo secundo*, Franc. Lugo *libro quinto, de sacrament. capite duodecimo, quæst. 9. numero nonagesimo septimo.* Garzia *in Summ. tract. 3. difficult. 10. dub. 10. num. 2.* 2

3 Ratio desumitur ex eo. Quod onus Missarum impositum adhæret legato, & fructibus ipsius tamquam fundamento: est enim modus, sub quo relinquitur legatum, & ideò innititur eidem legato, & fructibus, ratione quorum sustinetur onus. Si ergo deficiunt fructus, cessabit onus, & obligatio celebrandi Missas; quia deficiente fundamento, corruit etiam, quod super ipso fundatur *l. Nam origo ff. Quod vi aut clam.* & Cap. *cum Paulus* 1. *Quæst.* 1. *&* notant Menochi *conf. 48. numero 35.* Viuius *decis. 21. num. 25.*

4 Quod amplius confirm. Obligatio celebrandi non suscipitur, nisi intuitu annui prouentus, correspondentis celebrationi Missarum, & sicut commodum legati est sub modo oneris celebrandi, ita vt resoluatur dispositio, si non seruetur modus, vt constat ex dictis in superioribus; ita etiam obligatio celebrandi est dependens ab annuis prouentibus, tamquam ab alio correlatiuo modo, sub quo suscipitur. Ergo, si deficiant fructus, resoluetur obligatio celebrandi, tamquam assumpta sub modo, seu conditione, quod adsint fructus correspondentes oneri. Præsertim quia obligatio celebrandi est assumpta in eum finem, quod per fructus legati subministretur congrua sustentatio, & proindè, cessante hoc fine, cessat etiam obligatio *l. Adigere* §. *Quamuis ff. de iure patr.* & tradit Tiraquell. *tract. Cessante causa par. 1. num. 109.*

5 Confirm. secundò. Obligatio non excedit intentionem eam imponentis, & intentionem suscipientis, consurgit enim ex consensu illius qui illam suscipit *l. 1. §. 1. ff.* de pact. & *l. si ego* & *l. Non omnis ff. de reb. credit.* & *l. in venditionibus. ff. de contrahent. empt.* Cum autem fundator assignet pro onere celebrandi congruos prouentus, intendit obligare mediante illa compensatione: & suscipiens onus intendit se obligare, quatenus sibi obueniant prouentus compensantes onus. Ergo

Ergo, si deficiat res, venit ad casum, in quo fundator non imposuisset obligationem, nec suscipiens acceptasset, & ideò extinguitur, cum deueniat ad casum, a quo incipere non potuisset *l. Existimo posse* & *l. Pluribus rebus* ff. de *verbor. oblig.* Vbi Bald. Castren. & alij.

6 Ex dictis infertur. Quod si fructus ad tempus deficerent, ad tempus quoque cessaret obligatio, nempè pro toto illo tempore, quo fructus deficiunt. Cùm enim fructus sint fundamentum obligationis, & habeant tractum successiuum, sicut habet etiam obligatio, si fructus interrumpuntur, interrumpitur quoque obligatio, & recurrentibus fructibus, recurrit etiam obligatio: sunt enim correlatiua, perceptio fructuum, & obligatio; & proindè vno destructo, tollitur & aliud *l. Filio §. matrimon.* ff. de *adimen. legat.* Hoc autem habet locum deficientibus fructibus ex quocumque casu siue ordinario siue extraordinario.

7 Secundò infertur. Idem locum habere, etiamsi adsint fructus, sed sint inexigibiles, quia tunc perinde est, ac si non adessent, *l. Ex consensu* §. 1. ff. de *appellat.* neque enim legatarius percipit ex ipsis aliquam vtilitatem, nisi exigantur: Vnde cum obligetur intuitu vtilitatis, quam percipit; dum sunt inexigibiles, cessat omnis vtilitas, & ideò etiam obligatio. Debent tamen esse vera inexigiles, non autem ex negligentia legatarij. Tenetur enim legatarius, vt aduertit etiam Riccius *resol. centesima quinta, numero quarto*, vers. *Quare concludendum* adhibere diligentiam pro illorum exactione; siquidem acceptando legatum assumpsit etiam onus exigendi, & ideò deficeret in proprio officio, si esset negligens, & non excusaretur à celebratione Missarum.

8 Circa id autem; quod *numero primo*, dictum est, dubium remanet, An, si culpa Prælati deficiant fructus, sed non culpa Capituli, cesset obligatio celebrandi, quæ est penes Ecclesiam, seu Capitulum. Et eadem ratio est de obligatione cuiuscumque loci pij, seu communitatis, si culpa sit tãtùm illius, qui præest. Et cessare videtur resoluendum, quia cessant fructus, & quamuis cessant culpa Prælati, aut alterius superioris, eius tamen culpa non præiudicat Ecclesiæ, vt passim Rota coram Caputaquen. *decis.* 128. *numero tertio, par. secunda*, Seraphin. *decis.* 436. *numero secundo*, Puteo *in Rom. Castri Feliciani decis.* 285. *numero primo*, & *in Fesulan. Prioratus* 3. *Martij* 1617. coram Pamphilio. & est *decis.* 427. *numero tertio, parte quarta Recent.* & in *Hispalen. decimar.* 27. *Iunij* 1644. §. *secundò quia* coram Eminentiss. Corrado & in *Toletana Decimarum* §. *Præsertim* coram Celso. & in *eadem* 21. *Iunij*; 1649. quæ est *decis.* 185 *numero quintò*, coram Eminentiss. Otthobon. Quia si Ecclesia patiens damnum ex propria negligentia, restituitur Cap. *Auditis* de *in integr. restit.* multò minus debet pati damnum ex aliena culpa.

QVÆSTIO IIII2.

An diminutis fructibus, diminuendum sit onus Missarum.

SVMMA.

1 *Si prouentus sint pingues non diminuuntur, si decrescant.*
2 *Quid si diminuantur infra consuetum.*
3 *Diminuuntur Missæ, quando fructus sunt inæquales oneri.*
Valet argumentum de parte ad partem quando valet de toto ad totum.
4 *Si testator sit contemplatus æqualitatem oneris & emolumenti de eius mente minuuntur Missæ diminutis fructibus.*
5 *Deficiente parte fructuum minuitur census.*
6 *Si legata non subsistant in totum, neque etiam in totum subsistit onus.*
Minuitur onus cum proportione ad diminutionem hereditatis.
7 *Diminutis fructibus ad tempus an diminuenda Missa.*
Eadem ratio de toto ad totum, ac de parte ad partem.
8 *Si fructus adæquent eleemosinas manuales an diminuenda Missa.*
9 *Diminutis fructibus quid agere debeant executores pro celebratione Missarum.*
Si legatarius non percipiat totum legatum substinet onus solum pro rata.

CONueniunt Doctores, præsertim infra citandi, quod si prouentus annui pro Missis sint pingues, ita vt excedant consuetos, qui pro huiusmodi Missis perpetuis assignari solent, quamuis diminuantur, non esse minuendum numerum Missarum. Quod certum est, stante quacumque diminutione, dummodo remaneant consueti prouentus. Ex hoc enim fine præsumendum ex fundatorem auxisse prouentus supra consuetos, vt stante diminutione, quæ temporis processu regulariter succedere solet, saluus maneat numerus Missarum præscriptus, nec locus sit diminutioni. Vndè solum difficultas est, quando fructus diminuuntur notabiliter infra consuetos, qui solent assignari. 1

Quod autem diminuendus sit numerus Missarum tradunt Roman. *cons.* 339 *numero trigesimo primo*, Perez de Lara *de Anniuer. libro primo, capite decimo quinto, numero vndecimo*, Lezana *in Summ. verbo* Missa *numero trigesimo septimo, circa fin.* Alphon. de Leon. *de off. capell. quæst.* 5. *sect.* 14. *numero* 238. Bordon. *in Consil. Regul. resol.* 25. *numero trigesimo septimo*, Alnarad *de coniect. men. defunct. libro secundo, capite secundo*, §. 1. *num. trigesimo septimo*, Garzia *in Summ. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 10. *numero quarto*, Riccius *in Prax. resol.* 105. *numero quarto*, vers. *Quare concludendum.* Tamburin. *Opusc. de sacrif. Miss. libro tertio, capite primo*, §. 3 *numero* 90. & 91. & generaliter loquentes de onere annexo legatis, Bart. *in l. Scio ff.* de *ann. legat.* & Doctores *in l. Planè* §. *si duobus ff.* de *leg.* 1. Surd. *cons.* 380. *numero nono*, Merlin. *decis.* 53. *numero tertio*, Addunt tamen præcipuè Perez de Lara, & Tamburin. quod non statim minuendus est numerus Missarum, sed compensandus vnus annus pro alio. 2

In hac difficultate. *Quando fructus pro Missis perpetuis sunt æquales oneri, iuxta consuetam assignationem, si minuantur, minuendus est etiam proportionaliter numerus Missarum.* Hoc deducitur ex natura oneris, & emolumenti correspondentis substentationi oneris, inter quæ requiritur, secundum regulas iustitiæ, debita correspondentia, si proindè quando tantum est emolumentum, quantum est onus, & vtrumque est diuisibile, tunc ita totum emolumentum correspondet toti oneri, vt etiam pars correspondeat parti. Sicut autem deficiente toto emolumento, cessat totum onus: ita etiam deficiente parte, cessat etiam pars oneris correspondens. Quando enim valet argumentum de toto ad totum, valet etiam de parte ad partem, *l. quæ de tota ff. de* 3

rei

rei vend. Si ergo cessat pars fructuum ex assignatis pro Missis perpetuis, minuenda etiam erit pars oneris impositi.

4 Et hoc videtur de mente testatoris, quia dum reliquit legatum, ex quo perciplantur fructus adæquati oneri iniuncto,cum contemplatus sit æqualitatem inter onus, & emolumentum, censetur ita coaptasse totum toti, vt etiam coaptaverit partem parti: & proinde intenderit, quod totum emolumentum esset in compensationem totius oneris, vt etiam pars esset in compensationem partis. Et sicut imposuit obligationem vt accessoriam emolumento; itavt noluerit obligare, nisi in quantum compensaret onus: ita etiam noluerit ad singulas partes oneris obligare, cùm simus in separabilibus, nisi quatenus singulis partibus reposuerit emolumentū proportionatum. Ergo, si cessat pars emolumenti de mente Testatoris cessabit etiam pars oneris proportionata.

5 Et confirmatur ex eo, quod seruatur in censibus. Quia enim census est ius percipiendi fructus ex certo fundo; si deficiat pars fundi, deficit etiam census secundum partem proportionatam, vt statuitur in Bulla Pij V. Quia scilicet, deficiente fundo, deficiunt etiam fructus. Cùm ergo obligatio celebrādi nascatur ex iure percipiendi fructus annuos assignatos pro tali onere, deficiente hoc iure, & deficientibus fructibus ex parte, deficiat etiam ius percipiendi, cùm in tantum adsit ius in quātum adsunt fructus, atque adeò obligatio, quæ inde nascitur.

6 Atque generaliter hoc locum habet in legatis, quæ relinquuntur cum aliquo onere, quod si non subsistant in totum, neque etiam in totum subsistat onus, sed proportionaliter minuatur, iuxta *L. Ei qui non amplius. ff. De donat. mor. cauf.* Imò etiam hoc locum habet in hæreditate, cui adiungitur aliquod onus, quod minuitur cum proportione ad diminutionem hæreditatis, si ex aliquo casu contingat de ipsa detrahi. *L. Plautus. ff. De condit. & demonstr.* Ergo à fortiori locum habebit in legatis pro Missis, quia totum ipsorum emolumentum est pro compensatione oneris.

7 An autem si fructus diminuantur non permanenter, sed tantùm pro tempore, sit etiam pro tempore diminuendum onus Missarum, videtur affirmatiuè resoluendum, si fructus non superexcedant onus. Nam æquitas non patitur, quod celebraturus plus grauetur, quàm sit commodum, quod percipit, vndè cùm legatum, seu fructus ipsius adæquent onus; si ex parte deficiat, etiam pro tempore tantùm, onus pro illo tempore excedet: quod non est secundum iustitiam. Et sicuti si fructus permanenter minuantur, debet permanenter minui numerus Missarum: ita etiam si minuantur pro tempore,pro tempore quoque erit minuendum onus. Quia eadem ratio est de toto ad totum, ac de parte ad partem. *l. Qua de tota. ff. De rei vend.*

8 Nec obstat, quod fructus pro Missis perpetuis soleant esse maiores, quàm sit eleemosina pro Missa manualibus, & proindè non videri minuendum numerum Missarum, quovsque remaneant fructus correspondentes eleemosinæ pro Missis manualibus Quia, quamuis excedant proportionaliter eleemosinam, quæ exhibetur pro Missis manualibus, non excedit tamen eleemosinam, quæ solet assignari pro Missis perpetuis. Quæ ideò solet esse maior, quia onus, eo ipso, quod est perpetuum, & continuū, est etiam maius. Vndè cùm minuatur emolumentum, quod est intra terminos iusti, debet etiam proportionaliter minui onus Missarum. Est tamen aduertendum, quod cùm stipendium pro Missis perpetuis habeat latitudinem, non est censendum minui, in ordine ad diminutionem oneris; nisi minuatur infrà infimum, consuetum assignari, aut infrà taxam auctoritatiuè positam, si adsit.

An autem quæ dicta sunt locum habeant quoad exequutores. Respondeo. Quod si sint puri exequutores; & nudi; itavt nihil commodi percipere indè possint, debent curare, vt celebretur præcisus numerus Missarum præscriptus quovsque reperiat qui celebrare velit, contentus fructibus legati, qui supersunt. Quod si non reperiant, celebrari curabunt illum numerum Missarum, pro quo sufficit prouentus. Si autem sint exequutores mixti, seu veri legatarij, itavt cedat in commodum ipsorum, quod superest ab exequutione operis iniuncti, nec teneantur exhibere pro celebratione aliquid, vltra consuetum stipendium Missarum manualium; crederem, iuxta diminutionem prouentuum legati, minui posse etiam Missarum numerum. In hoc enim legato Testator imponit onus Missarum, tamquam accessorium, & tamquam principale intendit commodum legatarij: & proindè est legatum cum onere, sicut etiam sunt cætera legata legata, quibus unus aliquod imponitur. Quando autem legatarius non percipit totū legatum, neque etiam substinet totum onus, sed partem pro rata, iuxta *l. Ei qui non amplius. ff. De mort. cauf. donat.* vbi Glos. *ins.* 9

QVÆSTIO. 1076.

An vt diminuantur Missæ, requiratur auctoritas Sacræ Congregationis.

SVMMA.

1 *Reductio Missarum non potest fieri nisi auctoritate S. Congregat.*

2 *Diminutis fructibus, an requiratur aliqua auctoritas pro diminutione numeri Missarum.* & num seq.

3 *Reductio Missarum pertinet ad Sedem Apostolicam priuatiuè quoad alios.*

4 *Quando ex diminutione fructuum locum habeat diminutio Missarum.*
Reductio quid sit.

5 *Diminuto emolumento, diminuitur onus.*
Qua de toto ad totum, eadem ratio de parte ad partem.

6 *Non tenetur quis celebrare sine stipendio congruo.*
In fundatione Missarum habetur pro expresso, quod obligatio non sit pro rata fructuum deficientium.

7 *Obligatio subsistit, & corruit ad subsistentiam, & corruentiam fundi emolumenti.*

8 *Reductio quando in Missis habeat locum.*

9 *Diminutio Missarum quando non habeat locum.*

10 *Quid facere debeat nouus Capellanus si reperiat fructus diminutos.*
Congruum stipendium est de mente Testatoris legantis Missas.

11 *Si numerus Missarum sit præscriptus ab Ordinario diminutis fructibus, diminuantur Missæ.*

IN Decretis Sac. Congregat. *De celebrat. Missar.* 1 prohibentur reductiones Missarum, vt in §. *Ac primò, Episcopis, Generalibus, &c.* quarum onera suscepta sunt post Concil. Trident. aut etiam ante Concil. imposita in limine fundationis, & reseruatur Sedi Apostolicæ; etiamsi legatum ita tenue sit, vt nemo reperiatur, qui velit onus suscipere. Vndè non videtur onus posse diminui absque auctoritate Sedis Apostolicæ. Accedit, quod

acceptato legato cum onere præscripto, non est amplius locus pœnitentiæ, & cùm diminutio contineat mutationem voluntatis Fundatoris, pertinet tantùm ad Summum Pontificem. Et ita videtur sentire Genuen. *in Pract. Eccles. quæst.* 179. Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *quæst.* 6.

2 Oppositum tamen tenent Bordon. *in consil. regul. resol.* 25. *num.* 37. Auersa *de Sacram. Euchar. quæst.* 11. *sect.* 18. vers. *Quod si post.* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 12. *quæst.* 9. *num.* 97. Garaia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 10 *num.* 6. Et desumi potest etiam ex illis, qui volunt, quod ex se deficiat census pro rata, deficiente re, super qua est fundatus, quoad aliquam partem. Ita Feder. Martin. *de iure cens.* Duard. *in Bull. Pij V. de censib.* §. 5. *quæst.* 1. *num.* 16. Gail. *obser.* 7. *num.* 11. *lib.* 2. Fachin. *lib.* 2. *Controuer. cap.* 44. *in fin.* Lessius *lib.* 2. *de iust. & iur. cap.* 22. *dub.* 2. *num.* 8. Rota *in Rom. Cens. trigesima die Octobris, anno millesimo sexcentesimo secundo.* Coram Millino, & est *decis.* 457. apud Duard *de Censib.*

3 Solutio huiusmodi difficultatis pendet ex eo, An diminutio Missarum sit reductio, an verò mera extinctio obligationis. Si enim est reductio, certum est, requiri auctoritatem Sedis Apostolicæ. Quia hoc expresſè statuitur in dicto Decreto *de celebrat. Missar.* Nam expresſè ibi §. *Ac primò* districtè prohibentur Episcopi, & Generales reducere Missarum onera, aut quomodocumque moderari. Si verò non sit reductio, sed ex natura rei cesset obligatio, non erit necessaria auctoritas Romani Pontificis, neque alterius, quia, extincta obligatione, non est necessaria aliqua reductio, seu moderatio.

4 Dicendum est. *Diminutis fructibus Missarum perpetuarum quoad partem, cessare etiam quoad partem proportionatam obligationem Missarum.* Hoc autem intelligitur de fructibus, qui non superexcedunt sed minuuntur infrà consuetum infimum stipendiũ. Et proindè non requiritur auctoritas Sedis Apostolicæ, cùm ea se extinguatur obligatio. Hoc autem ex eo deducitur, quod non interueniat reductio, seu moderatio oneris, quæ est reseruata Apostolicæ Sedi; quia tunc solùm reductio locum habet, quando aliàs onus Missarum, & obligatio remanent in suo vigore: non autem quando ex se cessat; nam reductio est actio reducens ad æquitatem quod aliàs non esset æquum, vt notant Bald. *in l.* 3. *C. De arbitr.* Alexan. *in l. Societatem mecum.* §. *Arbitrorum. ff. pro socio.* Et proindè est de eo, quod aliàs cadit sub obligatione.

5 Quando autem minuuntur fructus legati infrà infimum stipendium, quod pro Missis perpetuis solet assignari, non manet obligatio in suo vigore quoad totum onus. Cùm enim simus in separabilibus tàm quoad fructus, quàm quoad onus; sicut totus prouentus correspondet toti oneri, ita etiam pars correspondet parti, Sicut ergo, deficiente toto prouentu, cessat totum onus, ita etiam deficiẽte parte, deficiet pars oneris, cùm sit eadem ratio de toto ad totum, quæ de parte ad partem. *L. Quæ de tota. ff. De rei vendicat.* & notant Cantiune. *in Topica Iuris loco* 5. Euerar. *loco* 80. Rebuf *ad L. Appellatione rei.* ver. *Negatiuè. ff. De verborum significatione.*

6 Confirmatur. Non tenetur quis celebrare absque stipendio congruo, & consueto, nisi specialiter se obliget ad celebrandum, quamuis stipendium non sit tale. Vndè quando quis suscipit onus perpetuũ Missarum, in tantum se intendit obligare, in quantum est percepturus congruum stipendium ex fructibus legati, aliàs non se obligaret. Similiter etiam testator, seu fundator, dum assignat congruum stipendium, aut etiam maius, intendit obligare mediante stipendio, atque adeò secundum mensuram illius. Quia dum assignat stipẽdium adæquans onus intendit proportionem debitam inter stipendium, & onus. Ergo, dum minuuntur fructus infrà proportionatum stipendium, ea interpretatiua voluntate vtriusque cessat onus pro rata; tum quia nec legatarius se voluit obligare, nisi secundum mensuram congrui stipendij, nec Fundator, aut Testator intendit obligare vltra mensuram stipendij. Et proindè, ex vtriusque tacita, seu interpretatiua voluntate, non inducitur obligatio pro rata oneris, respectu cuius deficiunt fructus. Et hoc habetur tamquam si esset expressum, iuxta *L. Lucius* §. *Maritus. ff. Ad Senatuscons. Trebell. & l. Inter vestem. ff. De aur. & arg. leg.* & notant Alexan. *consilio centesimo nono, numero decimo septimo.* ver. *Præterea in quæstione. libro septimo.* Tusch. *littera T. conclusione septima, numero decimo tertio.*

7 Confirmatur. 2. Ea ratio, quæ facit, quod deficiente fundo quoad partem, cesset etiam onus soluendi censum pro rata, facit etiam, quod deficientibus fructibus pro Missis perpetuis quoad partem, cesset etiam onus pro rata. Ideò enim obligatio soluendi censum cessat pro rata., quia deficit fundus, cui tamquam fundamento innititur obligatio soluendi censum, iuxta Constit. Pij V. *De censib.* & ideò necesse est, quod corruat obligatio tamquam consequens, & subsistens ad subsistentiam fundi *l. veteres. ff. De usufr. aliuque priu. & l.* 1. §. *Huius rei. ff. de offic. viut.* Onus autem celebrandi Missas perpetuas consequitur ad perceptionem fructuum, quibus tamquam fundamento innititur. Cùm ergo obligatio soluendi censum quoad partem cesset ea se, nec opus sit reductione, Ex se quoque cessabit quoad partem, absque reductione, onus celebrandi Missas.

8 Dices. Sequeretur, quod numquam esset necessaria reductio, quia numerus Missarum semper posset proportionari fructibus legati; habita ratione congrui stipendij. Respondeo. Hoc non sequi, quia non semper cessat ea se obligatio, nec semper adest interpretatiua voluntas Testatoris; in quo casu solùm, vt dictum est, non est necessaria reductio. Si enim legatum de præsenti non adæquet onus, ita vt Testator imponat maius onus, quàm ferre possint fructus legati, tunc viget obligatio, cùm mens Testatoris sit expressa, & ideò est necessaria reductio. Similiter etiam, si ab initio adfuit debita proportio inter onus: & fructus legati; sed postea fiat improportionatum, non quia deficiant fructus, sed quia crescat stipendium Missarum, adhuc vigebit obligatio, quia durat proportio, quæ adfuit ab initio, & absque reductione non poterit minui numerus Missarum, sicut etiam in alijs huiusmodi casibus.

9 Ex dictis autem solutæ manent rationes dubitandi. Nam Decreta Sacræ Congregationis disponunt de reductione, quam reseruant Sedi Apostolicæ. In præsenti autem casu non agitur de reductione, sed de cessatione obligationis.

Ad secundum. Respondeo. Habere locum quandiu fructus manent in illo statu, in quo sunt quando acceptatur onus Missarum, quia etiam onus manere debet in eodem statu; & si stipendium tenue est; qui acceptauit onus sibi imputare debet, quod acceptauerit cum tenui emolumento. Casus autem præsens est, quando post acceptationem diminuuntur fructus. Neque in diminutione oneris Missarum interuenit mutatio mentis Testatoris, seu Fundatoris; quia vt constat ex dictis

ex dictis, de eius mente ceſſat obligatio pro rata ad ceſſationem fructuum, cùm non iotendat obligare, aiſi intra terminos iuſtitiæ, atque adeò ſecundum menſuram fructuum, qui percipiuntur, habita ratione congrui ſtipendij pro Miſſis perpetuis.

10 Ex quibus infertur. Quod ſi nouus Capellaous reperiat fructus diminutos, vel dum Capellania vacaret, vel ante, non teneretur celebrare, niſi cum proportione ad fructus, quos reperiret, niſi cum ipſo expreſsè caueretur, quod celebraret iuxta præſcriptionem factam à teſtatore. Ratio eſt. Quia non tenetur celebrare, niſi ſecundum obligationem ubi impoſitam. Conſtat autem ex dictis in ſuperioribus, quod teſtator intendit, quod celebrans percipiat congruum ſtipendium, quod iuxta conſuetudiuem tribui ſolet pro Miſſis perpetuis, quod facto ipſo declarat, dum aſſignat legatum, quod correſpondeat in fructibus congruo ſtipeodio, iuxta *l. 1. §. fin. ff. De dolo. & l. Certum ff. ſi cert. pet.* & Cap. *Dilecti. De appellat.* Dum conſtat, qood velit, celebrantem percipere iuſtum ſtipendium, venit io oeceſſariam conſequentiam, quod diminutis fructibus infrà cōgruum ſtipendiom, velit etiam diminui onus Miſſaram.

11 Secundò infertur. Quæ dicta ſuot habere locum, etiamſi Teſtator noo præſcripſerit numerum Miſſarum, ſed præſcriptus ſit ab Ordinario. Adhuc enim militát eadem ratio, quod præſcriptio ut infra terminos congrui ſtipendij, & ſubrogetur in locum præſcriptionis omiſſæ a Teſtarore: & proinde cenſetur eiuſdem rationis, & conditionis, & quod habeat aſſiſtentiam voluntatis interpræstationæ eiuſdem Teſtatoris, qui ſicut præſumitur reliquiſſe præſcriptionem Ordinario: aut alteri, vt fieret intra terminos iuſtitiæ, ita etiam præſomitur, quod velit continuari intra eoſdem terminos.

QVÆSTIO 1077.

An, auctis fructibus legati pro Miſſis, augendus ſit numerus Miſſarum.

SVMMA.

1 *Auctis fructibus legati, an augendus numerus Miſſarum*, & num. ſeq.
Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.
Qui ſentit onus debet ſentire commodum, & econtra.
2 *Quid ſi fructus augeantur induſtria legatarij, an augeri debeat numerus Miſſarum.*
3 *Fructus induſtriæ ſunt illius cuius expenſis facta eſt melioratio.*
4 *Si numerus Miſſarum ſit præſcriptus à fundatore, non augetur auctis fructibus.*
Numerus certus excludit alium maiorem numerum.
5 *Creſcentibus fructibus, quando debeat creſcere numerus Miſſarum.*
6 *Quid ſi numerus Miſſarum ſit taxatus ab Ordinario.*
7 *Auctis fructibus non augetur numerus Miſſarum, ſi etiam augeatur ſtipendium.*
8 *In augendo numero Miſſarum, attenditur ſolùm notabile augmentum fructuum.*
Modicum æquiparatur nihilo.
9 *Propoſitum operatur in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, ſi adſit eadem ratio.*
10 *Regula, Qui ſentit commodum, de quo commodo procedat.*
11 *Tributa cur proportionentur bonis.*

ESſe augendum numerum Miſſarum, auctis fructibus legati, docent abſolutè Aluarad. *De coniect. men. teſt. lib. 2. cap. 5. §. 1. num. 17.* Perez de Lara *De anniverſ. lib. 1. cap. 15. num. 18.* & quando augmentum eſt magnum, idem tenet Genuen. *in Practicab. Eccleſ. quæſt. 129.* Quia, inquit Lara, cōtrariorum eadem eſt diſciplina. Inſtit. *De his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* Et idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitoio in propoſito, *L. ſi ex toto.* init. & *l. Quod in rerum §. ſi quid poſt. ff. De leg. 1. & l. fin. ff. De leg. 3.* Et ſicut qui ſentit commodum debet ſentire onus, ita etiam ècootra. *l. ſecundum naturam. ff. De reg. iur.* Deinde *l. 2. C. de alluuion.* Onus tributorom creſcere, & mioui debet iuxta incrementum, vel decrementum facultatum. Ergo etiam onus Miſſarom, cùm ſit impoſitum, habito reſpectu ad redditus, debet regulari ſecundum ipſos & creſcere, vel decreſcere ad ipſorum incrementum vel decrementum. 1

Alij verò diſtinguunt. Quod ſi fructus augeantur expenſis, & induſtria Sacerdotum Eccleſiæ, & tunc non eſſe augendum numerum Miſſarum; Si verò augeantor ex aliquo caſu, aot quia fructus, qui colliguntur, fiant maioris valoris, aut quia ex aliqua cauſa creſcant in quantitate, tunc eſſe augendum numerum Miſſarum. Ita Fraxinell. *De oblig. Sacerd. sect. 4. concluſ. 4. §. 25. num. 2.* Tamburin. *opuſc. De ſacrif. Miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 92.* ver. *Reſpondeo.* 2

Et quidem, pro certo habendum eſt. Quod ſi fructus augeaotur expenſis, & induſtria poſſidentis legatum, non debet augeri numerus Miſſarum, quia hoc augmentum non debet cedere in beneficium teſtatoris, ſeu fundatoris, ſed poſſeſſoris. Quia non ſunt fructus fundi, nec ſunt dati in fundo, niſi valdè remotè; ſed ſunt fructus induſtriæ, & expenſarum, & ideò illius eſſe debent, cuius ſunt induſtria, & expenſæ. Meliorationes enim ſunt ipſius meliorantis, vt docent Bart. *in l. penul. ff. locati* Caſtren. *ibid* Bald. *in l. Senatus §. Marcellus ff. De leg. 1.* Angel. *ibid.* Iaſ. *in Authen. Qui rem C. De ſacroſan. Eccleſ.* Albert. Brun. *tract. De augmen. & diminut. concluſ. 20.* Balduin. *in §. Adeò* Inſtit. *locati.* Cepoll. *conſ. 513. num. 13.* Dec. *in Authen. Qui rem. nu. 14. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Beroius *quæſt. 96. numero 4.* Aretin. *in l. Senatus. §. Marcellus. ff. De legat. 1.* Et ideò ad ipſum quoque pertinent fructus, qui proueniunt ratione meliorationum. 3

Si verò, extra hunc caſum, creſcant fructus, diſtinguendum eſt. Vel enim numerus Miſſarum eſt præſcriptus a Fundatore vel non eſt præſcriptus. Si eſt præſcriptus, noo videtur augendus numerus Miſſarum. Quia tuoc onus eſt taxatum ab imponente, & proindè conſtat de eius mente, quod noluerit obligare vltra taxatū numerum. Numerus enim certus, & determinatus importat taxationē, quia includit quātitatem intra ſuos terminos, extra quos non ſinit egredi, & proindè excludit alium maiorem numerū, tanquam in ipſo noo cōprehenſum. Cap. *Cū Eccleſia Sutrina. §. Pars Canonicorū. De cauſ. poſſeſſ.* & ootant Bald. *in l. ſi quis ex cōſenſu. not. 2. C. de Epiſt. audien.* Bart. *in l. 1. nu. 1.* ver. *Pro cuius declaratione. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* Dec. *in l. 1.* verſ. *Ex quibus etiam. C. de bonor. poſſ. contr. tab.* Caſtren. *in l. Rationes §. Eiuſdem iuris. nu. 5. C. de probat.* Curt. Iun. *in l. 2. nu. 7.* verſ. *ſecundò habetis. ff. ſi quis ius dicen.* Ripa *in l. Si conſtante. nu. 2.* ver. *Iſta regula. ff. ſoluto matrim.* Abb. *in d. cap. Cum Eccleſia Sutrina. §. Pars Canon. num. 9. de cauſ. poſſeſſ.* Botrius *num. 18.* Bellamer. ver. *Quintò opponitur.* Felin. *in Cap. contingit. num. 2.* ver. *Per iſtum text. de fide inſtr.* 4

5 At si fundator non taxauit numerum Missarum præcisum, sed disposuit, quod Missæ celebrentur, cum mensura ad prouentus, tunc crescentibus fructibus, debet etiam cum proportione augeri numerus Missarum. Ratio est. Quia in tali modo disponendi fundator intendit, quod totus prouentus inseruiat pro celebratione Missarum, habita ratione consueti stipendij, quod præstari solet pro Missis perpetuis: & ideò, si crescit, crescit ipsi fundatori, & totus conuerti debet in celebrationem Missarum. Ex hoc enim modo disponendi colligitur, quod testator non intendit aliam vtilitatem legatarij, nisi illam, quam intuitu celebrationis acquirere potest. Quod præsertim verum est, quia totus prouentus est destinatus pro Missis celebrandis, itavt non cedat independenter ab onere in beneficium legatarij, & ideò, cum debeat totus inseruire pro compensatione oneris, si crescat, augeri debet onus, vt seruetur debita proportio.

6 Et ex his infertur. Quod si fundator, seu testator legatum instituat pro Missis, nec earum numerum præscribat, sed præscribendum relinquat ab Ordinario, iuxta Decret. Sac. Congregat. *De celebrat. Missar.* iam de mente ipsius constat, quod velit, totum conuerti in stipendium pro celebratione Missarum, nam relinquit, numerum Missarum taxandum iuxta vires legati. Ex quo fit, quod in hoc casu, crescente prouentu legati, augendus erit etiam cum proportione numerus Missarum. Sicut autem potest Ordinarius in taxando numero Missarum habere rationem maioris stipendij, quod pro Missis perpetuis solet assignari, itavt faciat singulis correspondere summum; eodem modo etiam in augendo numero Missarum poterit haberi ratio ad summum consuetum stipendium.

7 Secundò infertur, vt notant etiam Rodriquez *tom. 4. sum. cap. 12. de Missa. num.* 10. Fraxinell. *de obligat. Sacerd. sect. 4. concl.* 4. §. 25. *n.* 1. in fin. Tamburin. *opusc. De sacrif. Miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 94. Quod auctis fructibus legati, non est augendus numerus Missarum, si contingat, simul etiam augeri consuetum stipendium Missarum, quod intelligitur etiam de stipendio pro Missis manualibus: quia, hoc crescente, etiam proportionaliter crescere debet stipendium pro Missis perpetuis. Augmentum fructuum legati compensat augmentum stipendij Missarum: imò si non pertingeret ad iustam compensationem, posset peti reductio.

8 Tertio infertur. Quod, pro augendo numero Missarum, non debet attendi quodlibet augmentum fructuum, sed tantùm notabile. vt obseruant etiam Genuen. *in Practicab. Eccles. quæst.* 229. Fraxinell. *de oblig. sacerd. sect.* 4. *concl.* 4. §. 25. *num.* 2. vers. *si res augeatur.* Nam modicum augmentum non habetur in consideratione, tamquam nihil æquipatatum. Cap. *licet causam* §. *Quamquam.* ibi. *Nulla, vel modica. De probat.* & notant Ias. *in l. sciendum. ff.* Qui *satisd. cog.* Roman. *sing.* 334. Marsil. *sing.* 276. Butr. *in cap. 2. de Irregularit.* & ideò propter modicum incrementum non est aliquid innouandum.

9 Ad 1. in oppositum resp. Quod contrariorum eadem est disciplina: & quod propositum, operatur in proposito, operatur etiam oppositum in opposito, si adsit eadem ratio, vt notat Alexan. *cons.* 111. *num.* 13. vers. *Quod contrariorum lib.* 8. Diuersitas enim rationis facit, quod diuerso iure vnum censeatur ab alio, & ideò etiam non possit idem cum proportione operari. Quando antè fundator taxauit numerū Missarū est diuersa ratio de incremēto fructuum, ac de decremēto. Nam, taxatis Missis, satisfit mēti fundatoris, etiamsi, stante incremento fructuum, celebrentur Missæ præscriptæ, quia non exigit alium numerum maiorem præscripto: at si decrescerent fructus infra infimum stipendium Missarum perpetuarum, si non minuerētur Missæ præscriptæ, non satisfieret menti fundatoris, quæ tamquam conformis æquitati, præsumitur, quod velit obligatos celebrare seruari indemnes, atque adeò percipere semper iustum stipendium, saltem infimum.

Neque ex eo, quod sentiens onus debeat sentire & commodum: & econtra, qui sentit commodum debeat sentire onus, sequitur, quod quando Missæ taxatæ sunt à fundatore, augeri debeat earundem numerus, auctis fructibus legati: quia illa regula valet de commodo ordinato tantùm pro substinendo onere, vt contingit quando legans disponit, quod Missæ celebrentur cum proportione ad fructus legati: non autem de commodo, quod vltra onus ordinatur ad alium quoque finem: vt quando legans taxat numerum Missarum, nam tunc commodum, si superexcedat taxatum numeratum Missarum, ordinatur etiam ad commodum legatarij. 10

Ad 2. Ex illa lega solum haberi, quod onera tributorum debeot crescere, aut diminui, iuxta incrementum, vel decrementum bonorum, quæ subsunt tributo: Nam cum non imponantur personis, sed bonis, debent cum proportione correspondere bonis, non autem personis, & ideò, solum inferri potest, quod, quando onus Missarum est impositum cum proportione ad fructus, debeat crescere aut minui ad incrementum, aut decrementum fructuum: non autem quando numerus Missarum est taxatus, quia tunc non habet correspondentiam ad fructus, nisi quatenus celebraturus debet seruari indemnis. 11

Q V Æ S T I O 1078.

Ad quid teneatur legatarius, si testator imponat legato onus celebrandi aliquot Missas.

S V M M A.

1 *Si legans iniungat celebrari aliquot Missas, numerus non est taxandus ab Ordinario.*

2 *Aliquot Missa important numerum benè visum legatario.*

Legato ad pias causas non determinato hæredi committitur determinatio.

3 *Iniunctis legatario aliquot missis, debet numerus prudenti modo determinari Arbitrium debet esse regulatum.*

4 *Clausula* provt sibi bene videbitor *quid importet.*

5 *Iniunctis aliquot Missis, quomodo regulandum arbitrium.*

6 *Quando iniungatur perpetuitas Missarum.*

Perpetuitas est sine fine temporis.

7 *Iniunctis aliquot Missis perpetuis erigendus fundus proportionatus de legato.*

8 *De toto legato an erigendus fundus.*

Legatum debet esse sub libera dispositione legatarij.

9 *Legatum quando censeatur factum fauore legatarij.*

DIfficultas locum habet, quando testator ordinat legatum principaliter ad benefaciendum legatario, non autem ad supplendum pro onere Missarum: & tamen imponit onus celebrandi pro eius anima aliquot Missas, non specificando numerum, & quamuis videatur, numerum determinandum esse ab Ordinario, quatenus Sac. Congregat. Concil. in respon. 1

respon. *ad 2. dub. ex propositis super Decret. de celebrat. Missar.* Declarauit, quod, non determinato numero Missarum à testatore, debeat determinari ab Ordinario: attamen hoc locum non habet in præsenti, quia dicta declaratio procedit, quando tota eleæmosina, seu legatum est ordinatum ad celebrandas Missas, quia tunc numerus debet præscribi secundum vires legati, habita ratione consuetudinis regionis, vt habetur in eadem respons. non autem quando finis legati est primò, & principaliter commodum legatarij, & onus Missarum est solum per modum cuiusdam appendicis. nam tunc, cum legatum non sit pro compensando onere, nec etiam numerus Missarum illi correspondere debet, sed secundum alias regulas

2 determinandus est.

Dicendum. *Dum testator imponit onus aliquot Missarum, tanquam appendicem legati pinguis, relinquit voluntati legatarij celebrare numerum Missarum sibi benè visum.* Hoc desumitur ex illa doctrina, quod legatum ad pias causas valet, etiamsi testator non explicet, quid aut quantum leget; nam censetur committere hæredi determinationem, vt cum pluribus tradit Benincas. *De pauper. priuil. quæst. 8. special. 3. circa vlt. volunt. num. 24.* ver. *Quando diceret.* Afflict. *decis. 337. num. 3.* vers. *Contrarium est.* Aluarad. *De coniect. ment. test. lib. 2. cap. 1. num. 2.* Vndè etiam legans alicui in eius commodum, cum appendice oneris aliquot Missarum, censebitur committere eius

3 voluntati numerum.

Dicendum 2. *Testatorem ita committere numerum Missarum legatario, vt tamen debeat rationabiliter determinari, & prudenti modo.* Quando enim aliquid committitur alterius arbitrio, intelligitur non de arbitrio omninò libero, & extra quamcumque regulam; sed de arbitrio boni viri, & regulato secundum rectam rationem, iuxta *l. In personam. §. Generaliter ff. De regul. iur.* Glos. Dec. & Cagnol. *ibid.* Bart. *in l. Cum filius §. Pater. num. 2. ff. de legat.* Alex. *cons. 218. num. 5. lib. 2.* Seraphin. *De priuil. iuram. priuil 132. num. 81.* Menoch. *De arbitr. lib. 1. quæst. 7. num. 15. & 57.* Cassodor. *decis. 1. num. 9. de empt. & vendit.* Penia *decis. 216. num. 9.* Et ideò numerus Missarum erit determinandus iuxta exigentiam rectæ rationis.

4 Quod præsertim locum haberet, si testator adderet clausulam, *Prout sibi benè videbitur.* Nam per ipsam satis declarat, quod per aliquot Missas, non intelligat quemcumque numerum Missarum, sed iustum, & rationabilem, & quem bonus vir, iuxta regulas prudentiæ, decerneret, iuxta *l. Fideicommissa. §. Quamquam ff. de leg. 1.* & notant ibi Bart. Crauet. *cons. 731. num. 24.* Corneus *cons. 92. num. 11. lib. 2.*

5 Caualer. *decis. 374. num. 2.*

Hic autem insurgit dubium, quomodo regulari debeat in hac materia arbitrium vt sit arbitrium boni viri; Et quamuis difficile sit, certam aliquam regulam tradere, quia attendendæ sunt circumstantiæ; hæc tamen regula obseruari poterit, vt determinetur ille numerus, qui pensatis omnibus circumstantijs, quantitatis legati, paupertatis Ecclesiæ, an sibi testator alia suffragia reliquerit, an intenderit aliquot Missas celebrari principaliter in suffragium animæ propriæ, an verò principaliter in memoriam beneficij, & alijs huiusmodi, sufficiens sit pro ostendenda correspondentia animi grati recognoscentis beneficium. Tenetur enim legatarius satisfacere obligationi consurgenti ex beneficio accepto; atque adeò debet ita acceptare legatum, vt quidem sentiat commodum ad quod principaliter respexit testator, vt tamen ostendat, se concepisse specialem beneuolentiam erga benefactorem: atque adeo, eo numero Missarum ipsum honoret, qui sit proportionatus beneuolentiæ, quam causare debuit beneficium.

Solum est aduertendum, quod si testator significaret aliquo verbo, quod intenderet aliquam perpe- 6
tuitatem in celebratione Missarum, vt si diceret, quod identidem celebrarentur aliquot Missæ, tunc induceretur obligatio perpetua, quia iniungeret successiuam celebrationem, absque præfixione termini, seu temporis. Quod autem est sine præfinitione temporis, est perpetuum; & è contra iuxta *l. Falso. C. De diuer. rescrip. & l. Purè §. fin ff. De doli except.* & iuxta ea quæ tradunt Bart. *in l. sufficit ff. De condit. indeb.* Ias. *in l. 3. §. Ex contrario. num. 15. ff. De acquir. possess.* Felin. *in cap. ex litteris* vers. *Si autem Iudex De constit.* Dec. *ibid. in fin.* Alex. *cons. 216. circa fin. lib. 7.*

Ex quo fit, quod de bonis, seu quantitate legatà 7
erigendus sit fundus ferens fructus pro manutentione oneris perpetui, iuxta Decreta Sacr. Congreg. *De celebrat. Missar.* & etiam iuxta naturam oneris, quod exigit transmitti ad successores cum suo commodo, iuxta *l. secundum naturam ff. De regul. iur.* & notant Dec. *ibid.* Glos. *in Cap. Si Episcopus, verbo* Debebit. *De offic. Ordin. in 6.* vbi alia allegat. Sicut enim qui sentit cómodum debet sentire etiam onus, ita qui portat onus, debet etiam percipere commodum.

Verùm hinc oritur difficultas, an totum legatum 8
inuestiendum sit in fundo fructifero, iuxta ea, quæ dicta sunt in superioribus, an verò sufficiat inuestire quod sufficit pro onere substinendo. Resp. Sufficere, quod erigatur fundus ferens fructus sufficientes pro substinendo onere. Nam, ex dispositione testatoris, legatum ordinatur principaliter ad benefaciendum legatario, & onus imponitur solùm per modum appendicis: & ideò legatum debet esse sub libera dispositione legatarij; quia est donatio facta à defuncto, & ab hærede præstanda. *l. Legatum 2. ff. De legat. 2. & §. 1. Instit. De legat.* & ideò non debet totum legatum subijci oneri perpetuo, sed sufficit si subijciatur portio sufficiens.

Quod autem legatum non sit relictum contem- 9
platione oneris, sed fauore legatarij, & proindè principaliter in ipsius commodum, etiam ex eo deducitur, quia quando legatum, & onus sibi inuicē æquiualent, censetur legatum relictum intuitu oneris; quando verò legatum est inferius onere, aut supereccedens, censetur factum fauore legatarij, & in commodum ipsius, vt communiter docent Bart. *in l. Pamphilo. §. Duas ff. De leg. 3.* Petrus Beninted. *conclus. vlt. num. 7.* Menoch. *cons. 346. num. 13.* Et ideò quando legatum longè superat onus; non erit intuitu oneris, sed fauore legatarij, atque adeò non erit totum subijciendum oneri perpetuo.

QVÆSTIO: 1079.

An legatum pro Missis possit in aliud opus pium commutari.

SVMMA.

1 *Vltima testatoris voluntas seruanda.*
2 *Legatum pro Missis non potest commutari in quodcumque opus pium.*
3 *Vltimæ voluntates non possunt commutari nisi per Summum Pontificem.*
4 *Ordinarius non potest commutare legatum pro Missis etiam ante executionem.*
5 *Si celebratio Missarum fiat impossibilis; potest legatum commutari in aliud opus pium.*

6 *Ordinarius poteſt commutare ex cauſa celebrationem Miſſarum quoad circumſtantias extrinſecas.*
7 *Pontifex ſine iuſta cauſa non poteſt commutare legatum pro Miſſis.*
8 *Ius quæſitum tolli non poteſt.*
9 *Commutatio vltimæ voluntatis ſine cauſa non eſt rationabilis.*
Omnis poteſtas eſt ordinata.
10 *Quando Concil. Trident. concedat Epiſcopis commutare legata pro Miſſis.*

1 VLtimam voluntatem teſtatorum eſſe omninò in ſpecie ſeruandum, in vtroque iure ſtabilitur vt in *l. In his. ff. de condit. & demonſtra.* ibi. *In his, quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono & æquo interpretationem capere, ea verò quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt, ſecundum ſcripti iuris rationem expediri.* hoc eſt, ſecundum ſcripturam teſtamenti, vt explicat Sarmiento. *lib. 1. ſelect. cap. 8. num. 22.* & in Clemen. *Quia contingit. De relig. domib* commutatio piarum voluntatem reſeruatur ſummo Pontifici. vbi id notat Cardin. *num. 3.*

2 Dicendum eſt. *Legatum pro Miſſis non poſſe commutari in quodcumque aliud opus pium.* Hoc autem intelligitur, ſalua ſedis Romanæ auctoritate. Deſumitur ex ijs, quæ tradunt Cardin. *in Clem. 1. num. 3. de relig. Domib.* Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent. num. 17. in fin. De conſtit.* Abb. *in Cap. Nos quidem. num. 6. De teſtamẽ.* Couarruu. *ibidem. num. 9.* Imola. *num. 13.* Præpoſit. *in cap. Verum. num. 6. de condit. appoſit.* Platea *in l. 1. C. De expenſ. ludor.* & in terminis de Miſſis Vitalis *in Clemen. Quia contingit. num. 111. De relig. Domib.* Menoch. *conſ. 1199. num. 17.* Perez de Lara *De Anniuerſ. lib. 1. num. 11.*

3 Deſumitur autem ex dicta Clemen. *Quia contingit. De relig. domib.* ibi. *Cum tamen ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, & ad illum debeant, non ad alium (ſalua quidem ſedis Apoſtolicæ auctoritate) conuerti.* Et ratio eſt, Quia, cum ſit conceſſa facultas vnicuique habili diſponendi finaliter de rebus ſuis, non debet eius diſpoſitio poſtea ſubuerti, quia eſſet auferre, quod eſt conceſſum, quod non poteſt fieri, niſi ab eo, qui habet poteſtatem ſupra legem, alioquin eſſet cõtrectatio rei alienæ inuito domino, quod eſſet ſpecies quædam furti. Vnde in *l. legatum. ff. De adminiſt. rer.* habetur. *Legatam municipio pecuniam in aliam rem, quam defunctus voluit, conuertere citra Principis auctoritatem non licet.* Hoc autem à fortiori locum habet, quando legatum eſt pro Miſſis celebrandis, quia priuatur teſtator ſuffragijs, quæ diſpoſuit pro anima ſua: quod nullo modo congruit æquitati.

4 Dicendum 2. *Ordinarium non poſſe commutare legatum pro Miſſis etiam ante exequutionem.* Oppoſitum, loquendo generaliter de legatis pijs ante exequutionem, tenent Imol. *in l. 1. ff. de condit. inſtit.* Hyppolit. *ſing. 194.* Sarmient. *lib. 1. ſelect. cap. 24. verſ. ex his intelliges.* Sed concluſio tradita eſt communis, & eam tradunt Doctores *in Clemen. Quia contingit. De relig. domib.* & ſpecialiter Couarruu. *in cap. Tua. num. 7. De teſtamen.* Pinell. *in rubr. De reſcinden vendit. num. 19. part. 1.* Perez de lara *De Anniuerſ. lib. 1. cap. 14. n. 20.* Abſolutè enim dict. Clemen. *Quia contingit. de relig. domib.* prohibet commutationem, & in ordine ad teſtatorem militat eadem ratio, ſiue ante, ſiue poſt exequutionem legati de qua dictum eſt *numero præcedenti.* Præſertim quia diſpoſita in teſtamento, & vltima voluntate confirmata, æquiparantur rebus exequutioni traditis, cum nullum aliud complementum expectare poſſint à voluntate teſtatoris, & ideò *in l. In his. De condit. & demonſtr.* in ijs, quæ teſtamento diſpoſita ſunt non habet locum interpretatio ex bono, & æquo, prout habet in cæteris rebus, ſed debent exequutioni mandari, prout diſpoſita ſunt, iuxta etiam Authen. *De ſanctis Epiſc. 9. ſed. & hoc præſenti.* circa fin.

Dicendum 3. *Quando celebratio Miſſarum ſit impoſſibilis, vt ſi adeſſet generale interdictum, poterit legatum conuerti ab Epiſcopo in alium vſum pium pro eo tempore pro quo celebratio redditur impoſſibilis.* Ita etiam Lara de Anniuer. *cap. 14. n. 23. lib. 1.* Deſumitur ex Concil. Triden. *ſeſſ. 22. cap. 6. De reformat.* ibi. *Quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent.* Ratio eſt; Quia quando teſtatorum voluntas impleri non poteſt, ſecundum formam ab ipſis præſcriptam, impleri debet modo pleniori, & vtiliori, quòd fieri poteſt, vt habet idem Concil. *ſeſſ. 25. cap. 4. De reformat.* & ideò, ſi Miſſæ pro aliquo tempore celebrari non poterunt, conuerti poterit legatum in aliud opus pium. Circa quod tamen eſt aduertendum, quod legatum erit conuertendum in alium pium vſum, qui inſtitutioni ſit proximior, ac pro loco, & tempore vtilior, iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 8.* 5

Dicendum 4. *Ordinarium ex rationabili cauſa, & verſimiliter ſecundum mentem teſtatoris poſſe commutare celebrationem Miſſarum, quoad circumſtãtias extrinſecas vt quoad horam celebrandi, quoad altare, & alias huiuſmodi circumſtantias, quarum mutatio non tollit obſeruantiam quoad ſubſtantiam diſpoſitionẽ teſtatoris.* Ita Aluarad. *De coniect. men. defunct. lib. 4. cap. 2. num. 9.* Perez de Lara, *De Anniuerſ. lib. 1. cap. 14. num. 26.* Cum enim à teſtatore ſola ſubſtantia ſuæ diſpoſitionis ſit principaliter intenta, circumſtantiæ verò tamquam acceſſoriæ, præſumuntur tantum volitæ, quatenus rationabiles ſunt, atque adeò intra terminos rationis: & proinde cenſetur relictum Ordinario tamquam exequutori piarum diſpoſitionem, concurrentibus iuſtis cauſis, an vltima voluntas teſtatoris ſit cum præſcriptis circumſtantijs adimplenda. 6

Dicendum 5. *Licet ſummus Pontifex commutare poſſit legatum pro Miſſis in aliud opus pium, iuxta Clement. Quia contingit. De religioſ. domib. non tamen poteſt ſine iuſta cauſa.* Ita ij, qui hoc ipſum vniuerſaliter tradunt de commutatione vltimarum voluntatum, quoad ſupremum Principem. Dec. *conſ. 357. num. 5.* Socin. iun. *conſ. 65. num. 3. vol. 2. & in l. Gallus. §. Et ſi tantum. num. 146. ff. De liber. & poſth.* alios citans, & reſtans de comm. Cephal. *conſ. 111. num. 38.* Pinel. *in Rubr. de reſcind. vend. part. 1. cap. 2. num. 19.* Spinus *in ſpecul. teſtam. part. 1 gloſ. rubr. num. 16* Beroius. *conſ. 49. num. 4. vol. 2.* Archidiacon. *in cap. Epiſcop. Diſt. 88.* Martin. Lauden. *De priuileg. §. 22.* Crauetta. *conſ. 296. lib. 2.* Bald. *in l. ſi teſtamentum. in fin C. de teſtamen.* Couarru. *lib. 3. Variar. reſol. cap. 6. num. 6. & 7.* alios citans. Molina *De primogenis. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 3. cap. 3. num. 10.* Alter Molina Theol. *de Iuſt. & iur. diſp. 174. concluſ. 4. 5. & 7.* Peregrin. *de fideicomm. ar 52, num. 125. & 127.* & latè Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 6. concluſ. 2. nu. 29.* qui volunt, commutationem ſine cauſa eſſe nullam. Idem etiam tradunt, quamuis ſubdant, eſſe præſumendam iuſtam cauſam in Principe commutante. Io. Andr. *in cap. In noſtra. de iniur.* Aleiat. cum Aret. Iaſon. Alexan. *in l. Gallus. §. & quod ſi tantum. num. 132. ff. de lib. & poſth.* 7

Ratio autem eſt, Quia non poteſt Summus Pontifex, aut Princeps priuare aliquem ſine cauſa iure quæſito: quia priuatio iuris ſine cauſa eſt iniuſtitia, quæ non eſt intra terminos cuiuſcumque poteſtatis, etiam conſideratæ, etiam ſecundum plenitudinem, & ideò, quod ius quæſitum tolli non poſſit, habetur. *ex l. ſi Dominus ver. Dominorum. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & l. fin. ff. de pactis.* & notant Angel. *conſ. 209. num. 1.* Menoch. *conſ. 702. num. 15.* Bald. *in l. ſi conſtante. in fin. C. de donat. ante nupt.* Gomez 8

mez. *ad reg. de iure quæsit. non tollen. q. 4. verſ. ſediſtis.* Ciriac. *Controner.* 90. *n.* 43. Rota *deciſ.* 1635. *n.* 3. corā Pcoia *& deciſ.* 15. *num.* 23. coram Eminent. Ottbob. ſuppoſita autem facultate teſtādi, teſtator babet ius quæſitum ad manotenendam ſuam diſpoſitionem io ſua ſpecifica forma; per commutationem autem priuatur boc iure, quia amplius oon adimpletur eius diſpoſitio in ſua ſpecifica forma, & priuatur effectu illius facultatis, quam habet liberè diſponendi de rebus proprijs pro vltima voluotate, & hæc iniutia tranſit etiam ad eos, qui ſubſtinent perſonā hæredis.

9 Coofitm. Commutatio vltimæ voluntatis ſine cauſa non eſt rationabilis, quia recta ratio exigit, quod diſpoſitio teſtatoris manuteneatur, & quod ſicuti ei libera relinquitur facultas diſponendi, ita etiam relinquatur diſpoſitio in ſuo ſtatu, niſi ratio aliqua oppoſitum exigar. Ergo non poteſt ſine cauſa vltima voluntas commutari, quia commutatio non eſſet actus rationabilis, atque adeò non eſſet actus poteſtatis; quia omnis poteſtas, ſicuti eſt à Deo, ita etiam eſt ordinata, vt babet Apoſt *ad Roman.* 13. & proinde ſe extendit ſolum ad actus ordinatos, atque adeò rationabiles: Si enim actus ordinati ſunt, etiam conformes ſunt regulis rectæ rationis.

12 Præmiſſis autem non obſtat Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reformat.* vbi concedit Epiſcopis poſſe commutara onera Miſſarum; quia hæc non eſt abſolota conceſſio, ſed ex ſuppoſitione, quod noo adſint congrui prouentus pro ſubſtioendis oneribus, aut quod numerus Miſſarum excedat vires Eccleſiarum, & diſponit ſolum quoad ooera iam ſuſcepta: & dat talem facoltatem Epiſcopis, ſuppoſita iuſta cauſa, nempe impoſſibilitate adimplendi huiuſmodi oners, & vult, quod ſtatuaut id, quod magis ad Dei hoorem, & cultum, atque Eccleſiatum vtilitatem expedierit.

Qvæstio 1080.

An legatum pro Miſſis poſſit ab Epiſcopo in aliud opus pium ad tempus commutari.

SVMMA.

1 *Finis legati pro Miſſis.*
Legatum pre Miſſis non poteſt in melius commutari.
2 *Non adeſt voluntas interpretatiua teſtatoris pre commutatione legati Miſſarum in aliud opus piū.*
Sumenda interpratatio, qua plenius prouidetur ſaluti teſtatoris.
3 *Epiſcopus an pro aliquo tempore poſſit commutare legatum pro Miſſis.*
4 *Voluntas teſtatoris ſemper dominatur.*
Quando poſſit ab ipſa recedi.
Iuramentum non iniungitur, ſi in melius commutetur.
5 *Legatum pre Miſſis non poteſt ad tempus conuerti in aliud opus pium.*
6 *Vniuerſaliter qua ad certum vſum pium ſunt deſtinata, non poſſunt in aliud commutari.*
7 *Pontifex an poſſit ſine cauſa commutare vltimas voluntates.*
Epiſcopi quam facultatem habeant circa vltimas voluntates.
Quicquid non venit ſub exceptione manet ſub regula.
8 *Circa Miſſas excluditur facultas Epiſcopi quoad voluntates defunctorum per Decreta S. Congregationis.*
9 *Æquitas exigit vt voluntates teſtantium præcisè ſeruentur.*
Vltima voluntates ſolum ex neceſſitate commutanda.
Probibito minori probibetur etiam maius.
10 *Epiſcopus non poteſt conuertere in alium vſum prouentus pro Miſſis pro aliquo tempore non perceptos.*
11 *In quibus caſibus Concilium Tridentinum concedat reductionem Miſſarum.*
12 *Coniecturata mens prædominatur verbis.*
Neceſſitas facit ceſſare voluntatem teſtatorum.
13 *Voluntas teſtatoris non poteſt præſumi quod reparetur Eccleſia prouentibus à ſe deſtinatis pro Miſſis.*

1 SVpponendū eſt, Adeſſe ſpecialē rationē de legato pro Miſſis, ac de cæteris legatis pijs. Nam legatum pro Miſſis eſt in beneficium animæ ipſius legantis, aut eorum, pro quibus inſtituit Miſſas celebrandas & finis legantis primarius, quando iniungit expreſsè, aut implicitè applicatiooem ſacrificij, eſt obtinere illius fructum. In cæteris verò legatis pijs fiois legantis primarius eſt illud opus, pro quo legat, quamuis poſtea inde etiam ipſi prooeniat aliquis fructus. Rurſus, cum ſacrificium cootineat cultum ſupremum, qui Deo exhiberi poteſt; non poteſt dari aliud opus pium, aut melius, aut æquale, ſed ſemper commutabitur io aliquid inferius.

2 Rurſus, cum nullum opus pium poſſit eſſe ita proficuum animæ teſtatoris defuncti, ſicut eſt ſacrificium Miſſæ, quia eſt ſatisfactorium iuxta menſurā ſuæ excellentiæ, numquam poterit commutari in aliud opus, quod æquiualeat, ſed ſemper erit ipſi minus proficuum. Vnde fit, quod in commutatione huiuſmodi non adſit ioterpretatiua voluntas teſtatoris quia non eſt veriſimile, quod teſtator, ſi viueret, approbaret talem commutationem, per quam valdè ſibi detraheretur de beneficio, quod pro anima propria inſtituit. Præſertim cum ſit ſummenda illa interpretatio, qua plenios prouidetur teſtatoris ſaluti, iuxta ea, quæ tradūt Dec. *conſ.* 81. *in fin. lib.* 2. Tiraquel. *de priuil. pia cauſ. priuil.* 62. Rota *deciſ.* 149. *nu.* 6. *part.* 7. *Recent.* & coram Eminent. Otthob. *deciſ.* 113. *num.* 24. *& in Rauennaten. bonor.* 1. *febr.* 1647. § *Eoque magis*, coram Eminentiſſ. Corrado. Vnde Doctores, aſſereotes, legatom pium poſſe ad tempus commutari ab Epiſcopo io alium vſum pium, non faciunt pro opinione, quod poſſit etiam commutari legatum pro Miſſis, præſertim quia requirunt, quod commutetur in æquale, vel in melius.

3 Prima ſententia aſſerit. Poſſe Epiſcopum ex cauſa iuſta commutare celebrationem Miſſarum pro aliquo tempore in aliud opus pium, vt in reparationem Eccleſiæ, & ſimilia. Its Graf. *lib.* 3. *conſ.* 2. *num.* 13. *de teſtamen.* Riccius, *deciſ.* 125. *num.* 9. *part.* 2. Genuen. *in Practicab. Eccleſiaſt. quæſt.* 215. *num.* 6. Moneta *De commut. vlt volunt. cap.* 5. *num.* 369. Marchio. *De ſacramen. Ord. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. Garzia. *in ſum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *punct.* 5. *num.* 12. Citantur ab his Doctorib. alij Doctores: ſed cum loquantur de commutatione legatorum piorum io genere, non faciunt ad rem, vt dictum eſt *num. præceden.* Citantur etiam Butr. *in cap. fin. De teſtamen.* Felin. *in cap Cum acceſſiſſent. De conſtit.* Quatenus dicunt, quod legatum pro Anniuerſario pro vna vice expendi poteſt in aliud, & poſtea redire ad ſolitum. Quod tamen non iuuat, quia non loquuntur de Anniuerſario Miſſarum.

4 Fundamentum huius ſententiæ eſt, Quia licet voluntas teſtatoris ſemper dominetur. *l. In conditionibus. ff. de condit. & demonſtr.* & Cap. *Vltima voluntas. 13. quæſt. 1.* Poteſt tamen ab ipſa recedi propter cauſam, quam ſi teſtator ſciuiſſet, ita diſpoſuiſſet, & hoc non ſolum, ſi cauſa ſit expreſſa, ſed etiam ex veriſimili, vt notant Bart. *in l. Nemo poteſt. ff. de leg. 1.* Aret. *ibidem.* Grammat. *deciſ. 3.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. num.* 19. Ergo in tali caſu poterit ad tempus legatum pro Miſſis commutari. Secundò, In caſu neceſſitatis poteſt Epiſcopus commutare. Ergo, etiam ex alia rationabili cauſa. Quia non eſt neceſſitas, quæ tunc tribuat facultatem Epiſcopo, alioquin non poſſet commutare, ſi pateret recurſus ad ſuperiorem, ſed rationabilitas cauſæ, quæ eſt in neceſſitate: & proinde, ſtante qualibet alia cauſa rationabili, habebit eandem facultatem. Tertiò. Si Eccleſia minaretur ruinam, aut careret ornamentis neceſſarijs pro celebratione, nec adeſſet commoditas remittendi celebrationem Miſſarum alteri Eccleſiæ, in tali caſu non videtur negandum, quod non poſſit applicari prouentus deſtinatus pro Miſſis reparationi Eccleſiæ, aut ornamentis ſacris, cum hoc ſit in melius commutare: & proinde non infringitur voluntas teſtatoris ſicut nō infringitur iuramentū, aut propoſitum, cum in melius commutatur. Cap. *Peruenit.* De *Iureiur.*

Secunda ſententia negat, poſſe conuertere, etiam
5 ad tempus, legatum pro Miſſis in aliud opus pium. Ita ij omnes, qui hoc ipſum negant generaliter quoad omnia legata ad cauſas pias. Guido Papa *deciſ. 556.* Imol *in Clemen. Quia contingit. De religioſ. Domib.* Abb. *in cap. Tua nobis. num. 4. De teſtamen.* Bertachio. *De Epiſc. part. 4. num. 79.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 16.* Perez de Lara *De Anniuerſ. lib. 1. cap. 14. num. 38.* Molfeſ. *part. 2. ſumm. tract. 13. cap. 5. num. 182.* Molina. *De Iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 249.* Caualcan. *deciſ. 26. num. 25. part. 3.* Nald. *in ſumm. verbo.* Legatum. *num* 39. & communiter Doctores in Clemen. *Quia contingit. De relig. Domib.*

Dicendum eſt. *Legatum pro Miſſis, neque etiam ad*
6 *tempus, conuerti poſſe ab Epiſcopo in aliud opus pium.* Hoc autem intelligitur, ſuppoſito quod Miſſæ celebrari poſſint. Quia in caſu impoſſibilitatis, vt eſſet caſus interdicti generalis, ſicut mens teſtatoris non obligat, ita locum habet commutatio in aliud opus pium. Deſumitur ex Clemen. *Quia contingit. De relig. Domib.* vbi hoc videtur deciſum, dum Pontifex generaliter pronunciat, quod, Ea, quæ ad certum vſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad illum, non ad alium (*Salua Sedis Apoſtolicæ auctoritate*) conuerti debent. Quod cum generaliter pronunciatum ſit, habet locum in omni commutatione, vt obſeruat ipſemet Genuen. *citat. quæſt. 214. in fine in Pract. Eccleſ.* & cum ſolum excipiatur auctoritas Sedis Apoſtolicæ, remanet incluſa ſub regula omnis alia auctoritas, per quam non poſſit legatum conuerti in alium vſum.

Nec dici poteſt, quod dicta Clemen. intelligatur
7 de commutatione ſine iuſta cauſa: Secus autē quando adeſt iuſta cauſa. Vndè commutatio vltimæ voluntatis erit reſeruata ſummo Pontifici, quando non adeſt iuſta cauſa. Quia ſi hæc reſponſio eſſet vera, ſequeretur, quod cum iuſta cauſa poſſet Epiſcopus commutare omnes vltimas voluntates. Deinde neque etiam Pontifex, ſaltem de poteſtate ordinaria poteſt ſine cauſa commutare vltimas voluntates. Quia cum quiſque ius habeat ad diſponendum de rebus ſuis pro vltima voluntate, non poteſt ſine cauſa priuari hoc iure, ſicuti priuaretur, ſi eius diſpoſitio locum non haberet. Vndè, cum in dicta Clemē. dicatur, *ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate*, excluditur etiā facultas ab Epiſcopis commutandi cū cauſa. Accedit etiam, quod ius permittit ſolū Epiſcopis ex cauſa neceſſitatis commutare in aliquo pias voluntates defunctorum, quando ſcilicet iuxta modum præſcriptum adimpleri non poſſunt, vt in Cap. *Nos quidem. De teſtam.* Denique ſi Epiſcopi cum cauſa mutare poſſent, nō rectè poneretur vnica tantùm exceptio de auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſed deberet poni etiam exceptio de auctoritate Epiſcopi. Quando autem ponitur vnica exceptio, aliæ omnea cenſentur excluſæ, iuxta *l. Quæſitum eſt. §. Idem reſpondit. ff. De fun. inſtruct. & l. ex eo. ff. De teſtib.*

Deſumitur etiam ex Decretis Sac. Congregat. *de* 8
celebrat. Miſſar. in quibus prohibetur, ne Epiſcopi vllo modo reducant onera Miſſarum poſt Concil. Trident. impoſita, aut in limine fundationis & hoc prohibetur in eum finem, vt celebrentur Miſſæ præſcriptæ à teſtatoribus, nec alterentur, niſi interpoſita auctoritate Sedis Apoſtolicæ. Cum autē prohibita ſit Epiſcopis reductio Miſſarum, erit etiam prohibitum commutare legatum pro Miſſis in aliud opus pium, ob eandem rationem: nam eodem modo defraudarentur piæ teſtantium voluntates. Quando enim minora prohibentur, vt eſt reductio, quæ eſt neceſſaria; intelliguntur etiam prohibita maiora, Cap. *Cum illorum. De ſenten excomm.*

Ratio autem eſt, Quia æquitas exigit, vt volunta-
tes teſtātium præciſe ſeruentur. §. *Diſponat.* Authen. 9
De nupt. & l. 1. C. De ſacroſan. Eccleſ. & l. ſi pars. ff. de inoff. teſtamen. & l. In conditionibus. ff. de condit. & demonſt. & l. Vel. negare. ff. Quemadm. *teſtam. aper.* & notant Gloſ. *In cap. Tua nobis. verbo.* Voluntatem. *De teſtamen.* Bart. *in Anthen. ſed cum teſtator. num. 1. C. Ad leg. falcid.* Dec. *conſ. 10. num. 20. in fine.* & ideò non poteſt, niſi ex magna cauſa commutari vltima voluntas, & ex neceſſitate, vt decernit Con. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* Et ius quoque ciuile, in *l. legatum. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen.* Rota *deciſ. 78. num. 13.* coram Penia. Ergo ſecluſo caſu neceſſitatis, non poterit legatum pro Miſſis, quando celebrari poſſunt, conuerti in aliud opus pium præſertim quia hoc opus pium non poteſt eſſe melius, imò nec æquale celebrationi Miſſarum, vt conſtat ex dictis *num. 1. & 2.*

Ex dictis ſequitur contra Garxiam *in ſumm. tract.*
3. diffic. 10. dub. 9. punct. 5. num. 12. Quod ſi contingat, 10
hæredes nō ſoluiſſe legatū pro Miſſis, pro aliquo tēpore aut ex aliquo alio capite non potuiſſe percipi prouentus deſtinatos, & poſtea ſolui, aut percipi, nō poſſe Epiſcopum ſummam decurſam conuertere in aliū vſum piū, vt eſſet fabrica Eccleſiæ, ornamenta, &c. ſuppoſito, quod aliàs Miſſæ celebrari poſſint. Neq; enim ex eo, quod celebratæ non ſint, ſeu non ſoluta legata, eſt cauſa ſufficiens pro cōmutatione, etiamſi aliàs poſſet Epiſcopus commutare: Imò potius debet eſſe, vt celebrentur, & toto numero Miſſarum decurſo ſuppleatur dilatio. Præſertim quia Concil. Triden. *ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat.* concedens facultatem reducendi Miſſas, quod æquiualet commutationi, in alium vſum pium ex duplici tantùm cauſa cōcedit reduci, nempe ſi non poſſint celebrari; aut ſi eleæmoſina ſit adeò tenuis, vt non adſit, qui onus ſuſcipere velit, quod reducitur ad caput impoſſibilitatis celebrandi. Vndè etiam tantùm ex capite impoſſibilitatis celebrandi poteſt legatum ad tempus commutari in aliud opus pium.

Ad 1. in oppoſitum reſp. Certum eſſe, quod ex
coniecturis poteſt recedi ab eo, quod teſtator videtur diſpoſuiſſe, & amplecti voluntas ipſius interpretatiua; quia coniecturata mens, & voluntas tacita, ſed ex coniecturis elicita, prædominatur verbis 11

cita, sed ex coniecturis elicita, prædominatur verbis, & est attendenda, *L. Licet Imperator. ff. De leg.* 1. *& L. Cùm proponebantur. ff. De leg.* 2. & notant Mantica *De coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. *&* 10. Honded. *conf.* 69. *num.* 7. *lib.* 1 Rota coram Merlino. *decis.* 456. *num.* 39. Attamen in præsenti non habemus hanc coniecturatam mentem, seu voluntatem testatoris; sed potius oppositum elicitur. Nā non est verisimile, quod testator approbet, quod legatum, quod reliquit in beneficium animæ propriæ, conuertatur in alium longè minus sibi proficuum, quando potest adimpleri, quod disposuit. Deindè, dato, quod adessent coniecturæ sufficientes, hinc solùm fit, quod posset commutari ab eo, qui facultatem habet commutandi, non autem ab Episcopo.

12 Ad 2. neg. conseq. Quia est diuersa ratio de casu necessitatis, ac de alijs. Ad prob. Resp. Imò necessitatem, non quatenus iusta causa est, sed quatenus necessitas est, dare facultatem. Quia necessitas facit impossibilem exequutionem dispositionis Testatoris, & ideò facit cessare eiusdem voluntatem, cùm voluntas non sit impossibilium. Vndè Episcopus commutando, non facit contra voluntatem Testatoris, neque propriè illam commutat; sed dum non est possibilis vsus præscriptus, inducit alium. Est tamen aduertendum, quod modò post Decreta Sac. Congregat. *De celebrat. Missar*, non licebit Episcopo, neque in casu necessitatis, conuertere legata pro Missis in alium vsum, quando patet recursus ad ad Sedem Apostolicam: quia per dicta Decreta est sublata facultas reducendi Missas, atque adeò conuertendi etiam ad tempus in alium vsum legata pro Missis.

13 Ad 3. Neque, si Ecclesia minaretur ruinam, aut careret necessarijs ornamentis, præsumi potest, quod Testator approbaturus esset commutationem legati in alium, sed quod vellet, his necessitatibus prouideri ab ijs, ad quos spectat, & sibi reseruare, quod disposuit in beneficium proprium, in casu, quod possent celebrari Missæ præscriptæ. Quod si non possint celebrari, subintrat quod dictum est de casu necessitatis. Neque dici posset, quod fieret commutatio io melius, quia vsus, in quem conuerteretur, neque secundum se esset melior Sacrificio, neque respectu Testatoris, quia quicumque esset, semper ipsi minus proficeret.

QVÆSTIO 1081.

An, si quis celebrare faciat Anniuersarium, aut Missas per aliquod tempus, possit postea cogi ad continuationem.

SVMMA.

1 *Faciens celebrare per aliquod tempus Anniuersarium an cogi possit ad continuandum.* & num. seq.

2 *Præstatio aliquorum annorum obligat in futurum.*

3 *In facultatiuis nullo tempore inducitur consuetudo, aut præscriptio.*

4 *Ex facultatiuis non nascitur ius coactiuum ad præstationem.*

5 *Quod habet principium liberum, non potest tractu temporis fieri necessarium.*
Tempus non tollit, neque inducit obligationem.

6 *Materia fauore piæ causæ, quando non præsumatur facultatiua.*
In dubio sumenda interpretatio, quæ est magis fauorabilis.

7 *Præstatio alimentorum ex testamento minus solemni per aliquod tempus continuata fit necessaria.*

8 *Eleemosina consueta, quando cadant sub necessitate.*
Actus voluntarij non extenduntur vltra quàm ex necessitate exigatur.

9 *Præstatio decennalis facit præsumi titulum.*
Sed quando causa allegatur.

10 *Alimenta cœpta ministrari Ministris Ecclesiæ, sunt continuanda.*

11 *Quid requiratur, vt præstatio conualidet titulum nullum.*
Debet qui præstat posse titulum inducere.
Quod nullum est, perindè se habet ac si nullum esset.

QVi per aliquod tempus curat celebrari pro defunctis Anniuersarium, aut alias Missas, posse postea compelli ad continuandum, fauore piæ causæ, tradunt Guttieres *lib.* 2. *Canon. quæst. c.* 21. *n.* 151. Perez de Lara *de Anniuers. lib.* 1. *cap* 12. *num.* 25. Et vniuersaliter quoad annuas præstationes pro quocumque opere pio factas Ecclesiæ. Dec. *consilio* 137 *numero primo, ver.* 2. Ripa *in l. Quominus. num.* 89. *ff. De flumin.* Menoch. *de retinen. possess. remed.* 5. *num.* 38. Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæst. cap.* 2. *num.* 25. Et Guttierez addit, se ita in iudicio obtinuisse in fauorem Ecclesiæ Ciuitatensis contra quemdam, qui renuebat facere celebrare Missam cum cantu, ac oblationibus consuetis pro Matre defuncta. 1

Fundamentum est. Quia præstatio aliquotum annorum obligat in futurum, iuxta *l.* 1. *C. de fideicommiss.* Deindè, eleemosinæ consuetæ dari pauperibus, debent perpetuò dari, vt tradunt Bart. *in l. Priuilegia. numero tertio. C. de sacrosan. Ecclesi.* Abb. *in cap. Abolenda. numero sexto & octauo, de Sepult. & in cap. suam. numero septimo. De Simon.* Felin. *in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ, numer.* 97. *de constit.* Auendan. *de exequen. mandat. parte secunda, capite quarto, numero decimo septimo.* Caualcan. *decisione vigesima septima, numero trigesimo tertio, parte prima.* Menoch. *de arbitr. libro secundo, centur.* 2. *casu centesimo sexagesimo, numero decimo septimo*, in fin. Cacheran. alios referens, *decisione Pedemontana* 99. *numero vigesimo.* Tertiò ex *l. Priuilegia.* in fine. *C. De Sacrosanctis Ecclesijs.* Vbi iubetur solui consuetum granum, vinum, &c. Ecclesijs. 2

Verùm huic resolutioni obstat, quod sumus in facultatiuis, in quibus nullo vnquam tempore inducitur consuetudo, aut præscriptio, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Quominus. numero vigesimo septimo. ff. de fluminib.* Roland. *conf.* 83. *numero trigesimo octauo, libro secundo.* Calderin. *conf.* 3. *in fin. de consuet.* Innocent. *in cap. Cum Ecclesia. de caus. possess.* Ripa *num.* 41. *&* 68. Gambara *De offic. & potest. legati, libro secundo, tit. de var. Ordin. nomin. numero centesimo trigesimo tertio.* Menoch. *de arbitr. casu* 160. *numero sexto.* Surd. *conf.* 127. *numero* 81. Dec *conf.* 175. *num.* 6. ver. *Praeterea.* Thesaur. *decis.* 16. *num.* 3. in fin. Rota *decis.* 778. *num.* 5. *part.* 1. *diuer. & decis.* 536. *num.* 4. *part.* 2. *Recent. & decis.* 162. *num.* 10. coram Lodouis. & *decis.* 402. *num.* 10. coram Coccin. & *decis.* 408. *nu.* 7. coram Penia & *decis.* 106. *num.* 8. coram Merlino. Et ideò cùm celebratio Anniuersarij, aut Missarum sit omninò facultatiua, vt supponitur; non potest induci præscriptio, aut consuetudo, quia præscriptio requirit titulum, & consuetudo animum se obligandi. 3

Et ideò in facultatiuis non nasci ius coactiuum in ordine ad præstationem desumitur ex *l.* 1. *init. ff. Vti possidetis.* & tradunt Bart. *ibid.* §. *Huius autem. num.* 3. 4

num. 3. Riminald. sen. *cons.* 341. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch *de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 19. Gatzia *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 88. Rota *decis.* 112. *in fin. part.* 4. *Recent.* & *decis.* 29. *num.* 6. *part.* 5. *Recent.* & coram Merlin. *decis.* 817. *num.* 6. & *in Aurien. congrua.* 14. *Martij* 168. coram Ortembergo. & *in Brixien. Capell.* 2. *Martij*. 1598 coram Litra. Coactio en m sopponit ius exigendi quod non habet locum quoad aa, quæ gratiosè, & liberaliter præstantur.

5 Exquibus concludendum videtur. Quod faciens celebrare per quodcumque tempus Anniuersaria, aut Missas, ex mera voluntate, & absque titulo, non possit postea cogi ad continuandum tamquam quid debitum. Cùm enim habeat principium omninò liberum, & independens in quacumque obligatione, non potest tractu temporis variari eius naturra, itavt de libero, fiat debitum, iuxta id, quod tradit Glos. *in Cap. Peruenit. de censib.* Io: Andr. *in Cap. Non firmatur. De reg. iur. in* 6. Alexan. Raudens. *consilio decimo, numero centesimo vigesimo nono.* Quia tempus non tollit, neqne inducit obligationem, iuxta *l. Obligationum* §. *Placet. ff. De action. & oblig.* Et ideò, si initium est liberum, contiuuatio quoque actus remanet libera.

6 Neque obstat, quod fauore piæ causæ, & Diuini cultus non præsumatur materia facultatiua, vt inter alios obseruat Rota *decisione quadrigentesima septuagesima, numero septimo, parte prima. Recent.* Quia hoc habet locum, quando adsunt argumenta, aut coniecturæ, ex quibus inferatur obligatio, iuxta ea, quæ tradunt Ripa *in Cap. Cum Ecclesia Sutrina num.* 55. vers. *Secunda conclusio. De cau. possess.* Rota *decision centesima trigesima quanta, numero nono.* coram Penia. Aut ad summum quando sumus in dubio de initio: quia in dubio sumenda est interprætatio, quæ est magis fauorabilis, iuxta *l.* 3. *in fin. ff. De adimen. leg. & l. Lucius Titius.* §. *Lucius. ff. de leg.* 3. & quæ fauet causæ, aut personæ fauorabili, iuxta *l. Qui duos* §. 1. *ff. de reb. dub. & l. fin. C. de instit. & substit.* Est autem magis fauorabile, quod continoetur præstatio ad causam piam, quia cedit in fauorem animæ, & causa pia est cœteris fauorabilior.

7 Ad 1. Resp. Ex illa *L.* 1. *C. De fideicomm.* nihil colligi, quod obstet traditæ doctrinæ: quia ibi disponitur de præstatione alimentorum ex testamento minus solemni; atque adeò ex titulo. Quæ si petuntur à legatario, & per aliquod tempus præstentur ab hærede, potest cogi ad continoandam præstationem. Quia, licet posset excipere ab initio de testamento minus solemni, dum tamen per aliquod tempus præstitit, consensit ipso facto in præstationem, & legatarius, non obstante minori solemnitate testamenti, acquisiuit ius ad ipsam præstationem, quo amplius priuari non potest.

8 Ad 2. Eleemosinas, consuetas dari pauperibus, esse continuò dandas, quando præstationem præcedit titulus, qui per ipsam confirmatur, nempè quia præstantur ab ijs, in quibus agnoscitur aliqua naturalis obligatio subueniendi pauperibus, pro cuius exequutione erogantur eleemosinæ, iuxta *L. fin. C. Ad leg. Falcid.* In quo casu accipiendi sunt Doctores citati in argumento, *num.* 2. Non autem quando sunt omninò liberales, & absque titulo, vndè inferri possit necessitas. Quia actus omninò voluntarij non vlterius æstimantur, aut extenduntur, quàm ex ipsius actus necessitate inducatur, iuxta *L. Lucius.* §. *Testator. ff. De legat.* 2. *& l. Tutori. C. de neg. gest. & l. Voluntaria. C. de excusat. tutor. & l.* 2. *C. de his, qui sponte pub. mun. sub.* & ideò quando elleemosinæ sunt omninò voluntariæ, per quamcumque continuationem non extenduntur ad inducendam obligationem pro futuro tempore.

Et quamuis præstatio decennalis faciat præsumi titulum, vt tradunt Batt. *in l. Cum de in rem verso. n.* 24. ver. *Sed si non soluisset. ff. de vsur.* Folgos. *numero nono*, ver. *Aliquando.* Florian. *numero vndecimo.* Salicet. *numero quarto, & vndecimo.* Bald. *in L. Cum falsa. numero quinto. C. De iur. & fact. ignorant. & in L. Si certis annis. numero sexto, C. De pact.* Ias. *ibid. numero septimo.* Dec. *numero secundo.* Curt. Iun. *num.* 12. & alij. Quia hoc solùm habet locum, quando titulus, seu causa, & obligatio allegatur; Secùs autem, si non allegetur, vt declarat Bald. *in d. L. Si certis annis. C. de pact.* Ias. *ibid.* vers. *Quartò limita.* Iacobin. à S. Georg. *numero vigesimo secundo in fin.* Purpurat. *in L. Cum quid numero centesimo quadragesimo septimo.* vers. *Et quod ff. si cert. pet.* Couarruu. *in Cap. Raynutius.* §. 11. *numero tertio.* vers. *Illud sanè. De testam.* Nam, allegato titulo, præstatio decennalis facit præsumptionem pro ipso. Hoc autem non habet locum in celebratione Missarum omninò voluntaria; quia cùm sit materia facultatiua, excludit titulum, seu causam obligationis. 9

Ad 3. In illa *l. Priuilegia quæ, C. De Sacrosanct. Eccles.* disponi solùm, quod salatia, quæ Ecclesijs de publico soluebantur iu diuersis speciebus, nempè pane, vino, &c vt explicat Glos. *verb. Diuersis speciebus.* Quod adhuc imminuta præstentur, & quod erat liberalitatis facit debitum ex lege, conualidando per legem titulum, quo de iure naturæ præstanda sunt alimenta Ministris Ecclesiæ. Vndè non disponit, quod eleemosinæ consuetæ transeant in obligationem, sicut supponit argumentum, nec quod ea; quæ merè facultatiua sunt, ex continuatione, fiant necessaria. Vocat autem liberalitatem ista alimenta, non quia de iure naturæ non debeantur alimenta Ministris Ecclesiæ, sed quatenus de publica præstabantur cùm alere Ministros Ecclesiæ spectet ad singulos fideles. 10

Est tamen hic obiter aduertendum: quod vt præstatio conualidet titulum nullum necesse est, vt præstatio fiat ob illum titulum, vt notat Salicet. *in L. Si certis annis.* vers. *Quartò dixi. C. De pact.* Ruin. *cons.* 61. *numero vndecimo.* Alexand. *cons.* 113. *num.* 2. *lib.* 1. Cranetta *De antiquo temp. part.* 2. *par.* 4. *princip. numero quinquagesimo quinto.* Bald. *De præscript. parte tertia princip. partic.* 1. *quæstione decima numero vigesimo secundo.* Menoch. *præsump.* 131. *num.* 73. *lib.* 3. Quia si ex alia causa fieret, non induceret consensum, in titulum nullum, & proindè, nec conualidaret. Rursus, etiam requiritur, quod is à quo est præstatio, possit talem titulum inducere, in quo casu procedit. *l.* 1. *C. De fideicom.* de qua *numero septimo.* Cùm enim conualidare sit de nouo facere, quia de nouo debet induci validitas. Qui non potest facere de nouo, nec etiam conualidare potest quod nullum est. Quia perindè se habet, ac si non esset, *L. Duo sunt Titij. ff. de testam. tut. & l. Non putauit.* §. *Non quauis. ff. De bonor. possess. contra tab.* & ideò nullitas est defectus, qui sanari non potest, nisi ab eo, qui habet potestatem faciendi. 11

QVÆSTIO 1082.

Quomodo probetur, satisfactum fuisse oneri Missarum.

SVMMA.

1 *Legata annua pro Missis non sunt conditionalia, sed modalia.*

Quid

Quid si Testator diceret, Lego sub ea tali conditione, &c.
2 *In dubio legatum habendum pro modali.*
3 *Probandum non solum Missas celebratas, sed etiam fuisse applicatas.*
4 *Per iuramentum an probari possit.*
Probare per iuramentum, est esse testem in causa propria.
Ex libro Sacristiæ probatur celebratio Missarum, sed non applicatio.
5 *Data possibilitate contrarij, probatio est insufficiens.*
6 *Applicatio Missarum non potest probari, nisi per iuramentum.*
Iuramentum est legitima probatio quoad ea, quæ consistunt in animo.
Et in ijs quæ sunt difficilis probationis.
7 *Per solum iuramentum probari possunt actus interni.*
8 *Iuramentum probat applicationem, supposita celebratione Missarum.*
9 *In causa summaria, quæ probatio sufficiat pro celebratione Missarum.*
Attestatio æquiparatur iuramento.
Faciens fidem supponitur paratus ad iurandum.

1 SVpponendum est. Legata annua pro Missis, seu Anniuersaria, non esse conditionalia, vt sentit Alphons. de Leone. *De offic. Capell. quæst. 5. sect. 30. num.* 424. sed modalia, quia legaretur sub onere Missarum, & cum onus post acquisitum legatum impleri debeat, constat esse modum, sicut etiam declarat praxis, cùm prius soluantur legata, quàm celebrentur Missæ, regulariter loquendo, & ita hoc est verum, vt etiamsi Testator diceret, Lego centum sub ea conditione, vt celebrentur Missæ, &c. adhuc legatum erit modale, iuxta *l. Ea conditione. C. De rescinden. vendit. & l. Quoniam C. De rer. permut. & l. Cum res. C. De donat. & l. Societatem. init. ff. Pro socio. & l. Mauia. ff. De manum. testam.* & notant communiter Doctores, præsertim Bart. *in l. Quibus dieb. §. Termilius. num. 5. ff. De condit. & demonst.* Padilla *in l. Cum mota. num. 12. C. de transact.*

2 Imò. Etiamsi dubium esset, an legatum esset conditionale, an verò modale, habendum esset pro modali, vt desumitur ex pluribus text. Præsertim *l. Quæro. §. Inter locatorem. ff. locati. & l. si pro fundo C. De transact. & l. Cum ab eo. ff. de contrahen. empt.* Et ita obseruant communiter Doctores. Bar. *in L. Cum mota. num. 2. C. De transact.* Cin. *ibid. opposit.* 4. Dec. *num.* 7. Alexan. *num* 8 Ias. *num.* 20. Fulgos. *num.* 4. Padilla *num.* 8. Neque enim debet suspendi dispositio testatoris in futurum euentum conditionis, nisi constet, voluisse suspendere, nam aliàs eius voluntas, tamquam morte confirmata, statim suum sortitur effectum. Vndè non erit necessaria probatio celebrationis Missarum pro consequendo legato, sed solùm ad ostendendum, quod oneri fuerit satisfactum.

3 Difficultas autem ex eo oritur, quod non sit solùm probandum, quod Missæ celebratæ sint, quia hoc facilè probari posset, cùm sit actus externus subiectus sensibus, & publicè exercitus, vndè plures deponere possent de tali celebratione. Verùm, probandum quoque est, quod Missæ sint celebratæ pro eo, pro quo ex dispositione Testatoris celebrandæ sunt. Et in hoc consistit difficultas, quia hoc pendet ab applicatione Sacrificij, atque adeò ab actu interno celebrantium, aut illius iuxta cuius intentionem applicantur Sacrificia.

4 Quod autem hoc probari non possit per iuramentum, tenent Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. foren. 86. lib.* 1. Genuen. *in Practicab. Eccles. quæst.* 226. Riccius *resolut. 365. part. 3. Praxis.* Quia, si admitteretur probatio per iuramentum, idem esset testis in causa propria, contra *L. Nulli. C. de testib.* Volunt autem Genuen. & Riccius, quod id probetur per Librum Sacristæ, in quo notantur Missæ celebratæ, ex quo constet, quod celebratus sit, aut præcisus numerus, aut etiam maior illo, quo Ecclesia oneratur, & proindè, quando Sacerdos aliquis sæcularis degens in propria domo, tenetur celebrare aliquas Missas, debere notari in eodem libro Missas ab ipso celebratas.

Verùm, hic modus probandi est omninò insufficiens, quia non probatur ex hoc, quod Missæ sint 5
celebratæ pro eo, pro quo erant celebrandæ. Fieri enim potest, quod Missæ celebrentur, & non pro supplendo onere legati, sed pro satisfaciendo eleemosinis manualibus; aut pro alio, præsertim quando applicantur à Sacerdotibus secundum intentionem, Superioris. Data autem possibilitate contrarij, probatio est insufficiens. Cap. *In præsentia. De probat.* vbi Dec. *numero duodecimo, & L. Non hoc. C. Vndè legit.* vbi Ias. latè. Rota *decisione quingentesima trigesima prima, numero secundo, parte tertia Recent. & decisione sexcentesima duodecima, numero nono.* coram Penia. Et in *Cæsaraugustan. Paroch. die octaua Nouembris millesimo quingentesimo nonagesimo nono.* coram Pamphil. Et in *Lucerin. honor.* 17. 1600. coram eodem.

Itaque dicendum est. *Non posse alio modo probari, nisi per iuramentum illius, ad quem spectat applicare Missas.* Ita Guido Papa *decis.* 424. Molfes. *part. 2. summ. tract. 13. cap. 5. num.* 168. Alphons. de Leon. *de offic. Capell. quæst. 5. sect. 30. num.* 430. 6
Ratio est. Quia quando agitur de probando, quod consistit in animo, iuramentum habetur pro legitima probatione, vt tradunt Plot. *in l. si quando. num. 57. C. Vnde vi* Menoch. *cons. 230. num.* 130. Thesaur. *decis. Pedemon. 236. num.* 2. & alios citantes, Alexan. *cons. 19. lib.* 1. Zabarell. *cons. 37. num.* 2. Mascard. *De probat. conclus.* 414. *num.* 15. & 880 Tusch. *littera. I. conclus. 531. num. 37. & sequen.* Rota. *decis. 6. aliàs. 263. de Iurepart. in nouiss.* Imò etiam in ijs, quæ sunt difficilis probationis, vt obseruat Rota *decis. 6. num. 8. & 51. & decis. 124. num. 12. coram* Mantica. *& decis. 103. num.* 1. coram Caualerio. *& decis. 130. num. 9. & 866. num.* 1. coram Penia. *& in Rom. Pecuniar. 9. Decembr.* 1589. coram Rubeo. In præsenti autem agitur de probanda intentione applicatiua sacrificij, quæ est actus merè internus.

Et hæc est probatio, qua solum probari possunt actus interni, qui non manifestantur per externos; Cùm enim actus interni ex sua natura sint occulti, nec in externam cognitionem deuenire possint, nisi manifestentur, aliu modo probari non possunt, nisi per manifestationem illius, cuius sunt. Quia autem manifestatio est fallibilis, cum possit manifestam fallere, ideò ad eam certificandam adhibetur iuramentum: quod licet possit esse falsum, præsumitur tamen verum, nisi de opposito constet. Et hæc est tota probatio, quæ haberi potest circa actus internos, & proinde est admittenda, cum non sit alia possibilis. 7

Est autem aduertendum, quod in tantum sufficit iuramentum, ad probandum, Missas fuisse celebratas secondum dispositionem testatoris, in quantum constat; fuisse celebratas Missas ipsas, quia si de hoc nõ cõstaret, non sufficeret iuramentũ Duo enim probanda sunt, & quod Missæ celebratæ sint, & quod sint celebratæ iuxta dispositionem Testatoris. Primum, est actus externus, qui cõsueto modo per testes probari potest. Secũdum, est actus internus, qui iuramento probatur. Et proindè, tunc 8

potetit admitti iuramentum, quando notum est, quod in Ecclesia solent celebrari Missæ æquivalentes, aut plures dispositæ per testatorem. Nam, suppsita existentia celebrationis, locum habet iuramentum probatorium.

9 Extraiudicialiter verò, aut etiam in causa summaria, pro probanda celebratione Missarum secundum dispositionem testatoris, sufficiet attestatio Rectoris Ecclesiæ, aut Sacristæ, aut Superioris Raligionis, vt notat etiam Alphon. de Leone *de off. Capell. quæst. 5. sect. 30. num. 432.* testans de Praxi apud Tribunal Reu. Fabricæ, præcipuè quando agitur de probando, an hæredes exequuti sint legata relicta pro celebratione Missarum. Quia nimitum attestatio æquiparatur iuramento. Cap. *Ad aures. de his quæ vi metus. caus. fiunt*, & obseruat Fachin. *lib. 1. Controuer. cap. 12.* Præsumitur enim, quod faciens fidem sit paratus, si oportuerit, suam attestationem iuramento firmare: & proinde iuramentum inest virtualiter attestationi, tamquam ordinatæ ad certiorandum de veritate, & ideò in huiusmodi attestationibus plurimum attenditur qualitas personæ attestantis; an nimirum sit talis, cuius probitas excludat suspicionem falsitatis, & an de ipsa præsumi possit, quod, licet non iuret, habeat tamen præ oculis veritatem.

QVÆSTIO 1083.

Quomodo probari possit, legatum pro Missis fuisse solutum.

SVMMA.

1 *Solutio legati pro Missis probatur per quietantias.*
2 *Probatur confessione legatarij accedente iuramento.*
3 *Probatur per testes, & quid ipsi debeant deponere.*
4 *Probandum an sit, amissam fuisse quietantiam, quando non adest.*
Quo vinculo aliquid introductum, eodem debet dissolui.
5 *Probatio solutionis legati pro Missis non est probanda secundum solemnitates iuris ciuilis.*
Sufficit si quocumque modo constet de ipsa.
Solemnitates iuris ciuilis non habent locum in causis pijs.
6 *Solemnitas quinque testium non habet locum in ijs, quæ iure canonico regulantur.*
7 *Solutio legati probatur ex præsumptionibus, & coniecturis.*
Quænam sint coniecturæ, ex quibus probari possit. Potissima est, quod onus fuerit adimpletum.
8 *Diuturnitas temporis cum taciturnitate legatarij facit præsumptionem pro solutione.*
Præsertim accedente mutatione hæredis.
9 *Solutio legati an probari possit iuramento.*
Iuramentum habet vim solutionis.
10 *Pro solutione legati si adsit tantum vnus testis potest adhiberi iuramentum suppletorium.*
11 *Solutio legati probatur si per tres vltimos annos ostendatur solutum.*
12 *Si tamen quietantia non significent anterioribus annis non fuisse solutum.*

1 Quod legatum fuerit solutum, regulatiter probatur per quietantiam factam à legatario: hic est enim regularis modus probandi solutiones, iuxta *l. 2. C. De discuss. lib. 10.* vbi Glos. & notant communiter Doctores, Castren. *cons. 34. num. 1.* Mascard, *De probat. conclus. 1325. num. 6.* Rota coram Seraphin. *decis. 1339. & decis. 154. num. 3. part. 3. recent.* Nam quietatio continet confessionem creditoris, quæ est omnium probationum Regina. Vnde solum difficultas est, quomodo probanda sit solutio, si contingat amitti quietationem.

2 Et in primis probari poterit solutio, confessione eiusdem legatarij, confitentis, sibi solutum fuisse legatum, secundum dispositionem testatoris, iuxta ea, quæ tradunt Alexand. *cons. 9. num. 3. vol. 4.* & latè Mascard. *De probat. conclus. 361.* verbo. *Confessio de recepto*, & quamuis confessio non videatur sufficere, cum possit legatarius in gratiam hæredis confiteri solutionem sibi factam, ad euitandum fortè caducitatem hæreditatis, vel ex aliquo alio capite, quamuis reuera non sit facta, attamen, quia potest iuramento firmari, ideò vim habebit probandi, etiam ad effectû vitandæ caducitatis, aut aliam pœnam.

3 Rursus etiam solutio probari potest per testes, vt traduot communiter Doctores *in l. Testium. C. De testib.* Butr. *in cap. Ad audientiam. num. 11. De præscrip.* Mascard. *De probat. concl. 1325. num. 16.* Est enim hæc generalis probatio, per quam probari potest quidquid sub sensibus cadit: & proinde habet locum in qualibet causa. Est tamen aduertendum, quod ad probandam solutionem legati, non sufficiet, quod probetur solutio, quia probabitur solum, quod sit facta solutio, non autem quod sit facta volutio legati, & ideò necessarium erit, quod testes deponant, quod solutio sit facta ex causa legati, vt notant Doctores citati: & etiam, quod fuerit tantæ, vel tantæ quantitatis, integrè fosse solutum legatum; nam fieri potest, quod fiat solutio ex causa legati, & tamen non integrè soluatur legatum.

4 An autem necessarium sit, quod non solum probetur, quod solutio sit facta, sed etiam quod sit amissa quietantia, & tenor ipsius. Videtor affirmatiuè resoluendum, vt tradit Bald. *in l. Testium. C. De testib.* Quia sumus in casu, in quo probatio solutionis requirit scripturam. Cum enim obligatio soluendi sit ex scriptura, nempe testamento; probatio quoque solutionis debet esse ex scriptura. Quia, quo vinculo aliquid introductum est, debet eodem dissolui. *l. nihil. tam naturale. ff. De reg. iur.* & communiter Doctores in *l. Testium. C. De testib.* Bald. Castren. & alij.

5 Verum, quidquid de his sit, quæ fortasse non carent difficultate, in præsenti casu aliter discurrendû est. Nam legatum pro Missis est ad pias causas, cû ordinetur ad cultum Dei, & vtilitatem animarum, & ideò non subest regulis iuris ciuilis, quod non se extendit ad causas pias, secondum suas solemnitates, iuxta Cap. *Relatum. De testam.* vbi communiter Doctores Bart. *in l. 1. num. 66. C. de sacrosanct. Eccles.* Bald. *in l. In iure. num. 1. C. De testamen. manumiss.* Imola *in l. Is qui. num. 6. ff. De testamen.* Roman. *in Authen. similiter. num. 63. C. Ad legem falcid.* Sed sufficit ratione subiectæ materiæ, quod quocumque modo constet de ipsa, sicut requiritur de iure naturali, in hoc locum habet dispositio dicti Cap. *Relatum. De testamen.* quod in ore duorum, vel triû testium stet omne verbum, seclusa quacumque alia solemnitate.

6 Et ideò in hoc casu locum non habet dispositio. *l. Testium. C. De testib.* & quod ibi tradit Bald. Castren cæterique Doctores. Campegius *De testib. reg. 371.* Nellus *de testib. num. 84.* Federic. Scheneh. *eodem tract. num. 59.* Nepos à monte Alban. *num. 19. & 46.* Mascard. *de probat. conclus. 1325. num. 13.* quod nimirum requirantur quinque testes probatæ, & spectatæ fidei: nam hoc de iure naturali non est necessarium, sed solùm secundum dispositionem iuris ciuilis, quæ in præsenti materia cessat.

Tertio probari poterit solutio legati ex præsumptioni 7

ptionibus, & coniecturis, vt generaliter tradunt Caualean. *cons.* 22. Bertazol. *cons.* 118. *inic. vol.* 1. Mascard. *De probat. conclus.* 1325. *n.* 26. Quod præcipuè habet locum in solutionibus priuatis, in quibus non adhibentur testes. Et in præsenti, potissima coniectura erit, quod solutio legati sit facta, si Missæ celebratæ fuerint, præsertim in magno numero, aut si legatarius quotannis celebrauerit Missas præscriptas à Testatore; cùm non sit verisimile, quod Missæ celebratæ sint, nisi receptum fuerit legatum, nec quod per plures annos adimpleta sit mens Testatoris ex parte legatarij, nisi etiam adimpleta sit ex parte hæredis solutione legati; cùm vnum sine alio regulariter fieri non soleat, & proindè facit præsumptionem solutionis, iuxta ea quæ tradunt Bald. *in l. Scriptura. num.* 8. *C. De fide instrument.* Rota *in Imolen. repetit. decis.* 4. *Martij* 1594. coram Decano, & *decis.* 154 *num.* 4. *part.* 3. Recent.

8 Alia quoque coniectura locum habet in præsenti materia, nempè, si lapsum sit longum tempus à termino, in quo erat soluendum legatum. Diuturnitas enim temporis cum taciturnitate legatarij, facit præsumptionem, quod sit sequuta solutio, iuxta *l. si quis forte.* §. 1. *ff. De pœn.* vt notant Crauett. *cons.* 158. *nu.* 12. Corn. *cons.* 277. *vol.* 4. Paris. *cons.* 137. *num.* 12. *vol.* 4. Dec. *cons.* 596. *num.* 8. Cephal. *cons.* 241. *num.* 89. Bertazol. *cons.* 118. *num.* 6. Alexan. *cons.* 122. *circa fin. vol.* 6. Afflict. *decis.* 13. *num.* 21. Mascard. *De probat. conclus.* 1325. *num.* 27. Præsertim, si in isto tractu temporis sit facta mutatio hæredis, itavt hæreditas de vno in alium transierit, & semper legatarius tacuit; vt notant Bertazol. *cit. cons. num.* 10. Soccio *cons.* 89. *circa fin. vol.* 3. Bertoius *cons.* 19. *num.* 9. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 121. *num.* 98. Non enim est verisimile, quod legatarius tandiù tacuisset, nisi facta fuisset solotio. Quod tamen est limitandum, nisi reuerentia hæredis prohibuisset interpellationem, qualia haberi solet erga Principes, Magnates, &c.

9 Quartò. Si contingeret; quod quietantiæ essent amissæ, nec suppeteret alius modus probandi solutionem, nec legatarius ostendere posset, solutionē esse factam, stante huiusmodi dubietate, posset solutio probari iuramento. Iuramentum enim habet vim solotionis, iuxta *l. Iusiurandum. & l. duobus.* §. *Item à fideiussore. ff. De iureiur. & l. Stychum.* §. *Naturalis. ff. De solut. & l. Non minorem C. De transact.* Et tradunt communiter Doctores. Bart. *in L. Qui iurasset* §. *fin. ff. De iureiur.* Angel. §. *Item per acceptilationem.* Instit. *Quib. mod. toll. oblig.* Ias. *in* §. *Item si quis. num.* 8. Instit. *De act.* Aot. de Petr. *in repet. l.* 1. vers. *Dicimus quartus effectus. num.* 186. *De iureiur.* Seraphin. *De priuil. iuramen. priuil.* 81. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1325. *n.* 23. Maut. Aretin. *de fideiuss. part.* 2. *cap.* 36. *num.* 3. Cum enim iuramentum habeatur pro veritate, repræsentat solutionem factam, & ideò habet vim solutionis, non quidem realis, sed fictæ, vt obseruant Bart. citat Motla *in empor. iur. par.* 1. *tit.* 8. *quæst.* 10. *in* fin. Anton. Nering. *De fideiuss cap.* 20. §. 2. *n.* 2. Guttierez. *de Iuram. confir. part.* 1. *cap.* 63. *num.* 11. Neque enim est vera, & realis solutio.

10 Rursos, si testes non sufficiant, quia scilicet sit tantùm vnicus faciens semiplenam probationem, adhiberi poterit iuramentum suppletorium, quod stante semiplena probatione inducit plenam probationem, vt tradunt communiter Doctores, iuxta *l. In bonæ fidei. C. de reb. credit.* vbi Glos. *& l.* 3. § *Quacumque actione. ff. de Iureiur.* vbi etiam Glos. Bart. *ibid. num.* 57. Ias. *num.* 75. *&* 158. Plotos *in l. si quando.* §. 13. *n.* 2. *C. Vnde vi.* Ant. Petroce. *in l.* 1. *n.* 378. *ff. de iur.* Alex. *cons.* 32. *lib.* 1. Socin. *cons.* 136. *circa fin. lib.* 2. Castren. *cons.* 473. vers. *Præterea non plus. lib.* 1. Menoch. *cons.* 455. *num.* 10. Pistor. *cons.* 28. *num.* 14. Abb. *in cap. fin. numer.* 8. vers. *Tertiò quæro. De iureiur.* Mysinger. *obseruat.* 68. *centur.* 1. Raudens. *decis.* 19. *num.* 81. Mancin. *de iuram. part.* 2. *art.* 6. *num.* 1. Ioseph. Ludouis. *decis.* 42. *num.* 13. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 33 *num.* 1. Quod præsertim verum est; quia, vt dictum est *num præced.* iuramentum habet etiam vim solutionis.

Denique, solutio legati probari etiam poterit, si annuus fuerit, ostendendo per tres vltimos annos, singulo anno fuisse solutum, iuxta dispositionem. *l. Quicumque. C. de Apoch. lib.* 10. vbi Doctores, Bald. Angel. *num.* 3. & cæteri etiam Doctores *in l.* 1. *C. de iure emphyt* Bart. *in l. Eum, qui, ff. de ann. leg.* Corn. *in l.* 2. *C. de dot. promiss.* Ias. *in l.* 2. *num.* 135. *C. de iure emphyt.* Duennas *reg.* 54. *num* 3. Follet. *In Prax. censuar. verb.* Huiusmodi censual. &c. *num.* 91. *limit.* 5. Balb. *de præscript. part.* 3. *princip. parti.* 1. *quæst.* 10. *num.* 26. vers. *Quintò limita.* Ant. Gabr. *concl.* 11. *num.* 13. Mascard. *de probat conclus.* 1327. *n.* 7. Aufor. ad Capel. Tholos. *quæst.* 235. Gigas *de pension. quæst.* 81. *num.* 2. Rota *decis.* 92. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Quia nimirum tres istæ solutiones factæ singulis annis vltimis faciunt præsumere, quod eodem modo præcedentes quoque exhibitæ sint singulæ debitis temporibus. Sunt enim veluti testes, quod solotio legati fiat tempore præscripto. 11

Quod tamen ita debet intelligi, si in quietationibus non adsit aliquod verbum, ex quo colligi possit, quod anteriores solutiones non præcesserint, vt si quietans diceret, se recipere solutionem pro illo anno tantū; nam per hoc declarat, sibi aliquid vlterius deberi, iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in l. Quicumque. verbo* Cautionem. *in fine. C. de apoch. pub. lib.* 10. Lucas de Pennia. *ibid. post princip.* Crauet. *cons.* 314. *num.* 5. *lib.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1327. *num.* 13. Tunc enim huiusmodi solotiones non possunt causare præsumptionem, quod anteriores præcesserint. 12

QVÆSTIO 1084.

An hæres, seu exequutor teneatur probare, legatum fuisse solutum, si ab Episcopo, aut Reu. Fabrica S. Petri de Vrbe interpelletur.

SVMMA.

1 *Hæres non tenetur probare solutionem legati, nisi agente creditore.*

2 *Episcopus non potest se intromittere circa legata, &c. nisi data negligentia.*

3 *Data negligentia requiritur monitio, vt possit Ordinarius se intromittere circa legata pia.*

4 *Quilibet debet fundamentum suæ intentionis probare.*

5 *Ordinarius se intromittens circa legata pia, damnat hæredes, &c.*

Nemo potest condemnari, nisi aut confessus aut conuictus.

6 *Fabrica S. Petri non potest se intromittere, nisi data negligentia, &c.*

Æquitas naturalis exigit seruari voluntates Defunctorum.

DIcendum est. *Non teneri à quocumque interpellatum, præterquam à creditore, seu legatario.* Ita generaliter tradunt Bald. asserens, quod proposita negatio solutionis à creditore, tenetur debitor pro- 1

bare ſolutionem, ſi verò à tertio proponatur, debere ab ipſo probari. Ita in *l. In illa ſtipulatione. ff. De verb. obligat.* Lappus *allegat.* 94. Cephal. *conſ.* 47. *nu.* 5. Beroius. *conſ.* 152. *num.* 1. *vol.* 1. Maſcard. *De probat. concluſ.* 1325. *num.* 4. Ant. Gabr. *concluſ. nu.* 13. *&* 22. *tit. de prob.* Ratio autem eſt. Quia creditor exigit, quod ſibi de iure debetur, & ideò pertinet ad debitorem excipere, quod ſolutio ſit facta, eam probando. At tertius non poteſt exigere, ſed ſolùm proponere ſolutionem non fuiſſe in ordine ad aliquid aliud obtinendum, & ideò cùm fundamentum ſuæ intentionis ſit, quod ſolutio non ſit facta, debet illam probare.

2 Et hoc ſpecialiter attenditur, quoad Epiſcopum, quando vult ſe intromittere in legatis pro Miſſis, cœteriſque ad pias cauſas. Nam non poteſt ſe intromittere, niſi data negligentia, aut malitia hæredũ, ſeu exequutorum teſtamentariorum, vt conſtat ex Cap. *Nos quidem. De teſtament.* ibi. *Negligentia, vel calliditate diſtulerit. &c. Tunc volumus, vt Fraternitatis ſua adificetur ſtudio.* Vbi notanda eſt dictio illa *Tunc*, quæ ſignificat, non dari facultatem Ordinario, niſi in caſu, quod ex negligentia, vel calliditate differatur exequutio.

3 Atque ita tradunt Doctores, dum volunt, non poſſe Ordinarium ſe intromittere, & etiam data negligentia, niſi præmiſerit monitionem. Ita Abb. *in Cap. Nos quidem. num.* 3. *&* 10. *De teſtamen.* Couarruu. alios citans *ibidem. num.* 2. Padilla *in Authen. Hoc amplius. num.* 16. *C. De fideicomm.* Iaſ. *ibid. num.* 3. Gulliel. *in cap. Raynutius. verbo.* ſi abſque liberis. 2. *num.* 201. *De teſtamen.* Cened. *ad Decret. collect.* 114. *num* 3. Menoch. alios referens. *de arbitrar. caſu* 498. *num.* 53. & qui volunt, requiri binam monitionem, vt Gloſ. *in Authen. Hoc amplius. verbo.* Monitus. *C. De fideicom.* Alexan. *in l. fin ff. de fer.* & quod requiratur monitio expreſsè, habetur ex Cap. *Nos quidem De teſtamen.* ibid, *Commoneas*, & Cap. *Tua nobis. in fine. eodem tit.* ibi, *monitione præmiſſa.* Si ergo ſolum in caſu negligentiæ, aut malitiæ poteſt Epiſcopus ſe intromittere, & adhuc monitione præmiſſa, oportet, quod ei conſtet de negligentia, aut malitia, & proinde probet, legatum non fuiſſe ſolutum, tamquam fundamentum ſuæ intentionis.

4 Debet enim quilibet fundamentum ſuæ intentionis probare, *l. Actor. C. De probat. & l. Qui accuſare. C. de eden.* vt notant communiter. Doctores, Bald. *conſ.* 229. Pariſ. *conſ.* 38. *num.* 16. *vol.* 2. Hyppolit. Riminald. *conſ.* 40. *num.* 4. *&* 14. *vol.* 1. Roland. *conſ.* 86. *num.* 4. *vol.* 3. Beroius. *conſ.* 141. *num.* 7. *vol.* 1. Bellon. *conſ.* 45. *num.* 6. Gozedin. *conſ.* 74. Syluan. *conſ.* 35. *num.* 26. & communiter. Et proinde etiam quando agitur de exercenda iuriſdictione in certo caſu, debet probari, caſum adueniſſe, vt conſtet de fundamento intentionis in exercenda iuriſdictione. Vnde, cum non poſſit Epiſcopus ſe intromittere in legatis, niſi ſtante negligentia hæredis, aut exequutorum teſtamentariorũ, pertinet ad ipſum facere conſtare, quod legata non ſint ſoluta: non autem ad illos, quod ſint ſoluta.

5 Confirm. Quando Epiſcopus ſe intromittit in legatorum piorum exequutione, condemnat hæredem aut exequutores de negligentia, & priuat iure exequendi. Ergo non tenentur probare ſe ſoluiſſe legata, ſed niſi confiteantur, ſe non ſoluiſſe, contra ipſos probari debet, quod non ſoluerint: quia nemo cõdemnari poteſt, niſi aut confeſſus niſi aut cõuictus, *l. De vnoquoque. de re iud. & cap. Nos in quamquam* 2. *quæſt.* 1. *& cap.* 1. *De cau. poſſeſſ. & propriet.*

6 Et quod dictum eſt, quoad Epiſcopum, locum habet etiam quoad Reu. Fabricam S. Petri de Vrbe. Nam ipſa quoque non poteſt ſe intromittere in exequutione legatorum, quoad pias cauſas, atque adeò pro Miſſis, data negligentia, aut malitia omnium exequutorum teſtamentariorum, vt etiam notat Paulus de Rubeis *De teſtamen. cap.* 86. *num.* 52. & conſtat ex *Conſtit.* 3 1*5. 15. Paul. III. & ex *Conſtit.* 96. §. 2. Pij. V. Neque enim per priuilegia ei conceſſa voluerũt ſummi Pontifices impedire, ne ad vnguẽ defunctorum voluntates ſeruarentur, cum æquitas naturalis exigat ſeruari, *l. In conditionib. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum de lanionis. ff. de fun. inſtruct. & l. cum quæſtio. C. de legat.* & obſeruat Rota coram Eminentiſſ. Otthobon. *deciſ.* 254. *num.* 16. *& in Roman. ſeu Ianuen. legati.* 1. *Iuly.* 1652. coram Veroſpio.

QVÆSTIO 1085.

Quid faciendum, ſi non ſoluto pro aliquo tempore annuo legato pro Miſſis, poſtea ſoluatur.

SVMMA.

1 *Quando ſoluuntur annua penſiones pro Miſſis, debent miſſæ celebrari omnes quàm citò fieri poteſt.*

2 *Decurſa penſiones pro Miſſis debent ſolui etiam priuato Capellano.*

Legatarius à morte teſtatoris acquirit ius ad legatum.

3 *Nec locum habet exceptio, quod non ſit ſatisfactum legato.*

4 *Quando deficit modus abſque culpa implere debentis habet locum repoſitio ex pœnitentia, ſed re integra.*

5 *Solutio penſionum decurſarum pro Miſſis non poteſt impediri ex pœnitentia, quia non ſit adimpletus modus.*

6 *Capellanus, quando ei ſoluuntur penſiones decurſa poteſt per alios ſupplere Miſſas.*

Modus factus impoſſibilis, impleri debet, quomodo poteſt.

7 *Capellanus faciens ſupplere per alium an teneatur dare integram penſionem.*

Legatum fit legatary iure donationis.

CVm hæredes multoties negligant ſoluere annua legata pro Miſſis; dubitatur, quid faciendum, ſi poſtea totam quantitatem decurſam ſoluant. 1 Et quidem, ſi erat ſoluendum annuum legatum alicui Monaſterio, ſeu Collegio, in quo ſint plures Sacerdotes, res extra difficultatem videtur: Nam poterit recipere totam quantitatem decurſam, & ſupplere per ſuos Sacerdotes Miſſas omiſſas ob nõ ſolutionem legati, vt reſpondet etiam Tamburin. *Opuſ. De ſacrif. Miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 86. verſ. *reſpondeo.* Legatarius enim habet ius ad legatum, itavt quotannis fiat ipſi debitum: & ideò quando ei ſoluitur, poteſt recipere. Quia tamen eſt ſub onere Miſſarum, tamquam ſub modo, ideò tenetur Miſſas iniunctas celebrare.

2 Difficultas habet locum, ſi legatarius ſit priuatus Capellanus, qui ratione legati teneatur quotidie celebrare: tum enim non poterit ſupplere Miſſas ob non ſolutionem legati, quia cum cæperit legatum intermiſſum ſolui, tenetur celebrare impoſterum pro legato tunc temporis correſpondente: Vnde videtur, quod non poſſit recipere decurſas penſiones annui legati. Nihilominus tamen tenendum eſt, quod poſſit recipere decurſas penſiones, & quod de iure debeant ipſi ſolui. Ita etiam Tamburin. *opuſ. de ſacrif. Miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 87. Ratio eſt. Quia ſtatim à morte teſtatoris acquiritur legatum legatario.

sio.

rio, & fueceſſotibus in legato, iuxta *l. 1. C. Communia de legat. l. à Titio. ff. de furt.* & proinde habet ius petendi legatum, & habet omnia bona teſtatoris ſibi hypothecata pro conſequutione legati. Vnde cum de iure debeatur legatum, & ipſe aeceptare poteſt, & hæredes tenentor ſoluere, itavt non poſſint alio modo, quam ſolutione, eatinguere ius Capellani legatarij.

3 Nec diei poteſt, Quod cum non ſit ſatisfactum oneri Miſſarum ceſſauerit ius eaigendi legatum. Nam cum onus Miſſarum ſit modus, qui debet impleri poſt acquiſitionem, & proinde non impedit acquiſitionem, iuata *l. filio familias. ff. de condit. & demonſtrat.* quod non ſit adimpletum, non tollit, quin ſit aequiſitum ius, ſingulis aonis præteritis, ad omnes penſiones decurſas: atque adeò nec, quod legatario non ſint ſoluendæ.

4 Neque item vrgeri poſſit, quod lieet legatum iure legati aequiſitum ſit legatario, ſit tamen locus repetioni, ſi non ex capite cauſæ non ſequutæ, benè tamen ex eapite pœnitentiæ, vt contingit, quaodo deficit modus abſque culpa implere debentis. *l. ſi pecuniam. ff. De condit. cau. dat.* vbi Bart. communiter recept. Nam hoc ſolum habet locum re integra, vt notat Gloſ. *in d. l. verbo. ſed cum liceat pænitere.* & reſpectu dantis ſub modo, cui eoncedirur pœniteotia: nam illius tantum eſt pænitere, qui feeit: non autem poteſt quem de alieno facto pænitere. Hæc autem duo in præſenti caſu deficiunt, nam res non eſt integra, quia Capellanus legatarius cæperit implere onus celebrando Miſſas præſcriptas, & defunctus non eſt amplius in ſtatu, vt poſſit pœnitere, nec hæredem poteſt loeo defuncti pœnitere.

5 Accedir etiam, quod d. lea, *ſi pecuniam*, eoncedit pœnitentlam quoad repetitionem: atque adeò, quando iam facta ſolutione factus eſt locus adimplemento modi, & caſu abſque culpa adimplere debentis non poteſt impleri. Oppoſitum autem conringit in præſenti caſu, oam annua penſio legati, cuius contemplatione adimpleri debet onus Miſſarum pro illo anno, non eſt ſoluta, arque adeò nondum fuit locus adimplemento oneris; imò hærea in culpa fuit, quod non fietet locus adimplemento, & ideò non habet locum pœnitentia ad repetendam penſionem ſolutam ex eo, quod caſu non poſſit impleri modus. Denique, quia legatatius eſt promptus adimplere modum, ſieuri poteſt, vt mox dicatur adimplendus, & ideò dici non poteſt, quod non poſſir caſu impleri, quando ſit locus adimplemento.

6 Difficultas autem, quæ oritur ex eo, quod non poſſit Saeerdos legatarius celebrare Miſſas ſupplendas, eacluditur: quia eum alias poſſir celebrare per alium, poteſt etiam in hoc cauſu ſupplere Miſſas prætermiſſas ob non ſolùtas penſiones annuas legati, vt notat etiam Tamburin. *opuſ. de ſacrif. Miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 87. verſ. reſpondeo.* Imò etiam ſi aliàs teneretur per ſeipſum celebrare, adhuc in tali caſu ſupplere poſſet per alium. Quia modus, qui de facto eſt impoſſibilis, impleri debet eo modo, quo poteſt, vt tradunt inter alios Alciat *in l. impoſſibilis. num. 13 ff. de verb. oblig.* Durand. *De condit. & mod. impoſſibil. part. 3. cap. 8. num. 23.*

7 Sad hinc oritur alia difficultas, An, dum Sacerdos facit ſupplere per alios Miſſas prætermiſſas, teneatur dare totam portionem legati correſpondentem, an verò ſolam eleemoſioam currentem. Reſp. ſufficere, ſi det eurrentem elaemoſinam, vt notat etiam Tamburin. *num. præced.* citat. Quia taoquam Legatarius facit ſuam totam penſionem legati iure legati, atque adeò iure donationis: ſiquidem, legatum eſt donatio quædam relicta à teſtatore, ab hærede præſtanda. *l. legatum eſt. ff. De legat. 2. & §. 1. Inſtit. De legat.* & ideò, tamquam donatarius debet percipere beneficium donationis, & non tamquam merus eaequutor, ſed iure proprio facere adimplere onus, vt etiam dictum eſt ſuperioribus.

QVÆSTIO 1086.

An, ſi pro aliquo tempore non ſint ſoluta penſiones annuæ legati pro Miſſis, poſſit hæres ſupplere per ſeipſum Miſſas prætermiſſas.

SVMMA.

1 *Hæres qui pro aliquo tempore non ſoluit annuas penſiones pro Miſſis, poſſit per ſeipſum ſupplere.*

2 *Is eſt legatarius cui relinquitur annua penſio, etiam cum onere, vt faciat aliquid præſtari.*

3 *Petente legatario annuas penſiones decurſas, non poterit hæres ſe tueri, quod miſſæ celebratæ ſint.*

4 *Omittens ſoluere annuas penſiones legatario pro Miſſis, poteſt teneri reſarcire aliquod damnum.*

5 *Legatum pro Miſſis eſt ſemper in vtilitatem legatarij.*

TAmburin. *Opuſ. De ſacrif. Miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 3. num.* 88. reſp. Quod ſi ex circumſtantijs eolligatur, quod teſtator voluerit gratificari Capellano, vt ſi eſſet eonſanguineus, concitiis, aut pauper, aut ſi penſio annua, reſpectu numeri Miſſarum, eſſet pinguis, & proinde luerosa: non poſſe hæredem per ſeipſum ſupplere, ſed debere ſoluere legatum lagatario. Econtra verò, poſſe per ſeipſum ſupplere, ſi eolligatur, teſtatorem iotendiſſe merum numerum Miſſarum, vt ſi penſio annua legati adæquatè correſponderet Miſſarum numero, itavt non excederet. 1

Verum, abſolutè tenendum eſt. *Quod in nullo vnquam caſu liceat hæredibus per ſe ipſos ſupplere Miſſas prætermiſſas, ſed ſemper teneantur ſoluere legatario decurſas penſiones.* Ratio eſt, quia conſtat ea diſpoſitione teſtatoris, quod inſtituerit legatum, vt ſupponitur, & conſtat etiam ea ipſo facto, qoia is eſt legatarius, cui relinquitur annua penſio, non ſolum cum onere aliquid præſtandi, ſed etiam cum onere, vt faciat præſtari. iuxta ea quæ tradunt Bart. *in l. Pecuniæ. num. 1. verſ. ſed dices. ff. de alim. & cibar. legat. & in l. ſi quis Titio. num. 1. verſ. Tu tamen dicas. ff. de leg. 2.* & ibi Caſtreo. Imola, & alij. Beroius. *quæſt. 86. num. 2.* Mantica *de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 4. num. 13.* Rota *deciſ. 25. num. 3. part. 3. recen.* Cum autem legatatius acquirat ius ad legatum ex teſtamento, & hæres teneatur ipſi præſtare, vt conſtat ex dictis *quæſt. præceden. num. 2.* Non poteſt hæres per ſeipſum facere ſupplere Miſſas prætermiſſas, ſed in quoeumque caſu tenetur ſoluere legatario decurſas penſiones, ea illo generali principio, quod creditori ſoluendum ſit. 2

Ex dictis infertur. Quod, petente legatario ſibi præſtari decurſas penſiones annui legati, non poterit hæres ſe tueri excipiendo, quod Miſſæ ſuppletæ ſint, quæ aliàs fuiſſent celebrandæ, quia hæc exceptio non releuat. Legatarius enim inſtituit ſuā actionem ex teſtamento diſpooente, & obligante hæredem ad ſoluendum annuum legatum, iuata *l. A Titio. ff. de furtis.* Vndè non poteſt hæres ſe tueri, niſi oſtendendo, quod ſatisfecerit obligationi teſtamentariæ 3

mentatiæ. Quia autem testamentum obligat ad legatum præstandum singulis annis legatario, ideò non satisfacit, si facit celebrari Missas aliàs celebrandas in virtute legati, quia respectu huius secundi, nullam hæres habet obligationem, sed respectu illius primò.

4 Secundò infertur hæredem omittentem soluere quotannis annuam pensionem legati, fieri posse, quod teneatur aliquando resarcire aliquod damnũ legatario. Fieri enim potest, quod legatarius sit pauper, & proinde indigeat pro substentatione eleæmosina Missæ: atque adeò, dum careret annua pensione legati, coactus sit aut contrahere debita, aut celebrare Missam cum minori eleæmosina, quam aliàs celebrasset, habita annua pensione, & proinde passus sit damnum. In tali autem casu tenetur hæres resarcire damnum, quia iniusta detentione annui legati ipsum læsit cum tali damno subsequuto.

5 Tertiò infertur. In legatis pro Missis non habere locum distinctionem, an legatũ sit vel non sit ordinatum ad vtilitatem legatarij, nam semper respicere eiusdem vtilitatem ex eo constat, Quod eleæmosina, quæ præstatur siue manuali modo, siue per salarium siue per legatum, semper est pro substentatione ministri. Quod autem ordinatur ad alimenta, & substentationem alicuius, est in ipsius commodum, & vtilitatem. Quod præcipuè locum habet respectu legatarij, nam, vt dictum est *quæst. praeceden. num.* 7. legatum est donatio præstanda ab hærede: Donatio autem est in vtilitatem donatarij. Quod verum est, etiamsi legatum contineret solam consuetam eleæmosinam: quia adhuc legatarius, si indiget, potest inde habere substentationem, quam alias fortasse non haberet, etiamsi celebraret.

QVÆSTIO. 1087.

An, si legatum excedat summam per statutum taxatam, possit tota exigi.

SVMMA.

1 *Legatum pro Missis an teneat supra summam taxatam à statuto.*
Statutum laicale valet circa pompas mundanas.
Valet statutum, quod medietas bonorum relinquatur filijs.
2 *Princeps an possit statuere ne vltra certam summam legetur.*
3 *Salua portione debita filijs valet legatum in quacumque summa ad pias causas non obstante quocumque statuto.*
4 *Statutum prohibens legari vltra certam summam valet solum quoad causas prophanas.*
Dispositio ad pias causas non subiacet statutis laicorum.
5 *Facultas testandi, & legandi licet concessa à iure ciuili non potest coarctari quoad pias causas.*
6 *Ius canonicum potest dare facultatem testandi, & legandi ad pias causas.*
7 *Princeps quatenus taxare possit legata.*
Statutum indirectè prohibens legare pro anima, non tenet.

1 CОntingit aliquando, quod laici statuant circa quantitatem legandam a testatoribus, præfigendo certam summam, quam legata excedere non possint: Vndè dubitatur, An, si legatum pro Missis excedat hanc taxam, teneat; & hæredes cogi possint ad soluendum. Quod autem quis non possit legare Ecclesiæ, & proinde, nec etiam pro Missis, vltra summam taxatam: &, si legetur, non tenere legatum, quoad excessum, tradit Cassina *in Cathech. regul. tit.* 12. *num.* 11. qui nonnullos alios citat, qui tamen loquuntur in diuersis terminis. Nam Tabiena *verbo.* Excommunicatio. 5. *casu* 20. *ad* 4. loquitur solum de pompis mundanis, circa quas valet statutum laicale. Syluest. verò *verbo.* Excommunicatio. 9. *num.* 31. loquitur tantum, quando statutum restringit prompas indiscretas, aut auget portionem debitam filijs: nec loquitur in propria sententia, sed refert aliorum opiniones. Sic etiam Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *q.* 3. loquitur solum in casu, in quo statutum decernit, quod medietas bonorum relinquatur filijs, vltra enim aliam medietatẽ non poterit pater legare. Caiet. quoq; *verbo.* Excommunicatio. *cap.* 31. *in fin.* solũ dicit, valere statutum disponens, ne fiat excessus in mortuarijs, quatenus ordinantur ad temporalem honorem, licet inde per accidens proueniat effectus, qui videtur contra immunitatem.

Fundamentum est. Quia Princeps potest ex iusta causa statuere, quod id, quod est vnius, fiat alterius, vt contingit in præscriptione. Vnde, potest etiam statuere, quod testator non possit nisi certam summam legare, aut de ipsa testari: ergo, si vltra ipsã leget, aut testetur, nulliter aget, tamquam de alieno disponens. Confirm. Quia, licet ex hoc fiat, quod non leget Ecclesiæ, cum non nominetur Ecclesia, nec in eius odium fiat; sed vt prouideatur filijs & familiæ, nihil continet contra immunitatem Ecclesiæ. 2

Dicendum tamen est. *Valere legatum pro Missis in quacumque quantitate, si salua maneat illa portio, quæ de iure debetur filijs.* Et idem dicendum est de omnibus legatis ad pias causas, stante quocumque statuto, quod legari non possit, nisi certa summa. Ita Abb. *in cap. fin. de reb. Eccles. non alienan.* Tabiena *verbo.* Excommunicatio. 5. *casu* 20. *num.* 5. vers. *Ad hanc quæstionem.* Quod intelligitur, quatenus statutum non prohibeat de certa portione testari, vt videlicet consulat filijs, seu venientibus ab intestato. Nam, cum ius ciuile indulgeat facultatem testandi, potest eam, prout libuerit, coarctare, cum sub sit illius dispositioni. 3

Ratio est Quia statutum prohibens, vltra certam summam legari, vt sit rationabile, & valeat, debet accipi quoad legata ad prophanas causas; non autem causas pias; alioquin excederet facultatem statuentis: & defectu potestatis, quoad hanc partem esset nullum. Dispositiones enim ad pias causas non subiacent iuri ciuili, aut statutis laicorum, iuxta Cap. *relatum. De testamen. &* communiter Doctores, & Theologi Abb. *in d. cap. num.* 3. Roman. *in Authen. similiter. num.* 63 *C. Ad leg. falcid.* Bart. *in l.* 1. *num.* 66. *C. de sacrosan. Eccles.* Ripa *in l. Nemo potest. num.* 101. *ff. de leg.* 1. Bald. *in l. in iure. n.* 1. *C. de testam. manumiss.* Aret. *in l. si is, qui. num.* 6. *ff. De testament.* Dec. *in l. Captatorias. num.* 13. *C. de milit. testam.* Tiraquell. *De priuileg. pia caus. priuileg.* 162. Spin. *in specul. testamen. Glos.* 31. *num.* 40. Hartman. Pistor. *quæst.* 28. *num.* 1. *lib.* 3. Polidor Ripa *de act. in art. mort. cap.* 62. *num.* 2. Vasquez *de success. lib.* 3. §. 22. *limit.* 11. *num.* 1. Mantica *de coniect. vlt. volun. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 9. Achill. de Grass. *decis.* 301. *aliàs.* 1. *num.* 1. *de testam.* Rota *decis.* 74. *num.* 19. *part.* 2. *Diuers. & decis.* 321. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* & coram Butatto *decis.* 475. *num.* 2. & coram Caualer. *decis.* 553. *num.* 1. *& decis.* 208 *num.* 3. *part.* 7. *recen.* & alibi passim. Cum enim dispositiones ad pias causas respiciant salutem animæ, subijciuntur illi potestati, quæ disponit de medijs quæ conducunt ad salutem consequendam. Quod præcipuè locum habet in 4

legato

legato pro Miſſis, quia hoc legatum ordinatur etiam ad cultum Dei.

5 Dices. Cum poteſtas teſtandi, atque adeò legandi indulgeatur à iure ciuili, poterit coarctari etiam in ordine ad cauſas pias: quia ſicuti, ſi nullo modo indulgeretur, nullo modo poſſet quis legare; ita nec etiā legare vltra quātitatem conceſſam etiā in ordine ad cauſas pias, aliàs legatū erit nollū, defectu facultatis. Reſp Quod, licet facultas teſtādi, & legādi indulgeatur à iure ciuili, non tamen poteſt illam coarctate in ordine ad diſpoſitionem ad pias cauſas, alioquin excederet ſuos terminos, & nulliter ageret, quia diſponeret circa ea, quæ non ſubſunt poteſtati ciuili. Vndè, ex eo, quod quod indulgeat talem facultatem, fit ſolum, quod poſſit illam modificare quatenus actus ipſius ſe continet intra materiam ciuilem. Quod aotem ſe extendat etiam ad cauſas pias ſine ſubiectione ad ius ciuile, habet ex natura ſua, quatenus materia ſubiecta trahit ſecum talem extēſionem.

6 Deinde, cum bona temporalia ordinari poſſint ad pias cauſas, quæ ſubſunt diſpoſitioni iuris Canonici, poteſt ius Canonicum, tamquam ordinans diſpoſitiones ad pias cauſas indulgere ius teſtandi, & legandi ad pias cauſas, ſicuti de facto indulſit, canonizando ſaltem facultatem conceſſam à iore ciuili, & extendendo ad pias cauſas: & ideò, quoad hanc materiā, non ſubeſt moderationi iuris ciuilis quia facta eſt propria iuris canonici, & ideò ab ipſo ſolo moderanda eſt.

7 Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Poſſe Principem, ex inſta cauſa, taxare quantitatem legandam, ſed intra terminos ſuæ facultatis ciuilis; atque adeò in ordine ad prophanas cauſas; non autem extra illius terminos: & proinde, non in ordine ad pias diſpoſitiones, vt conſtat ex dictis. Hæc enim materia, tanquam ex natura ſua extra terminos poteſtatis ciuilia, ſemper habetur pro excepta, reſpectu cuiuſcumque diſpoſitionis ciuilis. Ad confirm. Aliud eſſe, quod ſtatutum decernat pro filiis certam portionem, aliud eſſe, quod prohibeat legare vltra tantam quantitatem, Primùm directè prouidet filijs, & ſi portio determinata pro filiis ſit rationabilis, valet ſtatutum, quia tota diſpoſitio verſatur circa materiam ſubiectam poteſtati ciuili. Non teneret autem, ſi etiam indirectè impediret, ne teſtator legare poſſet congruam quantitatem pro anima ſua, quia eſſet contra charitatem, qua quiſque proſequi poteſt ſe ipſum, atque adeò contra ius naturale. Secundum autem tamquam quid prohibituom vltra terminos facultatis prohibentis: & conſequenter, non vltra legata ad propbanas cauſas.

Qvæstio 1088.

An poſſit Prælatus ſine Capitulo repudiare legatum pro Miſſis.

SVMMA.

1 *In quibus caſibus poſſit prælatus repudiare legatum pro Miſſis.*

2 *Repudians legatum pro Miſſis non violat Paulinam.* Ambitioſæ.

Legatum non debetur, niſi ſit agnitum.

3 *Legatum pro Miſſis perpetuis non fit Eccleſiæ, niſi obtenta licentia, &c.*

Non acceptare legatum eſt non acquirere, non autem alienare.

4 *Prælatus repudians legatum pro Miſſis quando peccet mortaliter.*

Tenetur reſarcire damnum ex tali repudiatione.

5 *Prælatus an abſque Capitulo poſſit repudiare legatum.*

In acquirendis ſolus Prælatus poteſt nocere Eccleſiæ.

6 *Qui ſentiant in repudiando requiri Capitulum, &c.*

7 *Prælatus validè repudiat ſi habeat liberam adminiſtrationem.*

Prælatus vt adminiſtrator exercet, quæ ſunt adminiſtrationis.

8 *Prælatus quando non poſſit ſine Capitulo determinare.*

9 *Capitulum, poteſt vindicare legatum renunciatum à prælato*

Quod nullum eſt habetur pro non facto.

10 *Prælatus poteſt ius Collegij vindicare contra ſuum actum nullum.*

11 *Eccleſia poteſt reſtitui ad legatum validè repudiatum à prælato.*

Eccleſiæ damnum paſſa competit remedium Cap. Rei integrandæ.

Difficultas procedit tam de legato pro Miſſis 1
perpetuis, quam pro Miſſis manualibus: & ſuppoſito quod acceptari poſſit. Quia, ſi ratione legis, inſtituti, aut pacti non poſſit acceptari, habetur pro repudiato, ratione habitualis impedimēti ad acceptādū & ideò tunc Prælatus non tam repudiaret, quam notificaret impoſſibilitatem acceptādi. Rurſus, etiāſi onera Miſſarum adæquatent vires ſatisfaciendi, poſſet à Prælato repudiari, quia cum non poſſint ſuſcipi onera, quæ adimpleri non poſſunt, adeſt impedimētum, ne poſſit aceptari: & ideò poteſt adhuc Prælatus repudiare, manifeſtando impedimentum.

Eſt autem ſupponendum tanquam certum, quod 2
Prælatus, repudiando legatum pro Miſſis, non violat Paulin. *Ambitioſæ. De reb. Eccleſ. non alienan.* vt notant etiam Tabiena, *verbo.* Alienatio. *quæſt.* 10. Sanchez *lib.6. de Matrim. diſp.*4. *num.* 14. Caſſina *in Catechesi regul. tit.* 11. *num.* 16. Quamuis enim, ratione teſtamenti, deferatur ius, & repudiatio videatur ſupponere ius acquiſitum, & proinde videatur cōtinere alienationem iuris acquiſiti, attamen revera non interuenit alienatio, nec alius actus ſimilis alienationi prohibitus in d. Paulin. Nam alienatio ſupponit acquiſitum, quod alienatur, & quod ſit in bonis alienantis, cùm importet tranſitum de vno in alium. Repudiatio autem legati non ſupponit legatum eſſe in bonis repudiantia: quia ius quod per teſtamentum defertur, non eſt in termino, ſed in via; & proindè, nondum eſt perfectum, nec in bonis legatarij. Vndè legatum non debetur, niſi ſit agnitum, vt inter alios notant Bart. *in l. Et in mortis. num.* 1. *ff. De donat. cauſ. mor.* Molina *lib.* 1. *De Primogenit. cap.* 12. *num.* 14. Gaſp. Anton. Theſaur. *quæſt. foren.* 25. *num.* 14. *lib.* 4. Et ideò repudiatio legati non ſupponit acquiſitionem, ſed eſt impedimentum acquiſitionis, quæ per teſtamentum defertur.

Et à fortiori, hoc habet locum, ſi legatum ſit 3
pro Miſſis perpetuis, quia non poteſt acceptari ſine Superiorum licentia, & præmiſſa cognitione cauſæ. Vndè ante conceſſionem licentiæ, licet ſit per teſtamentum delatum, nondum tamen eſt acceptatum: & ideò nondum factum eſt proprium Collegij, ſeu Monaſterij, ſed remanet in ſuſpenſo. Et ideò, quoad ipſum locum non habet alienatio, tamquam ea, quæ verſatur ſolùm circa illa, quæ ſunt de proprietare alienantis. Vndè in hac repudiatione non habebunt locum pœnæ Paulinæ impoſitæ alienātibus res Eccleſiæ. Et pro hac doctrina facit *l. Qui autem ff. Quæ in frand. credit.* ibi *Proindè, & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honora-*

riam, vel testamentariam, non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat. Noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuere. Ex quo constat, quod aliud est repudiare, & aliud alienare, seu diminuere res proprias.

4 Rursus etiam certum est; Prælatum, absque Capitulo, repudiantem legatum pro Missis, quatenus inde prouenit vtilitas Collegio, peccare mortaliter, iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in Cap. Quicumque.* 12. *Quæst.* 4. verbo. *Aut neglectum.* Abb *in cap. Tua num.* 9. *De his quæ fiunt à Prælat.* Ias *in l. legatum seruo. nu.* 19. *ff. de leg.* 1. Spin. *in specul. testamen. glos.* 8. *princip. num.* 63. Sanchez *lib.* 6. *De matrim. disp.* 4. *num.* 15. Cassinà *in Catech. Regul. tit.* 12. *num.* 17. Ratione enim muneris tenetur fideliter administrare, & procurare vtilitatem, & commodum Collegij; & ideò dum repudiat legatum, quod est futurum vtile Collegio, facit contra debitum proprij muneris in re graui, & grauiter peccat. Vndè, secundum eosdem Doctores, tenetur etiam resarcire damnum, instar tutoris respectu pupilli, ex d. Cap. *Quicumque.* 12. *quæst.* 4. ibi *si neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, restituit.* Quod intelligendum est, si habeat de suo vndè resarciat. Vndè Prælati Regulares excusantur, cùm nihil habeant de proprio. Difficultas autem modò est, an repudiatio sit valida.

5 Quod autem possit Prælatus absque Capitulo, & solemnitate repudiare legatum pro Missis, & quodlibet aliud relictum Ecclesiæ, tradunt Ias. *in l. Legatum seruo. numero vigesimo ff. De legat.* 1. Ceruantes *ad l.* 6. *Tauri. numero septuagesimo nono.* Sanchez *libro sexto de matrimon. disputatione quarta, numero duodecimo.* vers. *Et idem dicendum* Cassin. *in Catech. Regul. titulo* 12. *num.* 16. Quia in acquirendis solus Prælatus potest nocere Ecclesiæ, vt tradunt Glos. *in Cap. fin. in fin* 16. *quæstione sexta, & in Cap.* 2. *verbo* Non debet. *De donat.* Innocent. *ibid.* Butrius *numero decimo.* Bart. *in l. Iubemus.. numero quarto. C. de Sacrosanct. Eccles.* Io: Lupus *in rub. de donat.* §. 47. *numero sexto.* Abb. *in Cap. Tua. numero nono. De his quæ fiunt à Prælat.* Corneus *consilio vndecimo, numero secundo, libro tertio* Rosella *verbo* Alienatio. *numero decimo.* Tabiena *quæstione decima.* Syluest. *quæstione decima nona.* Armilla *verbo* Donatio *numero sexto.* Seraphin. *De priuileg. iuram. priuil.* 71. *numero* 32. alios referens.

6 Econtra verò, requiri consensum Capituli, & etiam solemnitatem, tenent alij plures, quos refert & sequitur vasquez *De success. progress. lib.* 3. §. 27. *num.* 23. Lambertin. *De iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 9. *art. num.* 21. *conclus.* 5. ver. *Eodem modo.* Pinell. *De bon. mater. lib.* 1. *part.* 3. *num.* 103. vers *Alia ampliatio.* Angel. *verbo* Alienatio. *num.* 16.

7 Verùm, cum distinctione procedendum puto, itavt, *si Prælatus habet liberam, & plenam administrationem, validè repudiet. Si verò non habet, sed administrat simul cum Capitulo, non validè repudiet.* Ratio prioris partis est. Quia Prælatus, tamquam administrator, exercet ea, quæ sunt administrationis, iuxta Cap. *Edoceri. De rescript.* vbi Felin. latè Bellam. *decis.* 696. Cæsar. de Grass. *decis.* 40. *num.* 7. Et agit nomine proprio, iuxta Panormit. in Cap. *Cum deputati. num.* 6. *De iudic.* Feliu *ibid. num.* 7. Rota coram Penia *decis.* 1332. *num.* 10. Repudiatio autem legati pertinet ad administrationem, quia non est exercitium dominij, cùm nondum, quod repudiatur, sit sub dominio repudiantis, aut Collegij; sed solùm resolutio deliberatiua, circa acquirendum, vel non acquirendum, & proindè exercitium administrationis.

8 Ratio posterioris partis est. Quia cùm Prælatus non habeat liberam administrationem, sed in ipsa communicet cum Capitulo, non potest aliquid seorsim à Capitulo determinare, cùm se habeat sicut vnus de Capitulo, non sicut vniuersi, iuxta ea quæ tradunt Dec. *cons.* 61. *num.* 3. Rota coram Mãtica *decis.* 328. *num.* 2. & coram Penia *decis.* 1332. *num.* 12. & in *Agrigentin. S. Angeli die* 30. *Aprilis* 1604. coram Coccino.

9 Addendum est etiam. Quod; si Prælatus renunciet, adhuc poterit Capitulum sua iura vindicare, & repetere legatum renunciatum, quia ex facto Prælati non potuit ipsi præiudiciari, iuxta Glos. *in Cap. Dudum.* 2. *verbo* De veritate *in fin. De elect.* Roman. *cons.* 374. *num.* 5. Menoch. *cons.* 39. *num.* 55. Rota *decis.* 13. *De procurat. in nouiss. & decis.* 705. *num.* 7. *in fin. in Recen. & in Mediolan. Decim.* 9. *Iunij.* 1610. coram Pirouano. Quia cùm repudiatio legati sit nulla defectu potestatis, nullum potest parere effectum, & habetur pro non facta. *l.* 4. §. *Condemnatum. ff. De re iud.* vbi Doctores. *& l. non potuit.* §. *Non quonis. ff. de offic. Præsid.* vbi Bart. *& l. Quoties. ff. Qui satisd. cogan.* & Cap. *Cum Nicolao. De appellat.*

10 Imò quamuis regulariter, qui nullitatem induxit, non possit contra eam dicere, attamen in hoc casu, fauore Ecclesiæ, poterit etiam ipse Prælatus ius Collegij vindicare, repetendo repudiatum legatum, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Iubemus.* 2. §. *Sanè. num.* 9. vers. *Tertiò quæro. C. De Sacrosanct. Eccles.* Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. quæst.* 77. *nu.* 1. Rota *coram Caputaquen. decis.* 170. *&* 108. *part.* 3. & coram Merlino *decis.* 490. *num.* 11. *& in Colimbrien. Frostimon.* 20. *Decemb.* 1631. *&* 18. *Iunij* 1632. coram Dunozetto. & *in eadem* 27. *Iunij* 1630. coram Coccino.

11 Quod si repudiatio valida sit, ex eo, quod facultas repudiandi sit penes Prælatum, conueniet Ecclesiæ, & Capitulo beneficium restitutionis in integrũ, iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in Cap. Audistis. verbo* Restituimus *in fine De in integr. restit.* Abb. *ibid. num.* 15. Ias. *in l. Legatum seruo. num.* 21. *ff. De leg.* 1. Spin. *in specul. testamen. glos.* 8. *num.* 63. Io: Lupus *in rubr. De donat.* §. 47. *num.* 12. Bernard. Diaz *Reg.* 219. & in terminis Sanchez *lib.* 6. *de Matrim. disp.* 4. *num.* 15. ver. *Competit etiam.* Semper enim, quod Ecclesia patitur aliquod damnum, competit ei remedium Cap. *Rei integrandæ.* 3. *quæst.* 1. vt inter alios notant Bertrand. *cons.* 448. *num.* 4. *lib.* 4. Surd. *cons.* 28. *nu.* 91. Peregrin. *in Cap. Consultationis. num.* 16. *De offic. deleg.* Rota *coram Caputaquen. decis.* 182. *num.* 8. *part.* 3. *& decis.* 473. *num.* 2. *part.* 2. Recent.

QVÆSTIO 1089.

An in repudiatione legati pro Missis requirantur solemnitates.

SVMMA.

1 *Repudiatio legati pro Missis an requirat solemnitates*, & num. seq.
Pupillus non potest repudiare sine solemnitate.
2 *Repudiatio legati valet sine solemnitate.*
3 *Solemnitas non extenditur de actu ad actum.*
Repudiatio non est alienatio.
4 *Repudiatio legati est alienatio, si sit agnitum.*
Legatum factum pupillo statim habetur pro agnito.
5 *Ecclesia non fruitur priuilegijs pupilli concessis ex defectu ætatis.*

1 QVi tenent, repudiationẽ esse alienationẽ, cõsequẽter volũt, quod legatũ pro Missis, seu factũ Eccles. repudiari nõ possit sine solẽnitatib. requisitis in aliena

In alienatione rerum Ecclesiæ. Ita cum pluribus Vasquez *De successiõn. progress. lib.3. §.27. num.23.* Lambertin. *De iurepatronat. lib.3. quæst.9. art.1.n.21. conclus.5.* vers. *Eodem modo.* Pinell. *de bon. matern. lib.1. par.3. num.103.* vers. *Alia ampliatio.* Angel. *verbo:* Alienatio. *num.*16. Et pro hac sententia facit *l. Magis puto. §. si pupillus.* vers. *Fundum. ff. De reb. cor.* ibi, *fundum autem legatum repudiare pupillus sine Prætoris auctoritate non potest.* Et reddit rationem. *Esse enim, & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat.* Vbi duo faciunt: Primum, quod pupillus non potest sine solemnitate repudiare legatum: vndè nec etiam poterit Ecclesia, quia æquiparatur pupillo Secundum, quod repudiatio legati sit alienatio, & proinde requirat solemnitates necessarias pro alienatione.

2 Tenendum tamen est. *Quod non sit necessaria aliqua solemnitas pro repudiando legato pro Missis, siue quocumque alio relicto liberè, absque onere.* Pro hac sententia. Idem Vasquez *lib.3. de success. progress. §.27. num.23.* refert plures Doctores, præsertim Bartol. & Bald. Felin. Butr. &c. Idem tenent Abb. *in Cap. Tua. num.9. De his, quæ fiunt à Prælat.* Iason. *in l. legatum seruo. num.* 20. *ff. De leg.* 1. Feder. de sen. *cons.*9. Bernard. Diaz *regul.* 219. vers. *Tertia.* Spinus *in specul. testament. gloss.* 8. *princip. num.*63. *in fin.* Ceruantes *ad l.6. Taur. num.*19. Ioan. Lupus *in rubr. De Donat.* §.47. *num.* 7. Corneus *cons.* 11. *num.* 2. *lib.* 3. Rosella *verbo.* Alienatio. *num.* 10. Syluest. *quæst.* 19. Tabien. *quæst.* 10. Nauarr. *Cap. si quando. except.6. num.2.* De *rescript.* Sanchez *lib.6. De matrimon. disput.4. num.12.* vers. *sed contrarium.* & hæc sententia confirmatur ex Praxi: nam huiusmodi repudiationes passim fiunt absque solemnitatibus requisitis in alienationibus.

3 Et ratio est. Quia solemnitas requisita pro certo actu, non est extendenda ad actum alterius speciei, præsertim si in ipso non militet eadem ratio. Vndè solemnitas requisita pro alienatione, aut alio actu continente alienationem, non est extendenda ad repudiationem rei acquirendæ. Quod autem repudiatio legati non sit alienatio, clarè deducitur ex dispositis in iure ciuili: nam in *l.3. in fin. ff. Quæ in fraud. credit.* vbi omnis alienatio, facta in fraudem creditorum, reuocatur: ibi. Et *omninò qui aliquid fecit, vt desinat habere, quod habet, ad hoc edictum pertinet.* Rursus in l. *Qui autem. eodem tit.* Repudiatio legati, cuius iam cessit dies est valida in fraudem creditorum, ibi: *Proinde, & qui repudiauit hereditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariam, non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat. Noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuere.* Rursus. *Sed & illud probandum est, si legatum repudiauit, cessare hoc edictum.* Si igitur omnis alienatio, in fraudem creditorum, est prohibita, & non repudiatio legati; constat, hanc repudiationem non esse alienationem, atque adeo non subiacere solemnitatibus alienationis.

4 Superest explicare text. *l. Magis puto. §. fundum. ff. De reb. cor.* Non enim absolutè ibi dicitur, repudiationem legati esse alienationem; sed solum repudiationem legati relicti pupillo. Redditur enim ratio, cur repudiatio sit alienatio, quia scilicet est legatum pupilli, ibi: *Esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitet.* Vndè procedit de legato agnito, quia quamuis legatum rectà via deferatur, non tamen dicitur esse res legatarij, quousque sit agnitum, nec res pupilli, nisi ab ipso sit agnitum. Quia autem pupillus acquirere potest sine auctoritate tutoris, §. 1. Instit. De *auctor. tut.* ideo, eo ipso quod per testamentum defertur, habetur pro agnito: vndè cum repudiatio superueniat agnitioni, non est amplius nuda repudiatio, sed alienatio. Quoad cæteros autem repudiatio non est alienatio, quia non superuenit agnitioni, sed ipsam excludit. Alias etiam responsiones ex Abbat. & Gomez refert Sanchez *lib.6. de Matrim. disputat.* 4. *num.* 12. vers. *Ad leg. Magis.*

Solum instari potest; Quod Ecclesia fruitur priuilegijs pupilli, & ipsi æquiparatur. Vndè legatum relictum Ecclesiæ eodem modo se habet, ac legatum relictum pupillo: & si hoc, eo ipso quod defertur, habetur pro agnito, habebitur etiam illud, & proinde erit par ratio. Respon. Ecclesiam frui priuilegijs pupilli, secundum subiectam materiam, & stante eadem ratione proportionali. Vndè quæ conueniunt pupillo ob defectum ætatis, non extenduntur ad Ecclesiam, vt constat in priuilegio tutoris: quia cum non patiatur Ecclesia defectum ætatis, non indiget priuilegijs, quæ supplent huiusmodi defectum. Et ideò, quia potest agnoscere legatum ex ipsa delatione, non habetur pro agnito, sicut habetur respectu pupilli, cum non possit exercere actus sine dominij, sine administrationis, & alias sine auctoritate tutoris acquirere possit, quod facit, vt acquirat in vigore solius delationis. 5

QVÆSTIO. 1090.

An Prælatus excusari possit, si renunciet legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Prælatus an excusari possit si repudiet legatum prò Missis.*
Propter scandalum desistendum aliquando à iure proprio.
Ecclesia debet potiùs pati damnum temporale, quàm permittere scandalum.
2 *Legatum pro Missis non potest parere scandalum iustè timendum.*
3 *Prælatus non excusatur si repudiet legatum absque consensu Capituli.*
Legatum est liberalis donatio Testatoris.
Legatum præsumitur in vtilitatem legatarij relictum.
4 *Prælatus non repudiat legatum si differat acceptare.*
Legatario conceditur tempus ad deliberandum.
5 *Quando hæreditas non acceptanda ab Ecclesia, si exhæredetur filius.*
6 *Prælatus ad euitandas lites, non potest soluere, quod non tenetur soluere.*

PRocedit difficultas extra casus, in quibus, iuxta dicta in superioribus, potest Prælatus repudiare legatum. Quod autem possit excusari, si ex iusta causa repudiet, tenet Cassina *in Catech. Regul. tit.* 12. *numero decimo octauo, & decimo nono,* vt si legatum esset implicatum litibus, quia expedit, seruos Dei esse liberos à strepitu causarum, & plura adfert in detestationem litium, subdens, quod si Prælatus aliquid soluat, quod soluere non tenetur, ad fugiendas lites, non ei imputatur, tantus est fauor execrationis litis Pro quo citat Innocent. *in Cap. Accedentibus. De priuileg. & in Cap. Cum accessissent. num.* 4. *De constit.* Secundò addit aliam causam, communem pro omnibus legatis, si nimirum ex acceptatione immineret scandalum, vt si consanguinei essent adeò pauperes, vt ipsis potius deberet Ecclesia succurrere. Cùm propter scandalū desistēdum sit aliquando à iure suo. Cap. *Nihil prodest. De præscript.* & Ecclesia debet potius pati damnum temporale, 1 2

quàm permittere ſcandalum, vt ait D. Thom 2. 2. *quæſt.* 43. *ar. vlt.* Vnde Auguſt. relatus in Cap. *Quicumque.* 17. *quæſt.* 4. ibi, *Quicumque vult, exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, quam Auguſtinum: Imo Deo propitio neminem inueniet.* & alia ad hoc propoſitum affert Caſſina citat.

2 In qua difficultate illud certum videtur. Quod ſi legatum ſit pro Miſſis, nec ex ipſo conſequatur aliquid contra leges, non poſſe parere ſcandalum, iuſtè timendum: ſed, ſi ſequetur; erit ſcandalum Pharifaicum. Dum enim teſtator legat pro celebratione Miſſarum pro anima propria, operatur ſecundum rectum ordinem charitatis, qua tenetur proſequi animam ſuam, quam ſicut debet præferre cuicumque commodo temporali aliorum, etiam coniunctorum: ita etiam poteſt præferre commodo ipſorum temporali bona propria temporalia, quatenus illi ſeruiunt ad finem ſupernaturalem, & ideò, ſi quis de hoc ſcandalizaretur, de bono opera ſcandalizaretur, & à quo non tenetur teſtator abſtinere: & non eſſet curandum, iuxta communem doctrinam.

3 Quod autem ſpectat ad repudiationem, tenendũ eſt. *Nunquam poſſe Prælatum excuſari, ſtante quacumque cauſa, ſi repudiet abſque conſenſu Capituli.* Ratio eſt. Quia, cum legatum ſit donatio liberalis facta à teſtatore, & ab hærede præſtanda. *l. legatum eſt. ff. De leg.* 2. *&* §. 1. Inſtit. *De legat.* præſumitur factum fauore legatarij, & in ipſius vtilitatem, iuxta Gloſ. *in l.* 1. *C. de leg.* vbi communiter Doctores. Ruin. *conſ.* 38. *num.* 3. *lib.* 2. Rota coram Penia *deciſ.* 1134. *num.* 4. qui loquuntur etiam de legato, cui eſt onus annexum. Ergo non poteſt Prælatus ex ſe ſolo abſque Capitulo deliberare, an ſit ex occurrente cauſa repudiandum: quia, ſaltem præſumptiuè, faceret contra vtilitatem Eccleſiæ, ſtante præſumptione vtilitatis legati: & læderet iura Capituli, cum ad ipſum ſpectet huiuſmodi deliberatio.

4 Eſt tamen aduertendum. Quod non cenſetur repudiari legatum, ex eo, quod Prælatus differat acceptare: Nam, vt aduertit Rota. coram Eminentiſſ. Otthobon. *deciſ.* 243. *num.* 6. ex ſilentio non reſultat repudiatio, ſed dilatio acceptationis, quouſque deliberetur: Conceditur enim tempus legatario ad deliberandum. vt *ibid.* Rot. cum Gratian. *Diſcept. foren. cap.* 250. *num.* 11. *& in Roman. honor.* 25. *May.* 1601. coram Penia, & conſtat ex toto tit. *C. De iur. delib.* Hoc tamen ita accipiendum eſt, vt habeat locum, quando nõ eſt præfixus terminus acceptationi, nam, eo elapſo, habetur pro repudiato, & ideò imputaretur Prælato, ſi fineret elabi terminum.

5 Ex dictis colligitur, Dictum D. Auguſtini, de quo *num.* 1. nempe, non debere Eccleſiam acceptare hæreditatem, quando exhæredatur filius, eſſe accipiendum, quando exhæredatur abſque iuſta cauſa: quia tunc exhæredatio eſſet contra charitatem naturalẽ, qua parentes tenentur diligere filios. Vndè pater exhæredans peccaret mortaliter, & quamuis Eccleſia non concurreret ad eius peccatum, ſi tamen acceptaret hæreditatem, videretur factum approbare. Imò non poſſet iuſtè retinere, quia hæreditas eſt de iure debita filio, à quo non poteſt per patrem auferri, niſi ex iuſta cauſa, qua ceſſante, nulliter aufert. Secus autem quando ex iuſta cauſa exhæredatet, & à iure approbata: quia tunc pater vteretur iure ſuo, & non faceret iniuriam filio, & proinde, Eccleſia quoque, abſque illius iniuria, poſſet retinere hæreditatem, tamquam ſibi de iure delatam.

6 Secundò colligitur. Non poſſe ſubſiſtere, quod Prælatus, ad euitandas lites, ſoluere poſſit, quod non tenetur ſoluere, niſi forte Capitulum iudicet, expedire, eſſe ſoluendum. primò, quia eſt contra fidelitatem adminiſtrationis, quæ exigit, quod non ſoluantur, niſi quæ debentur. Nec poteſt adminiſtrator arbitrari, quod expediat ſoluere, quod non debetur ſed, ad ſummum, hoc reſeruatur Capitulo. Secundò. Quia iſta facilitas in ſoluendo, quod non debetur, ex deſiderio vitandi lites, euaderet valdè damnoſa Eccleſiæ: nam eſſet incentiuum ad mouendas lites iniuſtas, & ad implicandam Eccleſiam in pluribus litibus, quam aliàs ſuſtineret.

QVÆSTIO 1091.

An, & quomodo ſoluendum ſit legatum pro Miſſis Fratribus Minoribus.

SVMMA.

1 *Relicto legato pro Miſſis Fratribus Minoribus, hæredes &c. tenentur curare celebrationem.*
Voluntas teſtatoris ſeruanda in eo, in quo poteſt.
Mens teſtatoris attendenda.

2 *Fratres Minores an Capaces legati pro Miſſis* & num. ſeq.

4 *Legatum pro Miſſis ſoluẽdum Fratribus Minoribus eo modo, quo ſoluntur eleemoſinæ.*
Fratres minores capaces ſunt legatorum quæ ſubleuent neceſſitates.

5 *Fratres Minorum non poſſunt fori negocij ſe immiſcere.*
Sindicus Minorum inſtare poteſt apud iudicem pro ſolutione legati.
Fratres Minores ſunt tantum Capaces vſus qui conſiſtit in facto.

6 *Fratres Minores an poſſint inſtare apud ſindicum, quod interpellet iudicem.*
An poſſunt extra iudicialiter interpellare iudicem, vt cogat hæredes ad ſoluendum legatum.

IN hac difficultate hoc certum eſt, quod, relicto legato pro Miſſis Fratribus Minoribus, tenentur hæredes, ſeu exequutores curare, vt Miſſæ correſpondentes legato celebrentur, vt notant Belloch. *de caſib. reſeruat. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 383. & alij. Nam obligatio procurandi celebrationem Miſſarum originem habet à teſtamento, & voluntate defuncti: & proinde deſcendit ad hæredes, & exequutores teſtamentarios, nec extinguitur ex eo, quod legatarius fortè non acceptet legatum. Et dato, quod non poſſit impleri voluntas teſtatoris, quod Miſſæ celebrantur per legatarium deſignatum, debet impleri quoad ſubſtantiam, nempè, quoad celebrationem Miſſarum: quia eſt omninò ſeruanda, quoad fieri poteſt. *l. Quoties.* §. *ſi duo. ff. de hæred. inſtit. & l. Cogi. ff. Ad Trebell.* Neque enim ex eo, quod legatarius non acceptet legatum, præſumi poteſt, quod nolit, Miſſas celebrari: imò eſſe de mente ipſius, quod celebrentur eo modo, quo celebrari poſſunt: & proinde, mens ipſius eſt omnino attendenda. *l. Cum de lanionis.* §. *Aſinam. ff. De fun. inſtruct. & l. cum aliter.* §. 1. *ff. de legat.* 3. & notant Peregrin. *de fideicom. ar.* 15. *num.* 5. Rota coram Eminentiſſ. Otthobono. *deciſ.* 254. *num.* 16. 1

Quod autem Fratres Minores nõ ſint capaces legati pro Miſſis tradit Belloch. *de caſib. reſeruat. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 383. aſſerens, huiuſmodi legatum non valere, nec in foro exteriori, nec in interiori, & proinde, non eſſe ſoluendum, nec Fratres poſſe acceptare, tamquam omninò incapaces, ratione propriæ regulæ. & proinde, hæredes tenebuntur ſolùm 2

curare

curare celebrationem Missarum. Fundamentum huius sententiæ esse potest, quia dicti Fratres habent tantùm vsum, verum necessarium, non autem aliquod dominium: legatum autem transfert ius, & dominium in legatarium.

3 Communiter tamen tenent, esse capaces Fratres Minores legati pro Missis, & etiam aliorum legatorum, quibus subueniatur eorundem necessitati. Ita Portell. *in dub. regular. verbo* Legatum *in Addit. num.* 2. vers. *De modo autem* Leander à Murcia *in reg. S. Francisci, cap.* 12. *num.* 5. *supra* 6. *regul.* asserens, ita sentire omnes expositores d. regul. S. Franc. Martin. à S. Ioseph. *in eand. reg. cap.* 13. *num.* 26. Rodriquez *quæst. regul.* 125. *art.* 6. *tom.* 2. Corduba *cap.* 6. *regul. quæst.* 11. *punct.* 1. Sorbus *in compend. priuileg. verbo.* Legata *in Adnot.* ver. *Quando ergo.* & alij cum Bart. *tract. Minor. lib.* 2. *dist.* 1. *cap.* 1. *num.* 3.

4 Dicendum est. *Legatum pro Missis esse soluendum Fratribus Minoribus eo modo, quo soluuntur cætera eleemosinæ.* Desumitur ex Cap. *Exiit.* §. *Ab hac. de verb. signif. in* 6. & ex Clementin. *Exiui.* §. *Cupientes.* ver. *Nec licet. De verb. signif.* Quatenus supponitur, esse capaces Legatorum, quæ subleuent necessitates, non quæ afferant superfluitatem. Ratio autem est. Quia legata pro Missis continent eleemosinas, quæ dantur Ministris altaris intuitu celebrationis, pro substentatione. Vndè ipsi quoque, tanquam Ministri altaris, poterunt recipere eleemosinas intuitu celebrationis: & hæredes, seu exequutores tenebuntur soluere, tanquam debitas iure naturali, vt suo loco dictum est. Quod amplius etiam constabit ex concessione Gregorij XIII. de qua mox.

5 Hinc autem insurgit difficultas Quid faciendum, si hæredes, aut exequutores non soluant legatum. Et difficultas ea eo oritur, quod non possunt Fratres Minores agitare lites, & negotiis fori se immiscere, iuxta eorum regulam, vt declaratur in Clementin. *Exiui.* §. *ex talibus autem. De verb. signif.* Verum, quamuis ipsi non possint agitare causas, & conuenire in iudicio, potest tamen ipsorum Syndicus instare apud Iudicem pro solutione legati, & Iudex tenebitur cogere ad solutionem: nam Gregorius XIII hoc ipsum concessit Fratribus Minorib. vt refert Rodriquez *quæst. regul.* 126. *art.* 4. ver. *Ad* 1. *tom.* 2. & notant etiam Corduba *in cap.* 6. *reg. S. Franc. quæst.* 16. *punct.* 2. Martin. à S. Ioseph. *ibid. cap.* 13. *num.* 42. in fin. Portell. *in dub. regul. verbo.* Legatum. *num.* 8. Ratio est. Quia instantia non fundatur in iure aliquo, quod sit penes Fratres Minor. quia, cum sint capaces tantùm vsus bonorum temporalium, qui consistit in facto, vt in d. Clementin. *Exiuit. De verb. signif.* non possunt ius aliquod ad legatum acquirere. Vndè Syndicus instabit apud Iudicem, vel implorando eius officium, vel tanquam Commissarius Sedis Apostolicæ, apud quam cum sit dominium rerum, quæ obueniunt dictis Fratrib. vt declaratur in d. Clementin. *Exiuit.* Est etiam apud ipsam ius ad legatum relictum Fratrib. & proindè potuit Syndico committere instantiam apud Iudicem, quoties oportuerit.

6 Hoc autem stante, insurgit aliud dubium, An possint saltem Fratres Min. instare apud Syndicum, quod interpellet Iudicem pro solutione legati: Videtur enim negatiuè resoluendum: nam hoc pacto viderentur agnoscere apud se ius ad legatum. Attamen nihil prohibet; quin per modum monitionis excitent Syndicum ad instandum apud Iudicem pro solutione legati: nam tenetur, Syndicus ex officio suo procurare apud Iudicem solutionem legati: vndè excitare ipsum, commonendo, vt procuret, non est aliud, nisi excitare, vt satisfaciat officio proprio. Licet autem vnicuique vnumquemque commonere, vt satisfaciat officio proprio, quia est cooperari bono. Imò, si esset negligens, esset opus charitatis ipsum corrigere, & procurare, vt satisfaceret muneri proprio. Nec obstat, quod hoc vergat in vtilitatem Fratrum ipsorum: quia hoc esset, ad summum, causa impulsiua, quæ non excluderet finalem supradictam. Nec dedecet cooperari actibus licitis, quamuis hoc cedat etiam in propriam vtilitatem; cùm adhuc propria vtilitas licitis mediis procurari possit. Imò; posse Fratres Minores extraiudicialiter implorare officium Iudicis, vt compellat hæredes ad soluendum, tradit Martin à S. Ioseph. *in reg. S. Franc. cap.* 13. *num.* 42. & citant D. Bonauent. *in cap.* 4. *reg. S. Franc.* Bart. *in l. Ciuitatib. inic. num.* 5. *ff. de leg.* 1. Abbat. *in cap. In præsentia. num.* 63. *de probat.* Siluestrum *verbo.* Hæreditas. *quæst.* 7. *dict.* 1. Cordub. *in reg. S. Franc. cap.* 6. *quæst.* 11. *punct.* 4.

QVÆSTIO 1092.

An Fratres Minores sint capaces legati pro Missis perpetuis.

SVMMA.

1 *Duplex modus legandi pro Missis perpetuis.*

2 *Qualis legati pro Missis perpetuis non sint capaces Fratres Minores.*
Fratres Minores non sunt capaces annuorum redditiuum.

3 *Fratribus Minoribus non licet persuadere, vt eis relinquantur legata perpetua.*
Fratres Minores debent abstinere etiam ab eo, quod habet speciem mali.

4 *Fratres Minores an capaces legati pro missis annuatim soluendi*, & num. seq.

6 *Fratres Minores recipere possunt annuam eleemosinam, quam ex testamento tenentur dare heredes.*

7 *Eleemosina certa, & parata an repugnet paupertati Minorum.*

8 *Eleemosina parata perpetua non æquiualet redditui perpetuo.*
Ex æquipollentibus non interest quid fiat.

9 *Quando heredes obligantur dare in perpetuum certam annuam eleemosinam, non est opus ex parte ipsorum aliqua renunciatione.*

10 *Minores non acquirunt aliquod ius ex eo quod testator obliget heredes dare illis annuam eleemosinam.*
Neque actione vtilem.
Votum in fauorem tertij quodnam ius ipsi conferat.

DVplici modo potest institui legatum perpetuum pro Missis. Primò, si statim legatum à morte testatoris transeat ad legatarium. In quo casu, iuxta Decreta Sacr. Congregat. *De celebr. Missar.* erit erigendus fundus afferens fructus, qui annuatim correspondeant oneri Missarum, atque adeò interuenire debent bona immobilia inalienabilia, seclusa licentia Apostolicæ Sedis, & quæ possideantur à legatario. Secundo modo institui potest, vt annuatim soluatur legatario ab hæredibus, & proindè tot sint legata, quot sint anni, vt dictum est in superioribus suo loco; Atque adeò legatarius solùm successiuè acquirat ius annuatim ad legatum. 1

Quod spectat ad primum modum, videtur certum, non posse Fratres minores acceptare talia legata, ob eorundem incapacitatem. Afferunt enim secum annuos redditus perpetuos omninò necessa- 2

rios , ioata Decreta Sac. Congregat, *De celebrat. Miſſar* qui inſeruiunt pro ſubſtentatione celebrantium. Fratres antem Minores ſunt omninò incapaces annootum redditnum, qui inſeruiant eorundem
2 ſubſtentationi ; vt declatatur in Clemen. *Exiui.* §. *Cumque annui redditus. De verb. ſignificat.* ibi , *Cumque annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure , ac huiuſmodi redditus obtinere paupertati , & mendicitati repugnet , nulla dubitatio eſt , quod prædictis Fratribus redditus quoſcumque , ſicut & poſſeſſiones , vel earum etiam vſum (cum eis non reperiatur conceſſus) recipere, vel habere . (conditione conſiderata ipſorum) non licet.* Vbi Gloſ. *d. verbo. Cumque annui.* approbat doctrinam Friderici de Sen. *conſ.* 175. *alias* 180. ducentis, Fratrea Minores non eſſe capaces annuorum legatorum perpetuorum , & *conſ.* 112. vbi docet , oon eſſe capaces annui legati ad longum tempus.

3 Ex qoo inferuot Bart. *tract. Minor. quæſt. libro* 2. *diſt.* 2. *num.* 12. Angel. *verbo legatum.* 1. *numero* 5. Syluest. *queſt.* 3. Martin. à Sancto Ioſeph. *in reg. S. Franc. cap.* 13. *num.* 41. & alij contra Rodriquez *quæſt.reg.* 126.*art.*4.*reſol.*4. *tom.* 2. Noo licere Fratribus Minorib. perſoadere ſæcularibus,vt eis relinquat legata perpetua ſiue pro Miſſis, ſiue pro Anoiuerſarijs , quia perſuaderent , quod eſſet contra ipſorum regulam; quod ſine ſcandalo cootingere non poteſt. Præſertim quia , iuxta Clement. *exiui.* §. *Amplius cum non ſolum. De verb. ſignif.* debent Fratres Minores abſtinere nō ſolum à malo,ſed etiam ab eo,quod habet ſpeciem mali.

4 Maior difficultas eſt , ſi legatum ſecundo modo relinquatur nempe , ſi obligentur hæredes ad annoatim ſoluendam certam quantitatem Fratribus Minorib. pro celebratione Miſſarum. Prima ſententia aſſerit, huiuſmodi legati eſſe Fratres Mioores incapaces , & proinde nulliter relioqui. ita Bart. *tract. Minor. quæſt.lib.*2.*diſt.*6.*cap.* 1. *num.* 32. Bald. *in Authen. Ingreſſi. num.* 59. *C. De ſacroſan. Eccleſ.* Abb. *in Cap. In præſentia. num.*63.*De probat.* Nauarr. *conſ.*14. *num.*8. *de teſtamen. lib.* 3. Surd. *De alim. tit.*3. *quæſt.* 4.*num.* 13.Sanchez *lib.* 7.*ſumm.cap.* 26. *num.* 49.Corduba *in reg. S. Franc. cap.* 6. *quæſt.* 11. *punc.* 14. Sorbus *in Compend. Priuileg. verbo.* Legata. *verſ. ſi verò.* Quæſada *de diuerſ. quæſt. iur. cap.* 26. *num.* 9 Fundamentum eſt. Quia ioxta Clemen.*exiui.*§. *Cumque annui redditus. De verbor. ſignif.* annui redditus repugnant paupertati Fratrum Minorum , & proinde , huic determinationi ſtandum eſt , dum teſtator non declarat modum licitum,quo fruaotur legato.

5 Secuoda ſeoteutia docet,poſſe percipere huiuſmodi legatum , ramquam eleemoſinam pro Miſſis accipiendam ab hæredibus, abſque eo quod acquirant ius aliquod. Ita Angel. *verbo.* legatum. 1. *num.* 5. Tabiena *quæſt.* 4. *num.*5.Syluester *verbo.*Legatum. 2. *quæſt.*3. *diſt.*2.Rodriq.*quæſt.regul.*126. *art.*3. *tom.*2. Lara *in l. ſi quis à liberis.* §. *Verum. num.* 14. *ff. De liber. agnoſcen.* Martin. autem à S. Ioſeph. io reg.S. Franc.cap.13.oom.40. putat probabilem vtramqne opinionem.

6 Dicendum eſt. *Si teſtator non inſtituat legatarios fratres minores , ſed ſolum obliget proprios hæredes , vt dent certam eleemoſinam annuam pro celebratione Miſſarum per eoſdem fratres non repugnare eorundem paupertati.* Ratio eſt. Qoia hoc pacto per diſpoſitionem teſtatoris Fratres Minores nō conſtituuntur legatarij,& cooſequenter,nullum ius in ipſos transfertur: ſed tantom obligantur hæredes ad implendam mentem teſtatoris. Dum antem ad Fratres Minores per huiuſmodi diſpoſitionem nollum ius deriuat , nihil habetur contrarium eorundem regulæ , quia ſolum ius, & dominium præſcriptæ ipſis paupertati contrariatur. Vndè reciperent quantitatem deſignatam à teſtatore , tamqoam eleemoſinam maoualem pro Miſſis.

Solum obſtare videtur. Quod haberent huiuſ- 7
modi eleemoſinam paratam, certam,& perpetuam, tamquam ex neceſſitate erogandam ob diſpoſitionem teſtatoris. Verum,hoc oon repugnat eoruodem paupertati , & mendicitati , quia non inducit penes ipſas aliquod ius : & proinde nec etiam excluditur, quin ſoluatur , tamquā eleemoſina manualis. Siquidem hoc habet ea diſpoſitione teſtatoris,qoi voluit, quod ipſis erogaretur tamquam eleemuſina manualis. Et quamuis ſit futura perpetua eleemoſina, nihil tamen fratres mioores acquiruot , oiſi ſolum vſum facti,quando ipſis erogatur ; & proinde non alteratur ipſorum paupertas.

Adhuc tamen inſtari poſſet , quod huiuſmodi 8
eleemoſioæ æquipollet annuo redditui perpetuo, Vndè ſi multiplicarentur huiuſmodi eleemoſinæ pro ipſorum completa ſubſtentatione,non eſſet amplius neceſſarium meodicare;& proinde, deſtrueretur ſtatus paupertatis , quam profitentur. Nihil autem intereſt; quid fiat ex æquipollentibos. *l.* 3.*C. de inſtit. & ſubſtit. & l. in fin C. de donat. quæ ſub mod.& l. mulier. ff. Ad Trebell.* reſp. Non eſſe æquipollentia: quia habere redditus perpetuos dicit habere ius ad ipſos, quod importat dominium, & proprietatem, & proinde eſt quid repugnans regulæ S. Franciſci, vt dicitur in Clemen. *exiui.* §. *Cumque annui redditus. De verb. ſignificat.* At quod eleemoſina ſit futura annua, & perpetua , non refundit aliquod ius in Fratres Minores,& ideò deeſt,quod repugnat ipſorum regulæ. Quod autem hæc eleemoſina præſtet eundem effectum , ac præſtaret annuus redditus, hoc etiam dici poſſet de qualibet alia eleemoſina manuali,cum eodem modo inſeruiat pro ſubſtentatione , ac inſeruiret annuus redditus : vndè,cum ſit eadem ratio de omoibus,noo deberent percipere aliquas eleemoſinas Accedit etiam , quod huiuſmodi eleemoſinæ noo faciunt meliorem ipſorum conditionem,ſaltem vt plurimū,quia regulariter oo deeſt ipſis eleemoſina pro Miſſis celebrandis.

Ex dictis colligitur. Quod licet Fratres Mioores, 9
ioxta ipſorum ſtatuta, vt notat Martio. à S. Ioſeph. *in reg. S. Franc. cap.* 13. *num.* 40. debeant renunciare legatis pro Miſſis perpetuis , attamen io hoc caſu , non erit oeceſſaria renunciatio. Nam renuociatio:ſeu repudiatio ſupponit ius acquirendum, atqoe adeò in præſeoti, quod deferatur per diſpoſitioē teſtatoris:in præſenti autē oon defertur; cum diſpoſitio teſtatoria ſiſtat tantum in obligando hæredes. Vndè,etiam ſi Fratrea Minores eſſent capaces iuris acquirendi , non poſſunt agnoſcere legatum , cum non deferator ad ipſos:imò nec ſit inſtitutum legatum aliquod,ſed tantum diſpoſitio eleemoſinæ pro Miſſis:& quamuis ſint electæ perſooæ, per quas celebrari debeat,hoc non eſt factum, vt ius aliquod in ipſas traosferatur , ſed vel ex deuotiooe erga ipſas, vel etiam vt per eleemoſinam ſubleuetur earundem paupertas.

Colligitur 2. Neque indirectè ex huiuſmodi di- 10
poſitione teſtatoris acquiri ius Fratribus Minoribus , tamqoam facta io eoruodem fauorem. Quia non poteſt maius ios illis conferre,quam conferat votum emiſſum in fauorem tertij eidem tertio. Hoc autem votum non confert tertio ius aliquod ad rem, ſed tantum actionem vtilem implorandi Iudicis officium pro executiooe. iuxta Cap. *Ex parte. De cenſib.& cap. Quod ſuper.* in fin. *De fide inſtrum.* & docet cum cōmuni ſententia Saochez *lib.* 4.*ſumm. cap.* 11. *num.*19.Poſſe autem implorare officium Iudicis , mediante ſyndico , non repugnat regulæ S. Franc.vt dictum eſt *quæſt. præceden.* Addo tamen,neque

que hauc actionem ijs competere: quia in tantum cnmpetit, in quantom descendir à voluntate disponentis in fauotem, à qua omne ius circa res ipsius descendit. Dum autem Testator scit, tegulam Minotum, & qood non possunt acquirere ius aliquod, & obligar tantum suns hæredes, declarat mentem suam qund nnlit extendere vltra hæredes aliquam obligatinnem, aut ius, aut actionem vtilem, quia vim suæ dispnsitionis vult solum in hætedibus sortiri effectum.

Qvæstio 1093.

An magis prosit legatum pingue pro paucis Missis, quam ordinarium pru pluribus.

SVMMA.

1 *Quoad meritum vtilius est legatum pingue pro paucis Missis, quam consuetum pro pluribus.*
2 *Quid si quoad quantitatem legata sint æqualia*
3 *Pinguius stipendium non compensatur per cooperationem ad plura sacrificia.*
4 *Quoad satisfactionem vtilius est legatum ordinarium pro pluribus Missis, quàm pingue pro pancioribus.*
5 *Absolutè vtilius est legatum pingue pro paucioribus, quàm consuetum pro pluribus Missis.*
Religiosi magis merentur obseruantia regulari, quàm exquirendo indulgentias.
6 *Quæcumque gradus beatitudinis præponderat cuilibet remissioni pænæ temporalis.*
7 *Et etiam accelerationi beatitudinis.*
8 *Triginta Missæ an magis prosint eodem die celebratæ, quàm celebratæ triginta diebus.*
9 *Vna Missa cum eleemosina decem aureorum an magis vtilis, quàm centum.*
10 *Ex quo capite magis vtilis.*

1 DIcendum est. *Quoad meritum vtilius esse legatum pinguius pro paucis Missis quàm legatum ordinarium pro pluribus.* Ita desumitur ex D. Thom. *in supplemen. quæst. 27. art. 2. ad 2.* Paludan. *in 4. dist. 45. quæst. 2. conclus. 5.* D. Antonin. 1. *part. tit.* 10. *cap.* 2. §. 5. Syluest. *verbo*, suffragia. *num.* 8. & alij. Ratio est. Quia in nrdine ad meritum attenditur npetatio prnptia merentis secundnm ipsius mntalitatem, seu bonitatem, quam habet ex nbiecto, & fine. Plus autem bonitatis mnralis est in exhibitinne pinguioris legati pro paucioribus Missis, quam nrdinarij pro pluribus, quia crescit eleemosina exhibita prn substentatinne Sacerdotis. Maint autem eleemosina est magis meritoria, quia cnntinet maiorem bonitatem moralem.

2 Dices, Pnsse legatum pro pluribus Missis esse eiusdem quantitatis cum legatn pinguioti prn paucioribns Missis, & proinde æquale quoad eleemnsinã, atque adeò eiusdem meriti. Resp. Legatum continens stipendium ordinarium pro Missis deberi pro substentatione ministris celebrantibus de iure naturæ, vt suo loco dictum est: & ideò non impnrtare propriè eleemnsinam, quæ est liberalis donatin excludens debitum: & proindè, nnn habere meritom eleemosinæ propriè dictæ, sicut habet stipendium pinguius, quia totus excessus supra consuetum est verè eleemosina fundans speciale meritum.

3 Dices 2. Quando Missæ sont plures, interuenite cooperationem ad plora sacrificia, vnde licet stipendium sit ordinarium, compensator tamen merttum, ex cooperatioue ad plura sacrifieia, cum talis cooperatio de se sit meritnria, siquidem importat actum religinnis. Resp. Nnn cnmpensari, quia meritum fundatur in actu interno, & est secundum ipsius mẽsuram. Quamuis autem, quandn legantur plures Missæ, interueniat conperatio ad plura sacrificia; actus internus, quamuis in obiecto complectatur plura sacrificia, est tamen valdè remissus, quia impnrtat effectum remissum, siquidem mnuet solum ad legaodum consuetum stipendium. At qoandn legatur pingue stipendium, affectus est intensus, cum habeat effectum magnum, & superet difficultates, quæ sunt in danda magna eleemosina. Rursus etiam interuenit actus charitatis, quæ est omnium virtutum nobilissima, atque adeò maximè meritoria impetans eleemosinam specialem: & proinde meritum, tùm ratione eleemosinæ, tùm ratione charitatis imperantis longè excedit.

4 Dicendum 2. *Quoad satisfactionem, vtilius esse legatum ordinarium pro pluribus Missis, quàm pinguius pro paucioribus* Ita desumitur ex Dnctnribus *num.* 1. citat. Ratin est, Quia licet satisfactio, quatenus fundatur in actu legantis, sit maior, stante legatn pinguinri pro paucinribus Missis: attamen satisfactio ex opere operatn prnueniens à sacrificijs, excedit satisfactionem non solum paucorum sacrificinrum correspondentium legato pinguiori, sed etiam satisfactinnem ex npere operantia correspnndentem legato pinguiori: siquidem singula sacrificia habent suam prnpriam satisfactionem. & fnrtè pnrtio satisfactionis, quæ correspondet vni satisfactinni, excedit satisfactinnem pinguioris legati. Vndè qun magis multiplicantur sacrificia, eo magis etiam crescit satisfactio.

5 Dicendum 3. *Absolutè loquendo, vtilius esse legatum pingue pro paucis Missis, quàm legatum stipendij ordinarij pro pluribus Missis.* Intelligitur autem quoad ipsum legantem, & de Missis etiam, quæ celebrantur post ipsius mortem. Hæc est expressa sententia D. Tho. *in supplemen. quæst. 27. ar. 2. ad 2.* ibi, *Religiosi magis merentur religionem suam seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ, quam indulgentias exquirendo, quamuis minus, quantum ad diminutionem pænæ, quod est minus bonum.* Cnmparat ergo vtilitatem, quam percipiunt religiosi ex obseruantia regulari, cum vtilitate, quam percipiunt ex consequutione indulgentiarum. & illam esse vtilitatem, quæ consistit in præmio vitæ æternæ, hanc verò cnnsistere in remissione pœnarum temporalium: illam aotem vtilitatem esse maiorem, quia cnntinet maius bnnum. Idem etiam dncent cæteri Doctores *num.* 1. citati.

6 Est aotem eadem ratio de celebratione paucarum Missarnm cum pingui stipendio, & de celebratione multarum cum ordinatio stipendio, nam pingue stipendium fundat meritum, coi correspondet præmium vitæ æternæ: multitudo autem Missarum magis satisfacit prn mainri pœna temporali. Vndè cõficitur ratio. Melios est acquirere quemcumque gradum beatæ, seu vitæ æternæ quam obtinete remissionem cuioscumque pœnæ tẽporalis: siquidem quilibet gradus visionis beatæ, seu vitæ æternæ est beatitudn essentialis sufficiens se snla ad absnlutè beatificandum, & consequenter, ad expellendam omnem miseriam & est bnnum æternum, nullum babens finem. Remissio antem coiuscumque pœnæ temporalis affert secum solum illud bonum, quod à pœna luenda impedit, qund est acceleratio visionis beatæ; quæ vt pote temporalis, non potest æquiparari cum gradu beatudinis æternæ.

7 Dices. Vtiliorem esse acceleratioñẽ beatitudinis pro aliquo tempore, quàm aliquem maiorem gradum pro tota æternitate. Quia defectus minoris gradus

gradus non tollit, quin sit beatus; vt totalis defectus beatitudinis pro aliquo tempore inducit pœnam, & miseriam. Resp. maiorem gradum beatitudinis adhuc esse veram beatitudinem, nam adhuc se solo posset beare: & proinde tanti esse æstimandum, quanti æstimatur ipsa beatitudo, & si non esset æstimandus, quia adhuc sine ipso salua remanet beatitudo essentialis, frustra assumerentur tot labores, castigationes, ærumnæ, &c. quas assumpserunt Sancti, ob acquirendam maiorem beatitudinem. Est ergo magis vtilis dilatio assequutionis beatitudinis cum duratione pœnarum Purgatorij cum assecutione amplioris beatitudinis, quam acceleratio beatitudinis cũ minori gradu illius: quia semper comparatur, vt bonum temporale cum æterno, inter quæ nulla est proportio; & ideò longè vtilior erit dilatio beatitudinis cum maiori gradu, quàm acceleratio sine maiori gradu.

8 Ex dictis colligitur solutio illius difficultatis, An magis prosint triginta Missæ eodem die celebratæ, an verò celebratæ triginta diebus, ita vt singulæ singulis diebus correspondeant. Quo enim ad satisfactionem videtur nullum adesse discrimen, nisi quoad accelerationem satisfactionis Deo exhibitæ, quia vnica die exhibetur illa satisfactio, quæ secundo modo exhiberetur triginta diebus. Verùm in celebratione per triginta dies, supra satisfactionem accedit illa perseuerantia offerendi sacrificium, quæ plurimum mouere potest Deum, vt contingit etiam in Oratione, & ostenditur in exemplo Cananeæ, & ideò potest operari, qod satisfactio triginta Missarum sufficiat pro liberatione à Purgatorio, quæ fortè aliàs non sufficeret. Rursus, celebratio in triginta diebus magis extendit cultum Dei resultantem ex sacrificio, & facit, quod iugiter glorificetur. Vndè in obiecto adest maior ratio meriti obiectiui: & proinde actus quoque, hoc intendens, est magis meritorius, & proinde magis vtilis, ad acquirendam maiorem beatitudinem.

9 Secundò colligitur, An sit magis vtilis vna Missa cum eleemosina decem aureorum, an centum Missæ cum eadem eleemosina. Gabr. à S. Vinc. *disp. 3. de sacrif. quæst. 7.* vers. *Vltima difficultas*, respondet, esse magis vtilem vnicam Missam cum eleemosina decem aureorum quam centum cum eadem eleemosina. Quia dans decem aureos pro vnica Missa, est magis dispositus, & habet maiorem affectum ad sacrificium, dum cum tanta liberalitate concurrit ad obligationem sacrificij. Sacrificium autem causat suum effectum secundum mensuram dispositionis. Verum, licet sacrificium causet suos effectus secundum mensuram dispositionis, & quo quis magis concurrit ad oblationem sacrificij, eo maiorem fructum recipiat, tamquam offerens, & proinde valdè magnum, qui concurrit, exhibita eleemosina valdè magna, attamen non videtur certum, quod satisfactio vnius sacrificij, ratione dispositionis prædictæ, & concursus, adeo crescat, vt possit æquiualere, aut etiam excedere satisfactionem centum sacrificiorum, & proinde non videtur, ex hoc capite saluari posse maiorem vtilitatem.

Ex alio tamen capite saluatur, iuxta superius dicta.
10 Quia scilicet committens Missam cum eleemosina decem scutorum, exercet specialem actum meritorium, quem non exercet committens centum Missas cum ijsdem decem aureis: Nam hic exhibet illud merum stipendium, quod de iure naturali debetur celebranti pro substentatione: & proinde, non exercet actum eleemosinæ specialis, sicut exercet, qui exhibet decem aureos pro vna Missa: nec illum actum charitatis, pro quo imperatur eleemosina, qui debet esse valdè potés, dum tantam eleemosinam imperat. Vndè hic acquirit nouum meritum, cui respondet specialis gradus gloriæ, & etiam acquirit specialem gradum gratiæ, quo magis dignificantur opera satisfactoria, & meritoria, quæ subsequuntur. Vndè vtilius gerit rem propriam, & fortè, vltra bonum perpetuum specialis gradus beatitudinis, augmentum satisfactionis crescẽs ex hoc capite operibus subsequentibus, potest æquiualere, aut etiam excedere satisfactionem centum Missarum.

QVÆSTIO 1094.

An legatum pro Missis testatoris legantis in statu peccati mortalis, sit satisfactorium & meritorium.

SVMMA.

1 *Missæ sunt satisfactoriæ pro decedentibus in statu gratiæ.*

2 *Testator an percipiat fructum ex pijs dispositionibus factis in peccato mortali.*

3 *Percipit fructum, si decedat in gratia.*
Vltima voluntas tunc operatur, quando morte confirmatur.

4 *In testamento attenditur tempus mortis.*

5 *Dispositio consideratur in eo tempore in quo confertur.*
Tempore mortis perficitur dispositio testatoris.

6 *Dispositio testatoris decedentis in gratia fit tempore habili ad merendum, quocumque tempore fiat.*

7 *Vt actus sortiatur effectum sufficit habilitas temporis, in quod confertur.*
Paria sunt fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, sed conferri in tempore habile.

8 *Testans determinat vltimam voluntatem, cum qua est discessurus.*
Vltima voluntas non fundat meritum, nisi pro tempore mortis.

AD maiorem intelligentiam eorum, quæ dicta sunt, inquirendum est, An, si quis in statu peccati mortalis condat testamentum, & leget pro Missis celebrandis, huiusmodi legatum sit satisfactorium, & meritorium. Aliud enim est inquirere de Missis, & aliud de ipso actu legandi. Certum est enim Missas esse satisfactorias pro legante, quando celebrãtur, si decedat in statu gratię: quia effectus satisfactionis prouenit ab ipsis ex opere operato, atque adeò independenter à statu legantis quando legat. Vndè solum difficultas est de merito, & de satisfactione ex opere operantis. 1

In hac difficultate nonnulli asserunt, quod si testamentum condatur in peccato mortali, & relinquatur legatum pro Missis, aut ad aliam piam causam, seu instituat aliud suffragium, nihil inde fructus percipere, nisi postea in gratia constitutus confirmet priorem dispositionem: & hoc tenent, etiamsi testator decedat in gratia. Ita Richard. *in 4. dist. 45. ar. 5. quæst 4.* Gabr. *lect. 46. in can. Miss.* Suar. 3. *part. tom. 4. disp. 48. de suffrag. sect. 8. num. 15.* addens, oppositum non esse probabile; à qua tamen censura poterat abstinere, cum nitatur meliori rationi, vt mox videbimus. Fundamentum est, Quia, vt opus sit meritorium, & satisfactorium, debet prouenire à supposito grato, si igitur disponatur ab eo, qui est in statu peccati, non poterit esse meritorium, nec satisfactorium. 2

Dicendum tamen est. *Supposito, quod testator decedat* 3

dat in gratia, legatum relictum in teſtamento, condito in ſtatu peccati, ſicut quoduis opus pium, erit meritorium, & ſatisfactorium. Ita ſupplemen. Gabr. *diſt.* 45. *quæſt.* 2. *art.* 2. & videtur etiam eſſe ſententia D. Th. *eadem diſt. quæſt. item.* 2. *ar. quæſtion.* 3. vbi, vt ſuffragia proſint ea præcipienti poſt mortem, non requirit aliud, niſi vt in charitate decedat. Ratio deſumitur ex eo, quod huiuſmodi legata, & ſuffragie, dum diſponuntur in teſtamento, diſponuntut per vltimam voluntatem, atque adeò ſequuntur conditionem vltimæ voluntatis. Vltima autem voluntas eſt voluntes veluti ſuſpenſa, & omninò inefficax niſi morte confirmetut: & eoncipitur in tempus mortis, itavt teſtaoa de præſenti, deſignet tantum vulontatem, cum qua vult decedere, non eutem de præſenti velit, ſed declaret, ſe pro tempore futuro voliturum. & proinde voluotas illa nondum eſt voluntas; ſed potius delineatio, & inchoatio voluotatis. Ex quo fit, quod pro illo tempore noo ſufficiat ed fundandum meritum, & ſatisſactiunem, ſed ſolum quando perficitur, itevt adueniente morte, confirmetut, & fiar efficax, tranſiens ex eſſe deſignatu ad eſſe diſpoſitum. Ergo ſufficit, ſi tempore mortis adſit ſtatus gretiæ, vt requiſitua ad meritum, & ſatisſactionem; nec requititut quando otdinatur teſtamentũ.

4 Confirm. In teſtamentis attenditur tempus mortis, tamquam id, in quo diſpoſirio teſtatoris recipit perfectionem. *l.* 1. *C. de ſacroſan. Eccleſ. &* §. *Poſteriore.* Inſtit. *Quib. mod. teſtam. infirment.* Itavt, quod ante illud tepus ſcribitut, & diſponitur, non ſit verè diſpoſitum pro tunc, ſed ſolum pro tempore mortis. Ergo, cùm ſolum tempore mortis voluntas legandi pro Miſſis, aut ad alias pias cauſaa accipiat ſuam perfectionem, & fiat volunias ſtabilis, & determinata; tune ſolum eſt ſufficiens ad fundandum meritum, & ſatisfactionem. Ergo, tuoc ſolum requiritut ſtatus gratiæ.

5 Coofirm. 2. Diſpoſitio conſideratur in eo tempose, in quod confertur. *l. Titio, cum moreretur. ff. de vſufr.* & io quod confertur effectus. *l. Quod ſponſa. ff. de donat. ante nupt.* & notant Bart. & Bald. *ibidem* Item Bald. *in l. ſi res. C. de iur. dot.* Tiraquell *de iur. primogenit. quæſt.* 40. *num.* 174. Menoch. *conſ.* 106. *num.* 323. & ideò quando confertur in tempus futurum attenditur tempus, in quo perficitur, quod eſt tempus mortis, quoad diſpoſitiones teſtamentarias, vt obſeruant Bart. *in l. ſi cui.* §. *fin. ff. de leg.* 1. vbi & cæteri Doctores. Alexan. *conſ.* 61. *num.* 5. Roin. *conſ.* 63. *num.* 4. *lib.* 5. Ergo, diſpoſitio teſtatoris, per quam relinquit legatum pro Miſſis, aut ed elias cauſes pias, cùm conferatur in tempus mortis, in quo recipit ſuam perfectionem, debet conſiderari ſecundum illud tempus; itavt, ſicut extra ipſum non eſt habilia ad caoſendom ſuum effectum, ita nec etiam ſit habilis ed fundandum meritum, & ſariafactiooem, tamquam ea, quæ licet ante cooeipiatur, & deſignetut, non ponitor tamen niſi pro illo tempore. Ergo, tunc ſolum requiritur ſtatus gratiæ, temquam neceſſarius ad fundandum meritom, & ſatisfactionem.

6 Confirm. 3. Si teſtator, mox ſpiraturus, tempore mortia selinquetet legatum, & eſſet in ſtatu gratiæ, eum quo decederet, meteretut, & ſatisfaceret, quie adeſſet ſtetus neceſſarius. Ergo, etiem meserur, & ſatisfacit, dum in ſtato peccati legat, & poſtea moritur in ſtatu gretiæ. Conſeq. prob. Quie actus legandi confertus in tempus hebile; nem ante quidem diſponit de legato, ſed banc diſpoſitionem coofert in tempus morria: itavt voluntas præſens nõ velir abſolutè relinquere legatũ, ſed veluti ſub conditione, ſi nimirum confirmabitur tempore mortis per vltimam voluotatem, quæ tunc concipitur futura, & ratificatura talem diſpoſitionem: & ideò tempore mortis cenſetur ſemper adeſſe, niſi mutetut, quia de præſenti determinatur pro tempore illo. Tempus autem mortis eſt tempus hebile ad merendum, & ſatisfaciendum, nem ſupponitur adeſſe ſtatus gratiæ.

7 Vt autem actus ſortiatur ſuum effectum, ſufficit, ſi adſit habilitas in tempore, in quem confertur, vt ioter alios notant Alexan. *conſ.* 106. *num.* 12. Dec. *conſ.* 40. *col.* 2. Menoch. *conſ.* 413. *num.* 17. per tex. *l. eum, qui. ff. de condit. & demonſtr.* & proinde, adeſt regula, quod paria ſuot, fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, ſed conferri in tempus habile, deſumpta *ex l. In tempus. ff. de hered. inſtit.* vbi Gloſ. *init.* & *verbo Hæres eſto.* notans, quod qui de præſenti non eſt capax vt inſtituatur hæres, poteſt inſtitui pro tempore, in qoo erit capax, vt capiat hæreditatem: quia inſtitutio transfertur in tempos habile. Et ite etiam notat Senchez *lib.* 7. *ſumm. cap.* 2. *n.* 54. circa med.

8 Dices, Quando teſtator legat ad cauſas pias, tunc de præſenti exercet actum bonum. Ergo, tune poteſt mereri, & ſatisfacere, ſi adſint requiſita: & ſi non adſint, non ampliùs merebitor, aut ſatisfaciet, quia oon poteſt meritum, & ſatisfactio in ſuſpenſo manere. Reſp. Actum illum, quem tunc exercet, non habere pro obiecto ipſum legatum ad cauſas pies, ſed diſpoſitionem de legato collatam in tempus mortis; quateous ſcilicet tunc de præſenti determinat vltimam voluntatem, cum qua eſt deceſſorua. Vnde voluntas, deteſminans circa vltimam voluntatem piem, poteſt eſſe meritorie, & ſatisfactotia, ſi adſit ſtatus gratiæ, ſecus autem, ſi adſit ſtatus peccati; & hoc merito. atque hac ſatisfactione priuatur qui legat ad cauſas pias in ſtatu peccati. At voluntas vltima, quæ tunc ſolum deſignatur, & confertur in tempus mortis, tunc non poteſt eſſe meritoria, quia, vt dictum eſt, eum cõferatur in tempus mortis, remanet veluti io ſuſpenſo, & cùm tunc ſolum habeat effectum; tuoc ſolum quoque poteſt fundate meritum, & ſatisfactionem. & ideò ſufficit, quod tunc adſit ſtatua gratiæ.

QVÆSTIO 1095.

An notabiles expenſæ pro manutenſione fundi oneri Miſſarum ſubiecti, ſint reſarciendæ.

SVMMA.

1 *Epenſæ in meliorationem fundi obligati pro Miſſis non ſunt reſarciendæ.*

2 *Meliorationes quando remaneant in bonis meliorantis.*
Quatenus cedunt Eccleſiæ.

3 *Expenſæ pro manutentione fundi an detrahendæ à miſſis celebrandis.*

4 *Si ſtipendium excedat conſuetum nõ ſunt detrahendæ.*
Quicquid ſit cẽſetur factũ, vt eſt magis vtile agẽti.

5 *Præſumitur prouiſum pluribus caſibus eodem actu, quando id eſt poſſibile.*
Manutentioni fundi cenſetur prouiſum in pingui legato.

6 *Si legatum non excedat conſuetum ſtipendium, expenſæ pro manutentione fundi detrahendæ de numero Miſſarum.*
Vtiliter gerens negotium poteſt repetere expenſas.

7 *Miſſæ reducuntur, quando hæredes non tenentur ſupplere.*

1 FRequenter occurrere poteſt, quod notabiliter expendendũ ſit pro manutẽtione fundi ſubiecti oneri

oneri Missarum, vt ad reparandũ, ad conseruandũ, ad vindicandum à litibus, & alijs huiusmodi occasionibus: Vndè dubitatur, An, & quomodo resarciendæ sint huiusmodi expensæ. Est autem supponendũ tãquam certum, quod si expensæ fiant pro melioratione fundi; itavt ex hac melioratione crescant prouentus, non esse resarcienda. Nam expensæ fiunt in vtilitatem expendentis, qui intendit, illis mediantibus, augmentum prouentuum, atque adeò agitur de interesse ipsius: & ideò non debent resarciri.

2 Præsertim, si meliorationes fiant de bonis, quæ non sint iure Ecclesiastico percepta, sed sint de iure Laicali: quia tunc meliorationes remanent in bonis meliorantis, vt tradunt Bald. *in l. fin. §. fin. num. 6. C. Commun. de legat. & in l. senatus. §. Marcellus. ff. de legat.* 1. Aretin. *ibid.* Dec. *in Authen. Qui rem. num.* 14. *C. de sacrosan. Eccl.* testans de communi. Beroiut. *quæst.* 96. *num.* 4. Cepoll. *cons.* 213. *num.* 13. *lib.* 2. Garz. *de expen. & meliorat. cap.* 6. *num.* 10. & in tantum cedunt Ecclesiæ quando fiunt à possidentibus iure Ecclesiastico, in quantum præsumuntur factæ de fructibus iure Ecclesiastico perceptis, vt notat idem Garz. *eodem tract. cap.* 11. *num.* 71. Vndè difficultas est de expensis, quæ fiunt pro sola manutentione.

3 Non esse huiusmodi expensas resarciendas, & proinde, non esse omittendas aliquas Missas ex aliàs celebrandis, docet Bordon. *in cons. regul. resol.* 25. *num.* 30. Quia esset species teductionis, quam nullus inferior Papa facere potest. Secundò, Quia acceptans tenuem Capellaniam, tenetur iuxta præscriptum celebrare, donec fiat reductio à legitimo superiore. Tertiò, Aucto stipendio Missarum, non minuitur numerus Missarum, sed tenentur hæredes supplere. Quartò, Quia hoc esset mutare vltimam voluntatem, contra cap. Tua nobis. De testamen.

4 Verum hæc sententia videtur tantùm admittenda, quando prouentus pro Missis excedunt consuetam eleemosinam. In tali enim casu præsumitur, voluisse testatorem non solum benefacere suscipientibus onera Missarum, sed etiam prouidere pro manutentione oneris, quantũ fieri potuit, atque adeò pro manutentione fundi, sine quo onus manuteneri non potest, & consequenter pro expensis necessarijs pro eiusdem manutentione. Quidquid enim fit, semper censetur factum, prout est magis vtile agenti. *l. si quis intentione. ff. de iudic.* & notant Bart. *in l. Triticum. ff. De verb. obligat.* Rota coram Merlin. *decis.* 231. *num.* 3. in fine.

5 Quod etiam ex eo confirm. Quia, Quando quis eodem actu potest pluribus casibus prouidere; præsumitur, voluisse prouidere, iuxta *l. Adoptiuus. §. 1. ff. de rit. nuptiar.* & tradunt Bald. *in l. Bonorum. quæst.* 3. *C. Qui admitti.* Castren. *cons.* 180. *lib.* 1. Crauetta *cons.* 149. *num.* 13. ver. *Vndecima coniectura.* Cùm autem per legatum pingue potuerit prouideri, non solum cómodo ministrorum Ecclesiæ, sed etiam manutentioni fundi, præsumendum est, fuisse prouisum: præsertim, quia manutentio fundi est causa magis necessaria, cùm sine ipso nec etiam possit subsistere celebratio Missarum, & proindè præsumi debet, quod ipsi potius censeatur prouisum, iuxta *l. cum ex pluribus. ff. de solut.* & notant Bart. *in l. fin. C. De alimen. pupill. præstan.* Menoch. *cons.* 195. *num.* 5.

6 Si tamen prouentus annui non excedant consuetam eleemosinam, quæ pro Missis perpetuis assignari solet, poterunt habentes onera seindemnes seruare, subtrahendo de Missis celebrandis, nisi aliundè habeant, vndè reficiantur expensæ. pro manutentione fundi, lite, &c. Ratio est, Quia agitur de interesse testatoris: Si enim fundus non manuteneretur, deterioraretur, aut etiam in totum periret, vndè aut omninò cessaret celebratio Missarum, aut fieret reductio, quæ esset perpetua: & proindè, vtiliter gerit nogotium defuncti. Ex quo capite potest repetere expensas, & se indemnem seruare. iuxta *l. sed an. vlt. §. Is autem. ff. de negoc. gest. & l. Qui mutuam. §. fin. ff. mandati. & l. si seruus. ff. de in rem verso.* & notant Glos. *in l. Quid ergo. verbo.* Iudicio. *ff. de contr. & vt. act. tut.* Gutierez *de tutel. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 140. Garzia *de expens. & melior. cap.* 10. *num.* 20.

Neque obstant argumenta Bordon. Nam, falsum est, quod sit species reductionis, Quia reductio habet statum permanentem, & fit ad proportionaodum onus cum vtilitate: in præsenti autem detrahuntur aliquæ Missæ pro tempore, ad compensandas expensas. Ad 2. Esse diuersam rationem, Quia acceptans Capellaniam tenuem consentit in onus sciens tenuitatem, & ideò tenetur implere, quod non habet locum, quando fiunt expensæ extraordinariæ pro manutenendo fundo. Ad 3. Non semper hæredes teneri ad supplendum, vt dictum est suo loco. Quando autem non tenentur supplere, reducuntur Missæ, quia prouisio respicit statum perpetuum. In hoc autem casu minuuntur Missæ pro aliquo tempore ob expensas resarciendas. Ad 4. Neque in hoc mutari voluntatem vltimam, quia non alteratur numerus Missarum in perpetuum, sicut fit in mutatione vltimæ voluntatis, sed solùm pro aliquo tempore. 7

QVÆSTIO 1096.

An legatum pro Missis præferendum sit votis realibus.

SVMMA.

1 *Vota realia an celebratio Missarum præferenda.*
2 *Si præcesserunt testamentum debent præferri.*
Recedens à voto peccat mortaliter.
3 *Quid si post testamentum sint emissa.*
Votum obligat secundum mensuram intentionis.
4 *Vouens non præsumitur per votum retractare, quod aliàs disposuit in obsequium Dei.*
Maius bonum est in celebratione Missarum, quã in exequutione voti.
5 *Legata morte confirmata sunt debita.*
Vota post testamentum non obligant ex præsumpta mente, si impediant dispositionem testamentariam.

DIfficultas locum habet, quando testator relinquit vota realia adimplenda post mortem, & hæreditas non sufficit pro adimplemento votorũ, & etiã pro soluẽdo legato pro Missis: Vndè difficultas est, quodnam præferendũ sit, legatum, an adimplementũ votorũ. Quod autẽ absolutè præferendũ sit adimplementum votorũ, docet Sanch. *lib.* 4. *sum. c.* 15. *n.* 39. & in eo fundatur, quod legata sint omninò voluntaria, exequutio autẽ votorũ sit debita. In primis autẽ, & ante omnia detrahẽda sunt debita ab hæreditate. Rursus, Vota sunt acceptata à Deo, cui facta est promissio, & proindè non licet ab ipsis recedere, at à dispositione legati licet recedere, quãdocumque 1

que libuerit : quia non coofirmatur, nisi post mortem.

2 Verùm, videtur cum distioctione procedendum, & videndum, ao vota realia præcesserint testamentum, an verò subsequuta sint. Si enim præcesserunt testamentum, vera est resolutio ttadita à Sanch. Quia statim, emisso voto, contrahitur obligatio cum Deo, cui sit debita solutio voti de iure Diuino oaturali; & hæc obligatio temanet inaltetabilis: ita vt non sit in potestate vouentis amplius ab illa recedere, nam tecedendo, peccat mortalitet; saltem, si materia sit grauis. Nam dicitur Ecalesiast. 5. quod displicet Deo iofidelis promissio, & etiam constat ex *Cap. Deuteron. vigesimo tertio.* Et ex *Capite vigesimo* Ptouerb. & ex *Epist.* 1. ad Timoth. *cap.* 5. & probat Diuus Thomas *secunda secunda quæst.* 88. *articulo* 3. & latè Valent. *tom.* 3 *disputatione sexta, puncto quarto.* Vndè non potest huic obligationi iam conttactæ per testamentariam dispositionem derogari.

3 At, si votum sit emissum post conditum testamétum, existimo, ptæfereodum esse legatum pro Missis. Ratio est. Quia votum obligat secundum mensuram intentionis vouentis, vt docent communiter Doctores, quos sequitur Sanchez *lib.* 4. *summ. capite* 11. *num.* 1. Cùm enim oihil aliud sit, quàm promissio facta Deo, & obligatio ptomissionis habeat pro tadic. voluntatem, & intentionem promittentis, non potest inducere maiotem obligationem, quàm proueniat ab eadem radice. Io tali autem casu non censetur vouens se obligare, nisi quatenus supersint pro voto de bonis proptijs saluis; quæ disposuit in testamento : & ideò, si ooo supersint bona. deducto legato pro Missis, votum non est adimplendum, quia oon habet locum eiusdem obligatio.

4 Quod autem, talis præsumenda sit intentio vouentis post conditum testamentum, ex eo deducitur, quod, vouendo, nou inteodit reuocare, quæ disposita sunt in testamento, præsertim in Dei honorem; Cùm enim tàm votum, quàm legatom pro Missis tendat io Dei honotem, noo censetur vouens se velle obligare ad faciendum aliquid in obsequium Dei, auferendo quod iam pro obsequio, & honote Dei disposuerat; Sed potius velle addere nouum honotem, & obsequium, saluo quidquid ad hunc effectum dispositum est in testamenro. Secundò. Votum non potest esse impeditiuum maioris boni, alioquin nou est verum votum, nec obligat Et ideò vouens censetur semper ita velle materiam voti, & ad illam se obligate, quateous oon inferat impedimentum maioris boni: quia non est verisimile, quod dum inteodit obsequium Dei, velit auferre maius, quod iam disposuit, vt minus inducat. Et quamuis votum de minori booo valeat, quod est iocompossibile cum maiori: attamen, supposito quod maius sit determinatum à voueote, & eligat minus, qood de se potest state cum maiori, non est verisimile, quod ipsum velit, etiam in illo casu, io quo fieret incompossibile cum maiori. Quando autem hæreditas non sufficit pro legato pro Missis, & pro voto si adimpleretor votum, excluderetur celebratio Missarum, in qua ioteruenit maius obsequium Dei, quia Sacrificium continet supremum cultum Dei, & obsequium omnium nobilissimum. Et ideò noo est verisimile, quod vouens voluerit, suum votom valere, quando impediret exequutiooem legati pro Missis.

5 Ad fundamentum in oppositum Resp. Quod licet legata sint voluntaria, dum tamen confirmantur morte Testatoris, sunt debita. Vndè tunc est eadem ratio de ipsis, ac de exequutiooe voti, sicuti etiam quoad tadicem, nam vtraque proueniunt ex libera voluntate, & ideò, io tali coocursu, videndum est quænam debeaot præferri. Vota autem emissa post conditum testamentum non esse præferenda, constat ex dictis, quia nec habent vim dissoluendi dispositionem testamentariam, nec ex voluotate vouentis præferenda sunt, vt coostat ex dictis. Ad coofirmo. Ex eo quod noo liceat recedere ab obligatione voti sicuti licet recedere à dispositiooe legati; non sequi quod vota emissa post cooditum testamentum sint præferenda legatis, sed solùm, quod debeant omninò impleri, sed secundum mensuram suæ obligationis. Vota autem emissa post testameotum non obligant ex præsumpta mente vooentis, quando impedirent exequutiooem legati pro Missis.

Quæstio 1097.

An, si testator solum dicat alicui, Animam meam pono in manibus tuis, censeatur legasse pro Missis.

SVMMA.

1 *Si testator dicat amico, Animam meam pono in manibus tuis, an tenetur hæreditatem restituere pijs locis.*

2 *An solum possit quantitatem aliquam in pias causas impendere.*

3 *Tenetur quantitatem aliquam expendere pro celebratione Missarum.*

4 *Testator non censetur voluisse, quod non dixit, & potuit facile dicere.*

5 *Verba*, Pono animam meam in manibos tuis, *non continent institutionem hæredis.*
Institutio hæredis non inducitur ex coniecturis.

6 *Coniectura in quo fundari debeat.*

7 *Verba*, Pono Aoimam meam in manibus tuis. *dant solum facultatem expendendi pro suffragijs.*
Coniectura non habent locum, quando res aliter se habere potest.
Coniectura circa institutionem hæredis debent esse vrgentes.

SI quis solùm dicat Amico, *Animam meam dimitto in manibus tuis*, & nihil aliud prorsus disponat, dubitatur, quid ex hoc resultet, & ad quid teneatur ille, quem sic est alloquutos Testator, & ptæsertim, an censeatur tacitè legasse pro Missis. Quod autem in tali casu teneatur talis amicus restituere hæreditatem pijs locis, traduot Abb. *in Cap. Cum tibi. De testamen.* Innoceot. *ibidem.* Baldus *in Margarita. verbo* Testatot. *not.* 1. Bertachin. *in repert. verbo* Aoimam meam. Perez de Lata *De Anniuers. libro primo, capite decimo, numero centesimo quarto.* Genuen. *in Practicabilib. Eccles. quæstione quadringentesima quadragesima septima, numero septimo.* Rubeus *De testamen. capite septuagesimo nono, numero quadringentesimo quinquagesimo.* Hierooymus Garzia *in summ. tractatu tertio, difficultate vndecima, dubio secundo, numero sexto.* Quia tunc Testator censetur disposuisse ad pias causas, & elegisse amicum hæredem exequutorem. 1

Alphonsus tamen de Leone *De offic. Capell. quæst.* 5. *sectione secunda, numero vigesimo secundo.* existimat talem amicum esse institutum hæredem, nec tamen esse grauatum restituere totam hæreditatem locis pijs; sed tantùm onus ei esse impositum expendeodi io causas pias quantitatem aliquam arbitrio boni viri, habita ratione qualitatis, & cooditionis defuncti. Nam illa verba, *Animam meam dimitto in manibus tuis.* æquiualeot istis, *Esto dominus meorum, sed recordare Anima mea.* 2

3 Verùm, vt facit ad præsentem materiam, videtur certum, quod talis amicus teneatur expendere quantitatem aliquam pro celebratione Missarum. Quia certum est, quod talia verba continent commendationem animæ propriæ, in ordine ad suffragia. Vnde, cum inter suffragia potissimum sit celebratio Missarũ, præsumitur intendisse, hoc modo animam suã adiuuari ab amico. Et ideò erit expendenda illa quantitas, quæ arbitrio boni viri sit proportionata facultatibus, quas relinquit: quæ si sint cõsiderabiles erit etiã instituenda vna, aut plures Missæ perpetuæ quotidianæ, sicut solent, qui impensè student saluti propriæ animæ: in quo potius abundandum est ab exequutore, quam deficiendum. Quod autem dicta verba contineant commendationem animæ propriæ in ordine ad suffragia, constat ex communi vsu loquendi, nam quando quis dicit alteri, *Pono me in manibus tuis*, censetur se illi totum commendare, & tradere illius protectioni, vt protegatur, & adiuuetur, iuxta indigentiam. Animæ autem defunctorum non indigent alio apud viuentes, quam suffragijs.

4 Quod verò, per dicta verba, non instituerit hæredem siue grauatum ad restituendum locis pijs, siue proprietatium, videtur concludi ex illa regula, quod testator non censetur voluisse quod non dixit, quod de facili potuit dicere, iuxta *l. vn. §. fin autem. C. de caduc. tollen.* ibi, *Nam si contrarium voluisset, nulla erat difficultas coniunctim disponere.* & Cap. *Inter corporalia. §. vnde si circa. de translat. Epis.* & Cap. *Ad audientiam. de decim.* & obseruant communiter Doctores. præsertim Rota coram Caualer. *decis.* 95. *num.* 4. *&* *decis.* 340. *num.* 5. *&* *decis.* 249. *num.* 14. *part.* 6. *Recent.* & decis. 316. *num.* 5. *part.* 2. Maxima autem facilitate potuit testator dicere, Instituo hæredem Titium, & dimitto animam meam in manibus eius, & ideò, cum non dixerit, non debet præsumi, quod voluerit.

5 Accedit, quod verba illa, *In manibus tuis dimitto animam meam*, neque expressè continent institutionem hæredis, vt per se patet, cùm tantùm exprimat commendationem animæ propriæ. Neque ex ipsis coniecturaliter admitti potest institutio hæredis. Tum quia hæredis institutio nullo modo inducitur ex cõiecturis. *l. vn. ff. si tab. testam. ex tabul.* ibi, *Quia ex coniecturis non propriè scriptus heres videtur.* *&* *l. si quis enim. §. si suo.* ver, *sed sciendum. ff. de vulg. & pupill. subst.* & notant communiter Doctores. Roman. *in l. si cum dotem. num.* 38. *ff. solut. matrim.* Bald. *in l. Inbemus. num.* 2. *C. de testamen.* Castren. *cons.* 163. *num.* 1. *lib.* 2. Crotus *cons.* 363. *num.* 11. *lib.* 3. Roder. Suarez *allegat.* 2. *num.* 5. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 26. Surdus *cons.* 463. *num.* 2. Fusar. *cons.* 25. *num.* 35. *lib.* 1. Honded. *cons.* 65. *n.* 21. Vasquez *de success. lib.* 2. §. 15. *requis.* 16. *num.* 53. Cancer. *Var. resol. cap.* 4. *tit. de testamen. num.* 116. *lib.* 1. Rota *in Roman. fideicomm. de Zuccaris.* 16. *April.* 1638. §. *Vnde contentio.* cotam Dunozetto.

6 Sed neque coniecturaliter ex illis verbis, Animam meam dimitto in manibus tuis, deduci potest, quod sit hæres institutus, quia nullam præbent verisimilitudinem, quod voluerit ipsum hæredem instituere. Coniectura enim fundari debet in aliquo motiuo, quod licet non necessariò moueat intellectum ad ita iudicandum, præbeat tamen probabile, & sufficiens fundamentum, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. non hoc. num.* 1. *ver. est enim. C. Vnde cogn.* Curt. Sen. *in l. Admonendi. num.* 187. *ff. de iureiur.* Ruin. *cons.* 36. *num.* 9. *vol.* 1. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. Ex dictis autem verbis non habetur motiuum indicandi, quod voluerit amicum hæredem instituere: cum nihil amplius significent, quàm commendationem animæ propriæ in ordine ad suffragia, nec præbent motiuum indicandi, quod aliquid aliud voluerit, aut disposuerit.

Neque obstat, quod per ipsi dictis verbis potestatem expendendi proprias facultates pro suffragijs animæ propriæ, & proinde transferat in ipsum dominium suæ hæreditatis, & consequenter instituat hæredem. Quia hoc non venit in consequentiam, nam, vt habeat facultatem expendendi pro suffragijs, sufficit, quod ipsum constituat exequutorem cum plena libertate, in ordine ad hunc effectum, nec est necessarium quod instituat hæredem, vnde, hoc non præbet coniecturam, quod sit hæres institutus, quia quando res aliter se habere potest, coniecturæ non habentur in consideratione, vt tradunt Gutier. *de matrim. cap.* 63. *num.* 39. Rota coram Merlino *decis.* 194. *num.* 23 Præsertim quia, cum Agatur de institutione hæredis, quæ ex verbis non constat, deberent esse vrgentes, vt in simili notant Socin. *cons.* 121. *num.* 21. *lib.* 1. Grat. *cons.* 104. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *in fauen. fideicom.* 14. *Decembr.* 1594. coram Litta. 7

QVÆSTIO 1098.

An, quando testator committit alteri dispositionem suorum bonorum, habeat locum necessario legatum pro Missis.

SVMMA.

1 *Dispositio bonorum in alienum arbitrium commissa est valida.*
Institutio heredis est fundamentum testamenti,
2 *Dispositio in alienum arbitrium commissa continet tacitam institutionem heredis.*
3 *Et hoc testamentum valet etiam de iure ciuili.*
4 *Si dispositio conferatur in alienum arbitrium quomodo hereditatas disponenda.*
5 *Heres commissarius tenetur prouidere prius animæ defuncti.*
6 *Quomodo se gerere debeat erga animam defuncti*
7 *Hæres commissarium debet hereditatem restituere filijs.*
8 *Instituens heredem commissarium non exuit amorem filiorum.*
Causa pia non extinguit amorem filiorum.
9 *Si testator non habeat filios an heres commissarius sit obstrictus disponere ad causas pias.*
10 *Exequutores an possint restituere heredi, quod superest ab operibus iniunctis à testatore si adijciat quod faciant, quod eis videbitur, & ipse faceret.*
11 *Non possunt si taxatiuè sit ipsi relictum.*
Dispositio taxatiua excludit quicquid non est sub taxatione.
12 *Si reliquum hæreditatis assignetur in opera pia, quod superest ab expressis, debet in alia conuerti.*
Dictio, Reliquum comprehendit omnia præter excepta.

Potest quis diuersimodè committere dispositionem suorum bonorum alterius voluntati, vt si dicat, Committo omnia bona mea dispositioni Titij, aut si præsente amico, dicat, Ecce omnia bona mea, fac de ipsis, quod ego facerem, aut aliquo alio simili modo. Certum est autem, huiusmodi dispositionem valere, vt decernitur in Cap. *Cum tibi. De testamen.* ibi, *Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus.* 1

Et

Et quamuis in interptetando hoc teat. vatient Doctores; ea tamen videtur plana interpretatio quod Pontifici Innocentio III. propo sita fuerit dubitatio, an esset verum testamentum illud, in quo testator alienæ voluntati committeret dispositionem propriorum bonorum. Motiuum autem dubitandi fuisse, quod nullum videbatur, quia non aderat institutio hæredis, quæ est fundamentum totius testamenti. *iuxta §. Ante hæredis institutionem*. Instit. *De legat. & l. 1. ff. De hæred. instit.* Quia huiusmodi dispositio, tamquam captatoria, reiicitur à iure nec valet institutio hæredis in alienam voluntatem. *l. Captatorias, C. de testam. milit. & l. si quis sempronium. & l. Illa institutio ff. de hæred. instit.*

2 Nihilominus respondet Pontifex, *Non videtur decedere intestatus*. Quæ verba expressè significant, quod committens dispositionem suorum bonorum in alienam voluntatem, validè testetor, quia si inualidè testaretur, decederet intestatus. Vbi est adnotandum, quod Pontifex non condit ius; sed secundum ius conditum resoluit dubium: & proindè declarat, quod secundum ius conditum, collatio dispositionis in alienam voluntatem continet verū testamentum, & non sit illa captatoria dispositio reiecta à iure, nec sit conferre in alienam voluntatem institutionem hæredis. Et proindè, hæc dispositio contineat institutionem tacitam hæredis, vt sit ille, in cuius voluntatem committitur dispositio hæreditatis, qui eligitur tam quam hæres commissarius grauatus restituere hæreditatem secundum arbitrium boni viri. Nam dum transfert testator in ipsum facultatem disponendi de hæreditate, transfert etiam dominium, quod post mortem non potest remanere apud testatorem, non quidem absolutum, sed resolubile per dispositionem eiusdem hæreditatis arbitrio boni viri. Dum autem transferr dominium, instituit hæredem.

3 Ex quibus deducitur obseruatio valdè notabilis; Nimirùm, huiusmodi testamentum de iure quoque ciuili valere, & non de æquitate tantùm Canonica. Quod videtur intendisse Pontifex, dum interrogatus, an qui vltimam voluntatem in alterius dispositionem committit, validè disponat, respondet, *Non videtur decedere intestatus*. Declarans hoc pacto, de iure dispositionem huiusmodi continere testamentum: pronunciat enim super præterito, declarans quid factum, non super futuro, statuens, quid postea faciendum sit, & ratio est. Quia, in tantùm de iure ciuili non valet, vt obseruat Glos. *in d. Cap. Cum tibi. verbo.* Dispositionem. *De testam.* Quia non instituitur hæres. Quod tamen non est verum, quia is instituitur hæres, vt constat ea dictis, qui eligitur, tamquam distributor hæreditatis; quod nisi esset verum, non potuisset Pontifex dicere, quod, qui ita disposuit, non decessit intestatus.

4 Quod autem spectat ad dispositionem, quam teneretur facere huiusmodi hæres commissarius. *Resp.* Abb. in Cap. *Cum tibi. num. 4. de testamen.* Innocent. *ibid.* Corneus *conf. 156. lib. 2. & conf. 302. libro 4.* Iol. Clar. *lib. 3. §. Testamentum. num. 6.* quos citat, & sequitur Facundez *lib. 6. de inst. & iur. cap. 3. num. 24.* Rubeus *De testamen. cap. 50. num. 13.* teneri distribuere omnia bona testatoris in opera pia Quod quidem verum est, supposito; quod dispositio testatoris relata tantùm ad causas pias.

5 Quocumque tamen modo res se habeat, tenetur hæres huiusmodi commissarius primo loco prouidere de suffragijs animæ testatoris, & præcipuè curare, vt celebrentur Missæ habita ratione ad facultates testatoris; & si facultates id patiantur, instituere etiam vnam, aut plures Missas quotidianas perpetuas pro ipsius anima, & coniunctorum ipsius. Cùm enim anima sit rebus omnibus præferenda, iuxta Matth. *cap. 19.* & Luc. *cap. 9. & l. Sancimus. C. De Sacrosanct. Eccles.* & Cap. *Cum infirmitas. De pænit. & remiss.* tenetur hæres commissarius, dum arbitrio boni viri procedere debet, primo loco prouidere casui magis necessario, & cuius magis interest, quæ est vita æterna animæ defuncti, & assequutio beatitudinis, atque adeò eligere media congruentiora, quæ sunt celebratio Missarum.

Rursus, cum teneatur se regulare secundum arbitrium boni viri, tenetur etiam ad ita prouidendū testatori, in ordine ad animam, vt censeatur ea præstare quæ quisque prudens circa proprium interesse præstare solet, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. 1. ff. De solut.* Dec *in l. In personam. §. 1. num. 3. ff. De reg. iur.* Grammat. *conf. criminal. 64 num. 2.* Seraphin. *De priuileg. iuram. priuil. 139. num. 86.* Rota coram Merlino. *decis. 894. num. 21. & decis. 329. num. 4. part. 2.* Recent. Et ideò debet eligere media vtiliora, habita ratione facultatum, & iuxta piorum consuetudinem, fundare Missas perpetuas. 6

Quid autem rursus præstare debeat hæres iste cōmissarius, postquam, habita ratione facultatum prouidit animæ testatoris, dubitari potest. Et quidem, si testator reliquit filios, non videtur in dubium vertendum, quod debeat hæreditatem restituere filijs defuncti, vt tradunt Bald. *in l. Exequutorem. num. 8. C. De exequut. rei iudic. & in l. Cum acutissimi ff. De fideicomm.* Roman. *in l. Captatorias. num. 10. C. De testam. milit.* Corn. *conf. 156. num. 9. vol. 2* Rota *in Roman. legati 27. Martij 1634.* coram Eminentiss. Verospio. Et desumitur ex *l. In suis. ff. De liber. & post.* & ex Cap. *Vltima. 17. quæst. 4.* Neque procederet secundum arbitrium boni viri, neque iuxta id quod fecisset testator, si relinqueret filios absque hæreditate. 7

Imò hoc præsumeretur contra mentem testatoris. Quia per hoc, quod instituat hæredem commissarium, non censetur exuisse amorem naturalem erga filios, etiam intuitu causæ piæ. Neque enim causa pia potens est extinguere huiusmodi amorem, vt obseruant Vincent. de Franch. *decis. 597.* Rander. *resol. 1. num. 39.* Rot. *in Roman. legati. 24. Ianuar. 1642. ver. Minus obstat.* coram Ghisilerio, & ideò si non restitueret filijs hæreditatem, excederet terminos suæ commissionis, & nulliter ageret. Hoc tamen non obstat, quin possit aliqua distribuere, præsertim ad causas pias, aut ijs, quibus testator verisimiliter legasset: nam cùm huiusmodi distributio, non obstantibus filijs soleat fieri ab ipsis testatoribus, hæres commissarius sequeretur arbitrium boni viri, & etiam verisimilem mentem Testatoris. 8

Si tamen testator non habeat filios, non videtur hæres commissarius coarctatus ad distribuendam hæreditatem in causas pias, si ea locum habent, quæ dicta sunt *num. 1. 2. & 3.* nisi aliquo modo testator expresserit, quod velit, distribui in causas pias, quia in tantum est coarctata distributio ad causas pias, in quantum testamentum solùm de æquitate Canonica substineretur ad causas pias, de iore ciuili alioquin inualidum. Verùm, cum iuxta intelligentiam allatam dict. text. Cap. *Cum Tibi. De testam.* Huiusmodi testamentum, tanquam continens institutionem hæredis commissarij, non eam reiiciens in alienam voluntatem declaretur validum etiam de iure ciuili, non coarctatur commissio ad causas pias: sed relinquitur etiam libera quoad prophana, seruato tamen arbitrio boni viri. 9

Ex dictis infertur, Quomodo resoluendus ille casus, de quo Facundez *lib. 6. De inst. & iur. cap. 3. num. 24.* Reliquerat quis fratri suo grandem sum- 10

summam, & postea disposuerat, qood tot Missæ celebrarentur, & nonnulla alia opera pia. Deinde addiderat. *& si quid adhuc superfuerit.* (De hæreditate) *faciant testamentarij mei, quod illis visum fuerit, & ego facerem.* & dubitatum fuit, an testamentarij possent retinere fratri hæredi, quod superfuerat. & negatiuè respondit Facundez ex communi doctrina, quod dispositio collata in alienam voluntatem censeatur ad pias causas: & proinde quod superfuit fuisse expendendum in causas pias.

11 Verùm, melius fundari potuit dicta resolutio in eo, quod testator taxauerit summam, quam relinquebat fratri suo tamquam hæredi, per quam taxationem declarauit voluntatem suam, quod nollet aliquid amplius ei relinquere. Dispositio enim taxatiua est exclusiua illius quod in ipsa non est expressum. Cap. *Cum Ecclesia Sutrina. §. Pars Canonicor. De can possess. & propriet.* & notant Bart. *in l. 1. num. 1. vers. Pro cuius. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Ias. *num. 9. vers. regula est.* Dec. *in l. 1. vers. ex quibus. C. De bonor. possess. contr. tab.* Castren. *in l. rationes. §. eiusdem iuris. num. 2. C. de probat.* Ripa *in l. si constante. num. 2. ff. soluto matr.* Abb. *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina. §. Pars. Canonicor. num. 9. de can. possess. & prop.* Buttrius *num. 18.* Bellamera *num. 16. vers. Quintò opponitur.* Felin. *in cap. Contingit. num. 2. de fide instrum.* & proinde qood superfuit exequutioni mandaris operibus pijs, quæ iniunxerat, remanet etiam exclusum ab hæreditate relicta fratri.

12 Rursus, Taxata hæreditate fratri relicta, totum quod supererat destinauit operibus pijs. dum disposuit, quod de reliquo suæ facultatis celebrarentur Missæ, & opera pia iniuncta: & proinde hoc reliquum fuit totum destinatum operibus pijs, quia dictio, *Reliquum,* comprahendit omnia præter excepta, vt obseruat Menoch. *cons. 1020. num. 39.* Ergo, non potest conuerti in aliud, quàm in opera pia, vt seruetur voluntas testatoris. Nam eo ipso, quod disposuit, quod, faciant quod ipsis visum fuerit, vt ego facerem; vult quod disponant secundum ipsius interpretatiuam voluntatem, & proinde conuertant in opera pia, sicut ipse destinauerat, eligendo ea, quæ putarent verisimiliter ab ipso eligenda.

QVÆSTIO. 1099.

A quo deputanda Capella, in qua celebrentur Missæ perpetua relicta à testatore.

SVMMA.

1 *Missæ celebranda in capella testatoris, si adsit in Ecclesia designata.*
Aut in Capella coniecturata.
Mens testatoris ex coniecturis indaganda.
Quod ex coniecturis constat dicitur circa vltimas voluntates euidenter apparere.

2 *Si ex coniecturis nihil colligatur, à quo designanda Cappella, in qua celebrandum sit.*

3 *Nullam Capellam probabilius est, esse designandam.*
Quod non est expressum non habetur pro disposito.

1 Difficultas locum habet, supposito, quod testator non deputauerit Capellam, in qua celebrandæ Missæ; constet tamen, quod sint celebrandæ in tali Ecclesia. In qua difficultate illud certum est, quod si testator habeat Capellam in illa Ecclesia, aut quod, dum viueret, ostenderit deuotionem erga specialem Capellam illius Ecclesiæ, aut aliquæ aliæ coniecturæ concurrant, ex quibus elici possit, quod aliquam specialem Capellam fuerit contemplatus in illa celebrandæ sint. Voluntas enim testatorum ex coniecturis indaganda est, vt tradunt Bald. *in l. fin. C. de impub. & al. substit.* Natta *cons. 110. num 5. in fin.* Petra *de fideicomm. quæst. 9. num. 6.* Menoch. *cons. 1112. num. 4.* Rota coram Merlino *decis. num. 38.* Sumus enim in materia, in qua quod ex coniecturis constat, dicitur euidenter apparere. *l. Quidam in testamento. ff. de vulg. & pupill. subst.* & notant *Bart. in l. licet Imperator. num. 2. ff. de legat. 1.* Ias. *num. 5.* & ideò, si ex coniecturis habeatur, quod aliquam specialem Capellam sit contemplatus, in ea Missæ erunt celebrandæ.

Si autem nihil per coniecturas deduci possit, electionem Capellæ non spectare ad hæredes, seu exequutores; sed ad Rectorem Ecclesiæ, tradit Garzia *in summ. tract. 3. difficult. 10. dub. 10. num. 10* & citat Genuen. *in Praxi Archiepisc. Neap. cap. 48. num. 3.* vbi tamen error est circa cap. *cum sit. 56.* qui asserit, ita Rotam sensisse *in Calagurítan. Capella. 16. Ianuary.* 1584. coram Seraphino. Genuens. tamen loquitur de Capellano, & non de Capella, quando non est electus à testatore, sed tantum legauit pro Missis. 2

Probabilius tamen videtur, Quod nec ab hæredibus, neque ab exequutoribus testamentarijs, neque a rectore Ecclesiæ, neque ab aliquo alio debeat determinari certa Capella, seu altare, in quo celebrentur Missæ, si legatum sit simplex, licet perpetuum, & proinde sufficere, si celebrentur in Ecclesia, quamuis modo in vno, modo in alio altari. Ratio est. Quia cum legatum sit simplex, neque intendat testator, quod erigatur in beneficium, seu Capellaniam collatiuam, non est necessarium, quod annexa sit certæ Capellæ. Rursus, testator non intendit, quod in certa Capella aut altari celebrarentur, alioquin expressisset, aut saltem ita disposuisset, vt ex coniecturis colligeretur. Quod autem nullo modo est expressum, cum facile potuerit exprimi, non habetur pro disposito. *l. vn. §. sin autem. C. de caduc. tollen. & cap. Ad audientiam. de decim.* Vndè præsumendum est, quod reliquerit liberum celebrare Missas, in quo altari libuerit. 3

QVÆSTIO 1100.

An Legatarius teneatur per alium supplere, si ipse non possit celebrare Missas iniunctas, quando ipsi principaliter relictum est legatum.

SVMMA.

1 *Si Legatarius fiat inhabilis an teneatur Missas supplere per alium, quando legans est principaliter contemplatus personam.*

2 *Attendi debet, quid principaliter testator sit contemplatus.*
Quando onus Missarum sit reale, & quando personale.

3 *Obligatio personalis afficit solam personam.*
Personalia non egrediuntur personas.

4 *Declaratio S. Congregat. quod supplenda sint Missæ quando habeat locum.*

Legauit quidam Titio annuos aureos quinquaginta, & iniunxit onus celebrandi bis in hebdomada pro sua ipsius anima. Voluit autem testator, quod 1

quod mortuo legatario Titio, erigatur Capellania cum dictis fructibus. Dubitatur modò, an si Titius legatarius fiat inhabilis ad celebrandum, teneatur illas duas Missas in hebdomada per alium supplere. & *negatiuè videtur resoluendum, attento dicto modo dispositionis.*

2 Cùm enim debeat attendi, quid in dispositione testator contemplatus fuerit *l. fideicommissa. §. Interdum. ff. de legat.* 3. constat, quod onus celebrationis non sit impositum legato, sed legatario; & proindè, non sit onus reale, sed personale. Intentio enim testatoris intenta fuit in legatarium, dispositiuè ipsi relinquens, & proindè, accipiendum est legatum, tamquam relictum ad vtilitatem legatarij, iuxta *l. cum pater. §. Donationis. ff. de leg.* 2. & notant Mantica *de coniect. vlt volunt. lib. 3. tit. 19. num.* 9. Rota coram Ludouis. *decis.* 544. *n.* 23. Post autem relictum, legatū oneratur persona obligatione celebrādi bis in hebdomada, quod satis indicat, onus non esse adiectum legato, sed personæ, licet intuitu legati. Præsertim, quia voluit erigi Capellaniā, & facere onus reale celebrandi, nisi post mortem legatarij. Si enim voluisset, onus esse reale; iussisset, statim erigi Capellaniam ad fauorem legatarij.

3 Cùm ergo obligatio sit personalis, afficit solam ipsam personam legatarij. *l. Quæcumque gerimus. ff. de action. & obligat.* Regulariter enim quæ personalia sunt, non egrediuntur limites personæ. *l. Quintale. ff. soluto matrim. & l. Cum precario. §. 1. & l. Interdictum. ff. de precar. & cap. Priuilegia. de regul. iur. in 6.* & notant Glos. *in Cap. mandatu. de præsumpt.* Bart. *in l. 1. ff. de acquir. possess.* Ias. *in l. Inter eos. num. 9. ff. de re iud.* & proindè sicuti obligatio realis non obligat vltra vires rei; ita nec personalis vltra vires personæ. Si ergo cōtingat, quod legatarius non possit celebrare, etiamsi fiat perpetuò inhabilis, non tenebitur per alium supplere.

4 Neque obstat declaratio S. Congregat. Episcop. & Regul. sub die 14. Martij 1627. quæ circumfertur, quod Sacerdos, cui impositum fuit onus quotidie celebrandi, si legitimè impediatur, tenetur per alium supplere. Quia habet locum solùm, quando onus celebrandi est reale impositum legato, aut Capellania itavt principaliter testator contemplatus sit celebrationem: non autem quando est onus personale, vt in præsenti casu, & quando non est principaliter contemplatus celebrationem, sed commodum legatarij.

DE

ONERE PERPETVO CELEBRANDI Missas.

Perpetuum onus celebrandi Missas habet ea omnia, quæ communia sunt cum cæteris oneribus perpetuis quæ ex Iustitia sunt adimplenda, quæ hic propterea non sunt colligenda. Quædam verò habet sibi specialia, quarum aliqua explicantur, vbi de obligatione celebrādi ratione Capellaniæ loci &c. vbi etiam de legatis perpetuis pro Missis. Ideò modò solùm agendum est de susceptione huiusmodi oneris.

QVÆSTIO 1101.

An liberum sit vnicuique suscipere onera perpetua celebrandi Missas.

SVMMA.

1 *Qua licentia requiratur pro suscipiendo onere perpetuo Missarum.*
2 *Finis, ob quem licentia requiritur.*
3 *Neque Sacerdotes priuati possunt sine licentia suscipere onera perpetua Missarum.*
4 *Capellanus vt se obliget ad celebrandū, quando onus perpetuum est penes alium, non indiget licentia.*
5 *Acceptans capellaniam non collatiuam non indiget licentia.*
6 *Quinam dicatur suscipere onus perpetuum Missarum.*

1 Ex natura rei potest quilibet aliàs habilis ad satisfaciendū assumere onera perpetua Missarū; qui sit sui Iuris in ordine ad celebrandū aut qui disponere possit de Missis celebrandis. Defacto tamen dicendū est. *Seculares nō posse suscipere onera perpetua Missarum sine licentia sui Ordinary, & Regulares sine licentia Generalis, aut Prouincialis.* Ita disponitur, in Decretis Sac. Congreg. Concil. *de celebrat. Missar.* editis auctoritate Vrbani VIII. vbi §. *Ad hæc* ita habetur *Ad hæc Sac. Congregatio quibusvis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationib. necnon omnibus & singulis Ecclesiarum, ac piorum Locorum tam Secularium, quam Regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet districtè prohibet, ne imperpetuū onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum. Seculares quidem sui Episcopi, vel eius Generalis Vicary. Regulares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu; & licentia in scriptis, & gratis concedendam; Alioquin Secularis qui huius prohibitionis Transgressor extiterit ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso. Regularis verò pœnam priuationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuæ absque alia declaratione incurrat.* Ex quibus constat, non licere alicui suscipere huiusmodi onera absque licentia.

2 Finis autem huius dispositionis est, vt onera huiusmodi suscipiantur, cum causæ cognitione & perpendatur, an suscipiens sit habilis ad satisfaciēdum; & proindè remedium afferre quo caueatur; vt suscepta onera Missarum perpetuarum adimpleantur: Quod satis constat ex proemio dd. Decr. nam finis est obuiam ire inconuenienti quod Ecclesia non sibi imponat tam magnum numerum Missarum, vt postea nequeat omnibus correspondere, vt constat ex illis verbis. *Cum sæpè contingat in quibusdam Ecclesijs tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorū eleemosinis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeant satisfieri, &c.* Et ideò in concedenda Licentia inquirendum est; an per susceptionem noui oneris vltra vires grauari contingat, vt mens Sact. Congregat. seruetur.

3 Hinc autem oritur difficultas; an hæc prohibitio afficiat Sacerdotes priuatos, qui non suscipiunt onera Missarū nomine alicuius Ecclesiæ sed solū tāquam legatarij aut exequutores oneris perpetui Missarū. Et videtur negatiuè resoluendum, quia non adaptantur ipsis verba dispositionis, neque enim suscipiunt onera perpetua, cùm onus susceptum non excedat eorumdem vitam & proindè non sit perpetuum. Verum

rùm Saet. Congr. ſuper hoc dubio interrogata, dixit, quod prohibitio Decretorum dirigitur etiam ad priuatos Sacerdotes, vt in reſp. ad *dub. 15. ex propoſitis ſuper iiſdem Decretis*.

4 Eſt tamen aduertendum, quod priuati Sacerdotes comprænhenduntur ſolum ſub hac prohibitione quoad materiam per ipſam prohibitam, quæ eſt ſuſceptio onerum perpetuarum miſſarum, & ideò, quando non interuenit huiuſmodi ſuſceptio nec etiam locum habet prohibitio. Ex quo fit, quod ſi Sacerdos ſe obligat tanquam Capellanum ad celebrandas Miſſas, quorum onus eſt pœnes alium, non contraueniet huic prohibitioni, quia in ſe non ſuſcipit onus perpetuum Miſſarum, ſed ſolum executionem oneris perpetui, & obligatio oneris perpetui pænes alium manet.

5 Secundò deducitur. Quod ſi Teſtator inſtituat legatum pro Miſſa perpetuas, ſeu Capellaniam non collatiuam, cuius prouentu remaneat intra bona laicalia, cum pacto, quod hæc Capellania conferatur certæ perſonæ, aut ab ipſo nominatæ, aut ſucceſſiuè ab alio eligendæ, acceptans onus celebrandi, non acceptabit onus perpetuum Miſſarum, quia acceptabit ad ſummum quandiu vixerit ſatisfaciendi celebrationi ex d. acquiſitione prouentuum, qui proueniunt ex legato, quod non eſt acceptare onus perpetuum, ſed acceptare propter executionē oneris perpetui. Qui enim acceptat onus perpetuum, totum onus in ſe abſolutè ſuſcipit, & ideò tenetur ad ea omnia quę ſecū trahit onus huiuſmodi. At qui ſuſcipit tātùm onus exequēdū, quod iniungitur in onere perpetuo Miſſarum, non ſuſcipit aliam obligationem, niſi celebrandi Miſſas præſcriptas pro aliquo tempore determinato, & ad ſummum durante vita ſuſcipientis, quod non eſt aliud, quam ſuſcipere obligatione adimplendi, quod ſecum affert implendum onus perpetuum, quod pænes aliū reperitur.

6 Ille ergo ſuſcipiet onus perpetuum Miſſarum, qui immediatè ſe obligabit ad effectuādum Diſpoſitionem Teſtatoris, ſeu fundatoris, itavt ſe ſubijciat oneri perpetuo ab ipſo impoſito, & proinde non ſolum teneatur principaliter, & immediatè pro executione ſed etiam obligetur ad erigendum fundum pro onere perpetuo, ſi erigendus ſit, aut ſi erectus accipiat ad ipſum manutenendum, itavt pænes ipſū vera ſit totius negocij tanquā pænes particulare. Qui verò ſe obligāt huic particulari ad celebrandum Miſſas pro aliquo tempore, aut etiam pro tota vita, non ſuſcipiunt onera perpetua Miſſarum, ſed ſolum ſe obligant pro executione oneris, quod pænes alium exiſtit & proindè non continentur ſub præfata prohibitione, quia hæc non eſt materia, quæ prohibitur. Quæ attendenda ſunt, vt reſolui poſſint difficultates, quæ occurrunt.

QVÆSTIO 1102.

An ſuciſpiens onera perpetua Miſſarum ſine licentia, peccet mortaliter.

SVMMA.

1 *Suſcipiens onera perpetua Miſſarum non peccat mortaliter ſecundum* Tamburin.

2 *Peccat mortaliter.*

Diſtricta prohibitio importat grauem obligationem.

3 *Grauitas materiæ fundat prohibitionem grauem.*

In limine fundationis cōceduntur conditiones contra Canones.

4 *Lex grauiter obligat in materia graui.*

5 *Pœna interdicti priuationis vocis actiua & paſſiuæ &c. Supponit culpam grauem.*

6 *Suſcipiens ſine licentia onera perpetua, quæ poteſt ſuſcipere an grauiter peccet.*

Ceſſante fine legis etiam in particulari ceſſat lex.

7 *Non tamen ſi per ſe primò concernat publicum commodum.*

TAmburin. *Opuſ. de ſacrif. miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 8. num.* 18. aſſerit eſſe probabile, quod non peccet mortaliter, qui ſine licentia ſuſcipit onus perpetuum Miſſarum, quia probabile eſt, quod pœnæ, quæ imponuntur ſuſcipientibus ſine licentia, non ſint ſignum peccati mortalis, nempè interdictum ab Eccleſia, & quoad regulares priuatio Officiorum & Vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad ipſa, cùm ita ſentiant plures Doctores, & aliquando ſimiles pœnæ ſine delicto infligi ſoleant, vt conſtat in priuatione Eccleſiæ ſupulturę tempore interdicti, in irregularitate &c. Subdit tamen probabile etiam eſſe quòd peccet mortaliter, quia probabile eſt, quod dictæ pœnæ ſint ſignum peccati mortalis. 1

Tenendum tamen eſt abſolutè. *Quod peccet mortaliter.* Hoc in primis deſumitur ex verbis, quibus vtuntur. Decreta nempè. *Diſtrictè prohibet*, quæ, vt notant Nauar. *cap. 23. manual. n* 53. Valent. *tom. 2. diſp. 7. queſt. 5. punct. 6. quæſt. 3. in 3. ſigno* Azor. *part. 1. lib. 5 cap 6. quæſt. 5.* Suar. *lib. 4. de legib. cap. 18. num. 3.* Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 4. num.* 43. important præceptum graue, nam ſignificant voluntatem Legiſlatoris graui modo diſponentem ſuper materiam, quæ indigeat efficacem prouiſionem atque adeò obligationem ſub mortali. 2

Secundò id quoque deducitur ex grauitate materiæ, quæ in præſenti attenditur ſecundum menſuram neceſſitatis in ordine ad finem intentum. Finis enim, vt conſtat ex proem. horum Decretorum, eſt, quod obſeruentur piæ defunctorum diſpoſitiones circa celebrationem Miſſarum, & proindè non ſuſcipiāntur onera Miſſarū perpetua ſupra vires. Vndè fiat quod nequeant poſtea adimpleri ſicut illicúmq; plerúmque contigerat, quod grauiſſimum eſt, quia alioquin, vt ponderant præfata Decreta *obſtricta Benefactoribus fides violatur. Defunctorum animæ ſuffragiis priuantur. Eccleſiis debitus ſubtrahitur cultus, ac Chriſti fideles graui ſcandalo affecti, plerúmque à ſimilibus, charitatis operibus retrahuntur.* Quod tanti facit Eccleſia vt admittat conditiones appoſitas à fundatoribus in limine fundationis etiam iuri cōmuni repugnantes, ne aliàs retrahantur ab huiuſmodi operibus. Cap. *Præterea 2. de Iurepatr.* & cap. *Quanto. de cenſib.* & obſeruant Lambertin. *de Iurepatr. lib. 1. part. 1. art. 1. quæſt. 9.* Gonzal. *ad reg 8. Cancel. gloſ. 5. n.* 103. qui alios refert. Viuian. *de Iurepatr. lib. 2. cap.* 8. Conrad. *in prax. diſpen. lib. 4. cap. 1. num.* 8. Seraph. *deciſ. 774. n.* 4. Buratt. *deciſ. 21. n.* 3. Rota *in Cæſarauguſtana Capell. 14. Martij* 1558. coram Bubalo. 3

Cùm ergo materia ſit grauis, & obligatio correſpondeat materiæ, itavt cenſenda ſit lex grauiter obligare, quando obligat in materia graui, vt tradunt D. Thom. 2. 2. *quæſt. 186. art. 9. ad* 2. Aragon. *quæſt. 63. dub. 3.* Salon. *quæſt. 77. art. 1. controu.* 8. Medina 1. 2. *quæſt. 69. art. 4* Martinel. *dub. 2. concl.* 8. Sotus *lib. 1. de Iuſt. & Iur. quæſt. 6. art.* 4. Victor. *relect. de poteſtat. Ciuil. num.* 19. & communiter. Neque enim ſi materia eſt grauis poteſt obligatio eſſe leuis, quia grauitas materiæ attenditur in ordine ad finem, ad quem lex ordinatur, & ideò quando materia eſt grauis, grauiter leditur ordo ad finem, & conſequenter etiā ipſe finis, ſi non ponatur aut auferatur iuxtà legem 4

præci

præcipientem, vel prohibentem. Vndè ſi Legiſlator intenderet tamen leuiter obligare, inordinatè ſe gereret, quia non obligaret ſecundum exigentiam finis,& in præſenti id conſtat, quando eſt neceſſaria grauis obligatio ad vitandum, ne finis legis grauiter periclitetur.

5 Tertiò quoque id deducimr ex pœnis, quibus puniuntur Tranſgreſſores, nam Sæculari imponitur pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto: Regularibus pœna priuationis Officiorum. Vocis actiuæ & paſſiuæ, & inhabilitatis ad officia. Quæ proculdubio grauiſſimæ ſunt, nec vnquam ſine culpa imponuntur vt conſtat de priuatione Officiorũ. Vocis actiuæ & paſſiuæ, quia hæc pœna priuat iuro quæſito, quo quis ſine culpa priuari non poteſt, & etiam in interdictum, quia licèt interdictum locale afficiat etiam eos, qui non dederunt cauſam, adhuc tamen in aliquibus requirit culpam, & perſonale peccatum, nunquàm alicui imponitur abſque propria culpa Et ratio eſt, quia cum pœna debeat eſſe proportionata culpæ, eſſet iniuſtitia pro culpa leui, qualis eſt venialis imponere grauiſſimam pœnam, quales ſunt ſupradictæ. Quamuis enim quod eſt grauiſſima pœna locum habeat aliquando extrà caſum culpæ, vt eſt irregularitas, quæ prouenit ex defectu lenitatis. Attamen tunc non ſe habet per modum pœnæ, nec inducitur ad puniendum, ſed per modum praoæ inhabilitatis, nonquàm tamen poteſt induci per modum pœnæ, niſi correſpondeat culpa proportionata.

6 Maior difficultas eſt, an dicta prohibitio obliget ſub mortali, quando ſuſcipiens onera miſſarum perpetua ſcit, ſe poſſe legitimè ſuſcipere, nec adeſſe aliquod impedimentum, quominùs ſuſceptum onus impleri poſſit. Et quidem in foro externo non excuſaretur à tranſgreſſione legis, quia non ſeruaretur forma præſcripta à lege, nec aothenticè conſtaret, quod legatum onus ſuſcipi poſſet. Vndè ſolum remanet dubium in foro conſcientiæ. Et videtur ceſſare obligatio, quia ceſſat finis legis, qui eſt prouidere, ne ſuſcipiantur onera miſſarom vltra vires. Ceſſante autem fine legis etiam in particulari, ceſſat etiam obligatio legis in illo caſu particulari, vt tradunt Bart. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui man. eſt Iuriſd.* Ioan. Andr. *in cap. non debet de reg. Iur. in 6.* Salicet. *in l. 3. C. de Iniur.* Anchar. *conſ* 11. Panorm. *in cap. Quoniam. num. 6.* Angel. *verbo* Lex *num.* 4. Syluester. *quæſt.* 8. Nauar *in rubr. de Iudic. num.* 74. Euerard. *in Topic loc. à ceſſatione rationis.*

7 Verùm admiſſo, quod ceſſante fine in particulari ceſſet etiam lex in particulari in illo caſu, adhuc tamen id locum non habebit in præſenti, quia tunc ſolùm lex ceſſare poteſt in particulari ad ceſſationẽ finis in particulari, quando concernit actiones perſonales priuatæ perſonæ ita vt per ſe primò non reſpiciat bonum publicum. Secus autem ſi lex per ſe primò concernat publicũ commodum, quia tunc habet pro fine immediato aliquid publicum pertinens ad communitatem, & ideò non poteſt finis adæquatè ceſſare, niſi ceſſet in communi, cum de ſe ſit quid commune. In preſenti autem lex perſpicit per ſe primò immediatè publicam vtilitatem, quia eſt poſita pro regulanda aſſumptione onerum perpetuorum Miſſarum, atque adeò concernit moderationem obligationum circà publica ſacrificia offerenda, & publicorum Miniſtrorum Eccleſiæ cum populo: & ideò ex ceſſatione finis in particulari non ceſſat obligatio legis.

QVÆSTIO. 1103.

An ſi Teſtator imponat hæredi, aut alteri, quod faciat celebrare Miſſas perpetuas, locum habeat præſens diſpoſitio.

SVMMA.

1 *Licentia non eſt neceſſaria, cum teſtator imponit alicui vt faciat celebrare Miſſas perpetuas.*

2 *Onus perpetuum curandi celebrationem Miſſa non eſt onus perpetuum Miſſarum.*

3 *Prohibitio eſt reſtringenda.*

4 *Ratio finalis non habet locum in onere curandi celebrationem Miſſa um.*

Diſpoſitio & ratio finalis inuicem coadequantur.

5 *Decreta* De celebrat. Miſſar *non ſe extendunt ad ad onus procurandi celebrationem.*

1 CONtingit frequenter, quod Teſtator aut iniungat hæredibus, quod in perpetuum faciant celebrare aliquas Miſſas, pro quibus etiam aliquando aſſignat fundum fructiferum, aut eligat exequutorem aliquem, cui incumbat curare celebrationem Miſſarum, vndè dubitatur, an in tali caſu in ſuſcipiendo onere requiratur licentia Epiſcopi, aut eius Vicarij. *Et negatiuè reſoluendum eſt*, vt reſoluit etiam Tamburin. *Opuſ. de ſacrific. miſ. lib. 3. cap. 1. § 1 num. 4*

2 Ratio eſt. Quia in tali diſpoſitione non conſtituitur onus perpetuum Miſſarum & ideò non ſubijcitur diſpoſitioni Decretor. *de celebrat. miſ.* Nam teſtator non imponit onus perpetuum Miſſa um hæredibus, aut exequutori, quia ipſi non habent celebrare Miſſas: ſed tantùm imponitur onus procurandi, quod in perpetuum celebrentur Miſſæ præſcriptæ. Obligari autem ad Miſſas, & obligari ad procurandum celebrationem Miſſarum ſunt valdè diuerſa. Rurſus non imponitur onus perpetuum Miſſarum ijs, qui celebrant, quia ipſi accipiunt tantùm onus celebrandi, aut manuali modo, aut pro certo tempore, ad ſummum aut eorum vita durante, & quatenus ipſis exhibetur eleemoſina ſiue manualis, ſiue per modum ſalarij Vndè nullo modo interuenit onus perpetuum & licèt Miſſæ ſint futuræ perpetuæ, non tamen futurum eſt perpetuum onus eas celebrandi.

3 Accedit etiam, quod prohibitio potius tanquam odioſa & derogans libertati eſt reſtringenda, quàm amplianda, vt inter alios notat Maſcard. *de probat. concluſ.* 1236. *num.* 3. & proindè quando verba prohibitionis non aptantur materiæ, nec etiam aptanda eſt prohibitio. Verba autem præſentis prohibitionis non aptantur hæredibus, aut exequutoribus, quibus onus imponitur procurandi celebrationem Miſſarum, quia cùm non ſuſcipiant onus celebrandi, non dicuntur ſuſcipere onera perpetua Miſſarum.

4 Quod præſertim rectum eſt. Quia ratio finalis legis prohibitiuæ non habet locum in onere procurandi celebrationem Miſſarum. Finis enim Decretorum eſt, ne Eccleſiæ aut alij tot onera ſuſcipiant, vt impares implendis non ſatisfaciant, & defraudentur piæ teſtatorum voluntates, ita exprimitur in fine eorundem Decret. Hæc autem ratio non habet locum in hæredibus, aut exequutoribus, quia nec in ipſis ita multiplicantur onera, nec habent ipſi ſatisfacere oneribus, ſed tantùm procurare, vt ſatisfiat. Diſpo-

5 ſitio autem legis non ſe extendit, quo non ſe exten-

dit causa finalis, seu ratio legis, quia hæc determinat & sibicoadæquat ipsam legem *l. Vnum ex familia §. fin. ff. de leg. 2. & l. si is, qui animo ff. de aquir. posses.* & notant communiter Doctores Abbas *consil.* 114. *lib.* 2. Ias. *in l. Id quod num. 7. ff. de leg.* 1. Peregrin. *cons.* 36. *num.* 12. *lib.* 2 Gratian. *discep. forens.* 292. *num.* 15. Rota *decis.* 10. *num.* 2. *parte.* 1. *Recent. & decis.* 229. *num.* 16. coram Emineo Otthobono, & in *Montis alti Beneficij* 15. *Decemb.* 1645. §. *sed verè* coram Riccio.

Et quamuis aliondè possit legatum, & dispositio
5 Testatoris quoad exequutionem subesse alijs periculis, attamen quia præfata decreta non intendunt obuiare omnibus periculis, sed ijs tantùm quæ prouenire possunt ex oneribus Missarum excedentibus vires, ideò non extendantur ad susceptionem oneris procurandi celebrationem, in quo non habet locum finis legis, nec pericula, quæ lex præcauere intendit.

Qvæstio 1104.

An Regulares, Collegia, Confraternitates suscipere possint absque alia licentia onus perpetuum procurandi celebrationem Missar.

SVMMA.

1 *Licentia non est necessaria, quando Regulares suscipiunt onus curandi celebrationem.*

2 *Suscipere onus procurandi celebrationem non prohibetur in Decretis &c.*
Prohibitio non extenditur ad diuersa.

3 *Collegium verè suscipit onera Missarum quando per suos facit celebrare.*

4 *Suscipiens onus procurandi celebrationem, non potest suscipere plura onera, quàm possit implere.*

5 *Habens onus curandi celebrationẽ potest, cui libuerit imponere exequutionem.*

6 *Exequutor tenetur ex bonis mobilibus erigere fundum, sint perpetua.*
Hic casus comprahenditur sub Decretis de celebrat. Missar.

1 QVia testator legare potest Regularibus, Collegio, aut alijs certam summam constituendo eos perpetuos procuratores, seu exequutores ad procurandam annuam celebrationem certi numeri Missarum; ideò dubitatur an ad suscipiendum hoc onus sit necessaria licentia Ordinarij, seu Generalis, vel Prouincialis, quoad Regulares & eadem difficultas est, quando fundator circa hoc onus conuenire vellet. Dicendum est autem *non esse necessariam huiusmodi licentiam.* Ita Tamburin. *Opus. de sacrific. mis. lib. 3. cap. 1. §. 7. num.* 14. & alij Recentiores. & sequitur ex ijs, quæ dixi in *quæst. canon* 137. *Centur.* 4. vbi, quod non potens suscipere onera perpetua Missarũ, potest suscipere onus perpetui procuratoris, seu exequutoris pro procuranda celebratione Missarum.

2 Ratio desumitur ex ipsa dispositione Decretorum, quæ solùm prohibent suscipi onera perpetua celebrationis Missarum, vt constat ex illis verbis, *Districtè prohibet, ne imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum* suscipere autem onus procurandi celebrationem Missarum, non est suscipere onus procuratoris, seu executoris pro procuranda ipsa celebratione, sed suscipere in se celebrationem & propterea exequi celebrationem ex debito proprio. Vndè cùm suscipere onus procuratoris, seu exequutoris, non sit suscipere onus celebrandi qui prohibetur suscipi sine licentia, nec etiam quoad ipsum locum habebit prohibitio. *l. Constitutum ff. de militari test. & l. Ita autem iuris ff. De administ. tut. & l. Hoc accusare. §. omnibus ff. de accusat.* & Cap. *Indemnitatibus §. sed cum eas. De elect. in 6.*

Et quamuis quando Collegium aut conuentus 3
suscipit onera Missarum videatur solùm suscipere onus procuratoris quia scilicet facit celebrare per suos Sacerdotes, reuera tamen suscipit onus celebrandi quia suscipit Missas celebrandas per suos Sacerdotes qui tenentur celebrare ad mentem superioris, ad quem spectat dirigere celebrationem. Vndè eo ipso, quod ipse concurrit ad susceptionem oneris, suscipit celebrationem, quia ipse tenetur ita dirigere celebrationem Missarum quæ sunt sub ipsius dispositione vt satisfaciat oneri suscepto. Et hoc etiam locum habet quoad Hospitale, Confraternit. & eos qui suscipiunt onera Missarum celebrandarum per suos Sacerdotes, qui celebrant ad mentem superiorum, nam cùm habeant Sacerdotes sibi obligatos, & disponant eorundem celebrationem, eodem modo res se habet, ac si ipsi celebrarent.

Et cessat etiam in hoc casu causa finalis expressa 4
in Proemio Decretorum *De celebrat. Missar.* nempè ne suscipiantur plura onera, quàm adimpleri possint, & remaneant defraudatæ testatorum, & fundatorũ piæ dispositiones. Nam cùm suscipientes onus procurandi celebrationem Missarum habeant curam vt per eos celebrentur, qui possunt celebrare, nec alio onere incompossibili impediantur, cessat causa finalis prohibitionis, ne sine licentia suscipiantur onera perpetua Missarum; & proindè cessat etiam prohibitio iuxta dicta in *quæst. præcedenti num.* 4.

Hoc tamen non obstat, quia procurator, aut exe-
quutor possit tribuere stipendium Sacerdotibus suæ 5
Ecclesiæ aut aduocare Sacerdotes, qui celebrent in propria Ecclesia, & similiter etiam superior Regularis, quia possit per suos Sacerdotes facere celebrare huiusmodi Missas quia tanquam Procurator potest per quoscumque libuerit ab alio onere liberos facere celebrare præscriptas Missas. Neque enim hoc est æquipollenter suscipere onus Missarum perpetuum; quia nunquam ipse, nec quoad se, nec quoad alios, per quos facit celebrare suscipit hoc onus, vndè nec celebrantes suscipiunt onus perpetuum, quia est in potestate exequutoris facere celebrare per quos voluerit, nec se obligat ad faciendum celebrare per suos, sed semper Missæ præscriptæ remanent veluti manuales cum possint committi modò vni, modò alteri quod sufficit ad excludendum omninò onus perpetuum Missarum celebrandarum.

Est tamen aduertendum, quod si testator relinquat 6
pecuniam, aut bona mobilia pro manutenendo onere Missarum in perpetuum celebrandarum, tenebitur Procurator, seu exequutor electus illa conuertere in fundum fructiferum cum specificatione oneris adiuncti iuxta Decreta *De celebrat. Missar.* cùm enim bona relicta sint subiecta oneri Missarum, sunt etiam subiecta dispositioni eorundem Decretorum, quæ vult, quod in bona fructifera stabilia cum expressione oneris conuertantur. Præsertim quia militat in hoc finalis causa illius dispositionis, quæ est vt exprimitur in §. *Præterea, ne in Ecclesijs*, quod non remaneant onera sine congruo emolumento, & negligatur celebratio Missarum, quod infallibiliter contingeret à successoribus in ministerio, si non haberent vndè celebrantibus subministrarent eleemosynam. Et ideò cum in hoc casu potiori modo habeat locum ratio finalis legis, seu dispositionis, compræhendetur sub

ipsa *l. His solis. ver. satis etiam cautè C. de reuocand. donat, & l. Item veninus §. ait senatus ff. de petit. hared. & l. Illud C. de sacrosanct. Eccles.* & notant communiter Doctores Alexan. *in l. Peregre §. 1. ver. Non obstat ff. de acquir. possess.* Imola *in l. si vero. §. de viro. num. 14. ff. soluto matrimonio.* Socin. iun. *consil. 30. n. 32. lib. 1.* Rolan. *consil. 27. num. 8. vol. 1.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo.* Libertis *num. 45. C. de reuocanda donat.* & alij quos adduxi *in Quest. Conon 147. numero. 3. cent. 2.*

QVÆTIO 1105.

An si suscipiatur onus sub disiunctione celebrandi, vel procurandi celebrationem requiratur licentia.

SVMMA.

1 *Onus susceptum si determinetur ad celebrandum requirit licentiam.*

2 *Sub alternatiua celebrandi vel curandi celebrationem non indiget licentia.*
In alternatiuis electio est debitoris.

3 *Voluntas perficit actum.*

4 *Paria sunt actum non esse, & esse imperfectum.*
Quandiu superest aliquid agendum nihil dicitur actum.
Ex actu imperfecto nulla sequitur obligatio.

5 *Propositum celebrandi, non facit, quod onus sub alternatiua sit determinata obligationis.*

6 *Propositum assumendi obligationem non eam inducit.*
Volo facere non importat voluntatem exequentem.

7 *Quando fiat fraus legi.*

1 IN hac difficultate illud certum videtur. Quod si onus acceptaretur sub alternatiua celebrandi, aut procurandi per alios celebrationem Missarum, & postea determinaretur obligatio ad partem celebrandi, esset tunc necessaria licentia, si antea non præcessisset. Nam revera tunc susciperetur onus perpetuū Missarum celebrandarum, ad quod determinate consurgeret obligatio, ad quod antea determinatè non aderat, quia erat in potestate grauati eas celebrare vel procurare, quod ab alijs celebrentur. Vndè tunc verè remaneret grauatus determinato onere perpetuo celebrationis Missarum, & ideò difficultas est, si
2 non eligatur determinatè altera pars alternatiuæ.

Dicendum est, *de rigore non esse necessariam licentiam pro suscipiendo onere sub alternatiua, vel celebrandi Missas perpetuas, vel procurandi celebrationem.* Dixi de rigore, quia attenta conuenientia præcipuè quoad forum externum videtur etiam in hoc seruanda dispositio Decretorum *de celebr. missar.* Ratio est. Quia suscipiens huiusmodi onus non obligatur nisi ad alternatiuam, cùm remaneat in eius facultate vel celebrare, vel procurare celebrationem & alterutro adimpleto, adimpletum sit onus, & satisfactum obligationi: Ergo cum in alternatiuis electio sit debitoris *l. 10. § si in dotem ff. De iure Dot. & cap. In alternatiuis. De reg. iur. in 6.* vbi Doctores, potest, qui suscepit onus, eligere onus procurandi celebrationem missarum etiam determinatè se obligando ad ipsum. Ergo verum est, quod illicusq; non susceperit onus perpetuum missarum; nam si semel suscepisset, non esset ampliùs liberum ad eligendam viam procurandi tantùm celebrationem, sed deberet retinere onus semel susceptum. Ergo cum licentia sit solùm necessaria pro susceptione oneris perpetui celebrationis missarum, non fuit necessaria, quando susceptum fuit onus cum alternatiua; quia tunc non fuit susceptum onus perpetuum missarum, de quo solùm procedit dispositio Decretorum de celebratione missarum.

Coofirm. stante susceptione oneris sub alternatiua, quamuis voluntas sit determinata, ad exequendum vno, vel alio modò, non est tamen obligata ad exequendum tali modo. Imò nec est determinata ad se obligandum tali modo, & proindè nec ad suscipiendam obligationem oneris celebrandi determinatè. Ergo cùm voluntas sit illa, quæ perficit actum, vt obseruant Glos *in l. si fide. C. de donat. ante nupt. in l. Omnes verbo* voluntas. *C. Communia de legat.* & in cap. *super Abbatia de offic. de leg.* Bald. *ibid. & cons. 226. lib. 1.* Crauetta *de antiq. temp part. 1. princip. partic. 4. num. 52.* Socin. iun. *consil. 72, num. 13. lib. 1.* Menoch. *cons. 1. n. 259.* Non aderit susceptio oneris perpetui missarum, cum non adsit voluntas determinata suscipiendi, & proindè nec etiam materia prohibita legis, seclusa licentia. 3

Quod insuper confirmari potest ex illa regula, 4 quod paria sint, actum non esse, & imperfectum esse, quæ desumitur *ex l. Hac consultissimo §. Ex imperfecto. C. de testam.* & proindè nihil dicitur actum quamdiù superest aliquid agendum *l. penult. in fin. ff. de his, qui vt in dign.* & notant Glos. *in cap. Tua, de cleric. non resid* Ias. *in d. l penult. num. 3.* Menoch. *cons. 133. num. 12.* Et nulla indè inducitur obligatio. *Cap. Dudum de conuersat. coniug.* & notant Abbas. *ibid. & in cap. Ex parte. De foro compet.* vbi & cæteri Doctores. Bart. *in l. si certi init ff. si cert. pet.* vbi, & alij. Dec. *cons. 57. n. 62. init.* Afflict. *dec. 77. num. 7.* cùm igitur stāte alternatiua ad summum adsit imperfecta quædam, & inchoata susceptio oneris perpetui, siquidem ad perficiendum esset necessarius actus voluntatis determinatiuæ alterius partis eiusdem alternatiuæ, eodem modo se habebit, vt si nullo pacto adesset, & non dicetur susceptum onus perpetuum missarum, nec indè consurget aliqua obligatio, atq; adeò non aderit materia, de qua disponunt Decreta *de celebrat. Missar.*

Et quæ dicta sunt locum habent etiam si ab ini- 5 tio susceptionis oneris sub alternatiua adesset in suscipiente propositum celebrandi missas, non autem procurandi celebrationem, quia huiusmodi propositum non versatur circa susceptionem oneris, sed circa exequutionem. Neque enim est voluntas proponens se obligare ad vnam tantùm partem, sed retenta alternatiua oneris amplectendi determinatam partem exequutionis. Et proindè istud propositum relinquit obligationem in sua primordiali natura, nec illam determinat, sed determinat tantùm electionem exequutionis.

Imò locum quoque habent, quamuis adesset pro- 6 positum se determinandi ad vnam partem, & eligēdi determinatè onus celebrationis: quia huiusmodi propositum, quamdiù non exit in exequutionem, non immutat naturam obligationis assumptæ, sed relinquit eam sub statu alternatiuo. Per id enim, quod proponit assumere vnam partem determinatam oneris, nondum illam assumit, propositum enim expressum verbo, seu interno, seu externo, *volo facere*, non facit, nec importat voluntatem de præsenti exequentem, quod proponit, sed deliberantem exequi iuxtà ea quæ notant Glos. *in l. Serui electione init. ff. de leg. 1.* Bald & Alex. *ibid.* Item Bald. *in l. In vendente, n. 15. C. de contrahen. empt.* Salicet. *ibid. num. 10.* Socin. iun *cons. 179. num. 66. vol. 2.* Manrica *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 11, n. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 496. num. 18.* Simon de Prer. *de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 1. dub. 2. solut. 1. num. 33.* Capic. Latr. *dec. 149. num. 23* Seraph. *dec. 1079. num. 3.* Buratt. *dec. 199.*

num 5 Rota *in Romana hereditatis* 17. *Iunij* 1611. §. *minus facit* coram Sacrato, & in *Vlixbonen. Nullitatis profess.* 29. *Ianuar.* 1646. §. *octauo considerabant Domini*, coram Arquellio; & ideò per huiusmodi proposi- tum non inducitur obligatio ad vnam partem deter- minatam.

7 Solùm videtur obijci posse, quod hoc pacto fiat fraus legi, siquidem in idem concidit, quod quis as- sumat onus perpetuum procuratoris in ordine ad procurandam celebrationem Missarum & possit, seu adimpleat ipse onus, & quod suscipiat onus perpe- tuum celebrationis. Sed hoc facilè diluitur, nam tunc fit fraus legi, quando reuera secundum substan- tiam non seruatur ita accipiendo verba, vt destruatur intentum legis, quod non contingit in præsenti, cum non suscipiatur onus perpetuum Missarum, sed onus perpetuum procuratoris, seù exequutoris, quod est quid longè diuersum. Neque ex eo quod habens onus procuratoris celebrat Missas. Facit, quod onus in idem coincidat cum onere perpetuo Missarum, nam effectus oneris perpetui Missarum est, quod ex obligatione celebrentur Missæ, & proindè non cele- bret tanquam Missas manuales. At si habet solùm onus procurandi celebrationem, non celebrabit, si voluerit tales Missas, atque adeò ex plena libertate, & tanquam Missas manuales, qui nisi aliter disponа- tur, est in ipsius potestate cõmendare cui voluerit, & modo vni modo alteri, vndè ipse liber manebit ad omittendam celebrationem quoties libuerit.

QVÆSTIO 1106.

An Regulares, Collegia, Confraternitates &c. suscipere possint quæcumque onera per- petua procurandi celebrationem Missarum.

SVMMA.

1 *Quid attendendum in concedenda licentia pro onere perpetuo Missarum.*
2 *Dispositio circa onera perpetua Missarum non habet locum in onere procurandi.*
3 *Quid seruandum in suscipiendo onere curandi cele- brationem.*
4 *Quid perpendendum in suscipiendo tali onere.*
5 *Attendenda quantitas prouentuum, an congrua.*
6 *Copia Sacerdotum facit vt suscipi possint plura one- ra curandi celebrationem.*
7 *Quando possit Episcopus de vno loco ad alium trans- ferre celebrationem Missarum.*
Episcopus potest reducere vltimas voluntates ad terminos, vt impleri possint.

1 EX supradictis constat, quod non sit necessaria li- centia, siue ordinarij, siue superiorum Regula- rium, respectiuè quia Decreta S. Congregationis *de celebrat. Missar.* disponunt tantùm de susceptione oneris perpetui celebrandi quia tamen disponunt, quod *Episcopus, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Pro- uincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint re- quisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus, nec antea assen- sum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quam antiquis iã susceptis satisfacere posse, præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, aut locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis secũ- dum morẽ cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ. Intelligantq; si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint in nouissimo die se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.* vndè dubitatur, an hæc seruanda sint in susceptione oneris perpetui procurandi celebratio- nem Missarum.

Certum est autem, quod hæc dispositio non se 2 extendit ad onera perpetua procurandi celebratio- nem Missarum, vt constat ex littera ipsius, nam di- sponit expressè de susceptione oneris perpetui cele- brandi, ibi *Inquirant de singulis Missarum celebranda- rum obligationibus &c.* Nec antea *assensum huiusmodi &c. quam eis legitimè constiterit illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quam antiquis iam susceptis satis- facere posse.* Neque enim adhibenda esset huiusmo- di diligentia, nisi suscepturi onus essent etiam satisfa- cturi, proindè inquirendum an suscepturi onus pos- sint etiam nouo oneri satisfacere, itavt omnia onera simul iuncta non excedant vires suscipientium.

Itaque dicendum est. *Hanc dispositionem non habe-* 3 *re locum in susceptione oneris perpetui Procurationis ce- lebrationis missarum, esse tamen seruandum eum propor- tione*, quatenus, quæ per ipsam disponũtur exiguntur ex natura rei in suscipiendo quocumque onere. Neque enim potest quisquam se obligare vltra suas proprias vires, & si se obliget, erit nulla obligatio quatenus excellens; & proindè non potest suscipe- re onus supra vires, quia suscipiendo se obligat ad adimplendum.

Ex quo fit, quod sicut in suscipiendis oneribus 4 missarum celebrandarum perpendendum sit, an sus- cipientes valeant satisfacere nouis oneribus iuxtà Decreta *de celebrat. missar.* ita etiam in suscipiendo onere procurationis missarum perpendendum sit, an suscipiens habeat commoditatem Sacerdotum, qui- bus committere possit celebrationem missarum, de quibus suscipit procurationem, quod præcipuè at- tendendum est in locis, in quibus adest penuria Sa- cerdotum; aliàs contingere posset, quod non repe- rirentur tot Sacerdotes, quot essent necessarij pro numero missarum.

Rursus attendendum erit etiam in hoc onere su- 5 scipiendo, an quantitas prouentuum congrua sit pro adimplendo onere, ne temporis processu, quia tenuis sit eleemosina, negligatur celebratio missarum, præ- sertim quia difficilè reperiantur Sacerdotes, qui ve- lint celebrare: & proindè quando legatum est tenue habita ratione numeri missarum, debet ab initio procurari moderationem stipendij, ne paulatim sub- repat negligentia in exequenda mente testatoris.

Ex dictis colligitur. Quod in illis ciuitatibus, in 6 quibus est magna copia Sacerdotum, vt hic Romæ, assumi possit onus procurandi celebrationem Missa- rum in quocumque numero, nam copia Sacerdotum semper sufficere poterit celebrationi, in quo etiam est attendendum, an adsint Religiosi, qui celebrent accepta eleemosina, nam hi possunt supplere pro quocumque numero Missarum atque si Missæ libe- ræ sint, itavt non sint celebrandæ in certo loco, sed possint commẽdari Sacerdotibus aliorum locorum, suscipi poterit prædictum onus, quoad quemcumq; numerum, quia si non in vno loco, inuenientur in alio Sacerdotes qui satisfaciant.

Secundò colligitur. Quod si testatores relinquãt 7 onera Missarum, quibus stantibus præcedentibus sa- tisfieri non possit in loco, in quo de eius mente es- sent adimplenda, poterit Episcopus, cum consensu hæredis, seu exequutorum testamentariorum trans- ferre ad alium locum, vbi commode adimpleri pos- sint. Potest enim Episcopus hoc modo vltimas vo- luntates, quæ concernunt causas pias reducere ad eos terminos vt adimpleri possint, si aliàs non pos- sent, vt desumitur ex cap. *Nos quidem de Testamen.* & ex Con

ex Consil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* & tradunt communiter Doctores cum Glos. *in dict. cap. Nos quidem* in figurat. cas. Abbas *ibid. num.* 6. Innocent. *num.* 1. Couar. *numer.* 9. Alex. *cons.* 75. *numer.* 7. Batt. *in l. legatum ff. de vsufruct. leg.* Gambat. *de offic. legat. lib.* 9. in fine Azor. *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 33. *quæst.* 4. ver. *An verò*, Lappus *allegat.* 87. *numer.* 5 & 7. Mohed. *decis. num.* 1. *de iure patron.* aliàs *dec.* 1122. *libro tertio, part.* 3. *diuers.* Interest enim Testatoris, quod eius vltima voluntas adimpleatur omni meliori modo, quo fieri potest; & cùm ipse non possit remedium afferre non præuisæ impossibilitati, remedium deuoluitur ad Episcopum tanquam ad eum, ad quem spectat curare vltimas voluntates ad causas pias adimpleri.

QVÆSTIO 1107.

An si Testator relinquat fundum fructiferum cum onere missarum alicui Sacerdoti ex familia, si adsit, aut si non aderit, vt celebrentur, sit necessaria licentia.

SVMMA.

1 *Quando non sit necessaria licentia, vt legatarius suscipiat onus celebrandi.*

2 *Sacerdos de familia cui relinquitur onus celebrandi non indiget licentia.*
Casus quando non sit sub dispositione.
Ratio restringit legem.

3 *Difformitas excludit perpetuitatem oneris.*
Quod successiuè transmittitur ad hæredes, non est perpetuum.

4 *Dispositio quod sit necessaria licentia, &c. non habet locum in Sacerdote de familia.*
Quid requiratur, vt quis sit capax oneris celebrandi.

1 QVandoque Testatores instituunt Capellaniam non collatiuam laicalem relinquẽdo fundum, ex cuius fructibus substineatur onus missarum cum ea conditione, quod d. fundus perueniat ad Sacerdotem de familia, aut si non adsit cum onere, quod procuretur, celebratio missarum per alium; vndè dubitatur, an in hoc casu, vt Sacerdos de familia suscipiat onus, requiratur licentia ordinarij, aut eiusdem Vicarij. Et quidem ex dd. *in præced. quæst.* constat, quod si sit in libertate talis Sacerdotis celebrare, aut facere celebrare per alium, itavt sub alternatiua ei imponatur onus, vel celebrandi, vel procurandi celebrationem, non erit necessaria licentia, quia non suscipit onus perpetuum missarum celebrandarum, pro quo solùm requiritur dicta licentia; nam quamdiù durat alternatiua est in eius potestate eligere quàm partem libuerit, quando satis declarat non fuisse antea susceptum onus perpetuum celebrandi, vndè difficultas est, quando testator Sacerdoti de familia imponeret onus celebrandi.

2 Dicendum est. *Etiamsi Testator disponat, quod si adsit Sacerdos de familia, celebret ipse Missas, pro quibus relinquit fundum adhuc non videtur necessaria licentia, pro suscipiendo tali onere.* Ratio est, Quia verba Decretor. *de celebrat. miss.* non compræhendunt hunc casum, nec ratio finalis locum habet quoad ipsum. Quando autem verba dispositionis non conueniunt casui, non cadit sub dispositione *l. Quod consti-*tutum. *ff. de milit. testamem.* & *l.* 4. §. *toties ff. de Damn. infect.* vbi Batt. §. *Prætor ait.* Geminian. *consilio* 65. *numer.* 2. Tiraquel. *in l. si vnquam verbo* Libertis *num.* 2. *ff. de reuocan. donat.* Rursus quando ad casum non se extendit ratio finalis legis, nec etiam lex ad ipsum se extendit, quia ratio restringit legem, & facit vt non excurrat extra terminos eiusdem rationis *l. si is, qui animo ff. de acquir. possess.* & *l. Vnum ex familia* §. *fin. ff. de lega s.* 3.

Verumque autem concurrit in præsenti casu, nam verba Decretorum loquuntur de oneribus perpetuis Missarum celebrandarum, ibi. *Ac imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum.* In d. autem dispositione non constituitur onus perpetuum Missarum celebrandarum quod satis ex eo constat; nam hoc onus non est vniforme, nam modo est onus celebrandi, quando scilicet suscipitur à Sacerdote de familia, modò est onus procurandi celebrationem quando nempè suscipitur ab alio de familia, qui non est Sacerdos; stante autem hac difformitate non est onus perpetuum celebrandi, quia non continuatur, nec perpetuatur sub hac qualitate. Cùm enim simus in materia, quæ successiuè transmittitur ad hæredes, non potest onus celebrandi dici perpetuum, nisi sit una temporis limitatione, vt obseruant Roman. *in l. Etiam filij num.* 12. *ff. soluto matrimonio.* Alex. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 6. Dec. *consil.* 472. *num.* 22. Rota coram Pennia *decis.* 151. *num.* 4. onus autem celebrandi non est perpetuum, quia desinit toties, quoties desinit Sacerdos de familia. 3

Rursus nec etiam in hoc caso locum habet ratio finalis legis quæ est, quod non suscipiantur onera Missarum celebrandarum supra vires, ex quo deindè fiat, quod non adimpleantur, vt exprimitur in proemio eorundem Decretorum ibi. *Iam magnum Missarum celebrandarum numerum &c. impositum esse*, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, quæ cessat, vt apertè constat in Sacerdote de familia, qui nullam aliam habet, vt supponitur, celebrandi obligationem. Vndè sicuti non compræhenditur sub horum Decretorum dispositione Sacerdos Capellaniæ licet duraturæ ad eius vitam, ita nec etiam comprehenditur Sacerdos qui suscipiet onus celebrandi iuxta dispositionem Testatoris. 4

Solùm obijci potest. Quod fieri potest, quod Sacerdos de familia habeat beneficium, ratione cuius teneatur celebrare, & proindè, si susciperet etiam onus celebrandi has Missas, susciperet vltra vires. Resp. tamen quod etiamsi Testator non obliget Sacerdotem de familia ad celebrandum per seipsum, attamen dum vult, quod ipse suscipiat onus celebrandi debet esse habilis ad suscipiendum. Non est autem habilis cùm sit impeditus alio onere exigente celebrationem, neque enim quis est capax oneris imponentis celebrationem, nisi possit celebrare, non potest autem esse capax noui oneris huiusmodi, qui ita habet occupatam celebrationem, vt non possit nouo oneri satisfacere. 5

***

QVÆSTIO 1108.

An si Testator det facultatem Capellano pro tempore nominandi successorem requiratur licentia pro acceeptando onere Mißarnm.

SVMMA.

1 *Ius nominandi succesſorem annexum Capellaniæ.*
2 *Capellania, cum iure nominandi ſacceſſorem non poteſt aſſumi ſine licentia.*
Quid ſufficiat, vt ſit perpeuaum, quod tranſit ad ſucceſſores.
3 *Liceatia pro Miſſis perpetnis eſt neceſſaria licet fundus remaneos apad heredes.*
Succeſſio in infiaitam continuanda inducis perpetuitatem.

1 QVando teſtatot telinquit fuudum pto Miſſis perpetuis aliquando ſolet tribuete facultatem Capellaoo primo loco electo, vt nominate poſſit ſuceeſſorem cum eadem facultate nominandi alium ſucceſſorem, & ſic deinceps, qui quidem modus admittitur non ſolum in Capellanijs, non collatiuis, de quo eſt caſus apud Rotam *in melphitenſi legati pij* 24. *Ionuary* 1629. cotam Dunozero, ſed etiam in Capellanijs collatiuis, quia hæc facoltas non eſt aliud, quàm ius præſentandi, quod ſicuti conuenit patrono, ita poteſt ttanferre, in quemcumque voluetit. Queritur ergo, an in acceptando onere harum Miſſarum tequiratur licentia Ordioarij iuxta Deeteta *de eelsbrot. Miſſor.*

2 Dicendum eſt *huinſmodi onus non poſſe acceptari etiom à Sacerdote priuato ſine licentia ordinorij, aut eius vicorij.* Ratio eſt. Quia onus huiuſmodi eſt verè onua perpetuum celebrandi, & tanquam perpetuum aſſomitur ab vnoquoque Capellano, nam aſſumit ipſum transferendum in ſucceſſorem ab ipſo nominandum, atque adeò taoquam perpetuandum de vno in aliũm. Vndè habet illam perpetuitatem, quæ requiritut, vt perpetuum ſit, quod traoſit ad ſucceſſores, oempe tranſmiſſio ſine præfinitione temporis iuxta *l. Eum debere ff. de ſeruit. vrban. prædior.* & notant Doctures *in l. Quod dicitur ff. de verbor. obligot. & in l. Etiam ff ſolato motrimon. & in cap. In præſentia. de probat.* & in ſpecie Beroius *conſ.* 63. *num.* 8. *vol.* 3. Batt. *in l. Anana.* §. *Titia. ff. de ann. legot.* Alexan. *conſ.* 71. *num.* 2. *lib.* 6. Dec. *conſ.* 472. *num.* 22. Surd. *conſ.* 67. *num.* 36. Et ideò cum Dectera *de celebr. miſſ.* quoad hoc comprehendant etiam ptiuatos Sacerdotes, vt declarauit S. Congregat. *in reſpon. ad* 15. *dub.* ex propoſit ſuper *Decret. de celebrat. Miſſar.* erit neceſſaria licentia ordinarij pto aſſumendo hoc onere Miſſatum.

3 An autem adhuc ſit neceſſaria licentia Ordinatij ſi fundus, vndè percipiantur fructus pro oianutentione oneris miſſarum, non tranſear ad manus Capellani, ſed remaoeat apud hæredes, à quibus ſoluatut quotannis penſio pto adimplendo onete. Affirmatiuè videtut teſolueodum. Nam quamuis fundus non ſit apud Capellanum, eſt tamen apud ipſum onos celebraodi cum ſua perpetuitate, cùm ſit apud ipſum ſioe præfioitione temporis, cum facultate tranſmittendi ad ſucceſſorem à ſe nominandum, atque adeò cum facultate perpetuandi, quod ſufficit, vt dicatut habete oous perpetuum eelebrandi, ſucceſſio eoim in infinitum continuanda de vno in aliom, inducit perperuitatem, vt in mareria fideicomiſſi tradunt Cuman. *in l. Cum ita.* §. *In fideicom. ff. de leg.* 2. Gabr. *conclnſ.* 9. *de fideicom. num.* 12. Simon de Prætis *de interpret. vltim. volun. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 9. *num.* 6. *& ſolut.* 10. *num.* 16. Surdus *conſil.* 315. *num.* 14. Rota *deciſ.* 335. *num.* 4. *part.* 3 *Recen.* Dum autem onus perperuum eſt apud Capellanom, indiget licentia, vt poſſit ipſum ſuſcipere.

QVÆSTIO 1109.

An ſuſcipiens onus perpetuum miſſarum, ſine licentia validè ſuſcipiat.

SVMMA.

1 *Onus perpetuum Miſſaram an validè ſuſcipiatur ſine licentia.*
2 *Lex prohibens quando annallet.*
Quando potentia dependet à lege prohibito actu anfertur potentia.
3 *Succeptio oneris perpetui Miſſarum ſine licentia eſt nulla.*
Quando conſenſus auctoriſat, eſt neceſſarius ad validitatem actus.
4 *Actus non ſubſiſtit, niſi concurrente voluntate & poteſtate.*
5 *Conſenſus pro aliquo actu debet præſtari ex certa ſcientia.*
6 *Forma quando cenſeatur inducta.*
7 *Quando præſcribitur modus conficiendi actum, inducitur forma.*
8 *Forma ſubſtantiali non ſeraata actus eſt aullus.*
9 *Ex non ſeruata forma, actus eſt ipſo iure aullus.*
10 *Suſcipiens nulliter onus Miſſarum perpetuarum, non poteſt retinere.*
Non ſeruata forma an conſurgat obligatio naturalis.
11 *Pro ſeruanda nullitate ſuſceptionis oneris perpetui quid requiratur.*
Quando actus ſucceſſu temporis non conualeſcat.

TAmburin. *opuſc. de ſacrific. miſ. lib.* 3. *cap.* 1. §. 7 *n.* 15. *ver. Hac ſententia* cooc1udit. Validè ſuſcipi oous perperuum Miſſarum celebrandarum ſioe licentia, licet peccet, qui ſuſcipit. Quia licet Iuris periti communiter doceant, legem aunullare actum, quem prohibet, quia voluntas inferioris nihil poteſt cootra voluntatem ſuperioris. Attamen Theologi volunt, quod non ſtatim ac prohibetur, ſit oullus, ſed opus ſit ſpeciali diſpoſitione irritatiua, pro quo citat Suarez, Sanchez, Molinam, Salaſ. apud Caſtrum, Palaum *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *de legib. diſp.* 3. *pun.* 8. 1

Verùm Iuriſconſolti non ita abſolutè aſſerunt quod omnia lex prohibens actum eum anoullat. Sed ſolùm, quando ita prohibet, vt auferat potentiam ad actum. Duplici enim modo actus à legibus prohibeti ſolet, vno modo ſimpliciter, vt quando lex prohibet Cleticos exercere mercaturam &c. in quo caſu remanet potenria ad actum. Secundò modo prohibet aufereodo etiam potentiam. Quod etiam duplici modo contingete poteſt, iuxta duplex genus potentiæ, ſi enim potentia conueniat Iure oaturali, quæ proindè non poſſit auferri abſolutè, aufertur per annullationẽ actus, vt contingit, quaodo clandeſtioum Matrimonium aoonllatur. Si verò poteotia ſit ſub diſpoſitione legis, vt ſunt facultates, quæ conueniunt in ordine ad ſpeciales Cootractus, & alia, 2

& alia, quæ secundum leges regulati debent, tunc potentia, quatenus ordinatur ad aliquem specialem actum potest secundum se auferri, vt quando prohibet minores contrahere &c. Vt autem hæc potentia auferatur sufficit, quod prohibeatur actus, quia cùm potentia dependeat à lege, sublato actu per prohibitionem, tollitur etiam potentia tanquam illius correlatiuum, iuxta *l. filio §. matri ff. de adimen. leg.* & notant Craueta *consilio septuagesimo nono, numero 13.* Fusar. *De substit. quæstione ducentesima quinquagesimo septima, numero sexagesimo.* init. Gratian. *discep. forens. capite nongentesimo vigesimo quarto, numero secundo, tom. 5.* Rota *in maceraten. bared. 26. Frebruarij* 1600. *coram* Pennia.

3 Dicendum est. *Susceptionem oneris perpetui missarum celebrandarum sine licentia, de qua in Decret. de celebrat. missar. esse nullam.* Ratio est. Quia consensus, seù licentia præfata non requiritur vt simplex consensus, sed vt consensus auctorizans; cum debeat Episcopus, aut Prælati Regulares interponere suam auctoritatem pro tali susceptione oneris, quod satis ex eo constat, quod requiritur talis consensus non ratione personæ, sed ratione dignitatis, quando substinet, & proindè tanquàm consensus, qui fit actus illius dignitatis, atque adeò vt auctorizatiuus. Quando autem consensus interuenit, vt auctorizans, requiritur ad validitatem actus iuxtà ea, quæ tradunt Abbas *in Cap. Cum nos, num. 5. De iis, quæ fiunt ad Prel.* Fœlin. *in cap. Edoceri num. 7. & 8. de rescript.* Lambertin. *de Iur. patr. lib. 1. quæst. 9. princip. art. 1. num.* 91. Rota *decis.* 331. *numero, 6. part. 4. Recen.*

4 Ratio porrò est. Quia actus non subsistunt, nisi concurrente potestate, & voluntate iuxta *l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi.* Et quando aliquis actus requirit certam voluntatem, seu consensum, nisi ipse interuenerit, non subsistit sed est nullus, cum careat suo principio, à quo debet accipere suam substantiam, & validitatem. Quando autem actus debet fieri cum licentia, & consensu auctorizatiuo alterius ex dispositione legis requirentis huiusmodi licentiam requirit pro sui substantia consensum agentis, non quemcumque sed auctorizatum; & veluti informatum licentia, & consensu superioris, quæ si deficiat deficit ille consensus agentis, qui est necessarius pro actu quia qui interuenit, non est qualificatus ea forma, sicut requirit actus ex dispositione legis, & proindè non est ille, qui requiritur pro substantia, & validitate actus. Cùm ergo susceptio oneris perpetui celebrandi Missas ex dispositione legis requirat consensum acceptantis auctorizatum licentia superiorum, dum non interuenit hoc modo auctorizatus non est sufficiens ad conferendam validitatem actui acceptationis; & proindè remanebit nulla.

5 Confir. Quando pro actu requiritur alicuius licentia seù consensus debet præstari ex certa scientia, itavt præstans dabeat esse informatus super negotio, vt notant Dec. *in l. In totum num. 1. ff. de reg. iur.* Molina *de primogenit. lib. 2. cap. 7. num. 10.* Ludouis. *decis.* 384. *num. 6.* Et hoc ideò requiritur vt possit perpendi, an præstandus sit consensus. Ergo deficiente licentia, & & consensu Episcopi, vel Generalis respectiuè in susceptione oneris perpetui celebrationis Missarum; suscipietur sine illa cognitione causæ, quam lex requirit. Dum autem assumitur sine debita Causæ cognitione; quam lex requirit, assumitur nulliter, cùm non possit assumi, nisi eo modo, quo est assumibile, non est autem assumibile secundum dispositionem legis; nisi examinata causa per superiorem, seu cum Causæ cognitione, vt constat ex *§. Episcopus verò.* Decret. *de celebrat. Missar.*

6 Confir. 2 Nam vt deducitur etiam ex dictis, licentia, seu consensus Episcopi, seù Generalis respectiuè censetur inductus pro forma. Nam tunc forma censetur inducta, quando inducitur aliquid seruandum, quod de Iure communi non requiritur, vt obseruant Aret. *in l. 1. ff. de lib. ber. & posth.* Felin. *in cap. Cum dilecta num. 10. de rescrip.* Ancharan. *cons.* 36. Dec. *cons.* 331. *num. 1.* Roland. *cons.* 71. *num.* 61. *lib.* 3. Bocac. *in Consil. march. glos. 6. num.* 162. Duran. *decis.* 18. *num.* 17. Decreta autem. *de celebrat. miss.* ducta pro susceptione oneris perpetui celebrationis Missarum requirunt licentiam Episcopi, seu Vicarij Generalis quoad sæculares, & Generalis, seu Prouincialis quoad Regulares, induunt aliquid quod non est necessarium de Iure communi, & proindè inducunt formam.

7 Rursus. Dum præfata Decreta præscribūt, quod nisi cum dicta licentia suscipiantur onera perpetua Missarum, præscribunt, modum, cum quo debent suscipi. Quando autem præscribitur modus conficiendi actum, inducitur forma substantialis, præsertim quando eo omisso, actus potest non esse legitimus, sicut deberet, vt contingit in susceptione d. oneris perpetui, quia potest esse supra vires, vt contingebat, antequam præscriberetur talis modus. Ita docent Bart. *in l. cum hi §. si Prætor ff. de transact.* Menoch. *cons.* 695. *numero octauo.* Albert. Brun. *tract. de forma, & solem. cap.* 10. *Quod, & quando aliquid trad. dicat. &c* Duran. *decis.* 215. *n.* 17.

8 Constat autem, quod quando in actu non seruatur forma substantialis inducta à lege, nullitet procedit, & proindè actus est irritus iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in cap. 1. verbo.* Non potest *de reg. iur. in 6.* Franc. *ibidem num* 2. Bart. *in l. Gallus §. 1. num. 4. ff. de liber. & posth.* Tiraquel. *de leg. connub. glos. 4. num. 1.* Abbas *in cap. cum dilecta. num. 4. de rescrip.* Felin. *num. 6.* Grammat. *decis.* 79. *n.* 11. Rolan. *cons.* 30. *num. 2. lib.* 3. Rota coram Merlino *decis.* 746. *num. 2. & decis.* 167. *num. 7. par. 2. Recen.* & desumitur ex *l. Qui haredi §. 3. ff. de condit. & demonst. &* alibi;

9 Vndè cùm dicta licentia, seu consensus sit forma permissiua, sub qua conceditur susceptio oneris perpetui celebrationis Missarum; ex non seruata, succedit forma destructiua; & actus est ipso Iure nullus iuxta *l. Prætor. ait §. sine autem ff. de nou. oper. nun.* vbi post Bald. notat id Ias. *num. 2.* Mantica *decis.* 286. *num.* 4. Et proindè consensus suscipientis onus nihil operabitur tanquam nulliter præstitus.

10 Ex quibus deducitur, quod si contingat suscipi huiusmodi onera absque prædicta licentia, & proindè susceptionem esse nullam, non posse suscipientem retinere onus susceptum. Primò quidem; quia retentio est continuatio susceptionis, in qua sicut peccauit, vt dictum est in superioribus, quia violauit legem, ita etiam continuat peccarum, quia continuat portare onus contra prohibitionem. Secundò quia fuit contra mentem testatoris, seu fundatoris; qui intenderunt imponere onus cum effectu obligationis, quæ tunc ex nullitate actus impedita fuit; ne oriretur, vndè frustraretur eorum mens, si onus Missarum in tali statu permaneret. Et esset eos decipere, quia esset simulatio susceptionis oneris, non autem vara susceptio vtpote nulla. Præsertim si vetum est; quod non seruata forma nec etiam consurgat naturalis

naturalis obligatio, vt tradunt Roman. *consil.* 12. *numero quarto*, Crotus *in l.* 1. §. *si quis ita, numero tertio, ff. de verb. obligat.* Laurent. de Pinor. *consil.* 71. Rota coram Dutano *decision.* 18. *numero decimooctauo.*

11 Sundò deducitur. Quod pro sananda huiusmodi nullitate erit obtinenda licentia prædicta, quæ sufficiet, vt tunc incipiat valere susceptio. Cùm enim per seueret consensus restatoris ex vna parte, nam eius voluntas vltima censetur semper durare post mortem, tanquam morte ipsa confirmata, seu fundatoris, cuius institutio trahit secum illius consensum, & facit secum durare. Ex alia verò parte adsit etiam consensus suscipientis onus, qui innouatur, dum petitur licentia, accedente dicta licentia, perficietur de nouo actus cùm concurrant omnia principia necessaria ad ipsum constituendum, & ideò tunc incipit valere. Nec obstat quod actus nullus conualescere non possit Cap *si eo tempore de rescript. in* 6. quia hoc est verum quando de nouo non concurrant causæ necessariæ, quæ sicuti ab initio potuissent ipsum inducere cum sua validitate, ita etiam possunt inducere quocumque tempore concurrant dictæ causæ

QVÆSTIO 1110.

An licentia pro suscipiendo onere Missarum sit necessaria in scriptis.

SVMMA.

1 *Licentia pro onere perpetuo missarum debet esse in scriptis, & an peccetur si non sit.*
2 *Si non sit in scriptis an sit valida.*
3 *Scriptura non est modus sub quo datur licentia, sed est ipsa licentia.*
4 *Quando ex lege requiritur scriptura non sufficit simplex consensus.*
5 *Lex inducens scripturam pro licentia inducit formam.*
Ablatiuus absolutus importat conditionem.
Seruanda conditio in actu habetur pro forma.
6 *Cur pro licentia requiratur scriptura.*

1 Qvod sit necessaria licentia in scriptis constat ex dispositione Decretorum Sacræ Congregationis §. *Ad hæc.* ibi, *Consensu*, *& licentia in scriptis, & gratis concedenda.* Dubitatur tamen, an valida sit, si non concedatur in scriptis, & an peccetur. Et quoad hoc secondum, certum est peccari, si licentia esset nulla, quia idem esset, ac si non concederetur: & tale esset peccatum, quale si absque licentia susciperetur onus. Si verò adhuc est valida, tunc non videtur committi graue peccatum, quia omitteretur tantùm circunstantia, quæ non variaret substantiam concessionis.

2 Esse autem validam licentiam quamuis non sit in scriptis, tradit Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 7. *dub.* 10. quia clausula in scriptis concedenda, importat modum non autê conditionem; qui modus additur actui perfecto, & proindè si desit, non vitiatur actus. Quod autem sit modus, ex eo probat, quia forma expressa in mandato, quando non pertinet ad essentiam actus, non habet rationem conditionis, sed modi actum non vitiantis. Scriptura autem non pertinet ad substantiam actus.

Verùm licet vera sit doctrina, quod modus 3 adijcitur actui perfecto, & proindè si desit, non euanescit actus, licet resolui possit, attamen non rectè applicatur. Quia scriptura non superadditur licentiæ perfectæ, sed ipsa est licentia quia consensus, & licentia exprimitur scriptura, quæ proindè est ipsa concessio licentiæ: & proindò non est aliquid extrinsecum licentiæ, sed est licentia tali modo expressa, vndè non est modus, sub quo concedatur licentia ipsi omninò extrinsecus, de quo procedit doctrina allata à Tamburino.

Dicendum est. *Licentiam, esse nullam, si concedatur absque scriptura.* Ratio est. Quia quando 4 ex speciali dispositione legis requiritur scriptura, non sufficit simplex consensus, vt tradunt Puteus *decis.* 43. *lib.* 3. Durand. *decis.* 40. *num.* 53. Rota. *decis.* 377. *num.* 6. *part.* 1. diuer, Nec habetur in consideratione, nisi de illa in scriptis constet vt obseruat Bertazol. *consil. crimin.* 8. *num.* 11. *lib.* 1. Ergo cùm expressa requiratur licentia in scriptis pro suscipiendo onere Missarum celebrandarum perpetuò, licentia concessa sine scriptura non sufficiet, & erit, tanquam si non esset concessa

Ratio verò ea est. Quia dum lex inducit scripturam tanquam necessariam pro licentia, inducit modum, & formam seruandam in concessione licentiæ, si quidem determinat modum concessionis, quod non est aliud nisi inducere formam, cum qua est concedenda licentia, vt dictum est *quasi praced. num.* 7. quod etiam indicat ablatiuus absolutus, ibi, *Licentia inscriptis, & gratis concedenda.* Ablatiuus autem absolutus importat conditionem *l. A testatore ff. de condit. & de mor. & l. si debitas* §. 1. *ff. Quib. mod. pig. vel hippoth. soluat.* & notant communiter Doctores. Conditio autem seruanda in aliquo actu importat formam, vt notant Bald. *in Authen. Matri. & Auia C. Quam. mul. an. offic. fun. poss.* Bec. *consil.* 39. *num.* 18. Surd. *consil.* 371. *num.* 69. & ideò si non seruetur, licentia erit nulla *l. cum hi.* § *si Prætor ff. de transact.* & obseruant Dec. *consil.* 532. *num.* 4. Rota coram Merlino *Dec.* 247. *num.* 10. 5

Neque dici potest, quod simplex licentia sine 6 scriptura habeat eundem effectum, & proindè sufficiat, quia non assequitur eumdem finem. Nam ideò requiritur scriptura, vt non possit simulari licentia, quæ fortè non sit concessa, si enim non adesset licentia, posset quisque obtendere licentiam, & assumere onera supra vires: vndè non esset prouisum de sufficienti remedio ad excludenda onera supra vires.

QVÆSTIO 1111.

An si licentia non concedatur gratis, sit nulla.

SVMMA.

1 *Licentia, an sit nulla si gratis non concedatur.*
2 *Quod licentia sit gratuita, est quid extrinsecum.*
3 *Quod non sit gratuita, variat solùm extrinsecam circumstantiam.*
4 *Si deficiat forma accidentalis, non annullatur actus.*

5 Quale

5 *Quale peccatum sit, si licentia pro onere perpetuo Missarum, non concedatur gratis.*

1 Videtur esse nulla, cùm eodem modo Decreta requirant, quod gratis concedatur, ac quod concedatur in scriptis, vndè cùm sit nulla, si non concedatur in scriptis, erit etiam nulla, si non concedatur gratis. Rursus concessio gratuita explicatur per ablatiuum absolutum, quod inducit formam, vt dictum est *quæst. præced. num.* 4.

2 Tenendum tamen est. *Quod non sit nulla, etiam si non concedatur gratis.* Ita etiam Tambur.in. *opusc. de sacrific. Miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 7. *num.* 11. Ratio est. Quia, quod gratis concedatur licentia, est quid omninò ipsi extrinsecum, nec ipsam qualificat in ratione licentiæ, nec inducit nomen modum concessionis eidem intrinsecum. Et proindè non potest spectare ad formam, nec ad ipsius substantiã, & ideò si desit, non sequitur quod annulletur licentia; siquidem adhuc est talis secundum substantiam, qualis exigitur, & ideò, vt esset irrita, quando non esset gratis concessa, oporteret, quod adderetur Decretum irritans.

3 Nec obstat ratio dubitandi. Quia, vt constat ex dictis, diuerso modo requiritur sciptura, ac quod gratis concedatur. Nam scriptura requiritur tanquã modos intrinsecus concessioni, & ideò si desit variatur substantialiter concessio, nec est apta seruire fini intento, vt dictum est *quæst. præced. num.* 5. At si non sit gratis concessa. variatur tantùm circumstan tia extrinseca, & licet exprimatur per ablatiuũ absolutum, non exprimitur tamen ratione sui, sed ex coniunctione ad modum intrinsecum concessioni præscriptum. Ablatiuum autem absolutum inducit solùm formam quoad ea, quæ per se exprimuntur.

4 Deindè dato, quod non obstante expressione veluti per accidens, ex eo scilicet, quod trahitur ad expressionem alterius induceretur forma, cùm sit de eo, quod est omninò extrinsecum concessioni; ad summum induceretur forma accidentalis, quæ non annullaret actum, si deficeret, cùm ex eius omissione, substantia facti non mutetur, de qua in *l.* 1. *in fine & l. sequenti. ff. de ventr. inspic.* & iuxta ea, quæ notant Bart. *in l.* 1. §. *si plures. num.* 12 *ff. De exercit. act.* Paris. *cons.* 47. *lib.* 1. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 2. Salas. *disp.* 16. *de leg. sect.* 9. *num.* 36. Duran. *decis.* 225 *num.* 13.

5 Verùm licet omissio huius circumstantiæ non annullet concessionem, inducit tamen peccatum. An autem sit peccatum graue, vel leue, inspiciendum est id, quod datur pro licentia obtinenda: quia si sit materia leuis, peccatum erit leue; si verò grauis, peccatum quoque erit graue. Et quamuis videatur, quod materia quoque leuis contrarietur toti rationi præcepti, & absolutè faciat, quod licentia non sit gratis concessa, & proindè videatur inducere peccatum graue, quia inducit totum, quod est prohibitum, seu destruit totum quod est exigitum: attamen, quia non violatur præceptum, nisi per recessum à gratuita concessione, & ab hoc recedi potest magis, vel minus, & parùm receditur, quando datur aliquid modicum, ideò huiusmodi recessus consideratur tamquam leuis, & non inducit, nisi leue peccatum. Sic etiam furtum in parua materia contrariatur rationi formali iustitiæ, & dicit totam rationem, ob quam prohibetur, quia dicit contrectationem rei alienæ, inuito Domino, & tamen quia in re parua læditur iustitia, non continet, nisi peccatum leue.

QVÆSTIO IIII2.

An pœna interdicti imposita Secularibus suscipientibus onus perpetuum Missarum, sine licentia, requirat declarationem delicti.

SVMMA.

1 *Pœna interdicti pro Secularibus suscipientibus onera perpetua Missarum sine licentia.*

Clausula in vna parte non refertur ad totam dispositionem.

2 *Præsertim si vna pars connectatur cum alia dictione aduersatiua.*

Dictio aduersatiua, Verò, *infert diuersitatem.*

Si prior pars dispositionis habet specialem clausulam, clausula posterioris non pertinet ad ipsam.

3 *Pœna interdicti pro suscipientibus onera Missarum, &c. non requirit declarationem.*

4 *Censura, cur contrahantur absque declaratione.*

5 *Cur aliæ pœnæ requirant declarationem delicti.*

6 *Irregularitas, cur non requirat sententiam declaratoriam.*

IN Decret. *De celebrat. Missar.* §. *Ad hæc.* Secularibus suscipientibus onera Missarum perpetuatũ, imponitur pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda. Vndè difficultas oritur, an sit necessaria declaratio, & quamuis videatur exclusa necessitas declarationis, dum additur iisdem Decretis circa med. *cit.* § *absque alia declaratione incurrat*, attamen clausula ista non refertur ad pœnam interdicti, sed ad pœnam priuationis omnium officiorum, &c. quæ imponitur Regularibus, vt constat ex contextu. Et quia cùm ponatur in posteriori parte dispositionis, de pœna pro Regularibus, non refertur ad totam dispositionem pœnalem, iuxta *l. Talis scriptura.* § *fin. ff. de leg.* 1 & notant Beroius *cons.* 69. *num.* 13. ver. *Quo verò. vol.* 1. Marta *De claus. part.* 1 *claus.* 315. *num.* 4. 1

Quod præsertim locum habet, quia oratio disponens de pœna pro Regularibus, connectitur cum oratione disponente de pœna pro Secularibus dictione aduersatiua, *vero*, quæ infert diuersitatem, vt notant Bart *in l. Hoc amplius.* §. *De his autem ff. De dam. infect.* Castrens. *in L. Si ita scriptum, numero secundo. ff. De liber. & posth.* Alex. *ibidem.* Ias. *num.* 4. Zabarel. *consilio quinquagesimo octauo, num. primo.* Surd. *consilio trecentesimo decimo quinto, numero primo.* Vndè clausula posita in posteriori parte dispositionis, tamquam posita in aduersatiua dispositione, prohibetur referri ad priorem partem. Et etiam ex eo capite, quod prior pars habet suam specialem determinationem, per specialem clausulam, *Ipso facto*, vt notant Ias. *in l. Talis scriptura. in principio. numero trigesimo septimo. ff. De leg.* 1. Dec. *consilio ducentesimo decimo tertio, numero sexto.* Boer. *decisione centesima quadragesima sexta.n.*6. Dubium ergo remanet, an sit necessaria declaratio, seu criminis, seu pœnæ. 2

Dicendum est. *Secularem assumentem onus perpetuum celebrandarum Missarum absq; licentia incurrere pœnam interdicti absq; vlla declaratione.* & proindè debere statim abstinere ab ingressu Ecclesiæ non expectata Iudicis declaratione. Ita in hoc casu Tãburin. *Opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §.7 *n.* 8.§. *exhis.* Et in genere de pœnis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, & irregularitatis tra- 3

dunt commoniter Doctores, & specialiter Caiet. 2. 2. *quæst.* 62. *ar.* 3. & alij quos citant, & sequuntur Sanchez *lib.* 9. *de matrimon. disp.* 33. *n.* 3. Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 4. *de leg. cap.* 15. *num.* 5. Quia vt inquit Sanchez communiter ita accipiuntur huiusmodi pœnæ subdeos nullam aliam rationem se reperire, quæ sibi satisfaciat.

4 Assignari tamen potest ratio. Quod censuræ sint pœnæ medicinales ordinatæ ad resipiscentiam non autem ad punitionem meram. Ex quo fit, quod sicuti quisque tenetur resipiscere, & se corrigere, ita etiam teneatur sumere Medecinam ordinatam ab Ecclesia ad emendationem. Per id enim, quod est imposita censura, est instituta medicina; per id verò, quod ipso facto imponitur, est oblata delinquenti, vt sumpta operetur emendationem: & ideò absque alio decreto, aut declaratione Iudicis tenetur se subijcere censuris tanquam sumptioni medicinæ, vt incipiat satisfacere obligationi se corrigendi.

5 Hoc autem non contingit in alijs pœnis, sed requirunt declarationem delicti, etiamsi ipso facto sint impositæ, excepta irregularitate, de qua specialis est ratio. Nam cùm non sint pœnæ medecinales, sed iudiciales, & merè punitiuæ, debent iudiciali modo afficere delinquentes. Vt autem iudiciali modo afficiant, non sufficit, quod sint à lege impositæ, nec quod lex suppleat sententiam decernendo, quod ipso facto incurrantur: sed vlterius requiritur, quod iudiciali modo constet de delicto, quia, vt pœna afficiat iudiciali modo, requiritur sententia punitiua: & sententia requirit, quod iudicialiter constet de delicto. Vnde licet lex suppleat sententiam, vt dictum est, attamen non supplet in hac, aut illa determinata persona, nisi per declarationem delicti subijciatur sententiæ; quia antea sicut non constat iudicialiter de delicto, ita nec etiam subijcitur sententiæ legis.

6 Irregularitas autem procedit diuerso modo, quia etiamsi sit ex delicto, non tam est pœna punitiua, quam inhabilitas consurgens ex actione etiam iusta, vt est irregularitas ex defectu lenitatis ex homicidio iusto, quæ quidem inhabilitas est communis etiam irregularitati ex delicto. Hæc autem inhabilitas, cùm sit in ordine ad ministerium altaris est etiam in ordine ad Deum, & non est necessarium, quod se habeat iudiciali modo, quia fundatur solum in indecentia consurgente ex actione, per quam inhabilis fit persona ministerio altaris. Et quamuis irregularitas ex delicto habeat etiam rationem pœnæ, quia tamen potiori modo se haber inhabilitas, ideò ratio pœnæ tanquam accessorium sequitur naturam principalis. Et cum personale non se habeat per modum pœnæ, vt constat in irregularitate ex defectu lenitatis, & proindè non debeat imponi iudiciali modo, sed sufficiat, quod imponatur per modum legis, ideò non requirit sententiam declaratoriam delicti sed sufficit, quod imponatur à lege, & in hoc ratio pœnæ sequitur conditionem inhabilitatis.

QVÆSTIO 1113.

An pœna priuationis officiorum &c. requirat sententiam declaratoriam.

SVMMA.

1 *Pœna Regularium suscipientium sine licentia onera perpetua Missarum.*
2 *An requirat declarationem criminis. & num. seq.*
4 *Clausula absque vlla declaratione quid operetur. Clausulæ referuntur ad immediatè dispositum.*
5 *Non punit delictum in statu vt sit punibile.*
6 *Pœnæ ponuntur pro foro externo.*
7 *Reus non punitur indefensus. Defensio conceditur iure naturali.*
8 *Princeps non potest excludere defensionem.*
9 *Pœna imposita ipso facto non habet locum nisi declarato crimine.*
10 *Non declarato crimine persona non est habilis vt subijciatur pœnæ.*
11 *Clausula absque vlla declaratione extenditur solum ad pœnam, nec est superflua.*
12 *Retrotrahit pœnam ad tempus delicti.*

De pœna pro Regularibus suscipientibus Missas perpetuas sine debita licentia aliter disponitur in Decret. *de celebrat. Missar.* § *Ad hæc* uam imponitur pœna priuationis omnium officiorum. & vocis actiuæ, & passiuæ cum inhabilitate in futurum, vt constat, ex illis verbis. *Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetua inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda vocisque actiua & passiua, absque alia declaratione incurrat.* Vndè dubitatur, an sit necessaria declaratio delicti, vt pœnæ prædictæ locum habeant nam non esse necessariam declarationem pœnæ, constat ex clausula, *Absque alia declaratione.* Vndè videndum est, an hæc clausula excludat etiam declarationem criminis. 1

Quod autem hæc clausula excludat etiam declarationem criminis tenent Syluester *verbo.* Assassinus, & *verbo.* Emphiteusis *quæst.* 2. Valentia 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. *quæst.* 4. *in fine.* Suarez *lib.* 5. *de legib. cap.* 7. *num.* 7. Reginal. *lib.* 13. *Praxis fori pœnit. num.* 276. Bonac. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 5. *pun.* 7. § 2. *num.* 16. vet. *Aly verò* Fundantur in eo, quod clausula. *Absque vlla declaratione*, est generalis, & ideò referri debet tam ad declarationem pœnæ, quam ad declarationem criminis. Deinde si non referretur ad declarationem Criminis, quando pœna ipso facto incurritur, esset superflua, quia iam pœna non indiget declaratione, cùm ipso Iure incurratur. 2

Secunda sententia asserit, non excludere declarationem criminis, sed adhuc esse necessariam, vt pœna locum habeat, exceptis pœnis excommunicationis, suspensionis, & interdicti & excepta irregularitate. Ita Couaruu. 4. *Decret. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 10. Mexia *de taxa pan. conclus.* 6. *num.* 136. Lopez *part.* 1. *Instru. cap.* 296. Henriquez *lib.* 13. *sum. cap.* 56. *num.* 3. Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 195. *num.* 3. Sotus *lib.* 1. *de iust. & iur. quæst.* 6. *ar.* 6. in fine Azeuedo *lib.* 5. *Recopil. tit* 11. *l.* 1. *num.* 1. Matthieozo *ibidem glos.* 1. *num.* 4. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 41. Sanchez. *lib.* 2. *sum. cap.* 22. *num* 20. *& lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 65. *& lib.* 9. *de matrim. disp.* 30. *num.* 2. Nauar. *in Consil. Gregor. XIII. de datis, & promiss. in* 1. *edit. num.* 41. *& in* 2. *n.* 44. Molin. *tom.* 1. *de iust. & iur. disp.* 96. ver. *Duo obserua.* Sousa *in const. Clement.* 8. *de largit. muner. num.* 102. Sà *verbo.* Pœna *num.* 1. Vasquez 1. 2. *disp.* 168. *cap.* 4. Salas *disp.* 15. *de legib. sect.* 2. *num.* 26. *&* 46. Corduba *in quæst. lib.* 1. *quæst.* 36. *ad* 6. *argum. contra* 3. *opin.* ver *Respondeo ad* 6. Peirin. *de subdito relig. quæst.* 2. *cap.* 2. §. 11. ver. *Dico tertiò & de Priuileg. ad Constit.* 6. *Iuly* 11. *numero.* 19. Lezana *tom.* 1. *quæst.* 3

quæst. regal. cap. 10. num. 31. asserens ita consulsile Pœnitentiarios S. Petri de Vrbe. Et in terminis pœnæ, de qua modò agitur, Tamburin. *Opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 7. num.* 8. ver. *Ex his.*

4 Dicendum ergo est. *Clausulam absque vlla declaratione aut equipollente non excludere declarationem Criminis*; Atque adeò pœnam priuationis officiorum &c. non incurri à suscipiente onera Missarum celebrandarum perpetua absque licentia Generalis, aut Prouincialis ante sententiam declaratoriam violationis. Decreti de celebrat. Missar. Ratio est. Quia clausula, *Absque alia declaratione*, posita in dispositione statuente pœnam, pro aliquo delicto, operatur circa ipsam pœnam, & facit, quod locum habeat ex vi eiusdem dispositionis, itavt non sit introducenda ex aliquo ministerio iudicis, sed habeatur pro imposita, & proindè coarctatur tantum ad ipsam pœnam, non autem se extendit ad delictum, de quo ibi non disponitur, cùm supposito delicto disponatur tantum de pœna & proindè tanquam accessoria dispositioni de pœna non egreditur terminos illius, nec se extendit ad operandum circa aliud iuxta *l. fin. §. titia. ff. de libert. leg.* & notant Batt. *ibidem* Felin. *in cap. Causam num.* 4. *de rescrip.* Capic. *decis.* 108. *num.* 12. Rota coram Seraphino *decis.* 611. *n.* 4. & coram Merlino *decis.* 41. *num.* 2. Præsertim quia clausulæ restringuntur ad id, quod est immediatè dispositum, vt obseruant Abbas *in cap. Ecclesia numero* 5. *de elect.* Dec. *in cap. Requisiti, numero tertio*, ver. *Quartò si ratione. De appellat.* Gabr. *conclusione nona, numero vigesimo octauo, titulo de clausul.*

5 Vndè operatur, quod pœna habeat locum ex solo ministerio legis, nec requiratur ministerium hominis, non autem operatur circa delictum, itavt non debeat poni in eo stato, in quo sit punibilis à potestate humana. Non est autem punibile per humanam potestatem, nisi de ipso Iudicialiter constet, cùm non possit quisquam puniri, nisi aut conuictus, aut confessus. Hoc autem non præstant clausulæ ipso Iure, seu ipso facto, Absque alia declaratione quia non faciunt constare Iudicialiter de delicto; & Ideò licet suppleant Ministerium hominis in ponenda, & exequenda pœna, non tamen supplent, quod requiritur ex parte delicti, vt sit punibile, & ideò non excludunt declarationem criminis.

6 Dices. Id esse verum pro foro externo, non autem pro foro conscientiæ. Sed reijcitur hæc responsio. Quia huiusmodi pœnæ imponuntur pro foro externo, & in tantum obligant in conscientia, in quantum obligant pro foro externo, itavt, si in hoc non obligarent, nec etiam obligarent pro foro conscientiæ quia obligatio in conscientia consequitur ad obligationem pro foro externo. Pro foro autem externo pœna non potest imponi nisi Iudicialiter constet de delicto. Et cùm clausula *Absque alia declaratione* non tollat, quod circa delictum de Iure requiritur, vt sit punibile, non potest operari, quod in conscientia pœna habeat locum, nisi stante declaratoria delicti.

7 Confir. Si clausula, *Absque alia declaratione* excluderet declarationem criminis, excluderet etiam defensionem rei, quia defensio fit post editas probationes criminis, atque adeò damnaretur reus indefensus, quod fieri non potest *l. Vt cum ff. de iustitia, & iure & lege* 1. §. *Cum arietes. ff. si quadr. pauper. facis. Dec. & lege scientiam* §. *Qui cum aliter ff. Ad leg. Aquil.* defensio enim tanquam de Iure naturali debet vnicuique concedi. Vndè si clausula, *Absque alia declaratione* excluderet declaratoriam criminis, fieri posset, quod aliquis, qui citatus ad declaratoriam, posset se defendere, & excusare, remaneret indefensus condemnatus, nec haberet defensionem sibi da Iure naturali concessam Cap. *Ius naturale Dist.* 1. & Cap. *secundò requiris* §. *Tertiò postulat. de appellat. & l.* 1. *C. Vndè.* Et proinde dicta clausula excludens declaratoriam criminis esset contraria iuri naturali.

Quod præsertim verum est. Quia neque Princeps potest excludere defensionem tanquam concessam à iure naturali Cap. *Cum inter. de except.* vbi Abbas, & Clement. *Pastorali §. Cæterum de re indic.* Ita Abbas *in cap.* 1. *init. de rescript. & in Cap. In causis de re iudic.* Et ideò clausulæ positæ in legibus non possunt excludere declaratoriam criminis, alioquin excluderent etiam defensionem per quam reus posset euadere pœnam. Quod intelligitur, quando agitur de mera punitione: non autem quando pœnæ sunt principaliter medicinales, quæ sequuta emendatione tolluntur, quia obtinuerunt finem resipiscentiæ; & quando determinant de aliqua inhabilitate, quæ consurgit ea actione, quia tunc licèt etiam sit pœna, principaliter tamen est inhabilitas; & lex potius declarat inhabilem, quàm puniat, & proindè non est lex punitiua, licet ex ipsa sequatur aliqua pœna, vt contingit in irregularitate,

Confir. 2. quando pœna imponitur ipso facto 9
incurrenda, adhuc est necessaria declaratoria criminis, vt habeat locum, vt desumitur ex cap. *Cum secundum leges de hæred. in* 6. & tradunt communiter Glos. *in Clement. Præsenti.* verbo *constiterit de censib.* & in Clemen. 2. *de pœnis.* Io: Andr. *in cap.* 1. *numero* 9. *de homicid. in* 6. Gemin. *ibidem* §. *fin. numero* 10. Felin. *in cap. Rodulphus. numero.* 35. ver. *sed declaratoria. de rescrip.* Bart. *in l. Eius qui delatores ff. de iure fisci* per illum tex. Alean. *in l. si quis maior.* ver. *In ea de transact.* Dec. *in Authen. Cassa* not. 4. *C. De Sacrosanctis Ecclesiis.* Hippolit. de Marsil. *in practicabilib.* §. *Aggredior, numero centesimo quinto, & in Rub. ff. Ad leg. Cornel. De fal. numero vigesimo quarto.* Dec. *consilio centesimo quadragesimo quinto*, ver. *Tertiò data etiam.* Menoch. *consilio centesimo trigesimo secundo, numero decimo octauo.* Scaccia *De iudic. libro primo, capite nonagesimo octauo, numero decimo.* Roael. *verbo* Assassinus. *numero primo.* Sylvester *quæstione vn.* Tabiena *numero tertio.* Angel. *verbo* Pœna. *numero tertio.* Aragon. *secunda secundæ, quæstione vndecima, articulo tertio in respon. ad* 3. & 4. Vasquez *prima secundæ, disputatione centesima septuagesima, capite quarto, numero decimo quarto.* Simon. *De Catholic. instit. titulo decimo nono, numero centesimo sexagesimo quinto.* Sotus *De iustitia, & iure, libro primo, quæstione sexta, articulo sexto post tertiam conclusionem.* ver. *Quapropter.* Molina *De iustitia & iure, tomo primo, disput.* 95. *in respon. ad* 2. *princip.* Nauar. *cap.* 23. *Manual. numero* 66. Victoria *relect.* 1. *de Indis. num.* 14. Adrian. *Quod lib.* 6. *art.* 1. *littera I*, Rota *decisione ducentesima quinquagesima quinta, numero* 3. *parte tertia. Recent.* & alij plures; quos citant, & sequuntur Sanchez *libro secundo sum. capite vigesimo secundo, numero septimo, & sequentib.* Et Menoch. *consilio trecentesimo primo, numero decimo octauo, & sequent.* quoad casum criminis læsæ Majestatis, hæresis, simoniæ, periurij, quoad non solutionem Canonis, pro Emphiteosi.

10 Est aotem ratio, ob quam non sufficit clausula *Ipso facto*, sed adhuc reqoiritur declaratoria, militat etiam, si adsit clausula *Absque vllo declaratione*. Ideò enim non sufficit clausula *Ipso facto* quia noo adest subiectum dispositum & determiniatum, quod subijeiatur dispositioni pœnali, vt possit pœna statim sortiri suum effectum & ideò neccessaria est declaratotia criminis, vt præparetur subiectum, & subiiciatur dispositioni pœnali, vt in ipso sortiatur suum effectum. Nulla enim forma, quamuis habeat omnia requisita ad communicandum soum effectum, nisi applicetur subiectum habile ad recipiendum. Hæc autem ratio militat etiam stante clausula, *Absque declaratione*, nam adhuc est necessatium subiectum habile ad substioendam punitionem & quod subijciatut dispositioni ponitiuæ, quod fit per sententiam declaratoriam criminis.

11 Ad 1. in oppositum resp. Clausulam *Absque alia declaratione*, non stare vniuersalitet, neque indefinitè, sed limitati à subiecta materia ad pœnam, vt constat ex dict. *numero* 4. & 5. & ex absurdo ablationis defensionis, qood saqueretur vt constar ex dictis *numero*. 7. & 8. Ad 2. Non esse soperfluam sed adhue operarl soum effectum. Nam quando fertor sententia punitiua, duo debent interoeoire, vt punitio habeat effectum oempe probatio sententiæ, & exequutio. Quando ergo lex vult supplere ministerium hominis, etiam vult, quod pœna habear paratam exequutionem, vtitur clausulis. *Ipso facto & Absque alia declaratione*. Nam prior clausula æquiualet prolationi sententiæ, quod pœna de facto sit debita. Posterior verò facir exequutionem paratam, itavt non possit opponi exceptio aliqua contra ipsam pœnam, non aotem facit, quod non sit oecessaria declaratoria criminis, quia noo facit coostare de delicto iudicialiter, vt dictum est in superioribus.

12 Ex quibus deducitur, quod claosula *Absque olia declaratione* facit, qùod pœna rettotrahatur ad tempus commissi criminis, vt proindè sequota declaratoria, exequutio incipiat à dicto tempore. Imò quia *consil.* 502. *numero* 21. vult, quod declaratoria possit sequi exequutionem pœnæ, quia inseruit tantùm ad demoostraodom, commissum fuisse delictum, cùm iam ab initio pœna induxerit suum effectum, sed hoc non potest substineri tanquam contrarium supradictis, in quibus consentit etiam idem Menoch. nam declaratoria oon solùm ostendit commissum foisse delictum, sed etiam facit de ipso iudicialiter constare, & proindè reddit subiectum capax puoitionis, quod aliàs puniri non posset, cùm pro indocenda Pœna non sofficiat, adesse Delictum, sed debear insuper de ipso io Iudicio constare.

Qvæstio 1114.

Quinam absoluere possit à pœnis contractis ob susceptionem oneris perpetui Missarum absque licentia.

SVMMA.

1 *Vt tollatur pœna interdicti, debet emendari delictum suscepti oneris sine licentia.*

2 *Sequuta emendatione absolui potest à suo Ordinario, & in foro conscientiæ à proprio Sacerdote.*

3 *Pœna imposita Regularib. suscipientibus onera Missarum, &c. non sunt reseruatæ.*

4 *Ab his absoluere possunt proprij Prælati.*

5 *Episcopi, & Prælati Regulares possunt absoluere à pœnis ob delicta minora adulterio.*

6 *Ad remittendam pœnam priuationis officiorum &c. non requiritur facultas conferrendi, &c. & numero.*

7 *Confessarius non potest absoluere à pœnis contractis ob susceptum onus perpetuum Missarum.*

QVod spectat ad pœnam interdicti ab iogressu Ecclesiæ. Certum est non posse delinqoeotem absolui, nisi cùm pœniteat de Crimine, & procuret licentiam ab Ordinario, vel eius Vicario Generali, aut renunciet oneri suscepto. Quia cum sit oulliter susceptum, proindè se habet ac si oon fuisset susceptum, & proindè est in eo statu, io quo fuisset ante acceptationem, nullum. Interdictum enim est pœna medicinalis, & ideò oon potest tolli, nisi seqoota resipiscentia, propter quam principaliter est imposita. 1

Sequuta verò emeodatiooe poterit Delioquens absolui à pœna Ioterdicti à suo Ordinario, vt ootat etiam Tamburio. *Opus. de sacrif. miss. lib. Tertio cap.* 1. §. 7. *numero*. 9. Quod intelligitur pro foro externo, nam cùm huiusmodi pœnæ absolutio non sit reseruata, remanet in dispositione iuris commuuis, atque adeò intra terminos Potestatis Ordioariorum. Quoad forum aotem conscieotiæ poterit absolui à proprio Sacerdote iuxta Cap. *Nuper de sent. Excom.* ibi. *A suo Episcopo, vel à Proprio Sacerdote poterit absolutionis Beneficium obtinere.* vndè quia quilibet, qui potest absoluere à peccato mortali, gerit vicem proprij Sacerdotis, ideò poterit ab hoc Interdicto absoluere iuxta id, quod tradunt communiter in hac materia, & specialiter Suarez *de Censur. disp.* 7. *sect.* 4. *num* 9. 2

Maior difficultas est de absolotione quoad pœnas inflictas Regularibus, nempè priuationem Officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, & inhabilitatis perpetuæ ad ipsa. Et quidem videtur non esse recurrendum pro tollendis his pœnis ad summum Pontificem, quia non suot reseruatæ, & eo ipso quod non suot reseruatæ subintrara videtor dispositio dicti Cap. *Nuper de sent. Excom.* qood absolutio censeatur commissa Inferioribus. Vndè difficultas est à quibusnam Regulares absolui possint ab huiusmodi pœnis, & restitui ad pristioum statum, absolutio enim sicut tollit pœnam, ita atiam restituit ad statum pristinum. 3

Quod autem possint absolui, & consequenter restitui ad pristinum statum à suis Prælatis immediatis quicumque contraxerint has pœnas non videtor denegaodum; siquidem Prælati Regulares habent in ordine ad proprios subditos totam illam facultatem, quod habent Episcopi qooad suos, vt statoit, & declarauit Pius V. sub *Die* 21. *Iulij* 1571. in sua *Constit.* 138. in Bull. & notant etiam plores Doctores, quos allego *quæst. Canon.* 353. *numero* 4. *Censur.* 4. vndè cum Episcopus possit has pœoas oon reseruatas tollere à proprijs subditis, poterunt etiam Prælati regulares tollere à sois. Quod intelligitur de Iure communi, quia fortè res aliter se habere potest de iure proprio cuiuscumque Religionis, eo, qood ista reseruata sint, aut quia limitata sit Authoritas Prælatorum. 4

Quod præsertim verum est, quia huiusmodi Delictum, quamuis grauiter puoitum, est tamen 5

men mious graue Adulterio, vt per se pater. De Iure autem communi possunt Episcopi, atque adeò Prælati Regulares absoluere seu dispensare inpœnis impositis ob Delicta minora Adulterio Cap. *At si Clerici, §. de Adulter. de Iudic.* & ita tradunt Henriquez *lib. 14. sum. cap. 19. numero* 2. Miranda *tom. 2. manual. quæst. 9. articulo. 3. & quæst. 31. articulo* 11. Lezana. *tom. 1. quæst. regul. cap. 10. num.* 35. Ratione tamen priuilegiorum possunt Prælati Regulares dispensare super pœnis impositis ob delicta maiora adulterio, & etiam reseruatis, de quibus non est hic locus. Solùm hoc adnotaui, ne eorundem facultas putarent coarctata ad præfatas pœnas.

6 Dices. Non videri concedendam talem facultatem omnibus Prælatis Regularibus, quia non omnes habent facultatem conferendi Dignitates, officium, vocem actiuam, & passiuam &c. In dispensatione autem super his pœnis includitur collatio dignitatum, Officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, quæ proindè requirunt Facultatem conferendi. Resp. Non requirere dispensationem super his pœnis talem facultatem, sed sufficere facultatem dispensandi, neque enim absolute conferenda hæc sunt, sicuti conferuntur ei, qui prius non habuit, in quo casu est necessaria prædicta facultas, sed quia supponuntur prius habuisse, & sunt ablata per modum pœnæ, quæ de sui natura est remissibilis, ideò sufficit facultas remittendi pœnam, nam pœna remissa redeunt, quæ per modum pœnæ ablata sunt. Priuatio enim quæ inducitur per modum punitionis relinquit ius ad ea quæ conferuntur recuperanda, quia non est priuatio irreuocabilis, quia enim pœna est condonabilis, ideò etiam, quod per pœnam aufertur est restituibile, & in consequentiam ad condonationem, seu dispensationem pœnæ restituitur.

7 An autem absolui possint ab huiusmodi pœnis à proprio Confessario saltem pro foro Conscientiæ, sicut dictum est de Interdicto negatiuè resoluendum est. Quia non possunt huiusmodi pœnæ tolli per simplicem absolutionem, sicut tolluntur censuræ, sed requiritur condonatio, seu dispensatio, atque adeò Iurisdictio in foro externo, quæ non conuenit Confessarijs, cuius facultas non extenditur vltra absolutionem pro foro interno conscientiæ.

QVÆSTIO 1115.

An Concedentes licentias suscipiendi onera perpetua Missarum non præmissa debita Diligentia grauiter peccent.

SVMMA.

1 *Quæ diligentia præmittenda antequam concedatur licentia assumendi onus perpetuum Missarum.*
2 *Quale peccatum sit omittere has diligentias.*
3 *Secluso damno fundatoris adhuc est peccatum mortale.*
4 *Obligatio implendi proprium munus in materia graui obligat sub mortali.*
5. *Quanta diligentia adhibenda, quando conceditur licentia pro onere perpetuo Missarum, & quid inquirendum.*
6 *Quando non possit concedi licentia suscipiendi onus perpetuum Missarum.*

Episcopi seu ipsorum Vicarij Generales, Ordinum quoque Regularium Generales, seu Prouinciales, antequam concedant licentiam suscipiendi onera perpetua Missarum ex Decretis S. Congreg. *de Celebrat. miss. §. Ad hæc* circa finem tenentur diligenter inquirere, an suscepturi huiusmodi onera possint antiquis & etiam de nouo suscipiendis oneribus satisfacere. Rursus insuper iniungit, *Præcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur omninò respondeant oneribus adiunctis secundum morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ.* Dubitatur autem modò. An si omittant debitam deligentiam, peccent mortaliter. 1

Tamburin. *Opus. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. §. 11. numero octauo* habet, quod nisi ex negligentia Episcopi &c. Damnum sequatur fundatori. Idem docet, quod dixerat *numero præcedent.* nempè probabile esse, quod hoc Decretum ad nullam culpam obliget iuxta eos, qui volunt legem latam per verba imperatiua ad nullam Culpam obligare, vel solùm ad venialem iuxta aliorum Opinionem, si verò sit iuxta alios attendenda materiæ grauitas, vel leuitas, excluso damno fundatoris videtur etiam excludi grauitas materiæ, & proindè etiam peccatum graue. 2

Dicendum tamen est. *Secluso damno fundatoris adhuc esse peccatum mortale omittere debitam diligentiam in præsenti materia.* Desumitur ex eodem Decreto Sacræ Congregationis cit. quod concluditur his verbis. *intelligentes si in re tanti momenti desides aut negligentes fuerint in nouissimo Die, se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.* Vbi est notandum, quod non dicitur esse rationem reddituros damni, quod passus sit fundator sed negligentiæ, & prætermissi muneris. Rursus dum ponitur tanquam speciali nota dignum inter ea; de quibus ratio reddenda est in nouissimo die, oportet, vt de ipsa reddenda sit ratio, tanquam de re graui, & non tanquam de peccato veniali. 3

Ratio autem est. Quia tenetur quisque satisfacere obligationi proprij muneris, nam eo ipso, quod suscipitur munus, se obligat ad ea peragenda, quæ exigit munus, & ideò peccat grauiter vel leuiter iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ prætermittendo, quæ sunt proprij muneris. Cùm ergo spectet ad munus Episcoporum, Generalium Vicariorum, eorundem Generalium, aut Prouincialium, antequam concedant licentiam suscipiendi onera perpetua Missarum inquirere de ijs, de quibus supra *numero quarto.* Si omittunt hanc inquisitionem, & diligentiam, peccabunt contra proprium munus. Et cùm materia sit grauis; erit peccatum mortale. Quod autem materia sit grauis, ex eo constat, quod ordinatur ad prouidendum, vt onera suscepta Missarum adimpleantur, pro quo tanquam pro materia grauissima S. Congregatio tot edidit Decreta, & tam enixè prouidere curauit. Accedit etiam, quod sicut diligentia percipitur ad obuiandum periculis, quibus subesse possunt onera Missarum in ordine ad satisfactionem, ita omissio diligentiæ est exponere satisfactionem ijsdem periculis. 4

Posset tamen aliquis inquirere, quanta sit adhibenda diligentia & quomodo ad praxim deducenda. Resp. Debere esse tantam, quæ sufficiat ad reddendum certum concedentem, & quod 5

suscipientes possint nouo oneri satisfacere, & quod oneri suscipiendo correspondeant congrui prouentus. Circa secundam poterit facile certificari, quia consuerndo loci potest de facilè esse nota, etiamsi absens sit, vndè notificato emolumento annuo pro Missis destinato statim cognoscet, an sufficiat ad substinendum onus. Vt autem fiat certus, quod suscepturi nouum Onus possint ipsi satisfacere, debet ipsi constare de oneribus iam aliàs susceptis, & quanta onera adimplere possint, & proindè petentes huiusmodi licentias, tenentur exhibere documentum authenticum de oneribus, ad quæ iam tenentur & de ijs, quæ possunt per ipsos impleri. Quæ cùm facile præstati possint, non erunt vænia digni, qui ea neglexerint *l. Imperialis C. de nupt.* init. *ibi, nulla venia digni esse videbimur.*

6 Ex quibus infertur. Quod si ij, ad quos spectat concedere licentiam, inueniant, quod petentes licentiam, aut non possint commodè nouo oneri satisfacere, aut emolumentum non sufficere pro onere substinendo, non poterunt concedere licentiam suscipiendi nouum onus, & concedendo, mortaliter peccarent, quia exponerent periculo onera Missarum, ne adimpleantur. Inter autem huiusmodi onera, ea quoque computanda sunt, quæ substinent Religiosi ratione suarum Constitutionum, quatenus præscribunt Missas celebrandas, aut pro defunctis Ordinis, aut pro Benefactoribus, aut pro alijs, quia neque hæc omittenda sunt propter adimplenda alia onera.



DE OBLIGATIONE OFFERENDI SACRIFICIVM RATIONE CAPELLANIÆ, ET BENEFICII.

Cùm Capellania instituatur in ordine ad offerendum sacrificium, sit quod deferat specialem obligationem siquidem totum onus quod imponitur reducitur ad ipsum. Et proindè plures difficultates occurrunt, quæ modò resoluendæ sunt.

QVÆSTIO 1116.

Quomodo accipienda sit obligatio celebrandi ratione Capellaniæ.

SVMMA.

1 *Capellania quid sit.*
Munus Capellani quid sit.
Capellania alia Collatiua, & alia non collatiua.
2 *Conditione Capellaniæ collatiuæ.*
3 *Perpetuitas an necessaria pro Capellania.*
4 *In quibus Collatiua Capellania differat à non Collatiua.*
5 *Obligatio Capellaniæ, sumenda ex institutione.*
6 *Obligatio Capellaniæ, ad celebrandum moraliter sumenda.*
7 *Admittit aliquam vacationem nec obligat tempore infirmitatis.*
7 *Onus imponitur secundum moralem possibilitatem.*
Illud non possumus, quod commodè non possumus.
Difficultas comparatur impossibilitati.
9 *Beneficiatus si non possit ex infirmitate.*
&c. celebrare an debeat per alium supplere.
10 *Obligatus celebrare quotidie, potest semel in hebdomada vacare.*
11 *Qui non habet copiam confessarij non tenetur celebrare, licet aliàs obligatus.*
12 *Obligatus quotidie celebrare, non potest omittere ratione recreationis.*
13 *Obligatus celebrare in certo loco potest ob deuotionem aliquando alibi celebrare.*
14 *Capellanus, puniri potest etiam ablatione Capellaniæ, si non impleat onus.*
Non adimplens iussa testatoris, priuatur commodo hæreditatis.

CVm Capellania non sit aliud, quam onus celebrandi Missam annuatim in aliqua Ecclesia, seu Capella, aut altari, vt notat Perez de *anniuers.*, *& Capel. lib. 2. cap. 1. num. 2.* sequitur, quod munus proprium Capellani sit Missas celebrare, vt notat Vasquez 3. *par disp.* 234 *numero. vigesimo quinto.* Est autem Capellania duplex alia collatiua, & Ecclesiastica, & alia non collatiua, sed temporalis & laicalis, vt aduertunt Glos. *in Clemen 2. verbo.* si ad Beneficiatorum *de decim.* & Petrus Gregorius *parte 1. syntag. vniuers. iur. lib. 3. cap. 29. numero 1.* & communiter. Collatiua Capellania est illa, quæ est fundata auctoritate Ecclesiastica, & proindè confertur in titulum à Collatore Ecclesiasticum cum Iure spirituali ad percipiendos fructus. Non collatiua verò est illa, quæ caret tali fundatione, & consistit in assignatione determinati salarij pro celebratione, & consistit in seruitio exhibendo. 1

Supponendum est autem quod Capellania collatiua requirit nonnullas conditiones. Quarum prima est, quod sit spirituali data, hoc est quod contineat ius spirituale. Ex qua sequitur secunda conditio, quod scilicet, non possit conferri laico sed tantum clerico, quia cùm sit quid Ecclesiasticum, personæ tantùm Ecclesiasticæ conferri potest. Et ex his sequitur etiam tertia conditio, quod scilicet non possit conferri nisi à persona Ecclesiastica, quia nimirùm laici non habent ius in res Ecclesiasticas. Denique sequitur etiam quarta conditio, quod scilicèt sit conferenda absque vlla conditione, & pacto præsertim de re temporali & has conditiones requirit Rota *decis. 508. parte 1. recent.* Alij autem ponunt, quod sit fundata auctoritate Episcopi, aut alterius Ordinarij. Verùm pertinet ad causam efficientem Capellaniæ non ad conditiones pro ipsa requisitas, ex eo enim, quod auctoritate Ecclesiastica, erigitur acquirit naturam Capellaniæ collatiuæ, sine qua non acquireret, vt aduertit. Rota *in Melphiensi legati Pij 24. Ianuarij* 1629. coram Dunozetto. Et ideò hæc causa efficiens potest suppleri, si videlicet per Ordinarium præscribatur collatio, tunc enim Capellania non collatiua fiet collatiua absque eo, 2

quod

quod sit fundata auctoritate Ordinarij, vt notant Rebuf. *in praxi Benefic. tit. de dispensat. ata. numero* 6. Rochus de Curte *de iure patron. verbo.* Ipse. *vel is, à quo cohab. numero* 86. Azor. *par. 2. capite tertio*, ver. *vt hoc clarius.* in fine. Perez. *de anniuers. & Capellan. lib. 2. cap. 1. numero.* 50. Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæstion. 3. sect. tertia, numero* 40.

3 Secundò est supponendum, quod ad rationem Capellaniæ non requiritur perpetuitas, sed potest esse amouibilis. Et quamuis nulli Doctores contradicant, ita tamen sentiunt Perez *lib. 2. de anniuers. & capel. cap. 6. numero.* 21. Tuschus *de visit. cap. 11. numero* 4. & alij, & hanc opinionem sequitur in indicando, Rota. *decisione* 508. *numero quinto parte 1. Recent. & decis.* 772, *num. 8, parte 1. diuers. & Herundensi persona. & causa pia* 17. *Maij* 1630 Coram Verospio sufficit enim quod aptitudine sit perpetua, itavt perpetuari possit cum vita Capellani, & proinde non debet conferri, ad certum tempus determinatum quod etiam contingit in beneficijs, quæ possunt non esse perpetua Cap. *si gratiose de rescrips. in 6.* vbi Glos. Lappus *allegat.* 9. Garzias *de Benefic. parte 1. capite nono, numero* 73. Cassador. *decis.* 12. *numero* 9. *De praben.*

4 Tertiò supponendum est. Quod Capellania collatiua differt à non collatiua, quod illa est Ecclesiasticum beneficium non autem hæc, quia cùm sit erecta auctoritate Ecclesiastica aut saltem facta Ecclesiastica per præscriptionem, iam importat ius spirituale, & Ecclesiasticum, & proindè est beneficium Ecclesiasticum. Secundò differt, quod collatiua tanquam beneficium Ecclesiasticum inducit obligationem recitandi horas Canonicas, non collatiua autem non inducit & ita obseruant Suarez *lib. 2. de Hor. Canon. cap.* 21. Perez *lib. 2. de anniuers. & capel. cap. 6. numero* 15. Molfes. *parte 1. sum. tract. 6. cap. 2. numero vigesimo quinto*, Bonac. *de hor. canon. dis. 1. quæstion. 2. pun. 4. num.* 6. & communiter. Tertiò differt. Quod collatiua, cùm sit beneficium, trahit secum Priuilegium fori iuxta disposit. Concil. Trident. *sess. vigesima tertia cap. 6. de reformat.* non collatiua autem de se non trahit, vt cum Riccio obseruat Squillant. *de Priuileg. Clericor. cap. 7. numero* 18. quarta differentia est, quod collatiua conferri potest tantum per personas Ecclesiasticas, quamuis præcedere possit nominatio, & presentatio laicorum, non collatiua autem confertur per laicos, vt aduertunt Guido Papa *decis.* 187. Petr. Gregor *part. 2. syntag. vniuers. iur. lib. 13. cap.* 29. *num.* 11. Rota *decis.* 182. *numero 2. parte 1. Diuer. & decis.* 264. *numero 1. parte 2. & in Melphitensi legati pij* 24. *Ianuarij* 1629. coram Dunozetto. Quintò differt. quod collatiua non potest conferri laico, etiamsi sit destinatus ad clericatum, sed necessariò conferri debet Clerico, vt obseruant Viuian. *de Iure patronat. lib. 6. cap. quinto numero* 136. Azor. *parte 2. lib. 2 cap. 2. quæst. quinta* Tusch. *lib. 2. de visit. cap. 21. numero* 13. Riccius *parte 4. Praxis resolut.* 13. Non collatiua autem potest conferri. Sextò differt. Quod si ex redditibus Capellaniæ collatiuæ deductis necessarijs pro Capellano aliquid supersit, remanet obligatum ad reparationem Capellæ. Non collatiua autem non habet hanc obligationem ita obseruant Capel. Tolosana *decis.* 400. Riccius *parte 4. resol.* 353. Genuens. *in praxi Archiepiscopi cap. 92. numero* 13. Quia cùm sit beneficium, annexam habet hanc obligationem iuxta Cap. 1. & Cap: *de his de Eccles. ædificant.* Quia Capellanus est veluti vsufructuarius Capellæ, & ideò tenetur rem sibi datam ad fruendum conseruare in bono statu. Econtra autem, quia in non collatiua, Capellanus suscipit tantum onus seruitij, non tenetur ad aliud, quàm præstare seruitium. Tunc autem superest aliquid deductis necessarijs, vt obseruat Genuens. quando perceptis alimentis congruis adhuc superest aliquid de redditibus. Septimò differunt, quod collatiua non potest resignari, aut renunciari, aut permutari absque solemnitate, hoc est auctoritate superiorum, vt obseruant Quaranta *in sum. Bullar.* verbo *Benefic. resignat.* Riccius *in praxi part. 2. resol.* 482. *numero Tertio.* Quia cùm sit beneficium currit cum regulis Beneficiorum. Non collatiua autem potest renunciari absque auctoritate superiorum. Econtra verò non collatiua cùm sit quid prophanum & consistat solum in obligatione ad seruitium, potest ad libitum possidentis renunciari; hinc differunt octauò Quod de collatiuis tanquàm de Beneficijs Ecclesiasticis fit spolium, non autem de non collatiuis, vt obseruat Riccius. *In praxi parte 2. resol.* 200.

5 Quartò est supponendum. Quod circa obligationem Capellani, ad celebrandum, siue Capellania collatiua sit, siue non collatiua standum est institutioni, itavt illis vicibus teneatur celebrare, quæ in fundatione præscriptæ sunt & in illis Ecclesijs, & altaribus, quæ designata sunt, à fundatore, vt obseruant comuniter præsertim Suarez *disp. 86. de sacram. sect. 1. init.* Bonae. *disput. 4. de sacram quæstion. vlt. pun. 7. n.* 6. Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 9. per. totum* Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 2. disp. 5. quæstion. nona, numero vigesimo quinto.* Barbosa *de potest. Episcopi, alleg. 24. numero* 28. Garzia *in sum. tract. tertio difficul. 2. dub. 2. numero* 7. Thomas Hurtad. *part. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. num.* 81. Cùm enim onus celebrandi sit impositum ab Institutore Capellaniæ transit, ad quos peruenit Capellania iuxta communem regulam, quod rei suæ possit quilibet imponere quam legem velit *l. si quid possessor §. sicut autem ff. de petit hered. & l. legem C. de pactis & l. legem C. de donat.* Quam proindè semper retinet *l. Pater §. Quindecim. ff. de legat. tertio & cap. semel. de reg. Iur. in 6.* vbi Dinus. Et proindè peruenit ad omnes ad quoscumque peruenit cum ijsdem legibus, & oneribus Cap. 1: *De censib. & cap. Tua. de vsuris.* solùm difficultas est, quando est impositum onus celebrandi quotidie quomodo sit accipiendum.

6 Communiter docent, quod ista obligatio celebrandi quotidie accipienda est moraliter, & proindè possit omittere aliquando celebrationem ex causa, vel necessaria, vel rationabili & honesta, vt si omittat ex defectu deuotionis, ex infirmitate, ex aliquo negocio vrgente, & non permittente celebrationem. Secùs autem, si omitteret voluptatis causa, vt dormiret, luderet &c. Ita Glos. *in cap. significatum.* verbo. *salua honestate. De prabend.* Panorm. *ibid. numero 4. & cap. consuluit numero 1. de celebrat missar.* Tabiena. *verbo.* Missa. *quæstion.* 4. Angel. *quæstion.* 45. Armilla *numero* 28. Syluester *quæstion. 7.* vers. *quintum* Maccar. *in manuali cap. vigesimo quinto numero* 134. in fine, *& cons. 6. numero 4. De praben.* Sa *verbo.* Missa *numero* 46. Azor. *parte 1. lib. 10. cap. 24. quæstion.* 6. Henriquez *lib. octauo de Missa. cap. 24. numere* 4. Nald. *in sum. verbo. Missa numero* 7. Marchin. *de sacram. ordin. tract.*

Tertio.

Tertio, parte 2. cap. vigeſimo tertio numero 1. *& ſeq.* Antonin. *parte* 1. *tit.* 10. *cap.* 2. §. *Tertio.* Vgolin *de poteſt. Epiſ. cap.* 14. *numero Tertio.* Rodriquez *quæſtion. regular.* 43. *articulo* 10. *in fine. tom.* 1. Bcia *part.* 1. *caſu vigeſimo tertio.* Fraxinel. *de obligat. Sacerdot ſect.* 4. *concluſ.* 4. Bonac. *diſput.* 4. *de Euchariſ. quæſtion. vlt. pun.* 7. *numero* 6. Laiman. *lib. quinto Theol. moral. tract. quinto cap. tertio numero* 6. Facundez *precept.* 1. *Eccleſ. lib. tertio cap.* 16. *num.* 11. Homobon. *part.* 1. *Exam. in cap.* 13. *quæſt.* 122. Gauan. *in Rubr. Miſſal. parte tertia, titulo* 12. *numero* 17. Garzia *in ſum. tract.* 3. *difficult.* 2. *dub. numero* 8. Palaus *parte* 4. *tract.* 22. *diſput vn. pun.* 13. *numero.* 1. Dianà *part.* 2. *tract.* 14. *reſol.* 28. Francil. Lugo *lib. quinto de ſacram. cap.* 11. *quæſtion.* 6. *numero* 66. Fauſtus *lib.* 2. *de Euchar. quæſtion.* 152. Thomas Hurtad. *parte* 1. *reſol. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *reſol.* 7. *numero* 83. Trullench. *lib. tertio de ſacram. cap.* 8. *dub. nono, numero* 16. Machad. *tom.* 1. *de perfec. confeſſar. lib.* 4. *parte* 1. *tract.* 12. *docum.* 14. *numero* 1. Leander *de ſacram. tract.* 8. *diſp.* 5. *quæſt.* 14. qui volunt poſſe omittere vnicam Miſſam ſingulis hebdomadibus. Imò Nauar. *conſ.* 6. *de prabend. in* 2. *impreſ.* Marchin. *citati* extendunt, vt poſſit etiam aliquando, omittere duas & Nald. citat. hoc admittit, ſi hoc colligi poſſit ex tacita mente diſponentis, vel ratione beneuolentiæ, vel ex alia ſimili cauſa.

7 Dicendum eſt. *Obligationem celebrandi quotide in Capellanys eſſe accipiendam moraliter, & proindè ſtare cum celebratione à celebrando pro aliquibus vicibus prout occaſio occurrent, aut impedimentum exiget.* Et conſequenter obligare tantum ad celebrandum, quàm frequenter fieri poſſit ſalua honeſtate, & debita deuotione. Hoc habetur deciſum in Cap. *ſignificatum de Prabendis* vbi cum Præpoſitus, & capitul. Inſul. Eccleſiæ contuliſſet præbendam cuidam Sacerdoti cum onere celebrandi quotidie, niſi corporis infirmate grauatus eſſet, Pontifex Alexander III. confirmat collationem, quatenus obligatio ad celebrandum quotidie non ſe extendat, quando inſtitutus corporis infirmate fuerit impeditus, & inſuper addit reſtringendo obligationem, quatenus poterit celebrare, ſalua honeſtate ſua & debita deuotione. Verba Textus ſunt. *Quam ſiquidem inſtitutionem eatenus confirmamus, vt prædictus Sacerdos, niſi infirmate corporis fuerit impeditus aſſiduè debeat officium ſuum impendere Eccleſia memorata, & quantò frequentius poteſt ſalua honeſtate ſua & debita deuotione Miſſarum ſolemnia celebrare.* vbi notandum eſt, quod excluditur caſus infirmitatis, & quod iniungitur ſolùm, quod celebret, quantò frequentius poteſt ſalua honeſtate, deuotione, & proinde extra caſum infirmitatis adhuc non ita tenetur quotidie, vt debeat ſingulis diebus celebrare.

8 Ratio autem eſt. Quia onus & obligatio qoando imponitur perſonæ ab ipſa implendum, præſumitur imponi ſecundum moralem poſſibilitatem ipſius, quia eſt irrationabile velle aliquem grauare vltra eius poſſibilitatem, & proindè non præſumitur volitum. Ergo etiam onus celebrandi Miſſam quotidie eſt implendum ab eo, cui imponitur, cenſetur impoſitum ſecundum menſuram poſſibilitatis ipſius. Ergo qoatenus poteſt ab ipſo impleri ſine notabili incommodo. Quia id ſolùm poſſe dicimus, quod commodè facere poſſumus, & illud non poſſe, quod commodè non poſſumus *l. Nepos procul, ff. de Reg. Iur.* & obſeruat. Cagnol. *in l. Culpa caret. numero* 20. *eod. tit.* Chriſtoph. Sturtzius *ibidem numero* 6. Deinotus. *obſer.* 7. *numero* 2 Seraphin, *de Priuileg. iuram. priuileg.* 144. *numero quinto.* Difficultas namque comparatur impoſſibilitati *l.* 2. §. *Ex qua & l. Continuus* §. *Cum quis ff. de verbor. obligat.* & obſeruant. Berous *conſil.* 88. *num. trigeſimo quinto lib.* 1. Farinac. *parte* 1. *fragment. criminal. lit. E. num.* 143. Medices *de Caſibus fortuit. parte* 1. *quæſt.* 4. *numero* 13, & ideò Capellanus cenſetur ſolum obligatus celebrare, quàm frequentius poteſt ſecluſa difficultate, qoãdu tenetur celebrare quotidie.

An autem per alium teneatur ſupplere, negatiuè reſoluendum eſt, ſi Capellania ſit collatiua. Nam ex dicto Cap. *ſignificatum. De prabend.* obligatio beneficiati coarctatur ad ſuos terminos ita vt non ſe extendat ad tempus infirmitatis, ſed ſolùm extra ipſum quàm frequenter permittitur ſalua honeſtate, & deuotione. Et ſicuti extra hos terminos non adeſt obligatio, quantum eſt ex vi beneficij, ita nec etiam adeſt obligatio ſupplendi per alium, quia hæc poteſt ſolùm habere locum, quando vrget obligatio beneficij, Præſertim quia Pontifex ibid. habet, quod Capellano non licet omittere celebrationem ſiue cauſa voluptatis, ſiue ſe ad aliam Eccleſiam transferendo. Quod indicat loqui de omiſſione, ob quam non ſit neceſſarium ſupplere: nam excludit illam omiſſionem, quæ poteſt habere locum, ſi per alium ſuppleatur cùm poſſit obligatus recreationis cauſa omittere, & per alium ſupplere. Vndè omiſſio quæ de iure admittitur erit illa, quæ non exigit ſuppleri per alium. Et ideò, quod non ſit neceſſarium per alium ſupplere, quando iuxta dict. Cap. ſignificatum omittitur tradunt vt plurimum Doctores numero 6. citati & in ſpecie Abbas. *in dic. cap. ſignificatum. De praben.* Imola. *ibidem.* Angel. *verbo.* Miſſa *quæſtion.* 15. Sylueſt. *quæſt.* 7. Azor. *parte* 1. *lib.* 10. *cap. vigeſimo quarto, quæſt.* 7. Facundez *pracep.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *numero* 11. Nec obſtat, declarat S. Congregat Epiſcop. *ſub die* 14. *May* 1617. in qua reſcripſit. *Sacerdotem, cui fuit à teſtatore impoſitum, onus quotidie per ſe celebrandi, ſi legitimè impediatur, quominus ad munus per ſe poſſit explere, teneri per alium ſatisfacere oneribus Miſſarum ſibi à teſtatore impoſitis.* Quia procedit de ſimplici onere celebrandi, in quo primò, & principaliter intenditur celebratio, & exequutio imponitur certæ perſonæ & ideò ſi non poſſit onus iniunctum exequi per ſe, remanet exequendum per alium, qoia eſt onus reale, pro quo eſt electa certa perſona, & ideò ex impotentia perſonæ non ceſſat. Non autem procedit de Capellania, quæ confertur in titulum. Nam beneficiatus obligatur perſonaliter, nec tenetur ſupplere per alium. Imò in infirmate percipit etiam diſtributiones, ſi aliàs conſueuerit intereſſe Diuinis officiis. 9

Ex his colligitur. Quod obligatus celebrare quotidie ſaltem ſemel in hebdomada poterit vacare imò etiam aliquando bis, ſi adſit rationabilis cauſa qualis eſſet defectus deuotionis, quia in dicto Textu dicitur *ſalua deuotione debita*, aut notabilis diſtractio, quam cauſaret, aut difficile negocium, aut infortunium aliquod, vt tradunt Nauar. & Marchin. *numero quinto citati.* Hæc enim diſtractio impedit deuotionem debitam imò ſi talis diſtractio duraret per plures dies, & non poſſet eam vincere, poſſet ceſſare à celebratione, quia eſſet in caſu, in quo per dictum tex. permittitur abſtinere. 10

Secundò colligitur. Quod ſi Capellanus exi- 11

ſteret

ſteret io peccato mortali poſſet non celebrare, quantumuis conttitus ſibi videtetur non præmiſſa confeſſione ; etiamſi non habetet copiam confeſſarij , vt ſatisfaceret obligationi Capellaniæ , nam in tali caſu non adſtringitur celebrare ex vi Capellaniæ , nam tenetur ſolum celebrare , quàm frequentius poteſt ſalua honeſtate hoc eſt , vt ait Gloſ. *in dict. cap. ſignificatum* verbo. *ſalua honeſtate.* hoc eſt ſine peccato mortali ſed melius explicatur in hoc caſu abſque præmiſſa confeſſione ? quia præceptum de præmittenda confeſſione fortius viget , quàm obligatio Capellaniæ , quia cenſetur impoſita , vt implenda ſeruatis ſeruandis in ordine ad celebrandum iuxta præſcriptionem Eccleſiæ.

12 Tettiò colligitur. Non poſſe Capellanum de Iute relinquere celebrationem , vt vacet cuicunque recreationi , quantumuis honeſtæ , vt notant etiam Bonacina. *de ſacram. diſputatione 4. quaſt. vlt. pun.* 7. §. 2. *numero* 16. Fraxinel. *de obligat. ſacer. ſect.* 4. *concluſ.* 4. §. 3. Franciſ. Lugo *libro quinto de ſacram. cap.* 11. *queſtion.* 6. *numero* 69. Ita enim dicitur in dicto Cap. *ſignificatum. De prabend.* ibi , *Nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere cauſa voluptatis.* Ex quo fit , quod ſi die antecedenti vacet alicui recreationi , quæ ita in motam prottaheretur, qualis eſſet repræſentatio, quamuis rei ſacræ , itavt cogeretur cænare poſt mediam noctem , aut ſi conuiuium poſt mediam noctem prottaheretur , itavt ſequenti die non poſſet celebrare non ſatisfaceret ſuæ obligationi , ſi prænidit talem protractionem , nam tunc teneretur abſtinere ab illo conuiuio , ſeu ceſſare à comeſſione ante mediam noctem , aut abſtinere à repreſentatione aut alia recreatione , aut ſaltem non cænare. Si verò non prouidit excuſabitur ſi non celebret quia non obligatur celebrare omittendo cænam , quando non poteſt omittere abſque incommodo notabili.

13 Quartò colligitur quod quamuis Capellanus ſit obligatus celebrare in determinata Eccleſia, poterit tamen aliquando ſe conferre cauſa deuotionis ad aliam Eccleſiam , vt aduertit Gloſ. *in dict. cap. ſignificatam* verbo *voluptatis. de Prabend.* & deſumitur ex illo text. nam dicit , quod , quàm frequentius poteſt , debet celebrare ſalua deuotione debita , deuotio autem debita non ſolum debet attendi in ordine , ad abſolutè celebrandum , ſed etiam in ordine ad motiua deuotionis itavt ſenſus ſit , quod ſaluetur deuotio debita ipſius Sacerdotis , quæ non ſaluaretur , niſi poſſet illam nutrire per motiua occurrentia , & celebrando in alia Eccleſia , & Capella aliquando, quando deuotio id videtur exigere. Et ratio eſt. Quia Sacerdotes ſunt conſtituti in eminenti gradu, & ſunt mediatores inter Deum, & Populum , & ideò obligatio , quæ ipſis imponitur ad offerendum ſacrificium , non debet accipi ſeruili modo, ſed cum illa moderatione , quæ decet perſonam conſtitutam in tali gradu , & conſequenter , quod ipſam conſtringat tali modo , & liberum remaneat ſatisfacere aliquando propriæ deuotioni , & Religioni.

14 Quintò colligitur. Quod ſi Capellanus non adimpleat onera impoſita Capellaniæ , puniri poteſt etiam priuatione Capellaniæ , vt aduertunt etiam Lara *de Anniuerſ. & Capel. libro ſecundo cap.* 8. *numero trigeſimo ſexto* , *& trigeſimo ſeptimo* Molina *de primogenitura lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 15. Quia generaliter non adimplens Iuſſa Teſtatoris priuatur commodo hæreditatis ex Auth. *Hoc amplius C. de fideicom.* Et eſt conforme diſpoſitioni Concilij Triden. *ſeſſ. vigeſima ſecunda cap. tertio de reformat* , *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. in quibus locis iubetur , quod non reſidentes , & implentes ſua munera , puniantur , ſi admoniti non reſipiſcant , iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitiones , vt conſtat ex Cap. *Ex geſtis* , & Cap. *Conquerente & Cap. Ex parte* , *&* Cap. Qualiter & Cap. *Inter quatuor* & Cap. *Ex Qua de cler. non reſidentibus.*

QVÆSTIO 1117.

An Capellanus poſſit per alium celebrare.

SVMMA.

1 *Capellanus non poteſt per alium ſupplere , ſi fundator exigat vt per ſe celebret.*
2 *Capellanus poteſt per alium ſupplere , etiam ſi ipſi imponatur celebratio.*
3 *Declarationes S. Congregat. in hac materia.*
4 *In fundatione Capellania intenditur effectus celebrationis.*
Non refert quid fiat , ex æquipollentibus.
5 *Verba celebret , inſeruiat &c. non iniungunt ſeruitium perſonale.*
6 *Verba directa in capellanum non comprehendũt ſeruitium perſonale.*
Niſi conſtet de onere implendo perſonaliter poteſt Capellanus per alium implere.
7 *Seruitia perſonalia impoſita Capellano non conferunt celebrationem perſonalem.*
8 *Quoad ſeruitum perſonale celebrandi non poteſt obtendi conſuetudo.*
Per actus facultatiuos non inducitur conſuetudo.
Praſcriptio non inducitur per actus facultatiuos.
Pro probanda obligatione ſeruitij perſonalis quid probandum.

Difficultas procedit , quando in fundatione Capellaniæ non diſponitur , quod Capellanus per ſe ipſum celebret , aut per aliquid æquipollens idem requiratur. Nam ſi fundator requirit quod Capellanus per ſeipſum celebret non poteſt per alium ſupplere , vt notant Lappus *allegat. trigeſima ſexta.* Garzias *de benefic. part.* 7. *Cap.* 1. *numero* 88. & alij infrà citandi , & decidit Rota *in Brixienſ. Capellania* 2. *Martij* 1598. coram Litta , & declarauit S. Congregat. apud Campanil *in diuerſ. iur. canon. Rubr.* 7. *cap.* 6. *numero.* 13. Voluntas enim Inſtitutoris habenda eſt pro lege, & ideò eſt omninò ſeruanda , præſertim , quia tranſit in contractum , nam aſſignat fructus Capellaniæ cum onere impoſito , & Capellanus acceptando Capellaniam conſentit in onus , & ideò ex tacito contractu tenetur implere. 1

Dicendum eſt. *Capellanum non teneri celebrare per ſeipſum , ſed poſſe ſupplere per alium etiamſi in fundatione dicatur , quod Capellanus celebret.* Ita Lappus *allegat.* 36. *alias* 35. *numero ſecundo &* 4. *& allegat.* 116. *& allegat.* 117. *numero ſecundo* Millis *in Repertorio verbo.* Beneficium *ſimplex.* Felin. *in cap. cum omnes. numero trigeſimo ſecundo de conſtit.* Dec. *ibidem numero ſecundo* Rubeus *conſ.* 71. *circa fin.* Curt. Sen. *conſ.* 61. *numero* 11. Gozadin. *conſ.* 45. *numero* 1. Hoieda *de incompati-* 2

bil. benefic. libro secundo parte 1. *numero* 10. Fettettus *cons.* 112. Zerola *in praxi Episcop.* verbo. *Benefic.* §. 7. Sà *verbo.* Benefie. *numero* 28. Genuens. *in praxi cap.* 24. *numero* 11. Zachias *de Republ. Eccles cap. de Benefic. numero* 4. vers. *Ad dignoscendum.* Azor. *parte* 2. *libro tertio cap.* 8. *quæstion. quinta,* in fine. Azeuedo *cons.* 20. *numero* 4. Gratian. *decis.* 155. Lara *de anniuersar. & Capel. lib.* 2. *cap.* 7. *numero.* 7. *& cap.* 8. *num.* 42. Garzia. *de Benefic. parte.* 1. *cap.* 1. *numero* 86. Gonzales *ad Regul.* 8. *Cancel. glos.* 5. *num.* 84. Riccius *in. Praxi parte p. resol.* 348. *num.* 2. Ttullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *numero.* 1. Machad. *de perfect. confess. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 12. *docum.* 16. *numero* 1. Faustus *libro secundo de Eucharist. quæstion.* 100. Bonae. *dispnt.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pnn.* 7. §. 1. *numero* 1. Tambur. *de Iure Abbat. disput. quinta, quæstion. nona, numero vigesimo quinto tom.* 2. Diana *part.* 2. *tract.* 14. *resol.* 18. *& parte* 4. *tract.* 4. *resol.* 227. Garzia *in sum. tract.* 3 *difficult.* 2. *dub.* 2. *numero* 9. Barbosa *ad Concil. Triden sess. vigesima quinta cap.* 5. *numero* 4. *de reformat. & de potestate Episcopi. allegat. vigesima quarta, numero* 29. Monald. *cons.* 129. *vol.* 2. Auna *cons.* 22. *n.* 10. Francis. Marc. *decis.* 799. *parte* 2. Campanil. *in Diuers. iur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 7. *num.* 13. Galet. *in Margarita. verbo.* Capellania *num.* 2. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.* 50. §. 8. *num.* 5. Rota *in Brixien. Capel.* 2. *Martij* 1598. coram Litta.

3 Et ita sæpè declarauit Sact. Congregatio, vt in vna Parmensi huius tenoris. *Episcopus non potest cogere obtinentem Capellaniam, vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod Rectores celebrent, nam istis oneribus Missarum rectè per substitutum satisfit.* & in alia. *Habens Capellaniam non tenetur promoueri ad sacerdotium, nisi in fundatione cautum sit, vt Capellanus per seipsum Missas celebret, sed debet curare vt per alium Missæ in illa celebrentur* & ad cap. 5. De reformat. sess. vigesima quinta, *potest conferri simplici clerico Capella habens onus celebrandi Missas, nisi in fundatione cautum sit, vt per seipsum celebret.* Rursus resoluens dubium propositum, *stante fundatione Capellaniæ Cathedralis Pistoriensis sub his verbis Testatoris,* quod *Cappellanus, debeat celebrare diuina officia die noctuque sicut cæteri Capellani faciunt; dubitatur vtrum Capellanus iste debeat esse Præsbiter.* Et respondit Congregat. his verbis *Congregatio Concilij censuit ex istis verbis positis in fundatione huius Capellæ non censeri necessariò quod Capellanus debeat esse Præsbiter.* Quas declarationes affert Garzias *parte* 7. *de Benefic. cap.* 1. *numero* 87. *&* 93.

4 Ratio autem est. Quia in institutione Capellaniæ, Capellanus contemplatur tanquam minister, ad obtinendum effectum celebrationis vndè non respicitur per se Minister eligendus, sed effectus celebrationis, & ideò nisi aliter exprimat, censetur, quod fundator tantum voluerit, quod celebrentur missæ ab ipso præscriptę Cum autem eodem modo obtineatur effectus siue Capellanus celebret per seipsum, siue per alium & nihil referat quicquid fiat ex æquipollentibus *l.* 3. *C. de instit. & substit. & l. fin. ff. Ad Trebel.* & notant Socin. Iun. *in l Gallus,* §. *Ad quod. numero* 28. *ff. de liber. & posth.* Maotica *lib.* 2. *de tacit. tit.* 4. *n.* 45. qui affert Decis. Rotæ. Rursus Rota *in Portugal. decim.* 11. *februarij* 1591 coram Otano, *& in Auriensi Parochiali* 7. *Aprilis* 1598. Coram Lancelloto habetur sufficiens fundamentum ad non obligandum Capellanum ad celebrandum per seipsum, & indicandum, quod fundator noluerit ad id obligare præsertim, quia. Qui per alium facit, per seipsum facere videtur iuxta regulam Iuris, quando solum attenditur effectus.

Ex dictis colligitur contra Nauar. *cons.* 6. *n.* 6. *de Cler. non resident.* Quod si in fundatione dicatur, Quod Capellanus celebret, inseruiat, cantet, &c. non per hoc iniungitur seruitium personale, itavt non possit per alium exequi onus iniunctum, vt obseruat Garzias. *part.* 7. *de Benefic. cap.* 1. *n.* 89. Quia verba huiusmodi non requirunt ad sui verificationem seruitium personale cùm verificatur, quod celebret, cantet, inseruiat, si per alium id faciat, nam significant tantum præstationem seruitij explicati, non autem quod præstatio sit personaliter exhibita. Econtra verò requirunt seruitium personale verba assistat. Intersit, & alia huiusmodi quia significant residentiam. 5

Secundò colligitur contra Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 10. in fine. Lara *lib.* 2. *de anniuers. & Capellan. cap.* 8. *n.* 43. Quod etiam si fundator dicat, volo, quod Capellanus electus celebret quotidie dirigendo verba in ipsum Capellanum, adhuc non tenebitur per seipsum celebrare, vt obseruat Garzias *part.* 7. *de benefic. cap.* 1. *n.* 89. quia illa verba non diriguntur ad Capellanum ad significandum, quod actus celebrandi debent esse ab ipso Capellano personaliter, sed ad significandam obligationem, quam fundator imponit Capellano. Vndè cum Capellania sit beneficium simplex, dum expressè non constat de onere adimplendo personaliter, potest iuxta naturam talis Beneficij adimpleri per alium. Et ita tenuit Rota *in Romana Capellania* 2. *Iannar.* 1589. coram Pamphilio. & in *Cæsaraugustana. Beneficij* 4. *maij* 1594. coram. Mantica *& in Tirasconensi Capella* 9. *Iunij* 1603. coram Sacrato. 6

Colligitur tertiò contra Laram *de anniuer. & Capel. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 6. Garzia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 89. quod quando Capellania habet annexa alia onera nempè adiuuandi Curatum in cantando, & alijs similibus, non requiri seruitium personale etiam celebrandi. Ratio est, quia vt etiam notat ibidem Garzias, quando Capellano imponitur onus cantandi, & inseruiendi per verba, cantet, inseruiat, non, requiritur seruitium personale, cum hæc per alios exhiberi possint. Et multò minus ex eo, quod imponerentur aliqua seruitia personalia sequeretur, quod deberet per seipsum celebrare, nisi exprimeretur in fundatione, quia cum sint onera separabilia, ex eo, quod vnum sit personale, non sequitur, quod etiam alterum tale; Quia semper sunt regula, quod Beneficia simplicia non requirunt residentiam, & proindè, nec personale seruitium nisi quatenus est expressum in fundatione: & proindè neque quoad omnia, si quoad omnia non sit expressum quia quoad hoc id solum est volitum, quod est expressum. 7

Quarto colligitur cum Riccio *in Praxi part.* 1. *res.* 348. *n.* 3. Non posse prætendi consuetudinem quoad seruitium personale celebrandi quantumuis prædecessores consueuerint per seipsos celebrare. Ratio est. Quia cùm Capellanus non teneatur per seipsum celebrare si celebret, est actus merè facultatius. Per actus autem, facultatiuos non potest induci consuetudo, vt tradunt communiter Doctores. Calderin. *cons.* 1. *&* 3. *de consuet.* Riccius *cons.* 175. *n.* 5. ver. *Præterea.* Roland. *cons.* 53. *n.* 38. *vol.* 1. Surd. *cons.* 127. *n.* 81. Ludouis. *decis.* 162. *n.* 10. Rota *decis.* 778. *n.* 5. *p.* 1. *diuers. & decis.* 156. *n.* 4. *par.* 2. *Recent.* Nec etiam induci potest præscriptio, vt communiter Doctores *in l. sicuti C. de præscript. trig. annor.* Bart. *in l.* 8

Cum

Cum notissimi. init. *eod. tit. & in l. Prætor. §. fin. ff. de. oper. non. nunciat.* Bart. *in l. In filijs C. de decurion.* Thesaur. *decis.* 16. Rosentbal. *de feud. cap. 5. conclus.* 25 Menoch. *de iure territor. cap. 3. n.* 103. Et ideò Rota *in Brixiensi Capel.* 2. *Martij* 1598. coram Litta habet, quod ad probandam consuetudinem, non sufficit probare, quod Prædecessores resederint, & per seipsos inseruiuerint, cùm simus in materia facultatiua, sed quod id fecetint coacti, & non voluntariè, quod erit difficile iuxta notata in *cap. cum Ecclesia Sutrina. de caus. posses.* Verom si coactè resederint, & per seipsos inseruietint, non prabatut consuerudo, sed titulos, vnde proueniat coactio ad residendum, quia non potuerunt cogi, nisi adesset titulus sufficiens ad eos cogendo,

QVÆSTIO 1118.

An obligatus celebrare ter, aut quater in hebdomoda teneatur supplere, si impeditus aliquas Missas omittat.

SVMMA.

1 *Obligatus ter, aut quater in hebdomada celebrare, an teneatur supplere, quando omittit.*

2 *Si obligatio sit affixa certis diebus, non tenetur supplere.*

3 *Si tamen fundator intendat solum cultum: Secus autem tenetur supplere fructum.*

4 *Si dies celebrationis non sint præfixi, absolutè supplendum est.*

5 *Quid si non possit suppleri in tota hebdomada.*

6 *Capellanus quando non potest præscriptas Missas in hebdomada celebrare, potest in sequentem transferre.*

1 QVod teneatur supplere eas Missas, quas omittit absolutè respondet Garzias *in sum. tract. 3. difficult. 2. dub. 2. n.* 10. qui citat Bonacinam idem tradentem cum Petro Ledesma sed quia loca non citat, non potui videre quid dicant. Et vult, quod obligatio supplendi se extendat ord. dies vacationis subsequentium hebdomadatum. Verum hæc doctrina ita absolutè probari non potest.

2 Dicendum 1. *Si obligatio celebrandidi ter aut quater in hebdomoda sit pro certis, & determinatis diebus, non tenetur Capellanus supplere Missas quas legitimè impeditus omisit.* Et hoc est etiam extendendum ad Missas, quas omittit absque legitimo impedimento, cum hoc tamen discrimine, quod omissio ex legitimo impedimento non etit peccatum saltem graue; absque autem legitimo impedimento erit graue peccatum. Ratio autem est, quia quando à fundatore determinantur dies, obligatio celebrandi est affixa tempori nempè diebus determinatis, tunc enim obligatio affigitur, tempori, quando pro ea implenda præscribitur determinatus dies aut determinatū tempus. Qoando autem obligatio est affixa Diei, extinguitur simol cum ipso die, nec amplius recurtit ita vt exigat suppleri; sic nō ieinnas die præscripto, non tenetor ieiunare nō recitans horas canonicas in aliquo die non tenetur sopplere, non audiens missam, non tenetur sopplere sequentibus diebus, quibus non tenetur audire,

3 Hoc autem, quod dictum est, habet locum, si fundatot intendat solum cultum sacrificij & Officiaturam Ecclesiæ nō autem si intendat etiam fructum sacrificij. Nam cùm hæc duo sint separabilia potest cessare obligatio cupplendi qooad vnum, & non quoad aliud. Vndè in præsenti cessat, quoad cultum, & Officiaturam, quia hæc est affixa Diei, non autē quoad fructum, quia hic non est affixos diei, cum nec de se dependeat à die & patum, referat, quod vno, aut altero die percipiatur, vndè quoad hunc aderit obligatio supplendi, non tamen in eadem Ecclesia, sed sufficiet, si quocunque modo suppleatur.

Dicendum 2. *si fundatio non præfigat dies sed tantum iniungat tres, aut quatuor Missas in hebdomoda tunc Capellanus tenetur supplere Missas, quas in illa hebdomoda non potuit celebrare.* Ratio est. Quia tunc fundator diuidit Missas in singulas hebdomadas, non vt illas affigat tempori, sed vt diuidat onus in partes, vt faciliori modo impleatur, reuera tamen intendit, quod absolutè illæ Missæ celebrentur, & ideò non affigit certis diebus, & intendit, quod singulis annis totus ille numerus Missarum celebretur Ergo vt impleatur mens fundatoris, supplendæ sunt, quæ in aliqua hæbdomada ratione impedimenti omittuntur. Quod autem ea sit mens fundatoris, ex eo constat, quia non contemplatur tempus determinatum, sed contemplatur numerus sacrificiorum, & proindè non sunt volita in ordine ad tempus, sed secundum se. 4

Dices. Contemplari tempus determinatum, nempè hebdomadam cui affigit obligationem celebrandi tres, aut quatuor missas, & ideò cùm tota hæbdomoda sit tempus, cui est affixa obligatio, si non potest impleri in tota hebdomoda, cessabit. Contra. Quia aliud est distribuere obligationem in partes, & aliud affigere tempori, tunc distribuitur in partes, quando transfertur ad diuersas partes temporis absque tamen affixione ex eo, quod tempus excedat obligationis extensionem Tunc autem affigitur tēpori quando tempus est ita determinatum, vt debeat obligatio in illo adimpleri, & sit coadæquatio inter tempus & durationem obligationis. In casu autem præsenti obligatio est distributa in partes, non autem affixa tempori, quia nulla Missa habet tempus determinatom, in quo debeat celebrari: nam non habet certum aliquem diem, in quo debeat celebrari, cum possit quolibet die hæbdomadæ celebrari, nec babet totam hebdomodam, quia cùm non sit maior ratio de vna, quam de alia omnes haberent, & sic obligatio quatuor Missarum si non celebrentur alijs diebus ad vltimū hebdomadæ reduceretur, & fieret impossibilis, cùm vnica tantum possit celebrari. Quæ singulæ Missæ respiciunt singulos diea hebdomadæ non determinatos, sed vagos, & proindè celebratio nullo modo est affixa tempori. 5

Ex dictis colligitur cum Bonacina *disp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 7. §. 1. n. 3.* Capellanum, quando est impeditus, ne possit celebrare illas tres, aut quatuor Missas sibi præscriptas in aliqua hæbdomada, posse, vel eas transferre in seqoentes hebdomadas, vel per alium supplere, præsumitur enim voluntas fundatoris, quod sit rationabilis, sicut debet & proindè quod nolit ita coarctare Capellanum, vt non possit aliquas Missas differre. Nec quod velit ad tales angustias redigere, vt noo possit vacare alicui negocio cum aliqua dilatione aliquarum Missarum. Imò crederem, quod pro aliqua hæbdomoda posset vacare alicui honestæ recreationi supplendo postea Missas prætermissas, quia esset nimis durum non admittere aliquantulam dilationem paucorum dierum. 6

QVÆSTIO 1115.

An Capellanus obligatus celebrare quotidie, debeat supplere, quando de Iure omittit celebrare.

SVMMA.

1 *Capellanus tenetur supplere, quando non celebrat, si ad id obligatur.*

2 *Capellanus omittens celebrare, quando de iure potest non tenetur per alium supplere.*
3 *Obligatus quotidie celebrare, aliquando de iure potest vacare;*
4 *Mens testatoris disponit cum conformitate ad Ius.*
5 *Conditio apposita contractui quomodo seruanda.*
6 *Titulus quomodo exequutioni mandandus, vt acquiratur, quod ex ipso datur.*

1 POtest Cappellanus obligati ad celebrandum quotidie absque alio onere, & etiam obligari cum onere, quod si quacumque de Causa omittat celebrare, debeat per alium supplere & in hoc posteriori casu certum est, quod tenetur supplere, quia constat de mente fundatoris, & de onere annexo, & ideò quando Capellanus acceptat, quia acceptat cum onere supplendi, se obligat ad hoc & ideò tenetur de Iustitia implere obligationem. Vndè difficultas procedit in primo sensu, & in secundo conueniunt Doctores infracitandi num. sequenti.

2 Dicendum est. *Capellanum obligatum celebrare quotidie omittens celebrare, quando iustè potest non tenetur per alium supplere.* Est contra Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 8. *n.* 17. vers. *secundo* Baunium *com. theol. moral. tract.* 10. *quæst.* 28. *de præsbiter.* Communiter tamen ita resoluunt Tabiena *verbo.* Missa. *q.* 44. Syluester *quæst.* 7. *dicto* 5. Armilla *num.* 28. in fine Sà *num.* 46. Nauar. *in manuali. cap.* 25. *num.* 134. in fine *& cons.* 25. *num.* 4. *de Præben.* Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 24. *n.* 4. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 7. Sotus *lib.* 9. *de Iust. & Iure quæst.* 3. *art.* 1. Graf. *p.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 8. Corduba. *lib.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 5. Vgolin. *de offic. Episcopi cap.* 14. *num.* 3. Suarez *disp.* 86. *de sacram. sect.* 1. vers. *de Benef.* in fine Beia *parte* 1. *casu* 23. ver. *Quare obligatio* Fraxinel. *de obligat. Sacerd. sect.* 4. *conclus.* 4. §. 1. Facundez *precep.* 2. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 11. Marchin. *de ordine tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 23. *n.* 7. Ludouic. à S. Io. *part* 1. *sum quæst.* 10. *de Eucharist. art.* 3. *difficult.* 5 Diana *part.* 2. *tract.* 14. *resol* 27. Barbosa alios referens *ad cap significatum num.* 8. *de prabend.* Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 2. *dub.* 2. *n.* 13. Perez *de ammover. & Capellan. cap.* 8. *num.* 20. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *num.* 13. Thomas Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 7. *num.* 86. Machad. *de perfect. confess. tom.* 2. *lib.* 4. *parte* 1. *tract* 12. *docum.* 14. *num.* 4. Nec obstat declaratio S. Congregat. Episcop. & Reg *sub die* 14. *May.* 1627. quod Sacerdos teneatur supplere per alium quando legitimè impeditus non potest celebrare, quia procedit extra casus, quibus de iure non conceditur omittere: & quando per se primo est intenta celebratio.

3 Ratio autem est quia obligatus celebrare quotidie de Iure iuxta Cap. *significatam De praben.* potest aliquando vacare, vel ratione infirmitatis, vel aliqua rationabili causa, & solum tenetur celebrare, quàm frequentius potest. Ergo quando non celebrat ex eo, quod de Iure potest vacare, non tenetur per alium supplere. Quia cum in ipso cesset obligatio, nec etiam tenetur per alium supplere, quia supplementum supponit obligationem in supplente.

4 Confir. Mens fundatoris Capellaniæ præsumitur disponere secundum mensuram iuris communis, & illi se accõmodare vt rationabilis sit iuxta ea quæ tradunt Ias. *in l. Causas. num.* 6. *C. de transact.* Gammat. *consil.* 34. *num.* 3. Dec. *cons.* 582. *num.* 2. Gozadiu *cons.* 101. *num* 10. Ergo quando disponit, quod Capellanus celebret quotidie, non intendit obligare nisi iuxta Cap *significatum de preben.* Ergo quando Iuxta idem cap. potest vacare, nou tenetur per alium supplere, quia non tenetur vltra mentem fundatoris.

Obijcit Baunius *num.* 2. init. citat. Conditio apposita contractui est seruanda cap. 1. *de pactis* Ergo si fundator ponit conditionem in fundatione Capellaniæ, quod Capellanus quotidie celebret, tenetur illam implere. Resp. Conditiones appositas in contractibus esse implendas eo modo, quo à Iure, & praxi accipiuntur, & interpretantur; quia apponens nõ censetur alio modo apponere, nisi exprimat. Condicio autem celebrandi quotidie apposita in fundatione Capellaniæ. & à Iure & à praxi accipitur, quàm frequentius celebrari possit, vt iam cõstat ex dictis. 5

Obijcit secundò. Quod datur ex aliquo titulo, non potest accipi & si accipiatur, non acquiritur dominium, nisi ille titulus exequutioni mandetur vt latè probat Flamin. de resignat. benefic. *lib.* 1. *q.* 14. *n.* 10. Ergo cùm titulus, ob quem recipiuntur fructus Capellaniæ, sit celebratio Missarum, necesse est, quod precisè exequutioni mandetur, & proinde quod quotidie præcisè celebretur, aut suppleatur. Resp. Titulum, debere exequutioni mandari iuxta mentem exigentis exequutionem ipsius, & iuxta mensuram obligationis. Constat autem ex dictis, quod celebratio quotidiana, & de mente fundatoris, & de Iure, & de praxi admittit aliquas vacantias, & proindè absque obligatione supplendi. 6

QVÆSTIO 1120.

An, si in fundatione disponatur, quod Capellanus celebret quotidie per se, vel per alium teneatur supplere Missas quas aliquando impeditus omittit.

SVMMA.

1 *Capellanus an teneatur per alium supplere, quando iniungitur vt celebret per se, vel per alium.*
2 *Tenetur supplere, si iniungatur, vt, suppleat per alium quando ipse non potest:*
Si fundator iniungat celebrare per se, vel per aliũ non variatur obligatio Capellaniæ.
3 *Celebrare per se, vel per alium importat alternatiuam ad electionem Capellani.*
4 *Celebratio quotidiana admittit Vacationes.*
Expressio illius quod tacitè inest, nihil operatur.
5 *Clausula per se vel per alium an indicat obligationem supplendi per alium quando Capellanus de iure vocat.*
6 *Expressio illius, quod tacitè inest, quando transeat in principalem dispositionem.*
7 *Sacrificium quotidianum cadit sub dispositione secundum mensuram iuris.*

VIdentur communiter, quod in tali casu teneatur Capellanus supplere per alium, quando legitime impeditus non potest per seipsum celebrare, aut quando semel in hebdomada vacat, ita vt nullus transeat dies, in quo celebretur. Ita Tabiena *verbo.* Missa *quæst.* 44. *num.* 45. *in fine* Syluester *q.* 7. *dicto* 5. Armilla *numero* 28. *in fine* Nauar. *Cap.* 25. *Manual. num.* 134. *in fine & consil.* 25. *num.* 4. *in fine. De prabend.* Sà *verbo.* Missa. *num.* 4. Henriquez *lib.* 9. *sum cap.* 24. *num.* 4. Sotus *lib.* 9. *de iust. & iure. quæst.* 3. *ar.* 1. Graf. *part.* 1. *Decis. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 81. Suarez *disp.* 86. *de sacram. sect.* 2. ver. *de beneficio.* Corduba *lib.* 2. *quæst.* 4. *dub.* 5. Fraxinel. *De obligati. sacerd. sect.* 4. *conclus.* 4. §. 2. Vgolin. *de offic. Episcopi. cap.* 14. *num* 3. Beia *parte* 2. *casu.* 23. ver. *Quare obligatio.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram.* 1

disp.

disp. 4. sect. vlt. punct. 2. §. 2. num. 17. Axor. *part. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 1.* Perez de Lara *lib. 2. de anniuer. & Capellan cap. 8. num. 45.* Barbosa *de potest. Epis. allegat. 24. num. 31.* Thomas Hurtad. *part. 1. resol moral. tract. 2. cap. 4. resol. 7. numero* 87. Fundan-
1 tur in eo. Quia quando fundator disponit, quod Capellanus celebret, per se vel per alium, non eligitur persona determinata, sed institutio requirit sacrificium quotidianum à Capellano, vel alio offerendum. Ergo nullum impedimentum potest facere, quod non offeratur quotidie sacrificium, cum hoc sit de primaria voluntate fundatoris. Confir. Quia fundator non elegit industriam Capellani, nec ipsum quotidie intẽdit obligare ad celebrandũ, sed solum quod quotidie offeratur sacrificium. Ergo implenda est voluntas ipsius.

2 Hæc doctrina sicuti est vera, quando fundator iniungit, quod Capellanus quotidie celebret, & quando non potest, suppleat per alium, quia in hoc casu declarat suam voluntatem, quod quando ipse non potest, debeat per alium supplere, ita difficultatem patitur, quando solum dicit, quod celebret quotidie per se vel per alium. Nam in hoc casu fundator non imponit obligationem vltra illam, quam de se affert Capellania, sed dat facultatem inseruiendi per alium, quam de iure habet, & proindè solum consentit expressè in modum ordinarium inseruiendi in Capellania. Ergo siue per se inseruiat semper, siue semper per alium, obligatio semper erit eadem, atque adeò iuxta Cap. *significatum. De præbend.* itavt neque ipse substitutus teneatur tempore infirmitatis, & possit vterque saltem semel in hebdomada vacare.

3 Confir. Quando fundator disponit, quod Capellanus celebret per se, vel per alium, constituit alternatiuum circa solutionem debiti celebrandi, itavt illam non exigat à Capellano, sed vel ab ipso, vel ab alio, quem ipse substituerit. Ergo cum iuxta regulã iuris in alternatiuis electio sit debitoris Cap. *in alternatiuis. De regul. iur. in 6.* & latè Anton. *De morator. præscrip. cap. 61.* poterit Capellanus eligere quam partem maluerit, atque adeò aut retinere sibi obligationem, aut transferre in alium. Ergo facta electione remanet obligatus aut ipse, aut substitutus ad vnam tantum partem electam atque adeò eodem modo, ac si in fundatione vna tantum pars fuisset expressa; facta enim electione vnius partis ex alternatiuis, altera remanet exclusa, nec amplius cadit sub obligatione. Ergo obligatio capellaniæ eodem modo se habebit, ac si non esset apposita clausula per alium.

4 Confir. 2. Quando fundator obligat Capellanum ad celebrandum quotidie, obligatio admittit aliquas vacationes, vt dictum est in superioribus iuxta Cap. *significatum. De præbend* Ergo etiam quando disponit quod celebret per se, vel per alium, quia per hoc solum exprimitur, quod tacitè inest. siquidem, vt dictum est in superioribus non tenetur Capellanus per se ipsum inseruire sed potest per alium. Expressio autem illius, quod tacitè inest, nihil operatur nec alterat dispositionem, atque adeò non inducit nouam obligationem *l. 3. ff. De legat. 1. & l. non recte C. De fideiuss. & l. Conditiones ff. de condit. & demonstr.* vbi Glos. vlt; & tradunt Alex. *Consil. 30. ver Nec adhuc, obstet.* Ruin *cons. 169. numero 15. vol. 1.* Ancharan. *consil. 547. num. 4.* Paris. *consil. 110. num. 47. lib. 7.* Castren. *consil. 138. num. 1. lib. 2.*

5 Dices, Clausulam, *Vel per alium* non poni ad exprimendum, quod tacitè inest, sed ad declarandam voluntatem fundatoris. quod quando per seipsum non celebrat debeat per alium supplere, & proindè dicta clausula stat per viam separatã, & principalis

dispositionis, & facit quod dispositio habeat locum etiam in ijs, in quibus tacitum non valeret, atque, quod obligatio celebrandi per alium vrgeat, quando aliàs Capellanus posset vacare iuxta ea quæ tradunt. Aret *in l. 3. ver. Tunc enim dic. ff. De leg. 1.* Graf *in l. Qui Roma. §. Duo fratres. num. 4. ver. sæpius ff. De verbor. obligat.* Bar. *in l. Diem præferre §. statim ff de verbor. obligat* Abbas *in cap. Cum dilecta. De rescrip.* Crauetta *consil. 171. num. 9.* Pulgos. *consil. 61.*

Verùm quamuis hæc vera sint, non tamen faciunt ad rem. Nam vt expressio illius, quod tacitè inest transeat in distinctam, & principalem dispositionem, & aliquid operetur, debet exprimi alio modo, quam sit, vt aduertit Alexander *consil. 22. num. 18. ver. Quia respondetur lib. 5.* Nam debet constare quod indueat nouam, & principalem dispositionem, quod fieri non potest; nisi diuerso modo exprimatur, ac inest; quia si eodem modo exprimeretur, semper induceret nouam dispositionem, & nunquam esset verum quod expressio illius, quod tacitè inest, nihil operatur, cùm tamen hæc sit recepta regula, & in iure fundata. Quando autem fundator disponit, quod Capellanus celebret quotidie per se, vel per alium & nihil aliud addit, quo declaret, se per dictam clausulam, *Vel per alium* velle aliquid amplius, quàm insit expresso in clausula *Celebret quotidie* non apparet quod per aliam clusulam velit inducere nouam dispositionem nec alio modo exprimitur tacitũ, quàm insit expresso & ideò non inducit nouam obligationem. Nec obstat declaratio S. Congregat. Episcop. & Regul. *sub die 14. May. 1627.* Quod legitimè impeditus debeat per alium supplere quia procedit, quando impedimentum extenderet omissionem celebrationis vltra iuris indulgentiam, vt dictum est etiam in superioribus. 6

Nec fundamentum in oppositum subsistit, nam etiam quando fundator solum disponit quod Capellanus quotidie celebret absque clausula *per se, vel per alium*, adhuc potest per alium celebrare iuxta communem sententiam, & declarationes S. Congregat. & ideò non erit electa persona determinata: aut eodem modo erit electa in vno casu, ac in alio. Neque ex eo, quod mens fundatoris respicit quotidianum sacrificium, fit, quod debeat supplere: tum quia etiam quando non adhibet clausulam, vel per alium, respicit quotidianum sacrificium, & tamen tunc obligatio admittit vacãtias ex rationabili causa. Tum quia mens fundatoris respicit quotidianum sacrificium eo modo, quo accipitur à iure; accipitur autem pro frequentiori, quod fieri potest, iuxta Cap. *significatum. De præbend.* Ad Confir. Fundatorem nunquàm eligere industriam Capellani, quia nunquam per seipsum tenetur inseruire nec alio modo intendit quotidianum sacrificium quàm accipiatur à iure & ideò sicut non intendit ita obligare ad quotidie celebrandum vt non possit aliquando vacare: sic nec intendit, quando vacat rationabiliter, obligare ad supplendum per alium, nisi id exprimat. 7

***

tereſſentes nullo modo percipient.
Infirmus lucratur diſtributiones.
11 *Fructus Capellaniæ collatiuæ debentur ratione tituli.*
Beneficium quid dicat.
Beneficiarius quatenus teneatur ad onera.
12 *Capellanus qui non inſeruit per ſe, debet per alium etiam infirmus ſupplere.*
Non ſolitus intereſſe non percipit infirmus diſtributiones.
13 *Lex impoſita fundationi quomodo ſeruanda.*
14 *Quando ex certa cauſa datum repetatur &c.*
Locans operam non percipit ſtipendium ſi impediatur, &c.
15 *Diſponens cenſetur ſtare legibus diſponentibus de actu.*
16 *Reductio Miſſarum quomodo facienda.*
17 *Cap.* Significatum *continet ius commune.*
18 *Capellanis collatiuis non dantur fructus intuitu celebrationis.*
19 *Capellanus per ſeipſum inſeruiens, non tenetur niſi modo poſſibili.*

1 EX dictis in ſuperioribus conſtat, quod ratione infirmitatis poteſt non celebrare, quamuis obligatus ſit ad celebrandum, quod non ſolum debet intelligi, quando abſolutè infirmitas reddit inhabilem ad celebrandum, ſed etiam quando eſt talis, vt non ſinat celebrare ſine notabili incumdo, alioquin non opus fuiſſet, quod ius declararet, quod excuſetur ratione infirmitatis, vt declaratur in Cap. *Significatum. De præbend.* Quia ſi infirmitas reddidit inhabilem ad celebrandum impotentia ipſa declaratur. Solùm difficultas eſt, an quando Capellanus non celebrat ratione infirmitatis, teneatur per alium ſupplere, præſertim quando infirmitas eſt longa.

2 . Quod abſolutè teneatur ſupplere, etiamſi prætermittat celebrare ſemel, aut bis contendit Baunius. *tom.* 1. *Theol. moral. tract.* 16. *quaſt.* 28. *de præbiteris.* ver. *Dico* 1. Citari ſolet etiam Petrus Ledeſma 1.*parte. ſum. cap.* 28.*De Euchariſt. concluſ.* 20. Sed loquitur, quando ratione fundatoris præſcribitur certus numerus Miſſarum pro qualibet hedomada; non autem de obligato ad celebrandum quotidie. Prob. Baunius. Lex impoſita fundationi eſt exactè ſeruanda Cap. 1. *De pactis,* itavt non ſit in poteſtate legis eam tollere. Ergo cum Capellanus ſe obliget ad ea quæ impoſita ſunt in fundatione, tenetur ſeruare. Secundò. Quæ ex certa cauſa dantur repetuntur, ſi adimpleri non potuit *l. ſi pecuniam. init. ff. De condit. cau. dat.*, & affert Pariſ. *lib.* 1. *de reſignat. quaſt.* 3. *num.* 43. dicentem, quod non ſeruatis conditionibus prouiſio beneficij eſt nulla. Quod tamen non facit ad rem, quia loquitur de conditionibus ſeruandis in ipſa prouiſione. Ergo cùm fructus Capellaniæ dentur ob quotidianam celebrationem, niſi quotidie celebretur repetentur. Tertiò. Quia non celebrans ex infirmitate, & non ſupplens, priuaret fundatores grandi commodo ſpirituali, quod ſibi, & cæteris intendebat. Quartò Concil. Trident. *ſeſſ. vigeſima quinta cap.* 4. *de Reformat.* onerat conſcientias eorum, ad quos ſpectat Miſſas curare pro eleemoſina tenui; ſi eas nihilominus prætermittant, quod eſt ſignum, ſenſiſſe, quod Miſſæ prætermiſſæ, ſint ſupplendæ iuxta fundationem. Quintò. Quia non licet arguere à Cap. *ſignificatum* ad cæteras Capellanias; nam ex eo, quod Pontifex concedat vacare illi Capellano, quando ſalua deuotione, & honeſtate celebrare non poteſt, non ſit, quod idem velint fundatores Capellaniarum. Sextò arguunt alij diminuto labore diminuitur etiam ſalarium, vt tradunt Bald. *in l. conſul. ff. De adoptione.* Barbatia *in L. tert. C. Communia. De Legatis.* Menoch. *De arbitrar. caſu centeſimo trigeſimo tertio.* Afflict. *in Conſtitutione Regni quinquageſima quinta, in fine.* Brun. *De augment. concluſione decima tertia, & decima quarta.* Gratian. *deciſione centeſima prima.* Sicut aucto debet augeri, vt tradunt Felin. *in Cap. Cum olim. initio. De re iudicand.* Bart. per illum textum *in L. Scio. ff. De annuis legatis.* Baldus *in L. Qui duobus. ff. De conditione, & demonſtratione. in Cap. Cum olim. De re indic.* Cardin. *ibidem. numero quarto.* Couarruu. *libro tertio Variarum reſolutionum, capite decimo tertio, numero ſexto.* Cepol. *De ſeruitute vrbanica Prædior.* §. *decimo quarto, capite primo.* Dec. *conſilio vigeſimo ſeptimo, numero ſecundo.* Roman. *conſilio vigeſimo primo.* Pontan. *De aliment. capite decimo ſexto, numero* 7. *qui* loquuntur in varijs caſibus. Ergo etiam Capellanus debet non celebrans quotidie percipere minores fructus, ſi non ſuppleat. Septimò. Capellanus non tenetur per ſeipſum inſeruire, ſed poteſt per alium. Ergo quando per ſe non poteſt, adhuc remanet obligatio ſeruiendi per 3
alium, cùm obligatio ſeruiendi non ſit coarctata ad Capellanum, ſed admittat etiam ſubſtitutum. Hæc afferuntur tum pro hac ſententia, tum pro mox afferenda, quæ ſimul recenſui; quia omnia tendunt ad idem probandum.

Secunda ſententia communiſſima docet. Quod, ſi infirmitas ſit paruorum dierum, ſiue ſit continua, ſiue ſit interpolata, non tenetur Capellanus ſupplere Miſſas prætermiſſas, ſecùs autem ſi ſit longa: nam tunc tenebitur ſupplere per alium. Ita Petrus Nauar. *libro ſecundo de reſt. capite ſecundo, numero ducenteſimo decimo.* Graſ. *tomo ſecundo, conſil. libro tertio, conſilio primo De præbend. difficultate ſecunda; numero quinto & ſexto.* Piaſecius *in praxi. parte ſecunda, capite tertio, titulo de viſitat. Beneſic. numero ſecundo.* Naldus *in ſumm. verbo* Miſſa. *numero vndecimo.* Rodriquez *parte prima ſum. capite ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, concluſione tertia.* Ludouic. à S. Io: *parte prima ſum. quaſtione decima de Euchariſt. articulo tertio, dubio primo, difficultate prima, concluſione tertia.* Riccius *deciſione ducenteſima vigeſima, numero tertio, parte ſecunda.* & in *Praxi reſol.* 351. *numero tertio, & ſequenti, parte prima.* Ludouicus à Cruce *in Bullar. compoſit. diſputatione tertia, dubio vltimo, numero decimo ſexto.* Molfeſ. *parte prima ſumm. tractatu ſexto, capite primo, numero ſeptuageſimo nono.* Henriquez *libro nono ſum. capite vigeſimo quarto, numero quarto.* Fraxinel. *De obligat. Sacerdot. ſectione quarta, concluſione quarta,* §. *decimo tertio.* Genuenſ. *in Praxi. capite quinquageſimo ſexto; numero ſecundo.* Bonacina *diſputatione quarta De Sacrament. quaſtione vltima, puncto octauo, numero decimo ſeptimo.* Barboſa *De poteſtate Epiſcopi, allegatione vigeſima quarta, numero trigeſimo primo.* Homobon. *parte prima Examin. tractatu quarto, capite decimo tertio; quaſtione centeſima vigeſima ſecunda.* Diana *parte ſecunda, tractatu decimo quarto, reſolutione vigeſima ſeptima.* Laiman. *libro quinto theologia moralis tractatu quinto, capite tertio, numero ſexto.* ver. *Sed dubium eſt.* Trullench. *libro tertio De Sacramentis; capite octauo, dubio vndecimo, numero nono.* Quarius *in Rubric. Miſſal. parte tertia, titulo duodecimo, num. decimo octauo.* Marchin. *De Sacramento Ordinis, tract. tertio, parte ſecunda, capite vigeſimo tertio, numero ſexto.* Couarruu. *libro tertio Variar. capite decimo tertio,*

tertio , numero nono. Fauſtus *libro ſecundo De Enchariſtia , quæſtione centeſima prima.* Qui limitat , niſi ſtipendinm ſit tenue , & oeceſſarium alendo Capellano. Thomas Hurtad. *parte prima reſolution. moral. tractatu ſecundo , capite quarto, reſolutione octaua , numero nonageſimo primo , & nonageſimo ſecundo.* Non conueniunt tamen inter ſe hi Doctores quot diebus poſſit durare infirmatas abſque onere ſupplendi ; nam aliqui voluot , quod ceſſet obligatio ſupplendi , ſi iofirmitas duret per octo , aut per decem dies, vt Rodriquez. Riccius , Barboſa , Genuenſ. Homoboo. Molfeſ. Alij per quindecim dies , vt Lodouicus à Cruce , Bonac. Diana , Trullench. Alij per menſem vt Laiman. & Conſil. Prouinciale Mediolanen. 7. *Tit. de Miſſa.* requirit tamen , quod ante infirmitatem per annum inſeruierit. Alij per triginta dies , vt Thomas Hurtad. qui interpolatè admittit etiam ſpatium duorum menſiom. Alij denique per duos menſes, vt Petrus Nauar. & Nald. Vega *in ſum. cap.* 28. *de Miſſa Caſu* 14. Rodriquez item *in ſum. cap.* 256. *de Miſſa concluſ. Tertia.* & probabile putat Lugo Cardin. *diſp.* 21. *de Euchariſt. ſect.* 1. *num.* 49. Dicaſtil. *De ſacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 21. *numero* 411. in fine. Quintanaduen. cum alijs *tom. ſecundo ſingul. tract. ſecundo ſingul.* 18. *numero ſecundo.*

4 In hac difficultate puto diſtinguendos tres caſus. Primus erit , Quando teſtatot iniungit, quod quotidie celebretur , iniungens hæredibus, aut alijs exequutionem ſuæ diſpoſitionis. Secundus. Quando Capellania non eſt collatiua , ſed tantum ex diſpoſitione teſtatoris eligitur Capellanus. Tertius quando Capellania eſt collatiua, atque adeò beneficium Eccleſiaſticum. Io primo caſu , cùm liberum ſit Exeqoutori curare celebrationem Miſſarum , modò per vnum , & modò per alium , ſolum difficultas habet locum ſi vni committat celebrationem miſſarum. In quo caſu infirmitas nullo pacto excuſabit , qoin debeant omnes Miſſæ celebrari iuxta præſcriptionem teſtatoris. Et ratio eſt quia exequutor tenetur date eleemoſinam , itavt cum effectu ſequatur celebratio : & deſtinatus ad celebrandum ſuſcipit onus Miſſarum vti ſingularum , & tamquam ſi eſſent mannales non autem ſuſcipit munus , ad quod ſequatur obligatio celebrandi. Ergo tenetur ſingulas Miſſas celebrare tanquam ſi eſſent manuales , aliàs tenetur eleemoſinam acceptatam reſtituere. Crederem tamen, quod ſi infirmitate detentos per quatuor , aut quinque dies prætermitteret celebrationem, poſſet exequutor ex benigna mente teſtatoris relaxare obligationem ſtipendij ; præſertim ſi tempore conſiderabili in hoc ſuam operam præſtaſſet.

5 In ſecundo caſu , ſi videlicet Capellania non ſit collatiua. Dicendum eſt. *Quod Capellanus electus ſi per paucos dies impediatur ab infirmitate ne poſſit celebrare , non teneri ad ſupplendum Miſſas prætermiſſas.* Et in hoc caſu habet locum ſecooda opinio ; & militat ratio , quæ pro ipſa affertur. Quia cùm Capellania non detur in titulum , nec ſit beneficium Eccleſiaſticum , Capellanus æquiparatur ſeruo , ſiquidem aliquo modo addiſcit ſeruitium ſuum io ordine ad celebrandum , vt obſeruat Gloſ. *in Cap. ſignificatum. De præbendis,* & veluti recipit ſalarium pro præſtatione ſeruitij. Vndè debet etiam æquiparari quoad receptionem ſalarij , itavt ſicut ooo debetur ſalarium famulo , vt tradunt Bart. *in l. ſi vno §. Item cum quidam. ff.* Locati. Abbas *in Caput primum De Clericis ægrotantibus.* Couarruu. *libro tertio, Variarum reſolutionum , capite decimo tertio.* Franc. *in Caput vnicum. §. Qui verò. De Clericis non reſidentibus , in 6.* Anchatao. *in Caput Potuit. De Locato.* Imola *ibidem.* Neque etiam debeatur Capellano infirmo. Rurſus , ſicuti ſeruus infirmus ali debet per aliquot dies , vt traduot Gloſſ. *in L. Arboribus. §. De illa ff. de vſufruc.* Bart. *in l. ſi cum dotem §. ſi autem §. ſi autem ff. ſoluto matrimonio.* Abbas *in Cap.* 1. *de cleric. ægrotan.* Couaruu. *libro tertio. Variar. cap. decimo tertio,* Ita etiam Capellanus poterit per aliquot dies infirmitatis recipere ſtipendium , licet Miſſas non ſuppleat.

6 Sed quot debeant eſſe iſti dies cùm adeò varient inter ſe Doctores , non videtur poſſe certa regula definiri. Doctores modò citati , qui dicunt debere cibaria ſeruo egrotanti , extenduot ad octo , vel decem dies ; quod puto probabile etiam in Capellano , quaodo contingeret infirmitas infra primum annum ſui ſeruitij. Quod ſi contingeret poſt elapſum annum , exiſtimo quod poſſit percipere fructus per menſem infirmitatis , & non vltra iuxta Concil Prouinciale Mediolanenſe. de quo *numero tertio* quia hæc eſt æqua relaxatio obligationis , & præſumpta de benigna mente teſtatoris , cùm non ſit veriſimile , quod ita voluerit obligare Capellanum, vt tam rigorosè inſeruiret , vt neque vnius menſis infirmitate excuſaretur. Imò ſi per plures annos ita ioſeruiſſet , æquum eſſet etiam , vt maiori tempore excuſaretur , ſi infirmatate impeditus oon celebraret , itavt quo maiori tempore inſeruierit , eo etiam maiori proportionaliter excuſetur. Si enim ſeruitium famulorum, quo longius eſt , eo magis demeretur beneuolentiam Domioi , & aliquam recognitionem vltra conſuetum ſalarium , & quod in infirmitatibus magis adiuuentur ; vnde etiam Domini, ſi acceptum habeot eorundem ſeruitium , legant ipſis in teſtamento aliqua bona : ita etiam congruum eſt , vt Capellanus , qui fuit diligens in præſtando ſeruitio , quo maiori tempore præſtiterit , eo etiam maiori proportionaliter ratione infirmitatis excuſetur.

7 In tertio autem caſu , nempè quando Capellaoia eſt collatiua. Dicendum videtur. *Quod Capellanus abſoluatur ab obligatione celebrandi quocumque tempore duret infirmitas , nec teneatur ſupplere , & faciat fructus ſuos.* Hoc autem intelligitur ſuppoſito quod fundator aliter non diſpoſuerit , quia ſi ex eius diſpoſitione colligitur , quod velit Miſſas ſuppleri erunt ſupplendæ. Rurſus etiam debet intelligi quando per ipſum inſeruit , nam alia eſt ratio , ſi ioſeruiat per ſubſtitutum , vt infrà dicetur. Hoc autem accipi volo non tamquam abſolutè aſſertum , ſed ſaluo ſemper meliori iudicio ; & ſolùm tamquam examinandum propoſitum.

8 Videtur deſumi ex Capite *Significatum. de Præbendis* , vbi Capellanus electus ad quotidie celebrandum confirmatur à Pontifice cum clauſula. *Niſi infirmitate corporis fuerit impeditus* ; hoc eſt , quod debeat celebrare , niſi infirmitate impediatur. Cùm eoim dictio , *Niſi* , qua vtitur Pontifex , ſit exceptiua caſus infirmitatis , vt tradunt communiter Iaſ. *in l. tertia num.* 11. *ff. De Officio eius.* Beroius *in cap. Quod autem numero* 36. *De Iure patronat.* Gomez *in Cap.* 2. *numero* 88. *de conſtit.*

de *constit. in 6.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg. 57. num.* 12. Surdus *Consil.* 21. *num.* 6. Tusch. *littera D. conclus.* 314. Ludouis. *decis.* 544. *num.* 25. Pontifex excludit tempus infirmitatis, ad quod se nou extendit obligatio Capellani atque adeò, excludet quodcumque tempus, quia iam extrahitur à Regula, seù obligatione. Est enim dictio, *Nisi*, taxatiua vt notant Couarruu. *cap.* 4. *de sponsal. par.* 7. §. 2. *num.* 8. Paris. *lib.* 5. *de resignat. quæst.* 6. *num.* 163. Feliu. *in Cap. in causis num.* 10. de *testibus* Osasch. *decis. Pademon.* 174. *num.* 4. & proindè taxat pro tempore obligationis celebrandi illud, in quo Capellanus noo impeditur infirmitate. Vndè remanet exclusum rutum tempus infitmitatis, ad quod nou se extendit obligatio.

9 Accedit quod Capellanus non minùs tenetur ad recitationem horaram canonicarum, quàm ad celebrationem; siquidem ad hanc tenetur ex dispositione fundatoris, ad illam verò ex dispositione Ecclesiæ; & ita teoetur, vt si non recitet, noo faciat ftuctus suos iuxta constitutionem Cõncil. Lateranens. sub Leone *sess.* 9. §. *statuimus* & Pij V. *Constit.* 138. *in Bullaria.* Cum enim Capellania collatiua vt beneficium, inducit obligationem recitandi horas canonicas. Et tamen, dum Capellanus infirmus est, quandiù durat infirmitas, excusatur à recitatione, nec tenetur supplere, vt docent communiter, & desumitur ex Cap. *Clericus Dec.* 91. & Cap. *Ad audientiam* de *cler. non resident* & facit ftuctus suos, itavt non teneatur aliquid restituere; nam in Coocil. Lateranensi, dum statuitur, quod non tecitans non faciat fructus suos, additur clausula *legitimo impedimento cessante*, sicut etiam in constit. Pij V. ibi *Diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit.* Ergo ratione infirmitatis excusabitur etiam à celebratione, nec tenebitur aliquid supplere, sed adhuc faciet fructus suos.

10 Rursus. Distributiones quutidianæ ita dantur interessentibus ratione seruitij, & interessentiæ iuxta Cap. *vnicum* de *cleric. non residem in 6.* vt neque ex relaxatione, & consensu interessentium percipi possint à non interessentibus, vt decernit Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. de *reformat.* reuocando statuta, & consuetudines in contrarium. Et tamen infirmus, qoi ratione infirmitatis nou potest interesse eas lucratur, vt tradunt communiter Doctores per Cap. *vnicum* §. *qui verò* da *cleric. non resident in 6.* & Cap. 1. *de cler ægrot vel debil.* Et ita etiam declarauit S. Congregat. apud Garziam mox citandum. Et ita tradunt Doctor. in dict. Cap. *vnicum* Couarru. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 13. *num.* 8. Atoieda *de incompat. benefic. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 15. Spinos *in speculo testam. Glos* 9 *princip. n.* 30 Abbas *in Cap. Ad audientiam n.* 5. de *cler. non resid.* Duen. *reg.* 206. *limit.* 7. Io. Silua *de benefic. par.* 4. *quæst.* 6. *num.* 9. Garzia *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 363. Ergo etiam Capellanus infirmus, quamuis non celebret, qoocumque tempore duret iofirmitas percipiet fructus, nec tenebitur aliquid supplere, cùm per ipsum non stet, quin satisfaciat muneri celebrationis, sicut per canonicum non stat, quod non intersit choro, quando detinetur ab infirmitate.

11 Ratio autem est. Quia cùm Capellania collatiua sit beneficium, confertur Capellano in titulum: non autem dantur illi fructus Capellaniæ tanquam stipendium seruitij præstiti; & proindè dicit ius percipiendi, & administrandi fructus fundi Ecclesiastici procedens ex beneuola actione instituentis cui est annexum aliquod spirituale officium iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in Cap.* 1 *verbo* Obtineri *de reg. iur. in 6.* Nauar. *consil.* 63. *num.* 7. *de simon.* Garzia *de benefic. c.* 5. *num.* 7. *par.* 1. Lotter *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 1. & *sequen*, & proindè officium propter quod datur beneficium, est personale, & non obligat vltra vires beneficiarij, quia personalia, sicut non excedunt personas, ita nec excedunt eiusdem vires. Ergo beneficiarius tenetur ad implendum officium annexum beneficio, quatenus implere potest. Et in hoc differt. onus beneficij à cæteris oneribus, & seruitiis, quæ veniunt immediatè in contractum. Quod onus personale beneficij non per se primò imponitur, sed vt veniens in consequentiam ad beneficium; & ideò vt accessoriam sequitur illius naturam, & censetur commensuratum viribus beneficiarij. Onus autem impositum per se primò remanet sub obligatione iuxta mensuram impositionis, est provt venit io contractum quia conuenitur de ipso secundum re, non autem in consequantiam vt accessoria ad aliam principalem actionem qualis est institutis beneficiarij. Neque his contrariatur responsio S. Congregat. Episcop. & Regular. sub die 14. Maij 1627. de qua plures suprà, quod obligatur celebrare per se qootidie teneatur impeditus etiam legitimè per alium supplere quia non loquitur de beneficiato, sed de eo, cui à testatore est impositum onus celebrandi; & proindè qui non habet emolumentum in titulum, sed per modū salarij: atque adeò locum habet in secundò casu, de quo suprà.

Ex dictis sequitur. Quod si Capellanus non sit 12 solitus inseruire per se, sed per substitutum, tenebitur per eundem substitutum continoare celebrationem. Ratio est, Quia vt excusetur debet adesse legitimum impedimentum, quod sit causa impeditiua celebrationis, vt de Canonico, quoad percipiendas distributiones, docēt communiter, quia si non solitus sit interesse, nou percipiet, quando fuerit infirmus eò, quod infirmitas non sit vera causa absentiæ. Ita Panorm. in *Cap. Ad audientiam* de *cler. non resid.* Card. Io. Andr. *ibid.* Franc. Gemin. & alij *in Cap. vnicum* de *cler. non residen. in 6.* Felin. *in Cap. Apostolica num.* 12. de *excep.* Probos *in dict. Cap. vn. nu.* 18. de *cler. non resid. in 6.* Couarruu. *lib.* 3. *Variar. resol. cap.* 13. *num.* 8 Francis. Monal. *consil.* 21. *num.* 6. & alij, quos citat, & seqoitur. Moneta *de distrib. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 21. Si enim non sit solitus per se ipsum celebrare, tunc infirmitas sicut non impedit actionem, qua soluit debitum, ita nec liberat ab onere soluendi.

Argumenta in contrarium adducta non proce- 13 dunt contra resolutionem de Capellania collatiua. Vndè ad 1. resp. quod lex imposita fundationi est exactè obseruanda eo modo, quo est imposita, & secundum mensuram impositioois. Cùm autem onus celebrandi sit impositum Capellaniæ tamquam beneficio, est impositom secundum mensuram oneris beneficialis, quia eò ipso, quod fundatot voluit Capellaniam esse collatiuam, voluit etiam, quod onus esset beneficiale, atque adeò regulandom iuxta alia onera beneficialia, nec voluit magis grauare beneficiarium, cùm non expresserit, quàm ex natura sua grauet beneficiom.

Ad 2. Quæ ex certa causa dantur repeti, si non 14 potuit adimpleri, quando res est integra, & ipsa causa venit immediatè in contractum quia tunc habet locum pœnitentia, cùm nondum sit cæpta exequtio, & in hoc censu procedit tex. citat. *l. si pecuniam.* Quod non contingit in casu præsenti; tum quia non interuenit contractus, nec etiam innominatus, qualis erat, de quo dicta lex, vt Balt. & alij ibi obseruant. Io præsenti autem non interuenit aliquis contractus, quia Capellania gratis confertur tanquam beneficium: neque res est integrá. Quia iam cæpta est adimpletio oneris. Neque datur ob causam celebrationis, quia causa principalis, ob

quam datur, est benefacere beneficiario & causa celebrationis venit vt accessoria in consequentiam. Neque etiam facit ad rem tex. *l. si vno §. Cum quidam ff.* Locati allatus à Couarru. quia ibi solùm habetur, quod locans operas suas non recipit stipendium, si impeditus præstare non potuit, loquitur enim de eo, qui recepetat vecturam pro vehenda naue, quam non potuerat vehere, quia perierat. Nos autem non sumus in casu locationis operæ, cùm beneficiarius non locer.

15 Ad 3. Capellanum ex infirmitare non celebrantem, nec supplentem non priuare fundatorem aliquo commodo debito, siquidem cum fundauerit Capellaniam collatiuam, oon intendit, oisi illud commodum, quod ex ipsa iuxta rarionem beneficij percipi poterar, quia censetur fundasse iuxta leges, & naturam beneficij; Quia disponens censetur velle stare legibos loqueotibus de actu, quem disponit, vt tradunt Bald. *in l. si duo* ff. de *acquir. hered.* Natta *Concil.* 49. *num.* 22. Betius *consil.* 38. *num.* 11. Surd. *consil.* 347. *num.* 24.

16 Ad 4. Ex illo loco Concil. nihil colligi ad propositum, nam dispooit de reductione Missarum, quibus correspondet tenue emolumentum; & onerar conscientias Prælatorum, vt ita reducant, vt quàm fieri possit vtiliùs mens testatorum adimpleatur. Vndè ex hoc solùm colligitur, quod mens testatorum sit adimplenda eo meliori modo, quo potest. Vndè solùm potest inferti, qood obligatio Capellaniæ celebrandi quotidie debeat impleri meliori modo, quo potest, atque adeò quò frequentiùs fieri potest celebrandum sit, vt dicitur in Cap. *significatum* de *prebend.* non autem quod Missæ prætermissæ ex causa infirmitatis sint supplendæ, cùm in dicto Cap. rempus infirmitatis excipiatur ab obligatiooe celebrandi.

17 Ad 5. Imò Licere arguere à Cap. *significatum* ad cæteras Capellanias, quia licet contineat decisionem casus particularis, est tamen ius commune, qoia decisio casos particulatis inserta in corpore iutis facit legem vniuersalem, vt docent communiter in materia de legibus. Et ideò Capellaniæ quoad ea quæ non sunt in specie expressa in fuodatione regolari debent iuxta dictum Cap.

18 Ad 6. Procedere solùm quoad Capellanias non collatiuas, non autem quoad collatiuas, quia in his non dantur per se primò fructus tanquam salarium laboris, sed datur ius ad administrandum fundum Ecclesiasticum, & percipiendi fructus; nec vt dictum est sopra, interuenit contractus quo ex vna parte assumatur onus celebrandi, & ex altera promittatur salarium; sed institutio beneficij, in qua ex beneuolo affectu confertur tale beneficium beneficiario, cui est annexum officium celebrandi. Et ideò non est attendenda propottio salarij ad onus. imò videmus, quod pioguissima beneficia habent solùm annexum onus recitandi boras canonicas.

19 Ad 7. Negat. consequentia, quando Capellanus est solitus inseruire per seipsum. Quia licèt possit per alium inseruire, est tamen ipsi liberum inseruire per se ipsum. & ideò, quando elegit hanc partem tenetur solùm inseruire modo sibi possibili, nam non habet obligatam ad seruitium, nisi propriam personam; & quod seruire possit per alium, non est obligatio seruiendi, sed faculras deponendi onus penes alium, quod habet sibi impositum rationi beneficij.

QVÆSTIO 1133.

An si fundator concedat in singulas hebdomodas vnicam vacationem, teneatur Capellanus supplere, quando ex infirmitate, vel alia causa non celebrat.

SVMMA.

1 *Obligatio Capellani eodem modo regulanda siue fundatur concedat vacationem siue non.*

2 *Concessio vnius vacationis pro Capellano est id quod de iure conceditur.*
Taciti, & expressi est eadem ratio.

3 *Dispositio hominis recipit interpretationem à iure communi.*

4 *Si fundator præscribat Missas pro singulis diebus vno excepto, adhuc ius commune Capellania habet locum.*

5 *Præscripto die vacationis est seruandus, sed non sub graui obligatione à Capellano.*

SVpponitur, quod in fundatione non expresè obliget Capellanum ad supplendum, quando ex legitimo impedimento noo celebrat & solùm quæritur, an stanre dicta concessione vacationis remaneat Capellanus ita obligatus ad quotidie celebrandum cæteris diebus, vt teneatur supplere, licèr legitimè impeditus noo celebret. Videtur autem resoluendum. *Quod non teneatur supplere, sed adhuc obligatio ipsius eodem modo regulanda sit, ac regularetur, nisi expresè esset concessa talis vacatio.* 1

Ratiò aurem est. Quia concedendo expresè hanc vacationem nihil concedit, quod ex natura Capellaniæ non veniat concessum; sed solùm quod est concessum tacitè, concedit expresè siquidem conueniant omnes, quod de æquitate potest vnico die in singulas hebdomadas vacare Capellanus fundat. in Cap. *significatum* de *prabend.* Ergo cum nihil concedat de nouo, quod alias non sit concessum, non est dicendum, quod per hanc expressam concessionem imponat obligationem, quæ non sit de iure annexa Cappellaniæ Quia si tacita concessio oon inducit, nec etiam inducat expressa, cum taciti, & expressi, sit eadem ratio *l. cum quid ff. si cert. pet.* & *l. fin. ff.* de *leg.* a. & *l. Item quia ff.* de *pactis.* 2

Rursus dum nihil exprimit fundator, sed tantùm concedit vacationem vnam in singulas hebdomadas, præsumitur, quod in reliquis se conformet dispositioni iuris communis; quia omnis dispositio hominis tecipit interprætationem à iure communi, & censetur se illli accommodare *l. si stipulatus ff.* de *vsur.* & notat Bruous *Consil.* 35. *num.* 10. Menoch. *consil.* 119. *num.* 16. Ripa *in l. heredes mei §. cum ita num.* 74. *&* 75. ff. ad *Trebel.* Zancbin. *ibid. parag. n.* 5. Alciat. *Reg.* 3. *Præsump.* 32. Vndè remanent soluta; quæ de iure communi iuxta Cap. *significatum* de *prabend.* habet Capellan. & eodem modo erit regulanda Capellania, ac regulantor cæteræ, quoad vacationem, & qooad supplendas Missas non celebratas. 3

Er hoc habet locum, etiamsi fundator præscribar Missas celebrandas pro singulis diebus hæbdomadæ vno excepto, pro qoo concedat vacatiooem, Nam talis præscriptio iotelligitur locum habere, quando Capellanus non detinetur legitimo impedimento, ne celebret, non autem, quia fundator intendat obligare ad supplendum, quando oon posset ratione infirmitatis, vel ex alio legitimo impedimento celebrare. Nam hæc quoque præscriptio, 4

cùm

cum accessoria ad obligationem celebrandi; & de se non inducant obligationem supplêdi per aliom, accipi debet, vt sit conformis iuri communi, vt de principali dispositione dicebatur *num. praced.* atque adeò pro eo tempore pro celebrare tenetur de iure. Verùm hic quoque adnotandum est, quod non obstat responsio S. Congregat. Episcop. & Regular. de qua sæpius in superioribus *sub die* 14. *Maij* 1627. Quod obligatus quotidie per se celebrare debet per alium supplere, si legitimè impediatur, quia, vt dictum est, procedit de simplici onere celebraodi, in quo per se primò intenditur celebratio: non autem de Capellania erecta in beneficium.

5 Ex dictis colligitur, quod si fundator præscribat diem vacationis, itavt vellet in cæteris diebus hæbdomadæ celebrari, tenebitur ita seroare. Quia tamen res non est magni momenti ex aliqua rationabili causa, quamuis non graoi, poterit alio die vacare, quia potest facilè præsumi voluntas, & consensus fundatoris ex qualibet rationabili causa, nisi fortè vt aliquis dies, in quo ratione alicuius occasionis possit præsumi, quod velit celebrari vel ob concursum populi vel ex aliqua alia causa; censetur enim fundator ita disposuisse vt regulariter seruandum, quando aliqua ratio, aut commodum Capellani aliter non exigeret.

QVÆSTIO 1124.

Qua infirmitas excuset Capellanum seu Beneficiatum à celebratione Missa.

SVMMA.

1 *Infirmitas excusat à celebratione, quando reddit impotentem.*

2 *Quomodo regulanda obligatio Capellani ad celebrandum.*
Quale damnum excuset à restitutione.

3 *Non omnis infirmitas qua excusat ab audienda Missa, excusat etiam à celebranda.*

4 *Laborantes quartana, aut tertiana an excusentur à celebrando.*

5 *Stomachi, Capitis, oculorum dolor &c. quando excuset à celebrando.*

6 *Vulnus digitorum, quibus tractatur hostia quando excuset Capellanum.*

7 *Senectus an excuset Capellanum à celebrando.*

8 *Infirmus exercens, actiones similes celebrationi, non excusatur à celebrando.*

9 *In dubio an infirmitas excuset Capellanum à celebrando, standum prudentum iudicio.*
Standum peritis in arte.

1 QVia infirmitas habet diuersos gradus & qualitates ideò determinandum est, quænam sit sufficiens, ad excusandum Capellanum, seu Beneficiatum à celebratione. Plura circa hoc habet Quiotanaduen. infracitand. quæ tamen omnia probari non possunt; statuenda est ergo regula generalis quod tunc *Infirmitas excuset à celebratione quando reddit impotentem, ad celebrandum.* Hæc autem impotentia, non solùm accipienda est de Physica, sed etiam de morali atque adeò quando non potest celebrari nisi cum damno tali, quod secundum prudens iudicium reddit impossibilem celebrationem, & proindè non sufficiet quæcunque infirmitas, sed debet esse talis vt ea stante, ex celebratione consurgat graue damoum circa statum, in quo reperitur quoad sanitatem.

2 Hæc regula fundatur in eo, quod, tam Capellanus, quàm Beneficiatus tenetur celebrare ex iustitia, & ideò obligatio, celebrandi regulanda est secundùm mensuram obligationis restituendi. Ad excusandum autem à restitutione requiritur impotentia saltem moralis, quæ consistit in eo, quod restitutio non possit fieri nisi absque graui damno. Hoc autem graue damnum non sufficit, quod consurgat, quia notabilis summa restituatur sed debet esse cum notabili iactiooe proprij status. Ita Gabr. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *ar.* 3. *conclus.* 3. ff. Antonio. *par.* 3. *tit.* 3. *cap.* 8. *circa med.* Caiet. 2. 2. *quæst.* 6. *ar.* 6. & *in sum verbo* Restitutio *cap.* 6. Angel. *verbo.* Restitutio 3. *num.* 4. Sylucster *verbo.* Restitutio 5. *quæst.* 3. Summa Corona *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. §. 3. Sotns *lib.* 4. *de Iust. & Iure: quæst.* 7. *ar.* 4. Aragon. 2. 2. *quæst.* 6. *ar.* 8. *concl.* 3. Salon. *controu.* 3. *conclus.* 3. Bannes. *dub.* 2. *conclus.* 4. & 5. Valent. *tom.* 3. *disp.* 8. *quæst.* 6. *num.* 7. *caus.* 4. & 5. Philiatc. *de offic. Sacerd. fin.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *conclus.* 4. Ledesma 2. *par.* 4. *quæst.* 18. *ar.* 5. *conclus.* 3. Nauarr. *lib.* 4. *de restit cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 42. Rodriquez *par.* 2. *sum. cap.* 45. *conclus.* 4. Corduba *in sum. quæst.* 68. *pun.* 3. Carbo *de restit. quæst.* 87. *conclus.* 11. Lopez *par.* 1. *Instruct. cap.* 118. *conclus.* 2. Sayr. *lib.* 10. *clau. reg. tract. cap.* 6. *num.* 27.

Hinc deducitur contra Quintaaduen. *tom.* 2. *singul. tract.* 1. *singul.* 54. *num.* 1. quod non semper ac infirmitas excusat ab audienda Missa, excuset etiam à celebrando Capellanum, seu Beneficiatum. Licèt ad celebrandum requiritur maior attentio, & labor corporalis, quia tamen iste excessus non potest causare notabilem effectum quoad statum salutis: & aliàs præceptum audiendi Missam benignissimo modo obligat; econtra verò celebrandi strictè, quia obligat ex iustitia, ideò requiritur talis infirmitas, vt celebranti non possit nisi cum notabili detrimento salutis corporalis, vndè tussis, seu Catarus, quamuis pro faciliori curatione exigeret, ne patiens surgeret è lecto, non excusaret, nisi fortè talis esset, vt impediret obligationem. Videmus enim, quod regulariter ita laborantes non omittunt sua exercitia. Vndè multò minus debet omittere, qui tenetur ex iustitia, alteri inseruire. Econtra verò excusaretur, si infirmitas esset talis, vt non posset è lecto sorgere quæcunque illa sit, quia hæc infert moralem impotentiam. 3

Secundò deducitur. Laborantes quartana, aut tertiana non semper excusati pro iis diebus, quibus liberi sunt, vt notat etiam Quintanaduen. *tom* 2. *singul. tract.* 1. *singul.* 54. *num.* 4. quamuis nimis indulgear, dùm putat pro excusatione, sufficere, quod celebratio sit mediocriter nocitora. Nam iuxta Regulam positam requiritur, quod status Salutis in quo repetitur, notabiliter damnificetur, & proindè considerandæ erunt vires, qualitas complexionis, & aliæ circumstantiæ, & expendendum, an ex celebratione timeatur graue nocumentum: nam si non timetur, tenebitur celebrare. 4

Deducitur tertiò, Stomachi, oculorum, aut Capitis dolorem posse quidem excusare à celebratione, sed non semper; neque enim sufficit nocumentum alicuius considerationis, sicut putat sufficere Quintanaduen. *tom.* 2. *singul. tract.* 2. *sing.* 54. *num.* 2. sed debet esse notabilis alterationis quoad statum corporalem; Faciliùs excusare possunt vertigines, si non sint leues, quia possunt esse causa alicuius incoouenientis in celebratiooe. Hinc lippitudo, aot caligatio oculorum, aut fluens homor, quamuis secundum Quintanaduen. *num.* 3. excuset, si in legendo causet mediocrem difficultatem, reuera tamen oon excusabit & si aliqualiter dolor, aut humor ingrauescet, nisi lectiooè Missæ reddat moraliter impossibilem & constat experientia, quod plures cum huiusmodi 5

iusmodi mortis absque vlla obligatione, sed ex mera deuotione celebrant, quod conuincit, non esse causam sufficientem pro soluenda obligatione celebrandi.

6 Quartò deducitur. Quod si digiti, quibus hostia tangitur, patena purificatur, afficiantur leui vulnere, aut vulnere, non erit absolutè causa sufficiens ad excusandum, sicut putat Quintanaduen. *tom. 2. singul. tract. 2. singul. 24. num. 2.* sed tunc solùm, quando discooperiri non possit pro illo tempore, quo celebratur, & mundari absque notabili damno. Quod idem dicendum si caput læsum sit, vt indigeat cooperiri, quia potest absque notabili damno pro illo tempore, quo durat celebratio, tenebitur celebrare. Si verò contingat, quod pedes aor crura ita afficiantur, vt non possit quis stare, aut nullo modo caligas indoere absque notabili dolore, excusabitur: secus tamen si cum mediocri dolore quia etiam cum mediocri damno restituendum est. Et idem dicendum est, si non possit vestiri, nisi cum magna indecentia.

7 Quintò dedocitur. Quid dicendum de senectute, putat enim Quintanaduen. *tom. 2. tract. 2. singul. 24. num. 4.* quod excuset, quando impedir decentem celebrationem. Verùm vt excuset, debet esse ita lanquida, & deformans babitum, & actiones corporis & consequenter ritus, & Cæremonias seruandas, vt ratione indecentiæ esse interdicẽda celebratio, quia si non est interdicenda, non est moraliter impossibilis, atque adeò debita. Addo etiam quod si posset, teneretur seorsim in aliquo sacello celebrare; nam tunc maior indecentia substineri posset, quàm si publicè celebraret.

8 Sextò deducitur. Quod si infirmus exerceat aliquas actiones similes celebrationi Missæ, vt esser legere, ludere iis ludis qui requirunt aliquam attentionem, quamuis adhuc excosari sentiat Quintanaduen. *tom. 2. tract. 2. singul. 24. num. 6.* & citet Sanchex *lib. 7. consil. Moral. cap. 2. dub. 45.* qui tamen non loquitur de Celebratione Missæ ex obligatione iustitiæ, sed Horarum Canonicarum, reuera tamen non excusabitur, quia exercitium harum actionum declarat potentem ad celebrandum. Nec obstat quod illas exereat ob recreationem, & proindè non sint molestæ. Quia neque Missa erit molesta, aut saltem non grauiter, si coniungatur cum deuotione, præsertim quia exigit breue tempus.

9 Septimò deducitur cum Quintanaduen. *tom. 2. tract. 2. singul. 24. num. 8.* quod quando dubitatur, an infirmitas sit sufficiens ad excusandum Capellanom, seù Beneficiatum à celebratione standom erit iudicio prudentis, & periti Medici; Est enim regulare in vnaquaque materia, quod peritis in arte standum est iuxta Cap. *Fraternitatis* de *frigid. & malef.* & tradunt communiter Doctores. Neque ir. hoc requiretur auctoritas superioris, quia tantùm ferendum est iudicum de damno, quod patienti ex celebratione obuenire potest: non autem est necessaria aliqua dispensatio. An autem requirantur plures Medici, Resp. sufficere iudicium vnius, quia hoc satis est ad formandum probabile iudicium. Erit tamen necessarium, quod sit informatus de qualitate obligationis, quod sit ex iustitia, & quod damnum debeat esse maios, quàm sit, quando agitur de adimplendo præcepto.

QVÆSTIO 1125.

Quale impedimentum excusat Beneficiatos, & Capellanos à celebratione.

SVMMA.

1 *Quale impedimentum excuset Capellanum à celebratione.*
Qui potest tollere impedimentum non est impeditus.
2 *Impeditus ratione censura excusatur à celebratione.*
3 *Si tamen non possit obtinere absolutionem.*
Qui potest tollere impedimentum, & non tollit est in culpa.
4 *Legitimè censetur impediri, si non possit accedere ad Ecclesiam sine peccato.*
5 *Non posse exire domo excusat à celebratione.*
6 *Legitimè impedit necessitas superueniens impediens celebrationem.*
7 *Aquisitio notabilis emolumenti an excuset à celebrando.*
8 *Non babere copiam confessarij an excuset à celebrando.*
9 *Vacare confessionibus, concioni, studio &c. non excusat à celebrando.*
10 *Impedimentum voluntariè assumptum non excusat.*

Quia etiã Capellani & beneficiati legitimè impediti excusantur, si non adimpleant onus celebrationis, ideò videndum est, quodnam impedimentum eos excusare possit. Pro resolutione autem difficultatis statuenda est bæc regula. *Quod vt impedimentum excusari, debet esse tale, vt moraliter superari non possit.* Fondatur hæc Regula in eo, quod versamur in obligatione, ex iustitia, & ideò oportet ad excusandum, quod impedimentum sit tale, aut quod absolutè tolli non possit, aut quod saltem difficile itavt difficultas habeatur pro morali impossibilitate. Neque enim dicitur impeditus, qui potest tollere impedimentum, & non tollit, vt notant Bald. *in l, 1. sed & si Praetorem* §. 1. vers. *sed nec ad nos ff. Ex quib. can. ma.* Abb. *in Cap. fin.* de *elect.* Ludouic. Gomex *in* §. *Rursus num.* 15. Instit. *de act.* Per tex. *l. qui potest facere ff.* de *reg. iur.* & *l. quibus diebus init.* ff. de *condit. & demonstrat.* Vndè est hic aduertendum contra Quintanaduen. *tom. 2. tract. 2. singul. 28. num. 2.* Quod ad omne impedimentum, quod excusare potest ab aoditione Missæ. est sofficiens, vt excuset etiam à celebratione obligatum ex iustitia, cùm hæc obligatio sit strictior, vt dictum est *quest. praced. num. 3.* 1

Ex regula posita deducitur primò. Canonicè impeditum ob aliquam censuram aliqoando excusari, aliquando verò non excusari, vt notat etiam Quintanaduen. *tom. 2. tract. 2. singul. 28. num. 3.* Excusabitur enim, si in censuram non iocidir propria culpa, vt si sit iniustè excommunicatus, aut quia non soluit pensionen, cùm non potuerit soluere, aut quia locus sit interdictus, & ipse non dederit causam interdicto, aut ex aliqua alia simili causa. Si tamen propria culpa incidat in Censuram Quintanaduen. cit. existimat non excusari, nam potuit illam culpam propter quam contrahit censuram euitare. Verùm quamuis possit vitare culpam, & censuram, & tamẽn subsequota adhuc videtur excusari. Quia factus est impotens ad celebrandum atque adeò soluendom, quod debet. Neque enim ratione obligationis tenetur se conseruare potentem ad celebrandum, sicut iuxta communem sententiam non tenetur seipsum conseruare potentem ad seruanda 2

præcepta

præcepta & quamois reddat se impotentem per actionem peccaminosam, non tamen peccat cootra præcepta, respectu quorum se reddit impotentem. Et proiodè eodem modo resoluendum est in casu præsenti.

3 Si tamen possit tollere impedimentum, & negligeret, vel quia nollet petere absolutionem, vel quia, cùm posset, nollet parti satisfacere, aut ex aliquo alio Capite, non excusaretur, quia quando qui potest tollere impedimentum & non tollit, est in culpa *l. quibus diebus init.* ff. de *condit. & demostr.* & Cap. *fin.* de *elect.* & ootant Doctores *ad l. qui potest facere ff.* de *Regul. Iur.* Qoia enim potest facere vt possit, censetur posse vt notaot Felio. *In Cap. ex transmissa* verò *pre tante dixit* de *præscript.* Dec. *in Cap. Cum inter. num.* 48. vers. *prædicta conclus.* de *except.* Socin. Iun. *cons.* 117. *num.* 6. vers. *Verum hoc vol.* a Paris. *consil.* 44. *num.* 2. *vol.* 1.

4 Deducitur secundò. Quod si accedendo ad Ecclesiam pro celebratione absqoe culpa accedentis sequeretur peccatom proprium, vel quia excitarentur rixæ, &c. Nec posset in alia Ecclesia celebrare, haberetur pro legitimè impedito, vt notat etiam Quintanadoen. *tom.* 2 *tract.* 2. *sing.* 25 *num.* 3. Qood enim fieri non potest, nisi cum peccato habetur pro impossibili. Hoc tamen non est admittendum sicut admittit Quintanaduen. cit. quando sequeretur alienū peccatum quia esset mere, ex scandalo passioo, quod non posset vitare cum alieno detrimento spirituali debito ex iustitia; neque enim est eadem ratio, vt dictum est, ac de excusatione ab auditione.

5 Deducitur tertiò. Quod est sufficiens causa, non posse domo exire vel ex Præcepto superioris, vel nè se subijciat periculo ratione inimicitiarum, vel quia subiret detrimentum graue honoris aot rei familiaris, vel ex aliquo alio capite vt notat etiam Quintanaduen. *tom.* 2. *tract.* 2. *sing.* 25. *num.* 4. Nam hoc affert morale impedimentum absolutum. Potest etiam addi, qoando ratione ingentis pluuiæ, aut niuis non potest domo exire, aot ratione inundationis, nam cum hæc impedimenta pro vna, aut altera vice tantum impediant, admittuntur, quamois ex minori causa.

6 Quartò deducitur. Quod si superueniret aliqua necessitas aut suscipiendi iter ob aliqood graue negocium, aut vacandi alicui graui negocio, aut necessitas ioseruiendi Reipubl. aut propriæ Ecclesiæ, aut audiendi confessionem alicuius constitui in articulo mortis aut quid simile, ita vt non possit omitti sine incommodo valdè graui, aut proprio, aut alieno, nisi tamen adesset obligatio occurrendi, haberetur pro legitimo impedimentu, & tunc ex interpretatiua voluntate fundatoris omitti posset celebratio Missæ.

7 Quintò deducitur vt notat etiam Quintanaduen. *tomo* 2. *sing. tract.* 2. *sing.* 25. *num.* 5. Quod acquisitio notabilis emolumenti, qoamuis posset excusare, nè celebraret per seipsum, absolotè tamen non excusaret, sed teneretur per alium supplere, quia non debet propter proprium commodum omittere, quod debet ex iustitia. Alias caosas impeditiuas affert Quinta Naduen. cit. quæ licèt excusent ab audienda Missa, non tamen à celebratione debita ex iustitia iuxta ea quæ dicta sunt.

8 Sextò deducitur cōtra Quintanaduen. cit. *sing.* 25. *num.* 5. Non esse impedimentum sufficiens non habere copiam Confessarij stante Conscientia peccati mortalis. Nam poterit celebrare cum contritione. Præceptum enim Confessionis quando non adest copia Confessarij, vt ostendunt illa verba Concil. Trid. *sess.* 13. *cap.* 7. *Modò non desit illis copia Confessarij*, quæ faciunt, qood Præceptum sit sub conditione de copia Confessarij. Econtra verò vrget Præceptum naturale de implenda obligatione ex iustitia;

Septimò deducitur contra eumdē citatum Quintanaduen. Non esse impedimeotum legitimum vacare confessionibus audieodis ob Iubileum, concioni, studio, aut simili excercitio qood licet sit allaturum magnum fructum, non tamen cadit sub obligatione, nam præferenda sunt ea, quæ sunt de obligatione, & inter ea, quæ sunt de obligatione, quæ cadunt sob strictiori obligatione. 9

Denique circa hanc materiam est aduertendum, quod non valet excusare impedimentum, quod voluntariè assumitur; quia quando qui proprio facto sibi impedimentom imponit, non excusat *l. Si fideiussor.* §. *si necessaria* ff. qui *satis de cog.* & notat Menoch. *de Arbitr. cas.* 337. *num.* 20. 10

QVÆSTIO 1126.

An si fundator Apponat pœnam restitutionis certæ portionis fructuum si Capellanus non celebret quotidie, habeat locum tempore infirmitatis ex alio legitimo impedimento non celebret.

SVMMA.

1 *Pœna imposita à fundatore non habet locum, si Capellanus per alium suppleat.*

2 *Non celebrans ex legitima causa an subsit pœna.*
Obseruatio subsequuta declarat dispositionem, si sit vniformis.

3 *Quando pœna non habeat locum stante legitima causa non celebrandi, pœna non imponitur sine culpa.*

4 *Pœna imponitur à fundatore ad auertendam negligentiam.*
Capellanus non est negligens, si non celebret, quando ius indulget.
Non deficiens in eo quod debet, non afficitur pœna.

5 *Pœna an habeat locum, quando Capellanus vltra vacationem alijs diebus non celebrat.*

6 *Pœna non celebrantis afficit substitutum.*
Quomodo debeat eam soluere.

7 *Capellanus soluta pœna, ad nihil aliud tenetur.*

POtest fundator io erectione Capellaniæ ad tollendam negligentiam Capellani statuere pœnam, quod qooties non celebret iuxta præscriptum, toties teneatur restituere certam portionem fructuum. Vndè dubitatur, an & pœna semper locum habeat, etiam quando ex legitima causa aliàs excusaretur. Est autem certum, quod si per alium suppleat ooo tenetur ad aliquam pœnam, quia cùm in eius potestate sit inseruire per alium à fortiori poterit inseruire per alium, quando ipse legitimo impedimento impeditur. Indè remanet difficultas, qoando non supplet. 1

In Præsenti autem casu imprimis inspiciendom est ad obseruantiam subsequutam; Hæc enim optimè declarat omnem dispositionem *l. si de interpretatione ff.* de *leg.* & notant Roman. *Consil.* 272. *nu.* 5. Sürd. *cons.* 140. *num.* 45. Merlin. *decis.* 450. *num.* 12. Hæc enim ostendit, si fundator voluerit, an non, qnod etiam non celebrans ex legitimo impedimento subeat pœnam. Est tamen aduertendum quod, vt obseruantia declaret dispositionem fundatoris, debet esse vniformis, quia ooo inducitur, nisi per actus omninò conformes vt tradunt Bartol. *in l.* 2. *n.* 22 *ff.* 2

ſoluto matrimonio. Menoch. *conſ.* 37. *nu.* 39. Merlin. *deciſ.* 455. *nu.* 7. Ludouiſ. *deciſ.* 162. *n.* 9. & *deciſ.* 434. *num.* 10. Puteus *deciſ.* 426. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 254. *n.* 3. *par.* 1. *Recent.* & *deciſ.* 112. *num.* 5. *par.* 1.

3 Si verò obſeruantia ſit difformis, aut nulla ſit, niſi fundator aliquid ſpeciale explicet, pœna non habebit locum, quando ex legitimo impedimento ceſſat celebrare: ſed ſolùm, quando deberet celebrare: & non celebrat. Ratio eſt, quia cùm non adſit ſpecialis diſpoſitio, pœna cenſetur impoſita pro vt de iure. De iure autem non imponitur, niſi vbi adeſt culpa, vt communiter docent cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 108. *ar.* 4. quando autem Capellanus omittit celebrare ex infirmitate, aut alia rationabili cauſa iuxta Cap. *ſignificatum de preben.* nullam committit culpã, ſed facit quod in tali caſu quilibet alius, & etiam ipſe facere poſſet ſecluſa pœna & ideò, nec locum habebit pœna iuxta *l. fin.* C. ſi *ita mancip. fuer. alteri* vbi Bart. & cæteri Doctores, & *l. cum ſeruus ff. de verbor. obligat.*

Confir. Pœna cenſetur impoſita à fundatore ad
4 aduertendam negligentiam Capellani, ergo non ad inducendam nouam obligationem, ſiquidem pœnam eſt in ſubſidium diſpoſitionis, & obligationis naſcentis ex diſpoſitione, non autem ampliat diſpoſitionem. Ergo cum non inducat nouam obligationem, nec etiam habebit locum, niſi deficiat in obligatione, atque ideò non quando ex infirmitate, vel ex alia cauſa iuxta Cap. *ſignificatum de prebend.* non celebrat, quia cum tunc non deficiat in eo, quod debet, non eſt pœna afficiendus. *l.* 2. §. *penult.* & *l.* 6. *ff.* de *Decur.* & *l. Sancimus* C. *de pœnis*

Ex dictis colligitur. Quod licèt fundator conce-
5 dat Capellano ſemel vacare in ſingulis hæbdomadis & imponat pœnã quoties præter dictã vacationem non celebrauerit; neque adhuc pœna habebit locum, quando ex infirmitate, aut aliàs iuxta Cap. *ſignificatum* prætermittet celebrationem. Cùm enim, vt dictum eſt in præcedenti conceſſio huius vacationis non augeat obligationem, quã aliàs habet, de iure remanet in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi non eſſet conceſſa vacatio, & ideò abſque eo, quod delinquat, poteſt in dictis caſibus non celebrare, nec tenetur ſupplere, & proindè, nec pœna locum habebit.

Secundò colligitur. Quod ſi Capellanus inſeruit
6 per ſubſtitutum, quem ad continuò celebrandum deputauerit, ſi deficiat in implenda obligatione, pœna tenebit ſubſtitutum, non autem Capellanum. cùm enim ſubſtitutus ſuſcipiat in ſe onus implendi obligationem Capellani, hic nihil delinquit, ſi ille omittat celebrare quando debet, ſed tota culpa eſt ipſius, & ideò ipſum ſolum pœna tenere debet. Tenebitur tamen Capellanus ipſum remouere, & alium ſubſtituere, ſi negligens fuerit, quia obligatio non eſt merè pœnalis, ſed etiam in conſcientia, & priuat fructu ſacrificij eos, quos voluit fundator eſſe participes. An verò debeat ſoluere totam pœnam, quam impoſuit fundator an verò iuxta proportionem emolumenti, quod percipit à Capellano, cenſerem debere ſoluere cum proportione ad id, quod percipit à Capellano. Quia cùm Capellano impoſita ſit pœna cum proportione ad fructus Capellaniæ, vt ſupponitur, debet etiam cenſeri impoſita ſubſtituto, cum eadem proportione; præſertim quia ita exigit æquitas, ſiquidem ſeruata hac proportione æqualiter puniuntur Capellanus & ſubſtitutus, nam æqualiter ſe habent, ſi habenti tantum decem auferatur vnum, ac ſi habenti viginti auferantur duo. Alioquin ſi ſubſtitutus ſolueret eamdem pœnam grauius puniretur. Quia ſi Capellanus ſolueret, quod correſpondet celebrationi vnius Miſſæ pro omiſſione cuiuſcunque celebrationis, ſubſtitutus ſolueret quod correſpõderet celebrationi duarũ, aut etiam plurium, prout fructus Capellaniæ ſunt magis, vel minùs pingues, & prout ipſe magis, vel minùs percipit à Capellano.

Tertiò colligitur. Capellanum, aut ſubſtitutum 7
pœnam ſoluentem non teneri ad ſupplendas Miſſas prætermiſſas. Nam ſoluendo pœnam ſatisfacit pro defectu commiſſo, dum ipſi detrahitur aliqua pars fructuum, quam aliàs perciperet. Deindè dum fundator obligat ad pœnam, videtur ſibi velle ſatisfieri pro obligatione non impleta, & cùm pœna reducat ad æqualitatem inæqualitatem conſurgentem ex delictis, iuſtitia exigit, quod ſoluta pœna aliquid vlterius exigatur, nam ſi exigerentur induceretur noua inæqualitas. Denique ſi suppleret Miſſas prætermiſſas nõ poſſet priuari parte fructuũ, quia, ſicut ipſe completè ſatisfaceret ſuæ obligationi, ita etiam integri fructus illi debentur. Illi tamen, ad quos peruenit mulcta tenebũtur ſupplere Miſſas à Capellano prætermiſſas, & pro quibus ſoluta eſt mulcta, quia ſicuti ſolutio pœnæ eximit Capellanum ab obligatione ſupplendi, ita transfert in eum, ad quem peruenit.

QVÆSTIO 1127.

An Capellanus, qui tenetur per ſeipſum celebrare, ſi celebret per alium, teneatur ad aliquam reſtitutionem.

SVMMA.

1 *Capellanus cui iniungitur, quod per ſeipſum celebret, non poteſt per alium ſupplere.*

2 *Non celebrans per ſeipſum peccat mortaliter. Non tenetur magis ipſe reſidere, quàm cæteri.*

3 *Si per ſeipſum non celebret, priuari poterit Capellania etiam collatiua.*

4 *Si per alium celebret, an teneatur ad aliquam reſtitutionem* & num. ſeq.

6 *Tenentur ad reſtitutionem ſi fructus excedant conſuetos, & capellania non ſit collatiua & quantus debeat eſſe exceſſus.*

7 *Tenebitur reſtituere exceſſum ſupra conſuetum cum proportione ad vices, quibus non celebrat per ſe.*

8 *Si Capellania ſit collatiua nihil tenetur reſtituere.*

9 *Beneficiati non reſidentes non tenentur reſtituere fructus licèt poſſint priuari.*

10 *Beneficiatus non recitans horas canonicas, cur non faciat fructus ſuos.*

QVia quando fundator iniungit quod Capella- 1
nus per ſeipſum celebret, tenetur celebrare per ſeipſum, ita vt non poſſit per alium ſupplere, vt communiter docent, præſertim Rebuf. in *Repet. Cap. Extirpandæ* §. *qui verò not.* 2. Nouar. *conſ.* 6. *n.* 2. de *cler. non reſid.* Gonzalez *ad Regul. de menſib. gloſ.* 5. *num.* 72. Garzia *par.* 7. *de beneſic. cap.* 1. *num.* 98. Perez de Lara *lib.* 2. *de anniuerſ. & Capel. cap.* 8. *n.* 42. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 7. §. 1. *num.* 1. Facundez *precept.* 1. *Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 5. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæſt.* 7. Zachia de *Repub. Eccleſ. cap. de Beneſic. num.* 4. verſ. *Ad dignoſcendum.* Et alij & ita etiam declarauit S. Concil. Congregat. *anno* 1604. apud Garzia *citat.* Nam cum fundator imponat hoc onus Capellaniæ, eo ipſo, quod Capellanus acceptat Capellaniam, acceptat etiam onus impoſitum, & ideò tenetur implere. Ideò dubitatur an ſi non impleat, ſed faciat alium celebrare, teneatur ad aliquam reſtitutionem.

In qua difficultate conueniunt communiter Doctores,

ctores, quod non celebrando per seipsum peccet mortaliter. Ita Azor par. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 7. Bonac. disput. 4. de sacramen. quæst. vlt pun. 7. §. 1 n. 2. Facundez precep. 1. Eccles. lib. 3. cap. 9. num. 35. & alij infracitandi. Quod debet intelligi, si pluries prætermittat celebrare per seipsum; nam est admittenda paruitas materiæ, vt mox dicetur. Et ratio est. Quia in te graui non satisfacit propriæ obligationi, qualis est residentia seu seruitium personale. Quoties autem possit in anno celebrare per alium, seu quanto tempore non residere Resp. hoc regulandum esse iuxta ea, quæ statuta sunt de residentia, quia non tenetur ipse magis residere, & personaliter inseruire, quàm teneantur cœteri, qui obligantur ad residentiam. Imò munus ipsius cum sit tantùm celebrandi, & residentia non oriatur ex iure naturali Diuino, sed solùm ex dispositione fundatoris, non est magis obligandus, quàm obligentur alij. Vnde si Canonicis, Episcopis, conceditur tempus trimestris absentiæ singulis annis, non videtur eadem absentia Capellano deneganda, cùm æquè benè possit per alium inseruire.

3 Addit Bonac. num. præced. citat. quod si fundator apposuit pœnam priuationis, poterit per iudicem priuari, etiamsi sit Capellania non collatiua, aut si sit collatiua, sit amobilis, etiamsi fundator non opposuerit pœnam priuationis, priuari poterit, cùm non respiciat ius irreuocabile, præsertim si monitus non resipiscat. Si verò sit collatiua cùm sit beneficium Ecclesiasticum, eadem erit ratio de ipsa, ac de Beneficijs. Quandò autem Beneficium requirit residentiam, si Beneficiarius admonitus non resipiscat, priuari potest de iure per Cap. Ex gestis & cap. Conquerente, & Cap. Ex parte & Cap. qualiter. & Cap. Ex tuis de Cler. non resident. & per Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. Vnde poterit priuari, etiam si fondator nō apposuerit pœnam priuationis.

4 An autem teneatur ad aliquam restitutionem, si per alium inseruiat affirmant Facundez precept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 9. num. 5. & ij qui hoc ipsum tenent de Capellano non celebrante in loco destinato, cùm sit eadem ratio, vt Azor par 1. lib. 10. c. 14. quæst. 7. Cend. Canon. quæst. 38. num. 6. Llamas par. 3. Methodi cap. 9. §. 24. Zerola in praxi verbo. Missa. Ad tertium. vers. conclusio Thomas Hurtad. par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 11. num. 108. qui addit, quod non tenetur restituere totum quod correspondet vnico diei, sed partem prudentis arbitrio, quod correspondet illi speciali oneri. Fundamentum est. Quia celebrare per seipsum est speciale onus, quod imponitur à fundatore, & cui correspondent secundum proportionem fructus Capellaniæ. Ergo si non satisfacit oneri, facit contra iustitiam, quia lædit pactum initum cùm fundatore tacitè acceptando Capellaniam. Et ideò tenetur restituere.

5 Secunda sententia asserit non teneri ad restitutionem. Ita Possenin. de offic. Curati cap. 1. num. 25 Bonac. disput. 4. de sacramen. quæst. vlt. pun. 7. §. 1. n. 2. Barbosa de potest. Episcopi allegat. 24. nu. 36. Marchin. de sacram. ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 7. Diana par. 2. tract. 14. resol. 29. Leander de sacram. tract. 8. disp. 4 quæst. 25. Fransc. Lugo lib. 5. de sacram. cap. 11. quæst. 2. num. 35.

6 In hac difficultate resoluenda procedendum est cum distinctione. Et imprimis videndum est an Capellania sit collatiua, an verò non collatiua. Si enim non sit collatiua inspiciendi sunt fructus, & videndum, an aliqui correspondeant illi speciali oneri celebrandi per seipsum, quod ex eo cognoscetur, si excedant fructus Capellaniarum quæ non habent onus celebrandi per seipsum, considerando illam quantitatem, quæ magis communiter solet assignari. Quia si excedant ecosendum est, quod correspondeant illi speciali oneri. Debet autem excessus esse considerabilis, quia cùm onus celebrādi per seipsum trahat secum obligationem residendi est onus valdè considerabile: & ideò debet etiam correspondere fructus in quantitate considerabili quæ saltem debebit esse medietas supra consuetos fructus Capellaniarum, quia forte maius est onus residendi, quam sit onus celebrandi.

Si ergo aderit iste excessus, tenebitur iste Capellanos restituere proportionabiliter ad dies, quibus per seipsum non celebrat; itavt diuidendo hunc excessum in tot portiones, quot sunt dies singulas portiones restituat pro singulis diebus. Si verò non adsit talis excessus, nihil tenebitur restituere. Ratio prioris partis est. Quia cùm accipiat speciale stipendium pro illo onere celebrandi per seipsum seu residendi, obligatur etiam speciali modo ex iustitia, quia interuenit contractus seu pactum, eo, vt resideat, seu vt celebret per seipsum. Ergo, si id non præstat, non satisfacit obligationi suæ, & lædit, iustitiam, & ideò tenetur restituere, Ratio posterioris partis est. Quia cùm nihil speciale accipiat pro tali onere, nec etiam interuenit speciale pactum, sed tota obligatio est incorporata Capellaniæ, & ideò si satisfacit per alium celebrationi, implet onus, cui correspondent fructus: & cùm onus iuxta assignationem magis communem adæquet fructus, non tenetur quicquam restituere, quia ratione solius celebrationis prudentum iudicio debentur integri, si quidem communis assignatio tantæ quantitatis fructuum pro sola celebratione contiñet prudentum iudicium quod tanta quantitas sit debita soli celebrationi. 7

8 Si verò Capellania sit collatiua, nihil tenebitur restituere in quacunque quantitate fructus percipiantur. Ratio est. Quia Capellania collatiua est beneficium Ecclesiasticum atque adeò importat ius administrandi fundum Ecclesiasticum, & fructus percipiendi ex ipso. Ergo Capellanus percipit fructus non ratione alicuius partis, aut obligationis, sed ratione tituli, seu institutionis, itavt quandiu institutio valet, faciat fructus suos; & iure illos percipiat. Ergo si non implet aliquod onus Capellaniæ non tenetur ad aliquam restitutionem, quia hoc non facit, quod non perceperit iustè fructus nam cùm non inficiat titulum, & institutionem, nec etiam inficit iustam acquisitionem.

9 Et confir. etiam ex concil. Trident. sess. 24. c. 12. de reformat. vbi loquens de Canonicis, cæterisque beneficiatis qui tenentur residere, & inseruire per seipsos, & vltra tres menses concessæ vacationis, non resident; nec inseruiunt, non declarat, quod teneantur ad restituendos fructus secundum portionem correspondentem, sed decernit, quod in pœnam primo anno priuentur dimidia parte fructuum & secunda vice omnibus fructibus, & tertia vice procedatur contra ipsos iuxta Sacros Canones si igitur sunt priuandi, signum est quod faciunt fructus suos, nec tenentur ad aliquam restitutionem. Idem quoque dicendum est de Capellano, cum sit eadem ratio.

10 Dices. Beneficiarios, si non recitet horas canonicas, non facit fructus suos, & tenetur restituere cum proportione correspondente. Ergo nec etiam Capellanus, si non celebrat per se ipsum, sed tenebitur secundum proportionem restituere. Resp. Neg. conseq. Beneficiarius enim non facit fructus ex dispositione iuris communis Ecclesiastici; ita statuit Leo X. in Conc. Lateranensi sess. 9. §. statuimus quo se elapso, ratione solius tituli faceret fructus suos, hoc autem

tem impedit ius positiuum, quia vult conferri beneficia sub hac tacita conditione quod Beneficiarius non faciat fructus suos si non recitet horas canonicas. Cùm autem ius non statuat hoc quoad Capellanos non celebrantes per seipsos, ideò facient ratione solius tituli fructus suos, nec aderit obligatio restituendi, si per seipsos non celebrent.

QVÆSTIO 1128.

An Capellanus possit semel in hebdomada, vacare, vt fruatur aliqua honesta recreatione.

SVMMA.

1 *Quando fundator concedit vacationem potest Capellanus vti ad recreationem.*
2 *Si non concedatur vacatio an possit vacare ob honestam recreationem*, & num. seq.
4 *Permanente obligatione non potest Capellanus vacare ob recreationem.*
Lex specialis posterior derogat priori.
5 *Ex benigna mente fundatoris an possit vacantia ob recreationem.*
Presumptio fundatur super incerto.
6 *Ex consuetudine Capellani vacant semel in hebdomada.*
Capellanus vacans ex honestate &c. potest incumbere honesta recreationi.

1 IN superioribus dictum est, quod non possit Capellanus aliquando vacare etiam ob aliquam honestam recreationem, quia ita statuitur in Cap. *significatum de prebend.* nunc videndum est, an id liceat de consuetudine; certum est aut quod à fundatore concedatur semel vacare singulis hæbdomadibus, poterit vti illa vacatione in ordine ad quamlibet honestam recreationem, qoia cùm vnus dies in hebdomada relinquatur liber à fundatore eodem modo res se habet, ac si tantùm sex vicibus in hæbdomada obligatetur ad celebrandū; & ideò dies vacationis temaner ipsi liber, vt possit vti, vt libuerit.

2 Si verò non concedatur dies vacationis non posse vacare ob quamcunque honestam recreationem sentiunt Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. sect. 4. §. 3.* Francisc. Lugo *de sacram. lib. 5. cap. 11. quæst. 6. n. 69.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 7. §. 1. nu. 16.* qui affert Concilium Prouinciale Mediolanense, & Mediolanense Diæcesanum. Verùm extra Prouinciā, aut Diæcesim, non habent vires. Fundamentum est. Quia à diuersis non fit illatio, & ideò, si vacantia conceditur ratione honestatis, & teneretntiæ erga sacrificium, non debet inferri quod concedatur etiam ob recreationem.

3 Verùm Leander *de sacram. tract. 8. disp. 5. quæst. 17.* docet posse vacare, etiam recreationis causa, & citat Hurrad. *de sacram. disp. 4. de sacrif. mis. difficul. 2.* & Matchin. *de ordine tract. 3. par. 2. cap 23. num. 3.* qui tamen hoc non habent, & Hurtad. nihil de hac materia tractat. citat etiam Dianam, qui nihil habet de hoc, vbi adducitur priori loco, & *par. 10. tract. 14. resolut. 37.* in fine. solùm refert opinionem dicti Leandri, nec approbat, nec reprobat. Fundamentum est quia consuetudine est introductum, vt Capellanus obligatus ad qootidie celebrandum possit vnam Missam in hæbdomada omittere. Ergo poterit omittere ex quacunque causa id fiat, etiam ex causa recreationis.

4 In hac difficultate hoc mihi certum videtur, quod permanente obligatione celebrandi non posit, Capellanus vacare ob recreationem sumendam. Ratio est. Quia licèt habeat ius ad honestas recreationes, & ipsis vacare teduci possit ad actum virtutis: attamen quia obligauit seipsum ad quotidie celebrandum, hæc obligatio superueniens prædicto iuri dettahit ipsi, quantum requiritur pro implendo onere suscepto. Lex enim specialis posterior derogat priori, quatenus est illi contraria, vt communiter docent Bar. *in l. sed, & posteriores ff. de legib.* Angel. *in l. Honest. eorum eod. tit.* Dec. *in l. in toto iure n. 7. vers. Et quando ff. de regul. iur.* Cognol. *n. 3.* Abbas *consil. 51 lib. 1.* Alex. *cons.* 108. *circa fin. lib. 3.* Osasch. *decis. Pedemon.* 167. *num.* 15. Menoch. *præsumpt. 28. n. 8. lib. 6.* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 27. n. 12.* Vndè cum iuri vniuersali ad omnes honestas recreationes superueniat lex specialis Capellaniæ, ipsi derogabit. Vndè concludendum est, quod nunquam liceat vacare in eum finem, vt det operam recreationi, quia aliàs vrget obligatio celebrandi, & est extinctum ius ad recreationem, quatenus impeditiuam, celebrationis.

Nec dici potest, quod benigna mente fundatoris, præsumi possit, quod concedat aliquando vacare in finem recreandi se. Quia hæc præsumptio est contraria facto fundatoris: nam imponendo legem de celebrando quotidie derogat iuri libertatis Capellani etiam in ordine ad recreationem, & voluntas ipsius est, vt remaneat adstrictus iuxta obligationem impositam & cùm non adsit aliqua necessitas saltem moralis, non adest fundamentum interpretandi eius voluntatem, de qua non constat, non habet locum præsumptio, quia hæc cadit tantùm super incerto, vt notat Glos. *in l. vnic. §. Accedat* C. *Rescint. al. act. non noc.* & *in l. fine possideatis* C *de probat.* vbi, & Doctores. 5

Qui tamen videtur consuetudine introductum, vt Capellanis concedatur semel vacare in quacunque hæbdomoda absque alia examinatione causæ, ideò stante tali consuetudine, videtur die vacationis posse se Capellanus honestè recreare, & eligere diem vacandi magis sibi opportunum, quia si adest talis consuetudo extinguit obligationem pro vnico die in singulas hebdomodas ad celebrandum. Quod autem adsit talis consuetudo, ex eo deducitur. Quia Doctores communiter considerantes, quod iuxta Cap. *significatum. de prebendis*, tenetur Capellanus quotidie; celebrare hoc est quàm frequentius fieri potest salua honestate, & deuotione debita; statuerunt regulam generalem, quod possit semel in hebdomada vacare, & ita interpetrantur obligationem quotidie celebrandi, vt admittat hanc vacationem. In quo videntur illam admittere absque alia consideratione causæ; nam si causam considerarent, non concederent vacationes pro singulis hæbdomadibus, sed tunc solum, quando adest causa. Capellani ergo stante hac communi doctorum interpretatione, & regula introduxerunt vacationem in singulas hebdomadas tamquam sibi concessam, & ideò hæc consuetudo vacandi derogauit obligationi celebrandi pro vnico die: qua extincta remanet liberum vacare ob quencumque honestum finem. 6

Ex dictis colligitur. Quod quando vacat Capellanus à celebrando ratione honestatis, vel deuotionis potest in illo die dare operam alicui honestæ recreationi. Quia iam habet causam, quæ iustificat vacationem, vndè remanet illi liberum insumere illum diem in quocunque honesto exercitio. Solùm enim non potest vacare in eum finem, vt det operam recreationi, quia hæc causa finalis adiostificat vacationem, & excluditur in Cap. *significatum de prabend.* At supposita vacatione iustificata, non prohibetur honesta recreatio. 7

QVÆSTIO

QVÆSTIO 1129.

An obligatus ad celebrandum quotidie possit aliquibus vicibus, pro se aut valdè coniunctis celebrare.

SVMMA.

1 *Obligatus celebrare quotidie potest pro se, & valdè coniunctis celebrare aliquibus vicibus.*

2 *Verba accipienda iuxta mentem, & prout de ipsa constat per coniecturas.*
Id censetur dispositum, quod disponens verisimiliter respondisset.

3 *Seruitium Capellania quomodo obliget.*

4 *Obligatio celebrandi quotidie quomodo accipienda.*

5 *Obligatus celebrare quotidie, quoties in anno pro se, & valdè coniunctis possit celebrare.*

6 *Quò antiquiores sunt Capellania maior indulgentia præsumi potest pro Capellano.*
Obligatus celebrare quotidie an aliquando pro amicis celebrare possit.

1 DIcendum est. *Licere Capellano obligato ad celebrandum quotidie celebrare aliquibus vicibus in anno pro seipso, aut valdè sibi coniunctis tam pro tempore mortis, quàm pro viuis, & constitutis in aliqua necessitate.* Ita Nald. *in sum. verbo* Missa. *num.* 7. Marchin. *de ordin. tract.* 3. *par.* 23. *num.* 2. Homobon. *par.* 3. *examin. tract.* 14. *cap* 1. *quæst.* 2 *resol.* 2. & *in consil. par.* 7. *resp.* 52. *tom.* 2. Alphonsus de Leone *de iubil. par.* 3. *quæst.* 20. *num.* 22. Franc. Lugo *de sacram. lib.* 5. *cap.* 11. *quæst.* 6. *num.* 70. qui citat Dianam *par.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 86. & *par.* 5. *tract.* 5 *resolut.* 23. sed in his locis refert tantùm hanc opinionem, & nihil circa ipsum decernit. Auersa. *quæst.* 11. *de Encharis. sect.* 18. vers. *Item posse* Machad. *de perfect. confess. tom.* 1. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 12. *docum.* 14. *num.* 1. Leander *de sacramentis tract.* 8. *disput.* 5. *quæst.* 16. hæc opinio etiam sola auctoritate spectata probabilis est, cùm eam teneant septem Doctores, qui laudabiliter in rebus moralibus scripserunt, nec aliquis, quem viderim expressè oppositum tradat.

2 Ratio autem est. Quia obligatio ad celebrandum quotidie accipienda secundum rationabilem, & verisimilem mentem imponentis, quia cum verba inseruiant menti, & non mens verbis, debent verba accipi iuxta mentem, etiam prout de ipsa constat per extrinsecas coniecturas *l. Semper in stipulationibus* ff. de *reg. iur.* & notant Castrens. *cons.* 148. *num.* 1. *vol.* 5 *in nouis.* Bertazol. *cons.* 2. *num.* 10. Oldrad. *cons.* 9. vers. *item cum* Ias. *consil.* 140. *lib.* 2. Feder. de Senis *consil.* 4 *num.* 5. vers. *multum est.* Mens autem fundatoris redacta ad terminos rationabiles non videtur velle ita strictè obligare Capellanum, vt non possit pro sua, aut coniunctorum necessitate aliquando celebrare: Vndè si de hoc interrogatus fuisset, valdè verisimile est, quod annuisset, quia ita postulat omnis æquitas, cui inniti debet quælibet dispositio. Vndè cùm id censeatur dispositum, quod disponens interrogatus verisimiliter respondisset. *l. Titius* §. *Lucius* ff. de *liber. & posth.* & obseruant Glos. *in l. Tale pactum.* §. *vult ff. de pact.* Ias. *ibid* Dec. *cons.* 89. *num.* 1. Socin. Iun. *cons.* 117. *num.* 5. *lib.* 1. Craucta *cons.* 98. *num.* 2. Menoch. *cons.* 420. *n.* 15. Riminal. Iun. *cons.* 21. *num.* 29. *lib.* 1. Bald. *in l. Tale pactum* §. *vlt.* ff. de *pact.* Ias. *cons.* 154. *vers.* 2. *principaliter lib.* 4. Ruin. *cons.* 179. *in fine lib.* 2. Castrens. *in Authen. nisi rogati n.* 3. C. Ad *Trebel.* Con. *cons.* 253. *num.* 6. vers. *Hanc etiam opinionem lib.* 4. Ludouis. *decis.* 301. *num.* 9. concludendum est, quod Fundator Capellaniæ in sua dispositione admiserit hanc relaxationem quod possit aliquando Capellanus pro se aut sibi coniunctis in aliqua necessitate aliquando celebrare.

Confir. Seruitium Capellaniæ est seruitium nobile, atque adeò Capellanus illud assumens non censetur se obligare tanquam mancipium, cedendo omnibus iuribus charitatis, coniunctionis, amicitiæ, gratitudinis, &c. sed saluis his iuribus. Ergo censetur sibi reseruare posse aliquoties pro se & aliis celebrare, quando Charitas, coniunctio, gratitudo, amicitia id exiget, & fundator in id consentire cùm id veniat in consequentiam ad qualitatem seruitij, quod non obligat ita stricto modo. 3

Confir. 2. Capellanus obligatus ad celebrare quotidie intelligitur obligatus celebrandum quàm frequentius fieri potest salua honestate, & deuotione ex Cap. *significatum* de *præbendis.* vndè illud quotidie non accipitur strictè pro singulis diebus sed moraliter pro tali frequentia, quæ sufficiat, vt celebratio morali modo dicatur quotidiana. Ergo talis obligatio admittit aliquam relaxationem, quando agitur de celebrando pro seipso, aut pro coniuncto ratione alicuius necessitatis. Conseq. prob. Quia ex vna parte celebratio debet esse quotidiana moraliter, & & ex alia debet esse quotidiana salua honestate; non esset autem salua honestas, nisi ei esset liberum celebrare aliquando pro se aut coniuncto. Nam honestas postulat, vt in aliquibus casibus celebret Sacerdos pro se, aut coniuncto, quia Regulæ rectæ rationis ita dictant, aut ratione Charitatis, aut gratitudinis aut alterius obligationis: vndè si non posset celebrare, non esset salua honestas. 4

Verùm dubium remanet, quoties in anno id liceat. Doctores *n.* 1. citat. volunt, quod ter aut quater in anno id liceat, alij etiam vt Marchin. sexies. Verùm mihi videtur probabilius, quod id relinquendum sit prudenti iudicio. Nàm fieri potest quod in aliquo anno nulla interueniat occasio, & ideò cùm id solum censeatur permissum in illis occasionibus, in quibus æquitas id exigit non poterit hic habere locum in illo anno. Rursus fieri potest, quod in aliquo anno occurrant plures occasiones & tunc poterit in singulis vti hac indulgentia cùm debita moderatione, ita vt semel, aut bis pro grauitate occasionis celebret nisi fortè sit talis, vt æquitas videatur aliquid amplius concedere. Si enim occasiones huiusmodi sunt fundamentum interpretandi voluntatem fundatoris tanquam eam, quæ regulari debet æquitate iuxta mensuram occasionum, facienda est magis, vel minùs ampla interpretatio. 5

Ex dictis colligitur. Quod quò antiquiores sunt Capellaniæ eo maior indulgentia promitti potest de mente fundatoris. Siquidem, si pro ipso fundauit, cùm probabile putauerit, quod post saltem longum tempus non amplius debuerit indigere, facilius fuisset concessurus maiorem indulgentiam. Si verò instituit etiam pro coniunctis, cùm coniunctio sit fundamentum affectus, eò minor censendus est esse quò minor fuerit coniunctio. Temporis autem processu minoratur coniunctio attinentium, quia se magis elongant ab ipso fundatore, & proindè etiam beneuolentia: vbi autem est minor beneuolentia, maiorem indulgentiam sibi promittere potest Capellanus. 6

Secundò colligitur. Quod dictum est de coniunctis, intelligendum est etiam de amicis intrinsecis, & benefactoribus vt proindè etiam pro ipsis possit aliquando Capellanus celebrare, quando sunt in aliqua necessitatem ex præsumpta voluntate fundato- 7

ris. Fundamentum enim interpretrandi voluntatem fundatoris eſt æquitas, quæ tequirit,quod Capellanus ſatisfacere poſſit aliquibus obligationibus generalibus Charitatis,pietatis,gratitudinis,& huiuſmodi. Hæc autem æquitas habet locum, nedum quoad coniunctos ſed etiam quoad amicos, & Benefactores: imò reſpectu horum obligatio poteſt eſſe maior,atque adeò etiam maior exigentia æquitatis. Et idem dicendum eſt quoad celebrandum pro defuncto Epiſcopo ſicut dictum eſt in ſuperioribus de obligatis ad celebrandum quotidie ratione beneficij.

Qvæst. 1130.

An Capellanus poſsit pro ſeipſo aut aliis celebrare iis diebus, quibus ſemel in hæbdomoda vacat.

SVMMA.

1 *Conceſſa vacantia poteſt Capellanus illo die celebrare, pro quo voluerit.*
2 *Quid ſi non concedatur,* & num. ſeq.
4 *Poteſt pro alio offerre ſacrificium vacando ab onere Capellaniæ ſemel in hæbdomada.*
Non poteſt imponi Capellano vt celebret abſque vlla vacantia.
5 *Obligatio celebrandi quotidie habet tacitam conceſſionem vnius vacantiæ, pro hæbdomada.*
6 *Capellanus ita ſemel in hæbdomada vacare poteſt, vt ſi celebrat, non teneatur pro fundatore celebrare.*
7 *Ex mente fundatoris excluditur obligatio conditionalis.*
8 *Nec oppoſitum eſt rationabile.*
Quilibet præſumitur bonus.
9 *Nolle concedere, quod alteri prodeſt & nemini nocet eſt alienum à iure,& ratione.*
10 *De iure tenetur facere quod ſibi non nocet & alteri prodeſt.*
11 *Fundator poteſt cogi ad conſentiendum quod Capellanus celebret pro alio in die vacationis.*
12 *Quotidiana celebratio admittit vacantiam in hæbdomada.*
13 *Voluntas interpretatiua fundatoris de celebrando pro alio in die vacationis, cum magno fundamento præſumitur.*

1 QVando fundator concedit Capellano,vt ſemel poſſit vacare in ſingulis hebdomadibus, non videtur adeſſe difficultas: quia tunc imponit obligationem celebrandi ſolum ſexies in hedomada,cui obligationi ſi ſatisfaciat, remanet ipſi liber vnus dies,quo ſicuti non obligetur celebrare ex diſpoſitione fundatoris, ita etiam poteſt, vel ceſſare, vel celebrare, pro quo voluerit, cùm non celebrando nihil detrahat de eo, quud exigitur à fundatore, & ceſsāt rationes,ob quas Doctores aſſerunt,ſi celebrat teneri offerre iuxta mentem fundatotis. Et ita in ptaxi ſeruatur in hac noſtra Eccleſia S. Andreæ de valle in vrbe, in qua nonnullæ Capellaniæ reperiuntur cum facultate conceſſa Capellano vacandi ſemel in hæbdomoda;nam in his diebus vacationis Capellani celebrant pro quo voluerint & etiam accepta Elæemoſina.

2 Si autem fundator non concedat vacantiam ſed abſolutè diſponat, quod celebret;negant poſſe pro ſeipſo aut pro alio celebrare Naldus *in ſum. verbo.* Miſſa *num.*7. Zanard *par.* 1. *Direct. tit de Miſſa.c.*13. Bonac *diſp.* 4. *de ſacram.quæſt. vlt. pun.*7.§.2. *num.*16. Diana *par.*2.*tract.*14.*reſol.*28.*in fin.*& *par.*10.*tract.*14. *reſol.*31. Fraxinel. *de obligat. ſacerdot ſect.*4.*concluſ.*4. §.3. Homobon. *par.*3.*Examin tract.*4. *cap.*13.*qu.*124. in fin.Marchin. *de ordine tract.*3. *part.*2. *cap.*23. *nu.*9. Franciſc.Lugo *lib.*5.*de ſacram.cap.*71.*quæſt.*6.*num.*67. Leander *tract.* 8. *de ſacram. diſput.* 5. *quæſt.* 18. Prob. obligatur ad celebrandum quotidie;ergo ſi non vacat debet ſatisfacete ſuæ obligationi, & celebrare pro fundatore. Secundò cum difficultate ſaluatur voluntas interpretatiua fundatoris,quod contentus ſit, quod Capellanus celebret quater, aut ſexies in anno pro ſe,& ſibi coniunctis Ergo non poterit ſaluari quod celebret ſemel in ſingulis hæbdomadibus ex voluntate interpretatiua fundatoris, nec eſt veriſimile, quod interrogatus annuiſſet. Eſt tamen aduertendum, quod citati Doctores vtplurimum loquuntur de celebratione pro alio cum ſtipendio, quia hæc eſſet ſpecies auaritiæ. 3

Secunda ſententia tenet, poſſe die vacantiæ pro alio celebrare ita Vidal. *in inquiſit. moralib. tit. de inſt. inquiſit.* 1. *n.*12. qui abſolutè hoc aſſerit. Aueiſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 18. verſ. *Inſuper.* qui id admittit,quando adeſt conſuetudo. Thomas Hurtad. *par.* 1. *reſolut. moral. tract.*2. *cap.* 4. *reſo.* 7. *num.* 18. qui id concedit quando adeſt Paupertas Capellani, vndè vult, quod poſſit acccipere ſtipendium, quod 4 etiam admittit Auerſa citatus.

Præſcindendo ab eo,quod poſſit Capellanus accipere, vel non accipere ſtipendium, mihi videtur probabilius. Dicendum *Capellanum eo die quo vacare poteſt,poſſe etiam celebrare pro ſe vel pro alio,prout ei libuerit.* Ratio eſt. Quia obligatio Capellaniæ quotidianæ non ſe extendit de iute ad obligandum pro omnibus,& ſingulis diebus,ſed ſolùm quò frequentius fieri poterit, vt conſtat ex Cap, *ſignificatum.* de *præbend.* & proindè talis obligatio tanquam illicita non poteſt imponi Capellano,vt tradunt Abbas *in dict. Cap. ſignificatam nu.* 4. Lambertin. *de iure patr. par.* 1. *lib.*1. *quæſt.*9. *num.*27. Rota *deciſ.*496. *num.*7. 5 *p.*1. Recent.

Et proindè Doctores communiter interpretantes hoc ius, concedunt Capellano vnicam vacantiam per ſingulas hæbdomadas,& hoc etiam obtinet praxis, & obſeruantia. Ergo ſtante hac communi interpretatione Doctorum,& praxi, ſeù conſuetudine poteſt Capellanus ſemel in ſingulis hæbdomadibus vacare. Ergo fundator imponens celebrationem 2 quotidianam intendit illam imponere cum vnica vacatione in qualibet hæbdomada, quia eius mens præſumitur conformis iuri communi, vt tradunt Iaſ. *in l.cauſas num.*6. C.de *tranſact.* Gramat. *conſ.*54. *num.*3. Decius *conſ.*582.*a.*2. Gozadin.*conſ.*101.*n.*10. Ergo Capellanus ſemel in hæbdomada remanet liber ab obligatione celebrandi, itavt mens fundatoris non ſe extendat ad imponendam obligationem pro die vacantiæ. Si autem remanet liber ab obligatione Capellaniæ, poterit celebrare, pro quo libuerit.

Dices poſſe quidem ſemel in hæbdomada vacare, 6 ſed dato quod celebret, teneri, celebrare pro fundatore. Et hæc obligatio conditionalis, nempè ſi celebrat, obligari ad celebrandum pro fundatore eſt totum fundamentum oppoſitæ ſententiæ;quod tamen non ſubſiſtit, nec locum habet hæc obligatio conditionalis. Nam obligatio, quam trahit ſecum Capellania eſt de celebratione quotidiana ſecundum terminos iuris, & eſt tota abſoluta ſe extendens abſoluto modo ad totum id, ad quod ſe poteſt extendere. Ergo cùm non extēdatur ad omnes,& ſingulos dies ſed relinquat vnam vacantiam in hæbdomada ſecundum terminum iuris, Capellanus erit liber

liber vno die in hæbdomada itavt obligatio Capellaniæ non se extendat ad illum diem. Ergo neque aderit obligatio conditionata celebrandi pro fundatore,si celebret, quia obligatio Capellaniæ non se extendit ad hunc diem,nec est partim absoluta,& partim conditionalis. Confir. obligatio applicandi sacrificium pro fundatore consequitur ad obligationem celebrandi,sine qua non potest subsistere: vndè qui non potest obligare ad celebrandum, nec etiam potest obligare ad applicandum sacrificium, & qui non suscipit onus celebrandi, nec etiam suscipit applicandi sacrificium. Ergo cùm Capellanus in die vacantiæ nullam habeat obligationem celebrandi ex vi Capellaniæ,sed si celebret, omninò ex libertate sua celebret, nec etiam obligationem habebit applicandi sacrificium, quia ex actu omninò libero, & facultatiuo non potest oriri obligatio,qua fiat debitum, quod includitur in illo actu libero, qualis est oblatio sacrificij pro fundatore.

7 Secundò id deducitur ex præsumpta mente, & voluntate interpretatiua fundatoris, quod scilicet possit pro alio celebrare. Ponamus enim, quod Capellanus dicat fundatori in die vacantiæ. Quia hodie me liberum relinquis,vt non teneat pro te celebrare,volo celebrare pro me,aut pro amico;& quod fundator respódeat,si vis vacare cótentus sum,sed si celebres,volo vt celebres pro me.Et replicet Capellanus.Si mihi imponis hác obligationem conditionalem, si celebras in die vacantiæ volo, vt celebres pro me, ego eam non accepto sed fruar vacantia mihi concessa, quia in tantum eram celebraturus, in quantum poteram offerre sacrificium pro me,aut amico. Ad hos terminos necessaria reducitur tota obligatio Capellaniæ, & proindè remanet exclusa obligatio conditionalis, quia in eam non consentit Capellanus:quia cùm non renunciet vacationi,non admittit conditionem sub qua inrrat obligatio conditionalis, sed sibi reseruans liberam vacationem facit euanescere obligationem conditionalem *l.si quis sub conditione ff. si quis comis. cau.* & l. *si quis fundum ff.* de *contrahen. empt.* & l. *Ex facto ff.* de *hared. instit.*

8 Quid modò respondebit fundator Capellano volenti vacare, quando potest celebrare pro se aut amico. Si respondet contentus sum, quod celebres pro te,aut amico tuo, habetur præsumpta voluntas ipsius,& interpretatiua, in cuius virtute poterit offerre sacrificium, pro quo libuerit. Si verò respondet nolo omninò, vt pro alio celebres, quàm pro me, si vis cessare, cessa omninò à celebratione, erit responsio prouenien̄s ab inuida voluntate, quæ nolit,alios frui illo bono,quo ipse frui non potest,quæ non est præsumenda de Christiano, qui ex Charitate tenetur amare proximum sicut seipsum, & proindè quæ nullo pacto præsumi possit, sed sit omninò reiicienda. Imò si talis responsio præsumatur, fit iniuria fundatori. Nam quilibet debet præsumi bonus *l.quoties §.qui dolo ff.* de *probat.* & Cap. *dudum* & Cap. *fin.* de *præsump.* & consequenter ea responsurum,quæ virum bonum decet, & non maleuolum & inuidum.

9 Rursus. Talis responsio tanquam aliena à iure, imò contra ius,non potest tacitè inesse dispositioni fundatoris, quia præsumitur facta secundum terminos iuris & tanquam talis est interpretanda, vt dictum est *num.* 4. Quod autem talis responsio sit contra Terminos Iuris,ex eo deducitur,quia ponitur,quod fundator nolit concedere,quod alteri prodest,nec ipsi aut alicui alteri nocet, contra *l.* 1. §. *Idem. amant ff.* de *aqua pluu.arcen* & l. 2. §. *item varù. in fine*, & l. 2. *ff.soluto matrim.* & notat Bart. *in l. quominus ff.* de *fluminib.* & *in l. Non. Modus* C. de *ser*

nit. prodeat enim Capellano, si pro se celebret, aut alteri si pro illo celebret,& non nocet fundatori, aut alteri, siquidem vacante Capellano, aut pro alio celebrante eodem modo se babet nec enim aliquid dependit,si pro alio celebret, quod haberet si vacaret. Imò celebrante Capellano prout ipsi libuerit, fundator percipit aliquem fructum, quem non perciperet, si Capellanus vacaret, nempè fructum generalissimum sacrificij.

Confir. De Iure tenetur quisque facere,quod sibi non nocet, & alteri prodest *l.in Creditore ff.* de *euict.* ibi *Cui enim non aquum videbitur,vel hoc saltem consequi Emptorem,quod sine dispendio creditoris futurum est*, vbi Glos. *verbor.* Quod *sine dispendio* per hunc text. & per. *l. mulier ff.* qui *pot. in pign. hab.* & *l. procurare §. Titius ff.* ad *Trebel.* notat, quod cogitur quis cedere quod est sine suo damno. Vndè si fundator potius vellet, Capellanum vacare, quàm celebrare posse pro alio, prout ei libuerit in die vacationis, nollet cedere, quod sine suo damno posset, siquidem iam non esset percepturus fructum illius celebrationis, cùm concedat vacare,& Capellanus velit vacare, quando non possit, pro quo libuerit, celebrare, & proindè hæc voluntas tanquam contraria iuri non potest præsumi, sed opposita tanquam conformis Charitati.Præsertim quia est contra Charitatem nolle cedere, quo alteri prodesse potest, & cedi potest absque damno; nam hoc est impedire bonum proximi contra illud principium, quod tibi non vis, alteri ne feceris; & præceptum,Diliges proximum sicut teipsum, in quibus fundatur dispositio iuris. 10

Præterea. Ratione fundationis non potest fundator exigere à Capellano, quod pro se celebret, nec Capellanus obligatur ad celebrandum. Quo stante potest dicere Capellanus, celebrare in die vacationis mihi prodest, & tibi non nocet, quia remanes in eodem statu in quo esses, si non celebrarem,nec tibi aliquid subtraho, quod haberes,si non celebrarem. In hoc casu non potest fundator respondere,nolo,vt celebres, nisi celebres pro me,quia impediret, quod alteri prodest,& sibi non nocet,quod est contra æquitatem, & si diceret, posset cogi ad consentiendum *l. in summa §. virus ff.* de *aqua pluu. arcen.* ibi *Opinor vtilem actionem interdictum mihi competere aduersus vicinum si velim, ager em (aquarum vi deiectum) restituere in agro eius*. Et subdit statim rationem vniuersalem, quæ militat in omni alio casu simili. *Quod factum quidem mihi prodesse potest, ipsi autem nihil nociturum est. Hoc aquitas suggerit,etiam si iure deficiamur* nempè stricto iure, vt aduertit Glos. *ibid.* verbo *Etiamsi iure*, subdens, quod æquitas præferenda est rigori per hunc tex. & per tex. *l. Placuit* C. de *ind.* & *l. si tibi ff.* si *cert. pet.* Ergo cùm voluntas fundatoris non sit accipienda tanquam contraria iuri,& æquitati debet ita interpretari, vt consentiat,quod Capellanus celebret in die vacationis,pro quo ei libuerit. 11

Ad 1. in oppositum. Capellanum obligari ad celebrandum quotidie secundum terminos iuris, secundum quos dictio *quotidie* non importat omnes, & singulos dies,sed quàm frequentius fieri potest, vt in Cap. *significatum* de *praben.* Quo stante, potest semel in hæbdomada vacare iuxta communem interpretationem Doctorum & obseruantiam subsequutam, quæ declarat obligationem fundationis. Vndè non fit,quod si in die vacationis celebret, teneatur celebrare pro fundatore, vt iam constat ex dictis. 12

Ad 2. Nequaquam saluari cum difficultate, voluntatem interpretatiuam fundatoris, quod Capellanus aliquoties in anno pro se, & sibi conianctis 13

celebrare possit, sed cum maxima facilitate; quod ex eo constar, quia Doctores, qui tractant hunc punctum, omnes, quos viderim, hoc adeò rationabile putant, vt conueniant in affirmatiua opinione, & tamen in hoc casu agitur de relaxando eo, ad quod Capellanus absque vlla difficultate obligatur. In casu autem nam non agitur de relaxando, quod est debitum, sed etiam de permittendo, quod fiat in beneficium Capellani, aut alterius, quod non est debitum fundatori, sed potest Capellanus non exhibere: atque adeò de non impediendo quod est alteri proficuum absque damno fundatoris, seù de regulanda voluntate fundatoris iuxta regulas æquitatis, & non permittendo, quod sit inuida, & contraria æquitati, itavt nolit alterum frui illo bono, quod ipse habiturus non est, in quo sanè est facilitas longè maior.

QVÆSTIO 1131.

An Capellanus obligatus celebrare certis diebus in hebdomada possit variare.

SVMMA.

1 *Determinatis diebus celebrationis demonstratiuè potest Capellanus variare.*
2 *Si Celebratio sit affixa certis diebus, non potest Capellanus variare.*
In traditione rei suæ potest quisque quam legem voluerit imponere.
3 *Non celebrans præfixis diebus an peccet mortaliter.*
4 *Quid si sint præfixi dies festi.*
5 *Obligatus celebrare præfixis diebus potest aliquando ire ad exequias, ad aliam Ecclesiam, &c.*

1 DVplici modo possunt dies determinari à fundatore, vel vt designet, quot vicibus velit Capellanum celebrare in hebdomada, vt proinde dies stent demonstratiuè. Vel quia velit celebrationem missæ esse affixam illis diebus. Quo autem modo determinet, erit colligendum ex verbis dispositionis. Si primo modo determinet dies, poterit Capellanus variare, quia celebratio non est affixa illis diebus, & proinde est in libertate Capellani celebrare illis, vel aliis diebus, vt obseruant etiam Doctores infra citandi, vndè difficultas est, quando celebratio est affixa diebus.

2 Dicendum est. *Quando celebratio est affixa determinatis diebus non potest Capellanus variare, & aliis diebus celebrare.* Ita Lugo Cardin. *de Eucharist. disp.* 21. *num.* 43. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 18. *verf. Item si* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 2. *n.* 409. Francis. Logo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 6. *n.* 60. Sequitur ex illa regula vniuersalis, quod potest quisque in traditione rei suæ imponere illam legem, quam voluerit *l.* 1. *§. conueniat ff de pactis & l. legem de pactis* & item *l. legem C. de donat.* & notant communiter Doctores, & ideò rem illam acceptans tenetur seruare leges illi impositas. Cùm ergo Fundator de suo fundet Capellaniam, potest fundare cum legibus sibi bene visis, & Capellanus acceptans Capellaniam tenetur seruare.

3 An autem non seruans sed aliis diebus celebrans, peccet mortaliter resp. Lugo. Non facilè fore mortale, cùm materia sit leuis, præsertim si verò contingat. Auersa autem fore mortale, si tales dies sint festi, aut propter publicum commodum, vel sacrum cultum. Mihi tamen probabile videtur, quod si talis mutatio sit rara, siue celebratio sit affixa illis diebus ob commodum publicum, siue ob cultum, non erit peccatum mortale: quia paruitas materiæ excusat, cum solum aliquid parum detrahatur tam de eo, quod est de mente fundatoris, quàm de commodo publico, & sacro cultu. Siue sit frequens, esse semper mortale, etiamsi dies non sint designati ob commodum publicum, aut sacrum cultum. Nam etiamsi solum non impleatur mens fundatoris, materia est grauis, quia sumus in quantitatiuis, in quibus crescente notabiliter quantitate materia fit grauis, quando coalescit in vnum. In præsenti autem casu coalescit in vnum, quia tota simul tendit in destructionem ordinis præfixi à fundatore pro celebratione. Præsertim quia esset materia apta ad contristandum notabiliter fundatorem, & sufficiens, vt esset notabiliter inuitus; quod signum est, esse materiam grauem, & proindè fundantem peccatum mortale.

Si verò essent præscripti dies festi, videndum est 4 an in Ecclesia, in qua tenetur celebrare soleant plures Missæ iisdem diebus celebrari. An verò non celebrentur plures missæ, sed solùm vna, aut altera. Si enim plures Missæ celebrentur, itavt defectua illius non sit allaturus populo notabile incommodum habebit locum paruitas materiæ, quia adhuc solum computaretur quantitas vitium, quibus alio die celebraretur, & incommodum populi aut leuè esset, aut etiam nullum. Si verò vna tantùm, aut altera Missa soleat celebrari, & concursus ad audiendam Missam sit considerabilis, & proindè non possit illa prætermitti absque notabili incommodo populi, erit peccatum mortale præsertim, quia posset esse causa, quod plures expectantes consuetam Missam non satis facerent præcepto.

Ex his colligitur. Quod si contingat vocari ad 5 exequias diebus præscriptis sibi ad celebrandum, aut ad aliquam Ecclesiam ratione alicuius solemnitatis, poterit ire aliquoties in anno, etiam absque peccato veniali. Nam adhuc remanet paruitas materiæ, & aliàs peccatum veniale excluditur stante rationabili causa, quæ est sufficiens ad fundandam interpretatiuam voluntatem fundatoris, quod contentus sit, quod in tali occasione variet præscriptum diem.

QVÆSTIO 1132.

An obligatio celebrandi quotidie cesset ratione impedimenti Ecclesiastici.

SVMMA.

1 *Obligatio celebrandi quotidie cessat ratione Ecclesiastici impedimenti.*
2 *Obligatus celebrare quotidie, non tenetur tribus diebus vltimis maioris hebdomadæ.*
Consuetudo interpretatur leges.
3 *Celebrans Feria V. & Sabbato maioris hebdomadæ an teneatur offerre pro fundatore.*
4 *Capellanus non tenetur supplere Missas tempore interdicti, &c. omissas.*
Obligatus ad aliquid censetur implere, si per ipsum non stet.
5 *Egrediens à loco interdicto tenetur celebrare iuxta suam obligationem.*
Obligatio personalis sequitur personam.
Capellano egredienti è loco interdicto, vt celebret, potest remitti pars obligationis.

DIcendum est. Obligationem celebrandi quoti- 1 die cessare, quando adest Ecclesiasticum impedimentum, vt esset cessatio à Diuinis, interdictum generale,

generale, &c. Ita specialiter Lugo Card. *disp.* 21 *de Eucharist. sect.* 1. *num.* 47. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 6. *num.* 61. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 18. vers. *item posse*. Et ratio est. Quia obligatio celebrandi quotidiè accipienda est in terminis habilibus, hoc est quando Ecclesia concedit celebrare, neque enim potest quis obligari ad celebrandum, quando Ecclesia non concedit celebrare. Et proindè obligatio non habet locum existente Ecclesiastico impedimento.

2 Ex his sequitur. Quod obligatus celebrare quotidiè, non teneatur celebrare tribus diebus vltimis maioris hæbdomadæ, vt aduertunt etiam iidem Doctores. Et quidem de feria sexta constat, quia non permittit Ecclesia in illa die celebrationem. Quod autem spectat ad feriam quintam, & Sabbathum quamuis secundum nonnullos Doctores celebrari possit, consuetudo tamen Ecclesiæ obtinet quod non celebretur; communiter id seruetur, & pauci tantum soleant celebrare. Obligatio autem est accipienda secundum Ecclesiæ consuetudinem. Cùm enim consuetudo interpretetur leges *l. si de interpretatione ff.* de *legib.* & *Cap. fin.* de *consuet.* interpretatur etiam leges positas in fundatione Capellaniæ.

3 An autem si celebret his diebus maioris hæbdomadæ, teneatur offerre pro fundatore, affirmat Lugo Cardin. *loc. num.* 1. *cit.* Verùm, quod dictum est de Capellano celebrante in die vacationis, hîc applicandum est. Nam his diebus non est obligatus celebrare ratione Capellaniæ, atque adeò, nec offerre pro fundatore, cùm obligatio imposita Capellaniæ non se extendat ad hos dies tanquam exclusos ratione Ecclesiasticæ consuetudinis. Ergo si celebrat, remanet ei liberum applicare sacrificium, cui voluerit. Nec recurri potest ad obligationem conditionatam, quia est iam exclusa, cùm ageretur de celebratione in die vacantiæ, tum quia fundator non habet facultatem comprehendendi hos dies sub obligatione quacumque, cùm solum possit extendere obligationem, quatenus ius, & consuetudo Ecclesiastica admittit celebrationem.

4 Sequitur secundò. Quod Capellanus etiamsi non sit obligatus celebrare quotidiè, non teneatur supplere Missas, quas tempore interdicti non celebrauit. Quia obligatio supplendi oritur solum ex voluntaria omissione. Per ipsum autem non stetit, quin celebraret, & ideò censetur implere obligationem suam iuxta communem regulam *l. iure Ciuili* ff. de *reg. iur.* & obseruant Socin. Sen. *in l. in testamento* 2. *num.* 6. *ff. de conditionib. & demon.* Ias. *in l. si pater.* vers. *similiter* C. de *collat.* Menoch. *consi.* 30. *num.* 19. Mantica *lib.* 11. *de coniect. vlt. volunt. tit.* 16. *num.* 16. Peregrin. *de fideicomm. ar.* 16. *n.* 122. Merlin. *decis.* 566. *num.* 13.

5 Sequitur tertiò. Quod si Capellanus egrediatur è loco interdicto, aut vbi est cessatio à Diuinis, non poterit celebrare, pro quo voluerit, sed tenebitur celebrare pro fundatore: vndè nec poterit egredi in hunc finem, vt non celebret pro fundatore. Interdictum namque, & cessatio à Diuinis ponunt tantum extrinsecum impedimentum, non autem extinguunt obligationem, & ideò remanet semper absolutè obligatus, & hæc obligatio, cùm sit personalis sequitur personam. Personalia namque sequuntur personam *l.* 1. *§. illud ff. quod legat,* & *l. fin.* §. *fin. ff de contrahen. empt.* Et ideò velle se aliò conferre, vt celebret, pro quo libuerit, esset velle tollere impedimentum obstans suæ obligationi, & nolle satisfacere obligationi. Nec dici potest, quod non esset iturus, si non posset offerre, pro quo vellet, & proindè quod possit præsumi voluntas fundatoris, ne impediat alteri beneficium oblationis, sicut dicebatur, quando agebatur de celebratione in die vacantiæ, nam sumus; in diuerso casu; siquidem tunc poterat Capellanus non celebrare, quia obligatio non se extendit ad illum diem: modò autem sumus in casu, in quo vrget obligatio absoluta, & solùm ab intrinseco impeditur exequutio, & consequenter deberet fundator remittere, quod sibi est absolutè debitum. Credo tamen quod aut consensu hæredum, aut auctoritate Ordinarij fieri posset aliqua compositio: nam cùm Capellanus non teneatur aliò se conferre, vt celebret pro fundatore, si vellet se conferre, posset ei remitti aliqua pars Missarum, quas applicaret, vt liberas; nam in hoc vtiliter ageretur negotium fundatoris; perciperet enim fructum aliquarum Missarum, quem aliàs non esset percepturus.

QVÆSTIO 1133.

An obligatus ad celebrandum quotidiè, teneatur in die Natiuitatis tres Missas applicare.

SVMMA.

1 *Obligatus quotidiè celebrare non tenetur tres Missas Natiuitatis applicare.*

2 *Obligatio celebrandi strictè interpretanda.*

3 *Obligatus ad celebrandum tribus diebus festiuis non tenetur applicare tres Missas Natiuitatis.*

4 *Obligatus ad celebrandum quotidiè, si contingat pluries celebrare, tenetur tantùm semel applicare sacrificium.*

Dicendum est. *Obligationem ad celebrationem quotidianam non extendi ad omnes tres Missas in die Natiuitatis Domini,* & proindè per vnicam tantùm Missam impleri obligationem. Ita Fraxinel. *de oblig. sacer. sect.* 4. *conclus.* 4. §. 11. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 86. vers. *Notandum est* Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 18 vers. *Item posse* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 11. *quæst.* 6. *num.* 65. Ratio est, Quia obligatio celebrandi quotidie sufficienter impletur per celebrationem vnius Missæ, nam soluatur quod celebrauerit pro fundatore, & ideò nihil ampliùs potest fundator à Capellano exigere. 1

Dices obligatio celebrandi quotidie intelligitur secundum consuetudinem Ecclesiæ, vt proindè dictum sit, quod non comprehendat tres vltimos dies maioris hebdomadæ. Ergo cùm in die Natiuitatis celebrentur tres Missæ, erunt omnes pro fundatore applicandæ. Resp. obligationem ad celebrandum quotidie esse secundum consuetudinem Ecclesiæ restrictiuam, non secundum consuetudinem Ecclesiæ ampliatiuam, & priuilegiatiuam, quia sumus in oneribus, quæ strictè interpretanda sunt, vt, quàm minus fieri potest, quisque grauetur. Et quia onus celebrandi quotidie in specie strictè interpretatur à iure vt in Cap. *significatum De praben.* consuetudo autem celebrandi tres Missas in die Natiuitatis est ex priuilegio, quo quisque potest vti, vel non vti, vndè qui vtitur, potest in beneficium proprium, aut cuius voluerit, vti, etiamsi sit obligatus ad celebrandum quotidie pro alio. 2

Ex dictis colligitur, quod si fundator obligaret Capellanum ad celebrationem singulis diebus festiuis, non teneretur applicare tres Missas in die Natiuitatis Domini, imò neque etiam in specie obligaret ad celebrandum in ipso die Natiuitatis, nisi exprimeret, quod vellet omnes tres Missas pro se applicari; nam celebrando pro fundatore vnam Missam 3

sam, exhibet ipsi totum id, quod est in eius dispositione, & ideò satisfacit; solum enim obligabat ad celebrandum in diebus festiuis, & etiam in die Natalis, si autem celebret vnicam missam pro fundatore verificatur, quod pro ipso celebret.

4 Colligitur secundò. Quod si alicubi, vel ex consuetudine in aliquibus diebus, vel ex necessitate pluries celebraretur, obligatus ad celebrãdum quotidie pro aliquo, teneretur semel tantum pro ipso applicare sacrificium. Militat enim eadem ratio, quæ pro die Natalis Domini, nempè quod per vnum sacrificium dispositio fundatoris obtineat suum effectum.

QVÆSTIO 1134.

An obligatio celebrandi quotidie comprehendat diem commemorationis omnium defunctorum.

SVMMA.

1 *In die commemorationis omnium defunctorum an offerendum sit pro omnibus defunctis.*

2 *In commemoratione omnium defunctorum an cesset obligatio Capellaniæ quotidianæ.*

3 *Dies commemorationis omnium defunctorum non est dies exceptus ab obligatione Capellaniæ.*

4 *Commemoratio omnium defunctorum an sit causa sufficiens interpretandi voluntatem fundatoris ad offerendum pro ipsis.*

5 *In die commemorationis omnium defunctorum Capellanus debet iuxta suam obligationem celebrare, nisi alias vacet.*

1 QVamuis Iacobus Fraxinel. *de sacerd. oblig. sect. 4. concl. 4. §. 2 a.* videatur sentire, quod adsit obligatio celebrandi pro omnibus defunctis in vniuersali, in die commemorationis eorundem. Supponendum tamen est tanquam certum non adesse huiusmodi obligationem, vt specialiter notat Alphonsus de Leone. *de iubil. 3. par. nu. 21. in fine & de offic. Capellani quæst. 7. sect. 9. num. 55.* Cùm enim commemoratio omnium Defunctorum sit ex institutione Ecclesiæ, obligatio quoque celebrandi pro ipsis in illo die, si adesset, esset ex institutione Ecclesiæ, de hac tamen institutione nullibi extat vestigium. Nec obstat, quod Ecclesia instituerit missam pro omnibus defunctis in illa die specialiter recitandam, tum quia instituit pro iis, qui vti voluerint, tum quia sicuti missa pro pluribus defunctis de communi potest applicari pro vno solo, ita etiam illa, tum quia illam instituit, vt omnes perciperent fructum, qui prouenit ab Ecclesia offerente; non autem, vt celebrans teneatur applicare fructum medium: nam sufficit fructus generalissimus, vt cum illo coniungi possit fructus Ecclesiæ offerentis. Quo stante dubitatur, an hic dies comptæhendatur sub obligatione Capellaniæ.

2 Quod autem in die commemorationis omnium defunctorum cesset obligatio Capellaniæ quotidianæ tradunt Alphonsus de Leone *par. 3. de iubil. & de offic. Capell. quæst. 7. sect. 9. num. 55.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 166.* vers. *Nota etiam.* Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 18.* vet. *Item posse.* qui volunt posse in illo die Capellanum celebrare pro aliquo defuncto particulari, vel pro omnibus, & subdit Auersa conueniens esse, quod se conformet Ecclesiæ, & celebret pro omnibus. Fraxinel. *de obligat. sacerd. sect. 4. conclus. 4. §. 2 a.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacramen. cap. 11. quæst. 6. num. 63. & 64.* Qui volunt tamen celebrare pro omnibus defunctis, subdit tamen Lugo hanc non esse rigorosam obligationem, sed maximam congruentiam.

Dicendum 1. *Obligationem Capellaniæ quotidianæ non cessare in die commemorationis omnium defunctorum.* Ratio est. Quia non est dies exceptus à fundatore neque à iure, neque à consuetudine. Ergo includitur sub obligatione. Quod non sit dies exceptus, constat, quia nullum ius exigit neque etiam Ecclesia, cùm non obliget, vt dictum est *num. 1.* ad celebrandum pro defunctis, siquidem neque etiam obligat ad celebrandum. Neque etiam consuetudo, quia non omnes offerunt pro omnibus defunctis, sed aliqui pro specialibus defunctis, alij prout obligantur, vel ratione stipendij, vel ratione Capellaniæ, & alij pro defunctis in communi; & ideò stante hac difformitate non potest prætendi consuetudo. 3

Dicendum 2. *Commemorationem omnium defunctorum esse causam sufficientem pro interpretanda voluntate fundatoris, quod contentus sit,* quod illa die Capellanus offerat, vel pro omnibus defunctis in communi, vel pro aliquo particulari ad se pertinente. Ratio est. Quia Ecclesia iudicauit conueniens esse, quod celebretur commemoratio omnium defunctorum; est etiam valdè conueniens, quod Sacerdotes dum ex officio habēt offerre sacrificium pro defunctis, quod in illa die concurrat ad iuuandos defunctos, vel in communi, vel aliquem in particulari qui ad ipsos pertineat. Ergo est etiam conueniens quod fundator pro tali die relaxet obligationem Capellani, vt possit satisfacere vel pietati erga defunctos in communi, vel charitati erga aliquem particularem. Stante autem hac conuenientia, potest præsumi eius voluntas relaxans obligationem. 4

Ex dictis sequitur. Quod obligatus ad celebrandum, non potest in commemoratione omnium defunctorum celebrare pro se, aut pro alio viuente, aut defuncto ad se non pertinēte, nisi sumat illum diem pro vacatione. Quia in tali casu deficit præsumpta voluntas fundatoris; nam in tantum præsumitur relaxare obligationem, in quantum celebretur pro defunctis in communi, aut pro aliquo ad celebrantem pertinente: vndè cùm deficiat fundamentum interpretandæ voluntatis, deficiet etiam voluntas interpretatiua. Et hoc habet locum etiam secundum Doctores citatos *num. 2.* quia in tantum dicunt, quod non obligatur celebrare pro fundatore, in quantum celebraturus est pro omnibus defunctis, aut pro aliquo particulari, & ideò cùm obligatio cesset ex hac causa, non cessabit, si non aderit hæc causa. Non potest autem intelligi de quocumque defuncto particulari, quia si ad celebrantem non pertineat, non est maior ratio, cur celebret pro ipso, quàm pro fundatore. 5

QVÆSTIO 1135.

An quando obligatio missæ quotidianæ, est imposita communitati, accipienda sit eodem modo, ac quando est imposita Capellano.

SVMMA.

1 *Obligatio celebrationis quotidianæ imposita Communitati, an admittat vacationem.*

2 *Si Communitas sit exequutrix non habet locum vacatio.*

3 *Habet in Capellano, si eligatur à Communitate. Accollans sibi onus, fit verus debitor.*

4 *Communitas electa vt exequutrix celebrationis non potest*

potest obligare Capellanum.
Exequutor operatur nomine mandantis.
5 *Communitas obligata ad celebrandum potest eligere Capellanum.*
Capellanus & Capellania quid importent.
6 *Clerici Regulares pro implendis oneribus Missarum sibi relictis possunt eligere Capellanos manuales.*

1 OBligatio Missæ quotidianæ imponi potest alicui Capitulo, Collegiatæ, aut Communitati Religiosæ: itavt tale onus collegialiter ab ipsis acceptetur & tunc dubitatur, quomodo interpretanda sit hæc obligatio: an scilicet admittat vacationem semel in hæbdomada, sicut quando est imposita Capellano, & an aliàs vacationes ex præsumpta voluntate fundatoris, de quibus dictum est in superioribus. Negat. absolutè Auersa *quæst. 11. de Eucharist. ver. Insuper plerique* Quia habet supplere per vnum, vel per alium; cùm enim sit obligatio communis toti corpori habet veluti insolidum omnes, & singulos obligatos.

2 Distinguendum tamen mihi videtur. Potest enim Communitas, quæ assumpsit obligationem retinere pœnes seipsam obligationem, & veloti se constituere exequutricem voluntatis illius, qui Missam quotidianam fundauit vel deputare ob quem tanquam Capellanum amouibilem cui imponat onus celebrandi. Primo modo certum esse debet, quod non sint admittendæ aliquæ vacantiæ ex quacumque causa, nam cessant motiua illa omnia, ex quibus in Capellano inducuntur. Cùm enim ista motiua oriantur ex persona, quatenus singulari, & singulariter obligata, vt est infirmitas, impedimentum aliud legitimum; æquitas, quod possit aliquando pro se vel coniunctis celebrare, quod respectu eiusdem quotidiana celebratio absque vlla vacantia sit nimis onerosa, cessant hæc omnia motiua, quando obligatio remanet pœnes Communitatem. Imò Cõmunitas, cùm sit persona ficta, nec per seipsam possit celebrare, retinet tantùm obligationem exequendi voluntatem fundatoris, & proindè faciendi celebrare Missas tanquam si essent manuales, & consequenter tot, quot sunt præscriptæ.

3 Si verò eligat Capellanum amouibilem, in quem transferat obligationem celebrandi, tunc iste Capellanus habebit easdem vacationes, quas habent cæteri, vel tenebitur Communitas supplere, quando ipse vacat; sicut vacante substituto, non tenetur Capellanus supplere. Neque quoad hoc locum habet declaratio S. Congreg. Episcop. & Regul. *sub die* 14. *Maij* 1617. quod obligatus quotidie celebrare per se, si legitimè impediatur, teneatur per aliom supplere. Quia non procedit, quando de iure, consuetudine aut præsumpta voluntate fundatoris vacat, sed quando aliàs tenetur celebrare, sed ob impedimentum non potest. Ratio est, Quia stante deputatione Capellani, Communitas tråsfert in ipsum onus, & obligationem celebrandi; & Capellanus accollat sibi tale onus, & constituitur verus debitor in ordine ad implendam voluntatem fundatoris, vt in simili tradunt Cencius *par. 3. capite 1. quæst. 3. ar. 3. num.* 10. Merlin. *decis.* 543. *num.* 2. Mastril. *decis.* 57. *num.* 7. Gratian. *cap.* 326. *num.* 14. *discep. forens.* Ludouicus *decis.* 386. *num.* 1. Rota *decis.* 14. *num.* 2. *in impre post. Cent. de consil.* Vndè cùm obligatio fiat propria, & personalis Capellani depotati, sicut remanet ipse personaliter obligatus, ita etiam fruitur vacantiis, quibus fruuntur alij Capellani.

4 Solùm difficultas est, an Communitas, quæ suscepit onus Missarum quotidianarum possit deputare Capellanum pro celebratione. Pro cuius resolutione inspicienda sunt verba dispositionis. Nam si instituens Missam quotidianam eligat Communitatem tanquam exequutricem suæ voluntatis, itavt in ipsam transferat obligationem procurandi celebrationem Missarum; tunc non poterit eligere Capellanum, quia non habet iura Capellaniæ in se translatæ, & proindè nec in alium transferre potest, sed solùm si acceptauit onus, se debet gerere tanquam procuratorem, & exequutioni mandare voluntatem institutionis procurando celebrationem Missæ quotidianæ tanquam manualis. Vndè cum exequatur mandatum illius, facit actum nomine mandantis, vt tradunt Roman. *consil.* 91. *num.* 1. Rotta *consil.* 636. *num.* 68. Alexan. *consil.* 90. *num.* 9. *lib.* 3. & *l. quotidiano §. si iis, quinum.* 5. *ff. de acquirendi heredit.* & consequenter noo potest nisi manuali modo committere Missas celebrandas.

At si obligatio celebrandi conferatur in ipsam Communitatem, tunc poterit eligere Capellanum, 5
in quem transferat onus celebrationis. Et ratio est. Qoia tunc obligatio celebrandi est personalis vtpotè collata in certam licet fictam personam qualis est Commonitas, nec est vaga, sicuti quaodo committtur procuratio celebrationis Missæ quotidianæ, quia tunc obligatio celebrandi nonest determinata, sed imponitur huic, vel illi, & est tantum in radice obligatioois exequendi voluntatem testatoris. Et proindè tanquam personalis obligatio, & determinata est per modum Capellaniæ, & facit quod illa Communitas se habeat per modum Capellani, cùm Capellanus sit ille; qui habet onus celebrandi Missam pluries in anno, vt obseruant Fusch. *lib. 2. de visit. cap.* 11. *num.* 5. Alphonsus de Leone *de offic. capel. quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 21. Et capellania sit onus celebrandi Missam in Capella, vel altari, vt notant Zerola *in praxi par.* 2. *verbo.* Beneficium 1. *ver.* 3. Lama *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. Vndè cùm apud Communitatem sint onera & iura Capellaniæ, poterit in alterum traosferre, & constituere Capellanum amouibilem, qui inseruiat in hoc onere, & sit Capellanus oon collatiuus, qui proindè participet, & omnia, quæ conueniunt habentibus Capellanias non collatiuas, de quibus dictum est in superioribus, aut poterit eligere substitutum, sicut eligunt Capellani, in quem traosferat onus celebrandi qui proindè in vacatione, se geret sicut substituti aliorum Capellanorum, & tanquam subrogatus in locum Capellani.

Ex dictis colligitur. Apud nos Clericos Regulares esse facultatem constituendi Sacerdotes per modum Capellani, aut substituti, in qoos transferatur onus celebrandi Missas perpetuas, quæ ex testamento, aut alio modo celebrandæ; imponuntur, oam Capitulum Generale vt habetur *par.* 1. *Decreti cap.* 7. *num.* 6. Ita statuit *Huiusmodi onera Missarum celebrandarum, si commodè fieri potest, & non obstet testatoris voluntas, ita deinceps acceptentur, vt per nostros, aut alios Sacerdotes tàm seculares, quàm Regulares ad arbitrium P. Præpositi designandos & amouendos adimpleantur.* Ex quibus constat, quod constitui possunt Capellani, qui adimpleant onera Missarum nobis imposita, qui siot amouibiles per Superiorem, cùm sub hac conditione tantùm à nobis acceptentur. Dicitur autem, *Et non obstet testatoris voluntas*, cùm fieri possit, quod testator iniungat, quod Missæ per nos ipsos celebrentur.

6 (beside "Ex dictis colligitur")

Quæst.

QVÆSTIO 1136.

An obligatus ad celebrandum aliquoties in habdomada, satisfaciat celebrando diebus ferialibus.

SVMMA.

1 *Obligatus aliquoties in habdomada, satisfacit celebrando diebus ferialibus.*

2 *Obligatio an aliquando extendi possit ad dies festos.*

1 DIcendum est. *Obligatum celebrare aliquoties in habdomada, satisfacere, si celebret in diebus ferialibus, nisi aliquid obstet.* Resolutio autem procedit supposito, quod fundator non determinauerit dies celebrationis. Ita etiam Bonac. *disp. 4. de sacramen. quaest. vlt. pun. 7. §. 6. num. 5.* Franciscus Lugo *de sacram. lib. 5. cap. 17. quaest. 6. num. 59.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. num.* 408. Et ratio clara est. Quia cùm fundator nihil determinauerit circa dies celebrationis, sed solùm, quod toties Capellanus celebret, quibuscumque diebus celebret, exhibet totum id, ad quod obligatur ex dispositione fundatoris, & proindè satisfacit oneri suo.

2 Subdunt tamen Bonac. Lugo, Dicastillus *n. n. seq.* 409. Fieri posse quod teneantur diebus festiuis celebrare, si videlicet Capellania instituta sit in loco, in quo nullum aliud sacrificium offeratur, nam ex hac circũstantia præsumi potest, quod fundator voluit prospicere commodo publico; vt possint fideles satisfacere præcepto audiendi Missam. Verùm existimo hanc circunstantiam de se præcisè non esse sufficientem ad inducendam hanc obligationem; nam quamuis in illo loco non celebretur alia Missa, fieri potest, quod in alijs locis habeat populus sufficientem commoditatem ad implendi præceptum aut quod non sit commodum populo accedere ad illam Ecclesiam, seù Capellam, & proindè, quod fundator non respexerit ad hanc commoditatem. Vndè solùm obligatio erit censenda determinata ad dies festos quãdo verisimile erit, quod testator ad illos respexerit, & quod ita voluisset, si interrogatus fuisset. Quod pensatis omnibus circumstantijs erit resoluendum.

QVÆSTIO 1137.

Quomodo sit accipienda obligatio celebrandi in diebus festiuis.

SVMMA.

1 *Obligatio celebrandi diebus festiuis ad quos se extendat.*

2 *Appellatione dierum festorum qui veniant.*

3 *Obligatio celebrandi diebus festiuis, an comprahendat festiuos ex deuotione.*

Obligatio est stricti iuris, nec extenditur.

1 CVm dies festiui alij sint tales de iure Ecclesiastico, & alij de iure fori. Dicendum est. *Capellanum obligatum ad celebrandum in diebus festiuis esse tantum quoad dies festiuos Ecclesiasticos, quoad forenses nisi aliud constet de mente fundatoris.* Ita etiam Dicastillus *tract. 5. de sacramen disp. 4. dub. 81. num.* 411. Qui licet loquatur de festis fori, & præcepti, attamen nomine fori intelligit de foro mundinali, vt constat ex contextu, nam loquitur de iis, qui celebrantur cùm obligatione abstinendi à seruilibus. Ratio est. Quia Festa forensia non sunt verè Festa; sed tantum dies destinati ad feriandum in iure dicendo, qui potius sunt vacationes, quàm Festa, cùm non sint ordinati ad cultum Diuinum. Cùm autem simus in dispositione, quæ respicit cultum Diuinum, debent accipi dies festiui in eodem ordine, & proindè destinati ad cultum Diuinum.

Ex quibus constat, quod nomine dierum Festorum non intelliguntur dies, in quibus celebretur officium alicuius Sancti sub quocumque ritu, vt obseruat idem Dicastil. *citat. num. praeced.* Dies enim Festiui appellatione, vt notant Viuald. *in Candel. par. 1. tit. de sacram. ordin. n. 25.* ver. *Tertia conclusio.* Azor. *par. 2. lib. 2. c. 17. quaest. 19.* Riccius *in Praxi resol. 173. num. 2.* veniunt tantùm, qui coluntur publico cultu cum abstinentia ab operibus seruilibus; & ita obseruantia; interpretatur, nam dispensatus ad ordines Sacros in tribus diebus Festiuis, in his tantùm ordinatur. Denunciationes quoque matrimoniales cùm ex Decreto Concilij Trident. debeant fieri in diebus Festiuis, in his tantùm fiunt. 2

Maior difficultas est, an obligatio extendatur ad dies Festiuos qui ex deuotione coluntur à populo in honorem alicuius Sancti. Cùm enim dies isti sint ordinati ad cultum Diuinum & populus in eis abstineat ob operibus seruilibus, videntur compræhẽdi sub obligatione; siquidem fundator in determinandis diebus respexit ad cultum Diuinum Festorum dierum, seù ad prærogatiuam; & qualitatem diei: vndè cùm etiam in his diebus militat eadem ratio, videtur habere locum eadem dispositio. Sed tenendum est non compræhendi, quia reuera non sunt dies Festi, licet colantur à populo, tanquam si essent dies festi. Neque enim locum habent quæ exigit dies Festus, vt interesse sacro, abstinere ab operibus seruilibus, sed voluntariè exhibentur: quare solùm habent quandam imaginem diei Festi, non autem sunt dies. Vndè cùm omnis obligatio sit stricti iuris, nec debeat extendi *l. Arianus ff.* de *act. & obligat.* & *l. obligationum substantia ead. tit.* & notant Bald. *consil. 55. n. 8.* ver. *sed ponamus lib. 2.* Fulgos. *consil.* 80. *in fine* ver. *sed & si quid.* Colderin. *Consil.* 20. *de iud.* Rota *decis. 436. num. 3. par. 3. Recent.* non est præsens obligatio extendenda ad hos dies. Neque militat eadem ratio. Nam cultus, qui in his diebus exhibetur Deo, & Sanctis, est cultus spontaneus populi, nec auctorisatus ab Ecclesia; & ideò non habet illum characterem, qui potuit mouere fundatorem ad obligandum Capellanum ad celebrandum, & ad colendum concurrere ad cultum Dei pro illo die. 3

QVÆSTIO 1138.

An quando deputandus est substitutus, possit à Capellano deputari.

SVMMA.

1 *Capellanus an possit deputare substitutum.*

Parrochus infirmus non potest sibi deputare Vicarium.

2 *Cur Episcopus debeat recognoscere identitatem Vicarij pro Parrocho.*

3 *Nisi aliter fundator disposuerit, potest Capellanus deputare substitutum.*

QVod Capellanus non possit deputare substitutum, qui suppleat onus celebrandarum Missarum 1

rum annexum Capellaniæ, seu beneficio simplici, docet Ricius *in Praxi resol.* 52. *num.* 6. *par.* 1. sed sit deputandus ab Episcopo. Et probat, quia Parochos infirmus non potest deputare Vicarium, qui suas vices suppleat vt tradunt Io. Andr. & Francis. *in Cap. Cum ex eo de elect.* Rota *in Hispolen. iur. nomin.* 6. *Octobr.* 1583. coram Seraphino. Ergo nec Capellanus suum Vicarium, seù substitutum.

2 Sed minor, quod non perceperit latum discrimem. Nam cùm Capellanus sobstituat solum in ordine ad celebrandam Missam, non requiritur alia idoneitas in substituto, quàm potestas sacerdotalis non impedita. At quando Parochus substituit in proprio munere, qoia substitoit in cura animarum, requiritur specialis idoneitas, de qua debet recognoscere Episcopus tanquam pastor vniuersalis in sua diœcesi, & ad cuius curam pertinant oous eiusdem Parochi. Itaque.

3 Dicendum est, *Quod pertineat ad Capellanum deputare suum substitutum, quando ipse non vult personaliter inseruire.* Ita etiam Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 87. Hoc tamen debet intelligi, nisi fundator aliter disposuerit. Fieri enim potest quod alteri tribuerit facultatem substituendi, aut quod reseruauerit consensum Rectoris Ecclesiæ, in qua est celebrandum Ratio autem clara est, quia cùm sit in potestate Capellani inseruire per se, vel per alium, habet etiam potestatem transferendi in aliom onus seruiendi, atque adeò eligendi, in quem transferat.

DE OBLIGATIONE CELEBRANDI RATIONE loci quoad Capellanos.

Solent fundatores Capellaniarum frequenter, imò vt plurimùm destinare Ecclesiam, imò etiam altare, in quo Missæ ab ipsis præscriptæ celebrandæ sint, & quia circa hanc obligationem ad sunt nonnullæ difficultates ideò modò explicandæ sunt tanquam de obligatione annexa obligationi absolutè celebrandi.

QVÆSTIO 1139.

An Capellanus teneatur in Ecclesia, seù altari designato celebrare.

SVMMA.

1 *Capellanus an sub mortali teneatur in loco designato celebrare.* & num. seq.

3 *Finis fundatoris semper habet locum in designatione loci pro celebratione.*

4 *Capellania transit ad Capellanum cum onere celebrandi in tali loco.*

5 *Obligatio celebrandi in tali loco est morali modo accipienda.*

Admitit paruitatem materia, & qua nam sit.

6 *Quot vicibus possit cessare: Et quid in hoc seruandum.*

7 *An si diu esset expectandum, excusetur si non celebret in loco præscripto.*

1 COmmuniter docent. Capellanom sub mortali teneri celebrare in Ecclesia designata à fundatore, aut altari. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 45. *quæst.* 2. *ar.* 2. Tabiena *verbo* Missa *num.* 45. Syluester *num.* 10. *in fine* Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 249. *de Missa num* 9. *ver. II. Nota.* Nauar. *in manual. cap.* 25. *num.* 135. & *de horis canonicis cap.* 5. *num.* 3. & 12. Azor *par.* . *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 7. *in fine* Cened. *quæst. cau.* 38 *num* 6. Zerola *in Praxi par.* 1. *verbo* Missa *ver.* 3 §. *ad* 3. Llamas 3. *par. Meth. cap.* 9. §. 14 *in fine* Graf. *par.* 1. *decis. lib. cap.* 53. *num.* 19. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 23 *num.* 6. Cualler. *quæst.* 688. *num.* 6. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. Possen in. *cap.* 2. *de offic. Curati num.* 25. Fraxinel *de obligat. sacerd. sect.* 4. *conclus.* 4. §. 9. Vgolin. *de offic. Epis. cap.* 14. *num* 4. Dicastil *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *num.* 383. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt. num.* 7. §. 4. *num.* 2. Auersa *quæst* 11. *de Eucharis. sect.* 18. ver. *Octauò. quando* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 5. *num.* 47. Gauant *ad Rubr. Missal. par.* 3. *tit.* 12. *num.* 6. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 2. *num.* 33. & *in Cap. significatum* de *prabend.* Moneta *de commutat. vltimar. volun. cap.* 7. *num.* 394. & *cap.* 10. *num.* 242. Thom. Hurtad. *tom.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 9. *num* 91. Perez de Lara *de anniuer. lib.* 2. *cap.* 8 *nu.* 30. Diana *par.* 2. *tract.* 14. *resol.* 29. Homobon. *par.* 1. *exam. tract.* 4. *c.* 13. *quæst.* 125. Faustus *lib.* 2. *de Eucharis. quæst.* 102. & 159. Genuens. *in Pastoral. cap.* 73. Rubeus *consil.* 4. *num.* 3. Morat. *consil.* 21. *num.* 4. Colcan. *de condit. lib.* 2. *quæst.* 221. *n.* 60. Riecius *in Prax. resol.* 753. *num.* 2. *par.* 1. Bardus *in select. moral. lib.* 10. *quæst.* 9. §. 1. *num.* 3. Lamberten. *de iur. patron. lib.* 3. *quæst.* 6. *ar.* 6. Cuchus *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 6. *num.* 69.

Alij tamen distinguunt, & volunt, quod tunc sub mortali teneatur Capellanus celebrare in altari, aut Ecclesia designata, quando fundator respexit ad cultum altaris, aut loci, ad commodum populi, ad memoriam suæ familiæ, aut quia elegit locum ex particulari deuotione, aut ex alia aliqoa simili causa. Pro hac sententia Marchin. mox citand. affert Lappum *Allegat.* 33. *num.* 4. Duenam *reg.* 254. Gratian. *in discept. Forens. cap.* 73. *num.* 5. & asserit sic censisse Rotam *in Bergomensi Legati* 9. *Octobr.* 1595. coram Seraphino, & ita sentiunt Marchin. *de ordine tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharis. sect.* 2. *num.* 36 Machad. *to* 2. *l.* 4. *par.* 1. *tract.* 12. *docum.* 15. *num.* 1. Leander *de sacram. tract.* 8. *disp.* 4. *quæst.* 84. *ver. Probabilius est.* Io. Henriquez *in sum. sect.* 22. *quæst.* 25. 2

Verùm non est necessaria ista distinctio. nec in praxi potest habere locum. Nam quando fundator eligit certum locum siuè Ecclesiam, siue altare, cùm indubitatum sit, quod tanquam intellectuale operans, operatur ex fine, necesse est, quod in tali electione habeat propositum aliquem finem, ratione cuius velit celebrari potius in hac Ecclesia, aut in hoc altari, quàm in alio. Ergo si quando respicit cultum, aut aliam similem causam, tenetur Capellanus celebrare in loco de signato, tenebitur semper, quia semper habet aliquam causam finalem, ad quam respicit in sua dispositione. Præsertim quia cultus est inseparabilis à sacrificio cùm consistat in eodem & sacrificio & ideò eo ipso, quod vult Ecclesiam, aut altare esse destinatum sacrificio, vult cultum altaris, & Ecclesiæ per illud sacrificium. 3

Accedit etiam. Quod cùm clarè constet de voluntate fundatoris, quod celebretur in tali Ecclesia, vel altari, iam etiam constat, quod Capellania annexum habeat hoc onus, & proindè cum hoc onere, seù lege transeat ad Capellanum *l. Is. cui opus* ff. de *noui oper. nunc* & *l. sit conuenerit* §. *si fundus* ff. de *pignorat. act.* & Cap. *Ex litteris* de *pignorib.* & Cap. *Tua*, & Cap. *penul.* de *vsur.* Cùm ergo Capellanus accepit Capellaniam transeuntem cum suo onere, & 4

 lege,

lege, pacto tacito se adstringit ad seruandam talem legem, & subeundum onus; & ideò dato etiam quod fundator non respexisset ad aliquam causam particularem, tenetur implere id, ad quod se adstrinxit cùm de iure naturali si implere obligationes susceptas. Vndè cùm in re graui non impleat voluntatem fundatoris, ad quam se obligauit, peccabit mortaliter.

5 Hoc autem non est ita strictè accipiendum, vt si aliquando non celebret, peccet mortaliter, sed est intelligendum moraliter, & admittenda paruitas materiæ, vt aduertunt Fraxinel *de obligatione sacer. sect. 4. concl. 4. §. 10.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. num. 384.* Faustus *lib. 2. de Eucharist. quæst. 102.* Diana *par. 2. tract. 14. resol. 29.* Mooeta *de commutat. ult. volunt. cap. 20. num. 242.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol moral. tract. 2. cap. 4. resol. 9. num. 95.* & alij. Quia si obligationem celebrandi offerendo sacrificium pro alio accipitur moraliter, & admittit paruitatem materiæ, ita etiam obligatio celebrandi in certo loco. Quanta autem possit esse omissio quæ non pertingat ad mortale. Diana putat esse bis, aut ter in anno. Thomas Hurtad. vrget, quia si potest sexies celebrare pro seipso, etiam per ipsum Dianam; cur non poterit etiam sexies omittere celebrare in loco deputato. Moneta autem vult, quod regulariter debeat celebrare. Verùm loquendo præcisè, & in dependenter a quacumque occasione, & causa, existimo, quod quindecim, aut viginti vices in anno erit paruitas materiæ. Quia si hæ considerentur in ordine ad cultum, aut ad quemcumque aliom finem fundatoris, aut ad nullam eiusdem voluntatem partem detrahent de cultu, aut de alio fine intento & parum etiam contrariabuntur voluntati ipsius & proindè erunt habenda pro parua materia; Accedit etiam, quod qui aliquid facit frequentissimè, & ferè quotidie, dicitur id facere quotidie, & ideò vt saluetur, quod quotidie celebret in altari, vel Ecclesia, sufficit, si frequentissimè celebret vt rarò omittat. Istæ tamen vices debent accipi interpellatè, nam si coniunctim acciperentur, essent quid notabile, quia notabiliter interrumperent cultum, & essent quid magis æstimabile in ratione defectus,

6 Puto tamen; quod hoc totum sit metiendum ex circumstantiis, & occasionibus occorrentibus: & proindè aliquando etiam plures vices excusare à peccato mortali. Cùm enim obligatio celebrandi quotidie accipiatur moraliter ex præsumpta voluntate fundatoris, qui censetur noluisse ita strictè obligare Capellanum, ex eadem etiam desumenda est interpretatio, quot vicibus possit cessare quod tunc contingit, quando adest aliqua rationabilis causa, quæ proposita fundatori esset sufficiens motiuum relaxandi pro illa vice obligationem, & si ex deuotione vellet alibi celebrare, si inuitaretur ab aliquo amico rectore alicuius Ecclesiæ ad ibi celebrandum occasione alicuius festiuitatis; si negotiis impeditus non posset accedere ad Ecclesiam destinatam; si difficile posset accedere, aut ratione pluuiæ, aut ratione debilitatis corporalis, aut si occurrerent aliæ similes causæ, quæ continerent rationabile motiuum relaxandi obligationem. Quia cùm non possimus interrogare fundatorem, an vellit relaxare obligationem, quia eius voluntas præsumitur fuisse rationabilis in imponenda obligatione, atque adeò impos... secundum mensuram rationis, id circò præsumitur, si interrogatus fuisset, quod rationabili motiuo relaxaturus fuisset.

7 Ex his colli itur cùm Lugone Cardinali *disp. 21. de Eucharist. sect. 2. num. 18. & 40.* Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect. 18. ver. Octauò quando* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 11. quæst. 5. num. 51.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. n. 385.* in fine. Quod si Capellanus non posset celebrare in altari, vel Ecclesia designata, nisi per considerabile tempus expectaret, quia scilicet aut in Ecclesia, aut altari exerceretur aliqua functio, quæ impediret celebrationem, vt esset consecratio Episcopi, tunc posset in alio altari, aut Ecclesia celebrare. Ratio est. Quia dum deberet per considerabile tempus expectare, deberet subire speciale onus: vndè potest præsumere de mente fundatoris, quod voluerit obligare cùm illo speciali onere, atque adeò quod possit alibi celebrare.

QVÆSTIO 1140.

An de consensu hæredum possit Capellanus alibi, à loco destinato celebrare.

SVMMA.

1 *Capellanus nec de consensu hæredum potest celebrare in alio loco, quàm in præscripto à fundatore.*

2 *Dispositio fundatoris omninò seruanda.*
Voluntas fundatoris non potest immutari ab hæredibus, nec illi renunciare possunt.

3 *Si hæredes cedant iuri proprio adhuc tenetur Capellanus celebrare in loco præscripto.*

Dicendum est. *Non posse celebrare in alio loco prætorquam in destinatò etiam de consensu hæredum.* Ita Genuens. *in Pastorali Manual. c. 72.* Riccius *in Praxi resol. 353. num. 5. ver. supra positam par. 1.* Fraxinel. *de obligat. sacerdot sect. 4. conclus. 4. §. 10.* Dicastil. *de sacrament. tract. 5. disp. 4. dub. 21. num. 884.* Bonac. *de sacram. disp. 4. quæst. vlt. par. 7. §. 4. num. 3.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat. 24. num. 35.* in fine. Homobon. *par. 1. Examin. Eccles. tract. 4. cap. 13. quæst. 193.* Marchin. *de sacramen. ordin. tract. 3. par. 2. cap. 14. nu. 5.* in fine Thomas Hurtad. *to. 1. resol. moral. tract. 2. c. 4. resol. 9. num. 96.* Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 18. ver. octauò quando.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacramen. cap. 11. quæst. 5. num. 48.* 1

Ratio autem est. Quia voluntas fundatoris, & eius dispositio est omninò seruanda *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* & Cap. *Porro de priuileg.* & notant Peregrin. *consil. 33. num. 12. lib. 1.* Menoch. *cons. 533. num. 2.* Ludouis. *decis. 4. num. 2.* Duran. *decis. 418. n. 1.* Rota *decis. 155. num. 1. par. 1. Recent. & decis. 254. n. 1. par. 2.* Vndè cùm voluntas fundatoris non subsit hæredibus, non possunt eam immutare, nec ipsi renuntiare, vt notant Doctores in Clemen. *Quia contingit. de relig. domib.* Bonifac. Cardin. Imola & alij Neque enim voluntas fundatoris mansit in voluntatem hæredum: sed voluntas hæredum obligata manet voluntati fundatoris itavt debeant eam manutenere quantum ad eos spectat. 2

3 Ex quibus colligitur. Quod licet hæredes cedant iuri proprio quod habent compellendi per Episcopum Capellanum ad celebrandum in Ecclesia vel altari designato per fundatorem, & Episcopus quoque conueniat, si alibi celebret non satisfacit moneri proprio, & peccat mortaliter. Quia scilicet non extinguitur ex hoc obligatio celebrandi in loco designato. Nec enim prouenit à fundatore, qui erexit Capellaniam cum tali onere, & Capellano acceptante Capellaniam, atque adeò ex pacto tacito inter fundatorem, & Capellanum, quod semper firmum manet. Et hoc habet locum etiamsi Capellania non sit collatiua, quia adhuc fructus soluuntur sub onere huiusmodi, quod separari non potest, nec ab hæredibus qui nec ab alio,

qui

qui non habeat potestatem supra voluntatem fundatoris.

Qvæstio 1141.

An ex causa cum consensu Episcopi possit Capellanus celebrare alio loco à destinato.

SVMMA.

1 *Episcopus sine causa non potest concedere Capellano, vt celebret in alio loco à designato.*

2 *Obligatio celebrandi in tali loco aliquando de se cessat.*

3 *Ex rationabili causa de consensu, hæredum potest Ordinarius concedere Capellano vt celebret in alio loco à præscripto.*
Quando exequutio est difficilis potest Ordinarius cum hæredum consensu ad tempus alterare voluntatem testatoris.

4 *Ex legitima causa & absque hæredum consensu potest Ordinarius dare facultatem Capellano, vt non celebret in loco designato.*

5 *Episcopus non potest dispensare cum absente vt non celebret in loco destinato.*

6 *Obligatio celebrandi in tali loco præscribi potest.*
Qualitati beneficij contraria consuetudine derogari potest.

7 *Quid si per quadraginta annos partim celebratum sit in loco præscripto, & partim non.*
Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus.
Vnus actus in contrarium probat non extare consuetudinem.

8 *Actus difformes inducunt consuetudinem non celebrandi semper in eodem loco.*
Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu.

1 IN titulo quæstionis dixi ex causa. Quia absque causa non potest. Episcopus concedere licentiam Capellano, vt non celebret in altari destinato à fundatore, vt inter alios obseruant Imola *in Cap. significatum num. 23. de præbend.* Nauar. *De orat. cap. 5. num. 20.* Seraphin. *decis. 1549. num. 2.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 9. num. 96.* Cùm enim mens fundatoris impleri possit, & de ipsa constet, non potest Episcopus relaxare obligationem Capellani, cùm non sit Dominus voluntatis eiusdem fundatoris.

2 Est supponendum. Adesse aliquas causas, quæ de se absque Episcopi consensu relaxant obligationem celebrandi in altari designato, vt obseruant. Merenda *Consil. 29.* Genuens. *in manuali past cap. 72.* Riccius *in Praxi decis. 353. num. 4. & 5. par. 1.* vt si altare esset destructum, aut amisisset consecrationem, aut inundatio impediret accessum, aut si Ecclesia esset interdicta, aut quæcumque alia huiusmodi, quæ vel physicè, vel de iure reddant impossibilem celebrationem; cùm enim nunquam obligatio ad impossibilia se extendat, non fuit intentio fundatoris obligare Capellanum ad celebrandum, quando obligatio redderetur impossibilis. Et hoc etiam habet locum quando altare, aut Capella est facta locus indecens pro celebratione; nam tunc de iure non potest in ipsa celebrari; sicut etiam si altare non esset decenter ornatum.

3 Dicendum est. *Ordinarium de consensu hæredum, seù Patroni posse ex rationabili causa dispensare, vt celebretur in alio altari in eadem Ecclesia.* Ita Lamberten. *de iure patron. lib. 3. quæst. 6. ar. 6. num. 3.* Moneta *de mutat vlt. volunt. cap. 3. quæst. 11. num. 368.* Marchin. *de sacramen. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 5.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 9. num. 97.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vl. pun. 7. §. 4. num. 4.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. nu. 387.* Ratio autem est quia potest Episcopus cum consensu hæredum fundatoris, seù testatoris voluntatem ex rationabili causa ad tempus mutare, & alterare, etiamsi exequutio non sit omninò impossibilis, sed solùm difficilis, vt tradunt Felin. *in Cap. Cùm accessissent de constit.* Bart. *in Cap. fin. ver. Vincentius autem de testament.* Lamberten. *de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. ar. vlt.* Socinus *de oblat libel. 19. nu. 19.* Cuh. *lib. 2. maior. instit. tit. 9. num. 82.* Vgolin. *de offic. Epis. cap. 61. num. 7.* Quod enim est difficile habetur pro impossibili *l. Nepos Procul.* ff. de *verbor. significat.* & Cap. *statuimus* 2. de *offic. de leg. in* 6. vt cum pluribus obseruat Sanchez *lib. 5. de matrim. disp. 5. num. 5.*

4 Dicendum 2. *Stante legitima causa, aut impedimento potest Episcopus etiam absque consensu hæredum dispensare, vt Capellanus celebret in alio altari.* Ita Henriquez *lib. 9. sum. cap. 22. num. 6.* Graf. *par. 1. decis. lib. 2. cap. 53. num. 15.* Monera *de commut. vlt. volun. cap. 5. quæst. 11. n. 368.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæ. vlt. num. 7. §. 4. num. 3.* Homobon. *par. 1. Exam. Eccles. tract. 4. cap. 13. quæst. 103.* Barbosa *de potest. Episc. allegat. 24. num. 36.* in fine & *allegat. 19. num. 8.* Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 5.* Thomas Hurtad. *par. 1 resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 9. nu. 97.* Dicastil. *de sacramentis tract. 5. disp. 4. dub. 21. nu. 387.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 11. quæst. 5. num. 48.* Ratio autem est. Quia per hoc non aufertur alicui ius acquisitum, & ideò voluntas fundatoris est capax dispensationis concurrente iusta causa, sicut etiam est capax lex ipsa. Vndè cùm voluntas fundatoris celebrandi in tali altari sit quædam lex imposita Capellaniæ, & non sit lex superioris, poterit Episcopus in ea ex causa dispensare. Accedit etiam, quod si priuata persona potest interpretari voluntatem fundatoris, quod non intenderit obligare concurrente tali causa; à fortiori poterit Episcopus declarare quod dispositio fundatoris in tali casu non habeat locum. Vndè Concil. Prouinciale Mediolanense IV. declarauit, quod obligatus celebrare in vno altari, possit celebrare in alio, cum consensu Episcopi, aut illius, cui ipse commiserit.

5 Ex dictis colligitur contra Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 5.* Non posse Episcopum dispensare cum absentè, si absentia sit longa, vt celebret in loco, vbi reperitur, si sit obligatus in certa Ecclesia, aut altari celebrare, & proindè non posse concedere licentiam, vt Capellanus absit à loco, vbi tenetur celebrare studiorum causa, & celebret vbi studet, & non suppleat per alium in loco præscripto. Ratio est. Quia est ius quæsitum Ecclesiæ, quod in ipsa celebretur, cui potest Episcopus derogare Deindè quia longa absentia, siue studiorum, siue alterius negotij causa, non exigit talem dispensationem, nam cùm possit inseruire per alium ex eo, quod non possit inseruire per seipsum, non indiget dispensatione, quæ tunc tantùm concedi potest, quando lex redditur difficilis, ita vt non cesset quidem obligare, sed ita obliget, vt sit valdè onerosa. Denique cùm obligatio inseruiendi in his Capellaniis, sit alternatiua, vel per se, vel per alium, quando Capellanus eligit aliquid incompossibile cum vna parte alternatiuæ, vt studere extra locum Capellaniæ censetur se obligare ad alteram partem alternatiuæ.

6 Secundò colligitur cum Abbate *consil. 96. dub. 3.* Lamberten. *de iure patronat. 66. 3. quæst. 6. arb. instit. & num. 2.* Moneta *de commut. vltim. volun. cap. 5.*

quæst. 11 *num.* 395. Per consuetudinem, seu præscriptionem quandam genericam derogari posse obligationi celebrandi in tali altari, aut Ecclesia, si tamen fuerit pacifica, & libera absque vlla contraria compulsione, quia etiam qualitas beneficij contraria consuetudine derogari potest iuxta ea, quæ notant Doctores in Cap. *cum Benefic.* de *prabend. in* 16. & Cap. *fin. de consuetud.* & Cap. *de quarta de præscript.*

7 Dubitari tamen potest. Quid dicendum, si per 40. annos passim celebratum fuerit in altari, aut Ecclesia præscripta, & partim non. In quo certum est, quod non esset consuetudo absolutè non celebrandi quia non inducitur consuetudo ex actibus difformibus, vt obseruant. Bart. *in l.* 2. *num.* 22. *ff. soluto Matrim.* Decius *consil.* 215. *num.* 2. ver. *secundò hoc idem* Crauetta *consil.* 96. *num.* 3. Afflict. *decis.* 280. *num.* 9. Ludouis. *decis.* 162. *num.* 8. Merlin. *decis.* 69. *n.* 25. Rota *in Ciuitatis Castelle bonorum* 17. *Iunij* 1578. coram Cantucio, & in *Molitensi praced.* 5. *Decemb.* 1528. coram Patriarca Alexand. Imò vnos actus contrarius probat non extare consuetudinem, vt aduertunt Bart. *in l. semper in stipulationibus* in fine ff. de *reg. iur.* Cagnolus *ibid. num.* 12. Beroius *consil.* 5. *nu.* 23. *lib.* 1. Schrader *de feud. par.* 10. *sect.* 20. *n.* 137. vet. *vsque adeò.* Ludouis. *in dicta decis.* 161. *num* 9.

8 Verùm licet ex actibus difformibus non inducatur consuetudo non celebrandi inducetur tamen consuetudo non celebrandi semper: Si tamen actus non celebrandi sint tales, vt non sint ex dispositione, aut ex præsumpta voluntate fundatoris iuxta dicta in superioribus; nam tunc sicuti interrumpunt continuam celebrationem, & reddunt difformem, ita etiam habent vim inducendi consuetudinem vt conformis, & continua celebratio interrumpi posse; siquidem consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & vsu, vt obseruant Bald. *consil.* 27. *vol.* 2. Fælin. *in Cap. Auditis. num.* 19. de *præsump.* Surd. *consil.* 315. *num.* 13. *decis. Pedemon.* 29. *num.* 18. Rota *decis.* 91. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.*

QVÆSTIO 1142.

An Capellanus obligatus celebrare in certo altari possit celebrare in priuilegiato.

SVMMA.

1 *Obligatus celebrare in certo altari an possit celebrare in priuilegiato,* & num. seq.

2 *Non celebrans in altari designato non implet mentem fundatoris.*
Fundator censetur voluisse, quod non expressit.

3 *Designatio altaris pro celebratione est propter cultum illius.*

4 *Quando habens designatum altare, possit loco illius celebrare in priuilegiato.*

5 *Quando fundatori præscribit altare priuilegiatum, possit celebrari in alio sed priuilegiato eiusdem Ecclesiæ.*

1 SVpponitur, quod in eadem Ecclesia existat altare priuilegiatum. Et quod possit Capellanus relicto altari designato celebrare in priuilegiato, quando celebrandum est pro defunctis tradunt Auersa *quæst.* 15. *de Eucharist. sect.* 18. ver. *Octauò quando* Logo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 36. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 5. *num.* 52. Dicastil. *de sacramen. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *num.* 385. qui tres posteriores limitant, nisi fundator respexerit ad cultum, aut splendorem altaris, quia tunc non poterit variare.

Probabilius tamen mihi videtur absolutè non licere variare, & celebrare in priuilegiato. Nam licet celebrando in priuilegiato videatur vtilius negocium fundatoris tractare, & melius satisfacere; attamen non implet mentem ipsius, nec satisfacit eius voluntati, quæ est, quod in altari designato celebretur; si enim voluisset celebrari in priuilegiato, facile id ei fuisset explicare, & ideò cùm id non expresserit censetur noluisse Cap. 2. *de translat. prælat.* & Cap. *ad audientiam de decimis*, & notant Surdus *decis.* 88. *num.* 4. Menoch. *consil.* 30. *num.* 8. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. Glos.* 9. §. 1. *num.* 33. Vndè signum est, quod altare à se designatum prætulerit priuilegiato. 2

Deindè. Quando fundator designat altare, in quo est celebrandum si ad se pertineat aliquo modo, certum est, quod intendit cultum, & splendorem illius, nam ipsum prælegit præ ceteris, vt ipsi conferat splendorem ex celebratione: & proindè esset contra voluntatem ipsius variare, quia non obtineretur finis ab ipso intentus; si verò non pertinet ad fundatorem & proindè non militet præsumptio, quod voluerit ipsi prouidere de cultu, militat alia ratio, quia cùm ipsum præ ceteris assumat, declarat specialem affectum erga ipsum, atque adeò deuotionem erga Sanctos in quorum honorem est erectum: Vndè neque adhuc satisfieret voluntati ipsius, si celebraretur in priuilegiato, quia non obtineretur finis, qui est honor & splendor altaris ex celebratione in cultum Sanctorum quibus est erectum. 3

Itaque tunc solùm censerem posse celebrare Capellanum in priuilegiato, quando celebratio esset pro pluribus instituta, vt pro familia fundatoris, & contingeret, quod aliquis moreretur ex iis, pro quibus est celebrandum, tunc enim potest Capellanus ter, aut quater; celebrare in altari priuilegiato iuxta mentem fundatoris: nam verisimile est, quod in tali casu fundator præferat priuilegium altaris, & vtilitatem, cultui, & splendori altaris à se designati pro illis vicibus. 4

Ex his colligitur. An quando fundator præscribit, quod celebretur in altari priuilegiato, possit Capellanus celebrare in altari diuerso, sed tamen priuilegiato eiusdem Ecclesiæ. Affirmant Doctores *n.* 1. citati, & limitant, nisi fundator respexerit ad cultum altaris à se electi, verùm eodem modo resoluendum est Quod absolutè non liceat, si fundator nominatim expressit altare; quia expressio facta nominatim significat moueri ex speciali affectu erga altare, & deuotione erga Sanctos; in quorum honorem est erectum, & proindè intendere cultum, & splendorem illius: Si verò non expressit altare nominatim, sed solùm iniunxit, quod celebretur in altari priuilegiato, poterit Capellanus celebrare in quocumque voluerit ex priuilegiatis. 5

QVÆSTIO 1143.

An obligatio Regularium celebrandi Missam quotidianam in propria Ecclesia sequatur ipsos si se transferant ad aliam Ecclesiam.

SVMMA.

1 *Obligatio Missæ quotidianæ sequitur Regulares transeuntes ad aliam Ecclesiam.*

2 *Onus celebrandi assumptum à Regularibus est personale.*

3 *Quid*

3 *Quid ſi ſit in legato expreſſa Eccleſia nomine proprio.*
Quando locus cenſeatur adiectus fauore perſona.
4 *Eccleſia Regularium non cenſetur expreſſa taxatiuè.*
5 *Quid ſi exprimatur cum verbis perſonaliter ſignificantibus.*
Verbum ipſa retinet reſpectum, quod lubet, nomen, cui adiicitur.
6 *Onus curandi celebrationem miſſarum in ſua Eccleſia ſequitur exequutores ad aliam Eccleſiam tranſeuntes.*
Legatum præſumitur factum perſonæ, ſi in ipſas ſit conceptum.

1 QVia contingere poteſt. Quod quis legatum relinquat pro Miſſa quotidiana celebranda in tali Eccleſia, aut etiam altari, aut inſtituat Capellaniam ad eundem finem, & obligationem imponat Regularibus celebrandi dictam Miſſam: dubitatur ſi contingat, quod dicti Regulares mutent Eccleſiam an obligatio ipſos ſequatur, & transferatur ad nouam Eccleſiam; An verò ſimul cum emolumentis legati, ſeù Capellaniæ remaneat apud priorem Eccleſiam. Dicendum eſt autem. *Obligationem ſequi ipſos Regulares, & transferri ad nouam Eccleſiam, itavt ſubrogetur noua Eccleſia loco prioris.* Ita Marchin. *de ſacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 3.* Thomas Hurtadus *par. 1. reſol. moral. tract. 2. cap. 4. reſol. n. 99.* Rota *in Bergomenſi legat. 9. Octobr.* 1595. coram Seraphino quæ eſt *deciſ.* 1149. inter impreſſas ipſius.

2 Ratio autem eſt. Quia onus celebrandi Miſſas annexum legato ſeù Capellaniæ, fuit impoſitum Regularibus, qui proindè fuerunt principaliter contemplati in legato, ſeù fructibus Capellaniæ, quos ratione oneris adiuncti, debeant percipere iuxta *l. Patre Filium §. Tuſculanos* ff. de *leg.* 3. Vbi Doctores Bart. & alij Ruin. *conſil. 75. num. 8. lib. 2.* Socin. *in l. 2. num.* 12. ff. de *reb. dub.* Couarruu. *in Cap. Requiſiuiſti num.* 10. de *teſtam.* Mantica *de coniectur vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 18. & lib. 8. tit. 6. num.* 23. Et proindè cùm ſimus in perſonalibus, ſequentur perſonas, & Eccleſia cenſenda erit expreſſa tanquam ea, in qua celebrant dicti Regulares, itavt electa ſit Eccleſia ratione perſonæ, non perſonam ratione Eccleſiæ: & ideò ſemper perſona traher ad ſe Eccleſiam tanquam electam ratione perſonæ.

3 Quod habet locum, etiamſi expreſſa fuiſſet Eccleſia nomine proprio cum relatione tamen ad eoſdem Regulares, quia exprimeretur tanquam propria ipſorum, vt ſi diceretur in Eccleſia ſua S. Andreæ, aut in Eccleſia S. Andreæ P. Franciſcanorum, aut alia aliqua ſimili relatione. Quia adhuc cenſetur electa Eccleſia, non ratione ſui, ſed ratione pertinentiæ ad ipſos Regulares, itavt fauore perſonarum fuerit adiectus locus non fauore ipſius loci, argum. *l. Cùm ita §. in fideicommiſſo* ff. de *leg.* 2. vbi Gloſ. & *l. fin. C.* de *verbor. ſignificat*, & obſeruat Seraphin. *deciſ.* 1549. *num.* 11. Vndè poſita pertinentia ad eoſdem Religioſos in quacumque Eccleſia cenſebitur contemplata, non ratione ſui, ſed ratione ipſorum, cùm ponatur totum fundamentum contemplationis pro ipſis.

4 Quin imò, etiamſi Eccleſia fuiſſet expreſſa nomine proprio abſque expreſſione pertinentiæ ad Regulares legatarios, adhoc celebrare poſſent Miſſas in noua Eccleſia. Nam Eccleſia expreſſa à teſtatore cenſeretur electa tanquam ea, in qua dicti Regulares celebrarent, & appoſita fauore eorundem Regularium, & tanquam apta ad exequutionem oneris iniuncti: & ideò non eſſet expreſſa taxatiuè, nec reſtringeret diſpoſitionem celebrationis Miſſarum ad ipſam iuxta Authen. *Caſſa C.* de *ſacroſancta Eccleſia* & obſeruant Gloſ. *ibidem* Dec. *conſil.* 7.

5 Maior difficultas eſt, ſi in diſpoſitione adeſſent aliqua verba, quæ perſonaliter ſignificarent, & proindè viderentur reſtringere diſpoſitionem ad Eccleſiam expreſſam, vt ſi diceretur *in ipſa Eccleſia S. Andreæ* Et adhuc exiſtimo, non coarctari celebrationem ad talem Eccleſiam. Quia dum diſpoſitio procedit de Eccleſia, quæ eſt propria Regularium, quibus eſt impoſitum onus celebrandi Miſſas, cenſetur contemplata cùm hac qualitate proprietatis, & quatenus eſt illa, pro cuius officiatura ſunt deſtinati Regulares; & ideò eſt accipienda ſemper cum hac qualitate. Vndè dictio *ipſa* demonſtrabit Eccleſiam Expreſſam cum tali proportione, itavt tanquam reſtrictiua non reſtringat diſpoſitionem ad Eccleſiam talis nominis, ſed ad Eccleſiam talis qualitatis, nempè, quæ ſit propria Regularium itavt ſenſus ſit, quod Miſſæ celebrentur in ipſa propria Eccleſia, quæ eſt v. g. S. Andreæ, quia cùm Eccleſia ſit expreſſa cum reſpectu ad Regulares poſſidentes, etiam verbum. *Ipſa* cùm eodem reſpectu accipiendum eſt, vt obſeruant Crauetta *conſil.* 16 *num.* 3. & *conſil.* 23. *num.* 26. Seraphinus *deciſ.* 319. *num.* 2. Et conſequenter erit poſitum ad demonſtrandam poſſeſſionem iuxta ea, quæ tradit Gratianus diſcept. Forenſ. *cap.* 98. *num.* 7. Ex quo fit, quod potius cenſeatur electa qualitas Eccleſiæ, nempè quæ ſit propria talium Regularium, quàm ipſa Eccleſia.

Et quæ dicta ſunt, locum habent in quouis alio 6
Collegio, ſeù Communitate, cui iniunctum ſit onus idem, cùm militet eadem ratio. Imò etiam ſi ſolùm eſſet iniunctum onus curandi celebrationem Miſſarum in ſua Eccleſia vt tenuit Rota in dicta *Bergomenſi legati 9. & deciſ.* 1595. coram Seraphino, & *deciſ.* 1549. in impræſſis, quia militat eadem ratio, quod locus adiectus eſt contemplatione perſonæ, quia cùm legatum ſit conceptum in perſonas, & ad ipſas, verba ſint directa, præſumitur factum perſonæ non loco, præſertim quia perſonæ ſeorſim à loco fuerant contemplatæ iuxta ea, quæ tradunt Baldus *in l. ſignis §. in omnibus num.* 19. C. de *Epiſc. & cler.* Doranus *deciſ.* 130. *num.* 3.

QVÆSTIO 1144.

An ſi fundator diſponat, quod miſſa celebretur in altari deuota Imaginis, poſſit in alia Eccleſia celebrari, ſi ij quibus commiſſa eſt celebratio, ſe transferant ad aliam Eccleſiam.

SVMMA.

1 *Onus celebrandi Miſſas in altari deuota Imaginis an ſequatur ſe transferentes ad aliam Eccleſiam.*
2 *Non ſequitur ſi per ſe primò intenta ſit celebratio in tali altari.*
Quando locus eſt primò contemplatus legatum eſt loco addictum.
3 *Diſpoſitio certa reſpectu loci non poteſt aliò transferri.*
Electo miniſterio, inſeruientis loco, celebratio remanet addicta loco.
4 *Si in fundatione ſint contemplatæ primò perſonæ onus Miſſæ ipſas ſequitur.*
Mens diſponentis accipit interpretationem ab eo, quod commodè fieri poteſt.
Sufficit, ſi mens diſponentis quò melius fieri poteſt obſeruetur.
Celebratio eſt propter cultum loci, quando deſignatur, & non intenditur fructus.

HVic difficultati reſp. Thomas Hortad. *par. 1 reſol. moral. tract. 2. cap. 2. reſol. 9. num.* 100. Quod 1
ſi

si transferatur Imago ad nouam Ecclesiam, transfertur etiam celebratio Missarum. Quod si non transferatur imago, remanent ibi Missæ celebrandæ & emolumentum relinquendum sit priori Ecclesiæ mouetur quia tunc locus censetur electus ob cultum illius imaginis, & ex deuotione fundatoris ad ipsam: non autem conuentus, seu Regulares; & proindè locus non stat demonstratiuè, sed taxatiuè.

2 Verùm cum distinctione videtur procedendum. Si enim fundator, aut testator per se primò disposuit, quod Missa celebraretur in altari, in quo speciali culto imago aliqua colatur & deindè onus celebrandi imposuerit Regularibus aut cæteris, ad quos pertinet Ecclesia, tunc si moueant Ecclesiam, non transit cum ipsius onus celebrationis, sed remanet implendum in priori Ecclesia. Et ratio est. Quia in dispositione fuit per se primò contemplatus locus, & celebratio commissa fuit iis, ad quos pertinet Ecclesia, ratione loci, & ideò tam emolumentum, quàm onus remanet addictum loco iuxta *l. Annua §. Titia de leg.* & *l. 2. ff. de reb. dub.* & notant Menoch. *præsumpt.* 502. *num.* 21. *lib.* 4. Rota *decis.* 574. *num.* 8. *par.* 1 *diuer.* & *in voluntaria Capellania* 7. *Maij* 1607. coram Cardinal. Lancelloto.

3 Vndè cùm dispositio sit certa respectu loci, & possit in ipso impleri, non potest alterari, & ad alium locum transferri, vt notant Bald. *in l. si quis num.* 9. ver. *iuxta hoc C.* de *Episcop.* & *cler.* & *in l. fin. num.* 57. in fine C. de *his qua pœna num.* Imol. *in Cap. hos quidem num.* 23. ver. *Si verò potest.* de *testament.* Nauar. *cons.* 8. *num.* 10. *de testam. in noua impres.* Præsertim quia est tantum electum Ministerium inseruientium Ecclesiæ quatenus sunt destinati seruitio talis Ecclesiæ, non autem personæ, & ideò non debet celebratio sequi personas iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Pater §. Tusculanus* in fine ff. de *leg.* 3. Socin. *in l.* 2. *num.* 14. ff. de *reb. dub.* Menoch. *præsumpt.* 112. *num.* 7. *lib.* 4. Rota *decis.* 309. *num.* 10. *par.* 6. *Recent.*

4 Si verò in dispositione sunt per se primò contemplati inseruientes Ecclesiæ itavt in ipsorum personas conceptum sit legatum aut emolumentum, assignatum pro celebratione, & destinatio loci sit adiecta in consequentiam ad celebrationem, etiam ex deuotione disponentis erga aliquam imaginem, tunc seruitium, & ius celebrandi, atque percipiendi emolumentum sequetur personas, & poterunt in noua Ecclesia implere onus, etiamsi imago non transferatur. Et ratio est. Quia tunc censentur electæ personæ, & locus celebrationis in consequentiam ad personas celebrantes in tali loco, itavt disponens non fuisset eas aggrauaturus, nisi loco inseruirent, siquidem mens disponentis recipit interpretationem illius, quod commodè fieri potest. Cap. *Nos quidem* de *testam.* & ideò cùm non possint, postquam ad aliam Ecclesiam transtulerunt, commodè celebrare in loco destinato, sufficit, si eo modo, quò melius possunt, impleant mentem disponentis, vt obseruant Abbas *in dicto Cap. Nos quidem num.* 13. de *testam.* Couarruu. *num.* 9. Speculat. *de instrument. edit. tit. de vltim. volunt. num.* 64. & ibi Additionat Dochus *de iure patr. verbo* construxit. *num.* 12. Felin. *in Cap. Ecclesia S. Mariæ. num.* 56. vers. *Confirmari potest.* de *constit.* Seraphin. *decis.* 549. *num.* 13. præsertim, quia hic est finis secundarius disponentis, cùm principalis sit per tales celebrantes percipere beneficium sacrificij.

5 Et hoc à fortiori habet locum, si Religiosi quibus imposuit onus celebrandi, soleant percipere eleemosinas pro celebratione Missarum, ex quibus sibi comparent, alimenta necessaria; nam tunc oritur præsumptio, quod disponens voluerit hoc pacto ipsis prouidere ex parte pro necessariis alimentis. Cùm enim quilibet præsumantur operari eo modo, quo sibi vtilius est. *l.* 1. & 2. *ff.* de *solut.* Abbas *in Cap. cum super. num.* 12. vers. *si sumus de offic. de leg.* Felin. *num.* 10. Dec. *num.* 12. vers. *Extra istos* Corneus *cons.* 338. *num.* 5. *lib.* 1. Grat. *cons.* 70. *num.* 18. *lib.* 2. Cæsar. de Graf. *decis.* 1. *n.* 3. *de elect.* Bart. *ini. Gerit. num.* 21. ff. de *acquir. hæred.* Rota *decis.* 643. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.* censendum est, quod in dispositione, nedum respexerit ad fructum sacrificij, sed etiam ad subleuandam indigentiam Religiosorum, cùm in hoc potuerit exercere actum pietatis, & misericordiæ, & ordinare suam dispositionem, ad duplicem finem & ex vtroque percipere vtilitatem.

Hæc tamen limitanda sunt vt locum non habeant 6 si Missæ institutæ sint solùm in ordine ad celebrationem & non in ordine ad applicationem, nam quando disponens intendit tantùm celebrationem & assignat locum, constat de eius mente, quod velit cultum illius loci, cum nulla celebratio solùm propter cultum possit esse volita. Est tamen necessarium, quod clarè constet de mente disponentis, quod tantùm intenderit celebrationem; nam in dubio oritur præsumptio, quod intenderit etiam fructum sacrificij eò, quia præsumitur disposuisse modo sibi vtiliori, vt *num præced.* dicebatur.

QVÆSTIO 1145.

An Capellania erecta in aliqua Ecclesia transferantur ad aliam, quando Regulares mutant Ecclesiam.

SVMMA.

1 *Capellania quando sequantur Regulares ad aliam Ecclesiam se transferentes.*
Expressio loci quando non tollet, quin dispositio sit concepta in personas.
2 *Capellania remanet si Ecclesia abeuntibus Regularibus, quando est fundata absque respectu ad ipsos & est sæcularis.*
3 *Si electa sit Ecclesia cum respectu ad Regulares Capellania eos sequitur.*
Ecclesia spectans ad Regulares est Regularis.
4 *Talis est Ecclesia quale Monasterium.*
5 *Translata Ecclesia, transferuntur cum ipsa omnia iura.*
6 *Quando consideratur persona cum ordine ad locum, legatum est factum intuitu loci.*
Argumentum a contrario sensu, quando valeat.

CVm distinctione est resoluenda hæc difficultas, 1 cùm plures punctos contineat. Et quidem si Capellania sit regularis inseruientibus Ecclesiæ conferenda, aut si non sit collatiua, sit per ipsos implendum onus iniunctum Missarum, transferetur ad nouam Ecclesiam, ad quam se transferunt Regulares etiamsi in dispositione expressum sit, quod Missæ celebrentur in tali Ecclesia. Ratio est, quia circumstantiæ annexæ quod sit conferenda talibus Regularibus, aut quod ipsis Missarum celebratio committenda sit, satis indicant, quod intuitu personarum, & in ipsarum fauorem erecta sit, & quod locus sit solùm electus, quia dicti Regulares in eo soleant celebrare. Et ideò quamuis concurrat aliquis respectus ad Ecclesiam, quia concurrit, non ex contemplatione fundatoris, sed ex adnexione ad personas, ideò non extrahit dispositionem, quin sit concepta ad personas, vt in simili tradit Rota *in volaterana Capellania* 7. *Maij* 1607. *coram* Lancelloto, & in

in Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso 7. *Februarij* 1618. coram Durano inter eius impressas *decis.* 130. *num.* 4. Vndè cùm fundatio fit facta pro personis, & intuitu ipsarum, debet sequi personas, itavt sicut obligatio est ipsis imposita, sic etiam veniat per ipsos implenda vbicunque propriam Ecclesiam habuerint.

2 Secundò. Si Capellania non sit regularis sed sæcularis & affixa Ecclesiæ, videndum est, quomodo fit electa Ecclesia. Quia si est electa secundum se, absque vllo respectu ad Regulares remanebit semper Capellania affixa Ecclesiæ, quia tunc simpliciter censetur electus locus absque contemplatione Regularium, & ideò non debet sequi Regulares aliò se transferentes iuxta ea, quæ tradunt Imola *in Cap. Officij num.* 26. *de testam.* Petrus de vbald. *de canon. port. cap.*7. *num.*57.

3 Si verò sit electa Ecclesia cum respectu ad Regulares seu tanquam propria, & possessa ab ipsis, tunc si transeant ad aliam Ecclesiam transferentur etiam Capellaniæ. Et ratio est. Quia Ecclesia censetur electa cum sua qualitate, seu tanquam regularis ex eo, quod sit electa, cum respectu ad Regulares. Ex eo enim, quod spectat ad Regulares est regularis Cap. *de Capellan. Monachor.* & obseruant Glos. *ibid.* verbo *Monaster.* in fine Barbatia *in Cap. Cùm dilectus num.* 3. *de consuetud* Duran. *decis.* 144. *num* 2. & ideò ex eo, quod eligitur tanquam spectans ad Regulares, eligitur, vt regularis itavt sit verum, quod electio sit facta propter Regulares inseruientes Ecclesiæ, sicut dicitur 2. Machab. Cap. 5. *vers.* 19. *Non propter locum gentem sed propter gentem locum elegit Deus.*

4 Ex hoc autem fit, quod dum Regulares se transferunt ad aliam Ecclesiam, transferatur cum ipsis Ecclesia regularis, quia prior desinit esse Ecclesia regularis, atque adeò non est amplius illa, quam contemplatus est fundator, quia eam contemplatus est tanquam regularem, & cum respectu ad regulares, & noua incipit esse illa, quam est contemplatus, quia fit regularis, siquidem talis est Ecclesia, quale est Monasterium, vt notant Glos. *in cap.* 1. *verbo* Exempt. *de priuileg. in* 6. & Rota coram Ludouisio *decis* 370. *num.* 2. & fit talium Regularium, quales in fundatione fuere contemplati.

5 Vndè cùm in translatione omnia Iura, quæ pertinent ad Ecclesiam translatam, trãsferantur ad eam ad quam fit translatio Cap. *Abbat.* in fine *de verbor. significat.* vbi Glos. & obseruant Glos. quoque *in Cap. si quis vult.* 16. *quæst.* 7. Io. Andr. *in Cap. cum personæ de priuileg. in* 6. Ancharan. *not.* 13. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de translat. Episcop. num.* 19. Lappus *alleg.* 68. Seraphin. *decis.* 1149. *num.* 16. Iura quoque Capellaniarum transferentur ad posteriorem Ecclesiam, tanquam ad eam ad quam fit translatio Ecclesiæ dictorum Regularium.

6 Præterea. Quando persona consideratur cum respectu ad locum, seu Ecclesiam, & secundum ministerium, quod exhibent loca, dispositio legati censetur facta intuitu loci, non autem intuitu personæ vt in *l. Annua* §. *Ania ff. de ann. legat.* & obseruant Doctores Barr. *ibidem. num.* 3. Alberic. *num.* 1. Soccin. *in l.* 2. *num.* 12. *ff.* de *reb. dub.* Barbat. *consil.* 1. *n.* 8. *lib.* 4. Beroius *in Cap quoniam Abbas num.* 82. de *offic. deleg.* Abbas *cons.* 93. *n.* 2. *lib.* 2. Mantica *de coniect. vlt. volunt lib* 8. *tit.* 6. *num.* 23. Duran. *decis.* 130. *num.* 4. Rota *decis.* 309. *num.* 11. *par.* 6. *Recent.* & in *valentina emolumentorum* 12. *Februarij* 1596. coram Orano. Ergo quando locus consideratur cum respectu ad personas, & vt est pro vsu personarum, dispositio censebitur facta intuitu personarum, itavt in tantum conueniat loco, in quantum substituitur vsui personarum, & consequenter sequatur locum secundum hanc substitutionem, & sit semper in fauorem noui loci qui de nouo substituitur eidem vsui, vale enim argumentum à contrario sensu, præcipuè quando locum habet opposita ratio *l. tale pactum.* §. *fin. ff.* de *pactis*, & Cap. *quamquam de censib. in* 6. vbi Doctores Bald. *consil.* 477. *in fine* ver. *Ego dixi lib* 4. Dec. *cons.* 186. *num.* 4. Castrens. *cons.* 175. *num.* 3. *lib.* 1. Ias. *in l.* 1. *num.* 36. *ff.* de *offic. eius* Euerardus *in topica loc.* 4.

QVÆST. 1146.

An si Capellanus non possit celebrare in loco à Fundatore designato, debeat alibi celebrare.

SVMMA.

1 *Si Capellanus non possit in loco designato celebrare, alibi teneatur celebrare.* & num. seq.

3 *Quando constat concedere sub obligatione applicationem sacrificij, cessat obligatio celebrandi.*

4 *Cultus, & splendor Ecclesiæ non est finis adæquatus fundantis Capellanias.*
Quandiu durat aliqua causa finalis, non cessat dispositio.

5 *Dispositio talis præsumitur, qualis ex verbis demonstratur.*

6 *Causa finalis regulat totam dispositionem.*
Dispositio non est trahenda ad aliam causam finalem ab expressa.
Expressa causa finalis cessat quæcunque alia præsumpta.

CVm distinctione respondent Barbosa *de potest. Episcop alleg.* 24. *n.* 35. Medina *Cod. de Confess. quæst.* 14. Marcbin. *de ordine tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 9. Leander. *tract.* 8. *de sacram disp.* 4. *quæst.* 26. Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharist. sect.* 18. *vers. si tandem* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *quæst.* 5. Quod si fundator attendit fructum sacrificij, tenetur alibi celebrare, si altare designatum fuerit dirutum, aut impeditum; si verò attendit, cultum, & splendorem altaris, aut alicuius Sancti, aut commodum populi aduentantis, aut memoriam familiæ, volunt non teneri alibi celebrare, quia cessat intentio principalis fundatoris, sicut, qui vouit ieiunium in vigilia alicuius Sancti, non tenetur amplius ieiunare, si nequeat eodem ieiunare. 1

At absolutè teneri alio loco celebrare docent Azot. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst* 8. Sà *verbo.* Missa *num.* 47. Naldus *in sum. verbo.* Missa *num.* 3. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. Bonac. *disput.* 4. *de sacram. quæst. vltim. pun.* 7. §. 4. *num.* 3. Moneta *de Commut. vlt. volunt. cap.* 10. *quæst.* 5. *num.* 142. Thomas Hurtad. *par.* 1. *resol. moral tract.* 2. *cap.* 4. *res.* 11. *num.* 105. & 106. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *num.* 397. qui vult teneri, nisi relicta sit libera applicatio Sacerdoti. Bardus *in select. moralib. lib.* 10. *quæst.* 9. §. 2. *num.* 4. & adduco quod in dubio debet supponi intentio fundatoris, quod voluerit celebrari in alio loco, quia hoc sibi vtilius est. 2

Dicendum est. *Capellanum, quando non potest celebrare in loco designato teneri celebrare in alio loco eiusdem Ecclesiæ aut si etiam Ecclesia sit impedita, in alia Ecclesia* Nisi clarè constet, quod noluerit obligare ad applicandum Sacrificium. Dixi nisi clarè constet, quod noluerit obligare ad applicandum sacrificium. Quia in tali casu obligatio Capellaniæ non est ad celebrandum absolutè, sed in tali loco, atque adeò tanquam coarctata ad locum, seu ad celebrationem 3

in

in loco, cessat, si non possit sortiri effectum in loco designato.

4 Ratio autem est. Quia fundator Capellaniæ quàmuis habeat pro fine splendorem altaris, & cultum Ecclesiæ in qua designat celebrationem, hæc tamen non est vnica causa finalis ipsius, siquidem intendit etiam beneficium sacrificij; quod ex eo constat quia posset alia via de maiori cultu, & splendore disponere: Vndè cùm eligat potius sacrificium, præsumendum est, quod per se primò velit beneficium sacrificij, & hoc postea ordinet ad cultum Ecclesiæ & altaris. Quando autem aliquid inducitur ex pluribus causis finalibus, non cessat licet cesset aliqua ex illis causis §. *Affinitatis*. Instit. *de nupt.* vbi Angel. & *l. si non lex ff.* de *hered. instit.* vbi Bald. & Imola, & *l. si ventri* §. *in bonis* ff. de *reb. auct. Iud. possef.* & obseruant Cephal. *conf.* 81. *num.* 13. Rimin. *conf.* 497. *in fine* Tiraquel. *tract. Cessante causa limit.* 22. Bartel. *decis. Bonon.* 15. *num.* 86. Surd. *conf.* 361. *num.* 14. vers. *Et quia* Merlin. *decis.* 229. *num.* 15. Rota *decis.* 733. *num.* 8. *par.* 2. *Rec.* & *decis.* 587. *num.* 7. *par.* 1. & in *interamnensi donationis* 21. *Maij* 1625. coram Burat. Et ideò licet cesset causa finalis cultus Ecclesiæ, & altaris, cùm non cesset causa finalis percipiendi fructum Sacrificij, non cessabit dispositio.

5 Econtra verò, quia quando intendit solum celebrationem in tali loco, cessat adæquatè causa finalis, quando in ipso celebrari non potest, ideò cessat etiam dispositio, & obligatio nascens ex ipsa. Sed dubium insurgit, vndè cognosci possit quod fundator non obligauerit ad applicandum sacrificium, sed tantùm ad celebrandum in loco designato, quando id expressè non declarat. Resp. Id esse colligendum ex verbis dispositionis, quia si sint restricta ad solam celebrationem, itavt non valeant aliquid amplius significare, dispositio quoque non se extendet vltra celebrationem nec exiget applicationem sacrificij, siquidem, talis præsumetur, qualis ex verbis ipsis demonstratur *l.* 1. *ff. de fide instrum.* & *l. Qui saxum.* ff. de *donat.* & obseruant *Ibidem* Imola, Natta *consil.* 99. *num.* 14. *lib.* 1. Nercizan. *conf.* 92. *num.* 2. Honded. *conf.* 35. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *praesumpt.* 115. *num.* 2. *lib.* 3. Barbosa *in l. cùm prætor n.* 234. *ff. de iudic.* Duran. *decis.* 386. *num.* 17.

6 Rursus inspicienda est etiam Causa finalis expressa. Causa enim finalis regulat, & restringit totam dispositionem *l. fin. ff.* de *hered. Instit.* & *l.* 1. *ff. Ad Macedon.* & obseruant Bald. *conf.* 159. *num.* 4. vers. *nisi dicamus l.* 2. Socin. *conf.* 89. *n.* 9. *lib.* 3. Crauet. *conf.* 217. *num.* 6. Duran. *decis.* 288. *num.* 72. Rota *decis.* 403. *num.* 1. *par.* 1. *Recent.* Si enim Causa finalis non requirat amplius, quàm nudam celebrationem, vt si exprimeret commoditatem populi, splendorem Altaris, cultum Sancti, in cuius honorem est erectum altare, cùm iam constet de causa finali expressa non est trahenda dispositio ad aliam causam *l. Si certa* C. de *transact* & *l.* 1. *ff. de solut.* & obseruant Parif. *conf.* 121. *lib.* 4. Duran. *decis.* 185. *num.* 41. Rota *decis.* 66. *num* 7. *par.* 2. *Recent.* Præsertim, quia quando causa finalis exprimitur, cessat quæcumque alia præsumpta, & tacita *l. Cum ex filio ff. de vulg. substitut.* & notant Glos. *Ibidem.* Crauetta *conf. trigesimo secundo, numero* 2. & ideò non est præsumendum, quod ordinauerit suam dispositionem ad obtinendum beneficium sacrificij.

QVÆSTIO 1147.

Qualis sit obligatio celebrandi hora præfixa à fundatore.

SVMMA.

1 *Capellanus tenetur seruare horam præfixam in celebrando.*
Conditiones in fundatione apposita sunt seruanda.
2 *Acceptans dispositionem fundatoris non potest venire contra eius voluntatem.*
3 *Obligatio quoad horam celebrandi est accipienda moraliter.*
Obligatio est stricti iuris.
4 *Hora præfixa in celebrando quantum anticipari & postponi possit.*
5 *Obligatio quoad horam celebrandi an sit sub mortali.*

QVando fundator in erectione Capellaniæ præscribit horam celebrandi certam est, quod Capellanus tenetur celebrare hora præscripta, quia conditiones in fundatione appositæ sunt seruandæ, vt aduertunt communiter Socin. *Conf.* 30. *num.* 4. *vol.* 3. Rochus *de iure patronat. verbo* Pro eo *quæst.* 12. Lambertin. item *de iure patr.* 1. *quæst.* 9. *nu.* 109. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 7. *proposit.* 3. *num.* 7. Suarez *disp.* 80. *de sacrament. sect.* 2. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 164. & communiter, dum agunt de obseruanda dispositione Testatoris. 1

Et Ratio est. Quia dum Capellanus suscipit tale munus, suscipit etiam onera annexa, & pacto tacito se obligat ad ea implenda, & proindè tenetur ex iustitia implere. Qua obligatione stante non potest in aliquo venire contra voluntatem fundatoris iuxta Cap. *illud.* in fine *de iure patronat.* & notant Abb. *ibid.* & cæteri Doctores Mohed *decis.* 168. Riccius *resol.* 349. *num.* 2. *par.* 1. Rota *in Cæsaraugustana Capellania* 16. *Martij* 1587. coram Seraphino quæ est 774. *inter impressas ipsius.* Modò autem dubitatur, quomodo accipienda sit obligatio celebrandi circa horam præfixam, & qualis sit. 2

Dicendum est. *obligationem celebrandi præfixa hora à fundatore esse moraliter & largè accipiendam itavt sufficiat, quod celebratio fiat circa horam præfixam.* Ratio est. Quia si esset strictè accipienda, esset onus nimis graue, & requireret, quod Capellanus vteretur speciali aduertentia. Deindè cùm omnis obligatio sit stricti iuris & strictè accipienda *l. Arianus ff. de act. & obligat.* & obseruant Fulgof. *conf.* 80, *in fine* ver. *Et si quid.* Bald. *conf.* 55. *num.* 1. vers. *sed ponamus lib.* 1. Calderin. *consil.* 10. *de iudic.* Rota *decis.* 436. *n.* 3. *par.* 3. *recent.* hæc quoque obligatio strictè accipienda est, vt sit minus onerosa quàm fieri possit, & proindè secundum mensuram moralem. 3

Quantum autem præuenire possit vel postponere horam præcisam, videtur dicendum, quod ferè per horam possit præuenire, aut postponere. Nam totum hoc tempus morali modo pertinet ad horam designatam; nam si hora designata sit v. g. quarta: decima, pulsata, tertia, decima atque adeò ea completa incipit quarta decima, & ideò sumus in hora designata; pulsata verò quarta decima, licet incipiat quarta decima quandiù tamen non est completa, non dicitur hora quinta decima, & proindè non dicitur hora designata moraliter lapsa, cùm non superuenerit alia hora, licet incipiat superuenire. 4

Ad autem hæc obligatio sit sub mortali, non videtur materia esse ita grauis, vt possit fundare statim

tim peccatum mortale, quia hora designata noo pertinet ad sobstantiam rei, quæ cadit sub obligatione, sed solùm ad circumstantiam, quale est rempos & cùm hæc circumstantia ad aliud inseruire non possit, quàm pro commoditate populi, videndum erit, an ex boc, quod non seruetur hora præscripta; infetatur notabile incommodum populo, an popolus illa hora soleat frequena confluere, an celebrentur aliæ Missæ. Quia si notabile non sit incommodum, non erit peccatum mortale variare horam, quia & io re leui, & etiam quæ ad finem intentum leuiter confert, non seruabitur meos fundatoris. Si verò incommodum sit graue, quando frequenter id fiat poterit esse peccatum graue, secus autem, si aliquibus vicibus interpellatis, nam non est præsumendum, qood fundator voluerit ita strictè ohligare, vt non possit Capellanus aliquando variare horam, præsertim ex aliquo impedimenro sibi superuentente, aut ex aliqua alia rationabili caosa.

QVÆSTIO 1148.

An obligatus celebrare certo loco, die, & hora teneatur ad aliquam restitutionem, si variet.

SVMMA.

1 *Non seruans circumstantias loci, diei, hora in celebrando an teneatur ad aliquam restitutionem.*

2 *Non soluens in loco non tenetur ad restitutionem, nisi quatenus interest creditoris.*
Celebrans anno sequenti missas omissas in precedenti anno non tenetur ad aliud.

3 *Non seruans circumstantias in celebratione qui asserant teneri ad restitutionem.*

4 *Assumens onus cum circumstantiis tenetur etiam ad ipsas.*

5 *Habens Capellaniam non collatiuam quando teneatur ad restitutionem, si non seruet circumstantias loci, temporis, &c.*

6 *Si Capellania sit collatiua, non est restituendum aliquid à non seruante tempus, locum, &c. in celebrando.*

7 *Fructus Capellania collatiua non acquiruntur sub modo celebrationis, &c.*

8 *Quando Capellanus peccet contra iustitiam non seruando circumstantias loci, &c.*

9 *Et quando non soluat totum quod debet.*

10 *Seruitium Capellani includit etiam circumstantias, loci, &c.*

1 SVpponitur. Quod celebret, iuxta dispositionem fundatoris, sed variet circumstantiam, loci, aut diei, aut horæ. Et prima sententia asserit, quod non tenetur ad aliquam restitutionem. Ita Posseuin *c. 2. de offic. Curati num. 25.* ver. *quaritur secundo* Fraxinel. *de obligat. sacer. sect. 4. conclus. 5. §. 3.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 7. §. 4. num. 5.* ver. *mihi tamen.* Barbosa *de potest Episcop. allegat. 21. nu. 36.* Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 7.* Diana *par. 2. tract. 14. resol. 29.* Francis. Lugo *l. 5. de sacram. cap. 1. quæst. 5. num. 57.* Mach. *t. 2. lib. 4. par. 1. tract. 52. docum. 15. num. 3.* Leander *tract. 8. de sacram. disp. 4. quæst. 25.* Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 51. dub. vlt. n. 11.* Tamburin. *Opus. de sacrific. mis. lib. 3. cap. 2. §. 5. n. 7.* Bald. *in select. moral. lib. 10. quæst. 9. §. 2. num. 10.* Faustus *de Encharis. lib. 2. quæst. 102. §. sed tota dubitatio & quæst. 159. §. sed controuersia.* Addunt tamen hoc solum habere locum, quando non sequitur aliquod damnum fundatori, vt si priuaretur aliquo suffragio, quando scilicet esset obligatus celebrare in altari priuilegiato, & celebraret in non priuilegiato; nam in tali casu teneretor aut supplere, aut restituere.

Fundamentum est qood licet Capellanus peccet, non tamen peccat contra iustitiam, cùm non priuet fundatorem aliquo suffragio debito; obligatio autem restiruendi solum consurgit ex læsione iustitiæ. Confir. debitor non solueos pecuniam in loco, in quo tenetur soluere, non tenetur ad aliquam restitutionem, nisi, quatenus interest creditoris, fuisse solutum in tali loco. Ergo nec celebrans in alio loco à destinato, & præfixo. Confir. 2. Capellanus, qui tenetur singolis annis certas Missas celebrare, si omittat hoc anno, & suppleat in sequenti, non tenetur ad restitutionem, quia soluit ad æqualitatem, & peccat solum in dilatione, vt docet Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 29. num. 11.* Ergo neqoe qoi celebrat in alio loco, aut in alio tempore, quia soluit ad æqoalitatem, & peccat solum io circumstantia loci aut temporis. 2

Secunda sententia asserit teneri ad restitutionem. Ita Azor *par. 1. l. 10. c. 24. quæst. 7.* Cenedus *quæst. can. 38 n. 6.* Llamas *par. 3. Meth. c. 9. §. 24.* Zerola *in Praxi verbo* Missa §. *Ad tertium* ver. *Conclusio* Graf. *par. 1. decis. lib. 1. cap. 53. n. 11.* Dicastillus *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. nu. 391.* Facundez *pracep. 1. Eccles. lib. 3. cap. 6. nu. 2.* Thomas Hurtad. *par. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 12. num. 108.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 23. num. 6.* Volunt autem, restitutionem faciendam cum proportione. 3

Valdè displicet, qood asserunt doctores primæ sententiæ. Quod scilicet Capellanus celebrando exhibeat, quod tenetur ex iustitia, quia non fraudat fundatorem aliquo suffragio, oam hoc modo loquendi videntur significare, quod applicatio sacrificij veniat in contractum, & sit id, quod sit debitum ex iustitia, per quod ioduceretur simonia, si contractus super ipsa interueniret. Deindè est etiam falsum, quod non celebrando in loco, & tempore præscripto sed alibi, & alio tempore exhibeat totum id, ad quod teoetur de iustitia. Quia quando quis suscipit aliqood onus cum debita recognitione, tenetur exhibere, ex iustitia rotum, id, quod assumit implendum; vndè cùm Capellanus ooo solum assumat onus celebrandi, sed etiam in tali loco, & tempore, si non celebret in loco, & tempore præscripto, non exhibet totum id, quod tenetur ex iustitia. 4

Itaque cùm eadem distinctione, cum qua supra in simil casu procedeodum est, & videndum, an Capellania sit collatiua, an noo. Et si non sit collatiua, inspiciendi sunt Fructus, an tanti sint, vt secundum aliquam portionem respondeatam speciali oneri celebrandi in tali loco, aut tali hora. Quia si solum tanti sint, vt correspondeat oneri celebrandi habita ratione consuetæ assignatioois, quæ fieri solet in Capellaniis nó aderit obligatio aliqua, ad quidquàm restituendum quia, si nihil speciale accipitur pro illo speciali onere, neque etiam aliquid erit restituendum. Si verò aliquod speciale emolomootum correspoodear oneri erit restituendum cum proportione ad illas vices, quibus onus non impletur, iis tamen vicibus exclusis, quibus iuxta superius dicta Capellanus excusatur. 5

Si verò Capellania sit collatiua, non tenebitur ad aliquam restitutiooem. Ratio est. Quia in tantom teneretur ad restitutionem, in quantum non faceret fructus suos, eò quod non in totum adimpleret onus iniunctum. Hoc autem non babet locum in Capellano quia cùm Capellania sit collati- 6

ua atque adeò beneficium, facit fructus suos ratione tituli, seù beneficij, quod secum affert ius percipiendi fructus. Quod etiam ex eo constat, quod habentes beneficium Curatum, vt nón faciant fructus suos, quando non resident, & satisfaciunt muoeri suo, necesse fuit quod inter alias pœnas, hæc quoque imponeretur vt pro rata temporis absentiæ non faciant fructus suos, sicut imposuit Pius IV. *in sua constit.* 10. *tom.* 5. *Bullar.* & Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* Vndè cùm noo sit talis pœua imposita Capellano celebranti sed non in loco, & tempore designato, faciet fructus suos, cùm aliàs habeat ius ad ipsos.

7 Dices, Fructus dari sub onere iniuncto tanquam sub modo, & ideò resolui auquisitioné, quoties non impletur, modus, seù ooos iniunctum. Verùm hoc dici noo potest. Quia quamuis onus sit impositum Capellano, non tameu se habet instar modi, qui, si non impleatur resoluat acquisitionem fructuum: nam oporteret, vt fructus immediatè dareotur pro onere, vt resolueretur acquisitio, si onus non impleretur. Noo dantur autem, quia veniunt in consequentiam ad collationem Capellaniæ, seù beneficij, quæ confert ius ad percipieodos fructus: Vndè quandiú hoc ius manet integrum, fructus de iure percipiuntur, & acquisitio est iusta, & valida; vndè vt resolueretur acquisitio, necessariom esset quod resolueretur collatio Capellaniæ atque adeò quod Capellanus remaneret priuatus, quod est falsum.

8 Neque rationes pro prima sententia allatæ concludunt, siquidem, vt constat ex dictis *n.*4. Capellanus non celebrans loco, & tempore præscripto non implet onos impositum, & si Capellania non sit collatiua, & si huic oneri correspondet aliquod emolumentum peccat contra iustitiam, & tenetur restituere, vt dictum est. Si verò Capellania sit collatiua peccat contra proprium munus, quod ex obligatione suscepta tenetur implere, & puniri potest ab ordinario, aut prinatione alicuius partis fructuom, aut aliquo alio modo.

9 Ad 2. Esse diuersam rationem. Quia soluens in alio loco, soluit totum, quod debet, nisi ex eo. quod non soluat in loco præscripto, obueniat aliquod damnum creditori, quod tunc esset resarciendum. At Capellanus non celebrans in loco, aut tempore præscripto, non exhibet totum seruitium, pro quo accipit stipendium, si Capellania non sit collatiua, & emolumentum correspondent etiam huic speciali oneri, aut ad quod remanet obligatus ratinne officij, Capellania sit collatiua, & proindè non satisfacit muneri proprio.

10 Ad 3. Cùm, qui differt Missas vnius anni in alium exhibere solum id, quod debet, quia obligatur solum ad celebrandas tot Missas & solum peccare ratione dilationis. At Capellanus non celebrans loco, aut tempore præscripto, non exhibet totum id, quod debet, quia seruitiom ab ipso præstandum est determinatum ad locum, & tempus, & proindè fundator non obtinet finem, quem intendit ex præfixione loci, & temporis: & ideò resultat obligatio restituendi, vel non resultat iuxta superius dicta. Deindè argumentum procedit de Beneficiario, qui ex alio capite, non tenetur restituere vt dictum est *num.*6. & proindè sufficit, si postea suppleat.

QVÆSTIO 1149.

An Capellanus obligatus ad ter, aut quater in hebdomada, possit anticipatè celebrare.

SVMMA.

1 *Capellanus anticipare potest celebrationem Missarum.*
2 *Si tamen fundator respexerit ad solum numerum missarum.*
3 *Et non distribuerit missas in singulas hebdomadas.*
4 *Quando Missæ censendæ sint distributa, &c.*
Dictio. Singolis. *est distributiua.*
Dictio quacumque *est distributiua.*
5 *Missæ affixa certis diebus non possunt anticipari.*
Quando actus est affixus tempori tempus transit in formam.
6 *Celebratio non potest anticipari quando in Ecclesia non celebrantur alia Missa.*
7 *Nec quando fundator respexit ad cultum Ecclesia, concursum populi, &c.*
Inducta ad vnũ finẽ non debent oppositum operari.
8 *Non potest anticipatè celebrari si fundator respexit ad commoditatem populi, celebritatem, &c.*
9 *Non potest anticipatè celebrari, si offerendum sit pro defunctis loci, aut alterius communitatis.*
10 *Nec si debeat offerre sacrificium pro viuis.*
11 *Quia stante dubio an sacrificium sit profuturum, non est in potestate anticipatio.*
12 *Conductus ad celebrandum diebus festiuis, non potest anticipare.*
13 *Anticipatè celebrans quando teneatur restituere.*
Deficiente forma actus, est nullus.
Si non obtineatur finis per indè est, ac si nihil fiat.

COmmuniter docent contra Ledesmam *par.* 1. *Sum. cap.* 13. *de Eucharist. post.* 17. *conclus.* ver. *Ista duda.* Posse regulariter Capellanum anticipare Missarum celebrationem, itavt in præsenti hæbdomada possit celebrare Missas, quas esset celebraturus in sequenti, nisi aliud constet de mente fundatoris, quia scilicet ob specialem causam distribuerit missas celebrandas in singulas hebdomadas. Ita Nauar. *lib.* 2. *de restit. cap.* 2. *num.* 371. Cened. *quæst. canon.* 18. *n.* 2. Vega *par.* 2. *sum. cap.* 58. *casu.* 39. Corduba *in quæst. lib.* 1. *Quæst.* 4. *dictio.* 5. Aragon. 2. 2. *quæst.* 85. *ar.* 3. *circa init.* Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 252. *num.* 8. Booac. *disp.* 9 *de sacram. quæst. vlt. pun.* 745. *num.* 5. Riccius *resol.* 339. *nu.* 2. *par.* 1. Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharis. sect.* 2. *num.* 44. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharis. sect.* 18. ver. *septimò* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 3. *quæst.* 4. *num.* 37. Dicastil. *de sacram. tract.* 3. *disp.* 4. *dub.* 21 *num.* 405. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 8. *par.* 2. *cap.* 31. *num.* 11. Leander *tract.* 8. *de sacram. disp.* 4. *quæst.* 21. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 14. *num.* 14. Thomas Hurtad. *par.* 1. *moral. resol. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 4. *num.* 123. Fundamentum est. Quia est licitum anticiparè soluere debitum, & in hoc casu anticipata celebratio est magis vtilis fundatori. 1

Verùm licet hæc doctrina habeat locum præscindendo ab omnibus circumstantiis, & considerando secundum se debitom celebrationis; attamen in praxi est subiecta pluribus difficultatibus, ratione quarum adhibendæ sunt plures limitationes; vndè tunc solum poterit habere locum, quando fundator respexit solum ad numerum Missarum celebrandarum, & oon ad aliud, & in ordine ad propriam 2

priam vtilitaté. Quia in hoc casu habet locum ratio, tn qua fundatur, quod scilicet anticipata solutio sit licita, & vtilis.

3 Ex quo, fit, quod primò non licet anticipare, quando fundator intenderit Missas cum distributione in singulas hæbdomadas, vt notat Dicastil *de sacramen. tract. 5. disputat. 4. dub. 25. num.* 406. Nam si anticipentur, non seruatur voluntas testatoris, quia non celebrantur Missæ cum illa distributione, quam præscripsit: & ideò si notabiliter contraueniatur, erit peccatum graue, tum quia in re graui Capellanus non satisfaciet propriæ obligationi. Tum quia ex hac anticipatione possunt sequi notabilia incommoda contra mentem fundatoris. Tum quia in tali casu celebratio est affixa tempori.

4 Ad videndum autem an iniunxerit Missam, cum distributione, videndum est, an vsus sit aliqua dictione distributiua, quæ habeat vim distribuendi Missas in hæbdomadas, vt si iniunxisset celebrationem tot missarum in singulas hæbdomadas, aut in quacunquæ hæbdomada, aut in qualibet hæbdomada, aut in omni hæbdomada; siquidem hæc & aliæ huiusmodi dictiones sunt distributiuæ, vt de dictione *singulis* notant Bald. *consil.* 461. *num.* 6. *vol.* 1. Bertazol. *de clauf. instrumen. clauf.* 4. *glof.* 3. *num.* 11. Et de dictione, *Qualibet* Bart. *in l. si pluribus* ff. de *leg.* 3. Tusch. *littera D. conclus.* 769. *num.* 14. Rota *decis* 125. *num.* 5. *par* 1. *Recent.* Et de dictione, *Quacunque*, obseruant Iaf. *in* 1. *Qui filiabus* §. *si quis ita num* 7. *ff.* de *leg.* 1. Natta *consil.* 7. *num.* 13. *vol.* 1. Cened. *singul* 85. *num.* 6. Tusch. *littera D. conclus.* 269. *num.* 12. Et de dictione *Omni* tradunt Glof. *in l. Moschis ff. de iure Fisci* Bar. *ibid. init.* Coro. *cons.* 237. *n.* 3. *vol.* 3. Boer *decis.* 158. *num.* 14. Tusch. *littera D. conclus.* 252. *num.* 7. Et proindè, cùm sufficienrer exprimant mentem fundatoris, dicendum est, quod voluerit Missas celebrari cum distributione. Aut etiam, si aliquo alio modo expresserit directè, aut indirectè distributionem.

5 Secundò. Si fundator iniungat celebrationem pro certis diebus in hæbdomada, non poterit anticipare, vt aduertit etiam Dicastil *tract.* 5. *de sacramen. disp.* 4. *dub.* 2. *num.* 506. Ratio est. Quia cùm Missæ sint affixæ certis diebus hæbdomadæ, à fortiori sunt etiam affixæ hæbdomadæ, & obligatio est affixa tempori, atque adeò tempus transit in formam iuxta ea, quæ tradunt Bal. *in Authen. Quod supplicatio* in fine C. de *precib. Imper offer.* Salicet *ibidem.* Castrens *in l. si ea init. ff. locati* Marsil. *cons.* 61. *num.* 4. Socin. iun. *Consil.* 32. *num.* 10. *vol.* 2. per tex. *§. scire oportet. §. consequens ff.* de *excusat. tutor.* Et ideò si non seruetur tempus, non impletur obligatio iuxta dispositionem fundatoris.

6 Tertiò. Non poterit anticipare, si in Ecclesia destinata non celebrentur aliæ Missæ, aut solum, vna & altera, ita cum Ledesma aduertit etiam Thomas Hurtad. *par.* 1. *moral. resol. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 14. *num.* 114. Quia inquit esset indecens, quod Ecclesia per notabilem anni partem remaneret deserta. Adde etiam, quod dum in Ecclesia nulla alia missa, aut solum vna, aut altera celebratur, præsumendum est, quod fundator respexerit ad cultum Ecclesiæ, & proindè illas distribuerit in hæbdomadis, ad continuandum cultum toto anno, & consequenter illas præscripserit distributas in singulas hæbdomadas.

7 Quartò. Non poterit Capellanus anticipatè celebrare si fundator respexit ad honorem alicuius imaginis, & ad populi concursum, vt obseruat idem Hurtad. *citat. par.* 1. *moral. resol. tract.* 2. *cap.* 4. *resol.* 14. *num.* 114. Anticipata enim celebratio esset contra finem testatoris. Quia celebratis Missis anticipatè reliquo tempore deficeret concursus, & cultus

Imaginis, & quando respexisset, interrumperetur, & reassumendo celebrationem non ita facile reduceretur nam ad manutenendum concursum requiritur, continuatio motiuorum attrahentium populum. Et proindè anticipata celebratio operaretur finem appositum menti fundatoris contra Regulam, quod inducta ad vnum finem non debent oppositum operari *l. legata inutiliter ff.* de *leg.* 1. & Cap. *maiores* §. *sed adhuc* de *Baptismo.* & obseruat Rota *decis.* 140. *num* 4. *par.* 4. *Recent.*

Quintò. Non poterunt anticipare celebrationem 8 si fundator respexit commoditatem populi, aut celebritatem, & honorem Capellæ, vt aduertit etiam. Francisc. Lugo *libro* 5. *de sacram. cap.* 2. *quæst.* 4. *n.* 37. Quia anticipata; celebratio esset contraria fini intento; nam commoditas populi exigit, quod in singulis hebdomadibus, possit, si velit, audire missam. Sicut etiam splendor Capellæ postulat, quod celebratio sit potius in hæbdomadibus, & non omnibus diebus, quàm pro aliquo tempore quotidiana & pro alio nunquam celebretur. Sicut minores diuitiæ continuatæ, plus conferunt ad splendorem familiæ, quàm maiores pro interpellatis temporibus, itavt in aliis temporibus nullæ sint. Imò si fundator respexit ad commoditatem populi, tenebitur diebus festiuis celebrare si vna, aut altera tantum Missa in designata Ecclesia celebretur, quia præsumendum est, quod intenderit maiorem commoditatem populi, quæ præcipuè in eo consistit, quod possit diebus festiuis commodè audire Missam.

Sextò. Non poterit anticipatè celebrare, si obli- 9 gatio sacrificij sit ordinata pro defunctis illius loci, aut alterius communitatis, vt obseruant Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Eucharis. sect.* 2. *num* 44. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 4. *quæst.* 4. *num.* 37. Ratio est. Quia anticipata celebratio potest vergere in damnum, eorum, pro quorũ beneficio est instituta: nã qui moriuntur post anticipatè celebratas missas, sed in illo tempore, in quò iuxta dispositionem Fundatoris essent celebrandæ, non participabunt beneficium sacrificij quod participarent, si prescripto tempore celebrarentur. Rursus fieri potest, quod, dum anticipatè celebrantur, nullus sit ex defunctis, pro quibus est celebrandum, qui indigeat fructu sacrificij, & postea adsit, qui indigeat illo tempore, in quo essent celebrandæ, & proindè iste priuaretur fructu sacrificij ratione anticipatæ celebrationis.

Septimò. Non poterit anticipatè celebrare, si debeat offerre sacrificium pro viuis vt aduertit Fernandez *par.* 3. *Examin. theol. moral. cap.* 3. §. 9. *num.* 5. Ratio autem est. Quia si anticipet, fieri potest quod ille pro quo offert non habeat, aliquam pœnam soluendam, quia iam ei remissa sit virtute præcedentium sacrificiorum, & consequenter quod non participet effectum sacrificij. Econtra fieri potest, quod tempore, in quo essent celebrandæ habeat pœnam soluendam ob noua peccata commissa, & proindè quod tunc esset percepturus fructum sacrificij, si tunc offerretur. Ex quo fit, quod anticipatio celebrationis fiat ipsi damnosa, atque adeò illicita respectu Capellani.

Posset tamen aliquis dicere, quod anticipatio 10 possit etiam esse proficua; nam fieri potest, quod quando anticipantur Missæ, is, pro quo offertur sacrificium sit in statu gratiæ, atque adeò capax effectus ipsius; & contra, quod eo tempore, in quo essent celebrandæ non sit in gratia, & proindè incapax effectus. Vndè ancipatio erit proficua, quia faciet, quod percipiat fructum sacrificij, quod aliàs non perciperet. Ex his, & aliis huiusmodi, quæ considerari possunt, fit, quod res sit dubia, quia anticipatio potest esse damnosa, & proficua; quo dubio stante,

non erit in facultatate Capellani anticipare, quia cùm sit merus exequutor voluntatis fundatoris, non potest arbitrari,& eligere partem, quæ fortè secundum ipsum est magis proficua, nec potest se exponere periculo inferendi damnum, sed debet seruare dispositionem Fundatoris,& relinquere,quod sit,vel non sit proficua, prout reperiet personam, pro qua est offerendum sacrificium.

12 Et dictis colligitur. Quod Sacerdos,qui conductus est ad celebrandum in aliqua Ecclesia diebus festiuis, non possit in eadem Ecclesia anticipatè celebrare,vt obseruat inter alios Diecastillus *tract.* 4. *de sacrament. disput.* 4. *dub.* 21. *num.* 406. Nam eo ipso,quod conducitur pro diebus festiuis, conducitur in ordine ad commoditatem populi,vt possit audire Missam:vndè dum celebrat alia die, non satisfacit propriæ, obligationi,nec menti conducentis & ideò non facit suam illam mercedē seù eleemosinam,quam accipit,cùm non exhibeat id cuius intuitu accipit,sed tenetur restituere.

13 Colligitur 2. Quod Capellanus anticipatè celebrans Missas,si Capellania non sit collatiua,tenetur restituere emolumentum,si anticipata celebratio faciat, quod non seruetur forma præscripta in celebrando à fundatore,vt contingit, quando Missæ essent præscriptæ distributinè in qualibet hæbdomada, aut cum affixione ad certos dies,quia cùm non seruet formam in celebrando præscripta à fundatore,eodem modo se habet,ac si non celebraret, tum quia deficiente forma,actus est nullus *l. meuius* & *l. qui hæred.* §. 10. *ff.* de *condit. & demonstrat.* & communiter cùm Glos. *in Cap. Cùm dilecta verbo.* Irritum *de rescriptis* Vbi etiam Felin. *num.* 6. Abbas *num.* 4. Tum quia per talem celebrationem non obtinetur finis Fundatoris, & ideò eodem modo se habet,ac si non celebraretur. § *sit autem* Instit. *de Satisdat. tutor.* & *l. quoties ff.* Qui *satisdat cog.* vbi Glos. & Doctores & Cap. 2. *de translat. Episcop.* & obseruant Tiraquel. *ad leg. connub. glos.*1. *par.*6. *num.* 12. Surd. *consil.* 28. *num.*89. Menoch. *cons.* 658. *n.*9. Castrens. *consil.*199. *init. lib.* 1.



DE SVPPLENDIS MISSIS per Collectas.

Solent Pontifices aliquando concedere,quod vnica Missa cum recitatione nonnullarum collectarum suppleatur pro pluribus,nempè pro tot Missis,quot recitantur collectæ, seù orationes,vt constat ex Priuilegiis concessis,de quibus suo loco diximus,fuisse reuocata per decreta de celebratione Missarum. Difficultates ergo quæ circa huiusmodi collectas occurrunt modò explicandæ sunt.

QVÆSTIO 1150.

An & quomodo vnica Missa suppleri possit pro pluribus.

SVMMA.

1 *Difficultas quæ facit contra collectas.*
2 *Pontifex potest supplere fructum plurium missarum.*
3 *Existentia thesauri Ecclesiæ.*
3 *Fructus sacrificij quomodo suppleatur de thesauro Ecclesiæ.*
4 *Virtus sacrificij crucis est in Thesauro Ecclesiæ.*
5 *Sacrificij fructus cuiuscunque quantitatis sit, suppleri potest de Thesauro Ecclesiæ.*
6 *Quomodo per collectas sacrificium eleuetur ad supplendum pro multis.*

EX duplici capite insurgit difficultas. An possit Summus Pontifex concedere facultatem, quod vnica Missa suppleri possit pro pluribus. Primò quia non apparet, quomodo poterit crescere valor Missæ, aut quomodò collectæ illæ,quæ recitantur, supplere possint pro pluribus Missis, cùm habeant tantum vim quatenus sunt preces oblatæ Deo nomine Ecclesiæ, aut etiam aliquam ex parte recitantis, si ab eo ritè recitentur. Secundò. Quia cùm intercedat inter dantem,per accipientem stipendium, conuentio quasi per modum contractus,non videtur Pontifex tollere posse obligationem Sacerdotis, qui accepit stipendium aut eam alterare cùm proficiscatur ex iure naturali, 1

Quod spectat ad primam difficultatem. Dicendum est. *Summum Pontificem posse supplere fructum plurium sacrificiorum per dispensationē meritorum Christi,quæ sunt in thesauro Ecclesiæ.* Pro quo supponendum est tanquam certum, adesse in Ecclesia thesaurum, in quo recondita sunt merita, & satisfactiones Christi, vt tradunt communiter Theologi, oppositum ad minus erroneum iudicantes Caiet. *opusc.* 15. *cap.*1. *& sequent. de indulgent.* Paludan. *in* 4. *distinct.* 20. *quæst.* 4. Sotus *distin.* 21. *quæst.* 1. *art.* 2. Petr. Sotus *lect.*2. *de indulgent. cap.*43. Doffen. *art.*17. *contra Luther.* Suarez 3 *part. tom.*4. *disp.*51. *de indulgent sect.*1. *num.* 3.& desumitur ex Clement. VI. in extrauag. *vnigenitus* de *pænit.& remiss.* ibi præsertim *quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum,sed per Beatum Petrum cæli clauigerum eiusque successores suos in terris Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum.* 2

Hinc autem desumitur ratio. Fructus sacrificij consistit in propitiatione, impetratione, & satisfactione, vt constat ex dictis in superioribus suo loco, & desumitur ex Conc. Trident. *sess.*22. *can.*3. *de sacrific. miss.* ibi *si quis dixerit Missæ sacrificium tantum esse laudis,& gratiarum actionis,aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti: non autem propitiatorium,vel soli prodesse sumenti; neque pro viuis,& defunctis,pro peccatis,pœnis,satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit.* Rursus sacrificium non causat hos effectus, seù fructum, nisi quatenus applicat virtutem, & fructum sacrificij cuius, vt desumitur ex eodem Conc. *eadem sess. cap.* 9. *de sacrif. miss.* ibi *vt visibile,sicut hominum natura exigit sacrificium quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, eiusque memoria in finem vsque seculi permaneret atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur &c.* Cùm ergo fructus sacrificij Missæ consistat in applicatione virtutis sacrificij Crucis, & possit summus Pontifex hanc virtutem applicare, siquidem esse reposita in Thesauro Ecclesiæ cùm sit fundata in meritis, & satisfactionibus Christi & ipse sit dispensator eiusdem thesauri, poterit mediante applicatione virtutis sacrificij Crucis supplere fructum plurium sacrificiorum. 3

Confir. Virtus sacrificij Crucis fundatur in meritis Christi, ex quibus prouenit, quicquid facit, ad redemptionem generis humani, & assequutionem salutis æternæ. Ergo si merita Christi sunt in Thesauro Ecclesiæ,erit etiam in ipso virtus sacrificij Crucis. Ergo si Pontifex est dispensator Thesauri, erit 4

etiam

etiam dispensator virtutis sacrificij Crucis. Rursus virtus sacrificij Crucis habet vim propitiandi, impetrandi, & satisfaciendi, nam ab ipsa prouenient effectus sacrificij Crucis quod facit propitiatorium, impetratorium, & satisfactorium. Ergo Pontifex dispensando virtutem sacrificij Crucis repositam in thesauro, communicat illos effectus: quos communicat sacrificium Missæ, siquidem per hoc non communicantur, nisi quatenus applicat virtutem sacrificij Crucis, vt dictum est.

5 Dices. Id esse verum supposito, quod sacrificium Missæ sit finitæ efficaciæ quoad suos fructus: secus autem si sit infinitæ, quia non potest Pontifex nisi finito modo communicare Thesaurum Ecclesiæ. Resp. Hoc habere locum, siuè sacrificium Missæ sit finitæ, siuè infinitæ efficaciæ. Nam semper verum est, quod non exercet suam efficaciam nisi applicando virtutem sacrificij Crucis. Hæc autem virtus est applicabilis etiam à summo Pontifice, tanquam dispensatore Thesauri Ecclesiæ, & quamuis applicet finito modo, hæc tamen applicatio est sufficiens, cùm non sit applicanda nisi in ordine ad effectum finitum; vndè quicquid sit an efficacia sacrificij Missæ sit infinita, certum tamē est, quod habet effectum finitum quia tam propitiatio, quàm impetratio & satisfactio finito modo se habent, cùm causent effectum finitum, & ideò applicatio facta per Pontificem, potest ipsi æquiualere.

6 Hinc autem fit, quod mediantibus huiusmodi collectis eleuatur sacrificium Missæ, vt æquiualeat tot Missis quot sunt collectæ, nam singulis per suam facultatem dispensatiuam annectit Pontifex tantum fructum, quantus est fructus sacrificij, quod offertur, & ideò multiplicatur ad multiplicationem collectarum, & hoc pacto eadem Missa æquipollet pluribus. Sunt autem necessariæ huiusmodi collectæ, vt fructus applicatus à Pontifice de Thesauro Ecclesiæ coniungatur cum fructu sacrificij & offeratur Deo simul cum ipso. Cùm enim illæ collectæ sint preces nomine Ecclesiæ oblatæ Deò dum sunt veluti fœcundæ fructu à Pontifice applicato & offeruntur Deo, offertur simul etiam fructus annexus, & cùm sint partes sacrificij trahunt fructum applicatum ad vnionem cum fructu, quem secum affert sacrificium & faciunt, quod in eadem actione sacrificandi totus fructus offeratur Deo, itavt per accessionem ad fructum fundatum in actione substantiali sacrificij, censeatur totus fructus sacrificij, eò quod fructus accessorius sequitur naturam fructus principalis, & fiat suo modo fructus eiusdem sacrificij.

QVÆSTIO 1151.

An possit Summus Pontifex concedere Collectas stante obligatione & stipendio.

SVMMA.

1 *Quid nonnulli senserint circa collectas.*
2 *Pontifex potest concedere, quod vnica Missa pro pluribus suppleatur.*
3 *Pontifex supplendo fructum sacrificij per collectas nulli facit iniuriam.*
4 *In æquipollentibus non refert, quid ex ipsis fiat. Quando sufficiat formam seruari per æquipollens.*
5 *Collecta quomodo æquipolleant pluribus sacrificiis.*
6 *Commendantes Missas an positis collectis percipiant vt cooperantes totum fructum quem perciperent, si plura sacrificia offerrentur.*
7 *Collecta sunt secundum mentem interpretatiuam commendantium Missas.*
Debitor moneta certa speciei, sufficit, si soluat in æquipollenti.
8 *Collecta quando non habeant locum.*
9 *Si reperiri possit, qui Missas commendauit, an collecta habeant locum.*
10 *Collecta non liberant à solutione, sed dant vndè soluatur.*

NOn defuerunt qui putarent, non posse Pontificem concedere, vt vnica Missa satisfiat pluribus obligationibus contractis ex stipendio acceptato pro pluribus Missis, quorum, suppresso nomine meminit Turrianus *cent. 4. dub. 80.* & ita etiam videtur sentire. Azor. *par. 3. lib. 2. cap. 2. quæst. 5.* Fundamentum ipsorum est, quia Summus Pontifex non potest rescindere contractus, quia obligant de iure naturæ, atque adeò nec obligationes, in quas partes mutuò consenserunt. Cùm ergo inter dantem Eleemosinam & acceptantem consurgat obligatio de celebrandis Missis iuxta numerum præscriptum, in quam partem mutuò consentiunt, non poterit Pontifex hanc obligationem rescindere. Si autem concederet, quod vnica Missa cum aliquibus collectis satisfieret pluribus Missis, rescinderet obligationem contractam. 1

Tenendum tamen est. *Neque ex hoc capite obstare, quin possit Pontifex concedere quod vnica impleatur obligatio celebrandi tot Missas, quot sunt collecta* Ita communiter Doctores Syluest. *verbo* Missa *num. 20.* Corduba *in quæst. lib. 1. quæst. 4. dub 3.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 22. num. 3.* Filliucc. *tract. 5. cap. 6. quæst. 10. num. 189.* Reginal. *lib. 23. praxis fori ; ænit. num. 238.* Molfes. *p. 1. summ. tract. 3. cap. 17. num. 29.* Fraxinel. *de obligat. sacerd. sect 7. §. 1 1. & 12.* Bonac. *disput. 4. de sacram. quæst. vlt. punct. 8. num. 3. vet. Dixi secus si hoc* Suarez *de Eucharist. disp. 86. sect. 4.* Rodriquez *quæst. regular. 43. art. 16. tom. 1.* Alphons. de Leone *de iubil. p. 3. num. 25.* Azorsa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 18.* vet. *Rursus* Turrian. *D. centur. 4. dub. 80.* Ludouic. à S. Io. *in summa quæst. 11. de Eucharist. art. 21. dub. 1.* Hieron. Garxia *in summ. tract. 3. difficul. 10. dub. 4. nu. 21.* Franc. Lugo *de sacram. lib. 5. cap. 12. quæst. 66.* Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. § 4. num. 8.* Granad. *3. par. controu. 6. de Eucharist. disp. 21. num. 7.* qui tamen hoc solùm concedit, quando, qui commendauerunt Missas sunt defuncti, aut si viuunt non possunt repetiri, secus autem si reperiri possint, quia tunc non potest Pontifex concedere ne illorum iusta voluntas impleatur, cùm non possit rescindere contractus &c. 2

Ratio est. Quia in tantum non posset Pontifex concedere, vt vnica Missa cum tot collectis satisfieret tot Missis pro quibus sit acceptum stipendium, in quantum præiudicaret iis, qui dederunt Eleemosinam. Hoc autem non sequitur; quia, qui dant eleemosinam, intendunt fructum sacrificij, siquidem obligant Sacerdotes ad offerendum sacrificium secundum ipsorum mentem. Dum autem Pontifex supplet de Thesauro Ecclesiæ fructum illarum Missarum quibus per collectas suppletur, percipiunt æqualem fructum, ac perciperent, si celebrarētur omnes Missæ commendatæ. Ergo nullum præiudicium patiuntur, & obligatus celebrare soluit totum id, ad quod in fauorem commendantium Missas se obligauit non secus, ac si obligatus soluere decem aureos, solueret vnam monetam, quæ decem aureis æquiualeret. 3

Confirmatur. Quando sumus in æquipollentibus, non refert, quid ex ipsis fiat *l. 3 C. de instit. & subst. & l. fin. C. de donat. qua sub modo & l. Mulier ff. Ad Trebel.* quod adeò verum est, vt etiam quando agitur de forma, sufficiat seruari per æquipollens, si sit indu- 4

ctâ

cta ad certum finem, vt obseruant Mantic. *lib. 2. de tacit. 4 n. 45.* alia allegans Rot. *coram Put. decis. 210. num. 6. lib. 2. & decis. 352. num. 1. par. 3. Recent.* & in *Portugalliensi Decimarum 11. Februarij* 1591. coram Orano, & *in Ausien. Parocchialis 7. Aprilis* 1598. coram Lancelloto. Modo autem sumus in æquipollentibus, quia quoad fructum vna Missa cum quinque v. g. collectis æquipollet quinque Missis iuxta dicta in *quæst. praced.* Rursus etiam multiplicatio Missarum commendatarum est inducta ad certum effectum nempè ad obtinendum fructum multiplicatum, iuxta multiplicationem Missarum: vndè nihil refert, quod fiat ex æquipollentibus, cùm semper obtineatur idem effectus.

5 Dices. Licet Missa cum collectis æquipolleat pluribus quoad fructum, non tamen æquipollere quoad cultum Dei, quia continet vnicam tantum oblationem sacrificij, quæ non æquiualet pluribus oblationibus. Resp. sufficere, quod æquipolleat quoad fructum, quia commendans Missas intendit sibi obligare sacerdotem ad offerendum sacrificium in eum finem, vt obtineat fructum, & proindè, quamuis sacrificium contineat cultum Dei, super hoc tamen non cadit obligatio sed super communicatione fructus, & ideò vt Sacerdos satisfaciat obligationi susceptæ, sufficit, si communicet commendanti Missas totum fructum, quem intendit. Imò quoad cultum quoque potest considerari æquipollentia. Nam in tantum sacrificium Missæ continet cultum Dei, in quantum est commemoratiuum sacrificij Crucis ipsum repræsentando, quoad rationem offerendi, siquidem est idem sacrificium quoad Hostiam oblatam & quoad principalem offerentem vt habet Conc. Trid. *sess. 22. cap. 2. de sacrif. miss.* Et ideò ex multiplicatione sacrificiorum non multiplicatur substantia sacrificij sed tantum ratio offerendi. Hoc autem per æquipollentiam est in Missa cum pluribus collectis, nam substantia sacrificij sicut suberat multiplici applicationi virtutis sacrificij Crucis, quæ est in Thesauro Ecclesiæ, ita æquiualet pluribus actionibus offerendi. Actio enim offerendi in tantum est grata Deo, & tendit in eius cultum, in quantum applicat virtutem sacrificij Crucis offerendo Deo valorem ipsius, & ideò multiplicata hac applicatione offertur Deo alia, & alia pars valoris sacrificij Crucis.

6 Dices 2. Commendantes Missas fraudari, quia non percipiunt totum illum fructum, quem perciperent tanquam concurrentes ad oblationem sacrificij; nam si pro quinque Missis vnica tantum cum quinque collectis celebretur, percipiet tantum fructus ex vno sacrificio, & tamen deberet percipere ex quinque. Resp. Ex illo sacrificio percipere talem fructum, vt æquipolleat fructui, quem perciperet ex concursu ad oblationem quinque sacrificiorum. Nam, vt dictum est suo loco, concurrens ad sacrificium percipit fructum secundum mensuram concursus, & qui concurrit exhibendo eleemosinam percipit fructum ad mensuram eleemosinæ, quia cùm fructus communicetur ex vi concursus, communicatur etiam secundum ipsius mensuram. Hinc quia totus ille concursus, qui esset diuisus in quinque sacrificia; vnitur ad vnicum sacrificium, ita crescit fructus qui ratione talis concursus percipitur, vt æquipolleat illis quinque portionibus fructus, qui ex quinque sacrificiis perciperetur.

7 Ex dictis deducitur. Quod supplere vnica Missa pro pluribus, mediantibus collectis, nedum defraudat commendantes Missas. Sed etiam est secundum ipsorum voluntatem interpretatiuam, si supponatur rationabilis. Nam quando quis est debitor monetæ certæ speciei, sufficit, si soluat in æquiualenti moneta, vt tradunt Bart. *in l. Paulus num. 6. ff.* de *solut.* Cagnol. *in l. 2. quæst. 31. ff.* de *pact. inter emptor. & vendit.* Cranetta *cons. 47. vers. sed quando* Aret. *cons. 15. num. 3.* Grat. *cons. 12 num. 44. lib. 1.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 26.* Rota *in Romana pecuniar. 23. Ianuarij* 1589. coram Penia, & *in Atheremina fructuum 28. Aprilis* 1600. coram Lancelloto, & *in Romana aureorum octo zecchorum 28. Iunij* 1597. coram eodem & *in ferrarien. Pensionis 15. Martij* 1591. coram Gipsio & *decis. 430. num. 1. par. 4. recen.* quod proportionaliter locum habet in præsenti, nã dum in vnica Missa communicatur totus ille fructus, qui communicaretur in pluribus fit solutio ad æqualitatem; vndè Creditor esset irrationabiliter inuitus de hac solutione, quod cùm non sit præsumendum, præsumi debet eius voluntas interpretatiua, quod contentus sit, quod ita adimpleatur obligatio plurium Missarum.

Secundò infertur. Quod si Missæ institutæ sint, 8
vel ob commoditatem Populi, vel ob cultum Ecclesiæ, vel ob aliquem alium huiusmodi finem, itavt, quod intenditur principaliter, non sit fructus sacrificij, sed ipsa actio celebrandi, tunc non habebit locum supplementum per collectas; sed si vrgeat necessitas reduci poterunt ad minorem numerum iuxta ea, quæ dicimus vbi de reductione Missarum. Collectæ enim nequeunt supplere pro commoditate populi, aut pro illo cultu extensiuo Ecclesiæ, qui consurgit ex multiplici celebratione, vt per se constat. Et ideò non possunt habere locum, sed celebrandæ erunt Missæ iuxta restitutionem, vel, si non possunt celebrari, erunt inducendæ.

Tertiò infertur. Non subsistere limitationem, 9
quam ponit Granad. *num. 2. in fin. cit.* quod scilicet tunc collectæ non habeant locum, quando viuit, & reperiri potest, qui Missas commendauit. Nam vel satisfit obligationi Missarum adhibendo collectas stante illa causa, ob quam conceduntur, vel non satisfit. Si satisfit, non est opus recurrere ad eos, qui Missas commendarunt, si viuant, & reperiri possint; nam in tantum esset recurrendum, in quantum deberent aliquid remittere. Non est autem aliquid remittendum, dum adimpletur obligatio. Vel non satisfit obligationi. Et tunc neque quando, qui Missas commendauerunt, defuncti sunt, aut non possunt reperiri, adhiberi poterunt quia licet facere contra propriam obligationem.

Ex dictis solutum manet fundamentum opposi- 10
tæ sententiæ. Neque enim Pontifex concedendo collectas rescindit contractus, neque obligationes, in quas partes mutuo consenserunt, siquidem non liberat ab obligatione soluendi debitum contractum; sed dat vndè via magis compendiosa soluatur: dum enim per communicationem virtutis sacrificij Crucis, quæ est in Thesauro Ecclesiæ, auget fructum sacrificij, itavt pertingat ad valorem plurium, facit, quod vnica Missa extingui possit obligatio, pro qua extinguenda aliàs requirerentur plures Missæ, in quo nulla interuenit rescissio contractus, aut obligationis. Quod satis expressit Leo X. *in sua Bulla sub die 23. Iulij* 1513. in qua concessit has collectas Fratribus Minimis apud Peirin. *de Priuileg. const. 5. huius Pontificij* ibi: *Ipsique fratres super singulis Missis huiusmodi cum septem vel nouem collectis ad eorum deuotionem taliter recitatis integraliter in earum conscientiis exonerentur perindè ac, si fratres ipsi singulas Missas huiusmodi, & earum quamlibet specialiter de Requiem aut de ipsis sanctis aut eorum quolibet, vel aliàs quomodocumque iuxta piam benefactorum huiusmodi, & cuiuslibet eorum deuotionem, & intentionem diuersis diebus integraliter celebrarentur.* Ex quibus constat, quod collectæ non liberant ab obligatione, sed dant

vndè

vndè debitor suæ obligationi plenè satisfaciat, non secus, ac si celebraret omnes, ac singulas Missas.

QVÆSTIO. 1152.

Quomodò collecta, quibus pluribus Missis satisfit ordinari debeant.

SVMMA.

1 *Collecta an necessariò in numero concesse sint recitanda.*
2 *Pro numero attendenda sunt verba concessionis.*
Non est recedendum à forma concessionis.
3 *Præscripto numero collectarum non possunt pauciores recitari.*
Forma concessionis non seruata, siue fiat aliquid contra, siue infra ipsam.
4 *Collecta quando recitari possint in minori numero.*
Taxatio numeri facit, vt non excedatur: non autem, vt non stetur infra ipsum.
5 *Præscripto numero impari collectarum, est semper talis retinendus.*
6 *Si recitentur in numero pari non valent.*

1 PRæcipua difficultas est. An debeant recitari vsque ad illum integrum numerum, qoi conceditor, an verò recitari possint io minori numero, ita tamen vt vnica Missa æquiualeat etiam minori numero Missarum. Fraxinell. *de obligat. sacerd. sect. 7. §. 9. num. 6.* existimat, non esse necessarium, quod recitentur tot cellectæ, quot conceduntur, sed posse recitari in minori numero, ita tamen vt etiam eadem Missa pro minori numero Missarum suppleatur. Alphons. verò de Leone *de potest. confess. temp. iubil. p. 3. num. 31.* & *de offic. Capel. quæst. 8. sect. 14. num. 95.* docet, quod si Pontifex concedat quod eadem Missa cum collectis vsque ad talem numerum nempè septem, aut nouem satisfiat tot Missis quot sont collectæ, tunc erit in facultate celebrantis recitare collectas in hoc, vel illo numero, intra tamen numerum concessum. Si tamen concedat quod eadem Missa cum tot collectis suppleat tot Missis, tunc de necessiiate erunt collectæ recitandæ in numero præscripto, itavt non possint in minori numero recitari, non obstante, quod intendatur supplere pro minori numero Missarum.

2 In hac difficultatè resoluendum est. Attendenda esse verba concessionis, & iuxta illorum tenorem iudicandum, itavt seruetur omninò modus seù forma, cum qua fit concessio. Ratio est. Quia quandò Prioceps aut Summus Pontifex aliquid concedit, standum est intra limites concessionis, nec recedendum ab ipsius forma, aliàs gratia non subsistit *l. Quid tamen inst. ff.* de *arbit.* & Cap. *Cum venissent.* de *eo qui mitt. in possess.* & Cap. *cum dilecta §. dictam insuper.* de *rescript.* & Cap. *Pisanis* de *restit. spoliat.* & Cap. *venerabilis* de *offic. delegati* & tradunt Felin. *in d. cap. cum dilecta. num* 6. & cœteri Doctores *ibid.* Albus *in cap. Causam n. 10.* de *re iudic.* Angel. *cons. 138. num. 2.* Dec. *cons. 603. num. 10.* Gozadin. *cons. 132. num. 2.* Rota *coram Seraphin. decis. 338.* & coram Ludouis. *decis. 1. num. 1.* & coram Durano *decis. 238. num. 1.* & *decis. 624. num. 1. p. 1. Recent.* Cùm enim totum pendeat à voluntate concedentis, accipienda est concessio, provt verba sonant, cùm in ipsis expressa sit mens & voluntas concedentis.

3 Ex quibus fit. Quod si concessio præscribat determinatè numerum collectarum, non sit in potestate concessionarij recitare collectas in minori numero, quia iam cōstat de mente Pootificis, quod recitantur in tali numero. Tunc enim non seruatur forma concessionis, siue fiat aliquid contra ipsam, siuè infra ipsam, vt notant Gloss. *in cap. si cui verbo.* Præter. *de decim. in 6.* Panormit. *in cap. Causam quæ num. 7.* de *re iudic.* Dec. *in Cap. prudentiam. not. 4.* de *offic. iud. de leg.* & ideò nulliter proceditur, quia oon adimpletur, quod iniungit Pontifex, vt collectæ vim habeant supplendi pro Missis.

Econtra verò. Si Pontifex coocedat, qood vnica
Missa cum pluribus collectis vsque ad talem numerom septem v. g. aut nouem, vt in Priuilegio Leonis X. pro Minimis, de quo *quæst. præced. num. 10.* poterunt recitari collectæ in minori oumero. Quia relinquitur in libera facultate recitare in tali, vel tali numero dummodo non excedat taxatum, oumerus enim in concessione taxatur, non vt ad ipsum semper collectæ pertingere debeant, sed vt excludatur maior numerus iuxta caput *Cùm Ecclesia Sutrina. §. Pars Canonicor.* de *caus. possess. & propriet.* & notant Bald. *in l. 1. num. 1. verbo.* pro cuius *ff. si quis ius dicen. non optemp.* Bald. *in l. si quis ex consensu not. 2. C.* de *Episc. audient* Abbas *in d. cap. cùm Ecclesia sutrina. num 9.* Bellam. *num. 16.* vers. *Quintò opponitur.* Butr. *num. 18.* Felin. *in cap. Contingit num. 2.* vers. *Per istum tex.* de *fide Instrum.* Dec. *in l. p. vers. Ex quibus G.* de *bonor. possess. contra tab.* Castren. *in l. Rationes §. eiusdem iuris num. 2. C.* de *probat.* 4

Ex quibus deducitur, quod si Pontifex præscri- 5
bat collectas in oumero impari, vt præcribit Leo X. in dicto priuilegio pro Ministris, nam præscribit vsque ad septem, vel nouem, semper erit retinendus numerus impar, etiam si infra numerum concessum recitentur; præsertim si Pontifex duos numeros disiunctiuè & vtrumque imparem expresserit, vt expressit Leo septem, aut nouem in dicto Priuilegio. Nam expressio numeri imparis inducit formam, sub qua stare debet numerus collectarum, & ideò licet sit facultatiuus intra numerum taxatom, non est tameo facultatiuus quoad formam numeri expressam præsertim cùm iste numerus impar sit secundum formam Rubricarum *tit. de ordinat. num. 12.* vbi præscribitur talis numerus impar.

Deducitur contra Alphon. de Leone *de offic. conf.* 6
temp. iubil. p. 3. num 31. ver. *Quæres, an si dicantur.* Recitationem collectarum non satisfacere pluribus Missis, si recitentur in numero pari, quandò à Pontifice exprimuntur in numero impari, & si remanent in facultate recitare in minori numero, quam concessus fuerit. Quia, dum Pontifex exprimit numerum imparem, præsumitur respicere ad rubricas, & velle se in coocessione conformare cum forma, sub qua rubricæ præscribunt collectas esse recitandas: & proindè velle, quod eadem forma seruetur in huiusmodi Collectarum recitatione. Et ideò si non seruatur forma præscripta non valebit concessio, & collectæ erunt inefficaces ad supplendum pro pluribus Missis.

QVÆSTIO 1153.

Quanam Collecta recitanda sint, vt eadem Missa satisfaciat pro pluribus.

SVMMA.

1 *Collecta præscripta recitari debent.*
Si lex requirat actum cum certa qualitate non sufficit solus actus.
2 *Pontifex non obligat ad certas collectas, quando non exprimit.*
Nō habetur pro dispositio, quod de facili potuit exprimi.

3 Collecta

3 *Collecta an comprehendant quæ recitantur iuxta Rubricas.*
4 *Standum praxi interpretatiuæ.*
5 *Collecta recitanda cum proporti one ad Missam. Arbitrium intelligitur de regulato.*
6 *Collecta an valeant irrationabiliter assumpta.*
7 *Non sunt assumenda a lia collecta, si occurrentes pertingant ad numerum.*
8 *Si collectis recitandis ex Rubricis superaddantur omnes concessa, quanam erunt superflua.*

1 IN hoc quoque attêdenda sunt verba conceſſionis quia nec plus, nec minus intelligitur conceſſum, quam verba ipſa ſonent, cùm tota conceſſio pendeat à voluntate concedentis. Et ideò ſi ſummus Pontifex præſcribat ſpeciem ſeu qualitatem collectarum, erunt recitandæ ſecundum præſcriptionem nam eius voluntas facit legem. Et quando lex requirit actum cum aliqua qualitate, non ſufficit actum fieri abſque illa qualitate, vt notaot Bart. *in l. fulcinius §. cum hoc ff.* Quibus *ex cauſ. in poſſeſſ.* Rota coram Durano *deciſ.* 205. *num.* 11.

2 Si verò Pontifex concedat, vt quibuſcunque collectis recitatis eadem Miſſa ſatisfaciat pro pluribus tunc erit in facultate celebrantis recitare, quas voluerit, quam formam conceſſionis adhibuit Leo X. in Priuilegio pro Ministris, de quo in *præcedentibus quæſt.* Imò ſi Pontifex nihil exprimat circa qualitatem Collectarum, ſed ſolum dicat, quod recitatis tot collectis, &c. remanebit in libertate recitantis recitare, quas voluerit, quia cùm Pontifex nihil expreſſerit, cùm de facili potuerit, cenſetur noluiſſe obligare ad hanc, vel illam qualitatem collectarum *l. ſi certum §. ſed dixit ff.* de *acquir. hered.* & *l. 2. §. 1. ff.* de *indic.* & *l. Diſcentientis* C. de *repud.* & Cap. *inter.* de *tranſl. Epiſcop.* & Cap. *illa* Ne *ſedè vacante.*

3 Difficultas autem in præſenti eſt. An numerus collectarum comprahendat eas, quæ recitantur ſecundò præſcriptionem rubricarum, an verò illæ, quæ ſupplent pro Miſſis, debeant eſſe ſupranumerariæ. Dicendum eſt. *In numero præſcripto collectarum includi etiam eas, quæ ex præſcripto rubricarum recitantur,* & ideò ſi ſint recitandæ quinque collectæ, & tres præſcribantur à Rubricis addendæ erunt. Ita etiam Alphon. de Leone *de poteſt. confeſſar. temp. iubil. p. 3. num. 31.* & de *offic. Capel. quæſt. 8. ſect. 14. numer. 100.*

4 Ratio eſt. Quia ita Praxis interpretata eſt conceſſionem Summorum Pontificum, cui ſtandum eſt *l. ſi de interpret. ff.* de *legib.* 6. Rota *deciſ.* 156. *num.* 17. *p.* 5. *Recent.* & *deciſ.* 14. *num.* 4. *p.* 7. & coram Eminent. Otthobono *deciſ.* 257. *num.* 15. Accedit etiam, quod ſummi Pontifices in conceſſionibus huiuſmodi ſolum obligant ad recitandas tot collectas nec requirunt quod ſint ſuperadditæ, omnes collectis ea præſcritto Rubricarum recitandis, ſicut debuiſſent exprimere, ſi voluiſſent eſſe ſupranumerarias, iuxta ſuperius dicta *num.* 2. vndè cùm ſolum requirant tot collectas, & hoc verificetur computatis, quæ ex præſcripto Rubricarum recitantur, nec etiam nos aliud debemus requirere.

5 Eſt tamen aduertendum. Quod licet ad libitum celebrantis relinquantur collectæ, debent tamen recitari cum proportione ad Miſſam, vndè non rectè in Miſſa de Requiem recitarentur collectæ de Sanctis, aut extra conſuetos dies recitarentor collectæ de ſolemnitatibus vt de Reſurrectione, de Epiphania, &c. nam Arbitrium, quod in hoc relinquitur celebranti, intelligitur de arbitrio regulato, & prout de iure *l. fin. §. ſed & ſi num.* 16. C. *commun. de legat.* & notant Bart. *ibidem num.* 16. Peregr. *deciſ.* 239. Paleott. *deciſ.* 290. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 7. *num.* 7. *de re iudic.* Ludouiſ. *deciſ.* 465. *num.* 1. & ideò debet eſſe arbitrium rationabile.

An autem valerent collectæ, ſi irrationabiliter 6 aſſumerentur, negatiuè videtur reſoluendum defectu intentionis Summi Pontificis, quia licet relinquat liberam facultatem eligendi collectas, eius tamen conceſſio non extenditur ad electionem irrationabilem, & quæ dedeceat celebrationem Miſſæ præſertim quia ſolet apponi clauſula, *iuxta deuotionem,* Cùm autem deuotio ſit virtus, eſt regulata à prudentia, & ideò non mouet niſi ad prudenter eligendum, & ſi electio non ſit prudens, non erit ſecundum deuotionem. Cùm ergo Pontifex non intendat concedere imprudentem electionem, ſi talis ſit, non habet aſſiſtentiam conceſſionis Summi Pontificis Supplentis de Theſauro Eccleſiæ, atque recitatio collectarum remaner inefficaa.

Ex dictis infertur. Quod ſi collectæ recitandæ ex 7 præſcripto Rubricarum pertingant ad numerum collectarum conceſſarum pro ſingulis Miſſis, non erit neceſſarium aſſumere alias collectas, quia cùm ipſæ inſeruiant pro ſupplendis Miſſis, dum complent numerum collectarum præſcriptum, non admittunt acceſſionem aliarum in ordine ad ſupplendum pro Miſſis, pro quibus ſupplere debet recitata cum collectis.

Secundò infertur. Quod ſi collectis recitandis 8 iuxta rubricas ſuperadderentur illæ omnes, quæ tanquam ſuppletiuæ Miſſarum concedontur, quandò computatis quæ ſecundum rubricas recitantur, peruenirent ad numerum præſcriptum, cæteræ remanerent otioſæ quia iam eſſent applicatæ ſufficientes collectæ pro obtinendo effectu. Imò fieri poſſet, quod redderet fruſtratorium totum effectum, nempè ſi collectæ eſſent iniunctæ ſub forma numeri imparis, & facta hac additione conſurgeret forma numeri paris. Quia enim non ſeruaretur forma præſcripta corrueret conceſſio, & collectæ fruſtrarentur ſuo effectu.

QVÆSTIO 1154.

An ſingulis diebus recitari poſſit Miſſa cum his collectis.

SVMMA.

1 *Conceſſio collectarum an habeat locum in duplicibus vigilis &c.*
2 *Collecta particulares, quando non aſſignantur taxatiuè.*
3 *In recitatione collectarum, licet ſecundum Rubricas non poſſent plures aſſignatis recitari, non continet peccatum.*
4 *Quocunque die poſſunt recitari collecta, niſi obſtet magna ſolemnitas.*
5 *Generalis conceſſio eſt generaliter accipienda.*
6 *Conceſſio ſpecialis generali diſpoſitioni derogat.*
7 *In duplicibus non ſunt recitanda plures collecta, ſed ſine cauſa.*

1 QVod in duplicibus, ſemiduplicibus, infra octauas, atque in Vigiliis, quibus ieiunatur, non ſit practicanda conceſſio collectarum, tradunt Megal. *in prompt. verbo* Collecta *num.* 1. Alphonſ. de Leone *de offic. confeſſ. quæſt.* 8. *ſect.* 14. *num.* 96. qui tamen addit, quod ſi recitarentur quinque collectæ aut alius numerus, valeret Miſſa pro quinque, aut alio numero Miſſarum, non tamen abſque culpa, quatenus violarentur Rubricæ. Excipit tamen Megal quatuor tempora quadrageſimæ; fundamentum eſt. Quia in præ

prædictis diebus assignantur collectæ particolares vt constat ex rubrica Missalis.

2 Verùm hæc ratio non est alicoius momenti, quia quamuis in dictis diebus assignentur collectæ particulares feclusis tamen duplicibus, & aliquibus octauis, non assignantur taxatiuè, itavt non possint plures recitari: sed solùm assignantur determinatæ recitandæ, & remanet in facultate celebrantis alias superaddere, & proinde poterit soperaddendo pertingere ad numerum concessum.

3 Deinde non satis cohæret, quod obtineatur effectus collectarum & quod peccetur contra Rubricas. Nam vel Pontifex intendit concedere collectas pro dictis diebus, vel non si intendit concedere, itavt habeant suam efficaciam supplendi pro tot Missis, quot sunt collectæ, nullum omninò committetur peccatum vel leuissimum contra Rubricas, quia specialis concessio tanquam se extendens ad prædictos dies derogabit præscripto rubricarum. Si verò Pontifex non extendit concessionem suam ad DD. dies collectæ recitatæ nullius erunt efficaciæ cùm non habeant assistentiam concessionis summi Pontificis. Et ideò non possunt stare simul, quod violentur Rubricæ, & quod collectæ recitatæ sortiantur suum effectum.

4 Dicendum itaque est. *Collectas posse recitari in quocunque die nisi fortè obstet aut solemnitas aut celebritas officij.* Nomine autem solemnitatis intelliguntur præcipuè solemnitates festorum, vt sunt natiuitas Domini, Epiphania, Pascha Resurrectionis, & Pentecostes quoad primum diem; nam non videtur cohærere magnitudini solemnitatis alius cultus præter illum, quem secum affert festiuitas. Nomine autem celebritatis officij intelligitur illa celebritas, quæ non admittit mixtionem alterius cultus præter præscriptum, vt sunt feria quinta, sexta, & sabbathum maioris hebdomadæ. Ratio autem est. Quia non est verisimile, quod Pontifex extenderit concessionem collectarum ad hos dies, cùm inuiolabiliter seruentur puri à mixtione cuiuscunque alterius cultus.

5 Ratio est. Qoia in huiusmodi concessionibus Pontifices non excipiunt aliquem diem neque aliquam Missam, sed generaliter concedunt, quod celebrando Missam cum tot collectis, æquiualeat tot Missis, quot sunt collectæ. & ideò cùm sit generalis concessio, debet generaliter accipi iuxta *l. 1. §. Generaliter ff. de leg. præst.* & *l. fin. C. de dot promiss.* quatenus non repugnat verisimilis mens disponentis cùm debeant tantum excludi ex à generali dispositione, quæ non esset in specie disponens concessurus *l. in obligatione generali ff. de Pignor.* & *Cap. veniens de iureiur.* & *Cap. final. de offic. vic. in 6.* in præsenti autem non videntur excludendi ex verisimili mente concedentis, nisi dies prædicti præcipuarum solemnitatum & celebritatum.

6 Confirm. Concessio Pontificis tanquam specialis & pro speciali casu derogat generali dispositioni Rubricarum iuxta *l. Sanctio ff. de pœn.* & *Cap. 1.* & *Cap. Pastoralis §. quoniam de rescript.* & notant communiter Doctores Castr. *cons. 476. init. lib. 2.* Beroius *cons. 57. num. 10. vol. 3.* Natta *cons. 7. num. 5.* Surd. *cons. 56. num. 1.* Ergo non obstante Rubricæ, quominus singulis diebus recitari possint collectæ, siquidem quatenus obstarent Rubricæ, præoaleret specialis concessio Pontificis.

7 Ad fundamentum in oppositum resp. In duplicibus non esse recitandas plures collectas sine causa, posse tamen recitari cum causa, vt cantat, quando sunt faciendæ commemorationes. Est autem maior causa eleuare Missam, vt æquipolleat pluribus, quàm sit commemoratio: & ideò si ob commemorationes multiplicari possunt collectæ, poterunt etiam multiplicari ob dictam eleuationem Missæ, cùm etiam ob minorem causam multiplicentur, vt in occasione impetrandi aliquid à Deo &c. vnde quando rubricæ præscribunt vnicam tantum orationem pro duplicibus, debent accipi regulariter, quando non adest causa multiplicandi.

QVÆSTIO 1155.

An collecta conformari debeant qualitati Missæ pro qua est satisfaciendum.

SVMMA.

1 *Collecta an conformari debeant cum qualitate Missa, pro qua satisfaciunt.*

2 *Collecta vt plurimum relinquuntur libera quoad qualitatem.*

3 *Collecta non possunt semper conformari cum qualitate Missæ pro qua supplent.*

4 *Expedit collectas recitari iuxta deuotionem celebrantis.*

Partem affirmatiuam tradit Alphonsus de Leone *de offic. Confess. temp. iubil. par. 3. num. 31. vers. qua autem & de offic. Capel. quæst. 8. quæst. 14. nu. 100.* asserens, quod quando satisfaciendum est pro Missis de Requiem, debent recitari collectæ de Requiem; & quando satisfaciendum est pro Missis votiuis de Spiritu Sancto, de B. Virgine &c. debent recitari collectæ de Missis iisdem votiuis, subdit tamen hocnon esse necessarium sed quod sacerdos eas recitando melius faceret. 1

Dicendum tamen est *Non esse necessarium quod collecta concordat qualitati Missæ pro qua est satisfaciendum: sed multoties nec etiam expedire.* Ratio est. Quia in his collectis sufficit adimplere mentem Summi Pontificis concedentis facultatem. Ergo si non determinet, quod collectæ conformentur cum qualitate Missarum pro quibus est satisfaciendum, non erit necessaria talis cooformatio. Regulariter autem non determinant, imò relinquunt celebrantem in sua liberrate, vt recitet, quas ipsi deuotio suggesserit, vt Leo X. in priuilegio concesso pro Minimis apud Peirin. *de priuileg. Const. 5. eiusdem Pontificij.* 2

Accedit. Quod multoties non possunt congruo modo recitari cum tali cooformitate. Si enim Pontifex concedat, quod nouem collectis suppleantur pro nouem Missis, quæ omnes sint de Requiem celebrandæ non adsunt in Missali nouem collectæ pro defunctis, quæ quadrent animæ, pro qua offerendum est sacrificium; neque enim congruenter recitabitur collecta pro Patre, aut pro Matre, si defunctus pro quo offerendum est sacrificium, nihil attineat ad celebrantes. Neque congruenter recitabitur collecta pro Summo Pontifice, si pro laico celebrandum sit. Rursus si satisfaciendum sit pro nouem Missis de Trinitate, aut de Sanctissimo Sacramento vbi erunt nouem collectæ de Sacramento aut Trinitate, quæ recitentur. 3

Ex dictis colligitur. Magis expedire, quod sacerdos recitet collectas, prout deuotio ei suggesserit, quàm quaslibet alias; Nam tunc ex deuotione sacerdotis crescit fructus, qui ex opere operantis prouenit ex recitatione collectarum, qui redundat etiam in beneficium illius, pro quo est celebrandum; nam cùm collectæ ordinentur ad supplendum pro Missis, offeruntur Deo pro eo, pro quo esset celebrandum & ideò sunt maioris efficaciæ, quando procedunt ex maiori deuotione. 4

Qvæstio 1156.

An oratio Missæ quæ celebratur computanda sit pro vna ex collectis.

SVMMA.

1 *Prima Oratio an computanda pro vna ex collectis.*
2 *Prima oratio venit appellatione collectæ.*
Cui verba quadrant, conuenit dispositio.
3 *Supplementum collectarum includit etiam ipsam Missam.*
4 *Missa cum vna tantum oratione non potest supplere pro alia Missa.*

1 Ratio dubitandi sumitur ex eo, quod prima oratio, quæ recitatur, est pars Missæ, & proindè sicut pertinet ad integritatem illius sacrificij ritualis ita etiam non videtur apta ad supplendum tanquam vna ex collectis. Nam cùm supplementum sit quid superadditum, fundari etiam debet in aliquo quod superaddatur.

2 Tenendum tamen est. *Quod computanda sit tanquam vna ex collectis de numero, qui præscribitur.* Ratio est. Quia nomine collectarum veniunt omnes orationes quæ recitantur in Missa. Vndè quandò Pontifex præscribit tot collectas recitandas, vt suppleatur pro pari numero Missarum, eius dispositio verificatur etiam in illa prima oratione cùm ipsa quoque sit vna ex collectis, & ideò ingredi debet numerum præscriptum collectarum. Cùm enim verba dispositionis illi conueniant, debet comprændi sub dispositione *l. quod constitutum* ff. de *militar. testament.*

3 Ad rationem dubitandi resp. Primam orationem Missæ quamuis inseruit pro vna ex collectis non tamen supplere pro vna Missa, sed pertinere ad fructum, quem ex se aliàs causat Missa independenter à collectis. Quandò enim Pontifex concedit, quod septem, aut nouem collectis, suppleatur pro septem, aut nouem Missis, superaddit solum supplementum sex, aut octo Missarum, quia in septem, aut nouem Missis comprænditur etiam Missa ordinaria, & principalis, & huic Missæ tanquam vna ex collectis correspondet prima oratio illius propria. Vndè sicut collectæ superadditæ sunt tantum sex, aut octo ita etiam supplementum Missarum, & proindè purificatur cum numero collectarum, quæ superadduntur.

4 Ex dictis infertur. Quod si quis recitans Missam festi duplicis vnicam tantum orationem recitaret, illa Missa non suppleret pro aliqua alia, sed tantum haberet fructum proprium, quod videtur etiam sentire Alphons. de Leone *de offic. confess. temp. iubil p. 3. num. 31. ver. quæres, an si.* Quamuis non satis se explicet. Et proindè non æquiualebit duabus Missis, quia cùm non fiat aliquod supplementum collectarum, nec etiam Missa eleuatur ad supplendum pro aliis.

Qvæstio 1157.

An applicatio Missæ, & Collectarum separari possint.

SVMMA.

1 *Applicatio Missæ & supplementi per collectas an possint separari,* & num. seq.
3 *Collectæ se habent, vt accessoria ad sacrificium. Sublato principali corruit etiam accessorium.*
4 *Collectæ trahunt Missam ad satisfaciendum pro pluribus.*
Dictio, Cum, *coniungit, & facit quod ex coniunctis vnum non stet sine alio.*
5 *Collectæ non habent vim de se sed solum dependenter à sacrificio.*
6 *Qui percipit fructum sacrificij, percipit etiam collectarum.*
7 *Quid faciendum, quando per collectas supplendum est in ordine ad plures personas.*
8 *Non possunt per collectas impediri onera: & pro eadem Missa accipi stipendium.*

Cum iuxta numerum collectarum suppleatur Missæ difficultas oritur, An applicatio collectarum separari possit ab applicatione Missæ itavt pro vno applicetur Missa, & pro aliis collectæ, aut applicentur collectæ pro oneribus iam susceptis & Missa pro oneribus, quæ in dies suscipiuntur. Et videtur affirmatiuè resoluendum, quia sumus in separabilibus nam si fructus eiusdem Missæ potest applicari pro pluribus à fortiori poterit applicari etiam totus fructus eiusdem Missæ vni, & fructus collectarum alteri: imò etiam fructus collectarum diuidi poterit inter plures. 1

Tenendum tamen est. *Quod applicatio Missæ non possit separari ab applicatione collectarum, aut è contra.* Et proindè fructus Missæ non possit applicari vni & fructus collectarum alteri. Ita etiam Alphons. de Leone *de potest. Confess. temp. iubil. p. 3. num. 31. ver. sed hæc opinio* & *de offic. Capel. quæst. 8. sect. 14. num. 98.* qui supponit, quod Pontifex concedat collectas, quatenus suppleri non possunt obligationes Missarum iam assumptæ, & proindè fiat tantum concessæ, quatenus necessariæ ad supplendum. Verùm adhuc vrget difficultas. An possit vni applicari fructus Missæ, & alij fructus tantum collectarum. Rursus aliquando Pontifices concesserunt etiam pro oneribus suscipiendis, vt Leo X. in Priuilegio prò Minimis apud Peitin. *constit. 5. huius Pontificis.* 2

Ratio ergo desumenda est ex natura huius concessionis. Collectæ enim conceduntur tanquam accessoriæ ad eleuandam Missam, vt suppleri possit pro pluribus iuxta numerum ipsarum, & ideò induunt naturam accessorij, & Missa naturam principalis. Ex hoc autem fit, quod non possit subsistere supplementum collectarum separatum à Missa, & proindè si applicentur collectæ seorsim à Missa, nihil applicetur, quia non sunt quoad applicationem separabiles, sicut nec sunt quoad subsistentiam; siquidem eum principale sit veluti fundamentum accessorij, illo sublato per separationem, corruit etiam accessorium *l. 2. ff. de pec. leg.* & *l. 8. ff. de vulg. & pupill. substitut.* & *l. 26. C. de vsur.* & *l. 178. ff. de reg. iur.* 3

Quod etiam colligitur ex modo concessionis summorum Pontificum, concedunt enim, quod celebrantes Missam cum quinque, aut septem collectis satisfaciant pro quinque, aut septem Missis: non autem concedunt, quod cum quinque aut septem collectis satisfaciant quinque, aut septem Missis. Ex quo constat, quod tradunt ad satisfaciendum ipsam Missam itavt ipsa concurrere debeat ad satisfaciendum cum omnibus collectis. Quod etiam constat ex dictione *Cum* per quam collectæ coniunguntur cum Missa, vt proindè coniongantur ad standum simul cum Missa, & non per se seorsim iuxta *l. si quis ancillas ff. de leg. 1.* & *l. 1. & sequent.* ff. *de pecul. leg.* & notant communiter Doctores Dec. *in Auth. Ingressi num. 23. C. de sacrosanct. Eccl.* 4

Castrens.

Caſtrenſ. *conſ.*377. *num.* 1. *in fin.* Alexand. *conſ.*114. *num.*4. *lib.*4. vndè ſi coniunguntur cum Miſſa in ordine ab obtinendam efficaciam in ſatisfaciendo pro pluribus, erunt etiam coniunctæ in ordine ad applicationem, cum debeant applicari iuxta modum ſuæ efficaciæ.

5 Ad rationem dubitandi Reſp. Collectas, vt conſtat ex dictis, quoad ſuam efficaciam non eſſe ſeparabiles à Miſſa, & ideò nec etiã ſeparabiliter applicabiles. Nec eſt eadem ratio de fructu ſacrificij, nam ſecundum ſe totum, & ſecundum quamlibet ſui partẽ eſt independens, & ideò ſi diuidatur in diuerſas portiones, quælibet portio ſubſiſtit de per ſe. At collectæ quoad efficaciam, & froctum annexom ex diſpenſatione Summi Pontificis non ſubſiſtunt, niſi dependenter à ſacrificio, & eius fructu, & ſi ſeorſim applicentur, non applicatur aliquid de fructu annexo, ſed tantum merum efficacia orationis quam ſecum ex natura ſua trahunt.

6 Ex dictis colligitur. Quod ſi celebrans in exequutionem concesſionis collectarum vni applicaret fructum totum ſacrificij, & alij collectas, ille perciperet non ſolum fructum ſacrificij, ſed etiam collectarum, quia per huiuſmodi applicationem non ſepararetur fructus collectarum à fructu ſacrificij, cum ex vi concesſionis Summi Pontificis ſit illi annexus & proindè traheret ad ſe totum fructum ſuperadditum de Theſauto Eccleſiæ, vt ab eodem participaretur, & eodem modo res ſe haberet, ac ſi quinque aut ſeptem Miſſæ iuxta numerum collectarum pro ipſo celebrarentur.

7 Secundò colligitor. Quomodo eadem Miſſa cum collectis ſupplere poſſit pro pluribus, quandò pro diuerſis perſonis celebrandæ ſunt, vt ſi eſſent celebrandæ tres pro vna perſona, duæ pro alia, & quatuor pro tertia, & in Miſſa nouem collectæ recitarentur. Neqoe enim applicari debent ſcorſim collectæ ſecũdum numerum Miſſarum pro quo ſupplent, ſed debet applicari Miſſa cum omnibus collectis pro omnibus illis perſonis ſimul, pro quibus eſt ſatisfaciendum; hoc enim pacto quilibet percipit ſuam portionem fructus; quam perciperet, ſi celebrarentur Miſſæ, quæ pro ipſo eſſent celebrandæ.

8 Tertiò colligitur. Quod non erit in poteſtate celebrantis accipere eleemoſinam ab iis pro Miſſa, pro quibus non poteſt ſatisfacere cum collectis, & per collectas ſatisfacere aliis oneribus, pro quibus ſatisfacere poteſt iiſdem collectis, ſiuè ſint ſuſcepta ratione ſtipendij ſiue ex alio titulo. Nam ſi applicatur Miſſa pro eo, qui dedit ſtipendium cum efficacia collectarum non ſit ſeparabilis, trahetur, vt proſit eidem pro qoo applicatur ſacrificium. & proindè cæteri nullum fructum percipient ex collectis, quo ſuppleatur fructus Miſſarum aliarum celebrandarum & conſequenter celebrans non ſatisfaciet obligationi.

QVÆSTIO 1158.

An requiratur intentio celebrantis, vt Miſſa valeat iuxta numerum collectarum.

SVMMA.

1 *Quando requiritur intentio ſufficit virtualis.*

2 *Vt collecta habeant efficaciam requiritur intentio ſupplendi per ipſas, &c.*
Conceſſio gratia debet determinari ad vſum.

3 *Gratia dependet à voluntate conceſſionarij vt à conditione.*

4 *Pro indulgentiis an requiretur intentio lucrandi.*
Deficientè voluntate conceſſionarij conceſſio habetur pro non facta.

5 *Requiritur intentio ſatisfaciendi, vt collecta ſortiantur effectum.*

6 *Voluntas requiritur in qualibet actu.*
Actus non operatur vltra intentionem.

7 *Sufficit intentio ſatisfaciendi per collectas, vt ſortiantur effectum.*

DVplici modo concurrerere poteſt intentio celebrantis in ordine ad valorem collectarum. 1
Primò ſi celebrans intendat recitare collectas in ordine ab obtinendum ſupplementum pro pluribus Miſſis iuxta conceſſionem Pontificis. Secundò ſi intendat ſatisfacere recitãdo collectas pro Miſſis, quas tenetur applicare pro hoc, vel illo, cui ſatisfacere debet. In vtroque tamen caſu, ſi eſt neceſſaria inteotio, ſufficiet iotentio virtualis, quia hæc eſt ſufficiens, vt opus procedat ex tali, vel tali fine, & vt intentio dicatur influere in opus, vt conſtat in miniſtrante ſacramenta, quæ cum requirant in ipſo intentionem in genere cauſæ efficientis, adhuc tamen ſufficit virtualis intentio.

Quod ſpectat ad primam intentionem videtur omninò neceſſarium, quod interueniat ſaltem virtuali modo. Ratio eſt Quia quando Pontifex concedit gratiam vt celebrantes poſſint cum tot collectis ſatisfacere pro tot Miſſis, non alligat conceſſionem celebrationis, itavt ex natura ſua celebratio cum tot collectis habeat annexum ſupplementum de Theſauto Eccleſiæ conceſſum à Pontifice, ſed ſolum dat facultatem celebranti ſatisfaciendi hoc modo oueribus Miſſarum, ſi velit ſatisfacere, & proindè gratia conceſſa eſt facultatiua, itavt non ſortiatur effectum niſi gratiatos velit ſortiri ea vtendo & conſequenter eſt neceſſaria, electio gratiati, qua determinetur conceſſio gratiæ ad vſum relictæ in eiuſdem facultate iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. qui duot. num.*1. *in fin.* ff. de *leg.*1. Alex. *n.*4. Felin. *in Cap. inter cæteras n.*4. verſ. *fallit.*4. de *reſcrip.* Pariſ. *conſ.*7.*n.*42. *lib.*1. Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 185. *num.* 4. 2

Hoc enim eſt generale in omnibus conceſſionibus dependentibus quoad effectum ab aliena voluntate, vt non ſortiantur effectum, niſi accedit conſentus, ſeù intentio illius, à cuius voluntate dependent. Tunc enim conceſſio habet in ventre conditionem, ſi acceſſerit voluntas Conceſſionarij vtendi conceſſione: & proindè tanquam conditionata remanet in ſuſpenſo, quovſque ponatur conditio, & aliàs conſtit iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. conſtitutus init.* de *Reſcript.* Dec. *ibidem not.* 4. Rota coram Verall. *deciſ.* 171. *numero ſecundo, p.* 1 & coram Durano *deciſ* 174. *num.*7. & *deciſ.*569. *num* 2. *& deciſ.*676. *num.*4. *p.* 2. *Recent.* 3

Dices. Pro indulgentiis non requiritur intentio eas lucraodi, ſed ſufficit generalis intentio interpretatiua, vt tradunt Salas *de legib. diſp.* 17. *ſect.* 5. *init.* Laiman. *lib.* 5. *theolog. moral. tract.* 7. *cap.* 6. *num.* 5. Portel. *in dub. regular. verbo.* Indulgentia *in addit. num.*7. Suarez 3.*par tom.*4. *diſput.* 56 *ſect.* 1. *num.* 7. Gratian. *de iubil. p.* 1. *cap.* 15. Santarell. *de iubil. capite decimo quintò, dub.*4. Villalab. *p.* 1. *ſum. tract.* 26. *diffic.* 13. *numero* 9. Leander *tom.*1 *de ſacramen tract.* 1. *diſ ut.* 14. *quaſt.* 37. Quintunaduena *tract.* 9. *de iubil. pro mort. dub.* 6. *n.*1. & alij. Ergo neque requiretur vt collecta ſortiantur ſuum effectum, ſed eodem modo ſortiantur ex diſpenſatione Theſauri Eccleſiæ Reſp. Non conuenire Doctores, nam alij ſentiunt requiri intentionem ſaltem virtualem in lucraturo indulgentias, vt dixi *in tractat. de iubil. queſtion.* 34. Quicquid tamen ſi, eſt dioerſa ratio ratione diuerſitatis modi, cum quo ſit conceſſio. Nam dum conceduntur Indulgentiæ abſolutè conceduntur exercenti tale opus abſolutè iniunctum, & proindè in- 4

dulgentia est annexa operi iniuncto immediatè ex voluntate concedentis. At supplementum de Thesauro Ecclesiæ non est annexum immediatè ex voluntate Pont fieis collectis, quia non concedit immediatè supplementum, sed facultatem vtendo collectis cum tali supplemento, & ideò si deficiat voluntas vtendi supplemento, concessio habetur pro non facta *l. hac conditio ff.* de *contrahend. empt.* & *l. pecuniam ff. si cert. pet.* vbi Doctores.

5 Quod verò spectat ad secundam intentionem tenendum est. *Esse omninò necessarium ad satisfaciendum oneribus plurium Missarum.* Ratio est. Quia totum supplementum concessum à Pontifice, ratione cuius Missa mediantibus collectis eleuatur vt æquipolleat pluribus Missis tanquam accessorium sequitur naturam sui principalis fructus sacrificij Missæ. Hic autem fructus est talis naturæ, vt non communicetur alicui, nisi accedat voluntas celebrantis, & intentio communicandi, & proindè nec etiam communicabitur fructus, qui crescit ex collectis, nisi accedat voluntas communicandi, seù satisfaciendi oneribus, quibus est satisfaciendum.

6 Confir. Quando actus exercetur practico modo, itavt ordinetur ad inducendum aliquem effectum, dependet in sua efficacia à voluntate & intentione operantis, & proindè dicitur, quod voluntas requitur in quolibet actu iuxta *l. multum C. si quis alteri vel sibi* & *l. Cum te* C. de *donat. ante nupt.* & notant Bald. *ibidem* Rota coram Ludouisio *decis.* 548. *num.* 8. & rursus quod actus non operantur vltra iotentionem Ageotium *l. in agris ff. de acquir. rer. Domin.* & *l. Non omnis ff. si cert. pet.* vbi Dec. Ias. & cæteri Doctores Socio. *respons.* 30. Roland. *cons.* 39. *numero* 20. *libro* 1. Rota coram Mantic. *decis.* 267. *num.* 3. Si ergo non adsit in celebrantem voluntas, & intentio satisfaciendi cum collectis pluribus oneribus Missarum illa celebratio non sortietur suum effectum defectu inteotionis, & applicationis ad satisfaciendum.

7 Est tamen aduertendum. Non esse necessarium, quod vtraque prædicta intentio interueniat, sed sufficiet posterior intentio, per quam celebraos velit per illas collectas extinguere obligationem tot Missarũ quot sunt, hæc enim omninò necessaria est aliàs tion applicaretur fructus Missæ, sicut debet applicari, etiam in qualitatem Missæ, cuius efficacia non augetur ex collectis, oon quidem quia prior intententio non sit necessaria, sed quia virtualiter continetur in posteriori, nam eò ipso, quod quis vult eadem Missa satisfacere pluribus oneribus, volt etiam vti gratia concessa à Pontifice, quæ intentio virtualis sufficit, vt dictum est.

QVÆSTIO 1159.

Qua voluntas admittendi ad participationem bonorum operum Religionis, requiratur in Generali, quando concessio collectarum est sub hac conditione.

SVMMA.

1 *Conditio admittendi ad participationem bonorum operum Religionis, sub qua conceduntur collectæ.*
In Generali concedente collectas an requiratur expressa intentio admittendi ad participationem bonorum operum Religionis.

2 *Quilibet præsumitur velle, suam concessionem valere.*
Vtens gratia censetur vti sub conditione, sub qua est concessa.

3 *Concessio trahit secum, quæ sunt necessaria, vt effectum sortiatur.*

4 *Quid si generalis concedens collectas nihil cogitare de admissione ad participationem bonorum operum.*

Aliquando Sommi Pontifices in concessione collectarũ posuerunt conditionem, quod debeant eos admittere ad participationem bonorum operum Religionis, ad quorum instantiam celebrandæ sunt Missæ, quando concedunt suis subditis, quod satisfaciant huiusmodi collectis. Vndè difficultas, est, ao quando Generalis concedit vsum collectarum iuxta facultatem sibi factam à Pontifice, debeant habere expressam voluntatem admittendi ad hanc participationem Dicendum autem. *Non requiri hanc voluntatem sed sufficere concessionem vsus collectarum.* 1

Ratio est. Quia dum Generalis concedit subditis vsum collectarum iuxta facultatem sibi factam à Pontifice, præsumitur, quod velit suam concessionem valere iuxta *l. 3. ff. de milit. test.* & *l. quoties ff.* de *reb. dub.* vndè sicuti acceptans gratiam Summi Pontificis, saltem tacitè consensit in conditionem, sub qua concedebatur; ita etiam dum vtitur eadem gratia, censetur vti sub illa conditione sub qua fuit concessa, & iuxta legè sibi impositam in vsu gratiæ à Pontifice iuxta ea, quæ notant Dec *cons.* 35. *num.* 11. Natta *cons.* 49. *num.* 22. Sord. *cons.* 347. *num.* 24. & proindè habet voluntatem virtualem admittendi ad participationem eos, quibus debita est satisfactio oneum Missarum. Sufficiet autem hæc intentio virtualis, quia est operatiua, vt constat ex confectione Sacramentorum. 2

Coofirmatur. Vt Generalis concedat subditis validè vsum collectarum, deber concessio esse iuxta terminos facultatis sibi factæ à Summo Pontifice, & proindè cum admissione ad participationem bonorum operum Religionis eorum, qui iuxta dispositionem Pontificis debent admitti. Ergo eò ipso, quod concedit vsum collectarum, censetur eos admittere ad huiusmodi participationem, quia omnis concessio trahit secum ea, quæ sunt necessaria, vt suum effectum sortiaotur *l. Is. ff. de iurisdic.* & *l. 3. §. fin. ff.* de *pen. leg.* & l. *veteres ff. de itiner. act. priu.* & Cap. *Suspicionis* de offic. *de leg.* & notant Glos. & Bart. *in d. l. veteres* & cæteri Doctores communiter in D. *l. 15.* Vndè coocessio vsus collectarum trahit secum concessionem communicationis bonorum operum Religionis respectu eorum, qui admitti debent ad participationem. 3

Ex quibus infertur. Quod si Generalis concedens vsum collectarum suis subditis nihil cogitaret de admittendis ad participationem bonorum operum Religionis eos, qui iuxta tenorem concessionis Pontificiæ debent admitti, adhuc tamen validè coocederet, & proindè non tenentur subditi ioquirere an sequuta sit huiusmodi admissio; nam concessio vsus collectarum implicitè, & virtualiter continet voluntatem eorum omnium, quæ pro eius validitate sunt necessaria, & proindè etiam voluntatem admittendi ad participationem bonorũ Religionis, quicunque debent admitti, quæ virtualis volitio sufficit, vt fiat communicatio bonorum Religionis, cùm non sit minus operatiua, quàm sit formalis intentio. Hæc autem virtualis volitio ex eo includitur in concessione vsus collectarum, quod concedens ita intendit concedere, vt sortiatur effectum: & proindè virtualiter vult, quicquid est necessarium, vt sortiatur. 4

QVÆSTIO

QVÆSTIO 1160.

An si collecta concessa sint ex causa esset concessio cessantè causa.

SVMMA.

1 *Cessante causa impulsiua non cessat effectus.*
2 *Concessio collectarum cessat cessante causa si sit concessa cum restrictione ad ipsam.*
3 *Quid si non sit concessa restrictè ad causam.*
5 *Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.*
6 *Concessio collectarum cessante causa venit ad terminos, a quibus non potest incipere.*
Causam finiri, & nullam fuisse ab initio æquiparatur.
7 *Lex cessat cessante adæquatè vere causa finali.*
Facilius cessat priuilegium, quàm ius commune.
8 *Concessio collectarum non cessat, nisi adæquatè cesset causa finalis.*
Effectus non cessat remanente aliqua reliquia causa finalis.
9 *Quia adhuc inseruit pro obtinendo fine.*
10 *Concessio perfecta quando non indigeat consu finali.*
11 *Pactum legitimum quando retractetur.*
12 *Quid requiratur, vt fructum legitimum non retractetur superueniente causa, à quo non potuit inchoari.*
13 *Concessio collectarum durat vsque dum adsit notitia cessationis causa.*
Reuocatio priuilegij, quando sortiatur effectum.

1 HÆc difficultas est communis cum pluribus aliis materiis, & præsertim cum dispensatione, nam concessio collectarum continet quandam dispensatioem, quatenus saltem relaxat obligationem satisfaciendi eo numero Missarum, qui cadit sub obligatione & concedit vt impleatur obligatio alio modo æquipollenti. Est autem certum, quod si cesset causa impulsiua coocessionis collectarum non cesset concessio. Est enim commune in omni materia causa impulsiua, vt non cesset effectus. Ita communiter Doctores Glos. *in cap. Decet. verbo* Decet. *de regul. iur. in* 6. Din. *ibidem num.* 3. Ripa *in l. Ex facto n.* 1. verbo. *& si replicaueris ff. de vulgar.* Couarr. *libro* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 5. verſ. *His breuiter* & Late Tiraquell. *tract. cessante causa limit.* 1. *n.* 18. *& limit.* 45. *&* 12. vndè difficultas remanet de causa finali.

2 In qua difficultate illud etiam certom est. Quod si concessio collectarum sit expresse concessa cum limitatione ad dorationem causæ, ob quam coocedi tur, expirat statim ad cessationem causæ, vt obseruāt communiter ex *l. quoties C. de precia. imper. offerem* & Cap. *Cum in cunctis* & Cap. *Ne pro defectu de elect.* & Cap. *de causis de offic. de leg.* quia cum concessio sit limitata ad certū tempus, nempè in quo durat causa, non posset vlterius extendi cùm non possit amplius extendi, quàm extendatur per voluntatem conce dentis.

3 Si verò ooo sit restricta ad durationem causæ, ob quam est concessa, prima sententia asserit, non cessare cessante causa Ita Glos *in cap. in argum. verbo.* Argumentum *in fine de reg. iur. in* 6. Archidiac. *in Cap. quod pro remedio. quæst.* 7. Bellarmin. *ibidem init.* Henric. *in Cap. Et si Christus num.* 17 *de iureiur.* Speculat. *tit. de dispens.* §. *vlt. num.* 12. Tiraquell. *tract. cessante causa init. num.* 92. Gottier. *canonic quæst. c.* 15. *num.* 22. *lib.* 1. Angel. *verbo* Dispensatio *num.* 14. Syluest. *quæst.* 6. fundamentum huius sententiæ est. Quia licet caosa finalis moueat ad concedeodas collectas, quando tamen concessio facta est, & perfecta, non indiget amplius causa, vt perseueret, & conseruetur; siquidem indiget causa tantum, vt rationabiliter concedatur. Sequuta autem concessione dependet solum à voluntate concedentis, quæ censetur perseuerare qoovsque concessionem reuocet, præsertim qoia factum legitimè non retractatur quamuis eueniat, id, à quo non potuit inchoari Cap. *Factum* 73. *de reg. iur. in* 6.

4 Secunda sententia asserit, cessare facultatem vtendi collectis cessaote causa, ob quam sunt concessa. Desumitur ex iis, qui tradunt dispensationem cessare cessante causa. Quod intelligitur quando dispensatio sicut etiam causa habent tractum successiuum, ita Glos. *in cap. Generaliter. verbo.* Item derogantes 16. *Quæst.* 1. & in Cap. *Cum ex eo* verbo. *Litterarum de elect. in* 6. & in Cap. *Decet. verbo.* Decet. *de reg. iur. in* 6. Dinus *ibidem num.* 2. Felin. *in Cap. Qua in Ecclesiarum num.* 28. *de constit.* Io And. *in cap. post. translationem num.* 29. *init. de renunc.* Bald. *in Rubric. de consuet. num.* 25. Franc. *cap. Cum ex eo. n.* 2. *not. vlt. de elect. in* 6. Archidiac. *in cap.* 1. *num.* 2. *distinct.* 55. Abb. *in cap. suspectum num.* 5. *de decim.* Probus *ad Monach. in cap.* 1. *numero quinto, de fil. Presbit.* Alexand. *in l. Filius à Patre* §. *Filius famil. numer.* 2. *ff. de lib. & Post.* Roman. *cons.* 404. *numer.* 5. Imol. *cons.* 87. verſ. *præterea secundo* Mandos *de Priuileg. ad instar. glos.* 5. *in fin.* & aliis magis communiter.

5 Dicendum est. *Concessionem collectarum cessare cessante causa ob quam est concessa.* Quod intelligi debet noo solum, quando causa habet tractum successiuum, sed etiam quando est de præterito, vt si collectæ essent concessæ ob supplendum oneribus iam assumptis, nam postquam esset satisfactum oneribus, cessaret concessio. Hoc conuincitur ex eo, quod cessante causa Priuilegij cessat etiam Priuilegium Cap. *Generalem* 16. *quæst.* 1. & Cap. *Tue de cler. non resid.* & Cap. *Abbate in fine de verb. signif.* & *l. Athleta* §. 1. & *l. Geometra de excusat. tut. ibi quoad curam gerunt.* & tradunt communiter Doctores Tiraquell. ipse alios citans *Tract. Cessante causa par.* 1. *num.* 110. & *limit.* 23. *num.* 11. Rota *decis.* 117. *num* 4. coram Penia. Et ratio est. Quia Priuilegium fit rationabile ex causa, ob quàm conceditur, & ipsa mouet concedentem ad concedendum. Ergo si Priuilegium habet tractum successiuom, cessante causa desinet esse rationabile. Rursus quia concedens mouetur ex causa ad concedendum, concessio erit secundum mensuram causæ, & proindè noo extendetur plus, quàm extendatur causa.

6 Confir. Pontifex non concedit facultatem collectarum, nisi ex aliqua rationabili causa, & si concederet, non ageret prudenter, & si caosa non subsisteret, concessio esset nulla. Ergo etiam cessante causa cessat etiam concessio, quia concessio venit ad eos terminos, à quibus incipere non potest, & proindè eodem pacto se habet, ac sicut haberet ab initio si nulla ab initio adesset causa; nam æquiparantur, caosam finiri, ac nullam ab initio fuisse *l.* 1. *ff. de condit. sine caus.* & *l. Nihil interest ff. de nautic. fænor.* & notat cum aliis Tiraquell. *tract. Cessante causa in princ. num.* 14.

7 Confir. 2. lex cessat, si cesset adæquatè causa finalis ipsius generaliter, vt docent communiter cum D. Thom. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 6. Caiet. 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 5. Ledesma 1. *par.* 4. *quæst.* 58. *dub.* 12. *post.* 2. *conclus.* Couarr. 4. *decret. par.* 2. *cap.* 6 §. 9. *num.* 8. Castrens. *lib.* 1. *de leg. pæn. capite quinto docum.* 2. Tiraquell. *tract. cessante causa par.* 1. *limit.* 9. Si enim cessat causa finalis, lex non amplius inseruit pro fine intento à legislatore; & proindè si non cessaret, indebitè aggrauare subditos, qui non possent aggrauari legibus, nisi quatenus vtiles sunt fini con-

Etiam si materia sit strictè interpretanda.

4 *Quando singulares Religiosi vti possint ad priuatum commodum collectis concessis pro sublenando Monasterio.*

Beneficium principis amplè interpretandum quoad personas, quibus conceditur.

1 CAsus accidere potest, si Summus Pontifex concedat collectas alicui Religioni, apud quam Religiosi singulares possint disponere de aliquibus Missis eas applicando, prout eis libuerit; & etiam recipiendo eleemosinam, an scilicet possit tunc vnica Missa satisfacere pro pluribus. Pro resolutione autem huius difficultatis respiciendum est ad tenorem concessionis, & causam finalem ipsius. Si enim collectæ concessæ sint ob causam communem Monasterij, nempè pro fabrica, pro manutentione Ecclesiæ, aut alia simili, non poterunt singulares Religiosi vti huiusmodi concessione ad priuatam vtilitatem satisfaciendo vnica Missa pro pluribus.

2 Ratio est. Quia concessio habet certam, & determinatam causam, ex qua processit, vt supponitur, & ideò ex mente concedentis non plus extenditur, quàm extendatur causa: & consequenter, si ab vtente plus extendatur, nulliter extenditur defuncti intentionis concedentis. Neque enim effectus concessionis potest excedere causam, & habere maiorem amplitudinem, sed illi commensuratur, & manet intra limitres, limitationem, & terminos suæ propriæ causæ *l. In agro ff.* de *acquir. rer. domin.* & l. *cancellauerat ff.* de *his quæ in testam. debent.* & l. *ex facto §. item puero* ff. de *vulgar. & pupill. subst.* & *l. cum pater §. Dulcissimis ff.* de *leg.* 2. & Cap. *Ea noscitur* de *sent. excommun.*

3 Si tamen concessio collectarum non sit coarctata ad certam causam, sed vniversalis pro quibuscunque Missis celebrandis à Religiosis, ita vt complectatur etiam onera futura qualis fuit concessio Leonis X. apud Peirin. *constit.* 5. *eiusdem Pontificis tom.* 1. *de Priuileg.* tunc poterunt singulares Religiosi vti concessione etiam ad priuatã vtilitatem. Ratio est. Quia concessio est generalis, vt supponitur se extendens ad omnes Missas celebrandas talium Religiosorum, & proindè omnes Missæ quoad hoc sunt Priuilegiatæ vt in ipsis collectæ habeant suam efficaciam, quia concessio generalis cuncta complectitur quæ sub significatione verborum continentur *l.* 5. *Iuliano ff.* de *leg.* 3. & *l. quod autem ff.* de *Aleæ.* & *l. final. §. vxori ff.* de *aur. leg.* Etiamsi materia sit strictè, interpretanda, vt notant Angel. *in l. final.* vers. *Tertiò quæro* ff. de *Constit. Princ.* Crauetta *cons.* 294. *nu.* 3. vers. *Quarto fortius* Dec. *cons.* 5. *num.* 4. Præsertim quia cùm concessio loquatur generaliter de Missis, non est maior ratio cur aliqua comprehendat, & alias excludat.

4 Tertiò addendum est. Quod si Pontifex concedat collectas pro subleuanda Religione, aut aliquo Monasterio ab oneribus Missarum iam susceptis, extendetur concessio etiam ad singulares Religiosos, si fortè vt tales teneantur satisfacere aliquibus huiusmodi oneribus. Ratio est. Quia beneficium Principis est amplè interpretandum quoad personas, quibus conceditur, vt desumitur ex l. *Emancipatum ff.* de *senat.* & *l. milites C.* de *quæst.* & *l. Decurionum C.* de *pœn.* & *l.* 1. *C.* de *priuil. cor. qui eff. poss. mil. lib.* 12. & notat cum aliis Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 40. *num.* 45. & *quæst.* 59. *num.* 2. Cùm ergo Priuilegium concessum sit quoad onera Missarum, quibus præmuntur Religiosi, vt partes, & membra communitatis, censebitur etiam concessum quoad onera, quibus præmuntur, vt singulares personæ cùm omnia sint onera, quæ redundant in personas; & finis concessionis sit eas subleuare ab oneribus.



DE REDVCTIONE MISSARVM AD MINOREM NVMERVM.

Quia eleemosina pro Missis datur pro substentatione Sacerdotis celebrantis, & proindè est debita de iure naturæ, vt dictũ est supra suo loco, ideò requirit certam proportionem cum ministerio, quod exhibetur à Sacerdote quæ est determinata; vel per taxam factam à superioribus, vel per consuetudinem; ideò si contingat, deesse hanc proportionem, locum habet reductio ad congruum numerum cum quo interueniat debita proportio stipendij, & de hoc modò agendum est.

QVÆSTIO 1162.

Quid de iure nouo determinatum sit circa reductionem Missarum.

SVMMA.

1 *Episcopi de iure communi poterant reducere Missas ad minorem numerum.*

2 *Vndè id habeant, & ad quid hoc eis tribuerit Concil. Trident.*

3 *Facultas concessa à Trident. circa moderationem Missarum quomodo practicanda.*

4 *Ad quas Missas, & ad quos casus se extendat facultas moderandi Missas concessa per Trident.*

5 *De iure nouo reductio Missarum post Consil. Trident. aut in limine fundationis est reseruata sedi Apostolica.*

6 *Quas Missas possint modò reducere Episcopi.*
Quod non est reseruatum, intelligitur concessum.

SVPPONENDVM est. Episcopos de iure communi potuisse reducere Missas ad congruum numerum, vt colligitur ex Cap. *Ex parte de constit.* ibi *licet non sint. eius diminuti redditus.* Pontifex enim reprehendit quosdam quod diminuerint numerum Canonicorum, quamuis redditus Canonicatuum non essent diminuti, tacitè innuens quod si fuissent diminuti redditus, potuissent reduci ad minorem numerum, vt obseruat Glos. *ibidem* verbo *Diminuti.* & ex iis, quæ tradunt Glos. *in cap. cum accessissent.* verbo *Confirmatum* de *Constit.* Nauar. *cap.* 23. *manual. num.* 138. Lambertin. *de iure patr. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 4. Garzia *de benef. par.* 7. *cap.* 1. *num* 125. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *num.* 6. *Littera P.* alios citans *Layman. lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *p.* 3. *num.* 5. Facund. *precept.* 1. *Eccles lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *quæst.* 6. Palaus *p.* 2. *oper. moral. tract.* 13. *de benefic. disp.* 1. *pun.* 6. *num.* 23. & *par.* 4. *tract.* 22. *disp. vn. pun.* 15. *num.* 4. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 29. *in fine,* Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *num.* 1. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 9. *num.* 83. Ratione enim muneris pastoralis, & regiminis propriæ Ecclesiæ tenetur prouidere in iis omnibus, quæ exigunt suum pastorale munus, nisi sint reseruata Sum- 1

mu Pontifici. Numerus autem Missarum impositus Ecclesiis tanquam nimis aggrauans exigit plerumque moderationem & hæc moderatio non est de iure communi reseruata Summo Pontifici. Vndè poterit ratione facultatis, quam habet ad regendã Ecclesiam inducere congruentem moderationem.

a Et quamuis Auersa *quæst.* 11 *de Euchar. sect.* 19. *verss. Item aliqui* oppositum sentire videatur motus ex Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* quat. iniungens Episcopis hanc moderationem, *dicit facultatem dat Episcop.* quæ verba significant, alios non habere talem facultatem. Attamen non per hoc est iis deneganda talis potestas. Nam facultas, quam habent Episcopi ad hunc effectum est facultas generalis, quam habent administrandi & regendi propriam Ecclesiam, quæ etiam se extendit ad hanc moderationem; facultas autem quam dat Concilium est facultas in specie pro hoc effectu. Quæ non est frustratoria, quia si contingeret dubitare de facultate generali, non posset de ista dubitari tanquam de specifica & in specie ad hunc effectum concessa.

3 Secundò supponendum est. Ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* Conceditur similem facultatem Episcopis, vt modo diceba mus, Abbatibus, & Generalibus moderandi Missas. Ita enim disponit. *Sancta Synodus cupiens hac ad pios vsus relicta quo plenius, & vtilius potest impleri facultatem dat Episcopis, vt in Synodo Diœcesana. Itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis Generalibus re diligenter perspecta possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint statuere circa hac quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire. Ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata, & ad pios vsus reliquerunt.* In quo Decreto licet videatur concedere solum facultatem, iniungit tamen obligationem moderandi, si id necessitas exigat. Quia finis huius decreti est, quod adimpleantur onera iniuncta cum legatis eo meliori modo, quo fieri potest, vt constat ex illis verbis *Cupiens hac ad pios vsus relicta quo plenius & vtilius potest impleri.* Vndè cùm iste finis non possit obtineri absque moderatione inducitur necessitas ipsius.

4 Circa autem hoc Decretum est aduertendum, quod facultas ista specialis, quam concedit Concil. non se extendit ad omnes Missas, sed tantùm ad illas, quæ ratione legatorum celebrandæ sunt, nec in omni casu posse moderari, sed tamen ex duabus Causis. Prima si tantus sit numerus Missarum, vt nequeat ipsi satisfieri. Secunda si tamen tenuis sit eleemosina, vt non reperiatur, qui velit onus suscipere, vt constat ex iis, quæ init. D. *cap.* 4. præmittit ibid. *Contingit sæpè in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnam Missarũ celebrandarum numerum ex variis Defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus à Testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, vel eleemosinam huiusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt non facile inueniatur, qui velit huic se oneri subiicere. Vndè deperennt pia testantium voluntates, & eorum Conscientiis, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur &c.* Deinde subdit remedium moderationis quod proindè ad supra narrata refertur. Ex quibus constat, quod hæc facultas est minor extensiuè, quàm il la quæ conuenit Episcopis de iure Communi. Est tamen maior auctoritatiuè, quia moderationes factæ virtute huius decreti auctorisantur, ab ipso Concilio.

5 Demum de iure nouissimo per decreta Sac. Cõgregationis *de celebrat. Missarũ approbata* Summo Põtifici Vrbano VIII. restricta est facultas moderandi numerum Missarum. Ita enim disponitur §. 1. *Ac t. districtè prohibet, & interdicit ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita aut in limine fundationis. Sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. Alioquin reductiones, moderationes, & Commutationes huiusmodi, si qua contra huiusmodi prohibitionis formam fieri contigerit omninò nullas, atque inanes decernit.* Ex quibus constat, quod modò Episcopi non possunt moderari onera Missarum, nisi sint imposita antè Concil. Trident. & non in limine fundationis,

Hinc autem fit. Quod circa reductionem Missarum remanserit pœnes Episcopos aliqua facultas, 6
nam moderari possunt onera omnia Missarum, quæ sunt suscepta antè Concil. Trident. & non sunt imposita in limine fundationis. Vndè reducere poterunt, Si adsit Causa sufficiens, onera omnia Missarum imposita antè dict. Concil. extra Limen fundationis siuè ex Testament. siuè ex pacto. Quia quicquid non reperitur reseruatum, intelligitur concessum *l. Nec non* §. *Quod eius ff. Ex quibus caus. maior.* Si ergo de Missis susceptis antè Concil. Trident. Decreta de celebrat. Missar. excipiunt solùm imposit as in limine fundationis cœteræ omnes reduci poterunt ab Episcopis.

QVÆSTIO 1163.

De quibus Missis procedat facultas concessa à Concil. Trident.

SVMMA.

1 *Concil. Trid. an dederit facultatem reducendi Missas impositas in fundatione* & num. seq.
3 *Declarationes S. Congregat.*
4 *Concilium non disponit de Missis in limine fundationis.*
5 *Missa imposita in fundatione sunt speciali nota digna.*
6 *Concil. reliquit dispositioni iuris communis Missas impositas in fundatione.*
7 *Concil. Trident. dedit facultatem moderandi officia Anniuersaria, &c.*
8 *Et an etiam alia suffragia.*
9 *Non autem ad onera imposita à testatoribus suis hæredibus.*

CVm constet de facultate relicta Episcopis circa reducendas Missas, vt sciamus, quænam sit ipsis sublata videndum est quam facultatem cõcesserat Concil. Trident. Et primò dubitatur an concedat facultatem quoad onera Missarum imposita in limine fundationis. Partem affirmatiuam tenent Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 41. *art.* 24. Trullench. *lib.* 3. *de Sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *num.* 9. Ledesma *p.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 19. *conclus.* 16. in fin. Caspens. *tom.* 1. *curs. theol. tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 8. *num.* 106. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *num.* 3. fundamentum est. Quia militat eadem ratio etiam quoad Missas impositas in limine fundationis. Vndè cùm Concil. generaliter loquatur non debet coartari potius ad has, quàm ad alias Missas. 1

Communis tamen sententia tenet, non posse Episcopum vigẽte Concil. Trident. reducere Missas impositas in limine fundationis. Ita Sorbus *in compend. Priuileg. mendic. verbo missa* 3. *in adnot. vers. notandum* 2

Vgol.

Vgolin. *de potest. Episcop.* 61. *n.* 1. Garzia *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 131. Nald. *in summe verbo.* Missa *num.* 8. Homobon. *part.* 1, *Exam. Eccles. tract.* 4. *cap.* 14. *quæst.* 129. Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 5. *num.* 3. Posseoio. *de offic. Curat. cap.* 12. *num.* 25. Leo *part.* 2. *Thes. cap.* 11. *num.* 33 Raguf. *in Vas. Eccles. discipl. de Episc. quæst.* 6. *num.* 86. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt. punct.* 7 §. 2. *num.* 10. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 29. *n.* 9. Nauar. *cap.* 25. *manuel. num.* 138. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *n.* 6. Rodriq. *quæst. regul.* 43 *art.* 13. Palaus *part.* 2. *oper. moral. tract.* 13. *de benef. disp.* 1. *punct.* 6. *n.* 24. Alphoos. de Leon. *de offic. Capp. quæst.* 5. *sect.* 14. *num.* 237. & *sect.* 20. *n.* 289. Tambur. *de Iur. Abb. tom.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 10. *n.* 1. Franc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 12. *quæst.* 9. *n.* 87. vers. *Communis*
3 *verò.*

Dicendum est. *Vigore Concilij Trid. sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat. non potuisse Episcopos reducere onus missarum impositum in limine fundationis.* Ita sæpius declarasse S. Conc. Congreg. refert Garzia *part.* 7. *de benef. cap.* 1. *num.* 131. Quarum declarationum nonnullæ extant apud Collector. *ad dict. cap.* 4. *de reformat. sess.* 25. qualis est illa. Non licere Episcopo reducere onera missarum beneficio in fundatione apposita. Et rursus. *Non intelligitur hoc Capitulum de missis in*
4 *fundatione impositis, sed de relictis.*

Et hoc manifestum fiet, si perpendatur Textus Concilij, dat enim Concil. facultatem reducendi illas missas, de quibus ibi loquitur. Solùm autem loquitor de missis celebrandis. *Ex variis Defunctorum relictis, vt illis pro singulis diebus à Testatoribus præscriptis nequeat satisfieri.* Et rursus, *vndè ne pereant pia Testantium voluntates,* &c. Quæ euidenter indicant, Concilium non loqui de Missis impositis in limine fundationis cum loquatur solum de missis legatis. Rursus finis illius Decreti est, vt satisfiat eo meliori modo, quo potest relictis ad pios vsus, vt ibi declarat. *Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta, quo plenius, & vtilius potest impleri, facultatem dat Episcopis,* &c. Dispositio autem non extenditur plusquam extendatur, causa finalis ac proindè non extenditur ad alias missas.

5 Vndè corruit fundamentum oppositæ sententiæ, cùm Concilium non loquatur vniuersaliter, sed tantum de certis missis, vt constat ex modò dictis. Neque potest fieri extensio ad alias ex identitate rationis, quia in iis, quæ imposita sunt in limine fundationis, militat specialis ratio. Siquidem non dependent ex vera designatione priuatæ personæ sicut dependent, quæ imponontur per Testamentum, sed Canonica institutione, & publica auctoritate, & reductio non est adeò facilis, cum debeat moderari quod publica auctoritate institutum est.

6 Ex dictis infertur cum Garzia *part.* 7. *de benef. cap.* 1. *n.* 13. Concilium reliquisse dispositioni Iuris communis reductionem missarum impositarum in limine fundationis. Cum nihil circa pias disposuerit, & proindè habetur pro casu omisso. Casus autem omissus remanet sub dispositione iuris communis iuxta *l. si vero* §. *De viro ff. solut. matr.* & *l. commodissimè, ff. ex liber. & posth.* & Cap. *Cum Venerabilis de relig. Domib.*

7 Secundò infertur quod moderatio, de qua procedit Decretum Concil. non solum procedit de missis, sed etiam de officiis, ac Anniuersariis. Ita enim declarauit S. Conc. Congreg. apud Collect. *ad d. cap.* 4. *de reform. sess.* 25. Concil. Trid. & apud Garziam *part.* 7. *de benef. cap.* 1. *n.* 131 in fine & notant Riccius *in praxi resol.* 341. *num.* 3. *part.* 1. Galler. *in Marg. verbo* Missa. *num.* 4. Nald. *in sum. verbo* Ita *num.* 10. Piaf. *part.* 2 *prax. cap.* 3. *num.* 15. Fraxinel. *de oblig. sacerd. sect.* 7. §. 5. *num.* 13. vbi refert, declarat etiam Con-

greg. & desumitur ex verbis eiusdem Concil. cit. *cap.* 4 nam explicat causam finalem generaliter de adimpletione relictorum ad pios vsus, ibi *Cupiens hac ad pios vsus relicta, quo plenius & vtilius potest impleri.* Dispositio autem extenditur tantum, quantum, extenditur causa finalis.

Tertiò infertur. Hanc facultatem, quam dat Conc. non se extendere ad alia suffragia, quæ sunt imposita vltra missas, anniuersaria & officia vt declarasse Sacr. Congregat notant Rodriq. *quæst. regul.* 43. *art.* 13. *tom.* 1. Garzia *de benef. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 132. Et habetur, declaratū apud Collect. *ad d. cap.* 4. *de reform sess.* 25. Conc. Trid. ibi. *Hoc caput intelligitur de Missis tantum, & non de aliis suffragiis.* Fateor tamen, quod attendendo ad causam finalem vidētur comprehendi, cætera quoque suffragia, dummodo in ipsis militet eadem causa. Nam finis Concil. est, quod ad pios vsus relicta quo plenius, & vtilius potest impleantur. Qui quidem locum habet etiam quoad alia suffragia; standum est tamen declarationi Sacr. Congregationis si de ea constet. 8

Quartò infertur. Decretum præfer. Concilij non habere locum quoad onera imposita a Testatoribus suis hæredibus pro certis missis, Anniuersarijs, eleemosinis &c. vt eadem Sac. Congreg. Concil. declarauit apud Collector. *ad d. cap.* 4. *de reformat. sess.* 25. Vnde non poterant Episcopi onera huiusmodi moderari. Et Constat ex ipso Tex. Concil. nam disponit tantum de oneribus Ecclesiarum, vt Constat ex initio illius Cap. *Contingit sæpe in quibusdam Ecclesijs, vel tam magnum missarum celebrandarum numerum &c.* Vndè hic casus remanet sub dispositione iuris communis iuxta superius dicta *num.* 6. 9

Qvæstio 1164.

An Episcopi possint moderari Missas impositas post Concil. Trident.

Svmma.

2 *Facultas moderandi Missas per Concil. Trident an se extendat ad impositas post idem Concil. & numero seq.*
3 *Declaratio S. Congregat. circa materiam.*
Verba Concilij non comprehendunt Missas impositas post ipsum Concil.
4 *Decretum Concil. pro reductis Missis non est per modum legis, sed remedij.*
Dictio, prædictis, restringit dispositionem.
5 *Ratio finalis quomodo extendat dispositionem.*

PRocedit difficultas, an moderari possint Missas impositas post Concil. in Virtute facultatis, quam dat idem Concil. Prima sententia asserit, hanc facultatem, quam dat Concil. se extendere etiam ad Missas impositas post d. Concil. Ita Garzia *parte* 2. *de benef. cap.* 1. *num.* 132. Posseuin. *de off. Curati cap.* 2. *num.* 25. *quæst.* 9 Nald. *in sum. Verbo.* Missa *num.* 9. Hieron. Rodriq. *in compend. resol.* 25. *num.* 11. Granad. 5. *part. Contron.* 14. *disp.* 11. *num.* 2. Garzia *in sum. tract. tertio difficul.* 10. *num.* 9. *pun.* 1. *num.* 2. Nauar. *conf.* 2. *de priuil. libro* 5. Trullench. *lib.* 3. *de sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *num.* 9. *post init.* Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp.* vn. *pun.* 15. *numero* 4. vers. *sed.* Ledesf. *part* 1. *sum. cap.* 18. *de Euchar. conclus.* 16. *in fine.* Perzel. *in dub. Regul. verbo.* Missa *numero primo* & nonnulli 1

DDd aliij

alij. Et fundatur in eo, quod ratio finalis Consil. ob quam dat talem facultatem Episcopis æquè militat etiam quoad onera Missarum imposita post Conc.l.

2 Secunda sententia docet. Nequaquam Decretum Concil. procedere quoad onera imposita post Consil. Ita Rodriq. *quæst. regul.* 43. *art.* 13. *tom.* 1. Miranda *tom.* 1. *manual. quæst* 41. *art.* 24. Confectus *in collect. priuil. tit.* 19. *de diuin. offic. cap.* 3. Sorbus *in Compen. priuil. verbo. Missa* 3. Passarel. *de priuil. cap.* 60 *de remed. miss.* Fraxinel *de obligat. Sacerd. sect.* 7. §... *num.* 14. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 7. §. 2. *num.* 81. vers. *Posonin. sententia d. decis.* 25. *num.* 4. *parte* 4. Azor. *part* 1. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæst.* 61. Tambur. *tom.* 1. *de Iure Abbat. disp.* 5. *quæst. vlt. in fin:* Ludou. à San: Inan. *in sum. quæst.* 10. *de Eucharist. art.* 10. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 9. *num.* 88.

3 Dicendum est. Ea vigore Consil. Trid. *cap.* 4. *de format. sess.* 25. *non posse reduci Missas impositas post consil. Trid.* Ita declarasse S. Conc. Congregat. die 7. Februarij 1573 refert Passarel. *numero præced.* cit. Et rursus *sub die* 15. *Decemb.* 1629. in vna Floren. tenoris sequentia. *Dubio per manus delato ac mature perpenso, censuit facultatem reducendi onera missarum tributa Episcopis ex Decreto cap.* 4. *sess.* 25. *de Reformat. intelligi tantum de prima Synodo post altera Consil. celebrata, & de oneribus Missarum celebrandarum ante idem Consil. impositis.* Et si attendatur ad Verba Decreti manifestum fiet, Concilium disponere solum circa onera Missarum iam suscepta. Primò enim loco ponit inconueniens, cui obuiandū sit, nempe in quibusdam Ecclesijs, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ea varijs defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus à Testatoribus præscriptis nequeat satisfieri. Vel eleemosinam huiusmodi pro illis celebrandia adeò tenuem esse vt non facile inueniatur, qui velit huic se muneri subiicere, &c. Hæc autem, vt per se constat, procedunt ab oneribus iam impositis, & quibus non satisfiebat. Et proindè Consil. huic inconuenienti intendit adhibere remedium, & facere, quod Testatorum voluntates, quantum fieri potest, adimpleantur, vt se explicat illis Verbis. *Sancta synodus cupiens, hac ad pios vsus relicta, quo plenius, & vtilius potest impleri facultatem dat Episcopis* &c. Ergo disponit Consil. solum quoad onera iam sucepta. Tum quia eius dispositio est in remedium inconuenientis, quod expressit. Tamquam in hunc effectum dat facultatem, vt adinueniatur modus, quo impleantur onera iniunctaen meliori modo, quo potest. Tum quia dat facultatem coarctatam ad illas Ecclesias, quæ tali remedio tunc indigebant, vt Constat ea illis Verbis, *possint pro sua Conscientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint statuere, &c.* Prædictæ autem Ecclesiæ sunt illæ, de quibus dixerat, quod in ipsis non adimplebantur piæ Testatorum voluntates.

4 Dices. Decretum Consil. esse per modum legis, & proinde se extendere etiam ad futurum, quoties continget casus, quod Ecclesia aliqua indigeat huiusmodi remedio. Verum hoc dici non potest. Quia prouisio Concilij est pro remedio quoad illas Ecclesias, quæ indigebant, quia scilicet essent nimis grauatæ, vt significant illa Verba. *Quas hac prouisione indigere cognouerint.* Vndè Consil. dat facultatem pro illis Ecclesijs, quæ prouisione indigebant, non autē pro futuro tēpore, quādo potuisset adesse eadē indigentia. Deinde cum loquatur de Ecclesijs, in quibus tunc non adimplebantur onera imposita, & det facultatem, vt possint in prædictis Ecclesijs prouidere non potest facultas concessa extendi vltra prædictas Ecclesias, hoc est illas quæ tunc indigebant tali prouisione. Dictio enim prædictis Ecclesijs restringit dispositionem Consil. ad Ecclesias, in quibus onera imposita non adimplebantur iuxta ea, quæ tradunt Dec: *cons.* 291. Alex. *cons.* 59. *in fin. lib. tertio.*

Neque obstat fundamentum oppositæ sententiæ. Nam ratio finalis non extendit dispositionem, nisi secundum capacitatem eiusdem dispositionis. Vndè quando ponitur nouum ius, non extenditur ad præterita, quamuis concurrat eadem ratio finalis, quia scilicèt lex de sui natura, nisi sit declaratiua, respicit tantum futura non autem præterita & proinde non est capax extensionis ad præterita. Cùm ergo Consil. vt costat ex dictis decernat in remedium præteritorum, eius Decretum, quamuis concurrat identitas rationis, non potest extendi ad futura. 5

QVÆSTIO 1165.

An reductio Missarum sit facienda ab Episcopo in Synodo.

SVMMA.

1 *Reductio Missarum an facienda, ab Episcopo in Synodo.* & num. seq.

3 *Facultas non potest exerceri nisi sub forma concessa. Deficiente requisito concessionis, deficit etiam concessio.*

4 *Forma necessariò seruanda, alias nulliter agitur.*

5 *Quando censeatur inducta forma.*

6 *Consensus Synodi non est necessarius in reductione Missarum.*

7 *Consil. Tridont. non abstulit facultatem ab Episcopis reducendi Missas.*

8 *Episcopi possunt vti facultate sibi relicta circa reductionem Missarum.*

PRima sententia docet, non esse necessariò faciendam in Synodo, sed posse etiam fieri extrà Synodum. Ita Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 128. in fine Mirand. *tom.* 1. *manual. quæst.* 41. *art.* 24. Rodriq. *part.* 1. *sum. cap.* 252. *num.* 17. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 22. *n.* 6. *Littera P.* alios citans. Reginald. *lib.* 23. *praxis fori pænit. cap.* 17. *num.* 134. Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 28. *num.* 12. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 3. *n.* 5. Facundez *precept.* 1. *Eccles lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. Azor. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quæst.* 6. Palaus *part.* 2. *oper. moral. tract.* 13. *de benef. disp.* 1. *punct.* 6. *n.* 24. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 9. *punct. vlt. num.* 25. fundamentum huius sententiæ est. Quia Concil. Trid. *cap.* 4. *de reformat. sess.* 25. non inducit ius nouum quoad Episcopos, & ideò sicut ante poterant reducere sine Synodo, ita etiam post Concil. Deindè dum Concil. requirit, quod reductio missarum fiat ab Episcopis in Synodis, supponit, quod quotannis Synodus Diœcesana esset celebranda, vt decreuerat, *sess.* 24. *cap.* 2. *de reformat.* Cùm autem rarissimè celebretur, cessat præsuppositum de annuali celebratione, & ideò debet etiam cessare dispositum ex tali præsuppositio. 1

Secunda sententia asserit, esse reducendas in Synodo diœcesana Ita Garzia *de benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 134. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 7. §. 2. *num.* 9. vers. *sed hoc*, qui tamen excipit grauem necessitatem pro aliquo casu particulari. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 9. qui similiter excipit casus necessitatis, Tamburin. *opusc. de sacrific. Miss.* 2

Miss. lib. 1. cap. 1. §. 2. num. 6. Quia reductio est vtilis & defunctis, & conscientiæ viuorum, & ideò non est admittenda magna dilatio.

3 In hac difficultate existimo, quod non possit Episcopus vti facultate sibi per Concil. Trid. concessa pro reducendis Missis, nisi in Synodo Diœcesana. Ratio est. Quia quando conceditur facultas exercenda sub aliquo certo modo, & forma præscripta pro vsu concessæ facultatis, nulliter fit defectu potestatis, quia cum sit concessa sub tali modo, & forma, non est sine ipsis concessa, imò denegata, nam cum deficiat requisitum in concessione, deficit etiam concessio. *l. 4. §. Toties ff. de Damn. infect.* & *l. 1. §. Loquitur ff. de aqua quotid. & æst.* & Cap. *Indemnitatibus, §. perscul. de elect. in 6.* Cum ergo Concilium concedat facultatem in Synodo Diœcesana re diligenter perspecta, possint moderari, &c. extra Sinodum non erit concessa.

4 Confirm. Concil. in illo *cap. 4. de reformat. sess. 25.* inducit formam, cum qua reductio missarum facienda sit, nempè cum examinatione causæ in Diœcesana Synodo, quæ ideò inducta est, vt maturius & meliori modo causa discutiatur; forma autem est necessariò seruanda, alioquin nullū erit, quod agetur. *l. cum hi, §. si prætor ff. de transact.* & *cap. cum dilecto, de rescript.* & notant Felin. *in hoc cap. num. 6. ampliat. 11.* Osasch. *Decis. Pedemontana, 135.* per tot. Rolan. *cons. 30. num. 2. lib. 3.* Tiraquel. *in l. si vnquam verbo.* Reuertatur. *num. 67. C. de reuoc. donat* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 31. num. 1.* Rota coram Caual. *decis. 347. n. 2.* & *in Romana Baronia, 18. Apostolorum, 1603.* Coram Ottembergo.

5 Quod autem inducat formam, satis colligitur ex eo, quod Decretum Concil. inducit modum & ordinem, cum quo facienda est reductio, quod operatur, vt dicatur inducta forma vt notant Bart. *in l. cum hi §. si Prætor. num. 2. ff. de transact.* Dec *in cap. de appell num. 10. de appell.* Albert. Brun. *de forma solemn. cap. 10. concl. 5 & 7.* Menoch. *cons. 695. num. 8.* Rota coram Dutano, *decis. 22. num. 57.* Præsertim quia modus iste & ordo est aliquid, quod non est necessarium de iure communi, quod proindè inducit forma, vt notant Aret. *in l. 1. §. de libert. & posthum.* Felin. *in cap. cum dilecto, num. 10. de rescript.* Dec. *cons. 33. num. 1.* Anchar. *cons. 36.*

6 Est tamen aduertendum, quod iuxta dispositionem Concil. non erit necessarius consensus Synodi, quia Concilium solum requirit, quod in Synodo examinetur causa, vt constat ex illis verbis, *in Synodo Diœcesana re diligenter inspecta.* Vnde requirit, quod reductio fiat in Synodo, vt in ipso possit causa examinari, non autem vt fiat à Synodo. Deindè quia relinquit determinationem ijsdem Episcopis, vt indicant illa verba. *Possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint statuere.* Si enim prouisio relinquitur conscientiæ Episcoporum non est facienda Synodo.

7 An autem possint amissa facultate concessa à Concilio, vti facultate, quam habent de Iure communi, & moderari huiusmodi onera extra Synodum; affirmatiuè resoluendum videtur. Quod videntur sentire Doctores pro prima sententia citati, quatenus in eo se fundant. Quod Concil. non condit ius nouum quoad ipsos. Quod tamen non absolutè est verum. Quia cum det facultatem, & præscribat modum, cum quo adhibenda sit, condit ius nonum, per quod tribuit specialem potestatem pro remedio quoad Ecclesias nimio onere Missarum grauatas. Ratio verò ea est, quia licèt tribuat nouam potestatem, non tamen ab eis aufert, quam habent, & ideò duplici potestate vti possunt. Est tamen aduertendum, quod hodie per Decreta de celebrat. Missar. est eis sublata facultas quocumque modo reducendi Missas impositas in limine fundationis, aut post Concilium Trident. vt dictum est in superioribus.

Hinc soluta manent fundamenta oppositæ sententiæ; nam ex primo solum sequitur, quod relicta facultate cōcessa per Concilium possint vti potestate, quæ sibi conuenit ratione muneris, quæ non est alligata Synodo; non autem, quod vti possint sine Synodo, facultate concessa per Concil. Trid. Secundum autem fundamentum non rectè procedit, nam potius ex ipso inferri deberet, quod Synodus Diœcesana, quotannis celebrandum esset, sicut decreuit Concil. stante necessitate celebrationis etiam ex hoc capite. Deindè cum Concil. vt dictum est in superioribus, concesserit hanc facultatem pro remedio præteritorum. poterat prouideri omnibus Ecclesijs in prima Synodo Diœcesana celebrata post Concilium. 8

QVÆSTIO 1166.

An Abbates & Generales Ordinum possint moderari Missas suarum Ecclesiarum.

SVMMA.

1 *Abbatibus & Generalibus Concil. Trident. concessa facultatem reducendi Missas.*

2 *Non tamen extra Capitulum Generale.*

3 *Abbates, & Generales an aliundè quàm à Trident. habeant facultatem reducendi Missas.*

4 *Prælati Regulares habent quoad proprios subditos totam illam facultatem, quam habent Episcopi quoad suos.*

QVæ dicta sunt de facultate cōcessa per Concil. Trident. accipienda sunt etiā quoad Abbates, & Generales Ordinum, cum Concilium ipsis tribuat eandem facultatē, & loco Synodi Diœcesanæ assignet Capitulum generale, in quo onera Missarum moderentur, vt constat ex illis verbis *cap. 4. de reformat. sess 25.* Itemque *Abbatib. & generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis generalib.* Quæ facultas non se extendit ad Missas impositas in limine fundationis, sed tantum quoad cætera onera imposita ante Tridentinum, & durat etiam hodie quoad eadem onera cum non prohibeantur reduci à Decretis S. Congregationis *de celebrat. Missarum.* 1

Hine autem oritur difficultas, an Abbates, & Generales Ordinum possint reducere onera ista Missarum extra Capitulum generale, vt in actu visitationis, &c. Etiam negatiue resoluunt Nauar. *cap. 25. manual. num. 138.* Miranda *tom. 1. manual. quæst. 41. art. 24.* Rodriquez *quæst. Regul. 43. ar. 13. tom. 1.* Barbosa *de Potestate Episc. allegat. 29. num. 12.* Palaus *part. 2. oper. moral. tract. 13. de benefic. disp. 1. pun. 6. num. 24* in fine Francisc. Lugo *lib. 5. de sacramen. cap. 12. quæst. 9. num. 95.* Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 9. punt. vlt. num. 26.* Quia Concil. Trident. quoad ipsos condit ius nouum, & ideò debent seruare formam, cum qua procedendum esse præscribit Concilium. 2

Et quidem stando in terminis Concilij non posse extra Capitulum generale reducere onera Missarum, quia præscribit formam, cum qua procedere debeant, dum dat facultatem, constat ex dictis, *quæst. præcedent. num. 3. & sequentibus.* Sed dubium remanet an habeant aliundè facultatem reducendi. Et quidem videtur valdè consonum rationi habere quoad Ecclesias sibi subiectas illam facultatem, quam habent 3

Episcopi quoad suas: nam quoad iurisdictionalia regiminis ea omnia, quæ pertinent ad Episcopos, exercentur etiam à Prælatis Regularibus intra terminos suorum Conuentuum. Ex quo fit, quod si Episcopi habent ratione muneris hanc facultatem, debeant etiam Prælati Regulares illam habere quoad suas Ecclesias, vt valeant eas regere secundum exigentiam, & prouidere in necessitate. Hinc Concil. Trid. *cit. cap. 4. de reformat. sess. 25.* æquiparat Abbates, & Ordinum generales Episcopis quoad potestatem reducendi onera Missarum cum omnibus tribuat eamdem facultatem quoad sibi subiectas Ecclesias. innuens, quod ea potestas, quam debent habere Episcopi quoad Eclesias sibi subiectas, debent quoque habere Prælati Regulares quoad proprias.

4 Confirm. Pius V. *sub die 21. Iuly 1571. in Constit. 132.* in Bullar. §. 3. declarat, quod Prælati Regulares quoad proprios subditos habeat totam illam facultatem tam ad absoluendum, & dispensandum, quàm ad quosque alios actus, quam habent Episcopi in Clericos, & laicos sibi subiectos, & meritò quia Regulares extrà religionem non habent alium superiorem, nisi Summum Pontificem & ideò debet intrà religionem pro recto regimine adesse tota illa facultas, quæ quoad sæculares est apud Episcopos. Ergo ob eamdem rationem, cùm Ecclesiæ Regularium non sint subiectæ Episcopis, sed omninò exemptæ, debet esse apud Prælatos Regulares facultas reducendi Missas, quando talis reductio non est reseruata Summo Pontifici, cum in hoc quoq; locum habeat declaratio Pij V.

QVÆSTIO 1167.

An possit Episcopus moderari onera Missarum si id concedatur in fundatione.

SVMMA.

1 *Si in fundatione concedatur facultas moderandi Missas, Episcopi possunt moderari Leges fundationis. Non tolluntur, nisi cum speciali mentione.*

2 *Quando in fundatione conceditur facultas moderandi Missas, censetur concessa Episcopo. Concessio fundatoris debet aliquid operari.*

3 *Quæcumque Missæ, reduci possunt ab Episcopo quando ei conceditur facultas.*

4 *Facultas reducendi censetur concessa, quando expressè datur, aut ab expressis deducitur.*

5 *In vltimis voluntatibus pro expresso habetur, quod testator verisimiliter respondisset. Paria sunt exprimere, vel verisimiliter voluisse.*

6 *Concessa facultate reducendi, facilior est reductio.*

1 EX dictis constat. Quod hodie Episcopi quoad reductionem Missarū non habent aliā facultatē, nisi circa onera imposita ante Concil. Trident. extra limen fundationis cùm per Decreta S. Congregationis sublata sit omnis alia facultas, vndè ortum fuit dubium, an quando Fundator concedit facultatem reducendi Missas, possint tunc Episcopi reducere. Quo dubio proposito S. Congregat. Concil. resp. *ad. 2. ex dub. super iisdem Decretis propositis.* pro parte affirmatiua his verbis: *Verum tamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis quam decreta hæc re adita non substulerunt esse validam, & obseruandam* Quod ante eadem decreta *de celebrat. Missar.* obseruauit Azor. *part. 2. lib. 6. cap. 24. quæst. 6.* & post ipsa Fixziuel. *de obligat. sacer. sect. 7. §. 5. num. 8.* vet. *si autem* Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 5. sect. 20. num. 288.* Garzia *in sum. tract. 3. diffcul. 10. dub. 9. numero 2.* Franc. Lugo *lib. 1. de sacram. cap. 12. q. 9. sum. 94.* in fine. Ratio verò est. Quia leges fundationis tanquam leges particulares nunquam censentur sublatæ, nisi fiat de ipsis specialis mentio iuxta Cap. *1. de const. in 6.*

Hinc autem insurgit dubium an si fundator concedat facultatem reducendi, sed non exprimat, cuinam illam concedat, censeatur Episcupo concessa, itavt possit ipse reducere. Et quod censeatur concessa Episcopo, etiamsi non nominetur ex eo deducitur, quod absque tali concessione reductio fieri potest ab Apostolicæ Sede, tamquam ab ea, cui semper censetur reseruata huiusmodi reductio, & ideò concessio fundatoris debet aliquid operari Cap. *si Papa. de Priuileg. in 6. & l. si stipulatus init. ff. de vsur.* & notant Bald. *in Rubr. l. de contrahenda emptione num. 9.* Alexan. *consil. 117. num. 4. lib. 1.* Puteus *decis. 191. num. 7. lib. 1.* Rota *decis. 345. num. 3. part. 3. Recent.* Prædicta autem dispositio testatoris nihil operaretur, nisi tribueret facultatem Episcopo. 2

3 An Autem non solum in Missis ex fundatione hoc locum habeat, sed etiam ex legato, aut pacto vt scilicet reduci possint ab Episcopo si in oneris impositione datur facultas reducendi, affirmatiuè resoluendum est. Quia si in decretis de celebratione Missarum non est ablata huiusmodi facultas, quando conceditur in fundatione, vt declarauit S. Congregatio, vt dictum est; nec etiam erit ablata, quando conceditur in impositione oneris, nam militat eadem ratio expressa in respons. S. Congregat. nempè, quod Decreta non sustulerint legem impositam in fundatione seu impositione oneris, noluit enim impedire, quia quisque possit imponere rebus suis eam legem, quam velit. Quod æquiualet in fundatione, ac in Testamento, & qualibet conuentione.

Est tamen aduertendum, quod vt hæc facoltas censeatur concessa Episcopis, necessè est, quod expressè caueatur, vt possint reduci vt habet S. Coongregat. *in sua resp.* Hæc autem facultas non solum expressè censebitur concessa, quando specialibus verbis conceditur iuxta Cap. *Inquisitores. De haret. in 6.* vbi Glos. & Cap. *si QuisDe prabend.* vbi. Item Glos. sed etiam quando ab expressis sequetur, cùm hoc sufficiat, vt aliquid pro expresso habeat iuxta l. *Cum Quod ff. si cert pet.* & notant Bald. *in l. 1. circa finem. C. De his qui an. oper. tab. test.* Rolan. *cons. 27. num. 37. lib. 4.* Patis. *consil. 97 num. 107. vol. 1.* Aut quod quoque alio modo in iure pro expresso habetur. Quia ad verificandum, quod expressè cautum sit, sufficit quicunque modus expressionis, quo aliquid in Iure habetur pro expresso. 4

Hinc autem fit. Quod cùm in vltimis voluntatibus pro expresso habeatur, quod testator interrogatus verisimiliter respondisset, vt notant Glos. & Doctor. *in l. tale pactum §. fin. ff. de pact.* vbi Bart. Ias. & cæteri Doct. & notant Bald. *in l. 1. num. 2. C. Quæ res. obl. pos.* Sociu. Iun. *consil. 78. num. 31. vol. 3.* Gabr. *conclus. 10. lib. 6. de reg. iur.* Rub. *consil. 49. n. 1.* Bellon. *consil. 9. num. 15.* Menoch. *consil. 233. n. 4.* censendum quoque sit transiisse in dispositionem facoltatem reducendi Missas, si de hoc interrogatus testator fuisset ita responsurus, cùm non sit maior ratio de hac, quàm de cæteris; atq; paria sint vel exprimere, vel verisimiliter voluisse *l. cum res ff. de legat. 1.* ibi *Testator voluit, vel est verisimile eum voluisse* & notant etiam Ias. *in l. Titius §. huius, num. 3. ff. de lib. & post.* Decius *consil. 155. num. 6.* 5

Hic autem obiter est aduertendum, quod si fundator concedat facultatem aut quilibet alius qui 6

onus

onus imponat, reducendi Missas, facilior erit reductio; Nam quando non concedit facultatem non poterit reductio habere locum, nisi ratione necessitatis, si quidem non descendit ex voluntate Fundatoris, aut alterius, qui onus imposuit, sed inducitur, quia ita res exigit. Non potest autem unus exigere reductionem, nisi ex aliqua causa necessitatis, quæ impediat satisfactionem, aut reddat impossibilem. At si in oneris impositione concedatur facultas inducendi, erit secundum voluntatem illius, qui onus imposuit, atque adeò poterit esse tam ampla facultas reducendi, quàm potuit esse ampla facultas quod possit reduci. Hæc autem voluntas esse potest tam ampla, quàm ampla potest esse ratio, quæ ostendat conuenientiam reductionis, quia cùm voluntas informetur ratione extenditur ad illius extensionem. Vndè facultas reducendi erit ex quacumque rationabili causa.

QVÆSTIO 1168.

An Episcopus reducere poterit onera Missarum nondum acceptata.

SVMMA.

1 *Episcopus an possit reducere onera nondum acceptata.*

2 *Hæc reductio non habet locum in fundatione & pacto.*

3 *Verbum imposita potest sumi actiuè & passiuè.*

4 *Quomodo sumatur in Decret. de celebr. miss.*
Idem verbum in eadem dispositione non potest diuersimodè accipi.

5 *Præscriptio Missarum irrationabilis testatoris habenda pro non facta.*

6 *Legatarius volens acceptare legatum pro Missis ob incongruitatem, potest ab Episcopo reduci.*
Quid si primus legatarius acceptus & non succedens.

1 QVod Episcopis per Decreta *de celebrat. Missar.* non sit sublata facultas reducendi onera Missarum, quæ nondum sunt acceptata. Ita tradunt Marchin. *de sacram. ordin. part. 2. cap. 19. num. 37.* Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 9. num. 2.* Franc. Lugo *lib. 5. de Sacram. cap. 12. quæst. 9. n. 96.* Tamburin. *opusc. de sacrif. Miss. lib. 3. cap. 10. §. 2. num. 9. ver. Respondeo.* Fundantur in eo, quod Decreta da celebrat. Missar. loquuntur de oneribus Missarum iam impositis, vt constat ex illis verbis. *Aut post idem Concil. imposita, aut in limine fundationis.* Onera autem nondum acceptata non possunt dici imposita.

2 Verùm hæc difficultas non videtur posse habere locum in oneribus Missarum ex fundatione aut cōuentione. Nam certum est, quod in conuentione partes concordant de onere, & proindè non habet locum reductio, quia si onus, quod imponitur non placet suscipienti, aut imponens ipse moderatur, aut conuentio non habet locum. Et similiter etiam cum fundatio non sortiatur effectum nisi conueniant Fundator & Ordinarius, aut quiuis alius, in cuius fauorem fundetur, in legibus fundationis cessat reductio ante acceptationem, quia Fundator ipse concordat cum parte. Vndè solum difficultas est quoad Missarum onera relicta ex Testamento.

3 Difficultas autem in eo cōsistit an verbum *Imposita* debet sumi actiuè, & passiuè, an verò tantum actiuè. Primo modo importat nedum Actum imponendi, sed etiam susceptionem oneris, quia actus imponendi dicit actiuam impositionem, susceptio autē dicit susceptionē. Secūdò autem modo dicit tantùm actionē imponendi, & secundum hanc acceptionem onera erūt imposita ex ipso, quod testamentū morte testatoris confirmatur, nec erit necessaria acceptatio. In præsenti autem non videtur Decreta accipere impositionem actiuè tantum, sed simul etiam passiuè.

Quod eo desumitur, quod verbum *Imposita* refertur ad onera Missarum imposita etiam in limine fundationis; in limine autem fundationis non sunt imposita, nisi sint etiam passiuè imposita, quia cùm imponantur in ipsa fundatione, & fundatio non habeat locum, nisi ex consensu partium, nec etiam leges fundationis locum habent, nisi ex eodem consensu; & ideò non dicuntur impositæ, nisi fundatio effectum sortiatur, atque adeò interueniat impositio actiua & passiua. Vndè verbum *Imposita*, debet accipi actiuè & passiuè respectu Missarum, quæ sunt ex fundatione, atque adeò etiam respectu aliarum, quia non potest idem verbum in eadem dispositione diuersimodè accipi, vt notant Ruin. *consil. 168. num. 15. lib. 3.* Surd. *consil. 53. num. 12.* Rota *decis. 247. num. 20. part. 1. Recent.* & coram Merlino, *decis. 747. num. 15.* 4

Quod etiam ex eo confirm. quod taxatio Missarum, quando non est facta à Testatore, facienda est ab Ordinario iuxtà responsionem S. Congregationis *ad 2. ex dub. proposit. super Decret. de celebrat. Missar.* Cùm autem Testator præscripserit Missas incōgruas legato, quod reliquit itavt opus sit moderatione ante acceptationem, tanquam irrationabilis, & illegitima præscriptio abiicienda est, & habenda pro non facta iuxtà *l. si aut nullum. C. de legit. hered. & l. Quoties ff. qui satisd. cog.* & Cap. *Inter incorporalia de translat. Episc.* & Cap. finali, *de restitut. spoliat.* Vndè res ad casum reducitur, in quo adsit legatum, & non sint Missæ præscriptæ: & proindè subintrat facultas Ordinarij pro decernendo debito numero Missarum. 5

Ex dictis infertur cum Tamburino, *Opusc. de sacrific. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 2. n. 10. ver. Respondeo.* Quod si legatum pro Missis relinquatur alicui Sacerdoti nominando, vel ab hæredibus, vel ab aliquibus aliis, & nominatus nolit acceptare ob incongruitatem legati respectu oneris, poterit ab Ordinario reduci ad debitam congruitatem iuxtà superiùs dicta. At si primus Sacerdos nominatus acceptet: & postea secundus nominatus nolit acceptare ob eandem incongruitatem, non erit in potestate Episcopi reducere, quia res non est integra; cùm iam à primo nominato fuerit onus acceptatum, & proindè iam stabilitum quoad numerum Missarum. 6

QVÆSTIO 1169.

An si onus non habeat annexam applicationem sacrificij moderari possit ab Episcopo.

SVMMA.

1 *Onus Missarum sine obligatione applicandi sacrificium an possit moderari ab Episcopo.*

2 *Verba dispositionis congruunt oneri Missarum non habenti obligationem applicandi sacrificium.*

3 *Ordinarij non possunt moderari annuam Missam solemnem tollendo solam solemnitatem.*

4 *Locus, hora &c. quoad moderationem, non cadunt sub prohibitione.*

COntingit aliquando Testatorem, aut fundatorem obligare tantum ad celebrandum in certo 1

loco,

loco, aut etiam certo tempore & relinquete liberam Sacerdoti applicationem sacrificij, vndè dubitatur, an tunc stante incongruitata emolumenti possit Episcopus onus moderati. Hanc difficultatem mouet, & negatiuè resoluit Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 2. n. 4.*

2 Et ita tenendum est. Quia verba Decreti *de celebrat. miss.* congruunt casui, dispositio enim est de omnibus oneribus Missarum vt constat ex illis verbis, *ne reducant onera vlla Missarum celebrandarum*; licèt autem relinquatur libera Sacerdoti applicatio sacrificij, ipsi tamen cum omni proprietate est impositum onus Missarum celebrandarum, quod est illud, quod à S. Congregatione prohibetur reduci. Imò cùm applicatio sacrificij separetur à celebratione, remanet onus quoad illud, quod cadit sub dispositionis prohibitione, & ideò sumus in casu proprio legis, cui omninò congruunt verba dispositionis.

3 Ex his infertur, quod nequeant Ordinarij moderari onus annuæ Missæ solemnis relinquendo Missam, & tollendo solemnitatem, quia quamuis moderatio non caderet supra Missa, caderet tamen supra moderatione celebrationis, & ideò moderatio ipsius continetur sub prohibitione, nam solemnitas illa, seu modus celebrandi tanquam accessorium sequitur naturam sui Principalis, & ideò si principale nequit moderari, neque etiam poterit accessorium.

4 An autem idem dicendum sit de loco, & hora, in quibus celebrandum est, negatiuè videtur resoluendum, quia licèt videantur accessoria celebrationi, sunt tamen extrinseca, neque sunt aliquid de celebratione ipsa, & ideò non videntur subiacere prohibitioni, præsertim quia finis prohibitionis est, ne sine graui causa diminuatur numerus Missarum, cùm finis Generalis Decretorum sit, quod, quantum fieri potest, celebretur numerus Missarum correspondens oneribus impositis, vndè adhuc videtur posse Episcopus circa locum, & horam quod poterat ante emanationem horum Decretorum.

QVÆSTIO 1170.

An si anniuersarium non contineat celebrationem Missarum, possit moderari ab Episcopo.

SVMMA.

1 *Anniuersarium cum celebratione Missarum non potest moderari ab Episcopo.*
Quid si sit sine celebratione Missarum.
2 *Vbi verba dispositionis locum non habent, nec etiam habet dispositio.*
3 *Anniuersaria an moderari possint ab Episcopo quoad officia, & preces.*
Prius moderanda eleemosina quàm Missa.
4 *Officia &c. an separari possint quoad reductionem.*
5 *Reducere Officia, preces &c. non est reducere Missas.*

1 SI anniuersarium celebretur cum Missis, & onus sit impositum post Consil. Trident. aut in limine fundationis, non esse sub facultate Episcopi quoad moderationem, certum est; cùm moderatio quarumcumque Missarum prædictarũ sit ipsis interdicta. Solùm difficultas est, an si anniuersarium consistat in recitatione officiorum, tunc ab Episcopo onus huiusmodi moderari possit. Quod autem Episcopus moderari possit huiusmodi anniuersaria tradit Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 1. §. 2. num. 5.*

2 Et quidem huiusmodi resolutio valdè probabilis est, quia sumus in materia reseruationis, quæ restringit iurisdictionem Episcoporum, & proindè strictè accipienda est, itavt non excedat significationem propriam verborum, cùm igitur Decreta *de celebrat. Missar.* prohibeant reductionem onerum Missarum, non verò officiorum, &c. non est extendenda vltra Missas, cùm nomine Missæ non veniant cætera suffragia; vndè cùm verba dispositionis locum non habeant in hoc casu, nec etiam locum habebit dispositio. iuxta *l. Quod constitutum. ff. de milit. Testam. &. L. 4. §. Toties ff de dam. infect.* vbi Bart. *§. Prætor ait*, & notant Bald. *cons.* 486. *vers. secundo prob. lib.* 2. Roman. *cons.* 442. *num.* Imola *cons.* 9. *init.* Tiraquel. *in l. si vnquam verbo.* Libertis. *num.* 2. *& 5. C. de renocat. donat.*

Maior difficultas est, an si anniuersaria contineant celebrationem Missarum, & etiam recitationem officiorum, aut aliarum precum possint moderari ab Episcopis quoad huiusmodi officia, & præces, &c. pro quo supponendum est, quod si huiusmodi anniuersaria annexas habeant etiam aleemosinas, in reductione præferendæ sunt Missæ eleemosinis, vt declarauit S. Concil. Congreg apud Collect. *ad cap. 4. de reformat. sess.* 25. Consil. Trident. itavt saluæ remaneant Missæ, & reductio fuit quoad elemosinas, quia Missæ tanquam quid excellentius, & magis vtile, debent semper quantum fieri potest saluæ manere; ex quo fit quod quando anniuersaria continent Missas, & officia, & necessaria est reductio prius facienda sit quoad officia, quàm quoad Missas, quia militat eadem ratio, & ita præsumendum est de mente fundatoris, seu Testatoris, quod scilicet velit saluum primo loco, quod principalius, & vtilius est. 3

Circà autem propositam difficultatem Tambur. *opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap.* 1. §. 2. *num.* 5. putat non posse Episcopum reducere officia, eleemosinaa &c. Quia omnia se habent per modum vnius, & ideò cùm non possit reducere Missas, nec etiam poterit reducere annexa, præsertim quia sunt accessoria ad Missas. Verum quamuis omnia spectent ad idem anniuersarium, sunt tamen inter se separabilia, imò in ordine ad reductionem separari debent iuxta declarationem S. Congreg. de qua *num. præced.* cùm prius reducenda sint cætera, quam Missæ. Vndè nihil obstare videtur, quin accipi possint tanquam partes diuersæ, quæ diuerso iure censeantur & quarum sit diuersum iudicium iuxta *L. Inter stipulantem §. sacrum. ff. De verbor. obligat.* 4

Vndè si Episcopus in tantis Missis reduceret officia, preces, eleemosinas, &c. certum omninò est, quod non interueniret aliqua reductio Missarum, nam circa ipsas nihil omninò innouaret. Non ergo interueniret actus prohibitus, quia prohibitio sistit in reductione onerum Missarum, & apertè declarant illa verba, *Ne Episcopi &c. reducant onera vlla missarum celebrandarum.* Dum autem non interuenit actus prohibitus, non potest dici violata prohibitio. Neque ex eo, quod ex omnibus confletur vnicum anniuersarium, inferri potest, quod prohibitum de vna parte, erit etiam prohibitum quoad aliam. Quia prohibitio non cadit supra anniuersarium sic conflatum, sed supra reductionem oneris Missarum, atque adeò supra partem anniuersarij, quæ tamen de per se probibetur, quatenùs vtplurimum stat seorsim à quocumque alio & ideò prohibitio circa ipsam non se extendit ad id, cum quo aliquando ex alicuius voluntate coniungitur. 5

QVÆSTIO

Qværstio. 1171.

An Missæ Capellaniæ non collatiuæ moderari possint ab Episcopis.

SVMMA.

1 *Missæ Capellaniæ non collatiuæ institutæ post Trident. non possunt ab Episcopo reduci.*
Dictio Aliqua *comprehendit omnia.*
2 *Fundatio comprahendis omnem institutionem.*
3 *Verba legis accipienda secundum totam suam significationem.*
4 *Testator relinquens legatum fundat Capellam.*
5 *Sed quando est eligendus Capellanus.*

1 SI loquamur de huiusmodi Capellanijs institutis post Conc. Trident. videtur certum, quod non possint moderari, cùm Decreta *de celebrat. miss.* loquantur de omnibus oneribus impositis post idem Concil. vt constat ex verbis illis, *Ne Episcopi &c. reducant onera vlla Missarum celebrandarum.* Quæ oratio vniuersalis est compræhendens, quæcunque onera, dictio enim *vlla* idem significat ac *Aliqua*, & proindè vniuersalis, & omnia compræhendens iux. Glos. *fin. in cap. si propter. de rescrip. in.* 6. & notant communiter Doctores. Craueta *cons.* 294. *num.* 4. Geminian. *cons.* 29. *num.* 2. Surd. *cons.* 134. *num.* 2. Et ita etiam notat Alphons. de Leone *de officio Capellani quæst.* 5. *sect.* 20. *num.* 290. *& seq.*

2 Difficultas solum est, si huiusmodi Capellaniæ institutæ sint antè Concil. Trident. & resolutio difficultatis ex eo pendet, an Decreta de celebrat. Missarũ, nomine fundationis, intendat tantum fundationem canonicam factam cum consensu Episcopi, an etiam quam libet institutionem licet non canonicam Dicendum est autẽ *intelligi de qualibet institutione atque adeò fundatione facta per solos laicos sine consensu Ordinarij*, & proinde compræhendere etiam Capellanias non collatiuas.

3 Ratio est. Quia verba legis accipienda sunt secundum totam suam propriam significationem *l.* 1. *§. si is, qui nauem ff. de exerc. act.* & *l. prospexit. Quia quibus*, & *l. fin. C. de his, qui ven. ætat.* & Cap. *Susceptum de rescrip. in* 6. & notant Glos. *ibi* verbo *Non mortis.* Tiraq. *in l. si vnquam verb.* Susceperit *n.* 17. *C. de reuocand. donat.* Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 1. *n.* 7. Salas *de legib. disput.* 21. *sect.* 3. *n.* 4. Legislator enim cùm intendat notificare populis propriam voluntatem vtitur verbis in propria significatione, & quæ eam adæquent, cum ergo fundatio secundum propriam significationem non solum dicatur de fundatione canonica, quæ fit cum consensu Episcopi, sed etiam de fundatione laicali, verba illa *in limine fundationis* referri debent etiam ad Capellaniam non collatiuam, quia ipsa quoque verè fuit fundata, & proindè habuit suum limen fundationis.

4 Confirmatur. Vt plurimum Capellaniæ non collatiuæ fundãtur à Testatoribus in dispositione vltimæ voluntatis relinquendo ad hunc effectum aliquod legatum, aut aliquem fundum, vt inseruiat pro manutensione Cappellani, hoc autem est propriè fundare Capellaniam, & proinde compræhenduntur hæ fundationes sub dispositione Decretor. de celebrat. quia ad saluandam rationem fundationis sufficit, si erigitur fundus, & destinetur pro Capellano celebraturo.

5 Dices. Decreta *de celebrat. Miss.* distingunt Missas impositas in limine fundationis à Missis impositis, & relictis defunctorum vt constat ex §. 1. Ergo Missæ impositæ in limine fundationis sunt illæ tantum, quæ sunt impositæ in fundatione canonica. Resp. Aliquando imponi Missas ex legato cum simplici tantum obligatione licet perpetua, illas celebrandi, vt cum Regularibus aut alicui Ecclesiæ relinquitur legatum cum obligatione celebrandi certum numerũ Missarum; aliquando verò relinquuntur Missæ celebrandi cum obligatione eligendi Capellanum, qui eas celebret, & tunc fundatur Capellania, quæ si non adsit consensus Ordinarij, est non collatiua, & missæ huius Capellaniæ dicuntur impositæ in limine fundationis.

Qværstio 1172.

An Missæ Capellaniarum laicalium reduci possint per laicos.

SVMMA.

1 *Principes laici an possint moderari onus missarum*
2 *Capellaniarum laicalium.*
Capellaniæ laicales non sunt quoad aliqua sub dispositione laici principis.
3 *Obligatio in ordine ad celebrandum est spiritualis nec per laicos moderari potest.*
4 *Quod est laicale in Capellanijs laicalibus est connexum cum spirituali.*
Protectio principum erga Ecclesiam quid dicat.
Ius protectionis non dat iurisdictionem.
5 *Moderari leges Capellaniæ est immutare obligationem celebrandi.*
6 *De priuilegio constituendi prouisores vltimarũ voluntatum quid dicendum.*
Laici non sunt capaces iurisdictionis spiritualis.

QVia sunt aliquæ Capellaniæ merè laicales, quæ per laicos administrãtur qui eligunt Capellanũ absque eo, quod Ordinarius in aliquo se immisceat sicut etiam quando laici sunt exequutores ad procurandam celebrationem Missarum, ideò dubitatur, an tunc Princeps laicus, aut alius minister Missas reducere possit; partem affirmatiuã tradit Facundez. *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 16. *&* 17. testans de praxi, quam inquit ipse semper se laudasse; si autem quæras, quomodo id possit fieri per laicos cum reducere ad æqualitatem stipendium pro substentatione sacerdotis celebrantis sit opus spirituale; Respondet quod ab initio huiusmodi Capellaniæ erectæ sunt à laicis, & ex bonis laicalibus; & proinde tam ratione erigentium, quam ratione bonorum subsunt Principis iurisdictioni qui tanquam pius, & communis parens per suos ministros procurat, quod vltimæ voluntates executioni mandentur, & proindè vt iustè, & rationabiliter executioni mandentur, faciunt Missas reduci ad debitam æqualitatem. Hoc autem non est disponere circa res spirituales, sed leges temporales suorum subditorum, quæ temporis processu factæ sunt iniustæ, reducere ad terminos iustitiæ; addit etiã Reges Catholicos, & Christianos esse protectores Ecclesiæ, & proindè tanquam protectoribus concessum fuisse priuilegium Regibus Hispaniæ, quod possint deputare prouisores pro executione vltimarum voluntatum, quam procurent iuxtà terminos rationabiles, & cum vtilitate administrandi, quod fieri non potest, nisi reducantur onera missarum ad debitam æqualitatem; si autem

tem

tem queras, vndè habeant hoc priuilegium Resp. licet non extet priuilegium, sufficere formam cum continuo casu priuilegij, & citat Feln. *in cap. cum contingat.* talis autem vsus adest circa deputandos prouisores, ad quod, vt principale reducitur tanquam accessorium reductio Missarum.

2 Hanc opinionem recipit Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vn. pun. 15. num. 6.* asseren *n. 7.* Facundez motum fuisse ad ita sentiendum leuissimis rationibus, dicendum itaque est. *Non posse Principes laicos aut ipsorum ministros reducere Missas, quantumuis celebrandas virtute legati, aut Capellaniæ laicalis.* Ratio desumitur ex eo, quod siue hæc reductio fiat moderando leges testatoris, quas imposuit, siue reddendo ad æqualitatem dispositionem vltimæ voluntatis, siue quocunque alio modo, semper actus principis, seu ministrorum ipsius versatur circa aliquid, quod saltem est annexum cum re spirituali, nempè cum ministerio spirituali Sacerdotis in offerendo sacrificium. Hæc autem connexio sufficit, vt nullo modo sit sub dispositione laicorum vt constat in iure patronatu, quod ob solam connexionem cum spirituali excluditur à Laicorum dispositione Cap. *Quanto. De iudic.*

3 Confir. Etiamsi per Laicos reducerentur leges fundationis ad æqualitatem, aut declararetur, stipendium non esse sufficiens pro numero assignato à fundatore, & hoc fieri posset per ipsos, adhuc tamen non sufficeret pro reductione Missarum, quia vt reductio sortiatur effectum, necessarium est, quod fiat mutatio circa obligationem Capellani, quam habet in ordine ad celebrandum, quæ non potest moderari per Laicos, cum sit obligatio spiritualis fundata in ministerio spirituali Sacerdotis, & in ordine ad actum spiritualem, qualis est obligatio sacrificij. Et quamuis vacante Capellania moderaretur onus adhuc tamen moderatio versaretur circa materiam spiritualem, & proindè excederet facultatem laicalem.

4 Neque obstant, quæ pro se adducit Facũdez, nam licet hæc Capellaniæ sint erectæ à laicis, & ex bonis laicalibus, & conferantur etiam à laicis, adhuc tamen hæc omnia connexa sunt cum re spirituali, nẽpè ministerio offerendi sacrificium, & habent implicatam obligationem spiritualem offerendi sacrificium, circa quam, vt dictum est, debet fieri immutatio, vt sequatur moderatio. Alioquin, si ex dicto capite subessent iurisdictioni Laicorum, omne beneficium subesset, quia est erectum à laicis & ex bonis Laicalibus. Neque ex eo, quod Princeps sit protector Ecclesiæ sequitur quod possit exercere iurisdictionem circa ea quæ à Laicali iurisdictione exempta sunt, aut circa vltimas voluntates ad causas pias, nam spectat ad Episcopum procurare exequutionem iuxta Cap. *Tua de testam.* Vndè tanquam protector debet solum eam defendere ab iniurijs, & molestijs. Protectio enim consistit in defensione, non autem in vsurpatione iurisdictionis, alioquin defendendo, & protegendo illi noceret, & inferret iniuriam. Quis autem dicat illationem iniuriæ esse protectionem. Ius enim protectionis non tribuit iurisdictionem §. 1. Authen. *de hared. & falcid.* & Cap. *Imperialem de prohib. feudi alien. per frider.* & notat Rota coram Pennia *decis.* 195. *num.* 10. & coram Ludouis. *decis.* 4. *n.* 3. Quòd si in hoc protegere vellent Ecclesiam, possent procurare, quod Missæ reducerentur ad æqualitatem ab ijs, ad quos spectat.

5 Cùm autem dicit Facundez, quod hoc non est disponere de rebus spiritualibus, sed reducere ad iustitiam leges temporales suorum subditorum constat ex dictis esse falsum, est enim disponere saltem de connexis cum spiritualibus, & immutare, vt dictum est, obligationem celebrandi, quæ spiritualis est. Et quamuis fundator possit ponere huiusmodi leges, & proindè videantur remanere sub dispositione laicali, attamen quia in impositione connectuntur cum re spirituali, extrahuntur à dispositione Laicorum iuxta superius dicta.

Quod autem spectat ad priuilegium constituendi prouisores pro exequutione vltimarum voluntatum, cum de eo non constet, & habeat tantam vim ex praxi & forma, debet accipi secundum terminos habiles, nempè quorum consuetudine acquiri potuit. Non potuit autem acquiri consuetudine cum extensione ad spiritualem iurisdictionem exercendã. Nam cum laici nõ sint capaces spiritualis Iurisdictionis iuxta Cap. *Decernimus. de iudic. &* Cap. *Ecclesia S. Mariæ de constit.* vbi Glos. *verbo. Etiam religionis* Abbas *num. 5. & in Cap. fin. num. 15. de consuet.* non possunt eam præscribere, aut consuetudine acquirere. 6

QVÆSTIO 1173.

Quanam sint onera simplica Missarum super quibus de facili conceditur reductio.

SVMMA.

1 *Onus Missarum aliud simplex aliud ex pacto.*
Pactum quando interueniat.
2 *Onus Missarum an fiat conuentionale si ab hæredibus assignetur stipendium.*
3 *Si onus Missarum imponatur rei donata an sit conuentionale.*
Donatio est ex mera liberalitate.
4 *Onus Missarum an sit conuentionale, si legatarius acceptet legatum dum legatur.*
5 *Quid si interueniat conuentio de quantitate leganda.*
Ex tractatu deliberatiuo non acquiritur ius.
6 *Onus Missarum quando sit conuentionale licet ex testamento habeat exequutionem.*
7 *Onus conuentionale in ordine ad reductionem an sit tantum instrumentale.*
Sine scriptura saluatur vera conuentio.
8 *Adiecta per hæredes noua conuentione onus Missarum sit conuentionale.*
9 *Licet hæredes assignent stipendium onus Missarum non sit conuentionale.*
10 *Onus Missarum an conuentionale, si testator disponat, quod non soluto legato certus fundus transeat ad legatarium.*
11 *Onus Missarum semper est conuentionale, quando à viuente imponitur viuenti.*

ONus Missarum perpetuarum dupliciter imponi potest, vel simpliciter, vel ex pacto, seu conuentione. Tunc imponitur simpliciter, quando determinatur onus, & assignatur annuum salarium, seu stipendium pro substinendo onere; tunc enim quamuis acceptetur, est onus simplex, quia non imponitur cum aliqua præcedente conuentione, vt contingit in legatis, quæ relinquuntur pro Missis perpetuis, & à legatario acceptantur. Onus autem conuentionale est illud, de quo priusquam imponatur conuenit inter partes, & pacto inito inter ipsas stabilitur; Quia enim inuicem sibi præstant consensum, & circa onus, & circa compensationem oneris, ideò interuenit pactum iuxta Glos. *in l. 1. verbo.* Duorum *ff. de pact.* Bart. *ibidem oppos.* 3. & alios, & ex hoc 1

onus

onus impositum dicitur conuentionale, seu ex pacto.

2 Circa autem hoc onus conuentionale occurrunt nonnullæ difficultates. Quarum prima est, an si testator relinquat onus celebrandi nullo assignato stipendio, quod posteà assignandum sit, onus euadat conuentionale ea eo, quod conueniat inter partes de stipendio. Et negatiuè resoluendum est. Ita etiam Bordon. *in consil. Regular. resol. 25. num.* 40. Quia scilicet determinatio nō dependet à conuentione partiū sed ab Ordinario, ad quem spectat determinare, prout respondit S. Concil. Congregat. *in respons. ad S. dub. ex proposit. super decreto, de celebrat. missarum.* Et tunc ordinarius supplet, quod erat præsentandum à testatore, & tanquam implementum dispositionis ipsius, non alterat, sed relinquit in suo statu simplicis legati, & ideò onus quoque remanet simplex, & onus imponitur absque conuentione aliqua cum legatario.

3 Secunda difficultas. An onus sit conuentionale, si imponatur mediante donatione aliqua, seu si imponatur rei donatæ, quæ cum tali onere transeat ad Donatarium. Videtur enim esse conuentionale quia ea vtraque parte interuenit consensus, nempè ex vna parte in donationem, & ea alia in acceptationem rei donatæ. Sed negatiuè resoluendum est vt resoluit etiam Bordon. *in consil. Regular. resol. 25. num.* 44. Quia Donatio non perficitur acceptatione donatarij, atque adeò nec consensu illius, siquidem acceptatio supponit donationem factam, neque enim acceptari potest, quod non est, & ideò nec etiam donatio nisi sit facta. Vndè licet, si non acceptetur, impediatur effectus donationis, non tamen impeditur, quin existat donatio ordinata ad ponendum suū effectū. Confir. Donatio prouenit ea mera liberalitate nullo omninò. Iure cogente *l. Donari. ff. de donat. & l.* 27. *& 29. eod. tit.* Quod autem datur ea conuentione, datur ea debito, & proindè donatio, & conuentio se inuicem excludunt.

4 Tertia difficultas. An si, dum fit testamentum, interueniat legatarius, & tunc declaret, se acceptaturum legatum cum onere Missarum, an tunc onus euadat conuentionale. Et negatiuè resoluendum est cum Bordon *in consil. regul. in cit. resolut.* 25. *numero* 42. Ratio est: Quia cum conuentio perficiatur mutuo consensu in eandem rem, perficitur statim, ac vicissim exhibetur consensus, quamuis autem legatarius sit præsens testamento, & declaret, se acceptare legatum, nullus tamen indè sequitur effectus; quia dispositio testamentaria non est pro tempore præsenti, sed pro futuro, & ideò non obstante declaratione Legatarij de acceptatione sortitor effectum per modum vltimæ voluntatis, atque adeò absque vlla conuentione, & onus impositum remanet simplex.

5 Maior difficultas est. Si quis conueniat cum Collegij Rectore, de quantitate leganda pro onere missarum, cum promissione de acceptando legato. Resp. Neque adhuc esse conuentionale, Quia illa conuentio non est propria conuentio, cum tunc non inducat aliquam obligationem, neque sortiatur effectum, sed est solum, tractatus quidam deliberatiuus de eo, quod faciendum est, quod placeat vtrique parti, Et ideò nullum Ius queritur partibus *l. si voluntate C. de rescind. vendit. & l. si ex causa §. nunc videndum ff. de minor. & l. sciendum §. Dicitur. ff. de adil.* & cap. *Dudum, de reb. Eccles. non alien.* Et notant Bald. *in dict. l. voluntate.* Bart. *in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi.* Salicer. *in l. Contractus. ff. de fide Instrum.* vbi & cæteri Doctores. Tiraquel. *de retract. conuen. in fine, num.* 24. Vndè nulla inducitur obligatio per dictum tractatum, sed potest testator reuocare legatum, & legatius non acceptare. Totus enim iste tractatus subordinatur dispositioni vltimæ voluntatis, & sequitur naturam ipsius, & secundum ipsam regulatur.

In vno tamen casu onus esset Conuentionale, si nimirum Testator, antequam conderet testamentum conueniret cum Collegio, Conuentu, &c. de quantitate leganda pro onere missarum, & se inuicem de præsenti obligarent, alter quidem ad legandum, & alter ad acceptandum legatum cum onere, vt indicat etiam Bordon. *in consil. regul. resol.* 25. *num.* 45. 6
Nam tunc non interueniret solus tractatus deliberatiuus, sed vera conuentio inducens de præsenti obligationem. Vndè etiam si testator non legaret sicut promisit, possint nihilominus hæredes cogi ad soluendam quantitatem legatam.

At si solum conuentio dicta fuit inter partes oretenus tantum, absque stipulatione, onus Missarum ao fit conuentionale. Resp. Bordon. *in consil. regul. cit. resol.* 25. *n.* 46. Non esse conuentionale in ordine ad reductionem, quam solet denegare S. Congregat. Concil. Quia rescripta sunt stricti Iuris, & non extenduntur ad non expressa. Vndè etiam rescriptum S. Congreg. denegans reductionem oneris, si sit conuentionale, debet strictè accipi, & intelligi solum de conuentionali instrumentali: Verum quicquid sit in ordine ad reductionem, de quo infra, negari non potest, quin sit onus conuentionale, cum interueniant substantialia Conuentionis, nempè duorum consensus in vnum, qui se inuicem obligant, in quo consistit substantia pacti, & conuentionis iuxta *l.* 1. *ff. De pactis.* scriptura autem non est de substantia cōuentionis, sed tantum concurrit ad illam probandam. 7

Quarta difficultas. An si post mortem testatoris alteretur legatum, itavt augeatur quantitas relicta de consensu hæredis, & legatarij, onus euadat conuentionale. Et affirmatiuè resoluendum est cum Bordono *in consil. regul. resol.* 25. *num.* 44. *ver. Cum igitur.* Ratio verò est, quia non suscipitur onus secundum dispositionem testatoris, & proindè non est secundum illius mensuram, sed secundum nouam dispositionem, quæ constituitor ea conuentione partiū per mutuum consensum tum in onus, tum etiam in stipendium pro substinendo onere. Cum ergo partes conueniant super dispositione testatoris eam immutando, onus simplex fit conuentionale. 8

Quinta difficultas. An onus fiat conuentionale, si testator obliget hæredes ad procurandam celebrationem certi numeri Missarum nec assignet stipendium, sed de ipso posteà conueniat inter hæredes, & & grauatum, cui assignerur certa quantitas, aut certus fundus. Resp. enim Non esse conuentionale, quia assignatio stipendij est in executionem dispositionis testamentariæ, & proindè sequitur naturam illius & relinquit onus in esse simplici, nec facit transire in conuentionale. Deindè illa conuentio, quæ intercedit inter partes non est conuentio circa impositionem, & susceptionem oneris, sed circa executionem, quia onus est iam impositum per dispositionē testamentariam, & ideò non alterat dispositionem testamentariam. Et ita etiam sentit Bordon. *in Consil. regul. resol.* 25. *num.* 48. Est tamen aduertendum, Quod si testator relinqueret liberum hæredibus procurare celebrationem Missarum per quos magis ijs placeret, nec assignaret stipendium, tunc onus esset conuentionale, si conueniret cum aliquo de celebratione, & de stipendio, quia tunc onus non regularetur secundum dispositionem vltimæ voluntatis, sed secundum dispositionem hæredum inductam ea conuentione partium, & propterea onus esset conuentionale. 9

Sexta difficultas. An onus sit conuentionale, quando testa 10

do testatot ita disponit, quod si hæredes non satisfaciant annuo legato, fundus assignatus pto substinendo onere celebrationis Missarum, transeat immediatè ad legatarium. Resp cum Bordon. *in consil reg. resol.* 25. *num.* 47. Non esse, nec fieri conuentionale, etiamsi hæredes consignent fundum legatario. Nam talis consignatio quocumque modo fiat, semper est in exequutionem dispositionis testamentariæ. Exequutio autem non inducit nouam dispositionem, sed factam deducit ad effectum. Vndè cum antea onus tanquam ex simplici legato, esset simplex, remanet adhuc simplex non obstante consignatione fundi iuxta testamentariam dispositionem.

11 Ex dictis infertur Tunc onus semper futurum cõuentionale, quoties inter viuentes ex vna parte assignatut annuum stipendium, aut datur aliquid pro compensatione oneris, & ex alia assumitur onus celebrandi Missas. Quod notat etiam Bordon. *in Consregul. resol.* 25. *num.* 49. Nam impositio oneris est effectus Conuentionis à qua primum originẽ trahit. Conclusio enim incipit à tractatu & tractatus ad Conuentionem tendit, qua inter partes conuenitur de onere, & de compensatione oneris.

Qvæstio 1174.

An onera Missarum Conuentionalia reduci possint.

SVMMA.

1 *Onera Missarum conuentionaliã immutatis rebus non sunt reducibilia.*
Pacta seruanda.
Non est liberum venire contra pactum.

2 *Non obstante pacto possunt Missæ reduci, si non sit congruè prouisum.*
Priuatorum pacta non praualent publicæ vtilitati.

3 *Missæ perpetuæ, requirunt congruum stipendium.*
Quando lex resistit pactis, non comprehenduntur sub regula, quod sint seruanda.

4 *Mutatis rebus onera Missarum sunt reducibilia.*
Pacta habent tacitam conditionem de rebus sic stantibus.

5 *Exclusa reductione onerum conuentionalium, veniunt etiam ea, quæ non sunt stipulata.*
Conuentio quomodo consurgat.

1 Dicendum ptimò. *Onera Conuentionalia celebrandarum missarum stantibus rebus in ijsdem terminis non sunt reducibilia.* Hoc autem intelligitur de iure ordinario, Quia de iure extraordinario potest Pontifex relaxare pacta priuatorum concurrente aliqua rationabili Causa. Ratio est. Quia cum huiusmodi onera sint pacto firmata, debet pactum seruari *l.* 7. §. *Prætor. ff. de pact. & l.* 1. *ff. Depositi & l.* 1. *ff. de Verb. signif. & l. penul. C. de pact.* & Cap. 1. & 2. *de pactis.* Sicut enim est in vnius cuiusque potestate pascisci, vel non pascisci. Ita sequuto pacto, non est amplius alicui liberum venire contra pactum. *l. per fundum ff. de seruit. rustic. præd. & l.* 14. *C. de rei vendic. & l. post mortem ff. de pact.* vbi Bart. & Doctores.

2 Maior difficultas est. An si onus Missarum ex conuentione non esset æqualiter compensatum. Et videtur affirmatiuè resoluendum, quamuis enim liberè interpositum sit pactum super onere Missarum, quatenus nemo ad paciscẽdũ compelli potest iuxta *l. Diem* §. *stat. ff. de recept. arbiter.* attamen quia huiusmodi pactum tẽdit in præiudiciũ Ecclesiæ successorum, siquidem facit, quod publici ministri ipsi non habeant ex ministerio offerendum Sacrificium congruam substentationem quæ illis debetur ratione huius muneris; ideò esset capax reductionis, quatenus non debet permitti, quod priuatorum pactis publica vtilitas mutetur iuxta *l.* 2. §. *sed quia veremur. C. de Iuram. Calum.* & notant *ibidem* Doct. Ruin. *cons.* 10. *num.* 5. Fulgos. *cons.* 19. Cephal. *cons.* 375. Ioan. Bapt Plot. *cons.* 198. *num.* 51. Paris. *cons.* 69. *num.* 111. *libro tertio.*

Accedit etiam. Quod Decreta Sac. Congregat. *de celebrat. miss.* requirunt, quod Missæ perpetuæ habeant Congruum emolumentum, quod oneri correspondeat, vt diligenter eidem oneri satisfiat, nisi incongruum sit, aut negligenter adimpleatur, aut prorsus negligatur & ideò si conuentio non sit conformis prædictis Decretis, non solum non habebit iuris assistentiam, sed potius lex conuentioni resistet. Vndè cessat regula fundata in iure naturali, quod pacta sint seruanda, quia cũ aliquo modo lex resistat, non comprehenduntur sub dicta regula iuxta *l. A duo ff. de rit. nupt. & l. Non dubium C. de legib.* & notant Bald. & cæteri Doctores *in l. nemo potest. ff. de legat.* 1. Viuius *decis.* 369. *num.* 13. *tit.* 3. Et proindè huiusmodi pacta exigente ita publica vtilitate reduci debent ad æquitatem & debitos terminos. 3

Dicendum 1. *Onera Missarum ex conuentione esse reducibilia mutatis rebus & circumstantijs.* Intelligitur autem de mutatione ratione iuris deficiat debita proportio inter stipendiũ & onus, aut aliquo alio modo onus fiat magis onerosum, quàm erat tempore conuentionis. Ratio est. Quia quando initur pactum aliquod, habet semper tacitam conditionem quod obliget rebus sit stantibus *l. Quæro* §. *Interlocutores ff. locati & l. Cum quis ff. solut. matr.* per quem text. id notat Bart. *in l. Quoties* §. *si duo ff. de hæred. instit.* Ergo si status rerum mutetur, habet locum ex natura eiusdem pacti, quod reducatur onus ad terminis æquitatis iuxta præsentem rerum statum; Ita vt tale fiat, quale imponeretur stante præsenti rerum statu & habita ratione æquitatis. 4

Ex dictis infertur contra Bordon. *in regul. resol.* 25. *num.* 46. Quod si Sac. Congregatio concedat facultatẽ reducẽdi onera Missarũ exceptis ijs, quæ sunt ex conuentione non solum per dictum rescriptum, quamuis exclusio sit stricte accipienda, excludere onera conuentionalia ex Instituto, sed etiam quocumque alio modo conuentionalia, dummodo constet esse verè conuentionalia. Neque enim Instrum. reddit onus conuentionale, sed supponit & solum reducit conuentionem in acta publica, vt faciat quod sit in forma probante. Conuentio enim consurgit ex duorum consensu in onus & stipendium pro onere substinendo iuxta *l.* 1. *ff. De pact.* & ideò si interuenit talis consẽsus onus reuera est conuentionale & proindè exclusum, etiamsi tantum sit Conuentio verbalis, per rescriptum Sac. Congreg. Quia substantia materiæ exceptæ deperitur in dictis oneribus, & proindè comprehenduntur sub verbis rescripti, quatenus excludit. 5

Qvæstio 1175.

Quid seruandum in reductione Missarum.

SVMMA.

1 *Modus seruandus in reductione Missarum.*

2 *Quæ diligentia adhibenda in reductione Missarum.*

3 *Modo*

3 *Moderatio oneris Missarum debet esse secundum conscientiam.*
4 *Quando committitur aliquid conscientia, quenam conscientia sequenda.*
5 *Quid conscientia propria, quid communis.*
6 *Missa non sunt reducenda nisi ex necessitate.*
7 *In reductione Missarum resoluendum quod magis expedit.*
8 *Et stabilienda commemoratio &c.*
Quid veniat nomine commemorationis.
9 *Qualis debeat esse ista commemoratio.*
10 *Quando facienda ista commemoratio.*
Dictio semper importat perpetuitatem.
11 *Quam frequens debeat esse commemoratio posita per reductionem.*

1 CVm Episcopi & Generales Ordinum possint adhuc reducere Missas impositas ante Concil. Trident. extra limen fundationis non quidem vigore facultatis concessæ à Trident. nam fuit coarctata ad primam synodum, seu capitulum generale vt declarauit S. Congreg. Concil. die 15. Decem. 1629. sed de iure communi, quia dicta reductio non cadit sub prohibitione Decret. de celebrat. missar. vt constat ex dictis in superioribus. Modò inquiritur. Quid in hac reductione seruare debeant. Modus autem seruandus in reductione desumi potest à Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reform.* dum inquit, *facultatem dat Episcopis, vt in synodo Diœcesana, Itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis generalibus re diligenter perspecta possint pro sua Conscientia in prædictis Ecclesijs quas hac prouisione indigere cognouerint statuere circa hac quicquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarũ vtilitatẽ viderint expedire. Ita tamen & eorum semper Defunctorum Commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata & ad pios vsus reliquerunt* Quod spectat ad reductionem faciendam in synodo Diœcesana, aut Capitulis generalibus, dictum est supra, nunc cætera perpendenda sunt.

2 Requirtur ergo pro hac reductione primo loco causæ cognitio, vt declarant illa verba *Re diligenter perspecta*: Nec sufficit quæcumque causæ cognitio sed debet esse perfecta quantum fieri potest, vt constat ex dictione *Diligenter*. Quanta autem debeat esse huiusmodi diligentia non potest certa regula definiri, sed relinquendum est prudentis arbitrio iuxta ea quæ tradunt Dec. *in l. Non videtur §. Qui iussu ff. de regul. Iur.* Menoch. *de arbitr. cas. 158. n. 15. lib. 2.* In vno enim Casu maior diligentia erit adhibenda, quàm in alio iuxta diuersas Circumstantias. Pro praxi autem ea erunt consideranda, quo tempore onus impositum sit, quæ proportio fuerit tunc inter stipendium & onus, & quæ de præsenti sit, quamuis tunc, & quantum nunc sit necessarium pro alimentis Sacerdotum. An & quantùm numerus Sacerdotum sit diminutus. An Ecclesia pro manutentione & expẽsis pro celebratione Missarum habeat seruata proportione eosdem prouentus. An stipendium pro Missis sit auctum, an verò diminutum. Quanto tempore onus Missarum adimpletum, & an sit antiquum, an verò modernum. Quantùm redditus sint diminuti & alia huiusmodi, quæ inseruiunt pro mensuranda moderatione oneris.

3 Secundò requiritur. Quod moderatio oneris fiat iuxta conscientiam vt declarant illa Verba *pro sua conscientia*. Vndè in reductione non conceditur libera facultas, sed restricta ad dictamen conscientiæ; & proinde intra terminos æquitatis. Cùm enim agatur de mutatione alienæ voluntatis circa leges, quas imposuit, rebus, non potest concedi libera facultas, sed tantum reducendi onus ad terminos æquitatis, nempè ad eos, quos defunctus rationabiliter approbare deberet, si viueret, & consideraret præsentem statum rerum.

Est autem aduertendum, quod quando dicitur reductionem esse faciendam secundum Conscientiam non est intelligendum de speciali conscientia reducentis. Sed de Conscientia communi. Quamuis enim dicat *pro sua Conscientia* non intelligit pro sua propria Conscientia, sed pro sua communi Conscientia, hoc est pro sua Conscientia secundum quam conuenit cum sensu aliorum. Quia quando cõmittitur aliquid alterius conscientiæ, is non propriam sed Communem sequi debet vt notat Glos. *in cap.* Iudicum *3. quæst. 7.* Bald. *in l. 1. C. Qui accus. non poss.* Ias. *in §. sed iste num. 138.* Iostit. *de act.* Marsil. *in l. quæst. num. 70. ff. de quæst.* Alex. *cons. 218. num. 5. lib. 2.* Menoch. *cons. 285. num. 35.* Quod etiam colligitur ex ipso Concil. dum præscribitur, quod reductio fiat ab Episcopis in synodo Diœcesana, à Generalibus in capitulis Generalibus scilicet auditis plurium sententijs possint formare Concientiam Communem regulantem reductioné. Vndè quando reducunt per facultatem, quam habent de iure communi, adhuc debent prudentium, ac doctorum virorum sententias audire vt discernere possint quænam sit conscientia communis. Fateor tamen, hoc quoque assequi posse attendendo ad ea, quæ Doctores scripserunt & sequendo eorumdem directioné, nam Doctores tradunt regulariter, quod iustum & æquum est, atque adeò quod est secundum communem conscientiam, quod enim regulatur ratione communiter approbatur, cum ratio sit omnibus communis. 4

Ex quibus deducitur quod cum conscientia propria sit illa qua quisque vnam rem aliquam habet; communis verò quam communiter homines habent vt declarant Glos. *in cap. Iudicum. 3. Quæst. 7.* Bald. *in l. 1. C. Qui accus. non poss.* Ias. *in §. sed iste num. 138. Instit. de act.* Alex. *cons. 218. num. 5. lib. 2.* Per conscientiam communem quæ sequenda est in reductione Missarũ non debet intelligi conscientia communis actualis, sed habitualis, hoc est illa, quæ apta est communiter formari à sequentibus ductum rationis. Ex quo fit, quod si reducens onera pensatis oneribus, circumstantijs sequens ductum rationis & soleat prudenter deliberare, formet conscientiam, quod tali pacto reductio facienda sit; hæc conscientia habenda erit pro communi, tamquam ea, quæ oritur ex fonte rationis, apta eodem modo in omnibus formare conscientiam. 5

Tertiò requiritur necessitas reductionis, vt desumitur ex illis verbis *In Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint*. Dubitatur modò quænam necessitas requiratur, vt dicatur Ecclesia hac prouisione indigere. Ex duplici enim capite prouenire potest; vel quia diminuti sint redditus itavt eleemosina, quę superest, non sit oneri proportionata: vel quia ex alio capite nequeant Missæ præscriptæ celebrari siue quia diminutus sit numerus Sacerdotum, siue aliundè impedimentum proueniat. Quod autem sufficiat necessitas ex alterutro capite, colligitur ex eodem Concil. init *cap. 4. de reformat. sess. 25.* dum recensens abusum non satisfaciendi oneribus Missarum, considerat duplicem causam, ex qua prouenit, nempè magnum numerum Missarum, cui satisfieri nõ potest tenuitatem eleemosinæ, vt proinde non reperiatur qui velit onus suscipere. Et postea assignat prouisionem pro Ecclesijs, quæ ex his duobus capitibus ea indigebunt. 6

Quartò requiritur. Quod in hac reductione resoluatur quod magis videbitur expedire ad honorem & cultũ Dei, & Ecclesiarum vtilitatem vt ibidem decernit Concil. In quo declaratur quid pro conscientia 7

faciendũ sit in hac reductione dum facultas reducendi est coarctara ad id, quod est in maiorem Dei honorem & vtilitatem Ecclesiarum. Ex quo fit qood ea tantum diminutio oneris facienda sit, quæ à necessitate exigitur quia hoc modo saluatur quod statuatur quod magis in Dei honorem & vtilitatem Ecclesiarum expedit. Cum enim in præsenti materia honor Dei & vtilitas Ecclesiarum consistat in eo, quod adimpleantur onera imposita ex pia dispositione defunctorum, dum dicta onera minuuntur quantò minus fieri potest, statuitur quod magis expedit Dei honori & vtilitati Ecclesiarum.

8 Quinto requiritur. Quod in reductione Missarum semper stabiliatur Commemoratio illorum defunctorum in quorum fauorem onera erant adimplenda. Ita enim *cit. cap. 4. de reformat. sess.* 25. concludit *Ita tamen vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.* Modò autem insurgit dubium, quid intelligatur nomine huius commemorationis Resp. Quod cum Concilium loquatur indiffinitè, quæcomque Commemoratio sufficit vt saluetor, qood exigitur à Concilio, siuè consistat in celebratione vnius aut plurium Missarum, siue in recitatione collectarum siue aliarum precum, siue etiam in solo memento post consecrationem. Ita declaràuit S. Congreg. vt refert Collector *ad dict. cap. 4. de reformat. sess.* 25. Concil. Tridem. Et ita etiam notant Fraxinel. *de oblig. Sacerdot. sect. 7. §. 5. num.* 17. Francis. Leo. *part. 2. Thesauri cap.* 11. *num.* 38. Vgolin. *de offic. Epis. cap.* 63 *num.* 1. Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 5. n.* 366. Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 29. *num.* 51. Lezana *in sum. verbo.* Missa. *num* 30. *in fine.* Naldus *item in sum. verbo.* Missa *num.* 10. Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *num.* 6. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 5. in fine. Hæ autem commemorationes eligendæ sunt seruata proportione tum ad onus reductum, tum etiam ad emolumentum, quod superest pro substinendo onere, quia iuxta Concil. citatum debet determinari, quod magis expedit vtilitati Ecclesiæ, & Dei honori.

9 Rursus autem dubitatur, an ista commemoratio debeat esse specialis, & distincta pro singulis, an verò sufficiat vnica pro omnibus, quando contingit reduci plura onera. Resp. autem Aliud esse, quod commemoratio fit vna pro omnibus in communi, & in confuso. Aliud verò, quod sit vna communis sed in qua specialiter fiat commemoratio. Prima non videtur sufficere pro intentione Concilij, quia vult, quod fiat commemoratio ad manutendam memoriam oneris, & ad ostendendam gratitudinem erga defunctos, quæ proinde erga singulos ostendeodenda est. Secunda verò videtur sofficere qoando qualitas oneris reducti non videretur requirere specialem commemorationem seorsim à quocumque alio, nam saluatur, quod requirit Concilium in forma specifica, dum singulorum in specie fit commemoratio, & ideò si pro pluribus celebraretur vna Missa eam pro singulis distinctè applicando, aut recitaretur vna collecta cum singulorum nominibus cum quæcumque alia commemoratio fieret, in qua specificè recolerentur singuli defuncti, pro quibus substinebatur onus satisfieret dispositioni Concilij.

10 Præterea adhuc dubium est. Quando, & quam frequenter sit facienda commemoratio ista. Cum enim dicat Concilium, *Vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat*, videndum est, quid importet dictio, *semper* Dictio autem *semper* importat perpetuitatem, vt notant Socin, *consil.* 11. *num* 5. *vol.* 1. Roland. *consil.* 23. *num.* 18. *vol.* 4. Paris. *consil.* 37. *num.* 24. *vol.* 2. Boer. *decis.* 158. *inic.* Surd. *decis.* 1 ta. *num.* 4. Menoch. *cons.* 106. *num.* 63. Rota *decis.* 359. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & decis.* 131. *num.* 4. *part.* 2. Rec. & coram Veral. *decis.* 35. *num.* 9. *part.* 1. & coram Mantica *dicis.* 39. *num.* 7. ver. *Quartum adminiculum.* Et proindè operatur, quod commemoratio debeat esse perpetua; ita enim æquitas exigit, quia cum onus sit perpetuum, commemoratio quoquè debet esse perpetua; vt sit proportionata.

Quam autem frequens debeat esse in hac perpetuitate nihil reperio apud Doctores. Videtur autem debere in hoc proportionari oneri, vt oimitum fiat comemoratio in ijs temporibus, seu diebus, in quibus erat adimplendum onus reductum. Et proindè sit quotidiana, si onus erat quotidianum, aut hæbdomadalis, menstrua, siue anoualis, si onus erat tale. Hæc enim correspondentia habet aliquam æqualitatem proportionalem, & ideò valdè inseruit ad proportionem inter onus redoctum, & impositum Vndè tunc præcipuè erit attendenda, quando oous reduceretur in solum commemorationem. Est tamen aduertendum. Qaod hæc propotrio non esset attendenda, quando reductio exigeret considerato onere, quod frequentior esset commemaratio quam esset exequutio oneris. 11

QVÆSTIO 1176.

An in reductione Missarum sit habenda ratio expensarum Sacristia.

SVMMA.

1 *In reductione est habenda ratio expensarum pro celebratione.*
2 *Expensæ pro celebratione non debent cedere in damnum Ecclesiæ.*
3 *Expensæ ad eum pertinent de cuius interesse agitur.*

INtelligitur de expensis, quæ contingunt intuitu celebrationis missarum. Et affirmatiuè resoluendum est. Ita etiam Bordon, *in Concil. Regul. resol.* 25. *num.* 51. Qui subdit, quod si rescriprum S. Congr. concederet, qood missæ quotidianæ perpetuæ reducerentur ad rationem quinquaginta scutorum monetæ Romanæ pro qualibet missa quotidiana, debet ita accipi, vt priùs deducantur expensæ pro Sacristia, & postea reducãtur missæ cum ea correspõdentia ad mensuram quãtitatis, quæ superest. Verùm hoc intelligi debet quando Sacristia oon habet speciales redditus pro sui manutentione, & celebratione missarũ. 1

Ratio est. Quia Ecclesia debet seruari indemnis: nec enim cogenda est, quod in gratiam alicuius, cui non tenetur, profundat proprium. Cum ergo expensæ quæ sunt propter celebrationem missarum, sint in beneficiom illius ad cuius instantiam missæ celebrantur, potest ab ipso exigere compensationẽ. Rursus celebrans missas non tenetur de suo stipendio, quod datur pro substentatione, relaxare, vt inseruiat pro expensis, quia totum est ipsi debitum intuitu ministerij, ergo aliundè ab eo, in cuius gratiam fiunt, subministrari debent: & si non subministrentur, potest Ecclesia se indemnem seruare. Et proindè S. Congregat. Concil. *in resp. ad 7. dub.* ex propositis super Decretis *de celebrat. missar.* rescripsit. Quod de eleemosinis manualibus pro missis possit retineri, quantum sufficiat pro expensis necessariis, & reliquum dari celebranti, si Ecclesia non habeat redditus ad hunc effectum destinatos. 2

Accedit etiam. Quod expensæ semper pertinent ad eum de cuius interesse, aut vtilitate agitur iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. si aliquando, ff. de offic. proconsul,* 3

consul. Francisc. Cremens *singul.* 25. Angel. *in l. Turres. C. de oper. publ.* Cepol. *De seruit. urban. prædior. cap.* 39. *in fine.* Boer. *tract. de verbor. clau.* Grammat. *consil.* 13. Menchaca *illustr. quæst. cap.* 6. *init. lib.* 1. Garzia *de expens. & meliorat. cap.* 21. *num.* 30. Ergo cum in celebratione missarũ agatur de interesse illius, ad cuius instantiam celebrantur, ad ipsum quoque pertinent expensæ celebrationis.

4 Supradicta tamen doctrina est limitanda; vt non habeat locum, quando stipendiu pro missis esset ita pingue, vt excederet consuetum correspondens missis perpetuis. Quia tunc in reductione esset habita ratio etiam expensarum. Neque enim putandum est, quod in reductione stipendium remanserit pingue, nisi vt etiam haberetur ratio expensarum, alioquin reductio non fuisset iusta, quia nimium esset detractum oneri, cum tamen minui debeat, quantò minus possibile sit, necessitas enim debet esse mensura reductionis, nec supra ipsius exigentiam onus est minuendum.

QVÆSTIO 1177.

An, & quæ causæ requirantur pro reductione Missarum.

SVMMA.

1 *Quæ causa requiratur pro reductione missarum.*
2 *Incongruitas stipendij cum onere sufficit.*
3 *Quid attendendum pro reducenda congruitate stipendij cum onere.*
4 *Impossibilitas adimplendi onera sufficit pro reductione.*
5 *Ad impossibile nemo tenetur.*
Res deueniens ad statum à quo non potest incipere, nec etiam potest progredi.
6 *Obligatus personaliter non tenetur per alium supplere.*
Personalia non egrediuntur personam.
7 *Omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*
8 *Quando possint reduci Missæ ob expensas pro fundo, pro lite, &c.*
Variæ causæ, ob quas missæ possunt reduci.

1 NOn posse missas reduci, nisi intercedat aliqua iusta causa, videtur esse extra controuersiam, quia agitur de immutanda aliena voluntate circa leges impositas rebus propriis, quod fieri non potest sine illius iniuria. Et ideò debet interuenire talis rationabilis causa, quæ sit sufficiens, vt institutor circa onus missarum, si viueret, mutaret voluntatem, vel saltem deberet rationabiliter mutare. Tunc enim præbet sufficiens fundamentum, pro interpretanda eius voluntate, & decernendo id, quod ipse decerneret, si viueret, & consideraret præsentem statum Ita in specie notat Garzia *in sum. tract.* 3. *difficult.* 10. *dub.* 9. *num.* 6. Difficultas autem est, quænam causa requiratur pro reductione.

2 Duplex autem regula statui potest. Prima est, quod incongruitas stipendij cum onere sit sufficiens causa reductionis. Hæc regula desumitur ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* Dum inter alias causas, ob quas onera missarum non adimplebantur, considerat tenuitatem eleemosinæ, & putat sufficere, vt indigeat reductione, & proindè concedit facultatem reducendi. Ratio verò est, Quia eo ipso, quod stipendium est incongruum, non satisfit iuri Sacerdotis, quod habet ad exigendam consuetam eleemosinam, pro sui substentatione intuitu ministerij celebrandi: vndè onus aggrauaret vltra terminos iustitiæ. Ergo cum ratio exigat, quod satisfiat vniuscuiusque iuri, & omnia reducantur ad terminos iustitiæ, exiget etiam, quod onus missarum reducatur ad debitam proportionem.

Vt autem inducatur debita proportio, considerandæ sunt omnes circumstantiæ, quæ concernunt tempore reductionis expensas pro substentatione Sacerdotis, & celebratione missarum: & inducere his perpensis hanc proportionem, quam onus habebat ab initio cum stipendio, si tamen tunc fuit æqua proportio, quia, si tunc onus erat sufficienter compensatum remanebit etiam in reductione cum eadem sufficientia compensationis. Quod si non possit hæc proportio seruari, attendenda erit consueta eleemosina, quæ correspondet missis perpetuis, & iuxta illam regulanda reductio. 3

Secunda regula est Quod tunc onera missarum reduci possint, quando ab illa Ecclesia, cui imposita sunt, non possunt adimpleri. Quod autem non possint adimpleri, prouenire potest ex diuersis causis, vel quia nimis creuerint onera missarum, vel quia numerus Sacerdotum diminutus sit, eò quod monasterium nõ possit maiorem numerum substentare, vel ex aliqua alia similí causa. Hæc quoque regula desumitur ex Concil. Trident. *cit. cap.* 4. *de reformat. sess.* 25. Dum hanc quoque causam considerat, ob quam onera missarum adimpleri non possint, & concedit facultatem reducendi intuitu illius in Ecclesiis, quæ indigent tali prouisione. 4

Et ratio est. Quia adimpletio oneris facta est impossibilis, cum excedat vires eorum, ad quos spectat: & proindè videntur excusari, si non adimpleant iuxta regulam, quod ad impossibile nemo tenetur, desumptum ex §. *Impossibilis.* Instit. *De hæred. instit.* & *l. si quis in graui. init. ff.* Ad *Syllan.* & *l. impossibilium, ff.* de *regul. iur* & cap *Nemo potest.* De *regul. iur. in* 6. Rursus. Res est reducta ad casum, à quo incipere non posset; neque enim posset quis suscipere onera tanta, quibus satisfacere non posset, & cum habeat tractum successiuum, videtur non posse progredi in illo statu, iuxta *l.* 71. *ff. de fideicom. & l.* 98. *in fine, ff. de verbor. oblig.* Ergo necessaria est aliqua reductio per quam onera reducantur ad illos terminos, in quibus adimpleri possint, atque adeò intra terminos possibilitatis. 5

Dices. Posse eos, ad quos spectant dicta onera, curare, vt per alios adimpleantur, præsertim si culpa ipsorum factum sit, quod non possint adimpleri. Verùm hoc dici non potest. Quia quando susceperunt onus celebrandi missas, non se obligauerunt ad supplendum per alios, quando ipsi non possent, sed solum ad adimplenda per seipsos. Quod est regulare in omni obligatione personali, quia personalia non egrediuntur personam obligatam, *l. Quis ergo casus ff. de pecul. & l.* 1. §. *Illud. ff. Quod leg. & l. fin.* §. *fin. ff. de contrahen. empt.* & cap. *Priuilegium de reg. iur. in* 6. & notant Glos. *in cap. mandata de præsumpt.* & Glos. ciuil. *in dict. l. Quis ergo casus.* Ias. *in l. Inter eos n.* 9. *ff. de re iudic.* Bart. *in l.* 1 *ff de acquir. possess.* Præsertim si non haberent, vndè possent satisfacere pro onere ab aliis adimplendo. Et ideò non debet extendi obligatio vltra terminos, quos habuit in sua origine. 6

Accedit etiam quod omnis actus, & dispositio intelligitur rebus sic stantibus, *l. fin. C. de sponsal. & l. Quod seruius ff. de condit. cau. data*, & cap. *In Parochia* 16. *quæst.* 1. & notant Glos, *in cap.* 2. *de rescript.* Ias. *in dict. l. Quod seruius n.* 8. Boer. *quæst.* 204. *num.* 25. Grat. *cons.* 95. *num.* 4. Tiraquel. *in l si vnquam in Præfat. num.* 266. *C de renocan. donat.* Menoch. *consil.* 34. *num.* 10. Alex. *cons.* 25 *nu.* 7. *vol.* 7. Socin. *cons.* 22. *num.* 18. *vol.* 4. 7

Paris. *conf.* 165. *num.* 16. *lib.* 4. Rota coram Seraphino *decis.* 129. *num.* 2. *& decis.* 51. *num.* 3. *part.* 1. Recent. Et proindè actus iodocens obligationem habet tacitam conditionem quod obligatio valeat permanentibus rebus in eodem statu Vndè cum sit valdè mutatus status rerum, itavt onera sint facta impossibilia, ex natura rei sit necessaria reductio, quia scilicet qui assumpserunt onera non censentur se obligasse in casu talis mutationis.

8 Ex dictis colligitur. Quod si successu temporis contingat, aliquas expensas fieri pro manotenendo fundo, super quo imposita sint onera missarum, vt pro reficienda domo, pro reparandis damnis illatis fundo ex alluoione aut alio casu, aut pro aliis hoiusmodi extraordinariis expensis, poterit fieri rednctio Missarum vt notat etiam. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. cap.* 1. §. 2. *num.* 11. Nam in hoc casu censetur tantum imminutum de capitali, qoantæ sunt expensæ, & proindè etiam diminuti fructus tanti, quanti respondent Capitali expensarum. Quod etiam locum habet si contingeret expensas fieri pro substioenda lite mota cootra fundum. Quia agitur de interesse defuncti dum substioetur eius pia dispositio. Hæc tamen non habebunt locum, si fructus sint tanti vt sufficere possint, & pro congruo stipendio Missarum, & etiampro sobstinendis huiusmodi expensis extraordinarijs; tonc enim censendum est, ita fuisse abundè prouisum, vt suppeteret etiam quod expenderetur in huiusmodi casibus necessarijs; Et hoc locum habet, etiam si quod superest singulis annis vltra congruum stipendium non sufficeret pro expensis illius anni, sed requireretur residuum plurium annorum nam raro accidunt huiusmodi casus, & ideò vnus annus compensatur pro alio.

9 Secundò colligitur iuxta prædictas regulas locum habere diuersas causas, quas tanquam deficientes recusant Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 59. *num.* 16. Lezana *in sum. verbo.* Missa *num.* 30. Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 51. & alij. Nempè si redditus Ecclesiæ seu Coouentus processu temporis sint immuoiti. Quod intelligi debet, si sint ij, qui sunt assignati pro onere missarum, vel si sint communes, sint ita imminuti, vt cogatur Ecclesia. seu Conuentus recipere noua ooera missarum, pro substentatione ministrorum. Secundum si pro alimentis Sacerdotum plus requiratur, quàm reqoirebatur tempore, qoo onus est impositum. Nomine autem alimentorum intelligitur victus, vestitus, habitatio, &c. Nam cum eleemosina pro missis debeat inseruire pro parte alimentorum, debet proportionaliter crescere ad incrementum expensarum pro alimentis. Tertium, si expensæ pro paramentis, & cæteris necessariis pro celebratiooe missarum notabiliter excreuerint. Quod ita accipiendum vt locum habeat, si aliundè dictæ expensæ non subministrentur, pro quo facit responsio S. Congreg. *ad 7. dub. ex propositis super decret. de celebrat. miss.* Quartom si numerus Religiosorum sit notabiliter diminutus, nec augeri possit ob prooentuũ, & eleemosinarum defectum præsertim quia iuxta eadem Decreta numeros non debet excedere taxatum habita ratiooe prouentuũ, & eleemosinarum Quintum si eleemosina relicta pro onere Missarum non sit congrua: tonc enim ita diminui potest onus Missarum, vt eleemosioa euadat congrua. Hæc enim cognitio est necessaria, quia de Iure naturæ requiritur, quod celebrans habeat partem suæ substentationis ex ministerio.

QVÆSTIO 1178.

Quænam Missæ facilius reduci possint.

SVMMA.

1 *Manuales Missæ quando sint reducibiles.*
2 *Onus Missarum quo antiquius, eo facilius reducibile.*
3 *Missæ per centum annos celebratæ sunt facilè reducibiles, nisi fiat ob cultum Ecclesiæ.*
4 *Missæ liberæ quoad locum facilius reducibiles, quàm assignata certo loco.*
Missæ assignata beneficio difficilius reducibiles, quàm simplicia onera.

QVod spectat ad Missas manuales, vix potest 1
adesse iusta causa eas reducendi, nisi processerit culpa eorum, qui onera susceperunt, saltem suscipiendo maiora onera quàm adimplere possint, vt notat etiam Garzia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *pun.* 2 *num.* 7. Quia tamen contingit aliquando, Quod nimia onera Missarum recipiantur, & consumetur eleemosina præsertim ob egestatem & fiant impotẽtes ad satisfaciendũ, & onus deferatur ad successores, qui non fuerunt in culpa, ideò stante eorum impotentia ad satisfaciendum, concurrit iusta causa pro reductione & ideò hæ quoque Missæ manuales sunt aliquando reducibiles. Quarum tamen reductio non debet esse facilis, ne spes illius sit occasio sumendi onera vltra vires.

Quod autem spectat ad missas perpetuas inspiciẽ- 2
dom est ad antiquitatem oneris, itavt, quo antiquius est onus, eò etiam facilius sit reducibile, vt notant Nauar. *consil.* 11. *num.* 2. *de celebrat. Missar. lib.* 3. *tom.* 1. Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. sed.* 7. §. 5. *num.* 16. Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 29. *num.* 3. Bordon. *in conf. regul. tom.* 1. *resol.* 25. *num.* 21. Lezana *in sum. verbo.* Missa *num.* 30. *circa fin.* Tamburin. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 2 *num.* 12. Garzia. *in sum. tract.* 3. *difficul.* 10. *dub.* 9. *num.* 3. Et hoc non solum vt innuunt citati Doctores, quia in oneribus antiquis facilius reperiontur causæ sufficientes pro reductione sed etiam eò ipso, quod antiqua: sunt nam onera, quæ longo tempore suot adimpleta facilius relaxantur aut moderantur, cum diuturno tempore sit solutum; Et etiam quia probabiliter, vtplurimum cessat finis saltem ex parte testatoris.

Ex quo fit, quod Missæ quæ per centum annos 3
celebratæ sunt possint facile reduci nisi tamen sint institutæ ob cultum Ecclesiæ, & commoditatem populi, quia tunc antiquitas, nisi aliæ causæ sufficientes concurrant, noo facit ad casum, nam semper durat finis ob quem suot institutæ. Ratio autem est. Quia secundum plurium sententiam legatom perpetuum, etiam ad pias causas, non ducat vltra centum annos, vndè si secundum horum sententiam tempos centum annorum extinguit legatum, secundum oppositam sententiam erit saltem sufficiẽs causa reducendi Missas.

Rursus, vt notant etiam Nauar. *consil.* 9. *num.* 9. 4
& consil. 11. *per totum. de celebrat. missar. lib.* 3. *tom.* 1. Tamburio. *opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 2. *num.* 12 Missæ relictæ liberè celebrandæ in quocumque loco esse facilius reducibiles, quàm celebrandæ in certis Capellis, quia mimirum in his intenditur cultus Capellarum, qui ex reductione valdè minuitur, vt ideò in harum reductione maturè procedendum est, nec reducendæ, nisi vrgente necessitate.

Deni

5 Denique Missæ anoexæ beneficio difficilius reducibiles sunt qoàm simplicia onera. Vndè licet in Decret. *de celebrat. Missar.* relinquatur facultas Episcopis, & Genetalibus reducendi onera Missarum imposita ante Concil. Trid. non tamen relinquitur quoad ea, quæ imposita sont in limine fundationis. Ratio verò est. Quia beneficia, cum dentur propter officium, vtplurimum proventus excedũt onus Missarum & numerus Missatũ ex institutione Canonica auctorixatus est, & ideò reductio requirit maiorem discussionem causæ, nec ita de facili introducenda est, sicut in simplicibus oneribus.

QVÆSTIO 1179.

An valeat reductio Missarum, quæ fit sine sufficienti causa.

SVMMA.

1 *Obtinens reductionem Missarum ob causam alteratã, grauiter peccat.*
2 *Secus si bona fide exponat.*
3 *Si causa non fit sufficiens, nulla est reductio Missarum.*
Intentio est fundamentum substantiale validitatis actus.
4 *Quid si causa reductionis sincerè explicetur, sed postea reperiatur insufficiens.*
5 *Cessante causa, cessat effectus.*
6 *Si causa euadat insufficiens, an cesset reductio.*
Intentio est secundum mensuram causæ finalis.
7 *Stante nullitate reductionis consurgit obligatio restituendi.*

1 Certum est, quod obtinens reductionem Missarum sine sufficienti causa, si alterét causam expositam, non solum fraudare animas defunctorum debitis suffragiis, sed etiam peccare grauiter vt inter alios notant Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 45. num. 19.* Leo. *part. 2. Thesauri fori Eccles. cap. 11. num.* 29. Nam fructus, seu annua legata indebitè, & iniustè intendunt percipere, dum sine sufficienti causa volunt Missas diminui, & proindè partem fructuum seu legati volunt sine onere Missarum, in quo interuenit quædam species furti ex cootractione alienæ rei inuito domino.

2 Si tantum bona fide peteretur reductio Missarum exponendo sincerè causam, qualis est, non peccaret, vt inter alios loquentes de dispensatione notãt Suarez *lib. 6. de legib. cap. 18. numero 12.* Sanchez *lib. 5. consil. moral. cap. 1. dub. 5. num. 7. & lib. 8. de matrim. cap. 14. num. 15.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 5. num. 63.* Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 1. num. 6.* Nam non pertinet ad petentem examinare sufficientiam causæ, atque adeò nec de ipsa iudicare, sed ad concedentem, qui oon potest concedere, nisi iudicet, causam esse sufficientem.

3 An autem quando causa non est sufficiens valida sit reductio Negatiuè resoluendum est Ita etiam Leo *part. 2. Thesau. cap. 1. num. 41.* Ratio autem est. Quia dum causa non propooitur sincerè obtinetur subreptitiè reductio atque adeò deficit intentio reducẽtis, qui nõ reducerẽt Missas, si caosa sincerè exponeretur. Intentio autem est fundamentũ substantiale validitatis actus iuxta *l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi* & notant cõmuniter Doctores Glos. *in l. si filia C. de donat. ante nupt.* & Glos. Canon. *in cap. super Abbatia de offic. deleg.* Decius *in cap. Cum super not. 4. de offic. deleg.* Socio. inn *cons. 95. num. 4. lib. 3.* Rolan. *cons. 10. num. 8. lib. 3.* Menoch. *præsump. 80. num. 1. lib. 1.* Et ideò reductionis actus erit nullus defectu intentionis reducentis.

4 Imò hoc habet locum, etiamsi causa sincerè exponeretur, & putaretur sufficiens, sed postea reperiretur insufficiens: nã quando reperiretur insufficiẽs, cessaret intentio reducentis, cum sit contemplatione causæ sufficientis. Reductio enim quoad causam æquiparatur dispensationi, imò magis dependet à causa, quàm dependeat dispensatio, quia nullo modo sine sufficienti causa concedi potest. Quæ autem dependent à causa, ea habent tractum successiuum, vt est reductio, requirant etiam in causa tractum successiuum, vt loquentes de dispensatione tradunt Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 30. num. 14* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 30. num. 7. & 12.* Laiman *lib. 1. theol. moral. tract. 4. cap. 21. num. 15.* Bonac. *disp. 1. de legib. quæst. 2. pun. 10. §. 3. num. 6* Pontius *lib. 8. de matrim. cap. 20. num. 4.* Palaus *part. 1. Oper. moral. tract. 3. disp. 4. punc. 15. num. 4.*

5 Et desumitur ex generali regula, quod cessante causa cessat effectus, quando dependet in conseruari ab ipsa, vt contingit, quando habet tractum successiuum, qualis est reductio Missarum, cum extendatur succe... ue ad Missas successu temporis celebrãdas, desumpta ex *l. A lege §. Quamuis ff. de iure patron.* & Cap. *magna*, in. ne *De voto*, & Cap. *Cum cessante de appellat.* Et ideò reductio, quamuis obtenta bona fide, non durat detecta insufficientia causæ, quam requirit tanquam fundamentum, cui innititur.

6 Insuper adhuc cessaret reductio, si causa ab initio esset sufficiens, sed postea fieret insufficiens aut omninò deficeret. Nam sufficientia caosæ est illa, quæ mouet ad reducendum, & proindè regulat intentionem, quæ est secundum mensuram causæ, vt notant Abbas *consil. 103. num. 8.* Angel *Consil. 248. num. 3.* Bald. *consil. 312. num. 2. lib. 2.* Butr. *cons. 61. num. 5.* Vndè cum intentio sequatur causam tanquam ducem, non potest amplius extendi, quam extendatur causa & ideò non extendatur ad tempus, in quo causa non sit, aut sit Insufficiens, atque adeò reductio pro illo tempore erit nulla defectu intentionis.

7 Ex dictis infertur. Quod stante nullitate reductionis consurget obligatio restitutionis, tam ex parte illius, qui eam obtinuit, quam ex parte illius, qui concessit, vt notant Leo *part. 2. Thesau. cap. 11. num. 40.* Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap 45. n. 19.* Nam læditur ius alienum, & ideò est resarciendum Qui autem reductionem petijt tenetur inprimis supplere Missas, quarum celebratio prætextu reductionis prætermissæ sunt, & rursus deinceps celebrare Missas tanquam, si nulla facta fuisset reductio. Qui verò reduxit, tenetur reuocare reductionem imò curare vt suppleantur missæ prætermissæ, & si non suppleantur, tenebitur ipse ad supplendum tamquam causa illius prætermissioois, si tantum in reducendo peccauit, alioquin non tenebitur, quia si fuit deceptus, & putauit legitimè reducere, tenetur tantum reuocare reductionem Hæc autem omnia præstanda sunt, vt ius læsum restituatur ad suam æqualitatem.

Et quoad certa particularia in hac materia procedẽdũ est, sicut proceditur in materia restitutionis.

* * *

QVÆST.

QVÆSTIO. 1180.

An facultas reducendi missas possit alteri delegari.

SVMMA.

1 *Pontifex potest delegare reductionem missarum mixto exequutori.*
2 *Inferiores Papa an possint delegare reductionem missarum.*
3 *Facultas concessa à Tridentino reducendi missas non potuit delegari.*
4 *Quia requirit pro forma personam Episcopi, Generalis, &c.*
Dictio Cum *quid operetur.*
5 *Facultas concessa sub nomine dignitatis, quando non sit delegabilis.*
6 *Vicarij Generales, Visitatores, &c. an possint missas reducere.*

1 Certum est. Summum Pontificem posse hanc facultatem alteri delegare, quia est facultas iurisdictionis ex natura sua delegabilis. Non posset autem eam delegare mero exequutori. Nam cum reductio implicatam habeat ius tertij, non potest ad libitum fieri, sed solum ex causa iusta, & rationabili, & ideò semper præmitti debet causæ cognitio, vt constet, an reductio locum habeat. Et ideò delegatus nulliter procederet, si omitteret cognitionem causæ quia omitteret formam, cum qua procedere debet.

2 An autem cæteri inferiores, vt Episcopi & Generales ordinum delegare possint facultatem, quæ eis remansit, affirmat Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 1. §. 2. num. 6. ver. nota tertiò.* Quia cum hæc causa sit commissa Episcopis, & Generalibus sub nomine dignitatis, non est electa industria personæ & in margine citat Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 17.* Rursus cum commissa sit iis omnibus in futurum, est potestas ordinaria atque adeò delegabilis.

3 Hæc opinio, si procedat de facultate quæ conuenit à iure, rectè procedit, quia est ordinaria, & nullis vinculis quoad vsum alligata, & ideò est ex natura sua delegabilis. Et si procedat de facultate, quam tribuit Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* non videtur rectè procedere, quia præscribit modum, cū quo est facienda reductio, & proindè inducit formam, vt in superioribus dictum est. In hac autem forma tanquam illius constitutiua duo interuenire debēt, Episcopus seu Generalis, & Synodus Diœcesana, seu Capitulum generale, præscribit enim quod fiat ab Episcopo in Synodo, à Generali in Capitulo generali. Si autem facultas delegaretur, non seruaretur hæc forma; & ideò nullus esset actus iuxta vulgata Iura.

4 Neque dici potest, quod Synodus, aut Capitulum generale requiratur pro forma, non autem persona Episcopi, aut Generalis. Quia Concilium dat facultatem Episcopis cum Synodo & Generalibus, cum Capitulo generali, cum autem dictio, *Cum*, vim habeat propositionis coniungit Episcopum & Synodum generalem, & Capitulum generale simul iuxta ea, quæ tradunt Iaf. *in l. si Ancilla num. 1. ff. de leg. 1.* Bald. *consil. 409. lib. 1.* Parif. *consil. 19. num. 12. vol. 2.* Socin. *consil. 40. num. 1. vol. 1.* Cened. *singul 9. num. 4.* Et ita coniungendo præscribit modum cum quo procedere debent in reductione. Vndè licet hic modus includat vtrumque coniunctum non potest dici, quod personæ non pertineant ad formam seruandam.

5 Ad fundamentum in oppositum resp. Quod licet facultas sit concessa sub nomine dignitatis, & proindè non videtur electa industria personæ, id tamen valet solum de industria personali, non autem de habilitate, quam requirit dignitas in persona. Ideò enim facultas conceditur dignitati, quia consideratur habilitas personæ, quam secum trahit dignitas, quia præsumitur, quod sit electa talis, qualis requiritur ab ipsa dignitate. Deindè quod concessio respiciat dignitatem, & coarctet facultatem, vt non sit delegabilis extrà dignitatem, ex eo colligitur, quod conceditur dignitati in ordine ad correlatiuum eiusdem dignitatis, qualis est Synodus, & Capitulum generale; & ideò conceditur sub illa ratione, sub qua præest Synodo & Capitulo generali, ita vt habeat pro fundamento qualitatem dignitatis sine qua non potuit subsistere.

6 Ex dictis colligitur, an Vicarij generales Episcoporum possint reducere Missas, sicut etiam Visitatores eorundem. Negat enim Rodriquez *quæst. regul. 43. art. 13.* Econtrà verò affirmat Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 9. num. 5.* testans de praxi in Hispania. Si enim loquamur de reductione in virtute facultatis concessa à Concil. Tridentin. non potuerunt reducere, quia fuit coarctata ad dignitatem, vt constat ex modò dictis. Si verò loquamur de facultate quæ conuenit à iure, poterunt, quia hæc communicari potest tum Vicario, tum Visitatoribus.

QVÆSTIO 1181.

An si Ordinario concedatur facultas reducendi onera Missarum suæ Diœcesis, possit reducere etiam onera Regularium.

SVMMA.

1 *Episcopus qui potest reducere onera missarum sua Diœcesis, potest etiam onera Regularium.*
2 *Interest Romanæ Sedis, si quis apponat manus in immediatè sibi subiectos.*
Regulares possunt petere reductionem missarum ab Ordinario, quando potest reducere authoritate Apostolica.
3 *Facultas reducendi missas de Diœcesi non se extendit ad onera Regularium.*

1 Dicendum est. *Posse Episcopos habentes facultatem reducendi onera Missarum suæ Diœcesis reducere etiam onera Regularium eiusdem Diœcesis.* Ita Bordon. *in consil. Reg. resol. 25. num. 33.* Lezana *in sum. verbo.* Missa. *num. 31. circa med.* Hoc autem debet intelligi supposito quod regulares perant ab ipso reductionem. Ratio est. Quia potest Episcopus vigore dictæ facultatis reducere onera omnia, quæ sunt in sua Diœcesi: & consequenter ea omnia quæ sunt imposita personis, quæ sunt in Diœcesi, seu locis inhærere; nam alio modo non sunt onera in Diœcesi, nisi quatenus adhærent locis, seu personis quæ sunt in Diœcesi. Cum autem Regulares & ipsorum locus fiat in Diœcesi, etiam onera, quæ ipsis adhærent, erunt in Diœcesi.

2 Dices. Regulares esse exemptos à iurisdictione Ordinariorum, & ideò non posse se illis subiicere in ordine ad petendam reductionem, quia non potest exemptus se subiicere; cum exemptio non tantum sit fauore ipsius, sed etiam in fauorem eximentis. Vndè

Vndè intereſt Romanæ Sedis, ne quis manus apponat in ſibi immediatè ſubiectos vt obſeruat Rota *in Vlixbonenſi Monaſterij 19. Nouenbr.* 1625. Coram Coccino, *& in Gandamenſi Monaſterij 29. Aprilis* 1641. coram Eminentiſſimo Panzirolo. Reſp. poſſe in hoc ſe ſubiicere, neque præiudicare Romanæ Sedi, quia poſſunt ſe ſubiicere cum conſenſu eiuſdem Romanæ Sedis. Dum autem pontifex concedit Epiſcopo vt poſſit reducere onera Miſſarum ſuæ Diœceſis, concedit etiam implicitè, quod Regulares Diœceſis poſſint ſe ſubiicere Epiſcopo in ordine ad obtinendam reductionem.

Ex dictis infertur. Quod ſi pontifex concederet
3 Epiſcopo facultatem reducendi onera Miſſarum de diœceſi, ſeu Eccleſiarum, quæ ſunt de Diœceſi, non poſſet reducere onera Miſſarum Regularium. Quia tunc facultas coarctaretur tantum ad onera, quæ ſunt impoſita perſonis, aut locis de diœceſi. Regulares autem, quamuis ſint in Diœceſi, non ſunt tamen de Diœceſi, ſicuti neque loca, & Eccleſiæ ipſorum. Quia cum tam ipſi, quàm loca ipſorum ſint exempta ab Ordinariorum Iuriſdictione, non fiunt vnum cum cæteris in qualitate Diœceſis, & ideò non ſunt de Diœceſi.

QVÆSTIO 1182.

An adſit aliquod priuilegium conceſſum Regularibus reducendi onera Miſſarum.

SVMMA.

1 *Reductio Miſſarum quotidianarum ad rationem quinquaginta ſcutorum. &c.*

2 *Non fuit per modum priuilegij, ſed reductio facta à Pontifice.*

3 *Non eſt gratia communicabilis.*

4 *Facultas reducendi miſſas ad rationem ſexaginta ſcutorum, &c.*

5 *Fuit extenſa ad conuentus in quibus non habuerat effectum*

6 *Hæc facultas non eſt priuilegium, ſed mera facultas exequendi.*

7 *Coarctata fuit ad onera Miſſarum tunc extantia.*

8 *Et ad primam Congregationem Capitularem.*

9 *Et proindè cenſetur denegata pro ſubſequentibus Congregationibus Capitularibus.*

10 *De qua Congregatione Capitulari accipienda.*

11 *Obſeruantia ſubſequuta reddit certam diſpoſitionem dubiam.*

1 TAmquam priuilegium referunt Doctores infra citandi quod conceſſit Vrbanus VIII. *ſub die.* 13. *Iulij* 1626. ad inſtantiã Procuratoris generalis Fratrũ Minorum apud Peirin. *de priuileg. conſt.* 5. *Vrbani VIII* quod nempè reducerentur Miſſæ quotidianæ perpetuæ conuẽtus Ianuenſis ad rationem ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana, & ſubdunt quod cæteri Conuentus eiuſdem religionis fruantur dicto priuilegio, ſicut & omnes aliæ religiones quæ communicant in priuilegijs. Ita Marchio. *de ſacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. Diana *part.* 6. *tract.* 6. *reſolut.* 11. in fine Franciſ. Lugo *lib. quinto de ſacram. quæſt.* 9. *numero* 96. Caſpenſ. *tom.* 2. *curſ. theolog. tract.* 24. *diſp. tertia numero* 106.

2 Sed miror, quod hi Doctores in re tam graui adeò oſcitanter proceſſerint, & occaſionem præbuerint errandi cum detrimento animarum defunctorum, non aduertentes, quod Vrbanus VIII. in illa conceſſione, quam refert Peirin. & in qua ipſi fundantur, non conceſſit facultatem reducendi, atque adeò nec etiam priuilegium, ſed ipſe cum conſilio S. Congregat. Concilij. Trident. reduxit Miſſas quotidianas illius conuentus. Verba conceſſionis aperta ſunt Ita enim habet Pontifex. *Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium S. Concil. Trident. interpretum conſilio onera, ſeu, & Miſſas huiuſmodi ad rationem ſcutorum quinquaginta moneta Romana pro qualibet Miſſa quotidiana perpetua reducimus.* Si igitur ipſe reduxit, non concedit priuilegium reducendi, & proinde non habeat locum communicatio, vt obſeruat etiam Lezana *in ſum. verbo* Miſſa. *num.* 31. Quis autem dicat, quod reductio Miſſarum pro vno conuentu extendatur per communicationem ad omnes alios conuentus, & ad omnes religiones communicantes in priuilegijs.

Neque dici, quod tanquam gratia communicetur 3
alijs Religionibus, quia non ex illis gratijs, quæ ſint cõmunicabiles, cum conſiſtat in prouiſione aliqua ſpeciali circa ſpeciale factũ indigens tali prouiſione, alioquin quando Pontifex, vt optimè inſtat Lezana citatus, concederet gratiam alienandi alicui conuentui, concederet per communicationem omnibus conuentibus, & omnibus religionibus. Illæ ergo tantum gratiæ communicantur quæ conceduntur religioſis ipſis ad faciendum, & exaltandum regularem ſtatum Non autem illæ, quæ remedium afferunt alicui ſpeciali negotio, & non conceduntur, niſi quia cognitione cauſæ.

Extat tamen alia conceſſio eiuſdem. Vrbani VIII. 4
per quam in Confirmatione Conſtitutionum Fratrũ Conuentualium minorum, quæ dicuntur Vrbanæ, concedit, vt in primo Capitulo ſeu congregatione Capitulari poſſent in omnibus conuentibus reducere Miſſas quotidianas perpetuas ad rationem æleemoſinæ annuæ ſcutorum ſexaginta pro qualibet Miſſa. Ita conſtat, ex proœmio indulti eiuſdem Pontificis veluti è Peirino *tom.* 3. *de Priuileg. in Conſt.* 27. ex nouiſſimis eiuſdem Vrbani, Vbi ita legitur. *Cum nos alias confirmantes, & aprobantes. Conſtitutiones Vrbanas nuncupatas ordinis fratrum minorum S. Franciſci conuentualium nuncupatorum eiſdem Fratribus indulſerimus, vt ipſi in primo, eorum Capitulo, ſeu congregatione Capitulars omnibus eorum conuentibus Miſſas reducere, & pro qualibet Miſſa quotidiana, annuam eleemoſinam ſexaginta ſcutorum aſſignare poſſent &c.*

Cum autem hoc non fuiſſet exequutioni mandatum 5
in omnibus conuentibus Procurator generalis pro prouiſione ſupplicem libellum dedit, & obtinuit *Quod in conuentibus prædictis. in quibus dicta reductio facta non fuit, illa ad rationem annuæ eleemoſinæ ſexaginta ſcutorum pro qualibet Miſſa quotidiana, & alias iuxta conſtitutionum prædictarum diſpoſitionem in primo proximo Capitulo, ſeu congregatione Capitulari fieri poſſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.* Ex quibus conſtat non reduci Miſſas à Pontifice, ſed concedi facultatem reducendi Quia tamen præſcribit modum ſeruandum in reductione ideò conſtituit capitularem Congregationem tantum exequutricem reductionis.

Circa quod eſt primò aduertendum. Quod quam- 6
uis concedatur in hoc indulto facultas, non tamen propriè continet priuilegium, quia priuilegium concedit, vt tanquam à principali poſſit aliquid fieri in hoc verò indulto conceditur mera facultas exequendi. Deinde priuilegium, quamuis ſit temporale, reſpicit tamen aliquem tractum temporis ſucceſſiuum, in quo poteſt habere effectum: hæc verò facultas reſpicit vnicam tantum vicem, & adeò non eſt propriè priuilegium. Denique cum priuilegium ſit lex priuata, imitatur legem in eo, quod prouenit à

concedente secundum mensuram iustitiæ legalis: hæc verò facultas reducendi Missas iam susceptas prouenit à iustitia commutatiua, reducente onus, & ptouentus ad debitam æqualitatem.

7 Secundò est aduertendum. Quod dicta facultas concessa fuit tantum pro reducendis oneribus Missarum quæ tunc temporis existebant, loquitur enim indultum de oneribus, quæ erant imposita conuentibus, & assignatur tempus reductionis in prima Congregatione capitulari, ex quibus satis manifesta fuit intentio Pontificis quod voluerit tantum indulgere pro oneribus susceptis vsque ad illud tempus & proindè præscripserit quod reductio statim fieret in prima congregatione capitulari, quod operatur, vt non possit de alijs fieri, quàm de susceptis vsque ad illud tempus: Dubium tamen remanet, an eum in posteriori concessione indulserit, quod fieret reductio in ijs conuentibus, in quibus non erat facta, poterit extendi etiam ad onera suscepta in tempore intermedio inter primam & secundam concessionem. Et negatiuè videtur resoluendum. Quia in secunda concessione concedit tantum quod conuentus, qui concessa facultate vsi fuerunt in prima Congregatione Capitulari, vti possint, atque adeò secunda concessio est renouatio prioris concessionis, & proindè nihil de nouo concedit præter id, quod in prima fuerat concessum.

8 Tertiò est aduertendum. Quod vsus dictæ concessionis fuit limitatus ad primam congregationem Capitularem, & ideò ea transacta extincta fuit concessio, itavt non possent amplius ea vti. Quod satis constat ex noua supplicatione porrecta Pontifici, in qua supplicabatur, quod conuentus, qui vti non fuerant concessione reductionis in prima congregatione Capitulari, possent vti, & etiam ex noua cõcessione Pontificis, quod adhuc possent vti, sed in prima congregatione Capitulari. Fuisset autem superflua tato supplicato quàm noua concessio, si non fuisset coarctatus vsus ad primam congregationem Capitularem

9 Ratio verò est. Quia verba concessionis non solum non sunt apta eam extendere ad quodeumque tempus, sed etiam illam expresse limitant ad determinatum tempus, nempè in quo celebrabitur prima Congregatio capitularis, & ideò non solum non extenditur ad alias congregationes capitulares subsequentes, sed etiam pro illis censetur denegata iuxta *lib. Inde tutelo. §. si extraneus ff. de nonal. actionibus. & lib. stat. litterarum §. Hychum ff. de leg.* 2. & Cap. *In præsentia. de probat.* & notant Bald. *consil.* 33. *num.* 3. vet. *Nam id quod sit lib.* 3. Craueta *consil.* 145. *num.* 22. Gomez §. *si itaque num.* 2. *Instit. de act.* Rota *decis.* 596. *num.* 9. *part.* 1. *Recent.*

10 Quia autem dicta concessio potest accipi tam de capitulo prouinciali, quàm de Capitulo cuiusque conuentus, ideò dubitatur, de quonam capitulo accipienda sit. Et quod sit accipiendum de capitolo cuiuscunque conuentus, resoluendum est, quia verba ipsa hoc inducunt, dum dicitur, *vt ipsi in primo eorum Capitulo, seu congregatione capitulari in omnibus eorum conuentibus*; in his enim verbis Capitulum refertur ad omnes conuentus, cum loquatur de Capitulo in omnibus conuentibus. Capitulum autem relatum ad omnes conuentus est Capitulum locale conuentus.

11 Accedit etiam, quod in supplicatione pro secunda concessione exponitur, quod in nonnullis Polloniæ, & aliarum partium conuentibus non fuit facta reductio, quod non potuisset habere locum, nisi reductio fuisset facta in Capitulis localibus cuiuscunque conuentus, nam si fuisset facta in Capitulis prouincialibus, facta fuisset pro omnibus conuentibus prouinciæ, non autem pro aliquibus, & non pro alijs. Vnde obseruantia subsequuta declarauit, quod intelligeretur de Capitulo locali conuentus, quod sufficit, vt dispositio dubia habeatur pro certa *lib. si de interpret. deleg.* & obseruat passim Rota *decis.* 150. *num.* 27. *part.* 3. *Recent.* & *decis.* 14. *num.* 4. *part.* 7. & coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 254. *num.* 13. & *decis.* 257. *num.* 15.

QVÆSTIO. 1183

An hæc facultas communicetur habentibus communicationem priuilegiorum.

SVMMA.

1 *Concessio reducendi missas Vrbani VIII. modò non habet locum.*
Concessio de actu limitato vnica vice consumitur.

2 *Elapso primo capitulo non potuerunt Religiones vti concessione Vrbani VIII. circa reductionem missarum.*

3 *Concessio reducendi Missas fuit coactata ad primum Capitulum post habitam notitiam.*

4 *Gratia communicata non sortiuntur effectum nisi acceptentur.*

5 *Facultas reducendi Missas an communicetur per communicationem priuilegiorum.*
Communicatio Generalis priuilegiorum non se extendit ad speciali nota digna.

6 *Facultas reducendi missas est speciali nota digna.*
Digna speciali nota non comprehenduntur nisi sultem per æquipollentiam exprimantur.

MOdò certum est, non communicari facultatem, de qua in *præced. quæst.* cæteris Regularibus stante quacumque communicatione amplissima priuilegiorum. Nam vt constat ex dictis, non fuit concessa quoad onera futura, sed tantum quoad suscepta vsque ad illud tempus, & non pro semper sed pro vnica tantum vice, & coarctata ad primum proximum capitulum & ideo in virtute dictæ concessionis non solum reliquas Religiones, sed neque etiam Religionem Minorum conuentualium posse de præsenti reducere aliquas Missas. Quod etiam procedit ex natura eiusdem concessionis, quæ est de actu limitato, & non multiplicabili, nisi in ordine ad præterita. Et proindè locum habet dispositio *l. Bouesff. de verborum. significat.* vbi latè Tiraquel. 1

Rursus etiam ex dictis infertur, quod elapso primo capitulo locali non potuerunt aliæ Religiones vti hac concessione quia per ipsum non plus fuit concessum cæteris Religionibus, quàm fuerit concessum Religioni Minorum, cum ipsi principaliter sit concessa facultas, ad alias autem perueniat solum per commonicationem, & proindè non plus prouenire, quàm sit concessum principali. Cum autem principales non potuerint vti hac facultate elapso primo capitulo conuentus à concessione vt proindè necesse fuerit supplicare, vt potuerint vti, ita nec etiam poterunt vti cæteri, qui fruerentur per communicationem. 2

Hinc tamen insurgit dubium: Quando enim dicitur, quod vsus facultatis reducendi Missas sit concessus tantum pro prima Congregatione Capitulari, non intelligitur de prima absolutè post concessionem, quia alioquin gratia, vt plurimum, fuisset frustratoria pro Conuentibus longinquis, cum fuerit moraliter impossibile, quod ferè omnes post concessionem ante habitam notitiam illius non celebrauerint 3

aliquod

aliquod capitulum, sed intelligitur de prima post habitam notitiam concessionis, quia tunc solum gratia prodesse potest. Vndè dubitatur an ita etiam intelligendum sit in communicatione, supposito quod locum habeat communicatio.

4 Quod autem ita intelligendum sit etiam in communicatione, si ea locum habet, videtur resoluendum ob eamdem rationem. Communicatio. enim est gratia, quæ priuilegia, gratias, indulta, communicat ijs, qui vocantur ad participationem eo modo, quo eoocessa fuerunt primo concessionario. Hæ autem gratiæ communicatæ non possunt sortiri suum effe-ctum, nisi acceptatæ quia ante acceptationem non sortiuntur suum eff-ctum iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in cap.* 2. *vers. Tertio limita. de constit.* Achil. de Graf. *decis.* 1. *de priuileg.* Lippus *allegat* 89. *num.* 6. Mandos. *ad Regul.* 11. *Cancellar. quæst.* 8. *in fine.* Si monetta *de reseruat. quæst.* 100. *num.* 8. Mohed. *decis.* 18. *de prebend.* Puteus *decis.* 329. *num.* 1. *lib.* 2. in nouis. Rota *decis.* 706. *num.* 4. Nec potest autem gratia acceptari, nisi perueniat ad notitiam. Et ideò stante communicatione potuissent aliæ Religiones vti præsenti indulto, quando primo habuerunt notitiam concessionis.

5 An autem communicetur per communicationem Priuilegiorum, videndum est qualis si communicatio priuilegiorum, non erit apta comprehendere hanc facultatem, quia vt dictum est, non est propriè priuilegium. Si verò communicatio complectatur priuilegia, gratias, indulta, facultates, exemptiones, indulgentias &c. Quantum ex hoc capite communicatio complectetur prædictam facultatem. Rursus etiam videndum est, an communicatio sit generalis, an verò apta sit comprehendere ea, quæ indigent speciali nota. Communicatio enim generalis omnium priuilegiorum, non se extendit ad ea, quæ indigent speciali nota, vt desumitur ex §. *sed & quod* Instit. *de iur. natur. gent. & Ciuili, & l.* 1. *ff. de constit. princip.* & notant Ial. in *l.* 1. *num.* 21. *ff. de legat* 1. Natta *consil.* 4. *num.* 6. Butr. *consil.* 19. *num.* 4. Riminal. *iun. consil.* 46. Rota coram Coccino *decis.* 269. *num.* 3. & coram Butatto *decis.* 104. *num.* 13. & coram Merlino *decis.* 855. *n.* 6. *decis.* 54. *n.* 4. *part.* 2. *diuer. & decis.* 214. *num.* 15. *part.* 2. *Recent. & decis.* 40. *num.* 5. *part.* 4.

6 Facultas autem reducendi Missas est gratia, quæ indiget speciali nota, nam tangit dispositiones vltimatum voluntatum, quarum mutatio est reseruata Romanæ sedi, & solum in aliquibus casibus cum consensu hæredum conceditur Episcopo. Et ideò est de ijs, quæ sunt speciali nota digna, & proinde subintrat regula, quod quæ speciali nota indigent, non comprehenduntur, nisi specialiter exprimantur, vel saltem per æquipolentiam iuxta *l. Item apud Labeonem* §. *hoc adiISe ff. de iniur.* & Cap. *Quia de sentent. excommunicat. in* 6.

QVÆSTIO 1184.

An si Episcopi, & Generales reducant Missas exclusas, peccent mortaliter.

SVMMA.

1 *Reductiones Missarum reseruato si fiant ab inferioribus sunt nula.*
Decretum irritans operatur nullitatem statim, ac actum fit.
Grauitas materiæ desumitur ex fine.
Districtè prohibere dicit grauem prohibitionem.

2 *Reducentes Missas absque facultate peccant mortaliter.*

3 *Reductio nulla non liberat ab obligatione celebrandi Missas.*

1 CVm Decreta S. Congreg. prohibeant reductionem missarum cuicumque inferiori, & reseruent Apostolicæ sedi, nisi fortè extra limen fundationis sint impositæ ante Concil. Triden. Videndum est qualiter obliget huiusmodi decretum. Est autem supponendum, Quod si fiant reductiones contra hoc decretum, erunt omninò nullæ defectu facultatis reducendi, quam si fortè quia putaret conuenire Episcopis, est ipsis sublata per præsens Decretum. Et ideò in ipso declarat irritas reductiones omnes factas contra Decretũ vt in §. *Ac primo* ibi *Alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.* Quod Decretum irritans, non solum operatur nullitatem reductionis statim ac fit, iuxta ea, ea quæ tradunt Sarnens. *ad regul. de annali. quæst.* 5. *in fine* Cassoder *decis.* 11. *num.* 4. *de rer. cancel.* Rota *decis.* 142 *num.* 4. *part.* 2. *recent.* sed etiam tollit consuetudinem reducendi, si qua esset, vt obseruant Anton. Gabr. *conclu.* 3. *num.* 40. *De clausul. lib.* 6. *commun. conclus.* Gonzalez. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 67. *num.* 50. Matta *de clausul. part.* 1. *clausul.* 191. *aliàs* 255. *num.* 9.

2 An autem peccent mortaliter, dicendum est. *Mortaliter peccare* ita etiam Tamburin. *Opusc. de sacrif. miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 12. *num.* 2. Et desumi ex decreto. S Congreg. ibi. *At primo districtè prohibet ac interdicit* quæ verba important grauem prohibitionem sub mortali, iuxta ea, quæ notant Nauar. *cap.* 23. *manual. numero* 53. Azo. *part.* 1. *fum. lib.* 5. *cap.* 6. *quæst.* 5. Sanchez, *lib.* 6. *sum. cap.* 4. *num.* 43. Suarez *lib.* 4. *de legib. cap.* 18. *num.* 3. Materia quoque est grauis, Quia quod missæ reduci possint ab Episcopis, induceret facilitatem reducendi, quæ valdè præiudicat piis dispositionibus testatorum. Et quia pertinet ad rectum Regimen Ecclesiæ, quod causæ graues sint reseruatæ Summo Pontifici. Vndè inspecto fine prohibitionis materia est grauis iuxta ea, quæ tradunt Vasquez t. 2. *disp.* 158. *cap.* 6. *num.* 59. Salas. *disp.* 10. *de legib. sect.* 10. *numero.* 28. Sanchez *libr.* 1. *sum. cap.* 4. *num.* 2.

3 Ex quibus deducitur, Quod cum huiusmodi reductio sit nulla, nullum pariet effectum, & non tollet obligationem celebrandi integrum numerum missarum; vndè si non celebretur erit faciẽda restitutio, ita vt adhuc debeant celebrari omnes illæ missæ, quæ titulo reductionis fuerunt omissæ. Imò Episcopus quoque tenebitur ad restitutionem iuxta regulas generales in materia restitutionis, quia reducendo, dum non potest reducere, est causa damni consequentia ex omissione celebrationis, & ideò tenebitur notificare, reductionem fuisse nullam, & proindè esse celebrandas missas prætermissas, & si non celebrentur tenebitur ipse supplere.

QVÆSTIO 1185.

An onera perpetua Missarum reduci possint in temporalia.

SVMMA.

1 *Concil. Tridem. non concessit reducere onera perpetua missarum in temporalia.*
Dummodo tamen remaneret aliquod emolumentum.

2 *Si tenues sint redditus an perpetua onera reduci possint in temporalia.*
3 *Quid si adsit periculum, quod totus prouentus pereat.*
4 *Si prouentus sint perpetui non possunt onera perpetua reduci in temporalia.*
Voluntas testatoris seruanda quantum fieri potest.
5 *Quando onus perpetuum in temporale reduci possit.*
Valdè difficilia pro impossibilibus habentur.
6 *Onus perpetuum non potest conuerti in temporale ex eo, quod Religio non suscipiat onera perpetua.*

1 DVplicitet reduci possunt onera perpetua in tēporalia; vel si tempus perpetuum pro quo celebrandæ sunt missæ reducatur ad certum numerum annorum vel si omninò tollatur successio celebrationis, & pro vna vice tantum compensetue perpetuitas celebrationis certo numero missarum; est autem supponendum, quod non potuerunt Episcopi, aut Generales Religionum in virtute Concil. Trid. *cap. 4. de reformat. sess.* 25. reducere onera perperpetua Missarum in temporalia, Nam Concil. ita concedit facultatem, vt tamem velit remanere semper aliquod perpetuum vestigium oneris, quod reducitur, vt satis declarat illis verbis. *Ita tamen vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.* Si enim semper facienda est saltem commemoratio, debet onus secundum aliquid sui remanere perpetuum. Hoc tamen ita accipiendum est, vt locum habeat, si aliquis prouentus remaneat pro onere substinendo, quia si totus perijt, cessat etiam onus, vt in superioribus dictum est. Quod est etiam de mente Concil. *cit. loco*, nam si ob diminutionem, seu tenuitatē eleemosinæ, reduci possunt, ob totalem defectum ipsius cessabit onus. Vndè remanet difficultas, quid dicendum ex natura rei.

2 Quod autem si redditus sint tenues, possint onera perpetua commutari in tēporalia, docet Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract. 3. part. 2. cap. 19. num. 7.* Quia hoc non est abrogare defunctorum voluntates, sed potius curare, ne pereant. Imò præsumendum esse, quod ea fuerit voluntas defuncti itavt intenderit solum perpetuitatem, si stipendium sit iustum.

3 Verùm melius respondet Garzia *in sum. tract. 3. difficult.* 10. *dub. 9. punct. 4. num.* 11. Quod stante tenuitate stipendij moderandum est onus, retenta tamen perpetuitate. Si autem adsit periculum, quod pereat totus prouentus pro missis, tunc posse onus perpetuum commutari in temporale. Et quidem quod stante tenuitate stipendij moderandum sit onus, & reducendum ad terminos æquitatis, est omninò certum; quia non debent grauari ij, quibus est impositum onus, quia nisi correspondeat congruum stipendium, fit iniustum. Et proindè Concil. Trid. *sess.* 25. *cap. 4. de reformat.* inter causas ob quas concedit reduci onera missarum, ponit tenuitatem eleemosinæ.

4 Quod tamen quando prouentus sunt perpetui non possint onera perpetua reduci ad temporalia, concluditur ex eo, quod non adsit causa sufficiens pro tali reductione, nàm stante tenuitate stipendij potest optimè reduci onus ad terminos æquitatis, retenta perpetuitate, itavt sit proportionatum vtilitati, & proindè tenuitas prouentus non est causa exigens tolli perpetuitatem. Vndè cum voluntas Testatoris sit omninò seruanda, quantùm fieri potest, vt passim ex toto iure habetur. *l. Quoties, § si duo, ff. de hered. Instit. & l. cogi. ff. Ad Trebel. & l. In conditionibus, ff. de condit & demonstrat. & l. 1. ff. de constit. pecun. & l. Cum de Lanionis. §. Asinam, ff de fun. instr. & l. Cum aliter §. 1. ff. de leg. 3. & l. Cum quæstio, C. de leg.* non potest abijci perpetuitas, quando in reductione retineri potest. Quod etiam sensit Concil. Trid. cit. *cap. 4. de reform. sess.* 25. dum iniunxit, quod ita reducerentur onera missarum, vt semper fieret commemoratio defunctorum, qui reliquerunt legata.

Itaque tunc solum onus perpetuum reduci poterit in temporale, quando perpetuitas retineri non potest, vel quia, vt dicebat Garzias, adsit periculum, quod prouentus relictus pro onere substinendo pereat, vel ex aliqua alia causa rationabili. Quia sicuti vltimæ volontates non possunt commutari sine causa rationabili, ita nec commutari possunt, nisi quatenus se extendit causa: & ideò si non se extendit ad perpetuitatem, non poterit perpetuitas mutari. Tunc autem perpetuitas dicitur non posse retineri, quando solum cum magna difficultate retineri posset, quia valdè difficilia pro impossibilibus habentur, *lib. Cum seruus §. constat ff. de leg. 1. & l. Cum heres §. 1. ff. de statu. liber. & l. vn. §. 1. ff. de liber. vniuersit.* & notant Glos. *ibid.* verbo *Consentire* Pelin. *in cap. Ecclesia S. Maria, num. 86. de constit.* Sutd. *decis.* 141. *num.* 9. 5

Ex quibus colligitur, quod sit relinquatur aliquod legatum pro missis perpetuis alicui Religioni, quæ iuxta sui institutum non suscipiat onera perpetua missarum, hæc non erit sufficiens causa, vt possit commutari in tot missas pro vnica vice celebrandas. Quia non seruaretur mens defuncti in eo, in quo seruari potest, nam possunt missæ per alios celebrari, etiam in eadem Ecclesia, & Religiosi cadent à legato tanquam incapaces ratione proprij instituti. Imò poterunt dicti Religiosi assumere onus exequendi mentem testatoris per alios, quia hoc etiam est assumere onus perpetuum missarum: sed se constituere Procuratorem pro exequutione oneris perpetui, iuxta ea quæ dixi *in quæst. canon. 337. num. 1. & seq. centur.* 4. 6

QVÆSTIO 1186.

An Episcopus possit reducere qualitates, & circumstantias annexas celebrationi Missarum, &c.

SVMMA.

1 *Aliud mutare, aliud reducere circumstantias, & qualitates celebrationis.*
2 *Episcopus de iure nouo neque cum consensu heredum potest mutare qualitates celebrationis.*
3 *Onera missarum quoad qualitates, &c. possunt reduci ab Episcopo.*
4 *Episcopus ex causa necessitatis potest alterare mentem defunctorum.*
5 *Testator præsumitur se conformare iuri communi.*
6 *Prohibitio reductionis non se extendit ad qualitates.*
Disparata diuerso iure censentur, licet alias vnum sit alteri accessorium.
Accessoria quando se habeant vt disparata respectu principalis.
7 *Episcopus potest reducere onus personaliter inseruiendi.*
8 *Episcopus potest horam incommodam celebrandi reducere ad commodam.*
Missa affixa certis diebus quando reduci possent ad dies commodos.

SVpponendum est. Aliud esse mutare qualitates appositas in fundatione, & aliud reducere, seu moderari. 1

moderari. Primom dicit, quod qualitates appositæ tollantur, quod est contra mentem Testatoris, nisi concurrant tales circumstantiæ, quod probabiliter iudicari posset, quod consensus effet. Secundum dicit, quod reducantur ad terminos æquitatis. Quod autem spectat ad primum, ao Episcopus possit mutare cum consensu hæredis qualitates positas, oon concordant inter se Doctores, aliqui enim sentiunt, quod mutare possit, aliqui verò negant: & vtramque sententiam cũ suis fundamentis refert Garzia *de benef. part. 7. cap. 1. num. 103. & sequen.*

2 Quicquid tamen sit de iure antiquo, hodie tamen Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de reformat.* non videtur Episcopus posse mutare. Et ita declarauit S. Congreg. Concil. apud Garziam *cit. num. 112.* his verbis, *Episcopus non potest, etiam succedente consensu Patronorum derogare qualitatibus in fundatione beneficij appositis, quia huiusmodi facultas sublata est per hoc decretum nempe cap. 5. de reformat. sess. 25.* Et ita etiam tenet Rota *in Valentina iurispatron. 20. Martij 1589.* coram Orano, *& in Toletana Capel. 14. Februarij 1583.* coram Robusterio. Quas decis. refert Garzia *dict. part. 7. de benefic. cap. 1. num. 113. & 114.* & huic sententiæ videtur standum, quicquid sit de iure communi, cui innituntur, qui oppositum sentiunt.

3 Quod autem spectat ad reductionem qualitatum, & circumstantiarum, quæ reddunt onerosam celebrationem missarum. Dicendum est. *Onera missarum quoad has qualitates posse reduci ab Episcopo ex legitima causa, quæ specialiter erit diminutio prouentuum.* Ita posse fieri cum consensu hæredum, seu Patroni, ac etiam ijs inuitis, si vocati, noliot consentire, docent Felin. *in cap. cum accessissent num. 19. de constit.* Rochus *de Iurepatron.* vers. *pro eo, quod quæst. 15.* Lambertin *de iure patron. lib. 3. quæst. 6. art. 7.* Perez de Lara *lib. 1. de anniuer. cap. 15. num. 6.* Azor. *part. 2. lib. 6. cap. 24. quæst. 6.* quos citat, & sequitur Garzia *part. 7. de benefic. cap. 1. num. 125.* Hieron. Garzia. *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 9. pun. 6. num. 14.* & Doctores *in cap. Nos quidem. de testamen. & in l. legatum ff. de vsufr. legato.*

4 Desumitur ex d. Cap. *Nos quidem. de testam.* quatenus ex causa necessitatis permittitur Episcopo alterare voluntatem defunctorum quando modo præscripto impleri non potest, si vero qualitates, & circumstantiæ euadant nimis onerosæ, eorumdem adimple mentum fit valdè difficile & moraliter impossibile, & ideò sumus in casu, in quo voluntas Testatoris impleri non potest, & proindè habet locum d. dispos. Cap. *Nos quidem.*

5 Ratio autem est. Quia per reductionem onus, quod erat excessiuum reducitur ad terminos æquitatis. Vndè talis præsumitur mens Testatoris, quia cum censeatur Testator nolle, nisi quod iustum est, & proindè in sua dispositione se conformare dispositioni Iuris *l. cum de lanionis §. Item ff. de fine. instruct.* & notant Crauetta *consil. 250. num. 1.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 15.* Rota *decis. 697. num. 18.* Coram Merlino, præsumitur etiam voluisse suam dispositionem manere intra terminos æquitatis, atque adeò quoties exorbitaret, ad ipsos reduci debere. Vndè quoad hoc Episcopus non immutat voluntatem Testatoris, sed potius ipsam exequitur iuxta d. Cap. *Nos quidem de testamen.*

6 Solum obijci posset ex decretis S. Congreg. *de celebrat. Missarum.* in quibus cum prohibeatur Episcopis reductio onerum missarum videtur etiam prohiberi reductio qualitatum, & circumstantiarum oneris, nam cum hæc sint accessoria oneri, videntur prohiberi cum prohibetur principale, Resp. prohibitionem non extendi ad has qualitates circumstantiarum quia tantum prohibetur ne reducantur onera missarum, & in eum finem vt reductio non fiat, nisi sit necessaria, & hoc in eum finem, vt celebretur præscriptus numerus missarum. Vndè cum causa finalis omnium illorum decretorum non habeat locum quoad qualitates & circumstantias celebrationis, nec etiam locum habebit prohibitio. Nec obstat quod sint necessaria oneri principali, quia vt modò dicebatur, cum non habeat locum in accessorijs ratio finalis dispositionis prohibitiuæ nec etiam locum habebit prohibitio. Quia tunc non considerantur tanquam accessoria, & connexa, sed tanquam disparata quæ diuerso iure censeantur, iuxta *lib. 3. C. de rer. permut.* & notant Alexan. *consil. 4. numero 5. dub. 1.* Crauetta. *cons. 506. num. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 18. numero 19.* Tusch. *litt. A. conclus. 76. numero 13.*

7 Ex dictis collig. cum Garzia *part. 3. de benef. cap. 1. num. 126.* Episcopum posse reducere onus residendi, seu personaliter inseruiendi, si diminutis redditibus factum sit nimis onerosum, nam adest causa sufficiens reducendi, quia ita exigit iustitia, secundum quam debet onus congruenti modo compensari, & cum onus minuendum sit, melius erit minuere quoad hanc partem, quam, quoad celebrationem missarum.

8 Secundò colligitur. Quod si pro celebratione Missæ esset præscripta hora valdè incommoda, vt esset summum mane, aut circa meridiem posset Episcopus pro minuendo onere ex hac parte reducere ad horam congruam, quia hoc pacto non grauatur celebrans plus æquo, & retinetur tota substantia oneris. Idem etiam dicendum esset si missæ celebrandæ essent affixæ certis diebus, itavt inferrent incommodum, nam reduci possent vel ad dies commodos, aut autem incertos iuxta electionem celebrare. Quod tamen locum non haberet si missæ essent celebrandæ in diebus festiuis, vt populus posset audire missam, & non haberet, quàm commodè posset audire, nam tunc principalis intentio Testatoris esset prouidere populo de commoditate audiendi missam. Si tamen adessent plures aliæ missæ quas posset audire, possent missæ reduci quoad hos quoque dies.

QVÆSTIO. 1187

An anniuersaria commutari possint in Missas conuentuales de die.

SVMMA.

1 *Anniuersarium an commutari possit in missam conuentualem de die.*
2 *Anniuersarium est institutum ob solemnem commemorationem defunctorum.*
3 *Quid obstet commutationi anniuersarij in missam conuentualem de die.*
4 *Quando fieri possit hæc commutatio.*
Diuerso iure censenda missa solemnis defunctorum, ac missa priuata.

QVod missa anniuersarij commutari possit in missam conuentualem de die, tradit Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 9. pun. 7. num. 23.* Qui 1 addit, quod id fieri poterit propria auctoritate quàmuis in fine addat, quod expediat pro maiori quiete conscientiæ petere licentiam à superiore, quia nunquam commutatur vltima voluntas sine auctoritate superioris; imò videtur etiam sentire, quod pro hac commutatione non requiratur causa, aut saltem,

quæ sit grauis. Fundamentum est, quia etiam in missis priuatis obligatus ad recitandum Missam de Requiem satisfacit celebrando missã de die, iuxta cõmunem opinionẽ. Ergo etiam missa cõuentualis satisfacit pro Missa de Requiem celebranda cum cantu. Confir. Potest adesse causa iustificans hanc commutationem, vt si esset festum duplex, in quo non celebrantur missæ de requiem.

2 Oppositum tamen tenet Caril. *in Bul. defunctor. part. 2. cap. 2. num.* 27. Quod verum est, si regulariter loquamur. Nam in celebratione anniuersarij onus non consistit tantum in celebratione missæ cum cantu, sed etiam in illa publica, & solemni commemoratione defuncti, pro quo celebratur anniuersarium, quæ proindè omitteretur, & tamen videtur esse principaliter intenta in anniuersario. Hæc autem commemoratio in totum extingueretur, si pro anniuersario recitaretur missa conuentualis de die, vndè id nequaquam licebit, etiam interposita auctoritate superioris, & multo minus auctoritate priuata.

Accedit etiam quod missa anniuersarij habet spe-
3 ciales preces pro defunctis, quæ nomine Ecclesiæ solemni modo à Clero offeruntur Deo, quæ proindè habent specialem vim apud Deum, quæ non interueniunt in missa conuentuali de die. Rursus adest dubium, an missa conuentualis sit aliàs obligata, aut pro fundatoribus, aut pro alijs, & proindè fieret cõmutatio rei certæ in certam, quod iniustum est, quando adest sufficiens prouentus pro substinendo quocunque modo onere certo.

Itaque nunc solum posset habere locum hæc redu-
4 ctio, dummodo fieret auctoritate eorum ad quos spectat, si adeò redditus pro onere substinendo essent diminuti, vt anniuersarium vnum rationabiliter commutari posset onus leue qualis esset commemoratio cum participatione sacrificij. Hoc enim obtineri potest mediante missa conuentuali, quia potest in ipsa fieri commemoratio de eo pro quo erat celebrandum anniuersarium, & hoc pacto trahi ad participandum speciali modo de illo sacrificio.

Ad rationem in contrarium resp. Esse diuersas ra-
5 tiones de missis priuatis, seu recitatis de Requiem, ac de solemnibus anniuersarijs interueniente Clero. Nam priuatæ non continent illam publicam, & solemnem cõmemorationem defuncti, quam continet solemnis. Et ideò non est sufficiens, vt ipsam reducatur anniuersarium, nisi in casu de quo *num. præcedenti* Accedit etiam, quod missæ, vt dictum est sunt certæ quoad applicationem, de Missa autem conuentuali de die est incertum multoties, an sit alteri obligata Ad confir. Quamuis secundum Rubricas non possint in festis duplicibus regulariter celebrari missæ de requiem, possunt tamen celebrari pro adimplenda mente testatoris, vt declarauit S. Rituum Congregatio vt dictum est suo loco, & tradit etiam inter alios idem Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 8. dub. 6. pun. 6. num.* 22.

QVÆSTIO 1188.

An Missæ priuatæ reduci possint per Episcopum in anniuersaria, & econtra.

SVMMA.

1 *Missæ priuatæ sunt reducibiles in anniuersaria, & econtra.*
2 *An possint reduci per Episcopum & num. seq.*
4 *Episcopi prohibentur reducere missas ad minorem numerum.*
5 *Episcopus quomodo mutare possit anniuersaria in Missas priuatas.*
Decreta De celebrat. Missar. non prohibent reduci solemnitates, &c.

Missas priuatas esse reducibiles in anniuersaria, 1
si adsit rationabilis causa, constat ex natura reductionis, quæ habet reducere onera excedentia ad terminos æquitatis, fieri enim potest quod vnicum anniuersarium correspondeat prouentibus, qui super sunt ex destinatis pro notabili quantitate missarum priuatarum, qui alioquin non sufficerent pro ijsdem priuatis missis Et etiam constat ex praxi nam frequẽter S. Congregatio reduxit magnum numerum missarum in anniuersaria. Rursus etiam poterunt anniuersaria commutari in missas priuatas, vt si prouentus non sit sufficiens ad substinendum onus anniuersarij. Quod etiam constat ex dispositione Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reformatione* vbi concedit facultatem reducendi etiam ad solas commemorationes, vndè multo magis poterunt anniuersaria reduci ad missas priuatas. Et ratio est. Quia reductio debet esse secundum mensuram causæ, ex qua fit, Causa autem potest aliquando exigere quod hoc pacto anniuersaria reducantur, aut si defuerint ministri pro missa solemni, aut si prouentus non sufficiant pro ipsa. Difficultas autem est per quam sit facienda eiusmodi reductio.

Prima sententia asserit, posse fieri per Episcopum 2
Ita Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 9. pun. 7. num.* 22. qui citat Vgolin. *de offic. Epis. cap. 61. num.* 1. Monetam *de commut. vltim. volunt. cap. 5. num.* 368. *&* 370. Barbos. *lib. 3. de iure Eccles. cap. 27. num.* 6. sed debet esse *num.* 63. vbi de hoc agit; verum hi Doctores loquuntur iuxta terminos Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reform.* fundamentum Garziæ est, quod melius sit fieri hanc reductionem spectata vtilitate animarum, & Ecclesiæ, quàm omninò omitti. Verum hoc probat solum, quod reductio expediat non autem quod possit fieri per Episcopum præsertim stantibus Decretis S. Congregat. *de celebrat missar.*

Secunda sententia asserit, non posse fieri per Episcopum. Ita Rodriquez. *quæst. regul. 43. art. 13. tom.* 1. 3
Loquendo extrà casum de quo Concil. Trid. *sess* 25. *cap. 4. de reformat.* Caril. *in Bul. de funer. part. 2. cap. 2. num.* 27. & alij, qui tenent dispositionem Concil. Trident. non procedere nisi de oneribus ante idem Concil. susceptis.

Dicendum est, *Non posse Episcopos reducere onera* 4
Missarum priuatarum in anniuersaria. Hoc existimo certum ex Decret. S. Congregat. *de celebrat. Missar.* Nam absolutè prohibent Episcopis reducere onera quæque Missarum, exceptis ijs, quæ extra limen fundationis imposita sunt ante Concil. Tridentin. Quando autem priuatæ Missæ reducentur in anniuersaria, fit reductio ad minorem numerum: nam pro notabili numero Missarum, solet imponi vnicum anniuersarium; vndè semper interuenit diminutio numeri Missarum celebrandarum, quam prohibet S. Congregat. in eum finem, vt quantùm fieri potest celebretur præfixus numerus Missarum.

Dicendum 2. *Episcopum ex iusta & necessaria causa* 5
mutare posse anniuersaria in Missas priuatas; Ita tamen, vt non celebrentur pauciores Missæ, quàm soleant celebrari in anniuersarijs, & proindè reductio fit tantùm quoad solemnitatem celebrationis Missæ. Ratio est, quia ex causa necessitatis possunt commutare vltimas voluntates, vt decreuit Concil. Trident. *sess. 22. cap. 6. De reformat.* Ibi *In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, necessaria causa fieri debent, Episcopi tamquam delegati Sedis Apostolicæ summariè &c.* Rursus Decreta *de celebratione Missarum*

prohibent

prohibent tantum reduci onera Missarum; non autem solemnitates, quæ annexæ sunt oneribus, quia finis est prouidendi, vt celebretur præscriptus numerus Missarum, & circa solemnitates nihil disponit, & restringit facultatem Episcoporum, ne ob facilitatem reductionis, defraudentur piæ testantium voluntates circa numerum Missarum. Ergo poterunt Episcopi reducere solemnitatem anniuersariorum, in priuatas Missas, dummodo non diminuatur numerus Missarum celebrandarum.

QVESTIO 1189.

An si pecunia legata non sufficiat pro Cappellania, reduci possit in Missas manuales pro vna vice.

SVMMA.

1. *Episcopus conuertit legata in alios vsus pios, quando non sufficiunt pro destinato.*
2. *Episcopus an possit conuertere in celebrationem missarum mannualium pecuniam quando non sufficit pro Capellania.*
3. *Si onus sit perpetuum, & non sufficiat pecunia, debet minui.*
4. *Relicta ad pium vsum conuertenda in proximiorem, si in ipsum non possit conuerti.*
5. *Legatum non sufficiens pro Capellania non potest conuerti in commodum Ecclesiæ.*

1 EX dictis in superioribus constat. Quod Decreta S. Congregat. *de celebrat. Missar.* non tollunt facultatem Episcopo reducendi onera missarum nondum accepta, quia non sunt onera stabilita, sed adhuc in suspenso, & aliàs pertinet ad Episcopum prouidere, quod onera habeant congruum emolumentum, vt sustineri possint. Vnde cum ad Episcopum spectet legata, quæ non sufficiunt pro pijs vsibus, ad quos destinata sunt conuertere in alios vsus pios iuxta Cap. *Nos quidem de Testament.* si relinquatur legatum pro Cepellania, quod non sufficiat, in casu, in quo hæredes non teneantur supplere ad sufficientiam, pertinebit ad Episcopum determinare ad quem vsum conuerti debeat legatum. Vndè dubitatur, an possit conuerti in tot Missas manuales vnica vice celebrandas.

2 Quod possit conuerti tradit Garzia *in sum. tract. 3. difficult. 10. dub. 10. num. 9.* qui citat Lauorinum, Alphonsum de Leone, sed non faciunt ad rem, quia Lauori os loquitur de alio casu. Alphonsus de Leone *de offic. Capell. quæst. 5. sess. 7. num. 86.* solum dicit, quod possit legatum conuerti, vel in mioores missas perpetuas, vel in Missas vnica vice celebrandas quod potest intelligi, quando de re hæreditate adeò parum remaneret pro Capellania, vt non sufficeret pro notabili aliquo onere substinendo, in quo casu ipse loquitor. Megal. verò tradit doctrinam generalem, ex qua oppositum deducitur.

3 Dicendum tamen est. *Episcopum non posse conuertere legatum pro Capellania si non sufficiat, in missas manuales vnica vice celebrandas: sed debere minuere numerum Missarum itavt onus perpetuum sit proportionatum legato.* Hoc autem intelligitur supposito, quod legatum sufficiat pro substinendo aliquo onere perpetuo. Desumitur ex ijs, quæ generaliter quoad hæc legata tradit Megal. *var. resol. 71. num. 2. tom. 1.* & ex Genuens. *in praxis tituli Epis. cap. 24. n. 4.*

Ratio est. Quia in huiusmodi cõmutationibus, seu reductionibus est retinenda mens testatoris, quantum fieri potest, Vndè Concil. Trident. *sess. 25. cap. 8. de reformatione* præcipit, quod quando pecunia legata non potest conuerti in vsum præscriptum à testatore, conuertatur in vsus pròximiores voluntati ipsius. Quod etiam docent Abbas *in cap. Nos quidem de testam.* Imola, Innocent. & cæteri Doctores *in Clem. Quia contingit. de relig. domib.* Ergo quando vsus, in quem est destinatum legatum, est diuisibilis, qualis est celebratio perpetua missarum debet retineri illa portio pro qua sufficit legatum, Quia hoc est magis propinquum voluntati Testatoris, cùm sit ille ipse vsus, quem præscripsit, licet diminutus.

Ex dictis colligitur cum Megal. *cit. resol. 71. num. 4 a. tom. 1.* Non posse Episcopum conuertere legatum in beneficium Ecclesiæ, quando non sufficeret pro Capellania. Quia hoc est contra dispositionem Concilij Trident. *cit. cap. 8. de refor. sess. 25.* dum vult, conuerti in alium vsum proximiorem, & coõtra *cap. 6. de reformat. sess. 25.* vbi non nisi ex causa iusta, & necessaria alterari possunt vltimæ voluntates, atque adeò solum secundum mensuram necessitatis, quæ in præsenti non exigit, deberi totum vsum præscriptum. Atque etiam cederet in præiudicium animæ eiusdem testatoris, quia non perciperet beneficium celebrationis missarum. Vndè hæc redoctio tanquam destinata iusta causa quoad hunc vsum, esset nulla, & consequenter teneretur Ecclesia, in cuius beneficium est conuersum legatum, ipsam restituere pro vsu à testatore designato quoad eam portionem, pro qua sufficit. Et si Ecclesia esset impotens ad restituendum, teneretur Episcopus de proprio supplere, quia ex delicto ipsius fraudaretur mens Testatoris. Vndè etiam reducendo peccaret mortaliter, quia iniustè reduceret, & extra mensuram causæ.

QVÆSTIO 1190.

Quid agendum si legatum non sufficiat pro missis celebrandis, & pro eleemosina præscripta.

SVMMA.

1. *In reductione preferenda celebratio missarum eleemosinæ.*
2. *Valet quando celebratio, & eleemosina se habent per modum vnius oneris.*
3. *Quid si sint diuersa onera, & diuersa legata.*
4. *Quando onera sunt imposita discretiue, nullum est extinguendum, sed singula diminuenda.*
5. *Quomodo dignoscendum, an testator instituerit plura legata, an vnum.*

HAnc difficultatem proponit Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. num. 8.* & concludit. Quod, quando est facienda redoctio, potius retinenda est, & præferenda celebratio Missarum & tollenda eleemosina. Et affertur declaratio S. Concilij Congregationis ita declarantis apud Collector. *ad cap. 4. de reformat. sess. 25. Concil. Trident.* Citat Alphon. de Leone *quæst. 5. de offic. Capell. sect. 7. num. 81* Sayr. *libr. 10. clau. reg. tract. 5. cap. 10. num. 23. & 25.* Sanchez. *libr. 4. sum. cap. 15. num. 39.* Sed nihil loquuntur de hac difficultate.

Videtur tamen procedendum cum distinctione, & a videndum, an eleemosina, & celebratio missarum sint per modum vnius & eiusdem oneris impositi vni & eidem legato, an verò sint diuersa onera, & diuersa legata. Si enim se habeant per modum vnius oneris

oneris eiusdem legati tunc prius detrahenda est eleemosina, quàm fiat reductio Missarum. Et in hoc sensu procedit declaratio S. Congregat. Et ratio est Quia reductio facienda est, quantum fieri potest secundum voluntatem interpretatiuam Testatoris: Cum autem legatum sit vnum, & onus sit vnum interpretanda est voluntas ipsius, quod voluerit hoc onus durare eo modo, quo ipsi magis proficere possit iuxta regulam, quod actus censeatur factos est ex titulo vtiliori ex *l. 3. ff. De Testam. milit. & l. cum pater ff. de iure dot.* Cùm ergo magis proficuum sit testatori, quod retineatur celebratio Missarum, quantum fieri potest, sublata potius eleemosina, quàm è contra censendum est hanc esse voluntatem interpretatiuam Testatoris, & ideò secundum ipsam procedere debet reductio.

3 At si sint diuersa onera, & diuersa legata ex eo, quod legatum non sufficiat pro vno ea oneribus, non est alterandum alterum onus. Ratio est. Quia tunc sunt diuersæ dispositiones testatoris seorsim adimplendæ, & proindè, causa quæ exigit reductionem in vno onere, non exigit in alio. Et sunt onera, & legata impermixta ex dispositione testatoris, non sunt commiscenda in execqutione sicut commiscerentur, si pro integra exequutione vnius relinqueretur, alterum aut minueretur.

4 Ex dictis colligitur. Quod si testator relinquat 60. Iulios annuos Ecclesiæ, quorum viginti inseruiant pro anniuersario, alij viginti pro Missis recitatis, & alij viginti distribuendi pauperibus, & temporis processu diminuantur, non esse liberum reducere singula onera ad proportionnem aut extinguere vnom ea oneribus, vt sentit Garzia *in sum. tract. 3. difficul. 10. dub. 10. num. 7.* sed omninò singula onera esse reducenda & manotenenda, nec posse aliquod ea ipsis extingui retentis cæteris integris. Nam cum Testator fecerit huiusmodi distributionem satis declarauit, se ea relinquere tanquam plura legata, & singulis proprium onus imposuisse: & ideò si minuatur prouentus, de singulis oneribus esse detrahendum æqualiter, nullum autem esse extinguendum iuxta dicta *num. præced.* Si verò esset vnicum legatum & vnicum onus non liceret de singulis detrahere, sed tota prius eleemosina detrahenda esset, & retinenda celebratio Missarum & anniuersar a iuxta id, quod dictum est. *n. 2.* & tradit etiam ipse Garzia *n. seq.*

5 Quomodo autem iudicandum sit, an testator voluerit instituere plura legata, & plura onera, an verò vnicum, inspiciendus est tenor testamenti, quia si testatur separatim disponit de oneribus, & de quantitate, legata erunt diuersa onera, & diuersa legata, etiamsi legatarius sit idem, quia illa sparata dispositio æquiualet diuersis dispositionibus. Diuersæ autem dispositiones tanquam diuersæ causæ inferunt diuersa legata, & diuersa onera. Rursus etiam si instituat vnum legatum, & postea diuidat in partes assignans singulis partib. diuersa onera, erunt diuersa legata vt dicebatur. *n 3.*



DE PRÆSCRIPTIONE CIRCA ONERA MISSARVM.

In oneribus Missarum locum habere potest præscriptio sicut in alijs rebus, cum contra ius alterius præscribi possit. Vndè non solum obligati ad onera missarum contra ipsa præscribere possunt, sed etiam obligati ad soluendum stipendium seu annuos fructus præscribere possunt. Vnde explicandæ sunt difficultates quæ in hac materia occurrunt.

QVÆSTIO 1191.

Quomodo præscriptio contra onera Missarum regulanda sit.

SVMMA.

1 *Iura celebrationis missarum sunt præscriptibilia.*
2 *Ius ciuile aliquando admittit præscriptionem cum mala fide: secus Canonicum.*
3 *Ad præscribendum in celebratione Missarum an necessarius titulus.*
De iure canonico ad præscribendum non requiritur titulus.
Nisi præsumptio sit contra præscribentem.
4 *Præscriptio temporis immemorabilis sine titulo valet, etiamsi ius resistat.*
Tempus immemorabile habet vim tituli.

CVm de Iure canonico admittatur præscriptio, 1
habet locum etiam in iis, quæ secundum idem ius regulantur; & proindè, quia iura omnia, quæ interueniunt in celebratione Missarum, siue ea parte celebrantium, siue ex parte eorum, ad quorum instantiam celebrantur, sunt ex natura sua iura amissibilia, erunt etiam præscriptibilia ab vno aduersus alterum. Quia autem sunt, iura, quæ à Iure canonico regulantur, ideò præscriptio quoque circa ipsa eodē iure erit regulanda, dubitatur ergo, quid requiratur, vt inducatur præscriptio.

Est autem supponendum tanquam certum, quod 2
licèt ius ciuile admittat aliquando, saltem quoad retinendam, licet non quoad agendam præscriptionem cum mala fide, vt in præscriptione triginta annorum *l. si quis empt. §. 1. C. de præscript. trigint. annor.* Ius tamē Canonicum nunquam admittit, nisi interueniat bona fides. vt desumitur ex cap. *Vigilanti*, & cap. *fin.* de *præscript.* & cap. *Possessor.* de *reg. iur. in. 6.* Et ea est ratio, quia vbi est mala fides, ibi etiam est peccatum, quia vsurpatur ius, quod cognoscitur esse alienum. Ecclesia autem non fouet iniquitatem, & ideò non assistit iure canonico præscriptioni cum mala fide.

An autem sit necessarius titulus ad præscribendum 3
in præsenti materia, affirmat Tamburin. *Opusc. de sacrific. miss. lib. 3. cap. 7. §. 1. num. 2.* & quidem quando agitur de præscriptione secundum ius ciuile est necessarius. De iure tamen canonico non est necessarius, sed sufficit bona fides cum tempore necessario ad præscribendum, vt desumitur ex Cap. *de quarta* & Cap. *Ad aures*, & Cap. *si diligenti de præscriptione* & ibid. Glos. & doctores, & ex Cap. 1. *de præscriptione in 6.* vbi etiam Glos. Archidiacon; Geminian. Io. Andr. & ceteri Doctores. Quod tamen intelligendū, nisi præsumptio iuris sit contra præscribentem, vt notat Bald. *de præscrip. part. 3. princip. partis. 2. quæst. 5. num. 9.* & desumitur ex Cap. 1. *de præscrip. in 6.* vbi non præscribuntur decimæ sitæ in Parochia alterius Ecclesiæ, quia præscriptio iuris est in contrarium.

Si tamen præscriptio innitatur tanto tempori, cu- 4
ius initij memoria non extat, quamuis ius commune resistat,

resistat, aut præsumptio ioris sit contra præscribentem, non erit necessarius titulus, vt notaot Felin. *in cap. si diligenti. de præscrip.* Cardin. *consil.* 114. *circa fin.* Fane. *in cap.* 1. *circa fin. de præscrip. in* 6. Gemioian. num. 9. Io: Andr. & cæteri doctores ibid. Ratio est. Quia tempus de cuius ioit. memoria non extat habet vim tituli per *l. Hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & est.* vbi etiam Glos. & tradunt communiter Doctores.

QVÆSTIO. 1192.

An Ecclesia, seu Capellanus possit præscribere numerum Missarum.

SVMMA.

1 *Numerus Missarum præscribi potest.*
2 *Quantum tempus sit necessarium ad præscribendum.*
3 *Hæres sustinet iura defuncti.*
4 *Hæres hæredis est hæres primi defuncti & illius personam repræsentat.*
5 *Præscriptio in celebratione est contra Ecclesiam.*
Rectores quomodo præscribere possint.
Præscriptio contra Ecclesias requirit quadraginta annos.
6 *Ecclesia habet ius exigendi onera annexa beneficijs.*

1 DIcendum est. *Capellanum, seu Ecclesiam obligatam, vel celebrandam certum numerum Missarum aut Missam quotidianam præscribere posse vt celebret in minori numero.* Ita etiam Tamburin *Opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 7. §. 1. *num.* 1. Intelligitur autem quoad eos contra quos præscribi potest. Hinc fit. Quod præscribi possit Missa quotidiana, vt non sit quotidiana, & consequenter vacatio pro aliquibus diebus, & quocunque alio modo numerus minui possit. Ratio est. Quia possunt concurrere conditiones illæ, quæ inducuot præscriptionem: nempè bona fides, cum qua incipiat possessio non celebrandi, nisi tot Missas, & tempus necessarium ad præscribendum, pro quo duret bona fides.

2 Sed difficultas est. Quantum tempus requiratur ad præscribendum. Tamburio *Opusc. de sacrific. miss. lib.* 3. *cap.* 7. §. 1. *num.* 2. supponit hanc præscriptionem esse inter absentes, quia præscribitur contra defunctum, qui instituit Missas celebrandas, & docet ad præscribendum cum titulo, requiri spatium viginti annorum. Verum hæc responsio patitur suas difficultates.

3 Et primò non videtur hæc præscriptio esse inter absentes; quia licet fundator non sit præsens, hæres tamen ipsius repræsentat eius personam, & substinet eiusdem iura, itavt, vna & eadem persona cum ipso censeatur §. 1. Anthent. *De iure iur. & l. Hæres in omne. ff. de aquir. hæred. & l. nihil aliud ff. de reg. iur.* & Nouel. 48. *cap.* 1. & notant communiter Doctores Glos. *in l. si seruus fugitiuus. ver. Extitisset ff. de condict. furt.* Alexan. *in l. In executione §. ex parte ff. de verbor. obligat.* Bursa. *Consil.* 415. *num.* 18. *lib.* 4. Pacius *in l. cum à matre. C. de rei vendic.* Rolan. *consil.* 50. *num.* 8. *vol.* 2. Dec. *consil.* 281. *num.* 5. Cephal. *consil.* 100. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *consil.* 146. *num.* 7. Rota coram Ludouis. *decis.* 535. *num.* 3. & coram Merlino *decis.* 503. *num.* 7. & proindè, dum præscribitur contra fundatorem, & iura ipsius, præscribitur contra hæredem, & iura eiusdem, & consequenter; quantùm est ex hoc capite, nisi aliundè hæres sit absens, non est præscriptio inter absentes, sed inter præsentes, quia adsunt, qui teneantur iura defuncti, & etiam propria manutenere.

4 Nec obstat, quod temporis processu varientur hæredes, dum de vno ad alium defertur hæreditas, quia semper hæreditas ab hærede originem trahit. & consequenter hæredis, quantumuis plures successiones transierint, primi defuncti hæres est *l. Hæredis, & l. sciendum est. ff. de verbor. significat. & l. si hæredum C. de inoffic. Testa. & l. fin. C. de hæred. instit. & notant* Bart. *in l. Pater familias. ff. de hæred. instit.* Cephal. *consil.* 499. *num.* 13. *lib.* 4. Crauetа *consil.* 298. *num.* 9. *lib.* 2. Et ideò quilibet hæres repræsentat personam illius defuncti, à quo primò hæreditas transmissa est. Vndè semper hæredes successione repræsentant personam fundatoris, à quo prouenit ius ab ipso acquisitum ex fundatione ad celebrationem missarum.

5 Deinde non agitur de præscribendo solum ius acquisitum à fundatore, apud quæcunque reperiatur in ordine ad celebrationem Missarum sed etiam de præscribendo contra ipsam Ecclesiam. Nam eo ipso, quod fundantur Capellaniæ, seu quælibet celebrationes missarum, instituitur aliquod augmentum cultus diuini, & Ecclesiarum, & consequenter acquiritur ius Ecclesiæ vniuersalis quatenus substiner iura diuina in ordine ad cultum & etiam Ecclesiæ particulari, quatenus acquirit specialem cultum. Et ideò cum Rectores & quicunque alij, ad quos pertinet administratio Ecclesiarum, non possint præscribere, quas substinent iura Ecclesiæ, solum præscribere poterunt, sicut possunt præscribere Capellani tanquam substinentes onus missarum celebrandarum. Hæc autem præscriptio eum sit contra Ecclesiam, requirit spatium quadraginta annorum tam de iure Ciuili Authent. *Quas rationes C. de sacrosanc. Ecclesia.* quam de iure canonico. Cap. *de quarta.* Cap. *Ad aures, &* Cap. Illud. de *præscrip.* & Cap. 1. *de præscript. in* 6. vbi Glos. & doctores.

6 Quod præsertim verum est. Quia beneficia sunt de iure, & patrimonio Ecclesiæ, & proindè Ecclesia habet ius ad exigenda onera, quæ sunt ipsis annexa, qualia sunt onera celebrandarum missarum, itavt à fundatoribus censeatur translatum in ipsas ius illud, quod ex fundatione acquirunt quoad exigenda onera ab ijs, quibus pro tempore imponuntur. Et ideò, vt præscribantur onera huiusmodi, præscribendum est contra ius Ecclesiæ, & non contra ius defunctorum, & ideò regulanda est præscriptio secundum leges præscriptionis contra Ecclesiam, & non præscriptionis circa absentes, præsertim quia defuncti non sunt in humano commercio, neq. censentur iura contra viuentes, nec subsunt legib. humanis, & proinde nec legibus præscriptionis.

QVÆSTIO. 1193.

An, & quanto tempore præscribi possit onus Capellaniæ non collatiuæ.

SVMMA.

1 *Quanto tempore præscribi possit onus Capellaniæ non collatiuæ.*
2 *Requiritur quadragenaria præscriptio.*
3 *Capellaniæ laicales continent causam piam.*
Causa pia æquiparatur Ecclesiæ.
4 *Contra causam piam requiritur quadragenaria præscriptio.*
5 *Præscriptio contra Capellanias laicales est etiam contra Ecclesiam.*

1 QVod possit præscribi contra Capellaniam non collatiuam quoad numerum Missarum, seu alia onera

onera annexa, aut etiam contra qualitatem ipsius, est omninò certum. Quia agitur de iure remissibili, & quod amitti potest, & ideò cōcurrentib. conditionib. necessarijs potest etiam præscribi. Solum difficultas est, quanto spacio temporis præscribi possit. Quod autem sufficiat tempus ordinarium resoluendum videtor iuxta ea, quæ tradit Perez de Lara *de anniuer. & Capel. lib. 2. cap. 1. num. 50.* & citat etiam Menes. *in l. si aquam. num. 46. C. de seruitute & aqua.* Valasc. *consult. 105. num. 42.* fundamentum est. Quia huiusmodi Capellaniæ non sunt Ecclesiasticæ, sed laicales: & proindè sufficit tempus ordioatium quo præscribitur contra res laicorum.

2 Quod tamen requiratur præscriptio qoadragenaria, sicut requiritur contra Ecclesiam tradunt. Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 3. quæst. 5. ver. Hoc vt clarius* in fine. Garzia *de benefic. part. 1. cap. 42. num. 116. & in Addit ad eundem locum num. item.* 16. Alphons. de Leone. *De offic. Capel quæst. 5. sect. 11. num. 187. & sect. 21. num. 31.* Genuens. *in practicabil. Eccles. quæst. 150.*

3 Cum qua sententia dicendum est. *Quod non sufficiat spaciam illud temporis, quod sufficit ad præscribendū contra laicos, vt præscribatur contra ius & onera Capellaniæ non collatiuæ, sed requirit illud spacium, quod requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam.* Hoc ex eo sequitur. Quod licet istæ Capellaniæ sint laicales, & bona super quibus fundentur siot sub potestate laicorum, adhuc tamen continet caosam piam tanquam ordinatæ ad beneficium animarum, & salutem æternam & ad cultū Ecclesiarum & Dei; causa autem pia æquiparatur Eccles. vt latè Titaquel. *de priuileg. piæ causæ. priuileg.* 141. & gaudet ijsdem priuilegijs.

4 Ex quo fit, quod sicut contra Ecclesiam non præscribitur nisi spatio quadraginta annorum ita neque etiam antra piam causam *§. pro temporalibus.* Autheut. *Ecclesiast. tit.* & tradunt Felin. *in cap. de quarta. num. 10. De præscript. Abbas. ibidem. num. 7.* Fulgos. *in l. Omnes. num. 23. C. de sacrosanct. Eccles.* Titaquel. *de priuileg. piæ. causæ priuileg.* 139. & 140. Sfortia *de in integr. rest. part. 1. quæst. 3. ar. §. num* 31. Quod autem si præscribantur onera Capellaniæ huiusmodi, aut aliud ius, præscribatur contra piam causam ex se manifestum est, præsertim si præscribatur numerus missarum.

5 Addo tamen, quod huiusmodi præscriptio nedum est contra piam causam, sed etiam contra Eccles. Nā erectio harum Capellaniarum, quamuis laicalium, tendit etiam adcultum Dei, & Eccles. etiam ex mente fuodatoris, quia non solum intendit fructum ex sacrificijs, sed etiam ipsum sacrificium, io quo continetur cultus Dei & Ecclesiæ, præsertim si iostituat celebrationem Missæ in aliqua Ecclesia, aut Capella à se delecta, & ideò Ecclesia tam oomine suo, quam nomioe Dei acquirit ius ad huiusmodi cultum. Si ergo præscribitur contra hanc cultum præscribitur etiam contra ius Eccles. & ideò requiritur quadragenariā præscriptio.

Q V Æ S T I O 1194.

An præscribi possit à beneficiatis, &c. applicatio fructus sacrificij.

S V M M A.

1 *Quoad missas manuales non habet locum præscriptio.*
2 *Applicatio fructus præscribi non potest.*
3 *Fructus sacrificij applicandus à beneficiatis.*
4 *Nec locum habet bona fides in contrarium.*
Scire debens æquiparatur scienti.
5 *Ante decreta &c. poterat præscribi applicatio fructus.*
Quod non est expressum, non est asserendum.
6 *Acceptans nudam obligationem celebrandi præscribit applicationem sacrificij.*
7 *Actus non operatur vltra intentionem.*
8 *Obligatio applicandi sacrificium est penes fruentem bonis beneficij.*

DIfficultas procedit quoad omnes, qoi obligātur ad celebrandū cōtinuo ex aliquo titulo permanenti vt suot Beneficiati, Capellani, & qui recipiunt annuū salarium, & certū est quoad Missas manuales non posse præscribi applicationem fructus, quia cum manualiter à diuersis offerantur eleemosinę, nec adest tempus requisitum pro præscriptione quia agitur de vno actu, quo absoluitur obligatio. nec etiam locum habet bona fides, quia acceptantes onus celebrandi has Missas sciunt, se teneri ad applicandum fructum. 1

Quod autem spectat ad Missas, quæ celebrantur ratione tituli videntur non posse præscribi quoad applicationem fructus. Quia videtur semper excludi bona fides, quæ est necessaria; nam cum constet de obligatione celebrandi, constare etiam videtur de obligatione applicandi fructum sacrificij, cum hæc veniat in consequentiam ad obligationem celebrandi nisi aliàs excludatur aut onus coarctetur ad priorem obligationem.

Dicendum 1. *Post Decreta Sacr. Congregationis de celebratione Missar. non posse Beneficiatos, Capellanos, &c. præscribere applicationem fructus sacrificij illarum Missarum, quas ratione beneficij, Capellaniæ, &c. tenentur celebrare.* Ratio est. Quia in dictis Decretis. *in respons. ad 4. ex dubiis propositis* quod est huiusmodi; *An Sacerdotes, qui tenentur missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ, legati aut salarij, possint etiam manualem eleemosinam pro Missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnica Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere.* Respondit. *Sacerdotes e quibus diebus tenentur missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ, legati, aut salarij, si eleemosinas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint non posse eadem missa vtrique obligationi satisfacere.* Quia declaratione stante habetur, quod obligatus celebrare ex dictis titulis, teneatur fructum sacrificij applicare, siquidem si posset alteri applicare posset satisfacere vtrique obligatiooi. 2

Ex hoc autem fit, quod prædicti non possint præscribere applicationem; nam prædicta declaratio excludit bonam fidem, quæ requiritur ad præscriptionem, vt dictum est in superioribus, siquidem facit innotescere, quod missis obligatis ex prædictis titulis non possit impleri onus susceptum ob manualem eleemosinam, & consequenter, quod remaneat obligata applicatio fructus sacrificij; oec prætendi potest ignorantia dictæ declarationis, io qua fundetur bona fides necessaria ad præscriptionem, quia ignorantia non excusat, nec in foro externo, nec in interno io iis, quæ quis ratiooe officij tenetur scire Cap. *Cum in cunctis*, & cap. *Innotuit circa fin. de elect.* & cap. *Quamuis de regul. iur.* quia cum teneantor in foro conscientiæ se informare de iis, quæ pertinent ad propriū munus, vt ipsi satisfacere possint, dum negligūt, imputatur ad culpam, & ideò huiusmodi ignorantia non potest fundare bonam fidem: quia qui scire debet, & non scit, tam est in culpa, quàm ille, qui scit. *l. Quisquis C. de rescinden. vendit. & l. Idem §. 1. ff. Ad leg. Aquil.* ibi. *Intelligit, vel intelligere debet, & l. Qui fundum §. seruus ff. Proempt.* vbi Dinus *& l. Quod te ff. de rebus credit.* vbi Glos. Bald. Bart. Angel. Ias. Salicet. & cæteri Doctores, & notant Tiraquel. *de retract. liga. §. 12. n. 9.* Dec. *in l. Quod te. n. 17. vers. Quintò nota, ff. si cert. pet. in 2. lect.* Veral. *decis. 107. in fine.* 3

Dicendum

5 Dicendum 2. *Ante dicta Decreta de celebrat. miss. potuisse præscribi applicationem sacrificij à Capellanis, Beneficiatis, &c. si non constaret de obligatione applicandi fructum sacrificij, præsertim si aderat probabile fundamentum, quod celebratio esset intenta ob solum cultum Ecclesiæ, commoditatem populi. &c.* & proindè præscriptionem valere, si antè dicta Decreta fuit completa. Ratio est. Quia seclusa dicta declaratione S. Congregationis potuit habere locum bona fides, quod obligatio celebrandi missas esset tantum ob cultum Ecclesiæ, commoditatem populi, quia cum ex fundatione non colligatur obligatio applicandi fructum sacrificij præsumi potest, quod fundator noluerit ad hoc obligare, quia si voluisset, id expressisset, quod cum non sit factum, nec etiã est asserendum *l. Discentientis, C. de repud. & l. si seruum, §. non dixit. ff. de acquir. hæred.* & Cap *Illa*, *de Sede vacant.* & Cap. *Inter. de transl. Episcop.* Dum autem adest bona fides, cum qua incipit possessio non applicandi fructum sacrificij, & elabitur tempus necessarium ad præscribendum, locum habet præscriptio.

6 Ex quibus deducitur, quod eum cuidam Religioni fuisset concessa Ecclesia pro vsu proprio, sed cum obligatione chori, & octo missarum in singulos dies posita antiquitus in limine fundationis susceperint tálem obligationem tanquam respicientem solum cultum Ecclesiæ, & proindè absque obligatione applicandi fructum sacrificij, & consequenter tanquam relicta sibi libera applicatione receperint successiuè eleemosinas manuales per plures annos, quàm necessarij sint ad præscriptionem, sufficiens fuit, & etiamsi alià abfuisset obligatio applicãdi fructum sacrificij, præscriberent. & non tenerentur applicare, etiamsi fortè declaratio S. Congregationis, de qua *numero* 3. locum haberet in præsenti fundatione.

7 Addo etiam, Quod eum prædicta declaratio procedat quoad eos, qui tenentur celebrare ratione beneficij, Capellæ, legati, aut salarij, vt scilicet non possint eadem Missa huic oneri, & alteri ex eleemosina manuali satisfacere, non potest habere locum quoad dictos Regulares, quia ex nullo ex dictis capitulis tenentur celebrare, sed solum ex voluntaria susceptione obligationis, independenter à fructibus annexis Ecclesiæ, & ideò solum tantum obligantur, quantum intẽderunt se obligare iuxta regulam, quod actus agentium non operantur vltra illorum intentionem *l. Non omnis. ff. si cert. pet. & l. in acquis. ff. de acquir. rer. domin.* Non intenderunt autem dicti Religiosi se obligare, nisi ad cultum Ecclesiæ.

8 Addo etiam. Quod si adesset obligatio applicandi fructum sacrificij non officere etiam seclusa præscriptione dictos Religiosos, sed eum qui possidet beneficium, seu prouentus Ecclesiæ in titulum beneficij, seu commendæ. Hoc enim onus est annexum bonis Ecclesiæ, quorum fructus destinari essent pro substinendo onere, & ideò trãsit in eum, in quem transeũt & bona, & prouentus Ecclesiæ iuxta Cap. *ex litteris, de pignor.* & Cap Præstoralis & Cap. *In aliquibus. de decim.* & Cap. 1. de *censibus.* & Cap. *Tua. de vsur.* & ideò pertinet ad ipsum inquirere, an adsit, vel non adsit talis obligatio ex fundatione.

QVÆSTIO 1187.

An contra Ecclesiam, & obligatos celebrare præscribi possit.

SVMMA.

1 *Contra Ecclesiam an præscribatur onus missarum.*

2 *Fauore causæ piæ consuetudo decennalis obligat in futurum.*

3 *Æquitas non patitur hominem liberum fieri seruũ.*

4 *Non præscribitur contra celebrantem ex errore.*
Tantum præscribitur quantum possidetur.

5 *Iura incorporalia non possunt præscribi, nisi aduersario sciente, & patiente.*

6 *Gesta per errorem non nocent.*
Errans habetur pro contradicente.
Errans non omitit ius suum.
Qualis seruitus non præscribatur.

IN dupli materia videtur posse præscribi contra Ecclesiam, & obligatos celebrare, vel quoad solutionem legati annui, vel quoad numerum Missarum. Quod spectat ad solutionem legati dictum est suo loco, vbi de legatis pro Missis tractatum est, & ideò non sunt repetenda, quæ ibi dicta sunt. Quod spectat ad onus missarum, quod præscribatur contra Ecclesiam, seu Capellanum spatio decem annorum concurrentibus conditionibus necessarijs ad præscriptiones, itavt si per decem annos sint tres Missæ in hæbdomada celebratæ, debeant postea celebrari, quamuis duæ, aut vna tantum ex fundatione esset celebranda, tradit Fraxinel. *de obligat. sacerd. sect. 4. concl. 4. § 17. num. 1.* 1

Fundamentum est quia fauore piæ causæ, & Ecclesiæ consuetudo decennalis obligat in futurum Cap. *Ad Apostol. de Simon.* Neque obstat, quod ad præscribendum seruitium personale requiratur spatium triginta annorum, vt notant Bald. Ias. Alciat, & cæteri Doctores in *l. si certis annis. C. de pact.* nam hoc non intelligitur de seruitio in altari, sed de seruitio vassallagij, vel subiectionis cum graui præiudicio personæ: deindè celebratio missarum non inducit seruitutem, sed onus, quod per alium impleri potest. 2

Econtra verò Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib. 3. cap. 7. §. 2. n. 6.* putat, ius missarum nunquam præscribi posse, quia Beneficiati, Capellani, legatarij, &c. dum celebrant, exhibent quamdam seruitutem debitam fundatori missarum. Seruitus autem personalis, quæ debetur personæ à persona nunquam præscribitur, quia æquitas non patitur, hominem liberum fieri seruum *l. fin. C. de long. temp. præscrip.* Eadem autem est ratio de seruitute partiali, ac de totali, & ideò si non præscribitur totalis, nec etiam præscribetur partialis, & ideò si obligatus celebret plures missas, quàm cadant sub obligatione, poterit semper io tali seruitute se eximere. 3

Sed quamuis hæc sententia placeat, non placet tamen fundamentum. dicendum ergo est. *Ex eo, quod beneficiatus, Capellanus &c. celebret plures missas, quàm teneatur ex errore, quod putet teneri, non præscribitur contra ipsum.* Ratio est, Quia ad præscribendum requiritur possessio præscribentis *l. sine possessione. ff. de vsucap.* & Cap. *possessione de reg. iur. in 6* vbi latè Dinus itavt in corporalibus requiratur possessio, & in incorporalibus quasi possessio. Vndè tantum solum præscribitur, quantum possidetur, Cap. *Tua.* 1. & Cap. *Cum contingat.* de decim. Cardin. *ibid. num. 6.* vbi, & cæteri Doctores. Couarrn. *lib. 1. Variar. cap. 17. num. 13.* Sord. *cons. 262. num 12.* Guttierez *lib. 2. canon quæst. cap. 21. num 77.* Rota coram Puteo *decis. 107. lib. 1.* & coram Seraph. *decis. 346. num. 1. & in conchensi Decimarum de Belmonte. 20. Iunij* 1646. coram Verospio Quando autem beneficiatus, Capellanus &c. celebrant plures missas, quàm teneantur, non est qui possideat, aut quasi possideat; neque enim hæredes fundatoris possident, aut quasi possident, quia nesciunt, an celebret plures Missas, quàm teneatur. Neque possidet ipsa Ecclesia, quia si cele- 4

bratio est addicta Ecclesiæ, ipsa sustinet onus implẽdum per suos ministros, & contra seipsam non possidet si verò non est addicta, per id, quod in ipsie celebretur, nõ facit suum ius celebrationis, quia potest celebrari Missa, vbi voluerit, qui est obligatus celebrare & proindè agitur de actu facultatiuo, qui nunquam præscribitur, nisi præscribens exigat, & contra quem præscribitur, acquiescat, vt alibi in superioribus dictum fuit.

5 Confir. Quia sumus in iuribus incorporalibus, quæ non possunt præscribi, oisi aduersario sciente, & patiente *l. Ratio §. si iter. ff. de act. empt. & l. penult. ff. de seruit.* vbi Bart. *& in l. 2. init. ff. de aqua plu. arcen.* Ias. *cons.* 81. *numero primo volum.* 2. Alex. *cons.* 108. *num.* 41. *libro secundo* Cepol. *de seruit. rust. præd. cap.* 4. *num.* 58. Rota coram Seraph. *decis.* 1434. *num.* 5. *& decis.* 167. *num.* 5. *& decis.* 154. *num.* 1. *parte.* 1. *diuers. & decis.* 727. *num.* 3. *parte* 2. *Recent.* & coram Ludouico *decis* 249. *num tertio.* & in *veliterana aqua* 11. *Decembr.* 1581. coram Cantuecio. In præsenti autem nequit adesse scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur præscribi, quia patientia supponit scientiam, & scientia in præsenti excluditur per errorem, quia in tantum celebrat, in quantum putat, se teneri ad maiorem numerum.

6 Ex quo fit, quod subiorret regula, quod actus per errorem gestus non noceat erranti *l. Is. ff. de iurisdict.*

1 Imò cum errans habeatur pro contradicente, vt notant Bald. *in l. error. in fin. C. Ad leg. falcid.* Hyppolit de martil. *cons.* 218. *num.* 22. adest semper resisteotia, ne possit inchoari præscriptio contra errantem, & proindè ipse nuoquam amittat ius suum qood alias habet ad non celebrandas illas missas, ad quas putat ex errore, se obligari iuxta *l. si Procurator ff. de acquir. rerum domin.* & quæ notant Menoch. *cons.* 161. *num.* 27. Tiraquel. *de retrac. leg.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 10.

7 Ad fundamentum 1. sentent. resp. In præsenti agi de præscriptione contra Ecclesiam, & ideò, si habeat locum, requireret spatium quadraginta annorum iuxta ea, quæ dicta sunt in superioribus, Neque iuuat cit. Cap. *Ad Apostolicam de Simonia,* quia loquitur de consuetudioe laicorum præscripta ab Ecclesia; deindè argumentum supponit, quod locum habeat præscriptio, & probat, quod compleatur spatio decem annorum, & proindè supponit, quod esset probandum.

8 Quod affertur pro fundamento secundæ sententiæ non facit ad rem, quia quando dicitur, quod seruitus personalis non præscribitur, non intelligitur de seruitiò quatenus dicit famulatum, sed de seruitute, qua fit quis mancipium alterius, & per quam status hominis liberi mutatur in statum seruilem, vt proindè desinat esse sui iuris & amittat iura libertatis, & in hoc sensu procedit lex illa *fin.* & totus ille tit. *C. de long. temp. præscrip.*



DE RESTITVTIONE EX CAVSA STIPENDII PRO CELEBRATIONE Missarum.

Quia inter commendantes Missas & onera suscipientes consurgit obligatio, ita vt sicut vnus subministrat eleemosinam pro substentatione, ita alter suscipiat obligationem satisfaciendi iuxta intentionem subministrantis eleemosinam. Ideò si non satisfaciat huic obligationi, consurgit in ipso alia obligatio resarciendi id, in quo deficit, de quo modò agendum est, & explicandæ difficultates, quæ occurrunt.

---

2 QVÆSTIO 1185.

An qui non dat integrum stipendium, quod accepit pro celebratione Missa, teneatur ad aliquam restitutionem.

SVMMA.

1 *Qui non dat integrum stipendium pro Missis sibi commendatis, dum alteri committit an teneatur ad restitutionem.*

2 *Retinens sibi partem stipendij Missarum an peccet mortaliter.*

3 *Obligatio dandi totum stipendium, quando alteri committitur celebratio est sub mortali.*

4 *Retinens sibi partem stipendij cum per alterum facit celebrare, tenetur restituere.*

5 *Quando oriatur obligatio restituendi.*
Totum stipendium est intuitu celebrationis.

6 *Resoluto titulo celebrationis resoluitur etiam acquisitio stipendij.*

7 *Totum stipendium est pro substentatione celebrantis. Quod non conuenit vni ex relatiuis non conuenit proportionaliter alteri.*

8 *Cur fiat iniuria celebranti, si ei non detur totum stipendium licet pingue.*

9 *In Decretis de celebrat. Missar. non solum prohibetur vsus opinionis sed etiam retinere partem stipendij.*

10 *Verbum,* prohibet, *quando importet grauem prohibitionem.*

NOn esse licitum facere celebrare Missas sibi commendatas cum minori stipendio accepto, & retinere sibi partem, siuè sit congruum, sioe etiam pingue, constat ex decretis Sacr. Congregationis *de celebrat. Missar.* & etiam ex dictis supra suo loco. Vndè difficultas est, An oriatur aliqua obligatio restitutionis. In qua difficul. Bordon. *in cons. Regul. resolut.* 25. *num.* 17. notat, quod ante decreta S. Congregationis, qui acceperat pingue stipeodium poterat facere celebrare per alium, exhibendo tantom stipendium taxatum, & subdit hanc opinionem fuisse communem ante dicta Decreta. Quia nulli fit iniuria, dum datur taxatum stipendium, & retinendo sibi partem stipendij, retioet quod suum est, cum acquirat dominium illius. Limitat tamen hoc, vt non habeat locum in simplici exequutione, quia hic teneretor habere totum stipendium. Quid tamẽ de hac Doctrina dicendum sit, constat ex dictis in superioribus cum ageretur de stipendio. 1

Subdit autem idem Bordon *num.* 18. *cit. Resolut.* 2
Quod retinens sibi partem stipendij siuè minorem, siuè etiam maiorem, oon peccat mortaliter, & proindè non tenetur ad restitutionem. Prob. Quia Decreta non damnant opinionem, quod possit retineri pars stipeodij, sed solum prohibent vsum illius, neque enim constat ex illo decreto de prohibitiooe opinionis. Ergo cum sit prohibitio de re aliàs licita,
non

non infert peccatum mortale, atque adeò nec obligationem restitutionis. Secundò. Quia in Decreto habetur tantum simplex verbum *prohibet*, quod est indifferens ad prohibitionem sub peccato mortali, & sub veniali; vndè non potest ex ipso inferri peccatum mortale, nisi accedat vel grauitas materiæ, vel ex intentione legislatoris, qui velit grauiter obligare. In præsenti autem non adest grauitas materiæ, quia cum stipendium attendatur ratione oneris, & obligationis, quàm contrahit Sacerdos ad celebrandum, non fit ex hoc capite contra grauem materiam, dùm retinetur pars stipendij. Deindè quantitas notabilis esse censetur, in qua infertur graue damnum proximo iuxta communem Regulam. In præsenti autem casu nulli infertur damnum; non illi, pro quo est celebrandum, quia æquè celebratur; non celebranti, quia voluntariè accipit stipendium secundum taxam. Sed neque adest intentio obligandi grauiter, quia non exprimitur huiusmodi intentio, imò ex contextu aliorum oppositum colligitur, nam quando Sacra Congregatio voluit grauiter obligare adhibuit verba id exprimentia, qualia sunt *in §. Deindè*, sub *obtestatione diuini iudicij mandat & præcipit.* Et rursus, *sua obligationi non satisfacienti quinimo grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.* Vnde cum non exprimat hanc grauitatem obligationis dicendum est noluisse eam inducere.

3 Hæc Doctrina eneruat totam vim illius Decreti neque est verisimile, quod S. Congreg. hoc speciale decretum edidisset, si voluisset tantum obligare ad veniale, quia scelloso etiam speciali illo Decreto vix poterat excludi peccatum veniale, & ante Decretú plures viri graues, qui admittebant opinionem, quod potest retineri pars stipendij adhuc tamen cognoscebant in prax... huius opinionis aliquid indecentiæ; & dicunt, talem opinionem non esse consulendam, quia sapit turpem negotiationem. Et ex dictis supra constat, quod materia sit grauis, atque adeò grauiter prohibita.

4 Dicendum est. *Retinentem sibi partem stipendij etiam si faciat celebrare missam exhibendo stipendium taxatum, tenetur ad restitut.* Hoc autem intelligitur primò, si non adsit consensus illius, qui dedit pingue stipendium saltem interpretatiuus, & sub ratihabitione. Secundò si Pars stipendij quæ retinetur sit materia notabilis, alioquin si esset materia leuis esset tantum peccatum veniale, grauitas enim, vel leuitas materiæ in præsenti attendenda est secundum quantitatem stipendij, quæ retinetur. Vndè si quis accipèret Iulium cum dimidio pro celebranda Missa, & daret Iulium celebranti non peccaret mortaliter, si missa esset tantum vnica, secus autem si essent plures itavt tota quantitas de stipendio pro pluribus missis esset notabilis materia.

5 Ratio est. Quia tunc peccatur mortaliter & contrahitur obligatio restitutionis, quando læditur tertius in iure proprio, itavt ei non soluatur, quod est debitum. Nam consurgit inæqualitas iurium, quod enim deberet esse vnius, non tribuitur ipsi, sed retinetur ab alio & proindè læditur iustitia quia non tribuitur alteri, quod suum est. Hoc autem contingit in præsenti casu nam dans pingue stipendium totum dat intuitu oneris, quod imponit, & intendit dare pro substentatione Sacerdotis celebrantis, itavt totum det intuitu tantum ministerij vt supponitur non propter amicitiam &c. & proindè stipendium est adictum oneri, & exhibitioni ministerij offerendi sacrificium, & non acquiritur, nisi aut sub conditione, aut sub modo, atque adeò resolubiliter exhibendi ministerium offerendi sacrificium, & ideò transit cum ipso onere, & pertinet ad eum qui onus adimplet: Ergo qui retinet partem stipendij, retinet id, quod de iure est debitum exhibenti ministerium celebrãdi pro ipsius substentatione, tum ex natura ministerij, tum ex destinatione exigentis ministerium.

6 Confirm. Dato, quod ille, qui primò accipit eleemosinam in ordine ad celebrandum acquirat Dominium ipsius, acquirit tamen in quantum suscipit onus, & se obligat ad celebrandum, & totus titulus acquisitionis consistit in susceptione oneris. Ergò si resoluitur titulus acquisitionis, resoluitur etiam acquisitio, quæ solùm fundatur in titulo. Titulus autem acquisitionis est resolubilis, quousquè satisfactum sit oneri suscepto, quia acquisitio non est absoluta sed sub modo, seu onere celebrandi, & ideò dependet ab illius adimplemento, quod si non sequatur, reuocari potest stipendium, & qui accepit tenetur restituere. Titulus autem acquisitionis resoluitur, quando onus celebrandi transfertur in alium, quia transferens exuens se onere, exuit etiam se illo iure, quod secum affert onus, nempè exigendi substentationem titulo ministerij & tale ius acquiritur suscipienti onus. Ergo si retineat sibi partem stipendij, retinet id, quod de iure alteri acquiritur, & ad quod ipse perdit ius & consequenter tenetur restituere.

7 Confirm. Secundò. Totum stipendium, quod datur sub titulo eleemosinæ, datur pro substentatione intuitu Ministerij celebrandi. Ergo sub eo titulo acquiritur tantùm, sub quo datur, quia dare, & acquiri correlatiua sunt, itavt non possit acquiri alio titulo, nam regula correlatiuorum est regula parium, & quod non conuenit vni, non potest proportionaliter conuenire alteri. *l. Iulianus §. si Procurator ff. de act. empt.* & ratio est, quia dans intendit tantum dare sub tali titulo; acquisitio autem regulatur secundum intentionem dantis, nam non potest acquiri, quod est ipsius dantis, nisi quatenùs ipse intendit dare. Ergò cum totus titulus acquirendi sit tantum penes celebrantem, ille tantum potest acquirere totam eleemosinam: & qui primò eam accepit, non poterit aliquid sibi retinere, quia titulus acquirendi, qui prius fuerat penes ipsum resolubiliter tamen; desinit esse, & in alium transfertur. Hæc autem procedunt non solum stantibus Decretis de celebratione missarum; sed etiam ex natura rei, cum fundentur in impositione, & assumptione oneris.

8 Ad id, quod *numero primo* allatum est in oppositum Resp. Quod licet detur stipendium congruum, & taxatum celebranti, fit tamen ipsi iniuria, quia non datur totum, quod ipsi debetur: nam cum totus titulus acquirendi eleemosinam pro celebratione, quantacumque sit, tantum sit penes ipsum, & nullo modo penes illum qui eam primò accepit, quia dum non celebrat, sed in alium transfert onus, totus titulus, quod habebat, resoluitur dum ipsi non exhibetur integra eleemosina, non datur, quod de iure est ipsi debitum, & ideò fit ipsi iniuria. Vndè nec retinens partem Eleemosinæ retinet, quod suum est, quia transferendo onus celebrandi in alium, amittit ius ad totam eleemosinam.

9 Ad r. adductum *numero secundo.* In decretis S. Congregationis non solum prohiberi vsum opinionis quod possit retineri pars aliqua stipendij pro Missis. Sed etiam ipsam opinionem, quod satis clarè desumitur ex illis verbis. *Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens prohibet &c.* quibus declaratur, retentionem partis stipendij, quando Missæ alijs celebrandæ committuntur, esse lucrum damnabile, non verò tantum damnatum per prohibitionem, & supponit

Sacra Congregatio esse tale & ideò ex eius damnabilitate mouetur ad damnandum. Si autem est damnabile, est etiam iniustum, quia si esset iustum non posset damnari, spectata ipsius natura. Eo ipso autem, quod declarat hoc lucrum damnabile, declarat etiam opinionem docere tanquam licitum lucrum damnabile, atque adeò illicitum.

10 Ad 2. licet verbum *prohibet* de se sit indifferens ad prohibitionem sub peccato mortali, aut veniali, in præsenti tamen ratione subiectæ materiæ importat prohibitionem sub mortali. Nam prohibet damnabile lucrum, quod similiter est iniustum, & proindè prohibitum lege naturali: Vndè si hoc lucrum est in notabili quantitate materia est grauis, & proindè fundat peccatum mortale. Non vtitur autem Sacra Congregatio verbis expressiuis peccati mortalis, & grauitatis materiæ, sicuti vtitur in alijs Decretis circa eamdem materiam, quia prohibebat, quod iam ex natura rei erat prohibitum, & in quo etiam seclusa prohibitione apparebat turpitudo. Deindè quia materia, cùm ex se manifestaret, quod esset illicita, vtpotè continens negotiationem super eleemosina destinata pro subuentione celebrantium, non indigebat prohibitione tam grauibus verbis expressa, sicut indigebat præceptum celebrandi tot Missas, quot acciperentur stipendia, quia in hoc opiniu de infinitate valoris sacrificij poterat facilè plures fallere.

Qvæstio 1197.

An retinens sibi partem de stipendio pro Missis teneatur ad restitutionem si interueniat donatio accipientis.

SVMMA.

1 *Retinens sibi aliquam partem ad stipendio iusto, tenetur restituere.*

2 *Etiamsi faciat celebrare missas, vbi stipendium est minus.*

3 *Quid si suscipiens onus celebrandi relaxet partem stipendij.*

4 *Quando adsit obligatio restituendi.*
Vsura mentalis quando locum habeat.

5 *Relaxans partem stipendij pro missis quatenus damnum patiatur.*

6 *Mutuans animo accipiendi aliquid vltra sortem aliàs non mutuaturus committit vsuram.*

7 *Relaxatio partis stipendij celebrationis vt plurimum est tacitè conuentionalis.*

8 *Relaxatio partis stipendij cur iniusta, licet sub titulo donationis.*
Res iudicantur secundum suum principium.

9 *Donatio partis stipendij prouenit à principio infecto.*
Nuda traditio non transfert dominium.

1 EX dictis in *præcedenti quæst.* à fortiori sequitur quod quando stipendium est iustum, & qui primò accepit pro celebrando, & postea transfert in alium obligationem, retenta sibi parte stipendij, teneatur ad restitutionem sub mortali, si pars, quam retinet, sit quantitas notabilis vt contingit, quando plures Missæ committuntur alijs celebrandæ. Quia deest iustus titulus retinendi, & totum stipendium de iure, & ex destinatione dantis debetur celebranti pro sustentatione. Et qui primò suscepit onus celebrandi, sicut transfert in alium, & abdicat à seipso, ita etiam abdicat à se titulum, & ius ad stipendium & transfert in alium, vtpotè cum onere connexum, nec facit suum stipendium irresolubiliter, nisi satisfaciendo oneri, quod dum abdicat à se, resoluitur ius retinendi stipendium.

Et hoc locum habet, etiamsi faceret Missas celebrari in loco, vbi congruum stipendium esset minus illo, quod ipse accepit. Nam adhuc totum stipendium exhibitum ex intentione dantis connectitur cum onere celebrandi, & intuitu ipsius datur pro sustentatione: & proindè fit debitum tum ex intentione dantis, tum ex natura rei celebranti, qui de iure naturali acquirit ius ad id, quod datur pro sustentatione, quæ, vt dictum est suo loco, est ipsi debita de iure naturæ. Vndè totus titulus acquirendi est penes celebrantem Missas, & nullo modo remanet penes primum accipientem: & ideò sine titulo & iniustè retineret, tamquam damnabile lucrum. 2

Dubium autem remanet, quid dicendum, quando suscipiens onus celebrandi relaxat partem stipendij. Et quidem in ijs casibus, in quibus diximus, quod potest retineri, quando scilicet est absoluta liberalis donatio, nulla potest adesse obligatio restituendi, quia iusto titulo acquiritur. Vndè solum difficultas habet locum, quando relaxatio est talis, vt iuxta suo loco dicta non possit retineri stipendium iusto, atque licito titulo. Quod autem non adsit obligatio restituendi ex eo videtur desumi, quod reuera consentit in relaxationem, & reuera donat illam partem, nam quamuis moueatur ex aliquo motiuo minus legitimo, quia scilicet non dantur Missæ celebrandæ nisi relaxet partem stipendij, aut quia non esset amplius acceptus, nisi partem donaret, aut quia offerat se relaxaturum, quia, nisi offerret, non acciperet, adhuc tamen reuera consentit in eamdem relaxationem seu donationem Ergo reuera transfert dominium voluntariè, & proindè à translatario retineri potest absque obligatione restitutionis portio stipendij relaxata. 3

Tenendum tamen est. Quod adsit obligatio restituendi etiamsi sub titulo donationis relaxetur. Hoc autem intelligitur supposito, quod interueniat pactum siuè explicitum siuè etiam implicitum, aut quod missæ non commendentur celebrandæ, nisi relaxantibus partem stipendij, aut aliquo alio modo etiam indirectè extorqueatur relaxatio. Desumitur ex ijs Doctoribus qui docent esse vsuram mentalem recipere à mutuatario aliquid vltra sortem, qui dat ex timore, ne iterum ei negetur mutuum; quod intelligitur, si mutuentur cum tali intentione recipiendi aliquid vltra sortem, & adsit animus illud extorquendi, vt contingeret si mutuum datetur solum dantibus aliquid vltra sortem, quamuis non adesset pactum: vndè consurgit obligatio restituendi, quod contingit in casu nostro; nam siuè pacto siuè alio modo extorquetur relaxatio stipendij, quod non relaxaretur, si accipiens esset omninò liber sine timore &c. Hi autem Doctores sunt Richard. *in 4. distinct. decimo quinto, articulo quinto quæstion. quinta.* Gabr. *quæst.* 11. *dub.* 17. Caiet. 2.2. *quæst.* 78. *ad.* 1. *circa resp. ad* 8. D. Antonin. 3. *p. tit. primo cap.* 7. §. 6. Tabiena *verbo.* Vsura *quæstione prima* Sylucster *verbo.* vsura 6. *quæst. tertio.* Angel. *verbo.* Restitutio *quæst.* 17. Armill. *verbo.* Vsura *num.* 34. Petrus Nauarr. *lib.* 3. *de restit. cap.* 2. *num.* art. Martin. Nauarr. *cap.* 17. *Manual. num.* 219. Villagut. *quæst.* 17. *de vsur. conclus.* 3. 4

Caballin.

Caballin. *quæstione prima, de vsur. numero sexto*, Anglef. *in floribus quæstion. de contract. matr. quæst. 1. diffic.* 1. Palaus *lib. 4. de contract. quæstion.* 224. Couarruuias *in Reg. Peccatum. part. 2. init. num. 4.* Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 107. num.* 10. & alij plures.

5 Ratio autem est. Quia quotiescumque infertur alicui damnum lædendo ius ipsius, oritur obligatio resarciendi damnum illatum, & hæc est radix, ex qua in omni materia oritur obligatio restituendi. In præsenti autem casu infertur damnum acceptanti onus Missæ cum minori stipendio, quatenùs retinetur pars stipendij ipsi debita extorquendo consensum ipsius in relaxanda parte illa stipendij, seu donanda, quatenus non committantur ipsi Missæ celebrandæ, nisi sequatur huiusmodi donatio, aut iterum non committerentur. Cùm enim hæc donatio partis stipendij ideò fiat, vt accipiat Missas celebrandas, quas aliàs non esset acceptatus est donatio extorta non secus, ac esset donatio mutuatarij facta mutuanti si mutuans non esset mutuaturus, nisi ei aliquid donaretur, & non nisi donantibus soletet mutuari. Donatio autem extorta sicut est iniuriosa ita obligat ad restitutionem, quià licèt sit à donante volente donare, est tamen ab inuito, & ideò interuenit contractatio rei alienæ inuito Domino.

6 Confirmatur. Qui eo proposito mutuatur, vt aliquid accipiat supra sortem, quamuis non interueniat aliquod pactum, aut conuentio, si aliquid recipiat vltra sortem, tenetur restituere, vt respondit Vrbanus III. in Cap. *Consuluit.* De *Vsuris*. Quod habet locum, etiam quando daretur sub titulo donationis, si donatio non esset ex puro motiuo beneuolentiæ, sed ex motiuo correspondendi animo mutuantis: quia hac intentione mutuatur, vt aliquid extra sortem accipiat, aliàs eidem non mutuaturus, quia tunc donatio est suo modo coacta. Ergo etiam committens alteri Missas, quas ipse celebrandas acceepit, aut cum pacto vt sibi relinquatur pars stipendij, aut cum proposito non commendandi Missas, nisi eandem partem sibi donantibus, aut aliquo alio modo simili, tenebitur ad restitutionem. Consequent. probatur. Ideò mutuans, vt recipiat aliquid vltra sortem, licet absque pacto, tenetur ad restitutionem, quia recipiendo iniustè infert damnum mutuatario cum non habeat titulum recipiendi, quod datur siquidem non datur ex mera beneuolentia, & liberalitate, intuitu mutui sed etiam committens Missas non habet titulum ad partem stipendij, & illa donatio est intuitu recipiendi Missas celebrandas, non verò ex mera beneuolentia & liberalitate. Ergo eodem modo ipsum damnificat, & proindè tenetur ad restitutionem.

7 Confir. 2. Donatio partis stipendij est exigità à commendante Missas celebrandas aut expressè, aut saltem tacitè interuenient ista conuentio. Commendo tibi Missam cum onere donandi mihi partem stipendij, & hoc onus tacitè imponitur, dum aliàs non commendatentur Missæ, nisi commendatarius ipsum subiret. Hoc autem onus iniustè aggrauat suscipientem Missas celebrandas, quia non compensatur, nam totum stipendium, quod illi datur, est pro onere Missæ in sustentationem illi debitam. Nec obstat, quod voluntariè subeat tale onus; nam ideò subit, quia aliàs non obtineret Missas celebrandas, & ideò cogitur ad subeundum iniustum grauamen, sicut subijt mutuatarius soluendo vsuras, quamuis volens consentiat in solutionem: & sicut hic consensus non liberat mutuantem à restitutione, ita nec liberat commendantem Missas sub hoc onere.

Ex dictis desumitur solutio rationis dubitandi; 8 quamuis enim consentiat explicitè, siuè tacitè in pactum donandi partem stipendij, cuius proindè acquisitio videatur fundari in titulo donationis, attamen quia donatio fit ex pacto, quod non habet iustum titulum, imò nullum, sequitur naturam ipsius, cum sit in exequutionem eiusdem pacti, & ab ipso originem trahat, & proindè secundum eius principium iudicandum iuxta *l. Denique §. scio etiam. in fin. ff. de minor. & l. Nam Origo. ff.* quod *vi aut clam.* & notant Specul. *de restit. in integr. part. 2. §. vers. sed cum etiam* Batt *in l. part. ff.* Qui *pot. in pignor.* Alexand. *in dict. l. Denique §. si quis ff. de minor.*

Cum autem pactum non habeat titulum quia 9 Commendatio Missarum non præbet iustum titulum aggrauandi suscipientem onus Missarum ad illum obligandum, vt donet partem stipendij, etiam donatio talis partis facta in exequutionem huius obligationis, erit nulla, quia prouenieẗ ex principio infecto, nempè pacto nullo & extorto, quod non habet vim ad inferendam exequutionem donationis. Vndè nec etiam donatio erit vera donatio, cum non proueniat ex motiuo donationis, quod est benefacere, nec ex principio beneuolentiæ & liberalitatis, sed ex pacto iniusto. Sed erit nuda traditio, quæ proindè non transferret dominum iuxta *l. nunquam ff. de acquir. rer. domin.* neque enim præcedit iustus titulus, ex quo fiat.

QVÆSTIO 1198.

An satisfaciens vnica Missas pluribus stipendijs teneatur ad restitutionem.

SVMMA.

1 *Accipiens pro vnica missa plura stipendia tenetur ad restitutionem.*
2 *Etiam ex natura rei.*
3 *Decretum de celebrat. missar. non ponit, sed declarat obligationem restituendi.*
4 *Accipiens plura stipendia pro eadem Missa, quomodo lædat institiam.*
5 *Debitor quantitatis non potest soluere speciem, Vnum pro alio solui non potest inuito creditore.*

QVi pro vnica Missa accipit plura stipendia, 1 non satisfacere suæ obligationi, quæ requirit, quod tot Missæ celebrentur, quot accipiuntur stipendia, & proindè teneri ad restitutionem Decernunt decreta S. Congreg. *de celebr. miss. §. deindè* vbi his verbis. *Itaut alioquin ij ad quos pertinet suæ obligationi non satisfaciant, quinimo grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.* Restitutio autem est facienda, vel celebrando Missas ad rationem stipendiorum acceptorum, vel restituendo stipendium acceptum.

Difficultas autem est, An hæc restitutio sit facienda ex natura rei, an verò solum ex Decreto S. Cōgr. 2 quia si esset facienda solò ex Decreto S. Congr. vbi teneta ista decreta non essent recepta, non esset facienda restitutio. Dicendum autem est. *Restitutionem esse faciendam ex natura rei seclusò quocunque*

Decreto

Decreto iuris positiui. Hoc sequitur ex commuoissima opinione illorum, qui docent vnicam Missam pro pluribus oblatam, minus prodesse singulis, quàm prodesset vni, si pro ipso taotum offerretur ita D. Thom. *in 4. distinc. 45. part. 1. art. 4. questione prima & secunda.* D. Bonauentur. *articulo secundo, quaestioae tertia.* Maior. *quaestione tertia.* Paludao. *questione secunda, articulo secundo, conclusione quinta.* Durand. *questione secunda ad tertiam.* Richard. *articulo secundo, questione secunda & tertia,* Scot. *quodlib. 20. articulo primo & secundo,* Gabr. *lection. 27. in Can. Miss.* Adrian. *quodlib 8. articul. 3.* Nauar. *cap. 25. manual. num. 111.* Valent. *tom. 4. disputatione sexta, quaestione vndecima, punct. primo, quaestione prima.* Suarez *disputatione septuagesima aona, de sacrament. sectione secunda, dicto secundo.* Lugo Cardinal. *disputatione decima nona, de Euchar. sectione duodecima, numero ducentesimo quadragesimo sexto.* Mercad. *de Sacrament. quaestion. 83. articul. 1. dub. 7.* Auersa *quaestioae vndecima, de Eucharistia, sectione septima,* vers. *Et hac quidem.* Lodouic. à S. Ioan. *parte prima, sum. quaestione decima, de Euchar. in addit. articulo primo, dub. 1.* Garzia *in sum. tract. 3. difficultat. 1. dub. 8. punct. 2. numero vigesimo quarto,* Molses. *part. 1. sum. tract. 3. cap. 55. numero vigesimo quarto,* Putean. *tertia parte, quaest. 83. articul. 1. dub. 7. conclus. 3.* Ixambert. *disputatione septima, art. 10.* vers. *sed longè,* Mirand. *tom. 1. manual. quaest. 41. art. 20.* & alij plures, quos adduxi, cum de hac materia ageretur. Si enim minus prodest quando sacrificium offertor pro pluribus, qoàm quando offertur pro vno, dum accepto stipendio pro pluribus offertur vnicum sacrificium, non satisfit obligationi impositæ ab exibentibus stipendium cum non adimpleatur onos iniunctum secundum intentionem iniungentium, qoia singuli singulas Missas exigunt; Imò hoc ipsum desumitur ex iisdem doctoribus, qui docent idem sacrificium oblatum pro pluribus æquè prodesse, ac si pro vno tantum offerretur, oam vt plurimum addunt, quod adhuc non licet accipere plura stipendia pro eodem sacrificio, quia hæc infinitas est sub opioione. Ex quo fit, quod tanquam iniustè accepta veniant restituenda.

Hoc item desumitur ex decret. S. Congreg. *De*
3 *celebrat. Missar. in d. §. deinde vbi.* Nam ibi decernit, quod tot Missæ celebrentur quot fuerunt accepta stipendia, quantumuis iocongrua & deindè enunciariuè subdit. *Ita vt alioquin ij, ad qaos pertinet sua obligationi non satisfaciant quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.* Quibus verbis non præcipit restitutionem, sed declarat, quod grauiter peccent, non satisfaciãt suæ obligationi, & ad restitutiooem teneantur & proindè suppooit, qood aliundè adsit obligatio restituendi, nempè ex natura rei. Monet enim peccati, quod interuenit, & obligationis ad restituendum.

4 Ratio est. Quia quotiescunque læditor iostitia cum damno alterius, coosurgit obligatio restituendi seu resarciendi damnum. Sed si vnica Missa satisfiat pluribus stipendijs, læditur iustitia com damno alterius nam siuè idem det plura stipendia, siuè plores exigant iuxta siogula stipẽdia singulas Missas, & imponãt hoc onus stipẽdio aonexum, itavt cum hoc onere trãsferant stipendium, & proiodè acceptãs stipendiũ cũ onere annexo acceptat, & ex iostitia tenetur satisfacere quia ex vna parte datur stipẽdium pro substentatione, & ex alia acceptatur stipendium cum suo onere, & suscipitur obligatio satisfaciendi. Si ergo non adimpleat onus celebrando tot Missas, qoot sunt stipendia lædit iustitiam, quia non implet id, ad quod ex iustitia tenetur, & est cum damno alterius, quia non exhibetur danti stipendium quod ipse intendit, & eidem debetur.

Nec dici potest. Quod soluitur, qood debetur, 5
quia ex sacrificio, licet oblato pro pluribus prouenit ipsi tantus fructus, quantus prouenitet si pro ipso taotum offerretur. Nam hoc fundatur in opinione, quæ sicuti oon est certa ita etiam reddit incertam satisfactionem debiti, & proindè cum debeatur aliquid certi soluitur incertum, & deficit æqualitas solutionis ad debitum, & læditur iustitia. Deindè quando obligatio est ad soluendum aliquid certæ speciei non satisfit obligationi, si soluatur æquiualens in alia specie, nisi creditor consentiat. Imò qui teneretur soluere monetas certæ speciei, nõ satisfaceret soluendo valorem, & semper cogi posset ad illas monetas soluendas, quando reperirentur. Sic etiam debitor quantitatis, non potest loco quantitatis soluere speciem quantumuis æquiualentem *l. Cum à quo C. de solut.* & notant Soccin. *cons. 214. numero primo libro secundo* Ruin. *cons. 65. numero 12. libro secundo.* Rota coram. Ludouis. *decis. 252. numero secundo.* Quia generaliter vnum pro alio solui nõ potest inuito Creditore iuxta *l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet.* Cum ergo dantes plura stipendia exigant singuli singulas Missas & tot, quot sunt stipendia, etiamsi vna Missa esset æqualis fructus, non satisficeret debito, quia non solueretur id in specie, quod tamquam sibi debitum exigunt Creditores nec dici potest quod præsumantur contenti, & essent, si scirent adesse æquiualentiam, qoia cum stultum sit, certa pro incertis motare, præsumerentur stulti, si præsumerentur contenti, quod non est dicendum.

QVÆSTIO 1199.

An qui bona fide satisfecit vnica Missa pluribus stipendijs teneatur ad restitutionem deposita bona fide.

SVMMA.

1 *Qui vnica Missa pluribus stipendijs satisfecit, bona fide deposita an teneatur restituere.*
2 *Si lædit iustitiam, tenetur restituere, si non lædit ad nihil tenetur.*
3 *Cessante bona fide consurgit obligatio restituendi alienum.*
4 *Iniusta detentio alieni habet rationem furti.*
5 *Quomodo satisfacere debeat, qui vnica Missa satisfecit pro pluribus.*
6 *Qui plura stipendia accepit pro vna Missa, quatenus teneatur restituere.*
Consumens rem alienam bona fide, tenetur restituere quatenus fractas est ditior.
7 *Quatenus possit fieri ditior qui pro vnica Missa pluraipendia accepit.*
8 *Post Decreta de celebrat. missar. non habet locum bona fides in accipiente plura stipendia pro vna Missa.*
Monente lege non præsumitur ignorantia excusans.
Ignorantia non excusat teneatem scire.
Ignorantia iuris habetur pro lata culpa.
9 *Accipiens plura stipendia pro vnica missa absolutè tenetur restituere.*
10 *Cessante bona incipit culpa in retinente alienum.*

QVia contingere potest, qood quis putet, stan- 1
te iosinitate valoris sacrificij, possit vnica missa pluribus satis fieri, aut quod liceat pro eadem missa plu

sa plura stipendia recipere, si postea contingat, quod deponat bonã fidem, vel qoia cognoscat, non subsistere opinionem de illa infinitate extensiua valoris, aut ex aliquo alio capite, dubitatur, an teneatur ad restitutionem. Quod aotem non teneatur, docet Bordon. *in Consil regul. resolut* 25. *num.* 22. Quia obligatio restituendi oritur tantum ex formali læsione iustitiæ, vt omnes doceot. Hic autem non interuenit hæc læsio. Probat hanc min primò Quia satisfaciens vnica Missa pro pluribus sequitur opinionem probabilem & prudenter agit, & intendit satisfacere obligationi, vndè non peccat. Obligatio autem restitutionis supponit culpam secundum aliquos mortalem, vel saltem venialem. Secuodò. Vbi non adest culpa, nec etiam adest pœna, quæ obliget ad restitutionem. Sequi autem opinionem probabilem excusat à culpa saltem mortali. Tertiò, vt quis teneatur ad restitutionem requiritur formalis violatio iustitiæ, idest vt sciens lædat iustitiam, quod non habet locum in præsenti, cum sequatur opinionem probabilem. Subdit tamen quod ratione charitatis tenetur orare pro ijs, à quibus stipendia accepit.

2 Verum in primis hæc obligatio orandi pro ijs, à quibus stipendia accepit, non videtur subsistere. Nam vel lædit iustitiam vel non lædit. si lædit, consurgit obligatio ex iustitia resarciendi id, in quo læsit, si non lædit. Ergo satisfecit obligationi assumptæ, & debito intuitu stipendij, & non remanet aliquis titulus, vndè consurgat specialis obligatio charitatis orandi pro ijs, à quibus accepit stipendia. Quod si dicas nõ percepisse illum fructum, quem aliàs percepissent, iam tunc fit, quod non fuerit satisfactum debito, cum non fuerit exhibitũ, quod iotendebatur, & cuius intuitu datum est stipendium pro substentatione.

3 Sed neque principalis doctrina subsistere potest absolutè. Vndè Dicendum est. *Qui vnica Missa satisfecit pro pluribus stipendijs, etiam si bona fide id præstiterit, cessante bona fide tenetur restituere absolutè loquendo.* Ita Auersa. *quæst.* 1 *de Eucharist. sect.* 17. vers. *Quod si Sacerdos.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 12. *quæst.* 4. *num.* 41: Dixi *absolutè loquendo*, qoia potest ioteruenire aliqua causa excusans à restitutione. Hoc est secundum communem doctrinam, & regulam in materia restitutionis. Quod scilicet retinens alienum bona fide tenetur statim restituere, ac cognoscit, esse alienum, quam tradunt. Alex. *part.* 4. *quæst.* 24. *mem.* 5. *art.* 3. §. 5. Gabr. *in* 4. *distinc.* 15. *quæst.* 3. *art.* 3. *dub.* 5. *propos.* 2. Maior, *quæst.* 26. *in fin.* Palud. *distinc.* 13 *quæst.* 2. *art.* 5. Caiet. 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 6. *initi.* D. Antonin. *part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 12. §. 16. Sotus *lib.* 4. *de iust. & iure. quæst.* 7. *art.* 2. Sum. Astens. *part.* 1. *libro primo, titulo trigesimo tertio, articulo quinto quæst.* 6. Tabiena *verbo.* Restitutio. *numero vigesimo quinto* Angel. *num.* 4. Syluester. *verbo.* Restitutio 3. *quæst.* 7. vers. *Tertium.* Nauar. *cap.* 17 *Manual. num.* 8. Panormit. *in cap. Grauis De restit. spoliat.* Couaru. *libro primo variar. cap. tertio num.* 6. Hostiens. *in summ. libro.* 4. *tit. de pœnit. & remiss. num.* 61. §. *quibus & qualiter* vers. *Quid de Prædam.* Petrus Nauar. *libro tertio de restit cap.* 4. *numero.* 182. & alij communiter.

4 Ratio est. Quia cessaote bona fide retentio rei alienæ iocipit esse iniusta, & æquiparatur iniustæ ablationi, vndè non solom iniusta ablatio alieni, sed etiam iniusta detentio habeat rationem furti, vt tradunt communiter cum D. Thoma *secunda secundæ quæst. sexagesima sexta, articulo tertio ad secundum* Ergo qui accepit plura stipendia pro pluribus Missis, & vnica tantum satisfecit, putans sic satisfacere, retinet bona fide alienom, cum putauerit, se satisfecisse, & re vera non satisfecerit, nempè debitum quod contraxit, seu stipendium, qood est obnoxium restitutioni dum non impletur onus sub quo datur. Ergo statim ac deponit bonam fidem, tenetur restituere, & satisfacere debito.

Hic autem iosurgit difficultas, quia cum accipiat 5 onus celebrandi, facit suum stipendium, quod accipit, & contrahit obligationem celebrandi. Vndè si bona fide vnam Missam celebrat pro pluribus stipendijs, dum deponit bonam fidem remanet ad summum obligatio adimplendi perfectè onus, quod assumpsit, non autem restituendi stipendium acceptum. Respondetur obligari ad vtrumque sub distinctione. Nam cessante bona fide cognoscit, se non impleuisse onus susceptum: & ideò si est in tempore adimplendi tenetur adimplere & hoc pacto restituere, quod debet. Si verò non est amplius in tempore adimplendi, vt si esset transacta occasio, pro qoa exigebatur celebratio Missarum, quia non satisfacit ooeri suscepto nec potest amplius satisfacere, tenetur ad restituendum stipendium, quia quamuis fecerit suum, fecit tamen suom resolubiliter, itavt resoluatur acquisitio, si non adimpleat onus. Rursus quando non potest satisfacere oneri, quia scilicet non potest celebrare Missas, tenetur adhuc vel restituere stipendium, vel curare vt Missæ per alium celebrentur.

Dicendum 2. *Qui vnica Missa pro pluribus stipendijs bona fide satisfecit, non tenetur restituere stipendia, aut facere per alios celebrare Missas, nisi in quantum factus est ditior si consumpsit stipendia accepta.* 6 Hæc est alia Regula in materia restitutionis, quod qui rem alienam bona fide consumpsit, non tenetor restituere, nisi in quantum factus est ditior, qoam si communiter raduot præsertim Gabr. *in quarta dist. decima quinta, quæstione tertia, articulo tertio, dubio quinto, propos. secunda;* Angel. *verbo.* Restitutio 1. *numero quarto*, Tabiena *numero vigesimo quinto.* Syluester *verbo.* Restitutio 3. *quæstione septima*, vers. *tertium.* Salon. *secunda secundæ quæstion.* 62. *artic.* 6. Sotus *lib.* 4. *de iustit. & iur. quæstione septima, articulo secundo.* Medina *C. de restit. quæstione decimo conclusione secunda.* Ratio autem est. Quia quamdiù est in bona fide, nõ tenetur restituere, quia booa fides eum excusat; quando verò deposuit bonam fidem, non tenetur restituere, nisi qood habet de alieno, quia obligatio restituendi oritur ex iniusta retentione. Ergo non tenetur restituere, nisi aut res aliena existat in specie propria, aut in æquipollenti, quarenos, qui illam consumpsit, habet aliquid amplius in bonis, quàm haberet.

Neque hinc seqoitur, quod nomqnam teneatur 7 restituere, quia nunquam fiat ditior, vt ait Bordon. *numero primo*, citat. Nam facilè contingere potest, quod fiat ditior, vel non expendendo omnia stipendia Missarum, vel non expendendo, quæ aliàs de suo expendisset; si enim vnica Missa pro quinque aut sex, aut etiam decem stipendijs satisfaciat, idemque frequenter, & parcè viuat, itavt pro sui substentatione noo expendat omnia stipendia, & præsertim si habeat proprium patrimonium, manifestum fit, qood fiet ditior, & qood ipsi remanebit io bonis, qoæ aliàs non habuisset.

Est tamen aduertendum. Quod post decreta Sacræ 8 Congregationis *De celebrat. Missar.* non potest amplios locum habere bona fides in hac materia: nam in §. *deinde.* vbi declarat, & monet, quod qui non celebrant tot Missas, quot ad rationem attributæ eleemosinæ præscriptæ fuerint *sua obligationi non satisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem*

teneantur. Vndè cum bona fides possit solum habera locum stante ignotantia, quod non possint accipi plura stipendia pro eadem Missa, & hæc ignorantia non habet locum, quia ios monet de opposito, & ideò non possit præsumi ignorantia, quæ excuset iuxta regulam. Cap. *Ignorantia, de reg. iur. in* 6. Præsertim quia Sacerdos, qui accipit stipendia pro celebrat. Missar. ratione officij tenetur inquirere, quid in hoc ei liceat, vel noo liceat ideò non potest in hoc ex bona fide, & ignorantia excusari iuxta Cap. *Cum in cunctis* & Cap. *Innotuit*, in fin. *de elect.* & Cap. *quamnis De reg. iur.* ignorantia enim iutie habetur pro lata culpa, vt habet Bart. *in Repet l. Quod nerua. num. 7 ff. deposit.* præsertim in eo, qui ratione officij tenetur scire.

9 Ex quibus deducitur. Quod quamuis quis post Decreta Sacræ Congregationis *De celebrat. miss.* putaret, opinionem illam, quod vnica Missa satisfieri possit pro pluribus stipendije, esse probabilem, & ad praxim deduceret, non per hoc tamen excusaretut bona fide, sed adhuc teneretur ad restitntionem iuxta supertus dicta. Nam ius elamat, quod celebrando secundum hanc opinionem non satisfaciat propriæ obligationi, sed grauiter peccet, & ad restitutionem teneatur. Velle autem sequi opinionem, iuxta quam secundum declarationem & admonitionem iuris non satisfit obligationi, sed grauiter peccatur, & remanet obligatio ad restituendum, non est prudenter operari, sed est temetaria & præsumtuosa audacia. Præsertim quia non est opinio quæ pro se habeat firmas aliquas rationes quæ aut solui non possint, aut saltem difficile, sed habet contra seipsum euidentem rationem nimirum quod debitum certum non extinguitur solutione incerta, & quod non satisfit obligationi reddendo vnum pro alio innito debitore.

10 Ex dictis facile soluuntur adducta in contrarium. Nam quamuis satisfaciens vnica Missa plutibus stipendijs, depooit bonam fidem, & incipit cognoscere, se non satisfecisse, incipit vrgere obligatio satisfaciendi, aut restituendi stipendium. Et ideò, si non satisfaciat aut restituat, incipit esse iniustus detentor alieni, atque adeò peccat nec amplius prudenter agit. Accedit etiam, quod modò post Decreta Sacræ Congregat. non potest locum habere bona fides, vti dictum est. Hinc etiam solutum manet secundum quia iam constat de culpa. Et etiam tertium. Nam sciens violat iustitiam, cum retineat alienum.

QVÆSTIO 1200.

Ad quid teneantur Regulares si pro eadem Missa recipiant plura stipendia.

SVMMA.

1 *Regulares vt priuata persona ad quid teneantur, si pro vnica Missa recipiant plura stipendia.*
2 *Restitutio est facienda quatenus possibilis.*
Ad impossibile nemo tenetur.
3 *Priuatus religiosus quando de receptis à Religione teneatur restituere &c.*
4 *Monasterium quando teneatur pro Religiosa, qui pro vnica Missa recepit plura stipendia.*
5 *Si seruus conuertat in vtilitatem Domini rem alienam, tenetur Dominus.*
Actio de in rem versa, quando habeat locum.
6 *Monasterium solum res vtiles tenetur restituere ex alieno per priuatum Religosum comparatas.*
7 *Monasterium tenetur restituere, quando pro vnica Missa accepit plura stipendia.*
8 *Prelatus quando non possit praiudicare Monasterio.*
9 *Qui pra vnica Missa accepit plura stipendia, tenetur monere successores in officio de obligatione restituendi.*
Monasterium an teneatur restituere si superior consumat stipendia & vnica Missa pluribus satisfaciat.

Adest specialis difficultas quoad Regulares, cũ non habeant proprium, & ideò de ipsis specialiter agendum est. Possunt autem considerari Regulares vt personæ priuatæ, qui priuato nomine recipiant plura stipendia pro eadem Missa & considerari possunt, vt personæ publicæ, qui id præstent nomine conuentus. Quod spectat ad Regulares priuatos si expendant in suis priuatis vsibus stipendia Missarum, & sint integra, tenentur tantum supplere Missas applicaudo illas, quarum habent liberam applicationem. Dixi si expendant stipendia, quia si extent, tenentur curare, vt ijsdem stipendijs Missæ præscriptæ celebrentur, aut ea restituere; cum vt dictum est in superioribus resoluatur acquisitio onere non adimpleto. 1

Ratio autem est. Quia iuxta regulas in materia restitutionis in tantum quis tenetur restituere, in quantum potest, nec plus tenetur restituere, quàm possit. Vnde impotentia est causa excusans, quatenus durat, à restitutione, vt tradunt communiter com D. Thoma *secunda secundæ quæst.* 62. *art.* 8. *ad secundum*, Caiet. & alij Expositores *ibidem* Palud. *in* 4. *distinct.* 15. *quæstione secunda, articulo prima, conclusion. prima.* Sotus *lib.* 4. *de iust. & iur. quæst.* 7. *art.* 4. *ad* 2. Nauarr. *in Manual. cap.* 17. *numera* 56. Io: Medina *C. de Restit. quæst.* 3. *init.* Valent. *tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 6. *punc.* 7. Lopez *parte prima. instruct. cap.* 114. Couaru. *in Rege Peccatum parte prima, numero secundo, de reg. iur. in* 6. & alij; subintrat enim alia regula generalis, quod ad impossibile nemo tenetur. *l. si quis in graui. init.* ff. ad Sylan. & *l. Impossibilium.* ff. de *reg. Iur.* & §. *Impossibilis.* Instit. *de hered instit.* & Cap. *Nemo potest* de *reg. iur. in* 6. Religioso autem priuato supposito, quod stipendia accepta pro eadem Missa consumpta sint, non potest alio modo restituere, quàm celebrando illas Missas, quarum habet liberam applicationem, quia non habet in bonie, vndè aliud possit restituere; cum omnia quæ acquirit, Monasterio acquirit. Et cum hæc impossibilitas sit perpetna, excusatio quoque à restituendo erit perpetna. 2

Est tamen aduertendum. Quod si Monasteriom ei concedat abundanter, quæ pro vsibus propriis necessaria sunt, & in hunc effectum tradat certam quantitatem pecuniæ, tenebitur parcè vti & de eo quod superest, restitnere, curando; vt celebrentur Missæ. Nam tunc cum habeat dispositionem pecuniæ in ordine ad consumptionem quoad ea, quæ concernont propriam personam, potest etiam concurrere in ordine ad satisfaciendum propriis obligationibus personalibue. Quod non posset præstare, si ei exhiberentur species rerum necessariarum, quia non haberet facultatem eas consumendi, sed solum vsum. 3

Si tamen expendat stipendia in beneficium Monasterij, aut quocumque alio modo in eiusdem vtilitatem 4

litatem cedant, tenebitur Monasterium, quatenùs factus est ditius, ad restitutionem, vel celebrando Missas, vel restituendo quod habet amplius in bonis de dictis stipendiis. Hoc quoque sequitur ex regulis Generalibus in materia restitutionis, siquidem subintrat regula, quod iniustè retineat, quod est de iure alieno; siquidem cum resoluatur acqoisitio stipendij, quando oneri non satisfit, retinet Monasterium id, in quo est ditius, quod est obnoxium restitutioni.

5 Confirm. Si seruus conuertat pecuniam in vtilitatem Domini, aut quocumque alio modo rem alienam in eiusdem vtilitatem consumpserit, consurgit actio contra Dominum de in rem verso iuxta *l. Quod si seruus*, *§. In rem autem*, & *§. Nec non illud*. & *l. si res Domino*, & *l. fides §. Illud planè*, & *l. Et nihil. ff. de in rem vers.* & passim illo titulo. Vndè potest Dominus cogi ad soluendum id, in quo de re aliena actione serui sui factus est ditior. Cum ergò Religiosus comparetur seruo, & acquirat Monasterio, sicut seruus acquirit Domino, eodem modo competet actio de in rem verso contra Monasterium ei, qui dedit stipendia pro Missis, & poterit cogere Monasterium ad restituendum id, in quo est ditius Vndè Monasterium quoque tenebitur restituere

6 Hoc tamen est limitandum, vt habeat locum si stipendia Missarum à Religioso priuato conuersa sint in res vtiles Monasterio, quas alias fuisset Monasterium comparaturus: secus autem, si in res ad voluptatem, vel purum ornamentum concernentes: nam in hoc non gerit vtiliter negotium Monasterij, & ideò nec Monasterium tenetur, & cessat actio de in rem verso, vt dicitur *in l. Quod si seruus*, *§. Proindè si seruus*, *ff. de in rem verso*. Sed solùm tenebitur restituere res illas, in quas Missarum stipendia sunt conuersa, vt deciditur *in l. cit*, si absque consumptione à Monasterio separari possint.

7 Quod verò spectat ad Religiosos, qui tanquàm personæ publicæ nomine Monasterij recipiunt stipendia Missarum vt sunt Superiores, Sacristæ, &c. Si pro vnica Missa accipiantur plura stipendia, tunc obligatio restituendi remanet penes Monasterium, quia sicuti nomine Monasterij accipiuntur stipendia, ita etiam obligatio adimplendi onus impositum assumitur nomine Monasterij. Vndè si non adimpleatur, remanet onus restituendi apud idem Monasterium. Vnde si bona fide pro eadem Missa accepta fuerint plura stipendia, ea cessante, tenebitur tantùm Monasterium iuxta dicta superius ad id, in quo ditius factum est. Semper tamen recolendom est, quod post Decreta Sacr. Congregationis, *de celebrat. Missar.* non potest habere locum bona fides.

8 Nec obstat. Quod Prælatus non possit præiudicare Ecclesiæ, & consequenter nec cæteræ personæ publicæ, iuxtà Cap. 2. *de testib. in 6.* & Glos. *ibidem* verbo *Conuentum*, & iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in cap. fin. numero quadragesimo quarto*, vers. *& non credo.* De *Praescript.* Beroius *consil.* 116. *numero* 11. *libro primo.* Fedetic. de Senis, *consil.* 143 *numero secundo*, Angel. *consil.* 245. *numero octauo*, Seraphio. *decision.* 1417. *numero tertio.* Rota *in Theatina iurisdiction.* 5. *lo.* 10. *Maij* 1621. coram Coccino, *& in Veronensi iurisdict.* 18. *Martij* 1596. coram Pamphilio, *Tom. II.* *& in Hispalen. decimarum* 17. *Iunij* 1644. *§. secundo quia*, coram Eminentissimo Contado. Nam id verùm est, quando non agit nomine conuentus; nam si agat nomine Conuentus potest ipsi præiudicare secundum ipsius capacitatem, quandò autem Superior, aut cæteri Officiales suscipiunt onera Missarum, nomine conuentus suscipiunt, & ideò ipsum remanet obligatum. Imò non præiudicatur, conuentus, si remaneat obligatus ad restitutionem ex tali facto officialium, quia obligatio satisfaciendi oneribus Missarum nomine Conuentus susceptis est penes ipsum conuentum. Vndè si sacrista, aut alius vnica tantum Missa satisfaciat pluribus stipendijs non adimplet obligationem monasterij & ideò remanet obligatum, & facto officialis nullum ei infertur præiudicium, sed relinquitur cum obligatione, quam aliàs habebat, quia per vnicam Missam satisfit vnico tantum stipendio.

Ex quibus colligitur. Quod si officialis, aut superior satisfaciat vnica Missa pro pluribus stipendijs, & contingat relinquere officium tenetur successores admonere de obligatione restituendi, etiamsi id bona fide egerit, & eam deposuerit. Quia cum deliquerit in præiudicium commendantium Missas, & teneatur resarcire damnum & ipse amplius non possit, sed ad eum spectet, qui succedit in officio, vtpote quia succedit etiam in obligationibus connexis annexis officio, debet admonere, vt muneri suo possit satisfacere, sine proportionabiliter locum habent, quæ dicta sunt in superioribus vt si prædecessor bona fide processerit, & consumpta sint stipendia, non teneatur monasterium, nisi quatenus factus est ditius quia præsumitur bona fides in monasterio ratione officialis. 9

Secundò colligitur. Quod si superior aut officialis consumat stipendia Missarum, quando vnica Missa pluribus satisfecit, & non in vtilitatem monasterij, adhuc tenebitur monasterium ad restitutionem, vt si v. g. Conuerteret tantum in vtilitatem monasterij tot stipendia quot celebrantur Missæ, & cetera iuxta propriam satisfactionem consumat. Nam quando consumit huiusmodi stipendia, quamuis peccet, consumit tamen id, quod est in bonis monasterij, licet resolubiliter; & proindè non infert damnum dantibus stipendia sed monasterio: Et ideò non contrahit aliquam obligationem, quoad eos, qui dederunt stipendia, cui, si fit impotens satisfacere, excusetur. Rursus cum recipiat stipendia Missarum nomine monasterij remanet semper obligatum monasterium quousque adimpleantur onera & ideò cum non fiat adimpleta per officialem seu superiorem, quatenus pro vnica Missa plura stipendia accepta sunt remanet obligatum monasterium ad supplendas Missas, itavt in numero respondeant numero stipendiorum. 10

* *

QVÆSTIO 1201.

Ad quid tenetur monasterium, seu priuatus Sacerdos, si non possit supplere Missas, ad quas tenetur.

SVMMA.

1 *Qui ratione stipendij Missarum tenetur restituere debet resarcire meliori modo quo potest.*
3 *Non excusat impotentia quoad possibile.*
4 *In quo genere debitum compensandum in restitutione ex causa Missarum.*
In alternatiuis electio est debitoris.
Si tamen alterum non sit in obligatione.
5 *Duplex genus bonorum spiritualium.*
6 *Restitutio ob causam Missarum non est compensanda bonis sub conditione tantum applicabilibus.*
7 *Modus compensandi restitutionem ex causa Missarum*
8 *Preces extra sacrificium non compensant fructum illius.*
9 *Religiosus obligatus ad restituendum, an ex causa Missarum teneatur ad specialia opera.*
Obligatus restituere tenetur ad lucrosa exercitia vt possit &c.
10 *Qui potest acquirere non excusatur à restitutione.*
Qui potest tollere impedimentum & non tollit est in culpa.
11 *Difficultas habetur pro impossibilitate.*
Pro impossibili habetur quod indiget remedio extraordinario.
Qui non potest satisfacere pro Missis pro defunctis, tenetur restituere indulgentias &c.

1 Facilè contingere potest, quod conuentus non possit celebrare Missas, ad quas tenetur ob causam de qua in superioribus, quia cogatur ob paupertatem acipere noua stipendia: & multò facilius id contingere potest in Religiosis priuatis, qui tenentur celebrare iuxta mentem in superiorum, vel in Sacerdotibus priuatis, qui comparant sibi victum eleemosinis Missarum, & proinde ob impotentiam excusentur ad restituendum celebrando Missas, ad quas tenentur, aut restituendo stipendium acceptum. Vndè oritur difficultas an teneantur ad aliquid aliud pro compensatione Damni illati non celebrando præfixum numerum Missarum.

2 Dicendum est. *Qui impotens est ad celebrandas Missas, quas titulo restitutionis aliàs teneretur celebrare, tenetur resarcire damnum eo meliori modo, quo potest.* Ita sequitur ex regulis in materia restitutionis, nam qui non potest speciem restituere tenetur restituere valorem, qui non potest totum, tenetur restituere partem, quam potest, & ita tradunt Doctores: præsertim D. Anton. *parte secunda titulo primo, cap. 12. §. 17.* Syluester *verbo.* Restitutio 7. *quæstione quinta*, Nauarr. *cap. 17. manual. numero secundo*, Petrus Nauar. *libro quarto, de restit. cap. 1. dub. 3. numero quarto*, Sayr. *libro decimo, Clauf. Reg. tractat. 3. cap. 1. dub. 1. vers. secundò omnes res.* Et desumitur ex Aurbent. *Hoc nisi de solut.*

3 Ratio est quia iustitia obligat ad dandum vnicuique, quod suum est, & proindè ad restituendum, & in tantum quis excusatur ratione impotantiæ, in quantum præcepta iustitiæ non obligant ad impossibile. Ergo excusatio est secundum mensuram impotentiæ, nec plus quis excusatur, quàm sit impotens. Ergò in eo, in quo non est impotens, non excusatur, & ideò si posset resarcire damnum in æquiualenti, aut ex parte tenetur hoc modo resarcire, quoad reliquum non resarciturus, si contingat fieri potentem.

Quia verò est debitor sacrificiorum offerendorum, atque adeò in genere spirituali, aut restitutionis stipendiorum, quorum acquisitio resoluitur non adimpleto onere, vt toties dictum est, atque in genere bonorum temporalium ideò oritur dubium, in quo genere compensare debeat, seu resarcire damnum, quod potest compensare. Videtur enim esse in electione ipsius eligere compensationem, in quo genere libuerit, quia in alternatiuis obligationibus electio est debitoris. *l. 10. §. si res in dotem, ff. de iur. dot.* & Cap. in alternatiuis *de reg. iur. in 6.* & de Anton. latè *merat. praescript. cap. 62.* Verum tenendum est, quod compensare debeat damnum, quantum potest in genere spirituali, reddendo quod potest loco sacrificiorum. Nam in his alternatiuis celebratio Missarum est in obligatione, siquidem assumpsit onus eius celebrandi, & restitutio stipendiorum, est in solutione, quatenùs ex resolutione acquisitionis ob onus non adimpletum debet restitui. In hoc autem casu non valet regula quod in alternatiuis electio sit debitoris, vt notat Euerar. *in Topica iur. loco à natura Alternatiuorum, numero septimo.* Neque enim hæ alternatiua æquali modo cadunt sub obligatione, nam celebratio Missarum est per se primò debita; restitutio verò stipendij non est solùm debita in subsidium, nempè ex suppositione, quod Missæ celebrari non possint. 4

5 Hinc autem insurgit aliud dubium. Cum enim Sacerdos in genere spirituali habeat bona duplicis generis, quibus compensare potest nempè quædam, quæ sunt certè applicabilia & absolutè, vt sunt omnia opera pietatis, preces &c. Alia verò solum sub conditione quod locum habeat applicatio, vt est fructus proprius respondens Sacerdoti in sacrificio ex opere operato, applicatio secundaria Missæ, supposito quod prima non sortiatur effectum, & huiusmodi, difficultas est an teneatur omnibus his bonis compensare Missas, quas non potest celebrare.

6 Quod autem non teneatur compensare illis bonis, quæ solum sub conditione exhibere potest ex eo concluditur, quod non potest debitum certum solutione incerta extingui; dum autem non potest extingui, nec etiam debitor tenetur compensare, quia non tenetur exhibere pro compensatione id, quod non compensat. Exhibere autem illa bona quæ solum sub conditione exhiberi possunt est solutio incerta, quia incertum est, an conditio habeat locum, atque adeò an exhibeantur cum effectu huiusmodi bona. Rursus facta quacumque exhibitione horum bonorum, quæ sub conditione tantùm applicantur, nunquam sciri potest, an sortiatur effectum, cum ignotum nobis sit, an conditio habeat locum. Ergò semper remanet debitum inextinctum, quia sola solutio extinguitur, de qua non constat, an habeat locum. Ergò non tenetur quisquam tali pacto compensare, quia in tantùm tenetur, in quantùm extinguit debitum, non autem tenatur dare, quod scit, non extinguere debitum. Fateor tamen quod laudabile

laudabile erit hoc pacto compensare non computando tamen, quod exhibetur in compensationem, quia saltem fieri poterit, quod sortiatur effectum aliquem, & reuera aliqua pars debiti extinguatur coram Deo, quamuis nos nesciamus extingui.

7 Optimum autem erit pro compensatione facere specialem commemorationem in Missis, & recitare speciales Collectas pro ijs pro quibus esset celebrandum, nam hoc pacto nomine Ecclesiæ pro ijs offeruntur preces, Deo, quas proindè certum est, esse gratas Deo, sicut est grata ipsa Ecclesia, atque adeò sortiri suum effectum. Rursus specialis commemoratio facit quod is, pro quo fit, abundantiori modo participet de fructu vniuersalissimo sacrificij iuxta ea, quæ dicta sunt suo loco. Et hæc est melior compensatio, quæ in hoc casu fieri possit. Vnde qui tale debitum contraxit poterit curare, quod alij quoque Sacerdotes sibi auxilientur in hoc modo compensationis exigendo vt secundum propriam intentionem recitent Collectas, & faciant specialem commemorationem.

Et hoc remedium est vtilius pro compensatione, nam preces extrà sacrificium Missæ cæteráque opera non possunt compensare fructum sacrificij quoad omnes effectus, nam cum sint tantum satisfactoria, & interpretatoria non possunt compensare fructum propitiationis, qui est proprius sacrificij. Vndè poterit solum compensari; quatenus trahi potest ad participandum abundantiori modo de fructu generalissimo sacrificij mediantibus, & precibus Ecclesiæ nomine recitatis, & speciali commemoratione illius.

8 Denique dubitari potest. An obligatus ad hanc restitutionem teneatur ad specialia opera Pietatis exercenda quibus compensat debitum, dum non potest celebrare Missas; ad quas alias teneretur Resp. autem In hoc procedendum esse secundum Regulas quas tradunt in materia restitutionis. Vndè sicuti, qui tenetur restituere bona temporalia, & non habet, vndè restituat, tenetur se reddere potentem, quantum potest assumendo lucrosa exercitia, quæ non dedeceant statum suum iuxta ea quæ docent Molina *C. de restitution. quæstione tertia, conf.* 8. Nauar. *Comment. c. de Regul. numero octauo.* Angles. *in florib. parte prima; quæstion. Quis à restit. sit, libro, articulo secundo, difficultate duodecima.* Maior *in quartam distinct. trigesima octaua, quæstione decima septima;* præsertim, *conclusione quarta.* Bonacina *disputatione prima; de restitutione, quæstione vltima, puncto secundo. proposit. a. num. 7.*

9 Ratio est. Quia In tantum impotentia excusat à restitutione in quantum nemo obligatur ad impossibile: Ergo qui est impotens ad restituendum non excusatur, si possit tollere impotentiam; quia cum possit se reddere potentem, impotentia est ipsi voluntatia; & ideò non est impedimentum excusans; sed potius constituens in culpa iuxta *l. Quibus diebus init. ff. de conditione & demonstratione*, & Cap. *fin. de electionib.* & tradunt Doctores ad *l. Qui potest.* ff. de *regul.* Decian. *consilio sexcentesimo septuagesimo septimo*, Natta *consilio sexagesimo, numero tertio, libro primo.* Crot. *consilio octuagesimo septimo; numero quinto.* Oldrad. *consilio ducentesimo quadragesimo septimo, circa med.* Bald. *in cap. Romana de appell.* & in *l. sed etsi §. 1. vers. sed nec ad nos. ff. Ex quibus causis.* Abb. *in capit. fin.* de *election.* Ioseph. Ludouis. *decisione trigesima sexta, numero primo, in fin.* Qui autem potest acquirere, aut facere quæ compensatiua sunt debita, non excusatur, si non compenset eo meliori modo, quo potest.

Tom. II.

Est tamen aduertendum quod tenetur tantum ad ea opera pietatis præstanda quæ sine graui difficultate præstari potest, quia cum grauis difficultas habeatur pro impossibilitate iuxta *l. 2. §. Ex quo, & l. continuus §. Cum quis* ff. de *verb. obligation.* opera illa pietatis; quæ non nisi cum graui difficultate præstari possunt, habentur pro impossibilibus. Accedit etiam quod satisfactio, seu compensatio per huiusmodi opera esset remedium compensatiuum extraordinarium, quæ autem obtineri possunt per remedium extraordinarium, habentur pro impossibilibus, vt notant Tiraquel. *de retractat. lignag. §. trigesimo secundo, Gloss. vica, numero quinquagesimo sexto;* Mandos. *ad regulam trigesimam secundam, Cancellar. quæstione trigesima prima. numero duodecimo.* Et ideò compensatio per talia opera haberetur pro impossibili. 10

Ex dictis colligitur. Eum, qui tenetur restituere, quia non celebrauit Missas pro Defunctis; ad quas tenebatur, & impotens est ad supplendum celebratione Missarum teneri compensare acquirendo indulgentias concessas pro defunctis, & eas applicare ijs, pro quibus obligatur celebrare, hoc enim est medium facile, & maximè aptum ad compensandum, quia importat totum illum fructum, nempè satisfactionis, quem possunt defuncti percipere ex oblatione sacrificij: Quia tamen, qui præscribunt Missas celebrandas pro Defunctis, intendunt etiam alios fructus, ideò hi quoque quantùm fieri potest erunt compensandi, & solum sufficient Indulgentiæ, quandò constabit, quod à commendante Missas intenditur tantum suffragari Defunctis. 11

QVÆSTIO. 1202.

An obligatus celebrare in certo loco, aut Altari teneatur restituere, si non celebret, & indè detrahatur aliquod spirituale Commodum.

SVMMA.

1 *Qui non celebrat in loco destinato an teneatur resarcire damnum spirituale &c.*

2 *Quid si ij, pro quibus est celebrandum patiantur, aliquod damnum spirituale.*

3 *Restitutio quid sit.*

4 *Qui non est certus de damno illato, non tenetur restituere.*

5 *Restitutio non habet locum nisi vbi habet iustitia commutatiua.*

6 *Indulgentia Altaris priuilegiati nulli sit debita.*

Damnum ex eo, quod non celebretur in altari priuilegiato semper est dubium.

8 *Stante consueto stipendio ex non celebratione in altari priuilegiato, aut alio loco præscripto non censur.*

consurgit obligatio restituendi.
Quid si stipendium sit maius consueto.

1 AN teneatur restituere, quia non satisfaciat oneri proprio, dictum est in superioribus, vbi de obligatione celebrandi in certo loco nunc autem videndum est. An teneatur restituere, quia ex hoc capite decrescat aliquod spirituale emolumentum ijs, pro quibus celebratur. Quod autem teneatur restituere, si celebrando in loco, aut altari designato conuenissent aliqui, qui sacro interessent, & orassent pro ijs, pro quibus offertur sacrificium, tradit Diana *parte secunda, tractatu decimo quarto, resolutione vigesima nona, in fin.* & volt restitutionem esse faciendi compensando alijs precibus. Sequitur Franciscus Lugo, *de sacrament. libro quinto, capite vndesimo quæstione quinta, numero* 57.

2 Rursus Bonac. *disputatione quarta, de sacrament. quæstione vltima, puncto septimo, §. numero quinto,* Lugo *libro quinto, de Sacrament. capite vndecimo, quæstione quinta, numero quinquagesimo septimo.* Volunt celebrantem in alio loco teneri ad restitutionem, quatenus ij pro quibus celebratur, patiuntur aliquod damnum spirituale, vt si esset celebrandum in Altari Priuilegiato, & celebretur in non Priuilegiato, quia tunc violatur fides cum detrimento spirituali. Vtrumque tamen modum dicendi reiicit Tamburin. *opuscul. de sacrific. Miss. libro tertio, capite secundo, numero octauo & decimo*, & rectè, quia neuter potest subsistere.

3 Et quod spectat ad primum. Attensis regulis restitutionis non potest locum habere obligatio restituendi. Restitutio namque est actus commutatiuæ iustitiæ, per quem redditur alteri res propria, seu quod ipsi ex iustitia debetur, vt docent communiter cum Diuo Thoma, *secunda secundæ, quæstione sexagesima secunda, articulo primo, in Corpore.* Et proindè vbi non est debitum, ex iustitia, non potest häbere locum restitutionis obligatio. Quod autem aliqui essent oraturi pro iis, pro quibus offertur sacrificium, si Sacerdos celebraret in loco, in quo tenetur, non est aliquid debitum ex iustitia, sed quid merè gratuitum. Et ideò ex eo, quod non celebrët non consequentur aliquid gratuitum. Imò neque est causa, sed merè occasio negatiua, hoc est non præbet occasionem consequendi.

4 Confirmatur. Qui non est cettiua, quod damnum intulerit, & læserit iustitiam non tenetur aliquid restituere, vt docent Gloss. *in cap. final.* verbo. *Nulla temporis de præscription.* Abb. *ibidem numero trigesimo nono.* Alexand. *in l.* 3. §. *Genera, ff. de acquir. possess.* Ias. *ibidem.* Medin, *Cod. de restitut. quæstione decima septima,* Sotus *in quartam distinctionem vigesima septima, quæstione prima, articulo tertio, circa fin.* vers. *Ad huiusmodi.* Tabiena *verbo.* Præscriptio, *numero decimo*, Syluester *quæstione tertia,* vers. *Tertium.* Salon. *secunda secundæ, quæstione quinta, de Domin. articulo septimo, quæstione tertia.* Couarru. *in Regul. possess. parte secunda, paragrapho septimo, numero tertio*, alios citans. Valent. *tomo tertio, disputatione quinta, quæstione sexta, punct.* 5. & alij qui autem celebrat in alio loco à præscripto, non est certus, quod adstantes Missæ oraturi fuissent pro eo, pro quo offertur sacrificium. Vndè licèt illud spirituale emolumentum esset debitum, adhoc tamen non obligaret ad restitutionem, tamquã dubium, an obuenisset ei, pro quo erat celebrandum. Accedit etiam, quod non potest determinari quibus præcibus priuentur, & consequenter nec quid restaret restituendum: vndè ex hoc quoque capite remanet incerta restitutio.

Sed neque secundus modus Bonac. subsistere 5
potest. Nam restitutio non habet locum, nisi, quoad ea, super quibus cadit iusticia commutatiua, cum sit actus iustitiæ commutatiuæ vt dictum est *numero tertio*, Indulgentia autem annexa celebrationi, per quam anima, pro qua celebratur, liberetur à Purgatorio, non est subiecta iustititiæ commutatiuæ neque ex eo, qood Sacerdos se obligat ad celebrandum in altari priuilegiato, obligat ex iustitia commutatiua illam indulgentiam pro stipendio accepto alioquin committeret Simoniam; sed solum ex eo, quod sibi datur stipendium pro sustentatione obligat suum seruitium ad celebrandum in tali altari & ideò eum non omittat reddere aliquid quod sit debitum ex iustitia commutatiua, neque etiam contrahit obligationem restituendi, quatenus Missa non habeat annexam illam indulgentiam.

Confir. Indolgentia annexa celebrationi in altari priuilegiato nunquam fit debita alicui, sed solum acquiritur ex libera dispensatione summi Pontificis posito opere iniuncto celebrandi in tali altari. Nam non fit debita animæ purgandi, pro qua celebratur, quia nullum habet ius ad ipsam: non illi, qui Missam commendat, quia non pertinet ad ipsum, neque pro ipso est concessa. Ergo ad summum fit debitum opus iniunctum, pro quo datur eleemosina. Ergo non consurgit obligatio restituendi ex eo, quod anima, pro quo celebratur, non acquirat indulgentiam. Imò neque opus iniunctum fit debitum ex iustitia, quia non venit in contractum. Sed tantum Sacerdos obligat munus suum Sacerdotale & non satisfaciendo non satisfacit proprio muneri. 6

Confir. 2. Vt consurgat obligatio restituendi ratione damni illati debet constare, quod sit illatum. Ergo vt consurgat obligatio restituendi quia non fit celebrat cum in altari priuelegiato, debet constare, quod sit illatum damnum animæ, pro qua oblatum fuit sacrificium. De hoc autem nullo modo constare potest. Tum quia fieri potest, qood illa anima sit inter electas, & proinde non indigeat aliquo suffragio. Tum qoia fieri potest, quod non sit capax suffragij, quia sit damnata. Tum quia fieri potest, quod sola Missa sine indulgentia annexa sufficiat ad eam liberandam. Tum quia fieri potest, quod Deus non acceptasset pro tali anima illam indolgentiam, si Missa celebrata fuisset in altari priuilegiato. Vndè cum ex tot cap tibus damnum sit incertum, non potest consurgere obligatio restituendi. 7

Vndè videtur concludendum, quod Sacerdos 8
non celebrans in altari priuilegiato; aut in alio altari, aut loco non teneatur ad aliquam restitutionem; si tamen accepit solum consuetum st pendium. Nam dum accipit solum consuetum stipendium, quamuis se obliget celebrandum in tali altari, aut non censetur se obligare sub onere restitotionis, quia cum stipendium sit tantum consuetom, censetur trahere secum sub onere restituendi solum seruitium consuetum celebrandi, non autem aliquod onus maius, & ideò cum satisfaciat oneri, quod trahitur à stipendio, non remanet obligatus ad restitunendam aliquã partem

partem stipendij, & proindè nec etiam ad aliquam aliam restitutionem; quia si remaneret obligatus ad aliquod restituendum, remaneret etiam obligatus sub disiunctione, aut ad hanc restitutionem, aut ad restituendam aliquam partem stipendij. Si verò accepisset maius stipendium, teneretur restituere illum excessum, quod esset supra consuetum, quia resolueretur acquisitio cum non satisfaceret oneri assumpto, & non impleuerit modum sub quo accepit. Et hoc posterius notat etiam Dicastil. *de sacram. tract. 5. disput. 4. dub. 21. num. 392.*

QVÆSTIO 1203.

An differens celebrationem vltra tempus debitum teneatur restituere.

SVMMA.

1 *Quando Capellanus non celebrans designatis diebus teneatur restituere.*
2 *Dilata celebratione, si transeat occasio, pro qua erat celebrandum, consurgit obligatio restituendi.*
3 *Quomodo tunc restituendum.*
4 *Quid si obligatio sit tantum quoad vnam, vel alteram Missam.*
5 *Obligatus tali loco, & die celebrare tenetur restituere, licet omittat ex iusto impedimento.*
6 *Præsertim si accepit maius stipendium.*
7 *Qui tenetur certo loco celebrare in die festo, aut ob concursum populi, non satisfacit celebrando alio die.*

1 Difficultas non procedit in Capellaniis, nam certum est, quod Capellanus siue Capellania sit collatiua, siue non collatiua, tenetur tempore celebrare Missas præscriptas: & si ipse non potest, tenetur per alium supplere, quia eius obligatio non est ita affixa tempori, vt extinguatur simul cum tempore, quia principaliter intenditur à fundatoribus oblatio sacrificij; & ideò ex eo, quod non offeratur diebus præfixis, non extinguitur obligatio. Si tamen contingat, quod obligatio celebrandi sit affixa diei, vt si Capellanus teneretur celebrare certis diebus ob commoditatem populi absque obligatione applicandi sacrificium, si Capellania esset collatiua, ad nullam teneretur restitutionem iuxta ea, quæ dicta sunt in superioribus de obligatione restituendi Capellani titularis, quia scilicet non facit fructus suos titulo celebrationis, sed titulo beneficij. Si verò non sit collatiua tenetur restituere stipendium correspondens diebus, quibus omittit celebrare: nec potest supplere celebrando Missas omissas, quia hæc celebratio non satisfacit obligationi, cum sit iam extincta simul cum die, in quo erat celebrandum. Tum quia illa noua celebratio, non est de intentione illius, qui assignauit stipendium, nec inseruit pro fine ab ipso intento. Et proindè eo ipso, quod non celebrauit diebus præscriptis, resoluitur acquisitio fructuum Capellaniæ pro rata, & veniunt restituendi. Quod notat etiam Dicastil. *tract. 5. de sacram. disp. 4. dub. 21. num. 394*

2 Quod autem spectat ad Missas manuales, quando non celebrantur in debito tempore, itavt transeat occasio, pro qua erat celebrandum, vt si esset celebrandum pro infirmo, & differretur celebratio, ita vt infirmus moreretur, aut conualesceret, aut pro aliquo negotio, quod expediretur, antequam ce ebraretur stante dilatione, tunc dicendum est, adesse obligationem restituendi. Ita Petrus Nauar. *libro secundo de restitut. cap. 2. numero 366.* Rodriquez *parte prima sum cap. 257. num. 7.* Bonacin. *disputatione quarta, de sacrament. quæstion. vltim. punct. 7. §. 5. numero quarto.* Fraxinel. *de obligatione Sacerdot. sectione quarta, conclusione quarta, §. 4.* in fine. Franciscus Lugo, *libro quinto de sacram. cap. 12. quæst. 8. num. 79.* Alphons. de Leone *de Iubil. part. 9. numero 34. vers. Addo,* & *de offic. Capel. quæst. 8. sect. 19. num. 195.* Ratio clara est; quia non satisfacit oneri suscepto, & proindè resoluitur acquisitio stipendij.

3 Quomodo autem restituere debeat, resoluendum videtur, quod non possit restituere celebrando missas quas distulit celebrare, sed quod debeat restituere acceptum stipendium, vt notant citati Doctores. Nam dilatio adimplendi onus susceptum est radix obligationis restituendi, quia facit, quod Missæ celebrandæ non inseruiant fini intento à commendante. Ex eo autem, quod celebrentur sequuta huiusmodi dilatione non satisfit intentioni commendantis; atque adeò non reducitur ad æqualitatem inæqualitas, quæ inducta fuit ex dilatione, nam adhuc remanet, quod non fit satisfactum intentio i cōmendantis Missas in imponendo onere. Restituitur autem æqualitas, si restituatur stipendium, nam hoc pacto res reducuntur ad suum statum, in quo erant antequam commendarentur Missæ.

4 Est autem aduertendum, quod si pro aliqua occasione commendaretur vna, aut altera Missa, & differretur celebratio vltra tempus debitum, non videtur sub mortali ob igandus Sacerdos ad restituendum stipendium, sed posse satisfacere pro necessitatibus generaliter illius celebrando, qui eleemosinam dedit. Ratio est. Quia quamuis non satisfecerit obligationi nec possit amplius celebrare iuxta mentem illius, qui eleemosinam dedit, adhuc tamen celebrando pro illius necessitatibus compensat alio modo, quod debet, & cum agatur de paruitate materiæ, non præsumitur rationabiliter inuitus, qui dedit eleemosinam, nam, cum percipiat fructum sacrificij in ordine ad alias necessitates.

5 Ex dictis infertur. Quod si quis accipiat stipendium, vt celebret in tali loco, & tali die, si non celebret, quamuis omittat ex iusto impedimento, tenetur restituere stipendium, vt notant etiam Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 21. num 386.* Nec satisfacit si celebret alio loco, aut alio die, si à dante stipendium intendatur principaliter celebratio in tali loco, & tali die, & præsertim si relinquat celebranti liberam applicationem sacrificij. Nam cum stipendium detur ex titulo celebrandi in tali loco, & tali die, dum non celebratur, cessat titulus & ideò non potest retinere stipendium.

6 Si tamen Sacerdos acciperet maius stipendium, & consequenter, qui exhiberet, ne dum intenderet principaliter sacrificium, sed etiam in tali die, & tali loco, si non celebraret loco, & die designato, quamuis alibi celebraret, non satisfaceret, & teneretur ad restitutionem excessus stipendij supra consuetum, vt notat etiam Dicastil. *De sacramen. tract. 4. disp. 4. dub. 21. num. 391.* Excessus enim stipendij datur ex titulo celebrandi tali loco, & tali die, quod si non adimpleatur, cessat titulus iustè retinendi illum excessum. Quia tamen huiusmodi excessus solet esse parua materia, quia non pertingit ad integrum, ideò

ideò non consurget obligatio restituendi sub mortali, nisi hæc materia pertingat ad illam quantitatem, quæ in materia furti sufficiat ad peccatum mortale. Cum enim in hac tantum aggrauetur, qui dedit stipendium, iuxta illius quantitatem diiudicandum est de grauitate, vel leuitate peccati. Sicuti enim restituto hoc excessu inducitur æqualitas; ita etiam inæqualitas iuxta illius quantitatem iudicanda est, grauis, aut leuis.

7 Secundò infertur. Quod si Capellanus, aut quiuis alius Sacerdos celebrare teneatur in certo loco, vel quia sit dies festus, vel quia confluat populus ad audiendam Missam, non satisfaciet obligationi celebrando in eodem loco alio die, vt aduertit etiam Dicastil. *de sacram tract. 5. disp. 4. dub. 21. n. 395.*

Qvæstio 1204.

Quomodo facienda sit restitutio, quando omittitur celebratio instituta tantum pro cultu Ecclesiæ.

SVMMA.

1 *Si celebratio sit instituta pro solo cultu an sufficiat pro restitutione conuertere emolumentum in ornatum Ecclesiæ.*

2 *Quando intenditur solus cultus habens Capellaniam collatiuam, non tenetur restituere si omittat celebrare.*
Beneficium quid dicat.
Beneficium datur propter officium.

3 *Fructus beneficij acquiruntur ex præcisa ratione tituli.*

4 *Quid faciendum si Capellanus negligat notabiliter celebrare.*

5 *Capellanus non collatiuus omittens celebrare tenetur restituere, & quomodo.*

6 *Quomodo restituere teneatur qui non celebrauit Missas manuales commendatas ob solum cultum.*

7 *Conuersio illius, quod est restituendum ex causa celebrationis in vtilitatem Ecclesiæ, an requirat auctoritatem Episcopi.*

8 *Quid si agatur de fructibus, quibus priuatur titularis.*

9 *Si Capellania non sit collatiua, non est necessaria auctoritas Episcopi.*

1 PRæposita difficultas supponit, quod Capellania sit instituta tantum pro cultu Ecclesiæ, & commoditate populi, aut quod Missæ manuales in eundem tantum finem commendatæ sint & tunc si omittuntur, quomodo facienda sit restitutio. Quod autem tunc stipendia accepta, aut fructus Capellaniæ pro rata conuerti possint in ornamenta, aut reparationem Ecclesiæ, Capellæ, seu altaris, tradunt Fraxinel. *de obligatione sacerdotis, sectione quarta, conclusion. quinta, §. quinto.* Alphons. de Leone *de offic. Capel. quæst. 8. sect. 19. num. 194.*

2 Verum hæc responsio non potest absolutè probari & imprimis, si Capellania sit collatiua, non obligari ad restitutionem fructuum pro rata Missarum omissarum, dictum est in superioribus suo loco, vbi de obligatione Capellani. Quia cessat ratio; ob quam accipientes stipendia manualia tenentur ad restitutionem, quia si non celebrent Missas sibi commissas, cessat titulus, ob quem iustè retinere possunt stipendium, cum detur sub onere celebrandi, quod si non adimpleatur, euanescit titulus. At habens Capellaniam collatiuam, non percipit fructus ex titulo celebrationis, sed ex titulo beneficij, quod importat ius ad percipiendos fructus certi fundi Ecclesiastici iuxta ea, quæ tradunt Garzia. *de benefic. parte prima, capite secundo, numero secundo.* Corras. *de benefic. capite secundo, numero primo, & nono,* Lotter. *eodem. tractatu, libro primo, capite tertio, numero primo, & sequenti* Quamuis enim beneficium detur propter officium iuxta cap. *Cum secundum.* De præbend. & Cap. *fin. de rescription. in 6.* Attamen fructus non percipiuntur, ex titulo executionis officij, sed independenter ab ipso ex titulo prævio beneficij. Et proindè ex eo, quod non adimpleatur officium, seu satisfiat oneri Missarum non resoluitur titulus acquisitionis fructuum, vt resti- restitui debeant.

Nec obstat, Quod fructus Capellaniæ collatiuæ, habeant rationem salarij: & proindè videatur esse diuersa ratio de Capellania collatiua, ac de beneficio. Nam licet aliquo modo imitentur salarium revera tamen sunt fructus beneficij propriè dicti, & consequenter participant naturam fructuum beneficij in genere. Fructus autem beneficij in genere acquiruntur ex præcisa ratione tituli, cum beneficium sit ius spirituale ad administrandum certum fundum Ecclesiasticum, & percipiendos fructus ex ipso: & proindè acquiruntur independenter à celebratione missarum. Et quamuis beneficiarius omittens recitationem horarum canonicarum; non faciat fructus suos, hoc tamen prouenit ex speciali dispositione Pij V. quæ non disponit de celebratione Missarum, & ideò in ipsa locum non habet, nec tanquam pænalis est extendenda vltra disposita. 3

Si tamen habens Capellaniam collatiuam negligeret notabiliter satisfacere numero proprio celebrandi iuxta fundationem pro cultu Ecclesiæ, posset ab Ordinario puniri, & condemnari ad amissionem fructuum pro rata: aut etiam pro maiori portione iuxta qualitatem culpæ. Hæc enim priuatio est conformis Constitutioni Pij V. super amissione fructuum beneficiorum quoad eos, qui non satisfaciant oneri Horarum Canonicarum, & dispositioni Concilij Tridentin. *sectione vigesima quarta, capit. 12. de reformatione,* vbi iubet Cononicos. Dignitates, Præbendarios, & portionarios priuari etiam fructibus Præbendarum, si negligant præstare debitum seruitium Ecclesiæ. 4

Si autem Capellania non sit collatiua, tunc quia Capellanus non facit fructus suos ratione tituli, sed solum ratione seruitij, ideò si non præstat seruitium debitum, non facit fructus suos pro rata seruitij neglecti: & proindè caret titulo, quo iustè possit illos fructus retinere. Et in hoc casu videntur conuertendi in beneficium Capellæ, cui ex dispositione fundatoris addicta est Capellania, aut Ecclesiæ, si non sit addicta certæ Capellæ, Nam per omissionem celebrationis Capella, seu Ecclesia patitur detrimentum in cultu, & proindè videtur ipsi resarciendum hoc detrimentum conuertendo in eius beneficium fructus restituendi. 5

Quod

6 Quod verò spectat ad Missas manuales, quæ commendantur ob solum cultum Ecclesiæ, si non celebretur, aut non celebrentur diebus præscriptis, non potest stipendium conuerti in beneficium Ecclesiæ, sed debet iis restitui, à quibus acceptum est. Nam cum sit acceptum sub onere celebrandi in tali Ecclesia ob eius cultum, aut etiam tali die, dum nō adimpletur onus, resoluitur titulus, cuius virtute retineri potest. Dissoluto autem titulo, fit de iure illius, cuius erat prius; & ideò est ipsi restituendum. Præsertim quia obligatio non est contracta cum Ecclesia, sed cum eo, à quo acceptum est stipendium, & ideò, si non impletur, fit contra ius ab ipso acquisitum, & consequenter est ipsi restitutio facienda.

7 An autem Quando fructus restituendi sunt, & conuerti possunt in beneficium Ecclesiæ, aut Capellæ requiratur auctoritas Episcopi, affirmat Alphonf. de Leone. *De officio Capellani quæst. 8. sect. 19. num. 198.* Quia est quædam interpretatio voluntatis testatoris per Epicheiam quo casu quando res est dubia recurrendum est ad superiorem. Tum quia Episcopus in visitatione reperiens non fuisse celebratas Missas, posset cogere Capellanum, nec admittere excusationem, quod restituisset Ecclesiæ ad restitoendum; verùm huic periculo obuiari posset, si ostenderet, se satisfecisse obligationi restituendi.

8 Si agamus autem de fructibus, quibus priuaretur titularis Capellanus, certum est, non posse conuerti in beneficium Ecclesiæ nisi interueniat auctoritas Episcopi. Nam cum non possint priuari titulares, nisi constet in actis de negligentia, & per sententiam, pertinet ad Ordinarium disponere de fructibus, quibus priuantur, tanquam de mulcta: & proindè necessaria est eorundem applicatio, vt conuerti possint in beneficium Ecclesiæ, seù Capellæ; præsertim quia, si applicantur per modum restitutionis, cum hi titulares non sint obnoxij restitutioni.

9 Verum si Capellania non sit collatiua, non videtur necessaria auctoritas Ordinarij, vt fructus restituendi conuertantur in beneficium Capellæ, seù Ecclesiæ. Nam ex natura sua damnum est resarciendum illi, cui est illatum. Dum autem Capellanus omisit celebrare, sola Ecclesia, seù Capella damnum passa est in cultu, quem aliàs habuisset, si adimplesset munus proprium: vndè illi resarciendum est damnum. Nec est necessaria aliqua interpretatio voluntatis testatoris, quia constat, quod testator intenderit cultum Ecclesiæ; vndè stante eius dispositione, si subtrahitur cultus, resarciendus est eidem Ecclesiæ.

QVÆSTIO 1205.

An Capellanus teneatur supplere Missas omissas pendente lite super Capellania.

SVMMA.

1 *Capellanus an teneatur supplere Missas omissas lite pendente.*

2 *Tenetur supplere, si ad ipsum perueniant fructus decursi tempore litis.*

3 *Quid si Capellania sit instituta ob solum cultum Ecclesiæ.*

4 *Capellanus tenetur supplere per alium Missas non celebratas tempora litis, si ipse non possit supplere.*

5 *Cessante bona fide supplenda sunt Missæ, quæ aliàs fuissent celebrandæ.*

1 SVpponit quæstio, quod non sint celebratæ Missæ tempore litis pendentis super Capellania vndè dubitatur, An Capellanus teneatur eas supplere, postquam obtinuit pacificam possessionem. Quod autem teneatur supplere sentiunt Barbosa *de potest. Epis. allegat. 24. num. 31.* Alphonf. de Leone *de offic. Capell. quæst. 8. sect. 19. num. 197.* & testatur Barbosa ita Rotam iudicasse.

2 Videtur tamen in hac difficultate distinguendum. *Nam si ad Capellanum adepta pacifica possessione perueniunt fructus decursi tempore litis pendentis, tenebitur supplere si verò non perueniunt non tenebitur supplere.* Ratio est. Quia obligatio personalis inseruiendi in Capellania non incipit in Capellano, nisi à die pacificæ possessionis: nam durante lite Capellania non spectat ad ipsum, & proindè nec etiam onus annexum celebrandi. Et proindè non potest alio modo ad ipsum pertinere obligatio, nisi quateous ad ipsum perueniant fructus collecti tempore litis pendentis, quibus adhæret talis obligatio: vndè si non perueniant nec etiam tenebitur.

3 Est autem aduertendum. Quod si Capellania sit instituta ob solum cultum Ecclesiæ absque obligatione applicandi sacrificium; non erunt supplendæ Missæ prætermissæ tempore litis pendentis; quia cultus Ecclesiæ, intentus à fundatore hoc non exigit, cum non possit resarciri cultus prætermissus. Et proindè fructus illi erunt conuertendi in beneficium Capellæ, aut Ecclesiæ; & hoc pacto resarciendum damnum, quod in cultu passa est, iuxta ea, quæ dicta sunt de restitutione, quando Capellanus omittit celebrare huiusmodi Missas.

4 Ex his autem infertur. Quod si Capellania habeat annexum onus quotidianum celebrandi; quia tunc Capellanus non poterit per seipsum supplere Missas prætermissas tempore litis pendentis, tenebitur supplere per alium, si modò ad ipsum perueniant fructus. Quia iam obligatio adhæret fructibus tanquam destinatis pro celebratione. Non tenebitur tamen omnes fructus in hoc impendere, sed sufficiet, quod tribuat celebranti consuetum stipendium, quia quando celebrandum est ratione beneficij, non tenetur titularis dare stipendium correspondens fructibus beneficij, sed sufficit, si tribuat consuetum, vt declarauit S. Congregat. *in resp. ad 8. dub. ex proposit. super Decreto de celebrat. Missar.* quod valet etiamsi Capellania non sit collatiua iuxta eà, quæ dicta sunt suo loco in superioribus.

5 Secundò infertur, quod si prætermittatur celebratio aliquarum Missarum ex Iniunctis etiamsi bona fides excuset, adhuc tamen erunt supplendæ quando cessat bona fides, vt notat etiam Alphonf. de Leone *de offic. Capel. quæst. 8. sect. 19 num. 196.* asserens, ita Bononiæ iudicatum fuisse tàm in prima, quàm in secunda instantia. Neque in hoc potest esse difficultas quia adest obligatio restituendi, quod alteri debetur, cessante bona fide, & proindè statim ac cognoscitur alteri debere. Est tamen aduertendum, quod si missæ inseruiant, tantum pro cultu Ecclesiæ non erunt supplendæ iuxta superius dicta; sed fructus conuertendi in beneficium Ecclesiæ, seù Capellæ.

QVÆSTIO 1206.

Quomodo mortaliter peccetur in omissione celebrationis.

SVMMA.

1 *Omissio celebrationis vnius Missæ an sit mortale peccatum & num. seq.*

2 *Damnum non iudicatur ex collatione spiritualis cum temporali.*

3 *Damnum ex omissione celebrationis non est mensurandum ex amissione lucri spiritualis.*

4 *Fructus sacrificij non cadit sub iustitia commutatiua.*

5 *Obligatio circa celebrationem vndè mensuranda.*

6 *Quantitas stipendij inducit grauem, vel leuem obligationem.*

7 *Legislator cur in materia graui debeat grauiter obligare & in leui leuiter.*

8 *Considerandа causa originalis obligationis celebrandi.*

Origo in vnaquaque re semper attenditur.

Res qualibet ex origine sua mensuranda.

9 *Extra stipendium attendendum motiuum susceptionis obligationis in ea indicanda.*

10 *Promitens celebrare Missam, quando accepta est eleemosina eodem pacto obligatur, ac si ipse accepisset.*

1 VT sciatur, quãdo sub mortali adest obligatio restituendi, videndum est quando peccetur mortaliter in omissione celebrationis, quia sequuto peccato mortali consurgit sub mortali obligatio restituendi; prima opinio tenet, quod omissio, celebrationis vnius missæ sit peccatum mortale. Ita Petrus Nauar. *lib. 2. de restitut. cap. 2. dub. 7. resol. 3. n. 329.* Suarez *disp. 86. de Eucharist. ante 1. sect.* Rodriquez *par. 1. sum. cap. 249. conclus. 5.* Fundamentum est. Quia detrimentum spirituale ex omissa Missa est magnum, & grauius quocunque temporali. Secundò promittens Deo vnam Missam, & non implens mortaliter peccat.

2 Secunda sententia negat, esse peccatum mortale omittere vnam Missam. Ita Sanchez *lib. 1. de matr. disp. 5. num. 25.* Qui vocat nimis rigidam oppositam opinionem. Dicastil. *de sacram. tract. 3. disp. 4. dub. 42. num. 420.* Quia ad iudicandam grauitatem damni non est conferendum temporale cum spirituali sed temporale cum temporali, & spirituale cum spirituali. In genere autem damnorum spiritualium non est tanti momenti omissio vnius Missæ, vt censenda sit mortalis.

3 In hac difficultate existimo, damnum, quod infertur nullo pacto mensurari posse ex amissione lucri spiritualis, quod ex oblatione sacrificij perciperetur, si celebraretur, Primò. Quia si iste fructus ordinetur ad beneficium defunctorum, remanet valdè incertum, an inferatur ipsis damnum ea omissione celebrationis cum fieri possit ex diuersis capitibus, quod si celebretur, non percipiant fructum vel quia non indigeant, vel quia non sint capaces &c. Si verò ordinetur in beneficium viuentium, seclusa impetratione adhuc remanet incertum, an essent percepturi aliud beneficium, & proindè an inferatur damnum vltra omissionem impetrationis.

4 Deindè fructus sacrificij, quamuis consequatur ex applicatione eiusdem, non cadit sub obligatione fundata in commutatiua iustitia ex cuius cessione consurgit obligatio restituendi; quia stipendium non datur pro ipso, alioquin committeretur simonia. Imò nec ea iustitia commutatiua debetur applicatio sacrificio, aut exhibitio ministerij in offerendo sacrificio: nam hæc sunt functiones merè spirituales, quæ obligare, non possunt ratione stipendij. Sed solum Sacerdos supposito stipendio pro sua substentatione consentit petitioni illius, qui petit pro se offerri sacrificium: & ea consensu in huiusmodi petitionem remanet obligatus; quod contingit, etiam quando non accipitur stipendium liberaliter consentit petenti offerri pro se sacrificium. Vndè, vt videamus, quando peccetur, vel non peccetur mortaliter, in omissione celebrationis, videndum est, quando iste consensus inducat, vel non inducat obligationem grauem; nam quando obligatio hæc est grauis, non satisfacere erit graue peccatum: quando verò est leuis, erit tantum leue peccatum.

5 Hæc autem obligatio videtur iudicari posse ex quantitate stipendij, quod accipitur. Quamuis enim stipendium detur pro substentatione & non factione aliqua spirituali, nec pro obligatione, quæ suscipitur, attamen quia obligatio suscipitur intuitu stipendij, videtur tanta iudicanda, quantum meretur proportione seruata stipendium acceptum: Neque enim est verisimile, quod quis velit suscipere grauem obligationem ex causa, & motiuo leui, cum hoc sit contra regulas prudentiæ. Et ideò attendenda est quantitas stipendij, itavt quando est tanta, quæ sufficiat pro peccato mortali in materia iustitiæ censeatur suscipi grauis obligatio, quia sacerdos retrahendo stipendium, & non adimplendo obligationem, grauiter damnificaret. Quando verò non sufficit pro peccato mortali, nec etiam consentiens in obligationem, seù petitionem Missæ censeatur grauiter se obligare.

6 Ea quo fit, quod si susciperet in obligationem vnius tantum Missæ, sed cum stipendio notabili, quod sufficeret in materia facti pro peccato mortali, si non celebraret illam Missam, peccaret mortaliter, quia censetur se grauiter obligare ad illam celebrandam. Econtra verò, si accepto vnius tantum iulij stipendio se obligaret ad plures Missas, eas omittendo non peccaret mortaliter, nec teneretur sub mortali ad restitutionem, quia censetur, se tantum leuiter obligasse, quia causa ea qua ortum duxit obligatio, non exigebat maiorem obligationem. Quod ea eo declarari potest, nam quoties leui materia potest tolli inæqualitas, & resarciri læsio, seu damnum, non est grauiter violata iustitia, nec cum peccato mortali. Si autem stipendium non sufficit pro materia peccati mortalis, leui materia potest tolli inæqualitas, & resarciri damnum, nempè restituendo stipendium.

Dices. Obligationem, quoad grauitatem, vel leuitatem non esse mensurandam ex voluntate se obligantis, sed ea grauitate, vel leuitate materiæ, secundum se consideratæ independenter à quocumque extrinseco. In præsenti autem materia vnius Missæ secundum se est materia grauis. Vndè sicut non potest legislator in materia graui leuiter obligare, ita nec suscipiens obligationem in materia graui potest se leuiter obligare Resp. Legislatorem quoque secundum plures posse in materia graui leuiter tantum obligare. Est tamen de ipso diuersa ratio, quia debet imponere leges secundum exigentiam publicæ vtilitatis, quæ exigit, quod quando materia est grauis, obligatio quoque sit grauis; nam non seruando legem publica vtilitas grauiter læditur, quotiescunque materia est grauis. Est qui suscipit voluntariè obligationem aliquam, suscipit secundum mensuram causæ, ex qua mouetur ad suscipiendum, & ideò secundum illius exigentiam grauiter vel leuiter se obligat.

7 Ex quo fit, quod in huiusmodi obligationibus non sit consideranda materia, supra quam cadit obligatio: quia cum de se non inducat obligationem, nec etiam inducet grauem, vel leuem. Rursus cum non exigat aliquem respectu sui obligari, nec etiam exigit grauiter vel leuiter obligari. Sed est consideranda causa originalis talis obligationis, quæ in vnaquaque re semper attenditur *l. Tutor datus ff.* de *fideius.* & *l. qui id quod ff.* de *donat.* & *l. quæsitum init. ff.* de *rebus auct. iud. possid.* & l. *si filius familias.* C. Ad. *senatusconsultum.*

senatuscon. Maced. Et secundum talem causam mensuranda est obligatio secundum grauitatem, velleuitatem: res enim qualibet ex origine sua mensuranda est. *l. qui id quod* ff. de *donat.* & *l. vn. C. de imponen. lucrat. descript.* Neque enim quis censendus est ex causa leui velle, se grauiter obligare. Vnde cum causa, ex qua originem trahit obligatio celebrandi sit stipendium, iuxta ipsum, est mensuranda obligatio.

9 Et hoc locum habet, etiam quando quis ex alio capite, quàm ex stipendio se obligat ad celebrandum, attendenda est enim causa motiua suscipiendi obligationem, quæ si fuerit grauis, obligatio quoque grauis censenda est, & si leuis, leuis quoque erit obligatio. Vndè si quis amico petenti promittat celebrare Missam quia desideret fructum sacrificij, quia non concurrit grauis causa, non consurget ex promissione obligatio grauis. Si verò petat Missam, quia sit in graui aliqua tribulatione constitutus, si promittat, consurget grauis obligatio, quia causa est grauis, ex qua mouetur ad promittendum, nempè grauis indigentia. Et eodem modo discurrendum est, quando ex aliis causis suscipitur obligatio celebrandi.

10 Est tamen aduertendum. Quod quando quis promittit celebrare Missas, pro quibus promissarius accepit eleemosinam, promittentem eodem modo obligari, ac si ipse accepisset stipendium, nam suscipit in se obligationem, quam habet, qui stipendium accepit; & ideò eodem modo tenetur, ac si ipse accepisset stipendium: & consequenter eodem modo peccat grauiter, vel leuiter. Ex quod fit, quod petens Missas ab amico, vt applicet secundum vnam intentionem, debet ei notificare, quod pro ipsis accepit stipendium, vt sciat, quam obligationem suscipiat qui acceptat celebrandas.

QVÆSTIO 1207.

An qui non celebrat, vbi tenetur, restituat sufficienter, si celebret alias Missas vltra debitas.

SVMMA.

1 *Non potest solui aliud pro alio inuito creditore.*

2 *Qui non celebrat vbi tenetur, compensat celebrando alias Missas.*

3 *Huic compensationi assistit voluntas interpretatiua fundatoris.*

Quilibet præsumitur velle, quod sibi vtilius est.

1 IN superioribus dictum est. Quod obligatus celebrare in certa Ecclesia ratione Capellaniæ non collatiuæ, si non celebret in illa, sed tamen celebret in alia, adhuc tenetur restituere, si habeat stipendium supra id, quod correspondet celebrationi simplici absque alio onere determinatæ Ecclesiæ; nunc autem dubitatur, an possit satisfacere obligationi restituendi celebrando alias Missas vltra sibi iniunctas, quæ correspondeant portioni, quam tenetur restituere. Ratio dubitandi ex eo oritur, quod non potest solui aliud pro alio inuito creditore. *l. 2. §. Mutui datio ff. si cert. pet.* vbi Glos. & *l. Item liberatur §. qui paratus ff.* quibus *mod. pign. vel. hypoth.* & *l. Eum à quo C. de solut.* & tradunt communiter Doctores Socin. *reg.* 28. Cotta *in Memorabil. verbo solui* Cambun. *clauf.* 376. *num.* 1. Surd. *decis.* 224. *num.* 16. Monach. *decis. Bononiens.* 35. *num.* 5. Rota coram Durano *decis.* 2. *num.* 1. vndè cum teneatur aut supplere cultum Ecclesiæ, in qua tenebatur celebrare, aut restituere stipendium, non poterit aliis Missis supplere.

Tenendum tamen est. *Quod possit supplere celebrando alias Missas supra debitas.* Ratio est. Quia quando non contradicit creditor, quod soluendum est, commutari potest in aliud; vndè votum propria auctoritate commutari potest in melius, vt cum communi sententia docet Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 49. *num.* 4. 2
Celebratio autem Missarum est quid melius, quàm quod debetur. Confirm. Dans aliquid melius liberatur ob obligatione illius, quod debet; vndè si quis emisit plura vota, liberatur ab omnibus, si profiteatur in aliqua religione, vt desumitur ex Cap *scripturæ de voto.* Dum autem pro restitutione exhibentur Missæ, exhibetur aliquid melius.

Neque dici potest, quod tacitè contradicat creditor, seu fundator. Quia è contra præsumitur eius interpretatiua voluntas, pro tali restitutione. Præsumitur enim quisque velle, & facere, quod sibi vtilius est. *l.* 1. & 2. *ff.* de *solut.* & notat Bart. *in l. Gerit. num.* 21. ver. *in contrarium ff.* de *acquir. hered.* Craoetta *consil.* 196. *num.* 9 Rota coram Ludouisio *decis.* 307. *num.* 11. Vndè ex eius præsumpta voluntate fit ei restitutio eo modo, qui ipsi vtilior est. Vndè cessat ratio dubitandi, quia nedum præsumitur inuitus, sed etiam contentus. 3

DE PRIVILEGIIS EPISCOPORVM IN ORDINE ad celebrationem Missæ.

Episcopi tam ratione dignitatis, quam ratione Priuilegij habent aliqua specialia circa Missarum celebrationem, & proindè tanquam ad præsentem materiam concernentia explicanda sunt; De obligatione autem celebrandi nihil conuenit dicendum cum huiusmodi obligatio alibi explicetur.

QVÆSTIO 1208.

An Episcopi possint delegare suas vices quoad celebrationem Missæ solemnem.

SVMMA.

1 *Episcopus non tenetur in solemnitatibus solemniter celebrare.*

2 *Episcopus non potest delegare solemnem celebrationem, sed succedit prima dignitas, &c.*

3 *Celebrare solemniter non conuenit Episcopo ex iure proprio.*

5 *Episcopus non potest alteri Episcopo cedere solemnem celebrationem.*

QVAMVIS Episcopus possit in solemnitatibus pontificaliter, & solemniter celebrare, ad hoc tamen non tenetur saltem sub mortali, vt aduertit Thomas *Hurtad. p.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 6. *resol.* 21. *n.* 231. Nam nullus extat Canon aut Decretum eum ad id obligans; neque ad id tenetur ratione muneris Episcopalis, quod coarctat ad pascendas Oues proprias, & curam de ipsis habendam, non autem obligatur ad celebrationem Diuinorum Officiorum in Cathedrali. Accedit etiam, quod non participat in Emolumentis, quæ percipiunt destinati 1

seruitio Ecclesiæ, & ideò nec etiam tenetur communicare in oneribus. Difficultas tamen est. An si noli celebrare possit alteri suas vices delegare.

2 Dicendum est, *Si nolit solemniter celebrare, quandiu ita esset celebrandum, non posse alium delegare qui suppleat suas vices, sed celebrationem deuolui ad primam dignitatem, & hac deficiente ad 2. & successiuè ad alios de Capitulo.* Ita Barbosa *de iur. Eccl. lib. 1. cap. 24. n. 46.* Thomas Hurtad. *p. 2. resol. moral. tract. 2. cap. 6. resol. 21. num. 231.* Et ita declarauit S. Rituum Congregatio in vna Algebaran. *Die 20. Februarij* 1602. & in Melitensi *die 4. Aprilis* 1615. & in Adrian. 22. *Ianuarij* 1518.

3 Ratio autem est, Quia potest tantum delegare ea, quæ sibi conueniunt ex iure proprio, nam delegatio fundatur in Iuridica facultate exercendi per seipsum. Celebrare autem Pontificaliter, & solemniter non sibi competit ex Iure proprio, cum non sit addictus Choro, nec sit membrum illius Corporis, cui incumbit inseruire Ecclesiæ Cathedrali in celebratione Diuinorum Officiorum, sed hoc ei tantum conceditur in fauorem Ecclesiæ Cathedralis, vt ex eius solemni, & Pontificali celebratione acquirant splendorem. Et ideò si ipse nolit celebrare, sub intrat faculeas primæ dignitatis, & deinceps aliorum Ordine Seruato, ad quos de iure spectat celebratio.

4 Sed quid si vellet excedera solemnem celebrationem Episcopo Aduenæ, vt eum hnnoraret, Resp. Neque tunc posse, quia talis cessio detraheret alieno Iuri: siquidem statim, ac Episcopus declarat nolle celebrare subintrat Ius primæ Dignitatis ad celebrandum, quæ nequit ipsam priuare. Vnde Ius, quod habet ad celebrandum est personale ita vt non possit egredi personam ipsius, & proindè non sit alteri communicabile.

QVÆSTIO 1209.

An Canonici teneantur assistere, & inseruire Episcopo solemniter celebranti.

SVMMA.

1 *Canonici tenentur assistere Episcopo solemniter celebranti.*

2 *In quò fundatur hec obligatio.*

3 *Quid si non celebret in Cathedrali.*

4 *Canonici non tenentur assistere Episcopo, quando priuatim celebrat.*

Dictio, Alia, est repetitiua similium qualitatum.

5 *Seruanda consuetudo quòd Canonici assistant Episcopo priuatim celebranti, & vbi adest.*

6 *Canonici debent assistere suffraganeo exercenti pontificalia munera.*

7 *Canonici tenentur assistere delegato in actibus pontificalibus.*

8 *Quot Canonici teneantur assistere suffraganeo, & delegato.*

Consuetudo, si sit rationabilis, plurimum valet in materia praeminentiarum.

1 DIcendum est. *Canonicos teneri assistere Episcopo Pontificaliter celebranti* Ita Sancitum est in Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform.* ibi *Omnes verò Diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti aut alia pontificalia exercenti assistere, & inseruire.* Ex quo patet, quòd nedum teneantur assisteræ, sed etiam inseruire, nempè quoad ea munera, quæ exhibenda sunt in solemni celebratione. Et ita obseruãt cõmuniter Doctores Halet. *in Margarita* verbo. *Canonicus* Rub. *in Aphorism. Episcop.* verbo *Assistentia* Barbos. *de Canon. & dignit. cap 33. num. 8.* & *de potest. Episc. p. 3. alleg. 53. numero* 139. Vgolin, *de offic. Episc. cap. 19. §. 3. num. 1. p. 1.* Mandos. *in signat. grat.* tit. *dispen. de non resid.* ver. *Concil Trid.* Vener. *lib. 4. Exam. Episc. cap. 40.* Alcedo *in prax. Episc. cap. 13. num. 34.*

2 Hæc autem Obligatio fundatur tum in dignitate Episcopi, tum etiam in Officio Canonicorum. In dignitate Episcopi, quia cum sit Dignitatum culmen Cap. *Nisi cum pridem.* de renun. & Cap. *venerabilis* de *preben.* & notant communiter cum Glos. *in Cap. licet. de preben. in 6.* Exigit etiam in celebriori actione suæ Dignitatis, qualis est Pontificalis celebratio, seruitium sibi præstari à dignioribus inter Clericos, quales sunt Canonici. In Officio verò Canonicorum. Quia tenentur inseruire Ecclesiæ simul cum cæteris, & cum sint nobiliores inseruientium, debent in nobilioribus actionibus inseruire, vt est ministratio in Missa Pontificali.

3 Quod autem dictum est, habet locum, nedum quando celebrat in Cathedrali, sed etiam, quando celebrat in alia Ecclesia intra Ciuitatem, non autem in Diœcesi. Ita declarauit sacra Rituum Congregatio *Die 2. August.* 1631. & tradunt Halet. *in Margar.* verbo *Canonicus* circa fin. Rubeus *in Aphorism. Episc.* verbo *Assistentia n. 2.* Barbosa *de Canon. & dignit. cap. 33. n. 9.* Esset enim nimis onerosum, si Canonici tenerentur egredi è Ciuitate ad inseruiendum, & assistendum Episcopo, quando celebrat extra Ciuitatem.

4 Dicendum 2. *Quando Episcopus priuatim celebrat non tenentur Canonici inseruire, & assistere* Ita Vener. *lib. 4. Examin. Episc. cap* 40. Vgolinus *de Offic. Episc. cap. 19. §. 3. num. 1. p. 1.* Rubeus *in Aphorism. Episc. verbo* Assistentia *n. 4.* asserens ita fuisse decisum. Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. c. 12. n. 117. de reformat. sess.* 24. Alzedo *de precod. Episc. dignit. par. 1. cap. 13. num. 34.* Ratio est, quia licet Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de Reformat.* absolutè dicat, quod teneantur assistere Episcopo celebranti, attamen quia statim subdit *Aut alia Pontificalia exercenti,* quæ verba declarant, quod intelligat de celebratione Pontificali, quia Dictio *Alia pontificalia* supponit aliquid Pontificale, & proindè, quod celebratio sit Pontificalis, nam Dictio *Alia* cum de sui natura sit repetitiua similium qualitatum *l. 3. C. de seru. fugit.* vbi Gloss. & *in l. Barbarius verbo* Alio Iure *ff. de offic. Præsid.* & Cap. *sedes* de *rescript.* vbi etiam Gloss. *verbo alio quocumque Iure,* & *in Cap. Cum non ab homine* de *Iudic.* verbo *Alio crimine,* & in presenti habeat expressam qualitatem Pontificalium, nacessariò eandem qualitatem supponit in celebratione. Imò si Canonici assisterent priuatè celebranti, amitterent distributiones, vt declaranit S. Concil. Congregat. *sub die 17. Martij* 1619.

5 Est tamen aduertendum, vt notat etiam Barbosa *de Canon. & dignit. cap. 33. n. 15.* Quod si in aliqua Ecclesia adsit consuetudo, quod Canonici assistant Episcopo etiam priuatè celebranti, est obseruanda, vt declarauit S. Rituum Congreg. *in vna Lamatensi 28. Aprilis* 1608. Et tunc Canonici assistentes non amitterent distributiones, vt in eadem Declarat. Est enim huiusmodi Assistentia quædam seruitus, quæ proindè prescribi potest, & ideò si sit consuetudine prescripta, est manutenenda.

6 Dicendum 3. *Canonicos debere assistere, & inseruire Episcope suffraganeo, quando nomine proprij Episcopi exercet functiones Pontificales.* Ita Barbosa *de Canon. & Dignit. cap. 33. nu.* 18. asserens ita declarasse S. Rituum Congreg. in *vna Bracharen.* 20. *febr.* 1604. Quæ declaratio in eo fundatur, quod suffraganeus est

est subrogatus in locum Episcopi in Ordine ad functiones Episcopales, & proindè est eiusdem Iuris, & conditionis cum Episcopo, quoad has functiones vt obseruant Bal. *in l. Parabolam. C. de Episc. & Cler. Cephal. consil.* 20. *n. 11. lib. 1.* & ideò debetur ipsi à Canonicis idem honor, & idem seruitium.

7 Ex dictis colligitur quod quando Episcopus potest alicui suas functiones Episcopales delegare vt si alteri Episcopo delegaret Ordinationes tenentur Canonici delegato assistere; & inseruire, vt obseruat Barbosa eodem *cap. 33. de Canon. & Dignit. nu. 18.* asserens, ita declarasse Sacr. Rituum Congreg. *in eadem Bracharen.* de qua *numero præcedenti* Cùm enim delegatus repræsentet personam delegantis, & ius ipsius substituat in illa functione, & aliàs sit æqualis Dignitatis, debentur etiam eadem obsequia, vndè si Canonici admitterent ad solemniter celebrandum externum Episcopū delegatū à proprio, quando spectaret celebratio ad primam dignitatem, aut subsequentes tenerentur ipsi assistere, & inseruire, quia tunc accedente consensu eorum, quorum interest, vices gereret Episcopi & ipsum repræsentaret, & ideò esset eiusdem Iuris, & Conditionis in illa functione.

8 Circa hanc tamen assistentiam quoad Delegatum aduertit Barbosa *eodem cap. 3. num. 18. de Canon. & Dignit.* Quod vltra assistentiam duorum Canonicorum qui exerceant munus Diaconi, & Sobdiaconi, non debet habere assistentiam aliorum duorum Canonicorum, asserens ita fuisse declaratum in *Bracharensi 1. Octobris 1607.* Quia tamen eadem S. Congregatio sub *Die 7. Iulij 1612.* declarauit in vna *Tarraconen.* quod præter duos Canonicos, qui exerceant munus Diaconi & Subdiaconi, debent duo alij Canonici licet non Dignitates assistere suffraganeo Pontificaliter celebranti respondet, hanc posteriorem declarationem procedere, quia in illa Ecclesia aderat huiusmodi consuetudo. Ex quibus colligitur, quod in hoc seruanda est consuetudo vniuscuiusque Ecclesiæ, quæ plurimum valet in materia præeminentiarum, dummodo si[illegible]tionabilis, vt obseruant Glos. *in Cap. 2.* verbo *occultetur de offic. Archid.* Dec. *in l. Cum quid. num. 358. ff. si cert. pet.* Cagnol. *n. 54.* Corn. *consil. 193. num. 4. l. 2.* Natta *consil. 62. in fine* Menoch. *consil. 51 n. 59.* Rota *decis. 4. in fine de elect. in nouis.* Seraph. *decis. 964.* Ludouis. *decis. 124. nu. 2.* Rursus Rota *decis. 596. p. 4. recent.* & in *Pompilon. Præeminentiarum 17. 1592. coram Pamphilio.*

Qvæstio 1210.

An quando Episcopus solemniter celebrat in aliena Ecclesia, vbi sunt sufficientes Presbiteri pro assistentia, spectet adhuc ad Canonicos assistere.

SVMMA.

1 *Canonici tenentur inseruire Episcopo celebranti in aliena Ecclesia & si adessent, qui inseruirent.*
2 *Canonici vt membra faciunt vnum corpus cum Episcopo.*
Episcopus solemniter celebrans debet recipere seruitium à suis membris.
3 *Canonici inseruire debent Episcopo interuenienti in alienis Ecclesiis, Missis, Vesperis, &c.*
4 *Episcopus in vesperis solemnibus non debet admittere assistentes Clericos solis minoribus initiatos.*

1 Dicendum *Canonicos debere assistere, & inseruire Episcopo celebranti pontificaliter in alia Ecclesia à Cathedrali, etiamsi adsint in illa ministri, qui possint assistere, & inseruire* Ita Barbosa *de Canon. & dignit. c. 33. n. 9. & sequen.* Galet. *in Margar. cas. Consc. verbo* Canonicus *pen.* Rubeus *in Aphor. Episc. verbo* Assistentia *n. 2.* Gratian. *discept. foren. cap. 467. n. 55. 20. 4.* & ita declarauit S. Rituum Congregatio in *Calagritana 1. Iulij 1601.* & *in Bonon. 20. Aprilis 1602.* & *in Brundusina 15. Iulij 1617.* apud Barbos. *citat. capite num. 11.*

2 Et huiusmodi declarationes fundantur in ratione, quia scilicet Canonici sunt membra quæ simul cum Episcopo tanquam Capite faciunt vnum Corpus Cap. *nouit.* de *his, quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capit.* Sicut autem membra recipiunt influxum à Capite, ita ipsi inseruiunt in eius functionibus, & ideò etiam Canonici tanquam membra debent in propriis functionibus inseruire Episcopo, nec debet ab extraneis extra proprium Corpus emendicare seruitium; sed à propriis membris debet recipere gloriam & splendorem. Et ideò S. Rituum Congreg. Capitulo Cathedralis Ferentis narranti, quod Episcopus extra Cathedralem relictis Canonicis adhibebat Præstitos simplices inseruientes sub *die 2. Augusti 1631.* respondit non conuenire, sed Canonicos Cathedralis in casu proposito inseruire debere etiam extra Cathedralem, & non alios inferiores.

Hanc autem Assistentiam præstare debent Canonici etiam quando Episcopus intersit in alienis Ecclesiis, Missæ solemni, aut etiam vesperis, vt aduertit Barbosa *de Canon. & dignitat. Cap. 33. n. 11. vers. quod absque dubio* Dummodo tamen id contingat intra ciuitatem, cum enim Canonici sint membra, & Episcopus caput, non debent ab ipso in functionibus Pontificalibus separari, qualis est etiam solemnis assistentia Missæ, & vesperis; & proindè deberent assistere in eius honorem & decorem dignitatis Episcopalis. Et idem etiam locum habet si pontificaliter concionetur intra vrbem, vt obseruant Doctores *n. 1.* citati, quia talis assistentia ipsi debetur ratione Dignitatis in ordine ad omnes Pontificales functiones. 3

4 Circa quam assistentiam est aduertendum, quod S. Rituum Cōgregatio declarauit in vna *Casertana 18. Septembris 1612.* Quod non conuenit quod Episcopus assistens vesperis solemnibus suæ Ecclesiæ Cathedralis ob penuriam sacerdotum admittat Clericos minoribus tantum initiatos pro Assistentibus cum pluuialibus etiam in solemnioribus festiuitatibus, cum melius sit non habere assistentes, quàm habere incongruos.

Qvæstio 1211.

Quinam ex Canonicis teneantur assistere Episcopo solemniter celebranti.

SVMMA.

1 *Vltra Diaconum, & Subdiaconum tres alij Canonici debent illi seruire.*
Prima dignitas assistit cum pluuiali.
2 *Quinam pro presbitero assistere debeat Episcopo.*
3 *Qui assistere debeant quando præbendæ sunt distincta in presbiterales, & Diaconales.*
4 *Quo habitu vti debeant assistentes Episcopo.*

Præter Diaconum, & Subdiaconum, qui cantent Euangelium & Epistolam debere assistere tres alios, nempè primam Dignitatem, quocunque nomine appelletur & duas alias dignitates, seu Canonicos, censuit Sacra Rituum Congregatio in vna Lacensi 1

Iacensi 1609. apud Barbosam *de Canon. & dignit. capite* 54. *num.* 2. Quia cum Episcopus solemniter celebrando exerceat functionem nobiliorem inter illas, quæ ipsi congruunt debet etiam à nobilioribus, & honorationibus membris sui corporis habere assistentiam, vt eadem Sacra Rituum Congreg. declarauit in vna *Calagurit. die* 1. *Iulij* 1601. apud Barbosam *ibidem* & ideò prima dignitas, seù Canonicus primus Ordinis Præsbiteralis assistere debet Episcopo cum Pluuiali vt bis declarauit eadem Sacra Congreg. nempè in vna *Reatina* 10. *Ianuarij* 1609. & in *Vercellen.* 7. *Augusti.* 1610. apud eundem Barbosa.

2 Circa hanc autem assistentiam extat alia declaratio eiusdem S. Congregationis in terminis magis specialibus ad instantiam Dignitatum Ecclesiæ Cathedralis Monopolitanæ, quæ est teoris sequentis. *An prebendæ sunt distinctæ in Præsbiterales, & Diaconales, & tunc Episcopo solemniter celebranti assistere debere pro Presbitero assistente digniorem de Capitulo quocumque nomine nuncupetur, dummodo sit in sacerdotio constitutus; Episcopo verò non celebranti, sed diuinis tantum præsenti pro Præsbytero assistente inseruire debere digniorem Canonicum post dignitates, aut præbendæ non sunt distinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Episcopo siue solemniter celebret siue Diuinis tantum præsens sit pro Præsbitero assistente inseruire debere digniorem de Capitulo iuxta dispositionem ceremonialis lib.* 1. *cap.* 7. & 8. Ita *sub die* 15. *Octobris* 1632. Ex qua declaratione elicitur quod semper dignior de Capitulo debet assistere Episcopo pro Præsbytero eo tantum casu excepto in quo Præbendæ aliæ sint Præsbyterales, & aliæ Diaconales, & Episcopus non celebret, sed solum assistat Diuinis, nam tunc debet assistere pro Præsbytero dignior ex Canonicis post dignitates.

3 Rursus est aduertendum circa hanc assistentiam. Quod Canonici assistentes Episcopo celebranti aut Diuinis Officiis interessenti si præbendæ sint distinctæ in Presbyterales, & Diaconales, assumendi sunt ex numero Diaconorum, vt declarauit S. Rituum Congregat. in vna *Nolana* 23 *Maij* 1603. apud Barbosam *de Canon. cap.* 33. *num.* 7. Quia omnium ad munus Diaconorum spectat inseruire sacerdoti. Debent autem eligi hi duo Canonici iuxta statuta Capituli, aut consuetudinem si adsint. Quod si neque consuetudo, neque statuta de hoc nihil disponant, ad Episcopum spectabit nominare, qui debent assistere. Ita Vener. *lib.* 4. *Exam. Episc. cap.* 40. Alzedo *de Precell. Episc. dignit. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 34. *vers. si verò* qui citat etiam Marcillam.

4 Dum autem assistunt Episcopo non debent omnes eodem habitu vti, sed proportionato proprio Ordini, & proinde non debent omnes indui pluuialibus, sed tantùm dignitates iis vti debent; Canonici verò Præsbyteri vti debent Planetis, Diaconi verò & Subdiaconi Dalmaticis quod etiam in Processionibus seruandum est. Ita bis declarauit S. Rituum Congregatio in *Neapolitana* 25. *Martij* 1602. & in *Placent.* 19. *Maij* 1607.

QVÆSTIO 1212.

In quibus assistentes Canonici inseruire debeant Episcopo.

SVMMA.

1 *Episcopus solemniter celebrans thurificandus ab assistente.*
2 *Consuetudo, quod Canonici, & dignitates ministrent Mitram, & c. portent baculum, est seruanda.*
3 *Canonici, Dignitates, & c. quando debeant circumstare Episcopo, & c.*
4 *Neque Canonici neque dignitates ministrant librum Episcopo assistenti diuinis officiis.*
5 *Assistentes Episcopo licet minus digni recipiunt thus, & pacem ante omnes alios.*

Functiones præstandæ à Canonicis assistentibus Episcopo, siue quando celebrat, siue quando assistit Diuinis, explicantur in cæremoniali Episcoporum, quod est seruandum, vt censuit Sacra Congregatio in vna *Alexandrina* 15. *Martij* 1608. vndè non sunt hic transcribenda; solum adnotanda sunt nonnulla ex Declarationibus S. Rmõ Congreg. Et primò aduertẽdum est, quod quando thurificandus est Episcopus, non debet thurificari à Diacono, qui cantat Euangelium, sed ab assistente pro Præsbitero, siue sit Dignitas, siue Canonicus, ita enim declarauit eadem S. Rituum Congregatio in vna *Placentina* 19. *Maij* 1607. Decet enim, quod Episcopus hunc honorem excipiat à digniori ministro, quia in tantum Diaconus thurificat celebrantem, in quantum non adest alius dignior minister. 1

2 Secundò aduertendum quod si adsit consuetudo, quod Canonici & dignitates ministrent Episcopo Mithram, Gremiale, Thuribolum &c. debet seruari, sicut etiam si adsit consuetudo quod Dignitas seù Canonicus gestet Baculum pastorale antè Episcopum in quibusdam solemnitatibus. Ita enim declarauit S. Rit. Congregatio in *Lamecensi* 5. *Iulij.* 1603. Huiusmodi enim consuetudines sunt laudabiles, quia conducunt ad gloriam, & splendorem Episcopi, & proindè seruandæ sunt iuxta Cap. *fin.* de *Consuet.*

Tertiò est aduertendum, quod in Missa solemni ad *Gloria, Credo, Sanctus.* Dignitates, & Canonici, & etiam Vicarios Generalis, non autem exteri debent facere circulum antè Episcopum, ita censuit S. Rituum Congreg. in *Maceratensi* 20. *Septembris* 1630. quem circulum tenentur facere Canonici Choro deputati, quotiescumque Episcopus interuenit cum Cappa Missis solemnibus, vt eadem Sacra Rituum Congreg. in *Cessan.* 5. *Martij* 1633. 3

Quartò est aduertendum, quod quando Episcopus assistit Diuinis officiis cum Cappa, Canonici assistentes non debent ipsi Biretum imponere, & deponere, sed hoc ipse præstare debet; Ita censuit eadem Sacra Rituum Congreg. *Die* 4. *Aprilis* 1620. ad petitionem Cathedralis Laodensis. Et rursus in *Isernienti* 21. *Augusti* 1632. respondit neque Dignitates, neque Canonicos assistentes Episcopo, teneri caput Episcopo tegere, & detegere, quando assistit Diuinis cum Cappa, & Bireto. Hoc enim obsequium est solum debitum Episcopo ratione functionis Ecclesiæ ab ipso exercitæ, vtpotè quia tunc exercet Pontificale munus & ideò non debet extendi vltra ipsum. 4

Ratione autem huius assistentiæ, ipsi quoque Canonici recipiunt splendorem, & venerationem, vtpotè quia communicant in peragenda illa pontificali functione, & cum eodem Episcopo coniunguntur, & ideò, licet nimis digni præferantur cæteris omnibus, vt censuit Sacra Rituum Congregatio in vna *Caputaquensi* 18. *Maij.* 1602. & ratione eiusdem assistentiæ thorificantur, & recipiont pacem antè Dignitates, vt declarauit eadem Sacra Congregatio in vna *Cremonens* 28. *Septembris* 1612 & in *Nolana* 23. *Maij* 1603. & in *Bracharensi* 19. *Iunij* 1608. Quinimo idem honos eisdem impendi debet etiam antè magistratum licet sit de maioribus sicut statuit eadem S. Congregatio in vna *Paranina die* 2. *Martij* 1602. Hæ autem Prærogatiuæ in eo fundantur, quod in illa functione tanquam coope- 5
ratores

xatores incorporantur eidem Episcopo, & sicut peragunt vnum, & idem ministerium Diuinum, ita etiam sunt veluti partiales Ministri constituentes vnum integrum principium eiusdem ministerij, & ideò non debent separari ab Episcopo in honore.

QVÆSTIO 1213.

An Episcopus cogere possit Dignitates, & Canonicos ad sibi assistendum, & seruiendum.

SVMMA.

1 *Episcopus cogere potest Canonicos, & dignitates, vt sibi assistant, &c.*
2 *Compellere potest censuris, & aliis iuris remediis.*
3 *Canonici, & dignitates non possunt per substitutos assistere Episcopo.*
Quid si sint legitimè impediti.
4 *Quomodo prouidere debeant pro supplendis functionibus ad se spectantibus.*
Excusantur, si ex impotentia naturali nequeant implere.
Non debet damnum recipere ex eo, quod quis inuitus patitur.

1 Dicendum est. *Posse Episcopum cogere Canonicos, & Dignitates vt sibi assistant, & inseruiant, quando debent alias assistere, & inseruire.* Et proindè non solum in Cathedrali Ecclesia, sed etiam in cæteris dummodo non sint extra vrbem. Ita specialiter Abredo *de Praced. Episcop. dign. p. 1. cap. 13. n. 34.* vers. *si verò* Et desumitur ex Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12. circa fin. de reformat.* vbi habet. *Omnes verò diuina per se & non per substitutos compellantur obire officia Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, & inseruire.* Ex quibus constat, quod compelli possunt, nam verbum *Compellantur* refertur non solum ad clausulam *obire per se Diuina officia*, sed etiam ad subsequentia; cum enim Episcopus ius habeat ad exigenda huiusmodi obsequia, & sit caput, debet etiam habere vim cogitiuam per quam cogere possit ad sibi exhibenda debita obsequia.

2 Dubium tamen remanet, quomodo compellere possit. Respond. Compellere posse censuris & aliis Iuris remediis, vt censuit S. Rituum Congregat. in *Reatina* 10. *Ianuarij millesimo sexentesimo nono*, & his ipsis pœnis compellere poterit etiam primam dignitatem, si recuset in assistendo obsequium debitum præstare, vt censuit eadem Sacra congregatio Rituum in *Calaguritana* 12. *Decembris* 1620. censuræ enim Ecclesiasticæ sunt remedia congrua quibus apud Ecclesiasticos exercetur vis coercitiua, & reluctantes compescuntur, & reducuntur ad debitos terminos obsequij.

3 An autem possint Dignitates, & Canonici per substitutos implere munus assistendi Episcopo in Pontificalibus functionibus Resp. non posse, sed debere per se huiusmodi obsequia præstare. Ita Garzias *de Benef. p. 13. capite secundo, num.* 495. Barbosa *ad concil. Trident. sess. 24. capite duodecimo, de Reformat. numero centesimo duodecimo.* Nam Concil. *d. cap.* absolutè, & vniuersaliter disponit, *Omnes verò Diuina per se & non per substitutos compellantur obire officia.* Hæc autem assistentia est quoddam officium, quod impendere tenentur ratione Dignitatis, aut Canonicatus. Vndè à S. Rituum Congregatione emanauit sequens declaratio, vt apud Garziam citat. *Obtinentes dignitates, Canonicatus vel Portiones in Ecclesijs præsertim Cathedralibus cuiuscumque qualitatis sint, tenentur Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere, ac vestibus sacris indutos eidem inseruire nec non munera eisdem Dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus in Decantatione Missæ, Euangelij, Epistolæ, & similium functione, præstatione, incumbentia, & anneza per seipsos subire, & exercere iuxta Sacram, Canonum & Concil. Trident. dispositionem, ac cuiusque Ecclesiæ particularem ordinationem debere*, Ita S. Rituum. Congregatio. *Quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per seipsum implere non poterit tunc alios eiusdem tamen ordinis, & gradus, non autem inferioris dignitatis nempè alias dignitates, Canonici & Portionarij respectiuè Portionarios in sua quisque hebdomada, ne graduum & ordinum prærogatiua confundantur, deputare debebit idque per Episcopum opportunis remediis, etiam huius decreti vigore prouidendum fore* censuit eadem Congregatio supplicante Capitulo & aliis Ecclesiæ Abulensis portionarijs *die* 18. *Maij millesimo sexcentesimo secundo, Ptolomeus Cardinalis Com. Alex. Gratian. pro secul. Congreg.* ex qua declaratione constat, quod solum legitimo impedimento possunt alios substituere qui suppleant obsequia ab ipsis præstanda, & qui substituuntur debent esse eiusdem ordinis, vt manuteneatur decus debitum Ecclesiasticarum functionum.

Ex quibus etiam deducitur, quod stante 4
etiam legitimo impedimento non poterunt dignitates, & Canonici se omninò subtrahere à functionibus, quæ concernunt proprium munus, sed tenebuntur prouidere de alia dignitate, seù Canonico, qui vices eorum suppleat, vt clarè constat ex præmissa declaratione. Nam si percipiunt emolumenta Beneficij cum onere dictarum functionum, tenentur etiam curare, quod functiones impleantur & vltrò compelli poterunt ab Episcopo. Hoc tamen limitari debet vt non habeat locum, si superueniret impotentia naturalis, ratione cuius impedirentur huiusmodi functiones exercere; nam sicuti Canonici percipiunt distributiones, & excusantur à residentia, quando infirmitate impediuntur Cap. *vnico §. qui verò de Cleric. non resid. in* 6. & cap. 1. *de cler. agrot.* ita etiam ratione impotentiæ superuenientis ex aliqua infirmitate excusabuntur à præstandis functionibus; neque enim, quod quis inuitus patitur, debet ei afferre nocumentum, vt obseruat Glos. per illum tex. *in Cap. fin. verbo* In vita *dist.* 5. & in *Cap. Presbiteros dist.* 50. & habentur etiam ex *l. Cum à matribus* C. qui *per tut.* & l. *Praeses Prouinciæ* C. de *appellat.*

QVÆSTIO. 1214.

An Episcopus celebrare possit in Ecclesiis exemptis Regularium.

SVMMA.

1 *Prærogatiua Archiepiscopi in sua prouincia, & Episcopi in diœcesi.*
2 *Non possunt exemptis, & priuilegiatis inferre grauamen, &c.*
Ideò nec concessa fuerunt quæ nunc inferrent vanæ dona-

unmen.

Inducta ad vnum finem non debent oppositum operari.

3 *Episcopi non possint exercere functiones, &c. in Ecclesiis Regular. ipsis inuitis.*

4 *Per priuilegium post Clem. concessum.*

5 *Quod derogat ipsi & aliis constit. Conciliaribus.*

6 *Idem priuilegium rursus concessum ab Eugenio IV.*

7 *Cum amplissimis derogatorijs Conciliorum, &c.*

8 *Cum clausulis præseruatiuis à futuris reuocationibus.*

9 *Clerici Regulares fruuntur priuilegio ne ipsis inuitis, Episcopus celebret in eorum Ecclesiis &c.*
Communicatio priuilegiorum facta Theatinis comprehendit omnia etiam praeiudicialia, &c.

10 *Episcopi non incurrunt excommunicationem, &c. nisi à priuilegiatis moueantur.*
Censura non contrahitur nisi adsit notitia.

11 *Quando Regulares celebrant suas solemnitates, non possunt Episcopi celebrare solemniter in eorum Ecclesiis ipsis inuitis.*

12 *Stante consuetudine Episcopus, & etiam clerus potest celebrare in Ecclesiis Regul.*

1 QVod queritur de Episcopo quoad suam Diœcesim locum habet etiam quoad Archiepiscopos quoad suam Prouinciam. Est autem aduertendum; Quod in Clement. *Archiepiscopo de priuil. & excessibus priuil.* Clem. V. in Concilio Viennensi ita statuit. *Archiepiscopo per quæuis loca exempta suæ prouinciæ facienti transitum aut ad eam forsitan declinanti, vt crucem ante se liberè portari faciat, benedicat populo, Diuina officia priuatim, vel publicè ibid. audiat, & ea etiam in Pontificalibus celebret, & faciat in sua præsentia sine Pontificalibus celebrare quouis priuilegio contrario non obstante, sacro approbante Concilio præsentis constitutionis serie duximus concedendum; simili modo concedimus Episcopo, vt in locis eisdem suæ Diœcesis possit populo benedicere, audire Diuina officia, & ea etiam celebrare & in sua præsentia facere celebrari sic tamen quod prætextu concessionis huiusmodi in locis ipsis exemptis, vel circa hoc priuilegiatis nullam aliam iurisdictionem ibidem Archiepiscopus, vel Episcopus exerceat, nè personis exemptis, vel priuilegiatis molestiam inferat, vel grauamen, nullumque exemptioni, vel priuilegiis eorundē aliud præiudicium generetur. Nec ipsis Archiepiscopo, vel Episcopo ius aliud quomodolibet acquiratur.*

2 Circa quam constitutionem illud est valdè notandū quod purè concedit Archiepiscopis in Prouincia, & Episcopis in Diœcesi prædictas functiones expressas exercendas in locis exemptis, & proinde etiam in Ecclesiis Regularium, & merè in commodū, & fauorem ipsorum; non autem in dispendium locorum, & personarum exemptarum; quod satis declarant illa verba, *Nec personis exemptis, vel priuilegiatis molestiam inferat, vel grauamen*, vndè vult quidem Pōtifex, quod fruantur hac prærogatiua, & commoditate, non tamen vult grauamen, & molestiam ipsorum ex quo elicitur vnum valdè notabile, quod si forrè exercitium alicuius ex presenti functionibus ratione alicuius circumstantiæ tenderet ad inferēdam molestiam, grauamen, & perturbationem personis exemptis, aut priuilegiatis, tunc non esset concessum in virtute huius constitutionis, quia esset contra intentum ipsius, quod non inferatur aliqua molestiā, vel gramen. Lex enim non habet locum, quando sortitur effectum contrarium intentioni legislatoris, quia inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari *l. legata inutiliter ff.* de *leg.* 1. & *l. qui hominem §. fin. ff.* de *solut.* & Cap. *Maiores §. sed adhuc* de *Baptismo*, & obseruant Cuman. *cons.* 7. *nu.* 87. vers. *Ad ea.* Rota *decis. quadragesima, numero quarto, part.* 4. *Recent.*

Nunc autem difficultas est an modò Episcopi, & Archiepiscopi possint inuitis Regularibus in 3
eorundem Ecclesiis celebrare, &c. Dicendum est, *Archiepiscopos, & Episcopos non posse in Ecclesiis Regularium celebrare Missas, aut Diuina officia seu facere celebrare ipsis inuitis qui habent communicationem priuilegiorum ratione Priuilegij concessi Monachis Cassinensibus.* Hoc priuilegium fuit ipsis primò concessum à Zacharia Papa I. vt constat ex eius *constitutione* 3. *num.* 10. in Bullar. Casini, cuius Originale conseruatur in Archiuio Cassin. Rursus fuit etiam concessum ab Innocentio II. *Constit.* 11. *num.* 5. *in eodem Bull. Cassin.* extracta ex eodem Archiuio. Rursus Innocentius quoque III. concessit iisdem Monachis Casinens. idem priuilegium, vt in eius *constit. vigesima prima, numero decimo sexto*, in eodem Bullar. extracta ex Archiuio *S. Laurentij Auersani* & idem Pontifex in alia constitutione quæ est 23. *in eodem Bullar. num.* 6. ex Archiuio Casinen. idem priuilegium repetit.

Verùm quia huiusmodi priuilegia reuocata re- 4
manebant per D. Clemen. *Archiepiscopo de priuil.* Ideò Eugenius IV. ad restauranda Diuina priuilegia, & manutenendam quietem DD. Monachorum, de nouo idem Priuilegium concessit vna, & altera vice. Hic autem Pontifex regnauit post Clementem V. qui condidit illam Clementinam in Concilio Viennensi, nam Clemens creatus fuit Anno millesimo trecentesimo quinto, Eugenius autem IV. anno millesimo quadragesimo trigesimo primo. Hoc autem Priuilegium Eugenij habetur primò in *constit.* 59. *numero septimo* Bullar. Cassinesimo ex tract. & Archiuio *S. Benedicti de Padolyrone* sub data *Kal. Martij Anni M. C. D. X X X L V.* vbi ita habetur *Nec Congregationis huiusmodi personæ, quod in eorum locis Missæ, aut alia Diuina officia celebrentur, Ordines conferantur, vel agitentur, causæ ciuiles, seu Criminales, Processiones conuocentur, aut Synodi Conuentus, seu quæuis Congregationes tam Ecclesiasticarum, quam Laicarum personarum congregentur.*

Nec opponi potest, quod hoc priuilegium non 5
derogat Constitutioni Clemen. *Archiepiscopo*, vt potè edita in Concilio generali, quæ requirit specialem derogationem: nam Pontifex in eadem constitutione derogat omnibus Conciliaribus constitutionibus, & quibuscumque aliis in contrarium facientibus, vt constat ex *numero vigesimo primo*, ibi. *Non obstantibus in Constantiensi, & aliis Conciliis à fælici record. Innocen. VI. Martino V. nec non aliis summis Pontificibus Prædecessoribus nostris editis constitutionibus & ordinationibus etiamsi de illis specialis, & expressa mentio, & de verbo ad verbum præsentibus habenda esset. quibus quoad præmissa specialiter derogamus.* Ex quibus constat derogari etiam D. Clem. *Archiepiscopo.*

Rursus idem Eugenius IV. hoc ipsum Priui- 6
legium concessit iisdem Casinensibus *pridie Kal. Iulij anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto*, vt habetur in eodem Bullario Cassinens. *constitutione sexagesima quarta, numero octauo*, extract. ex Archiuio *Abbat. floren.* & habetur etiam in Bullar. Rodriquez & est *Constit. nona.* huius Pontificis in *Bullario Romano tomo primo* vbi §. *septimo* hæc habentur. *Vt autem huiusmodi Congregationis Monachi liberius in eorum Regulis, vita obseruantia valeant perdurare omnes, & singulos Episcopos, vel locorum quomodolibet Ordinarios, aut alias quasuis personas ad monasteria, siue loca dicta Congregationis causa Ordines celebrandi, seu Causas ciuiles, aut Criminales exercendi Conuentus siue*

Synodos

Synodos, & processiones conuocandi Missas & alia officia celebrandi sub Excommunicationis pœna, quam incurrant ipso facto, si aliter attentauerint, accedere, vel immorari ipsis inuitis tenore præsentium prohibemus. Per quod similiter priuilegium derogatur eidem clementinæ, licet Conciliari constitutione.

7 Siquidem in hac quoque Constitutione adsunt amplissimæ derogationes etiam Constitution. Consiliarium, vt constat ex §. 21. vbi *Non obstante in Constantiensi, & alijs Concilijs, ac fælicis recordat. Innocent. IV. ac Martino V. necnon aliis summis Pontificibus prædecessoribus, nostris editis Constitutionibus, & Ordinationibus. etiamsi de illis specialis, & expressa ac de verbo ac verbum præsentibus mentio habenda esset quibus quoad præmissa specialiter derogamus, necnon monasteriorum, Prioratuum, & Ordinum præpositorum Iuramento confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, cæterisque, in contrarium facientibus quibuscumque.* Quæ derogatio. Ita clara & ampla est vt non possit verti in dubium subsistentia priuilegij contra d. Clement *Archiepiscopo.*

8 Quinimo hoc priuilegium, sicut & alia in eadem Constitutione contenta, habet talem præseruationem contra subsequuturas reuocationes, vt constet de enixa voluntate Pontificis quod semper maneat in suo robore, nisi successores specialiter voluerint reuocare, vt constat ex §. 20. *eiusdem Constit.* vbi. *statuimus, decernimus, & ordinamus, quod quæcumque litera Apostolica etiam proprio motu confecta, aut in futurum conficienda, & si in eisdem Clausula, Priuilegijs, & Indultis d. Congregatione concessis non obstante, & de quibus expressa mensio fieri debeat expressio contineatur, quæ obuient, aut contra faciant huic præsenti Priuilegio aut cuilibet eius particula, nisi appareat euidentissime, & apertissimè quod summ. Pontif. qui pro tempore fuerit huic Indulto, vel alicuius eius parti vellet per literas Apostolicas derogare facientes specialem, mentionem de verbo ad verbũ ex certa scientia de huiusmodi Priuilegio, ac ipsa Congregatione diuersis nominibus eam nominando per hæc præcisè vocabula Congregationem vtilitatis alias de absentia S. Iustino nuncupatam Causisq; legitimas allegauerit*, cui his obuiare intendat Decretis nullius sint roboris, vel momenti.

9 Quare cum Religioni nostræ Clericorum Regularium, qui Theatini dicuntur, concessa sint omniũ Ordinum priuilegia, exemptiones, &c. per Clementem VII. *Sub die 7. Martij* 1533 vt constat ex eius Constitut. 38 § 12. *tom.* 2. *Bullar. Roman.* ibi. *Ac insuper vobis, quod omnibus & singulis Priuilegiis, Indulgentiis, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus gratiis & Indultis quorumuis etiam Cisterciens. & Cluniacens. Monachis, & aliorum tam mendicantium, quàm non mendicantium Ordinum Fratribus, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus in specie, vel in genere etiam communicatiuè per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & pro talibus habitos, ac Sedem Apostolicam hactenus quomodolibet concessis, & in posterum concedendum, & quibus illi tam in vita, quàm in mortis articulo etiam circa peccatorum remissiones & iniunctarum pœnitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet vti, potiri, ac gaudere possunt, aut poterunt quomodolibet in futurum quæ omnia, ac si hic de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habere volumus perpetuis futuris temporibus vtamini, potiamini, ac gaudeatis, ac vti, potiri, & gaudere, necnon illorum omnium participes esse possitis, & debeatis, indulgemus. Ac priuilegia, Indulgentias, Prærogatiuas, Exemptiones, Immunitates, gratias, & indulta Monachis, & Fratribus prædictis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus in specie, vel in genere etiam communicatiuè concessa, vt præfertur ad vos extendimus, & ampliamus, & in vobis locum habere, & suum plenarium effectum sortiri debere decernimus, & declaramus.* Consequenter fit, quod fruantur etiam dicto priuilegio Casinensium. Præsertim quia hæc communicatio est amplissima, & prægnantissimis verbis concepta. itavt sicur de hac ipsa communicatione in specie dixerit Rota *in Ianuensi priuilegiorum* 24. *Iunij* 1647. *coram Roias*, comprehendat omnia, & singula priuilegia, etiam præiudicialia tertio, etiam ipsi Ordinario.

Quod spectat ad excommunicationem latè sententiæ, sub qua prohibentur Episcopi prædictas functiones exercere in Ecclesijs participantium prædictũ priuilegium, est aduertendum, quod non incurratur, nisi à priuilegiatis moneantur Episcopi prohibitionis sub hac pœna; quia sicut non tenentur scire priuilegium, ita nec etiam excommunicationem impositam pro eiusdem manutentione. Deinde quia generaliter censura non contrahitur, nisi adsit notitia, non solum prohibitionis, sed etiam censuræ connexæ, vt tradunt Nauar. *cap.* 23. *manual. num.* 45. *& cap.* 27. *num.* 274. vers. *Tertio decimo,* Philiar *tom.* 1. *de offic. Sacerd. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. §. *Tertio obiicitur.* Rodriquez *part.* 1. *sum cap.* 155. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Syluester *verbo.* Ignorantia, *quæstion.* 8. Angelus *verbo.* Excommunicatio 7. *casu vlt num.* 5. Innoc. *in cap. A nobis* 1 vers. *Adde quod dicimus De sentent. excommun.* Suarez *de censur. disput.* 4. *sect.* 9. *n.* 19. Sanchez *lib.* 9. *de matrim. disput.* 32. *num.* 11 in fine. 10

Rursus etiam est aduertendum, quod etiam secluso præsenti priuilegio in virtute dictæ Clem. *Archiepisc. de Priuileg.* Non possunt Episcopi in diebus, in quibus Regulares celebrant solemnitates aliquas proprias suarum Ecclesiarum quales sunt dies festi Tituli Ecclesiæ, aut Sanct sui Ordinis, celebrare solemniter in eorundem Ecclesijs ipsis inuitis. Nam in dicta Clem. *Archiepiscopo.* Cauetur, quod non debeant inferre aliquam molestiam vel grauamen dictis Regularibus; inferrent autem magnam molestiam, & grauem si in dictis diebus vellent solemniter celebrare, quia impedirentur solemnem celebrationem eorundem Regularium, & priuarent eos propria solemnitate cum maxima perturbatione festiuitatis. 11

Est tamen aduertendum; quod S. Congregatio Episcop. & Regul sæpius rescripsit, quod Episcopus & etiam Canonici, & Clerus possunt cantare Missam in Ecclesijs Regularium, etiam ipsis inuitis, si adsit consuetudo quod intelligitur de consuetudine legitimè præscripta, quia tunc habet vim legis, & inducere potest ius. *L. de quibus. ff. de legib. & l. Nullus. ff.* Quod *cuiusque vniuersit. & l. obseruare.* §. 5. *ff. de offic. proconsul.* & in tali casu, sicut etiam in alijs, quando Episcopus potest aliquam huiusmodi functionem exercere, tenentur Regulares ipsi erigere Baldachinum, & ipsis renuentibus potest Episcopus eos censuris ad id compellere iuxta Decretum S Cõgregat. Episcop. & Regular. de quo latè dixi *in obseruation. ad Lauret. de Franch. part.* 1 *numero* 381. *& sequent.* 12

QVÆSTIO 1215.

An Episcopi extra Ecclesiam vti possint altari portatili, & celebrare Missam.

SVMMA.

1 *Altare viaticum concessum Episcopis etiam pro alijs ad celebrandum in sua præsentia.*

2 *Episcopi vti possunt Altari viatico in quocunque honesto loco.*

3 *Priuilegium altaris viatici pro Episcopis non est reuocatum.*

4 *Dispositio Concil. Trident. non se extendit ad hoc priuilegium.*
Episcopi non comprehenduntur sub dispositione Concil. de celebratione missar. &c.

5 *Finis Concil. Trident. in Decreto circa Missa celebrat.*
Vbi finis dispositionis locum non habet, nec etiam habet dispositio.

6 *Priuilegium altaris viatici pro Episcopis non est sublatum per Decretum Sacra Congregationis, &c.*

7 *Priuilegia inserta in corpore iuris non reuocantur, nisi fiat specialis mentio.*

1 IN cap. *fin. de priuileg. in 6.* conceditur Episcopis & cæteris superioribus Prælatis huiusmodi priuilegium. *Quoniam Episcopi eorumque superiores se habent diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & Diœcesibus absentare frequenter, nec semper possunt ad Ecclesias accedere pro missa celebranda, vel audienda in ipsis, siue quo eos transire non decet absque causa rationabili vllum diem, præsenti constitutione indulgemus eisdem, vt altare possint habere viaticum, & eo celebrare, ac facere celebrare vbicumque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare, vel audire diuina.*

2 Ex hoc autem priuilegio constat, quod possint Episcopi celebrare missam extra Ecclesiam in altare portatili, & facere coram se celebrare in eodem altari, atque adeo in proprio Palatio, rure, in itinere, & in quocumque honeste loco, quia priuilegium non adhibet aliquam limitationem: imò vtitur dictione vbicumque quæ est vniuersalissima comprehendens omnem locum. Quia autem circa hoc priuilegium occurrunt plures difficultates modò examinandum ideò primo videndum est, an sit reuocatum per Concil. Trident. *in decreto de celebrat. missar.* & per alia decreta Summorum Pontificum prohibentia Oratoria priuata absque licentia Sedis Apostolicæ.

3 Dicendum est. *Per Concilium Tridentinum non esse reuocatum huiusmodi priuilegium.* Ita Angel. *verbo* Episcopus, *numero vigesimo primo*, Armilla *numero vigesimo secundo*, Rodriquez *quæstion. Regul. vigesima octaua, articulo tertio, tomo prima, & parte quarta, sum. capite quinquagesimo primo, numero decimo octauo*, Nauarr. *cons.* 16. *numero* 22. *de priuileg.* Vgolin. *de offic. Episcopi parte secunda, cap. secundo, numero quarto.* Azor. *parte secunda, libro decimo, capite vigesimo sexto, quæstione quarta,* Coninch. *quæstion. octuagesima tertia, de Sacrament. articulo tertio, Dubio primo, numero ducentesimo vigesimo quarto,* Vasquez *tertia. parte, disputat.* 233. *numer.* 7. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 19. Beia *part.* 4. *casuum consc. cas.* 33. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 172. *vers. habent etiam* Alzedo *de præc. dign. Episcopi part.* 1. *cap.* 13. *n.* 3. Hieron. Rodriquez *in compend. quæst. Regul. resol.* 9. *n.* 4. Marchin. *de Sacr. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 9. *n.* 11. Card. Lugo *disp.* 20. *de Euchar. sect.* 9. *n.* 49. quos citaui, & secutus sum in *decis. moral.* 45. *n.* 2. quibus nunc addendi sunt Milis. *in Repert. verbo missa.* Addit. ad Speculat. *lib.* 1. *part.* 1. *tit. de dispensat.* §. 5. *littera* C. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 149. Io. Valer. *in different. vtriusque fori verbo.* Missa. *different.* 2. Garzia *in summ. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 2. *pœnit.* 2. *n.* 19. Diana *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 39. *vers. verum his* Barbosa *de potestate Episcopi, allegat. vigesima tertia, numero primo*, Verticel. *de mission. Apost. tractat. octauo, quæstione centesima trigesima quinta, numero duodecimo vers. hoc autem* Piasec. *in praxi Episcopi, parte prima, capite quinto, numero octauo.* Squillantes *de priuileg. Episcop. parte tertia, capite quarto, numero quarto*, Quartus *in Rubr. missal. parte tertia, titulo decimo, numero primo, dubio secundo, init.* Thomas Hurtad. *parte prima, resolut. moral. tractat* 2. *cap.* 6. *resolut.* 19. *n.* 216. & ita declarasse sacra Congregatio asserunt Azor. Valer. & Barbos. citati testantur.

Ratio autem est. Quia verba Concil. Trident. non possunt extendi ad tollendum huiusmodi priuilegium, nec vllo pacto accommodari, vt comprehendant Episcopos; ita enim *sess.* 22 *in decreto de seruand. & vitand. in celebrat. missar.* habet. *Neue patiantur* (Episcopi) *priuatis in domibus atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi.* Cum enim Concil. in illo Decreto præscribat, quæ seruanda, & quæ vitanda in celebratione diuinorum officiorum Episcopi curare debeant, & eis iniungat, quod curent seruari & vitari iam constat, quod non loquitur de Episcopis, neque sub dispositione comprehendit ipsos, sed solum constituit exequutores quoad aliàs. Vndè etiam quoad celebrationem in priuatis domibus solum disponit, quod Episcopi non patiantur celebrari, non autem disponit, quod ipsi non celebrent. Rursus coarctat dispositionem suam ad sæculares, & Regulares, quibus Episcopi permittere non debeant huiusmodi celebrationem; & loquitur de ipsis vt contra distinctis ab Episcopis & ideò non afficit Episcopos tanquam subiectos dispositioni. Insuper duo in verbis concilij disponuntur: vnum, quod tollatur abusus celebrandi in domibus priuatis per Seculares, & Regulares. Alterum quod ipse Episcopus tollat, & vna dispositio est actiua, & altera passiua: per actiuam adimplenda. Si ergo dispositio actiua cadit supra Episcopos, qui debent inducere passiuam, non potest passiua quoque cadere supra ipsos. Et ideò cum verba, quamuis continentia, quod prohibendum est, non possint aptari Episcopis nec etiam poterit aptari dispositio iuxtà *l. quod constitutum ff. de testam. milit.* & *l. hos accusare*, §. *omnibus ff. de accusat.* ex cap. *indemnitatibus* §. *sed cum eas.* De *elect. in 6.* 4

Accedit etiam, quod finis concilij in illo decreto est tollere abusus, qui irrepserant in celebratione sacrificij missæ, vt constat ex illis verbis Prœmij *cum igitur multa cum siue temporum vitio, siue hominum iniuria & improbitate irrepsisse videantur, quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt, vt ei debitus honor & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem restituatur, decernit &c.* Non est autem abusus, nec contra sacrificij dignitatem, quod Episcopi vtantur altari portatili, & celebrent extra Ecclesiam, quia non potest esse abusus, quod lex concedit, & existimat conueniens, sicut est hoc priuilegium Episcoporum insertum in corpore iuris. Vndè cum finis dispositionis Concilij Tridentini non habeat locum quoad Episcopos nec etiam habebit dispositio *l. quod dictum ff.* De *pactis* & *l. si maritus* §. *Præscriptiones ff.* Ad *Leg. Iul. de adult.* & cap. *Etsi Christus* de *Iure iur.* & latè Tiraquell. *tractatu cessante causa, parte prima, numero vndecimo.* Euerar. *in Top. Iur. loco* 85. 5

Dicendum secundò. *Neque per decreta Sacræ Congregationis, sub Paulo V. anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, & sub Vrbano VIII. esse ademptum Episcopis huiusmodi priuilegium.* 6

Hoc

hoc totum constabit ea tenore eorundem Decretorum quæ refero *in 2. Moral. decis.165.n. 3.* Nam declarant solum seu decernũt qood Episcopis sit ablata facultas per Concilium Tridentinum concedendi licentias habendi Oratoria priuata pro Missarum celebratione : non autem quicquam disponunt de priuilegio Episcoporum celebraodi extra Ecclesias com Altari portatili.

Præterea in dictis Decretis noo reuocantor ali-
7 qua priuilegia, vndè multò minus debet censeri reuocatum hoc priuilegium quod taoquam insertum in corpore Iuris est speciali nota dignum, & reqoirit specialem mentionem, vt reuocetur *l. Eius militis,§.militia ff.* de *testam.milit* & tradunt commuoiter Doctores, *in Authent. Qua in prouincia* vers. *ilico* Creb. *de crim.agi oportet.* Feliu.*in cap.1.n.12* & *in cap. Nonnulli n.9.&* 26.De *Rescript.* Ias.*in l.1. n. 16. ff.* de *constit.* Lotter. *lib.1. de re benef.quæst.7.num.*26. Suar. *lib.8.de leg.cap.*38. *num.* 12. Miranda *tom. 1. manual. quæst.45.num.6.* Palaua *part.1. oper.mor.tract. 3. disp. 4.de priuileg.punct.2.§.4.n.5.*Ruio. *cons.* 228. *num.*13 *vol.* 5.

Qvæstio 1216.

An Episcopus possit erigere in proprio Palatio Oratorium, seu Capellam, in qua non solum ipse, sed etiam alij celebrent.

SVMMA.

1 *Episcopi possunt erigere in proprio Palatio Oratoria in quibus omnes celebrent.*
2 *Facultas concedendi celebrationem in quocumque loco non est ablata Episcopis quoad propria Palatia.*
3 *In Oratorio Palatij Episcopalis etiam exteri celebrare possunt.*
4 *Qua facultate possit Episcopus erigere Oratorium in proprio Palatio.*
5 *Omnes audire possunt Missam in Oratorio Palatij Episcopalis, & satisfacere præcepto.*

1 DIcendum est. *Posse Episcopos erigere in propriis Palatiis Oratorium seu Capellam, in quo ipse & alij indifferenter celebrent.* Ita loqueos de Capellis Cardinalium docet Eminent. Card Brancatius eruditione tam Canonica quàm Theologica spectabilis *in quadam dissertatione de Capellis Cardin.* apud Diana *part.5.tract.8. resol.*40. vbi subtiliter, & neruosè varias difficultates resoluit. Gaoant. *in Rubr. Missal. part.1. titul.20. Littera M.*Portel.*part.3.respons.casu* 20,*num.3.*Tamburin. *opusc.de sacrif.miss.lib. 2. cap. 4.§.2.num.*12. Quartus *in Rubr. missal. part. 3.tit. 10. num.1.sect.2.dub.2.* vers. *Colligitur* 3. Marchin. *de sacram. ordin. tract.3. part. 3. cap. 9. n.* 11. Squillant. *de priuileg. Episc. part. 3. cap. 4. num.* 7. me citato, *in decis.moral.55.n.3.* & videtur sequi Logo Cardin. *disp.20.de Euchar.sect.1.n.*50.

2 Ratio autem est. Quia de Iore antiquo poterat celebrari missa, noo solum in Ecclesiis, sed etiam vbicumque Episcopus permisisset ea Concil. Tiburicensi relato in cap. *Missarum de consecrat. dist.* 1. ibi. *Missarum solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebranda esse consemas,*& cap. *Hic ergo eadem distin* ibi. *In aliis locis sacrificare, & missas celebrare non licet nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato tenente videlicet ciuitate consecrata fuerint.* De Iure aotem oouo nempè per Concil. Trident. *sess.22. in Decreto de seruand. & vit. ad in celebrat. missar.* Hæc facultas non aufertur Episcopis quoad propria Palatia quia tãtum disponitur, quod Episcopi non patiantur celebrari missas extra ecclesias in priuatis domibus, & extra Oratoria ad diuinum tantum cultum deputata Palatium autem Episcopi non est priuata domus, vt constat ea priuilegio immunitatis, quo gaudet cap. *Id constituimus, 17.quæst.4* Deinde cum de facto possit erigere Oratoria cultui diuioo tantum dicata, & in his possit celebrari iuxta Coocil. allatum, poterit etiam erigere in proprio Palatio.

Ea dictis colligitur, quod in huiusmodi Orato- 3
rio, seu Capella celebrare poterunt non solum Sacerdotes de familia eiusdem Episcopi, sed etiam exteri independenter à seruitio Episcopi, vt notat etiã Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib.1. cap. 4. §. 2.num.* 53. Ratio est. Quia huiusmodi Oratorium non se habet tãquam priuatum Oratorium deputatum solum vsui Episcopi sed taoquam publicum Oratoriũ diuino cultui tantum dicatum, & ideò est ea illis, in quibus Concil. Trident. *sess. 27.in decreto de seru. & vitand. in celebrat. miss.* vult Episcopum permittere Missas celebrari.

Secundò. Quod Episcopus potest huiusmodi 4
Oratorium erigere non in virtute dicti Cap. *fin. de priuileg. in 6.* quia per hoc Cap. Conceditur ipsi tãtum vsus altaris portatilis, & celebrandi extra Ecclesiam, & loca deputata seu Oratoria dicata solum diuino cultui, sed in virtute potestatis ordinariæ, qua potest in quocumque decenti loco dicare Oratoria cultui diuino. Palatium autem Episcopi est locus decens, præsertim si sit amplum, itavt erigi possit seorsim ab habitatione Episcopi quò facilè, cui libuerit, conuenire possit ad cultum Deo deferendum.

Culligitur 3. Omnes fideles confluere posse ad 5
audiendam Missam in huiusmodi Oratorijs, & satisfacere præcepto audiendi Missam, nam, si satisfaciunt audiendo missam in priuatis Oratoriis eorũdem Episcoporum, vt infra dicetur à fortiori satisfacieot audiendo io his, quæ se habent vt Oratoria publica, præsertim si correspondeant alicui loco publico Palatij Episcopalis, quale esset atriom, quò omoes confluere possiot.

Qvæstio. 1217.

An Episcopus in Domo rurali possit habere Oratorium in ordine ad celebrandum.

SVMMA.

1 *Episcopus potest habere in domo rurali Oratorium pro celebratiane missæ.*
2 *Potest ipsum erigere tanquam stabile.*
3 *Et etiam transeunter.*
4 *Episcopus potest erigere in aliena domo, ubi diuersetur Oratorium pro seipso.*

DIcendum est. *Episcopum posse habere in Domo rurali Oratorium pro celebratione missæ.* Ita Portel. 1
in resp.ad cons.tom.1.part.3.casu 20.n.6 Aoersa *quæst. 11 de Eucharist.sect.14.*vers. *Quintò.* Pellizzar. *tom.2. manual. Regal. tract.8.cap. 2.sect. 2. num.* 259. Diana *part. 9.tract.1.resol.* 38.Quartus *in rubr. Missal. part. 3.tit.10.num. 1.sect. 2.dub. 2.* vers. *Colligitur secundò.* Tamburin.*opusc. de sacrif.miss.lib.1.cap.4.§.2. n.* 8.

2 Hoc autem dupliciter contingere potest. Primò si erigat Oratorium stabile, & habitualiter destinatum ad celebrandum. Et hoc potest facere de iure & facultate ordinaria sibi competente in ordine ad destinandum locum pro celebratione iuxta Cap. *Missarum* & Cap. *Is ergo. de consecrat. distinct.* 1. neque enim hæc potestas est ablata Episcopis per Cõcil. trident. *sess.* 22. *in decreto de seruan. & vitan. in celebrat. miss.* quia ibi solum iniungitur Episcopis, quod non permittant celebrari extra Ecclesias, & Oratoria cultui tantum diuino deputatas in priuatis Domibus, non autem aliquid disponit de Domo Episcopali, qualis est etiam ruralis, & ideò ipsa non compræhenditur sub hac dispositione. Rursus dicit Concilium, quod non permittat celebrari à sæcularibus, & Regularibus, non autem dicit, quod ipse non celebret; Nec quoad ipsum militat. Ratio finalis Concilij quia supponendum est, quod in Domo Episcopali non possit interuenire abusus aliquis; quem tollere & impedire intendit Concilium.

3 Secundò si tantum transeunter erigat Altare pro illa tantum vice absque eo, quod locum deputet permanenter pro celebratione. Et hoc præstare potest in virtute Priuilegij Cap. *fin. de priuil. in* 6. nam ibi conceditur Episcopo facultas celebrandi cum Altari viatico in quocumque loco absque eo, quod sit cultui Diuino deputatus, & ideò potest hoc priuilegio vti erigendo Altare in propria Domo pro vna; aut pluribus vicibus.

4 Ex his colligitur. Quod si Episcopus Ruri moratetur apud aliquem Amicum recreationis causa, poterit in aliquo Cubiculo, modo locus decens sit, erigere Altare viaticum, vbi celebret aut coram se faciat celebrari, remouendo postea Altare, & rursus reponendo, si opus sit, nam in dicto Cap. *fin de priuil. in* 6. Conceditur absolutè, & absque vlla restrictione vsus Altaris portatilis, & ideò in quocumque loco honesto, poterit Episcopus vti Priuilegio non tamen poterit in his Domibus erigere Oratorium permanens, quia cum sint priuatæ Domus, subintrat dispositio Concil. Tridentini.

QVÆSTIO 1218.

An Episcopi possint habere plura Oratoria in suis Palatijs, nempè pro se, & familia.

SVMMA.

1 *Episcopus potest habere plura Oratoria ad suum vsum.*

2 *An possit erigere Oratorium pro familia, & num. sequent.*

4 *Non potest erigere virtute cap. fin. De priuil. in 6.*

5 *Potest tamen erigere.*

6 *Facultas Episcopi c[illegible]dendi celebrationem in quocumque, durat quoad proprium Palatium.*

7 *Extra Diœcesim non potest erigere Oratorium pro familia.*

8 *Si Episcopus erigat Oratorium pro familia, debet esse permanens, &c.*

9 *Priuilegium Altaris viatici pro Episcopis est fauorabile.*

Quando priuilegium sit fauorabile.

Priuilegium priuati Oratorij est fauorabile.

1 SVpponendum est. Posse habere plura Oratoria in Ordine ad suum vsum, ita vt modò in vno, modò in alio iuxta ipsorum commoditatem celebrent aut celebrare faciant, vt aduertit etiam Diana *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 37. vers. *Neque obstant.* Idque in virtute Cap. *fin.* De *priuil. in* 6. In quo enim conceditur Episcopis facultas absoluta vtendi Altari portatili absque vlla restrictione, non debet restringi ad vnum locum Palatij ipsorum, sed poterunt vti in quocumque decenti loco, & illa habere semper in promptu in pluribus locis. Solum difficultas est, an præter Oratorium, in quo ipse celebrat, possit alterum erigere, in quo celebretur pro familia.

Quod autem non possit erigere hoc secundùm Oratorium, tradunt Diana *d. part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 37. vers. *sed pace.* Quartus *in Rubr. Missal. part.* 3. *titul.* 10. *num.* 1. *sect.* 2. *dub.* 2. vers. *Colligitur* 5. qui tamen oppositum putat probabile; fundamentum est. Quia Priuileg. Cap. *fin.* De *priuil. in* 6. est personale ad effectum dumtaxat, vt ipse Episcopus celebret, aut coram se celebrare faciat, & ideò consumatur priuilegium per erectionem Oratorij pro ipso Episcopo. Constat quia consuetudo declarat hoc Priuilegium de vno tantum Oratorio. Vndè neque in Palatiis Cardinalium ad finem plusquam vnum Oratorium, licet habeant familiam, & tamen sunt ad minus æquè priuilegiati, ac Episcopi. 2

Secunda sententia asserit posse erigere etiam secundum Oratorium pro familia. Ita Pelliezar. *tom.* 2. *manual. tract.* 8. *cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 260. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacramen. cap.* 6. *quæst.* 3. *numero.* 25. qui testantur de consuetudine. Et probabile putat Quartus *num. proced.* citat. Et licet Diana neget hanc consuetudinem non habet tamen sufficiens fundamentum ad negandum, quia non peragrauit omnes Diœceses, vt potuerit id obseruare, & duo stant contra ipsum, qui solus est. 3

Hoc autem contendit Pelliezar. deducitur ex Cap. *fin.* De *priuileg. in* 6. Sed non rectè, quia si text. perpendatur, totum quod conceditur est in ordine ad personam Episcopi, & continet fauorem ipsius; & ideò non potest extendi ad alios, nisi cum ordine ad ipsum Episcopum. Et ideò si semel est erectum Oratorium pro Episcopo non potest erigi aliud pro familia, quia hoc non esset pro vsu Episcopi, atque adeò priuilegium non se extendit ad hanc erectionem, cum concedat solum propter Episcopum principaliter, in consequentiam verò propter alios; non autem principaliter. 4

Dicendum tamen est. *Posse Episcopos erigere in proprio Palatio alterum Oratorium, in quo celebrent Sacerdotes de familia,* & inseruiat pro familia. Hoc præter Authores, secũdæ sententiæ tenere debẽt, si consequenter loqui velint, Doctores, qui volunt, esse solum sublatam facultatem Episcopis circa oratoria priuata in Domibus tantum priuatis, vt Portel, *tom.* 1. *respons. part.* 3. *casu* 20. *num.* 4. Marchio: *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. Beia *part.* 4. *cas.* 33. Leaana *tom.* 1. *quæst. Regul. cap.* 21. *num.* 14. Garaia *in sum tract.* 3. *diffic.* 5. *dub.* 2. *punct.* 2. *num.* 19. & alij, quos in superioribus adduxi, dum de Priuilegio Cap. *fin.* De *priuil.* ageretur. 5

Ratio fundamentalis desumitur ex facultate Ordinaria Episcoporum concedendi facultatem celebrandi in quocumque loco iudicauerint expedire iuxta Cap. *Missarum.* & Cap. *hic ergo. De consecrat. Dist.* 1. quæ solum per Concilium Triden. *sess.* 22. *in Decreto de seruand. & vitand. in celebr. miss.* & per Decretum Summorum Pontificum est sublata quoad concessionem priuatorum Oratoriorum in domibus priuatis, & constat ex verbis Concilij ibi *Neue patiuntur priuatis in Domibus. &c.* Ergo cum Palatium Episcopi non sit domus priuata, sed publica, & gaudeat immunitate non secùs, ac Ecclesia iuxta Cap. *Id constituimus* 17. *quæst.* 4. non erit ipsis sublata facultas quin possint in proprio Palatio erigere 6

gere alterum Oratorium pro familia.

7 Ex dictis tamen sequitur, quod solum in Palatio propriæ Diœcesis possit erigere huiusmodi Oratorium; nam, cum erigatur virtute facultatis Ordinariæ, qua possunt concedere facultatem celebrandi, seclusis Oratorijs priuatis in priuatis Domibus, & hæc non extendatur extra Diæcesim, non potest extra ipsam erigere, quia excederent facultaté propriæ potestatis. Et ob hanc causam Eminentissimi Cardinales non habent facultatem concedendi erectionem Ecclesiarum & Oratoriorum nec possunt in proprijs domibus erigere pro familia.

8 Colligitur 2. Quod si Episcopus erigat huiusmodi Oratorium pro familia, debet permanenter, & taxatiuè Diuino cultui deputari, nam Concil. Tridentinum in citato Decreto iniungit Episcopis, ne permittant celebrari Missas extra Ecclesias & Oratoria diuino tantùm cultui dicata; & ideo solum debent permittere, quod celebrentur in Ecclesijs Diuino cultui tantùm dicatis. Et quamuis addat in priuatis Domibus, quasi solum velit excludere has domos, in quibus non debeant permittere celebrationem, quia tamen Dictio *Extra* opponitur Dictioni *Intra* & amplectitur quicquid non est intra, ideò remanet, quod non possunt permittere Celebrationem extra Ecclesiam, & Oratoria Diuino tantùm cultui dicata; quod tamen est intelligendum regulariter, & extra casus necessitatis, & à Iure permissos, & qui sunt de voluntate interpretatiua Ecclesiæ iuxta probabiles Doctorum sententias.

9 Colligitur Tertiò Priuilegium Episcoporum de usu Altaris portatilis non esse odiosum, vt volunt Trullench, *in Bull. Cruciata lib.* 1. §. 3. *dub.* 6. *num.* 10. Diana *p.* 9. *tract.* 1. *resol.* 37. vers. *Dicit* 30. qui citat etiam Ledesm. sed fauorabile, neque enim dicendum est odiosum ex eo, quod deroget Iuri communi, sed attendendus est finis, ad quem ordinatur, qui cum sit fauor, & commoditas Episcoporum, fauorabile censendum est iuxta *l. Qui exceptionem ff. de condit. indeb.* & cap 2. §. *statuimus.* De *Decim in* 6. ibi, *Cum non sit dicendum asperum, sed piums potius, & benignum*, & obseruant Glos. *in cap. si propter* verbo *Primi Anni.* De *rescript. in* 6. Dominic. *ibid. num.* 9. Franc. *num.* 6. Iterum Glos. *in cap. sciant cameri* verbo *Alios.* De *elect. in* 6. Geminian. & Io. Andr. *ibid.* Fælin. *in cap.* 1. *num.* 14 vers. *Aliud est de sponsal.* Bart. *in d. l. Qui except. ff de condit. indeb.* Albert. Salicet. & Ias *ibidem.* Castren. *in l. si quis nec causam, num.* 4. *ff si cert. pet.* Tiraquel. *de retract.* §. 30. *glos.* 1. *n.* 5. Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 5. Euetar. *in Topica iur. loco & ratione leg. ampl.* Menoch. *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 28. Mandos. *reg.* 10. *de vn. quæst.* 3. *n.* 7. Milis. *in Reper. verbo.* Lex §. *Lex dicitur.* Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disp.* 1. *num.* 4. Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 26. *num.* 23 *part.* 1. Honded. *consil.* 95. *n.* 17. Quod etiam constat ex Priuilegio Oratorij priuati, quod solet concedi à Pontifice, quod magis odiosum videri posset, & tamen est fauorabile; vndè Pontifex in suis litteris vtitur Clausula *Teque fauoribus specialibus prosequi volentes*, quia scilicet derogatio iuris communis non est de primaria intentione concedentis priuilegium, & ideò nec etiam ipsum qualificat, vt sit odiosum.

QVÆSTIO. 1219.

An Episcopus vti possit Altari portatili in aliena Diæcesi.

SVMMA.

1 *Episcopus extra Diæcesim, an possit vti Altari viatico*, & num seq.

3 *Priuilegium quod habent se extendit extra Diæcesim.*

4 *Concil. Trident. non restringit hoc priuilegium. Generalis dispositio non comprehendit specialiter priuilegiatos.*

5 *Non est abusus, quod Episcopi extra Diæcesim celebrent in Altari viatico.*

6 *Siue sint ibi in transitu, siue permanenter, possunt Episcopi vti Altari viatico in aliena Diæcesi.*

PRima sententia tenet, non posse vti saltem vbi est receptū Conc. Trident Altari portatili absque licentia Diœcesani. Ita Nauar. *cons.* 16. *num.* 1. vers. *secundo quod verius*, de *priuil. lib.* 9. Sà *verbo* Episcopus *num.* 24 Beia *part.* 4. *tom.* 33. Antonel. *de regimine Eccles part.* 1. *cap.* 14. §. 1. *num.* 6. Fundamentum est. Quia Trid *sess.* 22. *in Decreto de seruan. & vitan. in celebrat. Miss.* putat abusum celebrare extra loca deputata, & constituit Episcopos, etiam vt delegatos Sedis Apostolicæ, vt hoc prohibeant, & ideò censetur id prohibitum Episcopis. Verùm si hoc subsisteret, neque cum licentia Diœcesani posset vti, quia non habet facultatem à Concilio, aut aliundè concedendi abusus. 1

Secunda sententia tenet, posse vti Altari portatili, etiam extra propriam Diœcesim, ita Azor. *tom.* 1. *lib* 10. *cap.* 26. Vgolin. *lib.* 1. *de offic. & potest. Episcop. pàrt* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 4. Rodriquez *quæst. regul.* 28. *art.* 2. *tom.* 1. Portel. *part.* 5. *resp. casu* 10. *n.* 7. Mandos. *designat. grat. tit. de Altar. portat.* Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat.* 23. *num.*.. Alzedo *de præcell. Episc. dign. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. Vener. *lib.* 4. *exam. Episc. cap.* 17. *num.* 14. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 15. quos recitaui & sequutus sum, *in decis. moral.* 56. *n.* 1. quibus nunc addendi sunt idem Diana *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 39. Gauant. *in manual. Episcop. verbo* Episcopus *num.* 8. & 9. Graf. *cons.* 5. *num.* 3. *de celebrat. miss. vol.* 1. Vetricel. *de Apost. mission. tract.* 8. *quæst.* 145. *n.* 14. Franc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 6. *quæst.* 3. *num.* 24. Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 12. *n.* 8. Quartus *in rubric. Missal part.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *dub.* 2. vers. *Colligitur primo.* Squillan. *de oblig. & priuil. Episc. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. 2

Dicendum est. *Episcopum posse vti Altari portatili etiam extra propriam Diæcesim.* Desumitur ex eodem cap. *fin.* de *priuil. in* 6. vbi clarè conceditur priuilegium etiam extra proprias Diœceses vt constat ex illis verbis. *Se habent diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & Diæcesibus absentare frequenter, nec semper possunt ad Ecclesias accedere.* Si ergo causa concedendi priuilegiom est; quia se absentant à proprijs Diœcesibus, necessè est quod priuilegium sit concessum etiam extra proprias Diœceses, quia debuit concedi iuxta mensuram causæ, aut mouentis, aut impellentis. 3

Nec dici potest, quod Conc. Trid. restrinxerit hoc priuilegium ad propriam Diœcesim, nam si adesset abusus tollendus, æquè haberet locum in propria Diœcesi, ac in aliena. Deindè quando Concil iniungit Episcopis, ne permittant celebrari extra Ecclesias, & Oratoria diuino tantùm cultui dedicata restringit suam dispositionem ad sæculares, & regulares, quorum nomine non venit Episcopus qui tanquam speciali nota dignus debuisset in specie exprimi, vt contineretur sub illa dispositione; præsertim quia in hoc sunt priuilegiati priuilegio inserto in corpore Iuris communis, & specialiter ipsis concesso, & ideò non possunt compræhendi sub generali dispositione, cum generalis dispositio non compræhendat eos, qui in eo, quod disponitur specialiter priuilegiati sunt, vt tradunt Anchar. *in cap. Nemo*, de *elect. in* 6. Monach. *in extrauag.* 1. *verbo* 4

Clericus *de sentent.excom.* Gemin. *in cap.* 1 *num.* 6. de *schismat.* Felin. *in cap. Ad aures num.* 11. *conclus.* 8. vet. *Est verum*, de *rescript.* Gomez. *in reg. Cancell. quæst.* 4. *proem.* Castr. *in l. fin. ff de verb. signif.* Mohed. *decis.* 23. *de renunciat.* Mantica *decis.* 230. Caputaq. *decis.* 83. *part.* 2. Pot. *decis.* 137. *lib.* 2. *in correct.* Rota *in Valent. Archidiaconatus* 1531. & in *Camiensi Canonicatus* apud Gomez *cit.* & *decis.* 46. *num.* 10. & *decis.* 464. *num.* 2. *part.* 5. Recent.

5 Ex dictis solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ. Quia falsum est, quod sit abusus, quod Episcopi celebrent extra loca deputata extra propriam Diœcesim, quia non potest esse abusus, quod fit ex speciali priuilegio Summi Pontificis, præsertim inserto in corpore Iuris, sed solum est abusus, quoad priuatas personas. Imò cum Concil. intendat solum tollere abusus, non intendit auferre Episcopis, hanc facultatem quæ fundatur in dicto priuilegio, & quando Concil. constituit Episcopos Apostolicæ Sedis delegatos constituit in ordine ad exemptos, & regulares non autem in ordine ad alios Episcopos exteros.

6 Ex dictis colligitur. Posse Episcopos vti hoc priuilegio in aliena Diœcesi, siue ibi sint in transitu, siue diu morentur, vt aduertit etiam Verricel. *de Apostol. mission tract.* 8. *quæst.* 135. *num.* 14 quia priuilegium cap *fin.* de *priuil. in* 6. est absolutum, nec restringitur ad transitum per alienam Diœcesim; & quia militat semper ratio finalis priuilegij, siue sit in transitu, siue diu morentur, & ideò etiam semper habere locum priuilegium.

QVÆSTIO 1220.

An Romæ possint Episcopi vti Altari portatili.

SVMMA.

1 *Episcopi an possint Romæ vti Altari viatico*, & num. seq.
2 *An adsit circa hoc aliqua decisio.*
3 *Quid dicendum de praxi.*
Praxis ex actibus æquiuocis ne non releuat
Neque si non sit firma & constans.
4 *Ob reuerentiam Pontificis an Episcopi debeant Romæ abstinere ab vsu Altaris viatici.*
5 *Qui tradant posse vti.*
6 *Episcopis Assistentibus conceditur Oratorium priuatum.*

1 QVi tenent, quod non possint vti extra propriã Diœcesim, consequenter tenebunt, quod neque etiam Romæ, vt in specie Nauar. *conf.* 5. *num.* 1. *de priuil. libr.* 5. & *cap.* 25. *manual. num.* 82. Et ex iis qui tenent vti posse extra propriam Diœces. Vgol. *de offic. Episc. lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num* 4. Venet. *lib.* 4. *examin. Episc. cap.* 17. *num.* 14. Alzedo *de precel. Episc. dign. part.* 1. *cap.* 13 *num.* 6. Gauant. *in manual. Episc. verbo.* Episcopus *num.* 9. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 15. & *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 39. vet. *Nota tamen.* Antonel. *lib.* 1. *de regim. Eccles. cap.* 4. §. 5. *num.* 5. Squillant. *de priuil. Episc. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. Riccius *decis.* 78. *num.* 3. *part.* 4. Quartus *in rubr. Missal. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *sect.* 2. *dub.* 2. vers. *Limitat. Diana.*

2 Pro hac autem resolutione solet afferri, quod ita sit decisum. Verum hæc decisio non habet aliud fundamentum, quam relationem Vgolini, nam cæteri ex dicto ipsius idem asserunt, & ideò cum de ipsa non constet authenticè non est sufficiens ad deturbandum priuilegium insertum in corpore Iuris, quod sine vlla restrictione concedit vsum Altaris portatilis. Etsi esset decisio S. Congregationis, oporteret quod esset facta de consensu summi, quia ipsa ratione suæ delegationis non potest reuocare priuilegia Pontificia, præsertim inserta in corpore Iuris.

3 Secundò afferunt praxim, in qua tamen non adest stabile fundamentum nam vidi plures erexisse hic Romæ in propria domo Oratorium, in quo celebrarent, & inter alios Episcopũ Vratislauiẽsem anno Iubilei 1650. vbi etiam plures eius confessiones audiui, & Episcopum Pisanum nobilem Venetum, quando de Episcopatu Cenetensi translatus fuit ad Veronẽsem. Accedit, quod praxis aliorum non erigentium oratoria in proprijs Domib. prouenire potest, quia vt plurimum Episcopi non habent apparatum sacrum pro oratorio & celebratione Missæ. Vnde cum praxis & obseruantia sit ex actu æquiuoco, qui potest habere pro causa prohibitionem, & etiam defectu apparatus Ecclesiastici, non releuat, vt tradunt Aret. *cons.* 115. *num.* 3. Duran. *decis.* 285. *num.* 21. Rota *decis.* 240. *num.* 2. & *decis.* 274. *num.* 6. *part.* 2. Diuers. & *decis.* 120 *num.* 2. *part.* 2. Recen. præsertim quia non constat, quod fuerit firma, & constans, sicut deberet esse, vt tradunt Dec. *cons.* 215. *num.* 2. vet *prob.* Caueta *cons.* 313. *num.* 4. Merlio. *decis.* 99. *num.* 6. Rota *decis.* 306. *n.* 3. *part.* 4. *diuers.* & *decis.* 365. *num.* 2. *part.* 2. Recent.

4 Tertiò afferunt. Quod non debent Episcopi vti Altari portatili Romæ ob reuerentiam erga summũ Pontificem. Verum non percipio, quam reuerentiam exhibent summo Pontifici non vtendo Altari portatili, aut quæ reuerentia illi subtraheretur si vterentur. Neque enim huiusmodi vsus continet aliquem actum Iurisdictionis, aut exercitiũ alicuius præeminentiæ, à qua deceat abstineri, vt se inferiores ostendant summo Pontifici. Imò cum vsus Altaris portatilis adsit passim Romæ in priuatis oratorijs non solum Cardinaliũ sed etiam sæcularium, quo sunt inferiores in dignitate Episcopis, & in Conuentibus religiosorum, non potest cum fundamento dici, quod Episcopi debeant ab ipso abstinere ob reuerentiam erga summum Pontificem.

5 Itaque oppositam sententiam tenet Tamburin. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *num.* 8. & habet fundamentum in Cap. *fin. de priuil. in* 6. vbi vsus Altaris portatilis conceditur absolutè Episcopis absque exclusione Vrbis Romæ, & proinde cum non adsit, vnde cum fundamentum limitari possit, non est inducenda huiusmodi limitatio; præsertim cum tanquam priuilegium fauorabile, quale esse ostensum est in superioribus, sit amplè interpretandum, nec opponi potest, quod sequeretur, quod vsus altaris potatilis esset nimis frequens, cum semper adsint Romæ plures Episcopi, quia non est inconueniens, quod vsus priuilegij sit frequens, si coadunentur plures priuilegiati. Deindè non sequetur talis sequentia, quia sunt pauci, qui habeant commoditatem erigendi oratoria in proprijs domibus. Rursus si non est inconueniens, quod vsus talis Altaris sit frequens Romæ apud laicos nec etiam erit inconueniens, quod sit minus frequens apud Episcopos Romæ commorantes, qui sunt altioris gradus, & dignitatis.

6 Huic sententiæ subscriberem, si mihi constaret, quod non adsit aliqua prohibitio, verùm quia mihi nec constat adesse, nec item constat, non adesse, suspendo Iudicium, & me remitto veritati præsertim quia videò, quod inter priuilegia Episcoporum, qui eliguntur in assistentes, hoc adest, quod scilicet habere possint in Vrbe, oratorium priuatum vt in

Consist

Constit. 32.§. 8. Gregor. XV. circa quod tamen priuilegium remanet scrupulus, quia Pontifex hoc ipsum priuilegium concedit etiam extra Vrbem, & cum illis restrictionibus, cum quibus conceduntur oratoria priuata, & proinde conced t quod habent ex priuilegio Iuris: imò etiam aliquid minus, vndè dici potest, quod idem contingat, quo d habendum Oratorium in Vrbe.

QVÆSTIO 1221.

An Episcopus vti possit Altari portatili in quocumque decenti loco, dum est in itinere.

SVMMA.

1 *In itinere potest Episcopus vti altari viatico in quocumque decenti loco.*
2 *Hoc deducitur ex priuilegio.*
3 *Episcopi in aliquo honesto cubiculo Taberne possunt erigere altare &c.*
4 *Aut etiam sub dio.*
5 *Et sufficit sola causa audiendi Missam.*

1 Dicendum est. *posse Episcopum, dum iter habet, in quocumque decenti loco celebrare cum Altare portatili, seu facere coram se celebrare*, ita Quartus *in Rubr. miss. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *sect.* 2. *dub.* 3. init. & est de mente illorum omnium, qui volunt, quod absolutè vti possint huiusmodi altari extra propriam Diœcesim.

2 Hoc autem fundatur in Cap. *fin de priuil. in* 6. vbi Pontifex considerans, quod non est decens, quod Episcopi præterire sinant diem aliquem, in qua aut non celebr nt. aut non audiant Missam, vt hoc commode præstare possint, concedit ipsis vsum Altaris viatici, in quo aut celebrent, aut coram se faciant celebrare. Si autem non possent vti priuilegio in quocumque decenti loco oporteret, quod dum sunt in itinere, sinerent transire plures dies, in quibus nec celebrarent, nec Missam audirent contra finem priuilegij.

3 Hinc colligitur. Quod, dum nocte hospitantur apud Tabernarios, possunt primo mane antequam discedant in aliquo cubiculo honestis vsibus destinato erigere Altare pro celebratione congruenti apparatu instructum, præsertim quando existimat, se non peruenturum ad meliorem locum durante hora celebrandi. Neque enim ex eo, quod cubiculum sit pars domus Tabernarij, sit inhabilis, vt in ipsa celebrare possit, nam si aliàs decens sit, parum obstat, quod Dominus exerceat artem Tabernarij.

4 Sequitur 2. Posse etiam Episcopum vti hoc priuilegio dum iter habet etiam sub dio. Nam in Cap. *Concedimus de Consecrat. dist.* 1. conceditur, quod in itinere celebrari possit sub dio. Ibi. *In itinere verò positis, si Ecclesia defuerit sub dio, seu in Gentoriis, si tabula altaris Consecrata, cæteraque Sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint Missarum solemnia celebrari concedimus.* Vndè cum Episcoporum Priuilegiũ celebrandi extra loca deputata adhuc vigeat, poterit si casus ferat, celebrare etiam sub dio. Et facilè casus occurrere potest si Mari, aut Flumine iter habeant, cum contingere possit, quod non inueniant locum aptum, & proindè poterunt descendere ad littus, & excitare ibi altare, in quo celebretur. An autem possint celebrare intra nauim, aut triremem, constat ex dictis, quando agitur de loco celebrationis.

5 Sequitur 3. Quod cum huiusmodi priuilegium sit concessum Episcopis in eum finem, vt possint quotidiè, aut celebrare, aut audire Missam, non erit necessaria alia causa, quam ista, vt possit quotidiè, aut sub dio aut in alio quocumque decenti loco celebrari, quia concurrente causa finali priuilegij, habet locum etiam priuilegium. Solum est aduertendum, quod semper est eligendus honestior locus, qui se offerat, quia hoc exigit maiestas Sacrificij, quod offertur, ratione, cuius introductæ sunt Ecclesiæ cũ tam solemni consecratione. Rursus quod si celebretur sub dio, est cauendum, ne subsit aliquod periculum.

QVÆSTIO 1222.

An ob solam Commoditatem possint Episcopi vti Altari portatili.

SVMMA.

1 *Ob solam commoditatem, an Episcopi vti possint altari viatico.* & num. seq.
3 *Priuilegium altaris viatici concedit Episcopis vsum ob solam commoditatem.*
Finalis causa huius priuilegij.
Causa finalis habenda pro expressa, quando ex expressis sequitur.
4 *Episcopi in vsu altaris viatici non debent scrupulizare.*
5 *Episcopus, si non possit egredi è proprio cubiculo, an ibi vti possit altari viatico.*

Prima sententia asserit, non posse vti ob solam commoditatem, sed solum, quando non possunt accedere ad Ecclesiam. Ita Valer. *in differ. vtriusque fori. verbo.* Missa *differ.* 2. *num.* 1. Facundez. *precept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. dum extendit solum priuilegium ad Episcopos itinerantes, & ægrotantes. Riccius *decis.* 78. *num.* 15. *part.* 4. Et habet fundam. in Cap. *fin. de priuileg. in* 6. vbi Pontifex concedit hoc priuilegium, quia non possunt semper Episcopi accedere ad Ecclesiam, pro Missa celebranda aut audienda. Ergo quando possunt accedere, non habet locum priuilegium. 1

Secunda sententia asserit. Posse vti altari portatili etiam ob solam commoditatem. Ita Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *quæst.* 4. Suarez *disp.* 81. *de Eucharist. sect.* 3. §. *Tertia exceptio* ver. *Resp. Priuilegium* Laiman *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 5. c. 5. *n.* 3. ver. *Ipsismet*, Coninch. *de sacram. quæst* 83. *art.* 3. *dub.* 1. *num.* 124. Puteau. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *dub.* 1. ver. *Ex priuilegio*. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 10. *dub.* 2. *num.* 23. Faustus *de Euchar. lib.* 2. *de sacrif. miss. quæst.* 171. ver. *Habent etiam*. Marchin. *de sacram. Ord. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 9 *num.* 11. Garzia. *In sum. tract.* 3. *difficult.* 8. *dub.* 2. *pun.* 2. *numero* 19. Alphons. de Leon. *de centur. resol.* 6. *numero* 854. Diana. *part.* 9. *tract.* 1. *resolut.* 36. ver. *sed his non obstantibus*. Tambur. *Opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *num.* 8. Quart. *in Rub. Missal. part.* 3. *tit.* 10. *n.* 1. *sect.* 2. *dub.* 2. *init.* Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. c.* 6. *quæst.* 3. *num.* 21. Verricel. *de Mission. Apostol. tract.* 8. *quæst.* 135. *num.* 13. in fine. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 6. *num.* 92. Lessius *de sacram. quæst.* 83. *art.* 3. Tit. *de loco num.* 78. ver. *ob necessitatem, in fine.* 2

Dicendum est. *Posse Episcopos ex sola Commoditate vti priuilegio altari portatili in propria domo, vel in quocumque loco decenti.* Hoc probant nonnulli ex DD. citat. quia licet priuilegium non sit concessum 3

cum

cum tanta amplitudine; consuetudo tamen ipsum extendit, vt ex causa commoditatis haberet locum. Verùm existimo, quod etiam concessum sit eum hac amplitudine, & manifestum fiat, si rectè perpendatur Cap *fin. de priuileg.* nam ibi Pontifex perpendit, quod Episcopi freqoenter absunt, à suis Ecclesijs, & quod non semper possunt ad Ecclesiam accedere, pro Missa celebranda, aut audienda. Rursus considerat, quod non decet, quod sinant præterite aliquem diē, in quo non celebrēt aut Missam audiant. Et his perpensis intendit prouidere, & teddere facilem, & commodam celebrationem, aut auditionem Missæ, & pro hoc obtinendo concedit vsum altaris viatici, vt in ipso celebrare possint, aut coram se facere celebrare. Ex quibus omnibus expressis colligitur, quod causa finalis huius concessionis, est inducere Episcopos ad qnotidie celebrandam, vel audiendam missam, exibendo modum facilem, & commodom & hæc causa finalis habenda est pro expressa, cum ex expressis consequatur *l. Id quod. ff. si cert. pet. &* notaor Bald. *in l. 1. circa fin. C. de his qui con. aper. tab. testam.* Paris. *cons.* 97. *num.* 107. *vol.* 1. Rolan. *de lucro dot. quæst.* 25. Crauera. *cons.* 149. *num.* 11. Absentia autem ab Ecclesijs, & incommodus accessus ad ipsas habeot rationem caosæ impulsiuæ. Ergo, ex intentione concedentis priuilegium, extenditur non solum ad necessitatem sed etiam ad commoditatem Episcopi, quam intētio regulatur à causa finali, quæ est reddete commodum, & facile Episcopis quotidie celebrare, aut audite Missam. Ex quibus solutum manet fundamentum oppo itæ sententiæ: nam non posse accedere ad Ecclesiam est causa impulsiua concessionis, non autem finalis, & ideò non debet concessio secundum ipsam regulari, sed secundum facilitatem celebrandi, quæ est causa finalis, vt dictum est.

4 Ex dictis Colligitur. Non debere Episcopos scrupulosè procedere in vsu altaris viatici, non solum intra aliquod oratorium celebrationi Missæ tantum deputatum, sed etiam in quocumqoe alio decenti loco, quia eum ipsis sit concessum ob facilitatem, & commoditatem celebrandi, aut audiendi Missam, ad hanc solam est tespiciendum, tanquam ad causam finalem: & proinde statim, ac interuenit aliqua commoditas, censenda est adesse causa finalis, & priuilegium habere locum.

5 Colligitur 2. Quod si Episcopus ob infirmitatem non possit egredi e proprio cubiculo, poterit in ipso coram se facere quotidiè celebrare, vt audiat Missā, Si enim in hunc finem concessum est priuilegium, oprimè poterit illo vti, quando necesse est quod careret Missa pro illo die. Vndè in tali casu vsus priuilegij esset maximè secundum intentionem concedentis, & inseruiret edificationi Populi, siquidem ostenderet Episcopus, quanti faceret audire quotidiè Missam.

QVÆSTIO 1223.

An absente Episcopo possint celebrari Missæ in eius oratorio existente intra Palatium.

SVMMA.

1 *In altari viatico possunt celebrari plures Missæ intuitu Episcopi.*

2 *Extra Oratorium permanens non potest celebrari, nisi intuitu Episcopi.*

3 *In Oratorio permanenti intra Palatium Episcopale an possint alij celebrare absente Episcopo,* & num. seq.

5 *Tale Oratorium est erectum facultate ordinaria Episcopi.*

6 *Capella Episcopi, se habet tanquam Ecclesia Parochialis.*

7 *Priuilegium Altaris viatici erecti permanenter est mixtum locale, & personale.*

8 *Quo iure celebrentur plures Missæ in Capellis Cardinalium.*

9 *Oratorium palatij Episcopalis, si sit separatum ab habitatione se habet instar Ecclesiæ.*

IN hac difficultate aliqua videntur certa. Primò quod Episcopus in altari portatili erecto, possit coram se facere celebrare plures Missas, aut quod possit ipse celebrare, deindè facere celebrare coram se alias Missas. Nam in Cap *fin. de priuileg.* non restringitur celebratio ad vnam Missam sed absolutè conceditur, quod possit coram se facere celebrare in altari viatico. Vndè, cum nulla adsit restrictio, poterit plures Missas facere celebrare, præsertim quia vberiori modo obtinetur finis priuilegij nēpè quod Episcopus quotidiè, celebret, aut Missam audiat. 1

Secundò etiam videtur certum, quod in Altari erecto intra aliquod cubiculum domus Episcopalis, quod etiam alijs vsibus inseruiat itavt non sit oratorium permanenter destinatum celebrationi, aut etiam subdio aut in quocumque alio loco, vbi transeunter sit erectum, non possit celebrari ab aliis Sacerdotibus, nisi præsentè Episcopo, qoia tale Altare est erectum intuitu Episcopi in virtute priuilegij d. cap. *fin. de priuil. in* 6. & ideò non possunt excedere limites priuilegij, quod solum concedit Episcopo, vt celebret in ipso, aut coram se celebrare faciat, non autem id concedit aliis, & ita notant etiam Tambur. *Opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 10. Quart. *ad Rubr. miss. part.* 3 *tit.* 10. *n.* 1. *sect.* 2. *dub.* 4. ver *Respondeo.* Solum difficultas est de oratorio permanenter erecto intra Episcopale Palatium, & celebrationi tantum destinato. 2

Prima sententia asserit. Absente Episcopo nō posse celebrari Missas in Oratorio erecto intra eiusdem Palatium: Ita Portel. *part.* 5. *respons. cas.* 20. *num.* 6. Tambel. *in Repert. cas. conscien. verbo.* Missa. *num.* 20. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 15. ver. *Notandum,* & *par.* 9. *tract.* 1. *resol* 41. & ita videtur sentire etiam Auersa, dum *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 14. ver. *Quinto in fin.* refert hanc sententiam, & non reijcit. Fundamentū est, quia priuilegium concessum Episcopis est personale, non autem locale, & ideò non possunt alij frui hoc priuilegio. Nec est eadem ratio de Priuilegio Oratorij priuati, quia in hoc expresè conceditur, quod inseruiat etiam pro familia. Nec etiam est eadem ratio, de Oratoriis seu Capellis Cardinalium, quia in his adest consuetudo, quia eam sciunt, & tolerant Pontifices. 3

Secunda sententia asserit, posse celebrari plures missas etiam absente Episcopo & existente etiam extra ciuitatem; ita Valer. *in differ. vtriusque fori verbo.* Missa. *differ.* 2. Franciscus Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 6. *quæst.* 3. *n.* 25. Pellizar. *tom.* 2. *manual tract.* 8. *cap.* 2. *n.* 163. Tamburin. *opusc. de sacrific. missæ lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 12. Quartus *in Rubr. missal. part.* 3. *tit.* 10. *n.* 1. *sect.* 2. *dub.* 4. Ver. *respondeo.* Vetricel. *de Apost. mission. tract.* 8. *quæst.* 135. *n.* 16. Eminent. Cardinal. Brancat. *in sua erudita dissertat. de Capell. Cardinal. apud Dianam part.* 6. *tract.* 8. *resolut.* 40. ver. *ad tertiam quæstionem*, vbi solidè hoc probat, & rationes ipsius procedunt etiam de Oratorio, seù Capella Episcopali. 4

Dicendum est. *In Oratorio, seù Capella erecta intra Palatium Episcopale celebrari possunt missæ etiam absente Episcopo, & existente extra Ciuitatem, dummodò sit permanenter destinata pro celebratione missæ.* Ratio fundamentalis est. Quia huiusmodi Oratorium seù 5

Capella

Capella non est erecta in virtote cap. *fin. de priuileg. in 6.* qoia ibi conceditut Episcopis solum vsua altaris viatici, non autem facultas crigendi Otatoria seu Capellas pro celebrat. miss. sed in virrute facultatis, quam habent erigendi Oratotia diuino taotum cultui dicata per cap. *missarum* & per cap. *hic ergo.* de *consecrat distinct.* 1. & quatenus subsistit stante criam restrictione Concil. Trident. *sess.* 22. *in decreto de seruan. & vicand. in celebrat. missarum & decretis* Sacræ Congregarionis. Nam Tiident. solum disponit quod Episcopi non permittant celebrari in domibus priuatis extra Ecclesiam, & Oratotia diuino tantum cultui dieata. Vndè potest concedete, quod celebretot in huiusmodi Oratotiis diuino tantum cultui dicatis, & ideò potest in doino proptia erigere huiusmodi Oratorium. Decreta autem S. Congregationis, solom prohibent, quod non concedant Oratoria priuata pro priuatis domibus. Quod non contingit, Quia vt dictum est in superioribos, & admittant Auctores oppositæ sentẽtiæ Palatium Episcopi non est Domus priuata, cum gaodeat ptiuilegio immunitatis.

6 Prætetea, vt argu lt Emioent. Brancatius, Capella Episeopi se h bet tamquam Ecclesia Parochialis pro ipsius familia, quæ immediatè subditur eidem Episcopo. Etgo debet familia habere sempet promptam Missam, vt possit audite, præsertim diebus festis, vt satisfaciat præcepto. Rursus, eo ipso, quod se habet instar Ecclesiæ Parochialis, aut absolutè deputata cultui diuino. & sicut potest quisque in cæteris Ecclesijs parochialibus celebtare cum licẽtia Rectoris ita etiam in huiusmodi Capella.

7 Ad fundamentum opposit. sent. resp. quod vt obseruat Eminentis. Branc. citat. priuilegium altaris portatilis erecti permanentet in loco destinato, tantum cultoi dinino, est mixtum, nempè locale, & personale: nam cum sit concessum intuitu per onæ est personale tespiciens eius commodum, quia tamen destinatut certus locus permanentet pro exercitio priuilegij, fit eriam locale. Deinde eò ipso, quod aliquod Oratorium, est tantum destinatum cultui diuino, & non est iotta priuatam Domum est ex natura ua locus aptus pro celebrat Missæ iuxta Concil. Trid & decreta S Congregat Accedit etiam, quod cum ptiuilegio concutrit ordinaria facultas erigendi oratotia pro celebratione Missæ.

8 Et rectè dicit, quod non est eadem tatio, ac de Otatoriis ptiuatis in domibus priuatis, nam in his totom dependet à priuilegio, & proindè non est cõcessum, quod in ipso noo est expressum. Vndè cum exptesse, & taxatiuè exptimatur vnica tantom Missa in præsentia Domin, aot familiæ se lusa bac præsentia non potest in ipsis celebrari, & cum ipsa non potest celebrari, nisi vnica Missa. Qooad Capellas autem Cardinalium est dinersa ratio, nam non ratione consoetudinis celebrantor in ipsis plures Missæ, etiam in eotomdem absentia sed ratione iuris veluti Parochialis, imò quasi Episcopalis, quam habent Cardinales supra suam familiam, ratione cuios possont ipsi erigere Capellam seu Oratotium pro audienda Missa Qood enim habeant tale ius desumitot ex Conc. Latetanen *sub Leone X. sess.* 9. ibi, *Ordinamus, vt quilibet Cardinalis se domus ac familia sua optimum Rectorem, perfectumque ostendat esse* & tradunt communiter Doctores, vt obsetuat idem Eminentis. Brancat. *in citat. discep. in q.* 3. vet. *Tandẽ ratiocinatione*

9 Ex dictis colligitut Hoc à fortiori locum habere, si Oratorium sit erectum intra Palatium Episcopale seorsim tamen à cubiculis io quibus habitant Episcopus, & familia & non solum, quoad otnatum, sed etiam quoad fabricam sit permanentet, & perpetuò dedicatum coltui diuino. Præsertim si etiam cæteris

qui non suot de familia pateat aditus. Quia tunc se habet instar Oratorij publici potius quàm prioati, & ideò quoad celebrationem Missæ sequetur leges oratorij publici.

QVÆSTIO 1224.

An mortuo Episcopo possit in oratorio domus ipsius celebrari.

SVMMA.

1 *Mortuo Episcopo an possit in eius Oratorio celebrari.*
2 *Mortuo Episcopo deficit priuilegium ipsi concessum.*
3 *Episcopo mortuo adhuc eius Palatium gaudet immunitate.*
4 *Oratorium erectum in commodum Episcopi cessat ipso mortuo.*
Cessat familia mortuo Episcopo.
5 *Si Oratorium sit perpetuum potest in ipso celebrari mortuo Episcopo.*
6 *Non est erectum vigore priuilegij, sed auctoritate ordinaria si sit perpetuum.*
7 *Vt Oratorium habeat locum, debet palatium Episcopale remanere tale saltem habitu, mortuo Episcopo.*

SVpponitur, quod permaneat Oratorium tamquã 1
permanentet distinatum celebrarioni Missæ Negat Diana *p.* 9. *tract.* 1. *resolut.* 40. ver. *sed hac* quæ citat etiam Auersam *q.* 11. *de Euchar. sect.* 15 ver septimo & Bald. *in Bull. cruc. p.* 2. *tract.* 2. *c.* 3 *sect.* 7. *n.* 68. quatenus docent, quod mortuo Domino qui habet priuilegium oratorij ptiuati, cessat ptiuilegium pro familia, & rectè quia priuilegium oon est concessum familiæ. nisi cum dependentia à Domino. De oratorio tamen Episcopi est diuersa ratio.

Prob. Diana, quia mortuo Episcopo defiit prio- 2
cipale, pro quo est concessum ptiuilegium, & erectum oratorium: & proindè cessat etiam pro familia, tanquam accessoriè participante beneficium oratorij. Vndè etiam mortuo Cardinale, cessat priuilegiũ oratorij Domus ipsius, vt constat ex praxi Deindè hoc priuilegiom respicit personã Episcopi non verò locum. & ideo taoquam personale extinguitur cum Episcopo.

At verò Pelliz. *tom* 2 *manual. tract.* 8. *cap.* 2. *sect* 2. 3
num. 163. tenet oppositum, assetens, adhuc vigere oratorium, & posse in ipso celebrari. Fondatur in eo, quia Palatium Episcopi, mortuo Episcopo adhuc gaudet immunitate, sicut gaudebat antea, vt tradunt ferè cõmuniter Doctores Marius Italia *de Immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. § 9. *num.* 4. Nauar. *in sum. Bullar.* tit. *de Immunit. n.* 10. Barbos. *in collect. ad cap. cum constituimus,* 17. *quæst* 4. *num.* 1. *tom.* 4. Ergò etiam otatotium retinebit eandem prætogatiuam, vt possit in ipso celebrari.

In hac difficultate illud certum existimo, qood si 4
Oratoriom sit erectum io ordine ad commoditatem Episcopi, & familiæ, etiamsi permanens fuerit cesset mortoo Episcopo aut translato ad aliam Ecclesiam, aut quocumqoe alio modo dimittat Episcopatum cum hoc tamen discrimine, qood dum vioat, poterit aliud, vbi habitat erigere. Ratio est. Quia quocumque modo dimittat Episcopatum, transfert etiam habitationem, & proindè cessat finis in Palatio Episcopali, ob quem est erectum Oratorium; si vero moriatur, destruitur etiam familia, ita vt non adsit amplius familia Episcopi; & ideò cessat etiam Oratorium, quatenus erat in ordine ad commoditatem familiæ. Et licet Oratoriom se habeat instar Ecclesiæ Parrochialis, quia tamen dum soluitur familia, soluitur eriam Parochia, ideò etiam soluetur Oratorium tanquam fundatum in iure Parochiæ.

Secùndò si Oratorium, etiam quoad fabricam sit 5

ita permanenter erectum, vt ex modo erectionis constet quod sit Oratorium perpetuum, poterit in ipso celebrari etiam defuncto Episcopo. Ratio est, Quia tale Oratorium, est dedicatum soli cultui diuino, & est perpetuò destinatum celebrationi missæ. Et proinde est ea illis, in quibus iuata dispositionem Concil. Trid. potest celebrari missa; nec repugnant decret. sacr. Congr. cum non sit in domo priuata. Ergo etiam mortuo Episcopo poterit in ipso Missa celebrari, quia sicut habet perpetuitatem indicatione, ita etiam habet in recipiendis functionibus pro quibus est destinatum. Et ratio fundamentalis est; quia tunc non est erectum in virtute alicuius priuilegij, quod sequatur personam Episcopi, sed virtute facultatis ordinariæ, qua potest pro celebratione Missæ erigere Ecclesias, & Oratoria, extra priuatas domos diuino tantum cultui dicata quæ in ordine ad hanc functionem habeant suam perpetuitatem.

6 Fundamentum oppositæ sententiæ solutum manet ex dictis; nam huiusmodi Oratorium non censetur erectum vigore alicuius priuilegij, sed virtute facultatis ordinariæ qua potuit destinare loca perpetua pro celebratione, quale præsumitur huiusmodi Oratoriū, vt constat ea perpetuitate fabricæ, &c. Qood autem dicitur de Cardinalibus, est dissimile, quia ipsi non habent facultatem erigendi Oratoria, & Ecclesias pro Missæ celebratione, & solum possunt erigere propriam Cappellam ratione iuris quasi Parochialis, quod habent supra familiam quæ cum dissoluatur morientibus Cardinalibus dissoluitur etiam ius Parochiale, atque adeò, quod in ipso fundati & domus Cardinalis temanent priuatæ domus, cum non sint sicut Palatium Episcopale semper destinatæ habitationi Cardinalium; quod autē dicitur de priuilegio, iam constat, quod Oratorium, post mortem Episcopi non innititur priuilegio.

7 Ex dictis colligitur cum Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib. 1. cap. 8. §. 2. n. 13. ver. Secundò.* Quart. *in Rubr. missal. part. 3. tit. 10. num. 1. sect. 2. dub. 4. ver. Colligitur.* Quod ea, quæ dicta sunt de oratorio Palatij Episcopalis permanenter erecto, locum habent, quādo Palatium manet Episcopale saltem habitu; & ideò si per locationem, aut quocumq, alio modo eius vsus alteri concedatur; itavt non sit amplius habitatio Episcopi, oratorium fiat inhabile, vt in ipso celebretur, quia sicuti Palatium fit priuata Domus ita etiā oratorium erit priuatæ domus Oratorium.

QVÆSTIO 1225.

An audientes Missam in oratorio Episcopi satisfaciant præcepto.

SVMMA.

1 *Audientes Missam in Oratorio Episcopi satisfaciunt præcepto.*
2 *Cur impleant præceptum.*
3 *Quid si non sit præsens Episcopus.*
4 *Audiens missam, quam celebrat Episcopus, aut facit celebrare in Altari transeunter erecto, an satisfaciat præcepto.*

1 Dicendum est. *Audientes Missam in oratorio Episcopi satisfacere præcepto.* Et hoc valet siue ipso celebret, siue coram se celebrare faciat. Ita Tambur. *opusc. de sacrif. Miss. lib. 1. cap. 4. §. 3. n. 6.* Quartus *in Rubr. Miss. part. 3. tit. 10. n. 1. sect. 1. dub. 2. ver. Colligitur quarto.* Squillantes. *de priuileg. Episc. part. 3. cap. 4. n. 9.* Eminent. Brancat. *in sua discept. de Capel. Card. ad 4. q. apud Dianam part. 6 tract. 8. resolut. 40.* Et hoc habet locum siue Episcopus celebret intra Diœcesim, siue extra, & ita declarauit Sacr. Congr. Concil. *die 22. Septembris 1640.* vt refert idem Eminentis. Brancat. in fine *dictæ discept.*

Ratio autē est; quia ex vna parte nulla adest prohibitio, sicut adest quoad oratoria in priuatis domibus, quod non satisfaciant præcepto, nisi priuilegiati. Ex altera autem parte cultus non exhibetur Deo per auditionem Missæ in priuata Domo, sed exhibetur coram capite illius Ecclesiæ; & in loco vbi ipse solet exhibere, qui cum sit persona publica, trahitur ille cultus ad rationem publici; siquidē licet non sit in loco, quò publicè conueniatur ad colendū Deum, est tamen coram persona publica, & ad quam spectat recognoscere an Deo debitus cultus exhibeatur. 2

An autem hoc locum habeat, quando non est præsens Episcopus affirmatiuè resoluendū est, quia si semel potest quis in aliquo loco audiendo Missam implere præceptum, poterit semper, quia si semel locus aptus est, erit semper talis. Cum autem locus sit aptus ea eo, quod in ipso celebret Episcopus, aut coram se celebrare facit, atque adeo sit locus destinatus publico cultui diuino, non quia publicà in ipso in hunc finem cōuenitur; sed quia ibi exhibetur à persona publica, quæ est caput totius populi, ideò retinet semper eandem aptitudinem, vt in ipsis possit publius cultus Deo exhiberi. Cuius ratio fundamentalis est, quia ille est publius cultus publico modo exhibitus, qui nomine Ecclesiæ, & in facie ipsius exibetur: Missa autem de se continet publicum cultum, & cum exhibetur in loco ab Episcopo, vt persona publica, & cap. illius Ecclesiæ auctoritate, publico modo exhibetur, quia exhibetur in facie capitis repræsentantis Ecclesiam, quamuis enim non sit præsens actu est tamen præsens habitu, dum locus tanquam destinatus eiusdem celebrationis ipsum repræsentat. 3

Maior difficultas est, an audiens Missam Episcopi, aut quam celebrari facit coram se in aliquo loco, vbi transeunter fuerit erectum altare satisfaciat præcepto, cum non audiat in loco destinato cultui diuino permanenter. Et affirmatiuè respondendum est. quia ad præceptum implendum sufficit, quod exhibeatur Deo publicus cultus sacrificij publico modo: nam sicut sacrificium de se est cultus publicus, ita debet Deo, quando est ea præcepto exhibendus, publico modo exhiberi; publico autem modo exhibetur ea eo quod exhibetur in facie Ecclesiæ & per id exhibetur in facie Ecclesiæ, quod exhibetur coram capite illius Ecclesiæ sicuti Matrimonium dicitur publico modo contractum ea eo, quod contrahitur coram Parocho. Si enim celebrat Episcopus, audiens Missam & coofferens simul cum ipso, atque adeò communicat sacrificio, quod publico modo offertur Deo, quia scilicet offertur ab eo, qui repræsentat certam aliquam Ecclesiam: si vero facit coram se celebrari, est simul cum ipso cooferens & proindè adhuc communicat in oblatione sacrificij oblati, & authorisati à publica persona repræsentante certam Ecclesiam, quæ facit, quod publicò modo dieatur offerri. 4

QVÆSTIO 1226.

An Episcopi titulares, & qui renunciauerunt Episcopatui, gaudeant priuilegio cap. fin. de priuileg. in 6.

SVMMA.

1 *Episcopi titulares, & qui renunciauerunt Episcopatui æquiparantur.*

2 *Episcopi*

2 *Episcopi titulares, & qui renunciauerunt Episcopatui gaudent priuilegio altaris viatici.*

3 *Priuilegium altaris viatici est concessum intuitu dignitatis Episcopalis.*

Priuilegium etiam odiosum extenditur, quantum patitur propria significatio verborum.

4 *Causa impulsiua concessionis altaris viatici est solum quoad Episcopos habentes Ecclesiam.*

5 *Oratoria titularium &c. innituntur tantum priuilegio, nec habent prærogatiuas &c.*

6 *Palatium Episcopale quodnam sit.*

7 *Oratorium Episcopi titularis, aut eius qui renunciauit Episcopatui absentis, sed breuiter reuersuri valet pro familia.*

1 EX resolutione huius difficultatis pendet etiam resolutio aliarum annexarum, quoad auditioné Missæ pro satisfaciendo præcepto, pro celebratione in eorumdem absentia &c. Episcopi autem titulares, & qui renunciauerút Episcopatui in hoc æquiparádi sunt cum in eo conueniant, quod sint sine Diœcesi, populo, & quod habeant dignitatem Episcopalem.

Dicendum est autem *Episcopos titulares, & eos qui*
2 *renunciauerunt Episcopatui gaudere priuilegio cap. quoniam de priuil. in* 6. Ita Diana *part.* 9. *tr.* 1. *res.* 47. Tamburin. *opusc. de sacr. Miss. lib.* 1. *c.* 4. §. *n.* 12. Quart. *in Rubr. Miss. part.* 3. *tit.* 10. *n.* 1. *sect.* 2 *dub.* 1. Et proindè possunt in propria domo erigere Oratorium, aut celebrare in altari portatili in quocumque decenti loco sicuti cæteri Episcopi, qui habent Diœcesim; hoc autem intelligitur de priuilegio præciso, quod conuenit ratione dicti cap. non autem de eo, quod conuenit ratio facultatis ordinariæ erigendi Ecclesias; & Oratoria.

Ratio autem est. Quia priuilegium in dicto cap,
3 conceditur absolutè Episcopis intuitu dignitatis; vndè cum Episcopi titulares, & qui renunciauerunt Episcopatui, sint verè Episcopi, & habeant eamdem dignitatem comprehenduntur sub priuilegio. Verba autem priuilegij etiamsi derogei iuri cómuni, aut esset odiosum debent extendi, quantum patitur propria & naturalis significatio, vt traduot Angel. *in l. fin. ff. de constit princip.* Aretin *in l. cum lege de testam.* Couarr *lib.* 1. Var. *cap. vlt. n.* 1. *ver. nec satisfacit.* Tapia *in Rubr. de constit. princip. cap.* 6. *in fin.* Tusch, *littera P. conclus.* 732 *n.* 6. quod habet locum etiam in iis, quæ strictè interpretanda sunt. Cum igitur priuilegium sit concessum Episcopis sub nomine Episcopi atque adeò dignitatis, veniunt omnes qui sunt verè Episcopi habentes talem dignitatem.

Solum obstare videtur, dictum Cap. *fin.* de *priuil.*
4 *in* 6. Nam Pontifex videtur solum loqui de Episcopis, qui habent Diœcesim, & Populum, dum inquit, *Quoniam Episcopi eorumque Superiores, se habent diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & Diœcesibus absentare*, &c. Et his postea concedit priuilegium. Resp. In allatis verbis Pontificem exprimere causam impulsiuam concessionis, non autem coarctare suá dispositionem, quia non coarctatur à causa impulsiua, sed à causa finali, quæ in præsenti est tribuere commoditatem Episcopis celebrandi quotidie, aut audiendi Missam, quæ potiori modo militat in Episcopis titularibus, & qui renunciauerunt Episcopatui; nam cum non habeant propriam Ecclesiam, & difficilius possint ad alias Ecclesias accedere, priuilegium est ipsis magis necessarium Imò etiam causa impulsiua, locum habet in ipsis potiori modo, quia non frequenter se habent absentare à suis Ecclesiis sed habent absentiam continuam, quia titulares non possunt accedere: qui verò renunciauerunt Episcopatui, habent absentiam firmatam, & irreuocabilem; vndè etiam ratione causæ impulsiuæ priuilegium ad ipsos extenditur.

Ex dictis colligitur. Quod cum titulares Episcopi, & ij, qui renunciauerunt Episcopatui, non habeant Diœceses in quibus exerceant iurisdictionem, neque etiam exercere possunt facultatem, circa erectionem Ecclesiarú, & Oratoriorum. Et proindè oratoria in propriis domibus erecta, non participabunt aliquid ab huiusmodi facultate deriuatú, quod participari ab Oratoriis erectis in propria Diœcesi dictum est in Superioribus; quia tamen adhuc se habent tanquam Parochi respectu propriæ familiæ, ideò oratorium ipsorum erit respectu ipsius instar Ecclesiæ Parochialis, non secus, ac oratorium Episcopi habentis populum, sed existentis extra Diœcesim, cui quoad hoc comparandi sunt. 5

Secundò colligitur. Quod cum Domus Episcoporum Titularium, & qui renunciauerunt Episcopatui, non sint Palatia Episcopalia, siquidem Palatium, non est Episcopale ex eo, quod habitet in ipso aliquis Episcopus sed eo tantùm, quod sit destinatú ad habitationem Episcopi Diœcesani, atque adeò sit quid Episcopatus pertinens ad Ecclesiam Episcopalem, habenda est pro domo priuata, quia Episcopus non habitat in ipsa, vt persona publica habens authoritatem, & exercens Iurisdictionem. Vndè etiam oratorium in ipsis erectum, non habebit illas prærogatiuas, quas habet Oratoriú Palatij Episcopalis, etiamsi esset quoad fabricam quoque permanenter erectum, sed mortuo Episcopo, aut transferente aliò habitationem cessabit omninò. 6

Tertiò colligitur. Quod si Episcopus titularis, aut qui renunciauit Episcopatui absens sit, reuersurus tamen & ideò remaneat in domo pars familiæ, poterit in ipso celebrari. Ita de Capellis Cardinalium Eminentissimus Brancat. in citat. *discep. de Capell. Card. ad* 3. *q.* 40. Eadem autem ratio militat, quoad Oratoria Episcoporum quia nimirum adhuc Episcopus dicitur licet absens habitare in domo, cum habitet secundum partem familiæ iuxta doctrinam Glos. *in cap. dilect.* 2. De *rescript.* verbo. *Domiciliam* & quia illud Oratorium, est instar Ecclesiæ Parochialis eiusdem familiæ quod proindè permanet, quousque permanet ibi familia. 7

QVÆSTIO 1227.

An Prælati, qui habent iura quasi Episcopalia gaudeant priuilegio cap. fin. De *priuil. in* 6.

SVMMA.

1. *Prælatus Ecclesia exempta quoad iurisdictionem æquiparatur Episcopis.*

2. *Prælati habentes iurisdictionem Episcopalem an fruantur priuilegio altaris viatici. & num. seq.*

3. *Priuilegium altaris viatici est concessum sub nomine dignitatis.*

4. *Priuilegium non est extendendum vltra proprietatem verborum, nisi aliqua necessitas vrgeat.*

5. *Causa finalis priuilegij altaris viatici non habet locum in prælatis exemptis.*

6. *Priuilegium insertum in corpore iuris extenditur ex identitate rationis.*

QVamplures Abbates, & alij Prælati alio titulo nuncupati habent Ecclesias exemptas, in quibus exercent Iurisdictionem quasi Episcopalem, & secluso ordine non differunt ab Episcopis, cum differant solum ratione consecrationis, & proindè ad ea, quæ sunt Iurisdictionis ipsis æquiparantur, vt aduertit Sanchez. *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 2. *num.* 12. Et quoad ea, quæ sunt Iurisdictionis, præsertim quando sine vlla restrictione fit mentio Episcoporum; venire nomine Episcoporum, hos etiam Prælatos, præsertim, quoad plures dispositiones Conc. 1

Trid. obſeruat Barboſ. cum plurib. *de appell. verb. verbo.* Epiſcopus, *n. 19. & ſeq.* Vndè de his meritò dubitatur, an participent huiuſmodi priuilegium.

2 Quod autem participent, ex eo videtur concludi, quia quoad ipſos quoque habet locum tum cauſa impulſiua priuilegij, tum etiã cauſa finalis. Nam ipſos quoque contingit abeſſe à ſuis Eccleſiis, & quaſi diſceſibus, & quod non poſſint ſemper ad Eccleſias ſe transferre, vt celebrent, aut audiant Miſſ. Rurſus cum habeant populum, cuius ſunt Paſtores, non decet, quod ſinant prætcrire aliquem diem, in quo non celebrent, aut audiant Miſſ. vt proinde habere debeant facilitatem, & commoditatem. Vndè finis priuilegij, qui eſt reddere hoc facile, vt quotidie celebrent, locum habet etiam quoad ipſos.

3 Dicendum eſt. *Prælatos exemptos & habentes Iuriſdiction. quaſi Epiſcopal. in ſuis Eccleſijs non frui priuil. cap. fin. de priuil. in 6. Ita Diana part. 9. tract. 1. reſ. 48.* ver. *ſed his non obſtantibus.* Quart. *in Rubr. Miſſ. part. 3. tit. 10. n. 1. ſect. 2. dub. 6.* ver. *reſpondet negatiuè.* Ratio autem eſt, quia huiuſmodi priuilegium eſt conceſſum nomine Epiſcopi, & eorum qui ſunt ſuperiores Epiſcopis atque adeo ſub nomine dignitatis. Priuilegia autem conceſſa contemplatione dignitatis, non poſſunt extendi ad non habentes eamdem dignitatẽ.

4 Accedit etiam, quod cum priuilegium dependeat à ſola voluntate concedentis, itavt non ſit plus per ipſum conceſſum, quàm voluerit concedere, quando verba priuilegij ſunt clara, & habent determinatam ſignificationem, non eſt adhibẽda aliqua interpretatio, nec facienda extenſio vltra proprietatem verborum, iuxta cap. *Recepimus* & cap. *Petrò* De *Priuil.* itavt ſemper retinenda ſit proprietas verborum, niſi aliqua neceſſitas io contrarium vrgeat, vt obſeruant Gloſ, *in Clemen. per litter. verbo* Directas. *de prabend.* Alex. de Næuo *in cap. quia circa, n. 16.* De *conſang. & affin.* Suarez. *lib. 8. de leg. cap. 28. n. 15.* Sanchez *lib. 8. de Matrim. diſp. 1. n. 15.* Nomen autem Epiſcopus propriè ſignificat tantum habentes propriam dignitatem Epiſcopalem, non autem habentes Iuriſdictioni quaſi Epiſcopalem, quia eſt nomen dignitatis, non autem Iuriſdictionis, nec communi vſu loquendi huiuſmodi Prælati dicuntur Epiſcopi, & ſolum veniunt nomine Epiſcopi, quando agitur de aliqua Iuriſdictione communi ipſis & Epiſcopis. Et praxis, quæ eſt legum, & priuilegiorum optima interpres, declarat, quod dictum priuilegium non extendatur ad huiuſmodi Prælatos.

5 Ad rationem dubitandi reſp. Non habere locum cauſam finalem priuilegij in Prælatis, habentibus Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Nam cauſa finalis ſupponit in Epiſcopis indecentiam, vt explicat dictum cap. *fin.* De *priuil. in 6.* quod Epiſcopi quotidiè non celebrent, aut audiant Miſſam, quod prouenit ratione ſtatus, nam ſunt in ſtatu perfectionis, qui eſt ſtatus charitatis, & ideò debent eſſe perfecti in charitate tum erga Deum, tum erga proximum. Et quia ex charitate prouenit cultus debent exhibere ſpecialem cultum Deo mediãte ſacrificio, vt oſtendant ſe non declinare à ſtatu perfectionis; & in hoc fundatur, quod habet tex. quod non decet Epiſcopum ſinere prætetire diem aliquem, in quo non celebret, aut audiat Miſſam. Hæc autem indecentia ſuppoſita reſultat finis diſpoſitionis exhibendi, ad illam excludendam, facilitatem, & commoditatem celebrandi; cum ergo hæc indecẽtia non ſit in aliis Prælatis, quia non ſunt in ſtatu perfectionis, ſed tantũ curati animarum, & proindè neque ſit excludenda, non habet in ipſis locum cauſa finalis priuilegij.

6 Ex quo fit, quod neque in virtute illius doctrinæ, quod ſcilicet priuilegium inſertum in corpore Iuris extendi poſſit ex indentitate rationis ſicuti extenditur lex ipſa, quam trad. Gloſ. *in cap. ſanè verbo.* Temerarium. *de priuileg.* Penna *in l. Iubemus C.* De *pala. ſacr. larg.* &c. Platea *in l. Grammaticos C.* De *profeſſ. qui in vr. Conſtantinop lib. 2.* Oſtienſ. *in cap. cum ſuper,* De *ſepult.* Copia *in l. fin. part. 2. c. 3. n. 78. ff.* De *conſtit. principis Genuenſis in practicab. Eccleſ. quaſt. 590.* Sanchez. *lib. 2. in Decal. cap. 19. n. 31.* poſſit ad ipſos extendi hoc priuilegium. Nam vt dictũ eſt ratio finalis priuilegij non eſt eadem in Prælatis habentibus Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & proindè neque poteſt habere locũ extenſio, ex indentitate rationis.

QVÆSTIO 1228.

An Epiſcopus nondum conſecratus fruatur priuilegio cap. fin. *de* priuileg. in 6. *& quid de tantum electo.*

SVMMA.

1 *Epiſcopus electus non fruitur priuilegio altaris viatici.*

Occidens Epiſcopum electum non occidit Epiſcopum.

2 *Epiſcopi confirmati licèt non conſecrati fruũtur priuilegio altaris viatici.*

3 *Aſſumptus ad Epiſcopatum in Romana curia quãdo incipiat gaudere priuilegio altaris viatici.*

QVoad Epiſcopos electos tantum non habere locũ priuilegium altaris portatilis cap. *fin.* De *priuileg. in 6.* pro certo ſupponendum, nam quamuis ſint in via ad Epiſcopatum, non ſunt tamẽ adhuc Epiſcopi, ſed tantum deſignati ad Epiſcopatum. Et proindè nondum tunc in gradu, & ſtatu Epiſcopali. Et ideo ſi quis occidat Epiſcopum electum tantum, non dicitur occidiſſe Epiſcopum, vt obſeruant Mander. *in reg. 16. Cancell. qu. 19. n. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 9. §. 1. n. 27.* Riuiſel. *de Iur. perſonar. extra Eccleſ. grem. lib. 3. cap. 7. n. 9* Barb. *de poteſt Epiſc. part. 3. alleg. 52. n. 237.* qui alios citat. 1

2 Quoad Epiſcopos autem confirmatos non autem conſecratos negant Hoſtien. *in cap. cum olim 2. n. 10.* De *priuileg* Anan. *in cap. fin. n. 8.* De *regul.* Alciat. *conſ. 1. n. 22. lib. 1* dicendum tamen eſt, *gaudere priuilegio Altaris portatilis conceſſo in cap. fin.* De *priuil. in 6.* Ita Suarez. *de cenſur. diſp. 18 ſect. 2. n. 7.* aſſerens gaudere omnibus priuilegiis Epiſcoporum. Gauan. *in manual. verbo.* Epiſcopus. *n* 10. Squillant. *de obligat, & priuil. Epiſcop. part. 3. cap. 4. n. 15.* Tanner. *in qu. moral. tr. 2. qu. 48.* Ratio eſt quia eo ipſo, quod eſt confirmatus eſt verè Epiſcopus quoad dignitatem iuxta cap. *Noſti* & cap. *tranſmiſſ.* vbi Gloſ. de *elect.* Vndè cũ Priuilegiũ ſit conceſſum contemplatione gradus, & dignitatis, habebit locum etiam, quoad ipſos.

3 Ex dictis colligitur. Quod cum in aſſumptione ad Epiſcopatum in Romana curia interueniant plures actiones, nempè nominatio facta à Pontifice, examen, præconiſatio Conſiſtorialis, præpoſitio item cõſiſtorialis, ſuſceptio Roccheti de manu eiuſdem Pontificis, & denique conſecratio, non cenſetur, quis verè Epiſcopus quouſque conſiſtorialiter propoſitus fuerit nam nominatio, examen, & præconiſatio, ſe habent, vt præparatoria ad conferendam dignitatem Epiſcopalem. Vndè neque frui poterit præſenti priuilegio, neque cæteris conceſſis Epiſcopis, quoad vſque propoſitus fuerit conſiſtorio.

QVÆST.

QVÆSTIO 1229.

An Episcopus celebrare possit in aliena Diœcesi absque licentia ordinarij.

SVMMA.

1 *Episcopus an celebrare possit in aliena Diœcesi absque licentia Diœcesani.*

2 *Potest celebrare non obstante decreto, quod exteri non celebrent sine licentia.*

3 *De iure id ei est concessum.*

4 *Episcopus in aliena Diœcesi non subditur Diœcesano etiam vt delegato Papæ.*

5 *Episcopus celebrans in aliena Diœcesi potest benedicere cum versi. sit nomen domini benedictum.*

1 DIfficultas procedit etiam de celebratione in Ecclesiis, in quibus solet celebrari. Et quod non possit celebrare, vbi est receptum Concil. Trident. & Episcopus prohibuit, ne quis exterus celebret absque sua licentia, venit in consequentiam quid quod tradit Antonel. *de regim. Eccles. lib. 1. cap.* 2. §. 1. *n.* 6. quia cum quilibet Episcopus sit delegatus Apostolicæ Sedis in ordine ad seruanda, & vitanda in celebratione Missæ, & consequenter quoad hoc sit maior omni Episcopo, poterit decernere, quæ putat necessaria in hac materia, & quæ decernit, ligabunt etiam alios Episcopos, quantumuis aliàs non subditos.

2 Dicendum tamen est. *Episcopos posse celebrare in aliena Diœcesi absque ordinarij licentia, etiamsi ibi receptum sit Conc. Trid. & adsit decretum ordinarij quod exteri ibi non celebrent absque licentia.* Hoc ante Conc. Trid. tradidit Glos. *in cap. quia nos.* verbo, *in aliena* De *auctor. & vsu pal.* & in cap. *fin.* de *priuil. in* 6. vbi Geminian. *n.* 3. *& pars.* Conc. Zerola *in praxi, verbo.* Episcopis *n.* 35. *part.* 1. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 27. *n.* 64. Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. part.* 1. *c.* 13. *n.* 8. Squill. *de oblig. & priuil. Episc. part.* 3. *c.* 4. *n.* 32.

3 Hoc desumitur ex cap. *fin.* De *priuil. in* 6. vbi conceditur Episcopis, quando etiam absunt à propriis Ecclesiis, & Diœcesibus, quod possint celebrare vbique cum altari viatico. Quia autem cum facultate Pontificia potest vbique celebrare cum altari viatico, potest in qualibet Diœcesi celebrare absq; licentia ordinarij, vt deciditur in cap. *in his* de *priuil.* præsertim si celebrent in Ecclesiis cum id sit quid minus, quam celebrare cum altari viatico. Cui autem conceditur, maius, conceditur etiam quod minus est iuxta reg. iuris. cap. *cui licet* de *reg. iur. in* 6. vbi Dinus.

4 Accedit etiam quod Episcopus licet existens in aliena Diœcesi non subditur ordinario, etiam vt delegato Sedis Apostolicæ nisi delegatio sit in specie extensa ad ipsum, & ideò quæ statuit pro propria Diœcesi, etiam vt delegatus Sedis Apostolicæ non afficiunt exteros Episcopos. Quod in specie locum habet in præsenti casu. Nam Episcopi constituuntur delegati Sedis Apostolicæ in ordine ad tollendos abusus circa sacrificium Missæ, per illud decret. *de seruan. & vitan. in celebrat. Miss. sess.* 22. Quod autem Episcopus celebret in aliena Diœcesi etiam cum altari viatico, non continet aliquem abusum, cum id ei concedatur à iure, neque enim abusus est, quod fit lege concedente.

5 Ex quo sequitur quod dum celebrat in aliena Diœcesi, potest Episcopaliter benedicere cum versiculo *sit nomen domini benedictum*, vt tradunt etiam Zerol. *in praxi Episcop. verbo.* Episcopus, *n.* 35. *part.* 1. Rodriqu. *tom.* 4. *sum. cap.* 67. *de Episcop. n.* 2. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 27. *n.* 64. Pias. *part.* 1. *prax. Episc. cap.* 2. *n.* 3. vers. *benedictio* Alzed. *de præc. Episcop. dignit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 11. Squill. *de oblig. & priuil. Episc. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. Nam modus iste benedictionis non est actus Iurisdictionis prohibitus exercere, sed potius spectat ad ordinem. Deinde quia concessa celebratione Missæ censetur etiam concessum, quod venit in consequentiam, nempè proprius modus benedicendi Episcopalis tanquã accessorius ad celebrationem Missæ, quod est personaliter concessum iuxta cap. *Prudens. §. si vero* De *offic. deleg.* & notant Crauett. *de antiq. temp. part.* 4. *in princ. n.* 67. Euer. *in Topica iur. loco* 4. *concessione anteced. ad conces. conseq. post num.* 2.

QVÆSTIO 1230.

An Episcopus possit in aliena Diœcesi celebrare Missam cum insignibus Pontificalibus.

SVMMA.

1 *Insignia Pontificalia quanam sint.*

2 *Insignia Pontificalia alia ad ornatum, alia in signum iurisdictionis.*

3 *Episcopus an possit vti insignibus Pontificalibus celebrans extra Diœcesim.*

4 *Episcopus non potest in aliena Diœcesi exercere Pontificalia etiam quoad vsum.*

6 *Episcopus potest in aliena Diœcesi vti insignibus Pontificalibus.*

7 *Concil. Trident. non prohibet vsum insignium Pontificalium, sed exercitium actuum Pontificalium.*

8 *Vsus Pontificaliũ, & exercitium differunt, & in quo.*

9 *Vsus Pontificalium inest actioni celebrandi vt accessorius suo principali.*

10 *Episcopus in aliena Diœcesi an possit celebrare cum baculo.*

11 *Abbates Lateranenses solum ex speciali priuilegio vtuntur baculo extra proprias Ecclesias.*

12 *Concil. Trid. prohibet exercitium Pontificalium in aliena Diœcesi insinuatum informatum aliquo actu iurisdictionali.*

Delatio baculi in forma Pontificali est actus iurisdictionalis.

13 *Aliud celebrare cum insignibus Pontificalibus, & aliud celebrare Pontificaliter.*

14 *Celebrare Pontificaliter continet exercitium Pontificalium.*

15 *Insignia Pontificalia quomodo sint signa iurisdictionis.*

Benedicere cum baculo est benedicere iurisdictionaliter. 1

16 *Mitra non est signum iurisdictionis, sed dignitatis.*

MOsconius *de maiest. milit. Eccles. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. recenset insignia Episcopalia, quæ sunt Mithra, Baculus pastoralis, Annulus, Sandalia, Chirotecæ & Crux pectoralis, Tunicella, Dalmatica, & habent suas mysticas significationes, de quibus latè Durand. *de diuin. offic. lib.* 3. *cap.* 13. *& seq.* Et de his dubitatur an possit, vti in aliena Diœcesi absque licentia, quando celebrat Missam absque eo tamen, quod exerceat aliquem actum ordinis Pontificalis; quia certum est, quod non potest aliquem huiusmodi, actũ exercere, cum id sit prohibitũ per Conc. Trid. de quo infrà, dum prohibet exercitium Pontificalium.

Supponendum autem quod insignia Pontificalia non omnia eodem modo se habent. Quædam enim solum ad ornatum conferunt, etiam quoad mysticã significationẽ quia scilicet ordinãtur ad ornandum omnem Pontificem in ordine ad suas functiones, & mysticè significant illas qualitates, quæ ordinantur ad spiritualem ornatũ, vt constabit examinanti mysticas significationes, quas recenset Durand. *n. præced. citat.* Alia vero vltra ornatum, & significationem mysticam, sunt etiam in signum potestatis, & Iurisdictionis, & talis est Baculus; nam est signum potestatis spiritualis, quam habet supra suum populum. 2

Et proindè in ordinatione Episcopi quando ordinans tradit ipsi Baculum dicit. *Accipe baculum pastoralis officij, vt sis in corrigendis vitiis piè sæuiens in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.*

3 Prima sententia asserit, non posse Episcopum vti insignibus Pontificalibus, dum celebrat Missam in aliena Diœcesi ita Fœlicius Pacian. *de prælat. l. 2. c. 29. n. 46. & 54* Campanil *in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 1. n. 2 resol* Gauant *in man. Episc.* verbo. *Orationes Episcopales n. 11.* Diana *p. 2. tract. 6. resol. 36. & part. 4. res. 185.* vers. *notandum est.* Et quoad Mythram idem tendunt Barbos. *de potest. Episc. alleg* 80. *n.* 14. Kochier. *de Iurisd. ordinar. in exemp. part* 1. *qu.* 1. *n.* 8. Bellarm. *ad cap. 5. de reform. litt. S. sess. 6. Conc. Trid.*

4 Prob. Quia Conc. Trid. *d. cap. 5. de reform. sess.* 6. Prohibet Episcopis in aliena Diœcesi vsum Pontificalium, & non intelligitur solū, quatenus dicunt exercitium alicuius actus concernentis ordinē Episcopalem sed etiā vt dicunt vsum insignium Pontificaliū, nam vsus, & praxis ita interpretantur, cum non celebrent Episc. in aliena Diœcesi cum Pontificalibus sine licentia. Nec dici potest, quod id faciant ob reuerentiam, & decentiam, quia si negaretur licētia, de facto celebrarēt, quia non est credendū, quod vellent amittere iurisdiction si illam hab rent Confirm Insignia Pontificalia continēt signa Iurisdictionis. Ergo cum non possit Episcopus in aliena Diœcesi exercere Iurisdictionē, nec potest vti insignibus Pontificalibus.

5 Secunda sententia asserit posse Episcopū in aliena Dœicesi celebrare cum insignibus Pontificalibus, ità Glos. *in Clem. fin. verbo* celebrare *de priuil* Zabar vers. *septimò quæro*, Imol. *n.* 4. & 10. Vital *n.* 13. Vanshel. *circa* Ostien. *in cap. fin. de vsu pal.* Pan. *in cap. ex tuarū, & in cap fin de auctor. & vsu pal.* & *in cap. antiqua n.* 10 *de priuil*, Milit. *in repert* §. *Episcopus* vers. *Episcopus autem* Aret. *cons.* 150. *n.* 3. Siluest. *verbo* Archiepiscopu *n.* 6. Et ex iis qui scripserunt post Conc. Trid. Graf. *part. 1. decis. lib. 3. cap. 2. n. 10.* Couarr *lib. 3. Variar. cap. 20. n. 9.* Henriquez *lib. 3. sum c. 6. n. 6.* Laiman. *lib.* 1. *Theol. mor. tract. 4. c. 5. n. 5.* & *in quæst canon. cap. 17. n. 274.* Bonac. *disp. 3. de Sacr. qu. vlt. pun. 8. n. 3.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 30. n. 13.* & *part. 3. alleg.* 81. *n.* 14. & *tom 3. collect. lib. 5. tit. 7. Clemen. 2. n. 7.* Alzed. *de præc. Episc. dignit. part. 1. c. 13. n.* 88. Thom Hurt. *part. 1. res. moral. tract. 2. cap. 6. res. 12. n.* 239. vbi latè. Et idem habetur etiam in obseruationibus Doctrinæ *verbo* Pontificalia *ad cap. 1. de reform. sess. 6. Conc. Trid.*

6 Dicendum 1. *Episcopum posse celebrare Missam cum insignibus Pontificalibus præscindendo a baculo.* De quo quid dicendū sit infrà explicabitur Quod ante Conc. Trident. posset in aliena Diœcesi celebrare cum ornamentis Pontificalibus non videtur reuocari posse in dubium, nam Innocent. citat. *num. præced.* & apud Glos. mox citand. testatur de vniuersali consuetudine quod Episcopi celebrarent in aliena Diœcesi cum Pontificalibus, idem atiam testatur Glos. *in Clement. fin. verbo*. etiam celebrare *circa fin.* de *priuil.* quo stante videtur concludi, quod etiam post Trident. idem possint.

7 Ratio est. Quia Conc Trid. in illo *cap. 5. de reform. sess. 6* non loquitur de vsu Pontificalium sed de exercitio Pontificalium; inquit enim. *Nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum* Ex quibus patet, quod loquitur non de vsu insignium Pontificalium, sed de exercitio atque de illo exercitio quod habet actum transeuntem in externas personas, vt proindè requirat duas conditiones, vt possit exercere, nempè licentiam Diœcesani, & quod exerceat tamen in personas eidem Diœcesano subiectas Imò videtur intelligere solum de exercitio Pontificalium, quod consistit in ordinatione; vt declarant verba immediatè subsequētia *si secus fuerit Episcopus ab exercitio Pontificalium, & ex ordinati ab executione ordinū sint ipso iure suspensi.* Verba enim. *Sic ordinati* manifestant, quod loquitur de exercitio Pontificalium in ordinatione.

Deindè quod vsus Pontificalium, & exercitiū sint quid diuersum, tradit etiam Glos. *in dict. Clem. fin. verbo*. Etiam celebrare *de priuil.* ibi *Archiepiscopi non committ. Episcopo vsum Pontificalium extra suam Diœcesim sed suo iure Episcopus celebrat vtitur illo, quod, vt dixi approbat consuetudo, sed Iurisdictione vel officio vti vellet puta ordinandi, degradando, Schismando, vel similia faciendo, tunc sine licentia Episcopi id non poterit.* Ex quibus patet, quod vsus Pontificalium est diuersus ab exercitio, cum hoc dicat vsum Pontificalium informatum aliquo actu Iurisdictionis officij seù ministerij Episcopalis. Et ità intelligunt etiam exercitium Pontificalium, de quo Conc. Trid. *citat* Villalob. *tom.* ... *tract. 18. difficul. 9. n. 5.* Tambur. *de iur.* ... *tom. 1. disp. 15. nu. 5.* Quaranta *in sum. Bullar.* ... *verb. Archiepiscopus.* Coninch. *de Sacram. disp. 16. dub. 5. n. 35.* vbi per exercitium Pontificalium, de quo Trid. intelligit ordinationē; vndè cum per Tridentinum prohibeatur exercitium non autem vsus Pontificalium, remanet quod si ante Conc. non erat prohibitus, neque nunc sit prohibitus. 8

Præterea in aliena Diœcesi celebrare possunt absque licentia ergo poterit etiam celebrare cum ornamentis Pontificalibus concess. Prob. Quia non celebrat tanquam simplex sacerdos, itavt in celebrando substineat personam priuati sacerdotis, alioqnin non posset celebrare sine licentia sicuti non possunt simplices sacerdotes, sed celebret tanquam Episcopus. Ergo ei debentur ornamenta Episcopalia ex eo, quod habet facultatem celebrare vti Episcopus, quia ornamenta connexa sunt cum persona. Quod præsertim verum est quia ornamenta Pontificalia considerantur tanquam accessoria ad actionem celebrandi, cui insint tanquam suo principali iuxta *l. ex diuerso ff* De rei vendic. & ideò Concessio celebrationis vt Pontificalis, se extendit etiā ad ornamenta, vt ad accessorium iuxta *l. Aurelius* §. *legatum* & *l. fin.* §. *fin. ff.* De lib. leg. & *l. Lecta ff. si cert. pet.* vbi Doct. communiter, & *l Lucius ff. qui pot. in pign. hab.* & considerant Ancharan. *cons.* 291. *n.* 1. Merlin *de cæs.* 55. *n.* 5. 9

Dicendum 2. *Probabile esse, quod Episcopus in aliena Diœcesi celebrans non possit vti baculo pastorali.* Ratio est. Quia licet tunc vsus Pontificalium non sit informatus aliquo actu Iurisdictionis, aut ordinis exercito, & proinde non sit exercitium Pontificalium in materia determinata, continet tamen ostensionem exercitam Iurisdictionis, quia cum Baculus sit signū Iurisdictionis pastoralis, dum adhibetur, erigitur signum talis Iurisdictionis: & proindè adest in actu exercito illius ostensio; si qui assumeret signum institutum ad directè ostendendā aliquam scientiam ex publica auctoritate, censeretur, in foro externo illam sectam profiteri. Vndè etiam vtens signo Iurisdictionis censetur profiteri se habere Iurisdictionem & Iurisdictionali modo facere, quod facit, quod non conuenit Episcopo existenti in aliena Diœcesi. 10

Confirmatur. Quia licet Abbates Canonicorum Lateranensium vti possent baculo Pastorali in Ecclesiis sibi subiectis, non tamen putarant vti extra ipsas, atiam in actibus pertinentibus ad monasteria, quales sunt processiones, non alia ratione, nisi quia ostendit iurisdictionem, vndè vt possent vti, opus fuit priuilegio speciali, quod fuit concessum ab Vrbano III. Præposito Sanctæ Agathæ Cremonæ eius Congregationis Canonicorum 11

Lateranen

Lateranensiom, vt refert Tambur. *tom. 1. de iure Abb. disp. 21. quæst. 3. num.* 10. cuius tenorem refert. Ergo neque Episcopi poterunt vti in aliena Diæcesi, cum ibi non habeant iurisdictionem, & proinde noo possint ostendere iurisdictiooẽ habere.

12 Dices Concil. Trident. prohibet tantum exercitium Pontificalium, quatenus dicit vsum Pontificalium informamm aliquo actu iurisdictionis, aut ordinis, vt dictum est. Ergo sub hac prohibitione non continetur vsus baculi. Resp. Probibere vsum pontificalium informatum qoocumque modo aliquo actu iurisdictionali, aut ordiuis; vsus autem Pontificalium com baculo est informatus aliquo actu iurisdictioois noo determioato, sed applicabili cuicumque actui determioato, oempè ostensione iurisdictionis, & declaratione per signum, quod ibi habebat iurisdictionem. Hæc autem declaratio, & ostensio sicoti supponit iurisdictionem, ita illam exercet, non circa aliquam materiam determinatam sed in communi erga Populum, dum se exhibet illi tanqnam superiorem, & populus tanquam talem illum veneratur.

13 Dices in Clem. *fin. de priuil.* conceditur Archiepiscopo, quod in locis exemptis prouinciæ possit in pontificalibus celebrare diuina officia, & qnod idem possit Episcopos in locis exemptis Diœcesis. Ergo noo poterunt extra prouinciam, aut Diœcesim, quia cooeessio non extenditur extra prouinciam, & Diæcesim. Quia concessio non extenditur extra ipsas, sed nominatim stat pro Diœcesi aut Pronincia. Quod etiam confirmari potest ex Cap. *Abbates de priuil. in* 6. vbi Abbates, qui habent facultatem benedicendi solemniter in proprijs locis, noo possunt extra ipsa benedicere. Resp. Allatum tex. loqui de celebrat. Diuinorum autem de vsu Pontificaliom; neque enim idem in Pootificalibus nõ sunt vti insignibus Pontificalibus in celebratione Missæ priuatæ, & aliud celebrare diuina officia in Pontificalibus, nã primum solũ vsum dicit ornatus Episcopalis, at secundum dicit illũ specialẽ modum, quo officia à Pontificibus, seu Episcopis celebrantur. Hic autem modus ita qualificat diuina officia, vt, ratione ipsius fiant propria Episcoporum, & ratione ritus eleuantur, vt pertineant ad ordinem Episcopalem. Vndè celebrare in Pontificalibus dicit vsum ipsi informatum aliqno actu concernente ordinem, atque adeò exercitium pontificalium, qnod noo competit Episcopo in aliena Diæcesi.

14 Ad fundamentum primæ seotentiæ patet responsio ex dictis, quatenus procedit ex auctoritate Concilij Trideot. Ad id, quod additur de praxi resp. Quod praxis procedit de celebratione in pontificalibus Diuinotum officiorom, quæ vt dictum est cootinet exercitiom pontificalium cum sit cum actu coocernente ordioem; non autem de vsu pontificaliom simplici in Missis priuatis. Quia si in his, noo ijs vtuntur, indè fit, quia commodiùs est sine ipsis celebrare, & etiam quia vtplurimum illa oon habent secum, dum sunt in aliena Diœcesi.

15 Ad confir. Insignia Pontificalia continere signa iurisdictionis, si sint cum baculo, secus autem sine baculo. Deindè etiam cum baculo non sunt signa iurisdictionis nisi in habitu non autem in actu. Sicut autem Episcopus in aliena Diæcesi retinet iurisdictionem in habitu, ita etiam potest habere signa huius iurisdictionis. Non potest autem vti baculo, quia in fine Missæ deberet benedicere populum cum baculo, benedicere autem cum baculo, est iurisdictionali modo benedicere, quia impenditur benedictio cum ostansiooe iurisdictionis, & ideò est vti pontificalibus informatis actu aliquo iurisdictionali, nec est benedictio simplex Sacerdotalis, sed eleuata ratione modi, & ritus ad ordinem Episcopalem, sicut etiam est benedicere populo, vt proindè iuxta Clem. *fin. de priuil.* non conoeniat Archiepiscopo, nisi io Proincia, & Episcopo in Diæcesi.

Ex dictis colligitur. Quod Mithra nequaquam est signum iurisdictioois, sed taotom dignitatis, & spectare ad decorem, & ornatum, vt obseruat Duraod. *librò secundo, de ritib. Eccles. cap. 9. num.* 15. quod satis ex eo constat, quod Episcopi ea vtantur coram summo Pontifice, in cuius deponuntur signa iurisdictionis, vndè etiam Cardinales deferunt Rochetum coopertum, quod detectum gestant Sede vacante. Et hoc desumitur etiam ex Cap. *Vt Apostolica de priuil in* 6. ibi. *& ex maioritate, ac decore maiori ornatum, maioritas appareret dignitatis*, & postea subsequitur dispositio de qualitate Mythræ itavt digniotibus deceroatur magis ornata, minus dignis minus ornata, vt appareat discrimen dignitatis, quando simul conueniunt Vndè constat ex hoc textu, qood Mythra est ad decorem, & in signum dignitatis. 16

QVÆSTIO 1231.

An stante interdicto possint Episcopi celebrare Missam.

SVMMA.

1 *Episcopus non potest celebrare coram interdictis ab ipso.*

2 *Episcopus celebrare potest stante interdicto locali, aut mixto.*

3 *Iura, ex quibus hoc desumitur.*
Cum quibus conditionibus celebrare possit.

4 *Episcopus stante interdicto an possit coram se facere celebrare.*
Priuilegia quomodo interpretanda.

5 *Episcopus an possit celebrare vel facere celebrare in loco specialiter interdicto.*

6 *Priuilegium Episcoporum celebrandi stante interdicto factum est ius commune.*

Difficultas procedit, quoad interdictum locale, seu mixtum, nempè locale, & personale simul; nam si sit purè personale, cessat difficultas, siquidem si Episcopus ipse erit interdictus, certũ est, quod non potest celebrare, alioquin esset, & oon esset interdictus: Si verò cæteri sint interdicti, certum etiam est, quod non potest coram ipsis celebrare nisi fortè ipse posuerit interdictũ, & celebrando intendat tollere interdictum, siquidem alio modo non potest venire contra interdictum, quia stante interdicto etiam ab ipso posito, de iure commuoi venit, quod non possint admitti; non potest autem Episcopus tollere effectus iuris communis, cum noo sit supra ipsum & à fortiori idem sequitur si à superiori sint interdicti. 1

2 Dicendum est. *Episcopum celebrare posse tempore interdicti localis, seu etiam mixti.* Ita tradunt cõmuniter Doctores. Glos. *in cap. fin. verbo.* Transgressione, *De priuileg. in* 6. Specular. *lib. 1. tit. de dispensat. p. 1. §. 5. num.* 23. Villadiego *de irregularit. cap. 5. num.* 15. Syluester *verbo.* Interdictum. *quintum, quæstione quinta*, ver. *Quintum* Armilla *verbo.* Episcopus. *num.* 22. Sa. *num.* 16. Vgolin. *de offic. Episcop.* 2. §.

2. num.

2.n.4.*part.*1.Angel. *verbo* Interdictum. *C. num.* 1. Innoc.*in cap. Quæsiuit.* de his, *quæ fiunt à ma. par. cap.* Couar. *in cap. Alma mater* §. 5.*num.* 7. vet.*poterant.* restans de communi. Henriquez *lib.* 13. *sum.cap*, 44. *num.* 6. Lancel. *in templo omn. iud. lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 21. Alzedo *de praced. Episcop. dignit. cap.* 53. *num.* 20. Sayr. *de censur. lib.* 5.*cap.* 5. *num.* 16. Vener. *lib.* 11. *Exam. Episcop. cap.* 54. *num.* 30. Barbosa *lib.* 1. *de iur. Eccles. cap.* 12. *num.* 27. Squillant. *de obligat. & priuileg. Episcop. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 16. Thomas Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 6. *resol.* 27. *num.* 286.

3 Quia autem hoc totum dependet à Iure, ideò solum ex iure ostendi potest, statuitur id igitur in cap. *Quod multis* de *priuil.* & in cap. *fin.* de *priuil. in* 6. vbi etiam conceditur, quod possint facere coram se celebrare, vt tamen hoc locum habeat, oportet, quod Episcopi non præstiterint causam interdicto, nec fraude, aut dolo in ipsum influxerint, vt in dicto cap. *Quod multis.* ibi, *Verum hoc illis concedimus, qui causam aliquam nō præstiterint interdicto, nec quicquam doli, vel fraudis ingesserint.* Rursus etiam requiritur, quod ianuis clausis, nec pulsatis campanis submissa voce, excommunicatis, & interdictis exclusis celebretur & decernitur in eod. *cap. Quod multis* & aduertit glos. *in cap. fin. verbo.* Trangressione *de priuil. in* 6.

4 Dubitatur autem, an possit Episcopus coram se facere celebrare per Sacerdotem, qui causam dederit interdicto; videtur enim ex vna parte affirmatiuè respondendum quia tunc non celebrat ex iure proprio, sed ex iure Episcopi, qui potest coram se facere celebrare. Sed tenendum est, quod non possit facere celebrare, nisi per Sacerdotem, qui aliàs possit celebrare, nam si non conceditur Episcopo celebrare, si dedit causam interdicto, ita etiam non poterit vti, nisi opera illius, qui interdicto, causam non dederit. Ratio generalis est, quia priuilegia ita accipienda, & interpretanda sunt, vt manuteneatur Ecclesiæ disciplina Cap. *Vt priuil. de priuil.*

5 Rursus dubitatur, an possit Episcopus celebrare, aut celebrare facere in loco specialiter interdicto. Per locum autem specialiter interdictum intelligitur Ecclesia aliqua loci, ita vt non sint interdictæ omnes Ecclesiæ eiusdem loci. Affirmant Ostien. *in cap. Quæsiuit. de his, quæ fuerit à ma.par.cap.* Thomas. Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. cap.* 6. *resol.* 27. *num.* 286. Quia cum priuilegium sit amplè interpretandum debet comprehendere quicquid venit nomine interdicti; venit autem etiam interdictum speciale sed non habere locum priuilegium in interdicto speciali tradunt. Syluester *verbo.* Interdictum 5. *quæst.* 5. vers. *Quintum.* Villadiego *de irregularit. cap.* 5. *num.* 15. Couar. *in cap. alma mater* §. 2. *num.* 7. vers. *poterant.* Angel. *verbo.* Interdictum 6. *num.* 1. Henriquez *libro.* 13. *sum. cap.* 44. *num.* 6. & habent ex d. Cap. *Quod. multis. de priuil.* vbi priuilegium coarctatur ad interdictum commune & vniuersale. ibi. *concedimus, vt cum commune terra interdictum fuerit.* Si ergo conceditur priuilegium, quando interdictum fuerit commune, non conceditur, quando fuerit speciale cap. autem *finale de priuileg. in* 6. accipit ab hoc text. declarationem, cum vna lex per aliam declaranda sit, & vitanda correctio iuris, quantum fieri potest. Accedit etiam ratio, quia concedere priuilegium celebrandi in loco specialiter interdicto, cum alibi celebrari possit, non tam fuisset liberalitas, quàm prodigalitas gratiarum & non tam tenderet ad conferendum beneficium, quàm ad eneruandam disciplinam Ecclesiasticam.

6 Est tamen aduertendum, quod modò dictum priuilegium Episcoporum factum est ius commune competens omnibus tam Clericis quam Regularibus, vt scilicet tempore interdicti celebrare possint diuina officia cum illis quatuor conditionibus, nempè submissa voce, sine pulsatione campanarum, ianuis clausis, & exclusis interdictis, & excommunicatis Ita in Cap. *Alma mater* §. *Adijcimus de sent. excommunicat. in* 6.

QVÆSTIO. 1232.

An tempore cessationis à Diuinis possint Episcopi celebrare.

SVMMA.

1 *Cessatio à diuinis in quo consistat.*
In quo differat ab interdicto.

2 *Episcopus celebrare potest in generali cessatione à Diuinis.*

3 *Cessatio à diuinis est regulanda sicut regulatur interdictum.*

4 *Quoad Regulares priuilegiatos nulla est differentia quoad interdictum & cessationem à Diuinis.*
Priuilegia Regularium in materia interdicti &c. extenduntur ad Episcopos.

5 *Ratio priuilegij pro interdicto habet locum etiam in cessatione a Diuinis.*
Quale priuilegium extendatur ad extensionem rationis.

CVm cessatio à Diuinis cōsistat in cessatione ab officijs Diuinis, & ministratione sacramento- 1
rum determinata ad locum, de qua agitur in Cap. *Dilectis filijs de appellat.* & in Cap. *Irrefragabili.* §. *caterum de offic. ordinar.* & in cap. *si canon.* & in cap. *quamuis.* de *offic. ordinar. in* 6. & in Clem. 1. *de sent. excomun.* dubitatur enim an in hoc tempore possit Episcopus celebrare. Quamuis autem æquiparetur interdicto, in pluribus tamen ab ipso differt, vt obseruat Sayr. *libro quinto, de censur. cap.* 17. *numero tertio, & sequent.* vbi assignat sex differentias, quibus differt ab interdicto etiam antiquo strictissimè sumpto. Cum autem sit duplex vniuersalis, quæ vniuersaliter locum afficit, & specialis, quæ non afficit omnes, sed tantum aliquam, vel plures Ecclesias eiusdem loci, certum est, quod non potest Episcopus celebrare vbi adest specialis cessatio à Diuinis ob rationem, de qua dictum est *in præcedenti. n.* 5.

Dicendum est. *Episcopum celebrare posse tempore* 2
generalis cessationis à Diuinis. Ita In. Andr. *in cap. Dilectis. de appellat.* Actens. *parte secunda, sum. libro septimo, titulo sexto, art.* 7. vers. *nota etiam* Tabiena *verbo.* Interdictum *primo, numero septimo,* Couar. *in cap. Alma mater parte secunda,* §. 4. *numero septimo,* vers. *Hinc patet* Henriquez *lib.* 13. *sum. cap.* 51. *numero tertio,* Sayr. *de Censur. libro quinto, cap.* 19. *numero quinto,* Gutrietez *libro primo, Canon. quæst. cap.* 50. *num.* 6. Alzedo *de pracel. dignitat. Episcop. cap.* 13. *num.* 22. Rodriquez *in Compend. quæst. Regul. resol.* 80. *num.* 44. Thomas Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 6. *resol.* 27. *num.* 290.

Hoc autem asseritur à Doctoribus, quia pri- 3
uilegium, quod habent celebrandi tempore interdicti extendunt etiam ad tempus cessationis à Diuinis. Extensio autem fundatur in eo, quod

priuile

priuilegium est fauorabile, & cessario à Diuinis æquiparatur interdicto, itavt regulentur secundum formam interdicti. Et proindè quamuis in Cap. *Alma mater. De senten. ex. ommunicat. in 6.* nihil disponatur de cessatione à Diuinis, attamen, quia disponitur, qnod interdictum suspendatur in quibusdam festis, in ijsdem etiam suspenditurcessatio à Diuinis, ita interpretante consuetudine, & Doctorum auctoritate. Vndè etiam priuilegia, quæ conceduntur pro interdicto in ordine ad officia diuina, debeot censeri etiam concessa pro tempore cessationis à Diuinis.

4 Præterea ex eo deduci potest extensio, quod Regulares priuilegiati sint, quod io forma obseruationis oulla sit differentia inter cessationem à Diuinis, & quodcumque interdictum. Ita Leo X. concessit fratribus Minoribus, vt refert Compend. *Priuileg. mendicantium. verbo.* Interdictum 1. *num.* 17. Cum autem priuilegia Regularium in hac materia extendantur ad Episcopos iuxta Cap. *Quod multis. De priuileg.* hoc quoque extendendum est ad Episcopos, vt tempore cessationis à Diuinis eodem modo celebrare possint, ac tempore interdicti.

5 Accedit etiam quod ratio, quæ militat in concessione celebrationis cum altari portatili pro tempore interdicti, habet locum etiam in cessatione à Diuinis, quia scilicet nõ decet, quod Episcopus sinat præterire aliquem diem, in quo aut nõ celebret Missam, aut aut nõ audiat, quæ assignatur in Cap. *fin. De priuileg. in 6.* Ergò priuilegiũ celebrandi tẽpore interdicti extendi debet etiã ad cessationẽ à Diuinis, quia est insertũ in corpore iuris, & ideò regulatur ad modũ legis & extẽditur ex identitate rationis, vt tradũt Oldrad. *conf. 9. n. 7.* Butr. *in cap. Cum olim.* in fine *de verb. significat.* Felin. *in cap. Postulasti num.* 13. *limit. 5. de rescript.* German. *de indulc. Cardinal. §. nec non quacumque num.* 17. Rodriquez *quæst. Regul.* 46. *art.* 11. *tom.* 2. Sanchez *lib. 8. de matrim. disp.* 1. *num.* 8. Vndè cum extendatur ratio, quæ militat in interdicto ad cessationem à Diuinis, priuilegium quoque extendetur.

---

3 QVÆSTIO 1233.

An priuilegium interueniendi Missæ extendatur ad domesticos, & familiares.

SVMMA.

1 *Priuilegium interueniendi missa non se extendit ad familiares Episcopi, qui causam dederunt &c.*
2 *Familiares Episcopi tempore interdicti possunt interuenire Missa.*
3 *Priuilegium audiendi Missam &c. extenditur ad familiares.*
4 *Quinam sint familiares Episcopi.*
Domesticorum appellatione, qui veniant.
5 *Episcopus tempore interdicti potest omnes Sacerdotes familiores facere coram se celebrare.*
6 *Quid si non habeat familiarem Sacerdotem.*
Concesso priuilegio conceduntur omnia sine quibus esset inutile.
7 *De iure nouo potest Episcopus per quoscũque nõ impeditos facere coram se celebrare tẽpore interdicti.*

1 SVpponendum est, Priuilegium, quod habent Episcopi celebrandi Missam, aut faciendi coram se celebrari tempore interdicti submissa voce, iaouis clausis, expulsis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis Campanis non extendi ad familiares, & domesticos Episcopi, qui causam dederunt interdicto, aut aliquo modo influxerunt in delictum, propter quod est impositum, quia excluduntur semper in Iure à participatione eorum, quæ aliquo modo derogant effectui interdicti, & ex gratia conceduntur & specialiter in Cap *Licet vobis. De priuil. in 6.* & idem dicendum est etiam quoad cessationem à Diuinis quoad reliquos.

Dicendum est. *Domesticos & familiares Episcoporum participare in priuilegio audiendi Missam tempore interdicti.* Ita in casu priuilegij Bullæ Cruciatæ docent communiter Doctores eam commeotantes, & exprimitur etiam in ipsa Bulla. Et generaliter priuilegium Dominorum audiendi Sacrum tempore interdicti extendi ad familiam tradit Merol. *tom. 5. theol. moral. dis. 6. cap. 3. dub. 10. concl. 4. num.* 135. Suarez *lib. 9. de legib. cap.* 11. *num.* 8. Azor. *part.* 1. *lib. 5. cap. 23. quæst.* 7. Angelus *verbo.* Priuilegium *n.* 7. Nauar. *cap. 27. manual. n.* 180. Facundez *præcep. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. n.* 11. Tabiena *verbo.* Priuilegium *n.* 7. Syluester *num.* 6. Barbosa *in cap. Licet vobis n. 2. de priuileg. in 6.* 2

Est enim generaliter interpretatum, quod priuilegium interueniendi Missæ tempore interdicti, aut celebrandi, extendatur etiam ad familiares priuilegiati. Ita declarauit Bonifacius VIII. in Cap. *Licet vobis de priuileg. in 6.* ibi. *Cum conceditur singulari personæ, vt modo permisso tempore interdicti celebrare valeat, vel audire diuina, eius familiares domestici ad audiendum cum eo, & celebrandum sibi Diuinum officium licitè admittantur.* Ex quibus constat, qui nomine familiarum intelligantur, cum enim dictioni *familiares*, addat dictionem, *domestici*, restringit significationem ad eos; qui domestici sunt, & proindè non solum sunt familiares, sed etiam simul cum ipso habitant ad differẽtiam familiarium extraneorum, qui veluti ex priuilegio gaudent familiaritate. 3

Sed quid, si aliquis inseruiret reuera Episcopo in domesticis functionibus, sed non habitaret in palatio, sed in propria domo ob commoditatem. Resp. Adhuc venire appellatione familiarium domesticorum, quia Domesticorum appellatione veniunt illi, qui aliquo modo sunt pars, aut membrum illius societatis, quæ in domo conflatur sub vnius Capite, cui aliquo modo subsint, vt obseruant Bald. *in l. 2. C. de testib.* Felin. *in cap. In litteris de testib.* Aretin. *cons.* 13. *num.* 14 Mascard. *de probat. conclus.* 533. Et ideò habitatio in eadem domo materialiter se habet ad esse domesticum, & solum confert, quatenus inducit societatem, & coadunationem sub eodem capite. 4

Ex his colligitur. Quod si Episcopus habeat plures Sacerdotes sibi familiares domesticos, poterit omnes coram se facere celebrare, vt constat ex illis verbis allati Priuilegij, *Ad audiendum cum eo, & celebrandum sibi diuinum officium licitè admittantur.* Cum enim vti possit suis familiaribus ad celebrandum sibi Diuinum officium, & priuilegium non coarctet ad vnum, sed de omnibus loquatur, poterit omnibus vti, & facere quod coram se celebrent. 5

Secundò colligitur. Quod si casu aliquo Episcopus non habeat aliqem Sacerdotem inter domesticos familiares, aut quia infirmitate, aut alio modo impediantur, ne possint celebrare, vti poterit aliquo extraneo Sacerdote, qui coram se celebret tempore interdicti, nisi causam dederit interdicto, aut aliquo modo concurrerit ad delictum, propter quod est impositum. Quia cum habeat priuilegium, quod possit coram se facere celebrare tempore interdicti, vt in Cap *fin. de priuil. in 6.* conceditur etiam quod possit vti extraneo Sacerdote, alioquin priuilegium esset inutile. Et idem in simili tradunt Glos. *in cap. licet* 6

vobis. verbo. Non debent. *de priuil. in 6.* Io: Andr. *ibidem* Angel. *verbo.* Interdictum 6. *num.* 6. Syluester *verbo.* Interdictum 5. *quæst.* 1. Sayr. *lib.* 5. *de censur. cap.* 5. *num.* 29. qui alios citat. Suarez *lib.* 8. *de leg. cap* 11. *num.* 7.

7 Verum quia hæc procedunt à tota forma interdicti secundum ius antiquum. De iure nouo aliter dicendum est. Cum enim iuxta dispositionem Cap. *Alma mater, §. Adycimus. De sentent. excommunicat. in 6.* celebrari possint Missæ, & diuina officia per omnes exclusis excommunicatis, & interdictis, Campanis non pulsatis ianuis clausis, & submissa voce. Ideò poterit Episcopus per quoscumque non impeditos facere coram se celebrare, & etiam quoscumque præter exclusos admittere, quando celebrat etiã priuatè in proprio Oratorio.

QVÆSTIO 1234.

An Episcopus teneatur celebrare, aut audire missam tempore interdicti.

SVMMA.

1. *Episcopus tempore interdicti tenetur diebus festiuis celebrare aut audire Missam.*
2. *Interdictum non impedit Episcopos quoad celebrationem.*
3. *Tempore interdicti celebranda missa, & diuina officia.*
4. *Causa finalis, ob quam interdictum fuit moderatum.*
5. *Praeceptio audiendi Missam aut celebrandi, durat tempore interdicti quoad omnes addictos seruitio Ecclesiæ.*
6. *Interdictum secundum formam antiquam non eximit Episcopos à celebranda aut audienda missa.*
7. *Familiares Episcopi tenentur tempore interdicti audire missam.*

1 DOctores videntur existimare, quod sit eadem ratio de omnibus priuilegiatis quoad auditionem Missæ diebus festis tempore interdicti, esse tamen disparem rationem quoad Episcopum, & alios, quibus competit interesse officijs diuinis, constabit ex dicendis. Itaque dicendum est. *Episcopos tempore interdicti in diebus festiuis teneri celebrare Missam, aut audire sacrum, nec excusari ratione interdicti, quasi nolit vti priuilegio.* Ita loquens de Cleric. & Religios. Trullench. *in Bullam Cruciata, lib.* 1. *§.* 3. *dub.* 6. *n.* 4. & loquens specialiter de Episcopis Thoma Hurtad *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 6. *resol.* 28. *numero* 192.

2 Ratio autem est quia in tantum non tenerentur, in quantum interdictum ponit impedimentum, nec tenentur vti priuilegio, quod tollit impedimentum. Sed quoad ipsos interdictum non ponit impedimentum. Ergo tenentur audire, cum præceptum remaneat in suo vigore expedito obstringens, sicut obstringit extra tempus interdicti. Min. prob. Interdictum non causat hunc effectum quoad Episcopos impediendi celebrationem, sed tantum eos obligat, vt quando celebrant, aut coram se celebrare faciunt, excludant interdictos, & excommunicatos celebratio fiat submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis Campanis, vt constat ex Cap *Alma mater. §. Adycimus. De sent. excommunicat. in 6.* Ergo quoad ipsos non prohibet celebrationem, sed solum aliquas circumstantias celebrationis.

3 Confir. In eodem Cap. *Alma mater §. eodem.* Pontifex non solum restringit effectum interdicti, vt dictum est, sed etiam iniungit, quod celebrētur Missæ & diuina officia, vt constat ex illis verbis. *Missa celebrentur, & alia dicantur diuina officia sicut prius.* Imò beneficiatos non conuenientibus ad diuina officia, præcipit priuari solitis distributionibus. Ergo relinquit in suo statu obligationes, quæ adsunt circa diuina officia, atque adeò etiam circa audiendam, vel celebrandam Missam.

Confirm. 2. Causa finalis moderandi seueritatem interdicti, cum quo imponebatur secundum ius antiquum, fuit, quia ex tali seueritate, vt exprimitur in dicto Cap. *Alma mater.* excrescit indeuotio populi, pullulant hæreses, & infinita pericula animarum insurgunt, ac Ecclesijs sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur. Ergo tempore interdicti est præstandum totum id, quod alias esset præstandum, & conceditur in dicto Cap. *Alma mater*, quia finis, ob quem ibi restringuntur effectus interdicti exigit, quod præstentur, alias Pontifex non obtineret suum finem, ob quem illos restringit. 4

Ex dictis colligitur. Præceptum audiendi missam aut celebrandi tempore interdicti, durare quoad omnes Sacerdotes, qui sunt addicti seruitio alicuius Ecclesiæ, sicuti etiam quoad alios clericos, & religiosos, qui eidem seruitio addicti sunt vt obseruant etiam Trullench. & Hurtad. *num.* 1. citati, licet ex alio Capite. Ratio est quia quoad ipsos non est impositum interdictum quoad hunc effectum abstinendi à celebratione, & officijs diuinis, nam cum in dictu Cap. *Alma mater.* eis iniungatur, vt ea celebrent cum circumstantijs ibi expressis, non habet interdictum quoad ipsos causare huiusmodi effectũ: & ideò remanent in vigore obligationes quibus antéa ligabantur. 5

Secundò colligitur. Quod si interdictum feratur secundum formam iuris antiqui, & proindè non restringitur in Cap. *Alma mater*, Adhuc Episcopum teneri in diebus festiuis celebrare, aut audire Missam. Ratio est. Quia Episcopus habet à iure, quod possit celebrare, aut coram se facere celebrare tempore interdicti iuxta Cap. *Quod multis de priuil.* & Cap. *fin. de priuil. in* 6. quod non tam est priuilegium quam Ius commune. Et ideò interdictum, quod imponitur, reperit Episcopum potentem celebrare de Iure communi, atque adeò impeditur, ne extendat suum effectum prohibitionis celebrationis ad ipsum, quia quamuis vniuersalis, illi tamen derogatur à dictis iuribus, & consequenter relinquit obligationem, quæ aderat circa auditionem, vel celebrationem Missæ. 6

Tertiò colligitur. Quod cum familiares Domestici Episcopi possint interesse celebrationi Missæ tempore interdicti, dum ab Episcopo celebratur, vel coram se facit celebrare iuxta Cap. *licet. vobis. De priuil. in* 6. tenentur diebus festis interesse. Quia cum reperiat eos de iure communi priuilegiatos relinquit, vt tales, atque adeò non extendit ad ipsos effectum prohibitionis non interueniendi Missæ, & consequenter eos relinquit cum sua obligatione. Hæc autem locum habent, sicut, & dicta *num. praeced.* supposito, quod interdictum priuilegijs insertis in vigore Iuris non deroget. 7

QVÆSTIO. 1235.

An liceat celebrare in Altari eodem die, in quo celebrauit Episcopus.

SVMMA.

1. *In honorem Episcopi loci non celebrandum eodem die in*

in altari, in quo ipse Missam cantauit.
2 *Potest tamen celebrari, si necessitas vrgeat.*
3 *Decretum hoc, an adhuc vigeat.* & num. seq.
4 *Habet locum tantum quoad Missam solemnem ex vi sua dispositionis.*
6 *Modò non habet locum.*
7 *Est Concilij prouincialis.*
Non habet locum quoad prouinciam,
Fuit conditum pro manutenendo ne plures Missæ in eodem altari eodem die celebrarentur.
8 *Quæstio an peccet, qui, eodem die celebrat in altari, in quo celebrauit Episcopus non habet locum.*

1 IN Cap. *fin. De consecrat. dist.* 2. statuitur ita. *In altari in quo Episcopus Missam cantauit, Præsbiter eod. die aliam celebrare non præsumat.* Hoc autem constitutum est in honorem, & reuerentiam Episcopi vt vbi aduertit Glos. quæ etiam notat, quod celebrari potest cum eiusdem Episcopi licentia. Cum autem dicat tex. *Episcopus*, in singulari videtur antonomasticè loqui, nempè de Episcopo loci, qui ibi plus est colendus, quàm Episcopi exteri. Vndè Romæ hoc decretum non seruatur, nisi quoad summ. Pontificem, in Prouincia autem mediolanen. id statutum est in Concil. *Prouinciali III.* vt refert Nald. *in sum. verbo.* Episcopus *num.* 31. difficultas autem est an modo vigeat hoc decretum.

2 Supponendum, autem est, quod celebrari potest eod. die in altari, in quo celebrauit Episcopus, si necessitas aliqua vrgeat, vt aduertit etiam Glos. *in d. cap. fin. de consecr. Dist.* 1. communiter. DD. infra citandi, & desumitur etiam ex ipsis verbis text. nam dicit celebrare non præsumat & proinde excluditur illa tantum celebratio, quæ includit præsumptioné, quando autem est coniuncta cum aliqua necessitate, excludit præsumptionem neque enim fit ex presumptione, quod fit ex necessitate.

3 Prima sententia asserit, adhuc vigere huiusmodi decretum. Ita Tabiena *verbo.* Altare *num.* 10. Angel. *num* 8. Syluester *num.* 5. *vers. septimo* Armilla *num.* 13. Naldus *verbo.* Episcopus *num.* 31. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vltim. pun.* 9. *num.* 16. Henriquez *lib.* 6. *sum. cap.* 28 *num.* 1. Ragio *de Missa quæst.* 36. *n.* 5. Lezana *in sum. ver.* 60. Altare *n.* 11. Barbosa *lib.* 1. *De vniu. iure Ecclesi. iux.* 12. *num.* 23. *&* *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 25. Facundez. *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 22. *nu.* 5. qui tamen limitat ad Missam solemnem, seu Pontificalem. Homobon. *p.* 5. *exam. Eccles. tract.* 4. *q.* 138. Gauan. *in Rubr. missal. p.* 1. *tit.* 20. *littera F.* ver. *Illud.* Pax Iordan. *lib.* 12. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 149. Faust. *de Eucharist. lib.* 2. *q.* 243. Palud. *in* 3. *dist.* 13. *q.* 2. *ar.* 4. *conclus.* 3. Vgolio *de offic. Episcopi p.* 1. *num.* 4. qui limitat ad Missam solemnem. Thomas Hurtad. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 2. *cap.* 6. *resol.* 22 *num.* 230.

4 Secunda sententia asserit, Hoc decretum abijsse in desuetudinem. Ita Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *q.* 9. Suarez *lib.* 2. *de sacrif. Missar. cap.* 14. *num.* 6. Laiman *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 5. *c.* 14. *n.* 6. Palaus *part.* 4. *oper moral. tract.* 22. *n.* 9. *n.* 15. Dicastil. *de sacram tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 8. *n.* 150. Diana *p.* 50. *tract.* 12. *resol.* 24 Tambur. *opusc. de sacrif. miss. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. *n.* 5. Quarius *in rubr. missal. p.* 1. *tit.* 20. *dub.* 6. ver. *secunda sententia* Quintanaduen. *tom.* 2. *tract.* 2. *sing.* 21. *num.* 2.

5 In hac difficultate probabilius mihi videtur, quod Decretum habeat locum tantum quoad Missam solemnem vt volunt Vgolin. & Fernandez *citat. num.* 3. Ruiz. *in addit. ad Nignum de celebrat. miss. part.* 6. *animaduer.* 8. *quæst.* 10. citans Bartholomeum à S. Fausto, vt etiam indicat text. dum dicit. *In quo Episcopus Missam cantauit.* cantare enim est solemniter celebrare. Nec obstat quod Concil. Altisiodoren. condens idem decretum cap. 10. non vtatur dictione cantauit, nam cum vnum ius per aliud explicetur, & dictiones cæteræ contineantur in dictione *cantauit* hæc autem vt magis specialis non continetur in illis, debent secundum hoc magis specialem restringi. Præsertim quia, quando Episcopus non celebrat solemniter, celebrat tanquam priuatus Sacerdos, & proindè ratione actionis non est debita talis reuerentia, cum sit debita quatenus est propria Episcopi. Quod autem in Diæcesi Mediolanensi seruetur contrarium, prouenit, quia id specialiter ibi statutum est, vt dictum est *num.* 1.

Secundò probabile etiam videtur, quod modo dictum decretum non habeat locum saltem in alienis Ecclesis. Nam non semper & vbique seruatur, Imo ego non semel vidi celebrare statim in eodem altari in quo celebrauerat Episcopus nulla petita licentia, Quod si non fit vbi solemniter celebrauit, id contingit, quia est Altare maius, in quo, vt plurimum non solent aliæ Missæ celebrari præter solemnem. Deindè tex. ille Cap. *fin. De consecrat. dist.* 1. est desumptum ex concilio Vrbico, quod fuit Prouinciale, sicut etiam Prouinciale fuit concilium Altisiodorense II. quod idem statuit *can.* 10 Vndè quamuis collectum fuerit à Gratiano, non habet vim obligandi, quia, quæ sunt in Decreto non habent vllam vim, nisi quam dant Auctores, à quibus sunt desumpta. 6

Quod autem huiusmodi Decretum non sit in vsu etiam pro Prouincia, pro qua conditum est, colligitur ex eodem *can.* 10. Conc. Altisioderens. in tantum enim decretum fuit, quod alius Præsbiter non celebraret in altari, in quo celebrauerant Episcopi, in quantum tunc non licebat eodem die celebrare plures Missas in eodem altari, ita enim habet *canon* 10. Concil. Altisiodorensis *Non licet super vno altari in vna die duas Missas dicere, nec in altari, vbi Episcopus Missas dixerit Præsbiter in illa die Missas dicat.* Quia autem aliqui putabant, quod hoc non haberet locum, quando Episcopus celebrauerat, & proindè posset alia Missa celebrari in altari eodem, quasi non computaretur Missa Episcopi, ideò Concil. innouat Canonem, & declarat, quod computetur Missa Episcopi, & proindè non possit à Præsbitero celebrari in eodem altari eodem die. Cum ergo non sit in vsu, quod in singulis altaribus celebretur vnica tantum Missa singulis diebus, nec etiam erit in vsu, quod non celebretur eodem die in altari, in quo celebrauit Episcopus, quia in tantum prohibebatur, in quantum non poterant celebrari plures Missæ in eodem altari eodem die. 7

Ex quibus constat cessare illam quæstionem, an peccet mortaliter, qui eodem die celebrat in altari, in quo celebrauit Episcopus. Nam non potest habere locum peccatum, quia iam decretum id prohibens non amplius est in vigore etiam in Prouincia, pro qua conditum est in vigore. Deindè extra illam prouinciam nunquam habuit, quia auctoritas Concilij. Prouincialis non extenditur extra prouinciam. Et denique quia hoc non intendit canon sed quod in eodem altari eodem die non celebrentur plures Missæ. 8

QVÆSTIO. 1237.

An Episcopus excommunicatus faciens coram se celebrare, fiat irregularis.

SVMMA.

1 *Episcopus excommunicat. an irregularis, si faciat coram se celebrare.* & oum. seq.
2 *Celebrare, & se ingere celebrationi æquiparantur.*
4 *Non est admittenda irregularitas quæ non sit expressa in iure.*
5 *Excommunicatis se ingerentibus celebrationi non imponitur irregularitas.*
6 *Pœna quæ imponitur excommunicatis, & interdictis celebrantibus Diuina officia.*
7 *Actio quomodo tribuatur imperanti, atque auctorizanti.*
Irregularitas non habet locum nisi sit posita in specie pro tali actione.
8 *Celebrare, & se ingerere celebrationi non æquiparantur.*
Ob æquiparationem non trahitur irregularitas.
9 *Irregularitas non potest induci consuetudine.*
10 *Nec communi consensu Doctorum.*
11 *Episcopus interdictus faciens coram se celebrare non incurrit irregularitatem.*

1 PRocedit difficultas, quando auctorizat celebrationem & proindè influit in ipsam. Prima sententia asserit, incurrere irregularitatem. Ita Glos. *in Clement. fin. verbo.* Celebrari *de priuil.* quam postea sequuti sunt communiter Vitalin. *num.* 6. Panormit. *in cap. illud num.* 8. *de Cler. excom. ministr.* Mariao. Socin. *num.* 75. Archidiacon. *in cap.* 1. §. *Caueant num.* 3. *De sentens. excommunicat. in* 6. Franc. & Gemioian. *ibid.* Stephan. Costa *num.* 85. & 90. Nicolaus Dionis. de Petos. *ibid.* Ostiensis *in cap. Tanta de excessib. prælat.* vbi & cæteri Doctorea. Couar. *in cap. Alma mater part.* 1. §. 6. *num.* 9. vers. *Qui verò.* Mafol. *lib.* 3. *de irregular. cap.* 9. *num.* 7. & *cap.* 21. *n.* 6. Tabiena. *verbo.* Irregularitas 4. *num.* 3. Syluester *n.* 15. Angel. *num.* 40. Villadiego *de irregul. cap.* 2. Nauar. *cap.* 27. *manual. num.* 244. & *consil.* 12. *num.* 4. *de sentent. excommunicat. tom.* 2. Henriquez *l.* 14. *sum. cap.* 7. *num.* 3. Viual. *in Candelab. part.* 1. *tit. de excommunicat. num.* 39. Vgolin *de censur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 1. *num.* 11. Sayrus *libro secundo, de censur. cap.* 15. *num.* 5. Auila *de censur part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 2. *dub.* 6. Suarez *de censurie disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 5. qui tamen asserit iure probari impositam esse hanc irregularitatem, & proindè in rigore Iuris posse oppositom defendi.

2 Fundamentum huios sententiæ est, quia io Cap. *Illud* De *Cleric. excom. ministr. vbi.* eum Episcopua excommunicatus coram se fecisset diuina celebrari sub spe veoiæ incurrit pœnam, quam Canooes infligunt, quamois Pontifex ex misericordia duait noo inflingendam. Secundò. Qui per alium facit per se ipsum facere censetur. & proindè qui facit coram se celebrare reputatur, acsi excommunicatus celebraret. Tertiò. Quia in dict. Cap. *Illud.* æquiparantur celebrare & se ingerere celebrationi ibi *post excõmunicationem præsumpserint diuina celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorum.* Facere autem celebrare & se ingerere celebrationi, audire verò Missam non est se ingerere celebratiooi sed auditioni.

3 Secunda asserit, non fieri irregularem, qoia ex iure hæc irregularitas non habetur, ita Laiman. *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 5. *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. dom asserit hanc irregularitatem esse introductam ex Doctor. auctoritate. Suarez discedens à priori sententia quoad iotetdictum, de qoo est ead. ratio, acde excomuoicato *disp.* 34. *de consur. sect.* 4. *num.* 17. Conioch. *item de censur. disp.* 18. *dub.* 6. io fin. Toler. *lib.* 1. *cap.* 72. *num.* 8. Alzedo *de preced. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 27. Giballin. *de irregularit. cap. quinto, quæst.* 2. *propos.* 2. *consect.* 12. *ver. verum. cum nobis.*

4 Dicendum est. *Episcopum excommunicatum, si faciat coram se celebrare, non fit irregularis.* Hoc conuincitur efficaciter ex regula, quod noo sit admittenda aliqua irregularitas, nisi expræssa in iure, vt desumitur in cap. *Is, qui de sentent. excommunicat in* 6. ibi *Cum id non sit expressum in iure,* & tradunt communiter Dores *ibidem* Archidiacon. *in cap. Apostolica init dist.* 56. Felin. *in cap. Ad audientiam.* io fine *De homicid.* Maiol. *lib.* 1. *de irregul. cap.* 2. *num.* 1. Palud. *in* 4. *dist.* 25. *art.* 3. *quæst.* 1. *conclus.* 2. Summa coofessor. *libro tertio, tit.* 9. *quæstione quinta,* vers. *Quid si quis.* Medina *libro primo, summ. cap.* 11. §. Viual. *in candelab. tit. de irregular. numero vigesimo octauo,* Giaf. *lib.* 4. *decis. cap. vigesima septima, num. tertio,* Philiar. *de offic. sacer. parte prima, lib.* 4. *cap.* 6. *not.* 1. Nauar. *cap.* 27. *manual. num.* 194. vers. *Quimò.* Couar. *in Clem. si furiosus init. num. tertio, de homicid.* Heoriquez *lib.* 14. *sum. cap.* 1. *num.* 3. Tabiena *verbo.* Irregularitas 1. *num.* 3. vers. *secundò* Sayr *de censur. lib.* 6. *cap.* 2. *nu* 14. Titaquel. *in l. si vnquam verbo.* Reuertatur *num.* 243. *lib.* 1. *de pen. lege pœn. cap.* 7. *docum.* 3. Panor. *in l. fin. num.* 8. *de iure patron.* Suarez *de censur disp.* 40. *sect.* 4. *num.* 13. vbi habet, quod nulla irregularitas per solam consuetudinem corumcumque Auctorum opinione confirmatam admittenda sit nisi exhibeatur ius canonicum, in quo cootineatur, & cæteri Doctores communiter. Nullus autem textus affertur, nec afferri potest, in quo contineatur huiusmodi irregularitas, vnde Doctores, qui eam ponunt illam dedocunt, aut per extensionem aut ex consuetudine quæ tamen neque extat vt infra ostendetur aut alio modo, præterquam ex text. in quo sit expræssa.

5 Ad primom oppositæ senten resp. Quod in illo Cap. *Illud de cler. excom. minist.* solum habetur *Cum ea misericordiam facientes pœnam, quam canon. infligit his, qui post excommunicationem præsumpserit diuina celebrare, vel se celebrationi ingesserit Diuinorum ei non duximus infligendam.* Vt aliquid probaret, oporteret ostendere, quod pœna, quæ imponitur excummunicatis se ingerentibus diuinorum celebrationi, sit irregularitas, quod tamen oon ostenderur, & eum loquatur tex. vniuersaliter de omnibus se ingerentibus, debet pœna esse communis, quæ tamen oon est irregularitas, vt quoad Laicoa asserunt etiam Doctores oppositæ seotentiæ. Imò non esse irregularitatem satis declaraot illa Verba. *Ei non duximus infligendam*, Si eoim esset irregularitas, non fuisset inflingenda, quia ipso facto contrahitur sed fuisset auferenda. Vndè cum loquatur de pœna, quæ vt locum habeat, requirit factum Iudicis eam infligentis, non potest esse irregularitas.

6 [1] Est aotem aduertendum, quod Glos. in dicto *Cap. Illud. verbo.* Canon. *de Cler. excomm. min.* citans tex. qui imponunt pœnam allegatam à Pontifice in dicto Capite citat. solum trat. in quibus imponitur pœna excommunicatis, & interdictis celebrantibus diuina officia, & hæc pœna est depositio, non autem irregularitas, nã citat *Cap. si quis Episcopus* 11. *quæst.* 5. vbi Episcopus deponitur

& Cap.

& cap. *Latores eod. tit.* de *Cler. excom. minis.* vbi similiter excommunicati, & interdicti celebrantes deponuntur, & cap. *Fraternitati eod tit.* vbi priuantur beneficiis nullum autem. Text. citat, qui loquatur de irregularitate.

7 Ad 2. resp. quod quamuis actio soleat tribui imperanti, aut auctorizanti, non tamen est eadé actio, sed longè diuersa; nam imperans agit tantum moraliter dans motum moralem causæ agenti, agens vero operatur physicè actionem imperatam, & sunt diuersæ speciei: nam imperans exercet tantum actionem imperij, & imperatus exercet aliam actionem alicuius speciei, nempè currendi, cantandi, &c. Et in casu præsenti diuersitas actionis euidenter constat, nam faciens coram se celebrare, non exercet aliquem actum ordinis, sed imperij, aut similé: celebrans auté exercet actû ordinis sacerdotalis. Ex quo fit, quod ex eo, quod irregularitas fit imposita celebranti, non sequitur, quod sit imposita actioni imperandi celebrationem, nam irregularitas debet esse imposita pro propria specie delicti, & actionis, vt locum habeat, nec sufficit, quod sit posita in casu simili, aut maiori, vt testatur de communi, docet Suarez *de censur. disp. 40. sect. 4. n. 15.* & satis declarat text. cap. *Is qui, De sent. excom. in 6.* ibi. *cum id non sit expressum in iure.* Ex eo enim, quod exprimitur irregularitas pro vna actione, non exprimitur pro alia. Sic etia quádo imponitur excômunicatio pro aliquo delicto, non se extendit ad suadentes, imperantes, &c. nisi exprimatur.

8 Ad 3. neg. in illo text. æquiparari hæc duo delicta nempè quod excommunicatus celebret, & quod faciat coram se celebrare; nam solum cum Episcopus, de quo ibi, hæc duo delicta commisset, dicit Pontifex quod pœnam condonat, quam iuxta canones propter vtrumque meruerat. Deinde dato quod æquipararentur, non sit quod si pro vno sit imposita irregularitas, trahatur etiam ad aliud, quia vt dictum est *num. præced.* non extenditur nec transitur ex similitudine, vel etiam maioritate rationis sed non excedit casum pro quo in specie est imposita, & expressa. Adde etiam, quod fieret extensio a maiori ad minus nam grauius peccat qui exercet actum ordinis sacerdotalis, quàm qui facit exercere.

9 Neque etiam potest prætendi, quod hæc irregularitas sit inducta consuetudine, quia solo iure scripto, non autem consuetudine induci potest, vt tradit Suarez *disp. 40. de censur. sect. 4. n. 1.* Et ratio est, quia regula iuris est, quod non sit ass⟨e⟩reoda irregularitas, quæ non est expressa in iure cap. *Is qui de sent. excom. in 6.* Quæ regula cum sit concepta sensu negatiuo, excludit omnem aliam causam inductiuá irregularitatis præter ipsû ius. Deindè cû hæc irregularitas sit propter delictum, atque adeo habeat rationem pœnæ non potest per consuetudinem, induci, nisi ab iis, qui possunt infligere pœnas. Ab his autem non potest imponi, vt de communi docet Suarez *disp. 40. de censur. sect. 4. n. 10.* & constat ex praxi nemo enim punitur pœna irregularitatis, nisi aliàs sit à iure imposita, & accedat pro declaratione iudicis sententia.

10 Nec item induci potest communi sensu Doctorum nisi in iure reperiatur, quia hic quoque non sufficit per eamdem regulam dicti cap. *Is qui De sent. excomm. in 6.* etiam cum non sit asserenda irregularitas, nisi sit in iure expressa, neque etiam est asserenda ex vi communis sensus Doctorum. Accedit etiam quod in præsenti casu non adest communis sensus cum plures oppositum sentiant. Deinde qui admittunt hanc irregularitatem, neq; inter se conueniunt, nam aliqui voluot irregularitatem habere locum solum quoad sacerdotes excommunicatos, qui faciunt coram se celebrare, vt Suarez. *disp. 12. de censur. sect. 1. numero* 8. Alij quoad Prælatos & Dominos, vt

Nauarr. *cap. 27. manual. num.* 244. Alij quoad omnes excommunicatos vt Glos. Panormit. Couar. *n. 1. cit.* sicut etiam alij ex ibib. citat. Alij etiam quoad eos, qui nulla censura afficiuntur faciunt tamen celebrare, qui per censuras impediuntur. Vnde cum Doctores tam variè opinentur, excluditur communis sensus, & satis ostendunt, quod non habeat firmum fundamentum ad introducendam hanc irregularitatem.

11 Ex dictis colligitur Episcopum quoque interdictum non incurrere irregularitatem si coram se faciat celebrare, vt obseruant Suarez. *de censur. d. sp. 34. sect. 4. n. 17* Gibal in *de irregularit. cap. 5. quæst. 2. propos. 2. consect. 12* in fine. Nam quoad hoc quoque valet regula quod non sit introducenda irregularitas, nisi in iure sit expressa. Nulla autem pro huiusmodi crimine est in iure expressa irregularitas. Nec quod Doctores à simili arguunt de excommunicato faciente coram se celebrare, habet aliquid momenti. Tum quia neque pro ipso est imposita irregularitas, vt constat ex dictis. Tum quia dato, quod esset imposita, non esset extendenda ad interdictû cum in materia non habeat locû extensio, vt dictum est, sic celebrans in Ecclesiam interdicta fit irregularis celebrans, autem in Ecclesiam pollota non sit, licet videatur militare eadem ratio.

QVÆSTIO 1238.

An Episcopus suspensus à Pontificalibus fiat irregularis, si Pontificaliter celebret Missam.

SVMMA.

1 *Episcopus suspensus à Pontificalibus, an fiat irregularis, si Pontificaliter celebret.*
3 *Irregularitas ratione suspensionis violatæ, quando locum habeat.*
4 *Suspensio à Pontificalibus quid dicat.*
5 *Episcopus suspensus à Pontificalibus vtens ornatu Pontificali non peccat.*
6 *Celebrare Missam cum ornatu Pontificali non est actus ordinis.*
7 *Celebratio in Pontificalibus quoad ritum est propriùs Episcopi non tamen actus ordinis.*

Prima sententia asserit, fieri irregularem Ita Geminian. *in cap. Cum medicinalis §. si quis autem n. 3. De sent. excom. in 6.* Calderio. *de Eccl. interd. membr. 2. qu. 3.* Palcul. *In 4. dist 18. qu. 7. art. 3. conclus. 2.* Angel. *verbo.* Suspensio. 3. *n* 3. Nauarr. *cap. 27. manual. n. 163.* vers. *Ex quo infertur* Viual. *in Candelab. tit. de susp. n. 146.* Maiol. *lib. 3. de irregul. cap. 19. num. 5.* Fundamentum est, quia Episcopatus est ordo, vt cum Glos. *in proœm. decret. lib 6.* verbo. *Episcopus* docent communiter. Exercere autem actum ordinis cum suspensione ab illo habet eádem irregularitatem; celebrare autem cum apparatu Pontificali est exercere actum proprium ordinis Episcopalis cum celebratio cum tali apparatu à nullo alio exerceri possit. 1

Secunda senténtia negat, fieri irregularé Ità Innoc. *in cap. cum medicinalis. verbo. A diuinis De sent. exc. in 6.* Panorm. *in cap. cum dilectus De consuet.* Couar. *in Clemen. si furiosus part. 1. §. 1.* vers. *secundum De homicid.* Syluest. *verbo.* Suspensio. *qo. 5.* vers. *cum autem suspensio.* Qui alios citat. D. Antonin. *3. part. tit. 28. de suspens. §. 4.* vltra *medicin.* Specular. *lib. 1. part. 1. titul. de dispens. §. 3. numero 36.* Zerola *in praxi Episcop. verbo.* irregularitas *vers.* 18 & *verbo* suspensio. *dub. 6.* Grass. *lib. 4. decis. cap. 25. num. 3.* Vgolin. *de* 2

Censur. Tab. 5. *cap.* 14. §. 1. *num.* 2. Sayr. *lib.* 4. *de Censur. cap.* 16. *num.* 29. in fine. Alzedo *de pracel. Episc. cap. digni. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 28.

3 Dicendum est. *Episcopum suspensum à Pontificalibus non fieri irregularem, si pontificaliter celebret.* Et ita debent sentire omnes, qui volunt quod non sit admittẽda aliqua irregularitas, quæ non sit expressa in iure iuxta regulam Cap. *Is qui de sent. excom. in* 6. Ratio est, quia tunc tantum irregularitas rationem suspensionis violatæ habet locum, quando suspensus exercet officia Diuina, à quibus sit suspensus, vt desumitur ex *cap.* 1. §. *sciturus de sent. & re iud. in* 6. ex Cap. 1. §. *Caueant autem* & Cap. *Is cui. de sent. excomm. in* 6. Episcopus autem pontificaliter celebrans, non exercet actum aliquem officiorum diuinorum, à quo sit suspensus, nam non est suspensus à celebratione Missæ, sed tantum à pontificalibus, & ideò potest celebrare Missam, sicuti antea poterat. Vsus verò apparatus Pontificalis non est aliquis actus diuinorum officiorum. Sicut ornatus Sacerdotalis, non est actus officij, & ordinis Sacerdotalis. Vndè si Sacerdos suspensus à celebratione Missæ tantum exerceret aliquem alium actũ eum vestitu Sacerdotali, vt benedicere candelas, ramos oliuarum, &c, non fieret irregularis. Et ideò vsus ornatus pontificalis non inducit irregularitatem si coniungatur cũ actu, à quo non sit suspensus Episcopus.

4 Confir. Suspensio à pontificalibus est suspensio ab vsu ornamẽtorum pontificalium, sed ab exercitio actuum pontificalium, seu qui Conueniunt Episcopo, quatenus Episcopus est, quod ex eo patet, quia vsus pontificalium ornamentorum non est aliquod exercitium ordinis Episcopalis, beneficij, vel officij & proindè si acciperetur suspensio ista, post esset ab vsu ornamentorum Episcopalium, non illi Conueniret definitio Suspẽsionis, quæ est quod sit censura Ecclesiastica, qua Clerico, quatenus Clericus est prohibetur exercitium Diuini officij, vel beneficij, quàm recipiunt communiter apud Sayr. *lib.* 4. *Censur. cap.* 1. *n.* 13. Neque enim vsus ornamenti Episcopalis, est exercitium ordinis, aut beneficij, vt per se constat. Et ideò suspensio à Pontificalibus debet respicere pontificalia quatenus inuoluunt alicuius actus exercitium, qui sit Ordinis, vel officij pontificalis. Qui autem celebrat cum ornamento pontificali, non exercet actum Ordinis, vel officij Pontificalis, sed actum ordinis Sacerdotalis. Ergo non violat suspensionem, cum violetur solum per exercitium actus prohibiti.

5 Ex his autem fit. Quod Episcopus suspensus à Pontificalibus celebrans pontificaliter, seu cum ornamento Pontificali, neque peccat, quia non venit contra prohibitionem, nec violat suspensionem. Cũ enim suspẽsio à Pontificalibus sit suspensio abexercio alicuius actus pontificalis, qui spectet ad ordinem Episcopalem, vel officium, dum non exercetur aliquis huiusmodi actus, non violatur suspensio.

6 Ad fundamentum in oppositum admisso, quod Episcopatus sit ordo, & quod celebrare actum ordinis cum suspensione ab ipso inducat irregularitatem, neque quod celebrare Missam cum indumentis põtificalibus sit actus proprius ordinis Episcopalis, nam est actus ordinis Sacerdotalis, siquidẽ per characterẽ Episcopalem nõ confertur aliqua potestas circa corpus Christi verum sed tantum supra negocia mysticum, & in ordine tantum ad illos actus, qui sunt propriè Episcopales, & ideò celebratio, licet cum apparatu Episcopali, non est actus ordinis Episcopalis.

7 Dices. Licet celebratio secundum se non sit actus Ordinis Episcopalis ratione tamen apparatus Episcopalis, eleuatur, vt ratione modi, quo fit, sit propria Episcopi & ideò spectare ad Ordinem Episcopalem. Respond. Celebrationem cum apparatu Pontificali ratione modi, quo fit, acquirere quidem quoddam esse rituale, & ceremoniale, quo fit propria Episcopi, non tamen acquirere quicquam, quo fiat aliquo modo actus & exercitium ordinis, aut officij Episcopalis. Nam esse rituale est aliqua extrinseca solemnitas, quæ tantum accidentaliter, & Secundum qualitatem variat actum. Irregularitas autem est imposita solum exercitio ordinis, aut officij stante suspensione, & ideò non debet extendi ad actum ritualem proprium Episcopi, cum non sit exercitium ordinis, aut officij. Quod autem dictum est de celebratione Missæ, dicendum est etiam de celebratione Vesperarum pontificaliter, quia est eadem ratio. Cum enim supra ordinariam celebrationem non addatur nisi illa solemnitas apparatus Pontificalis, quæ est omninò extrinseca actui, sicut non immutat ipsum intrinsecè, ita nec facit, quod sit actus ordinis, aut officij sicut nec est ipsa solemnitas quia additur tantum solemnitas quædam ritus quæ licet conueniat soli Episcopo, nõ tamen dicit exercitium ordinis præsertim in materia pœnali, in qua actus ordinis stante accipi debet. Et ideò nec etiam violatur suspensio.

QVÆSTIO 1238.

An Archiepiscopus, vti possit pallio, dum celebrat in aliena prouincia.

SVMMA.

1 *Pallium proprium insigne Archiepiscoporum.*
2 *Archiepiscopi possunt vti pallio in tota prouincia etiam in Ecclesijs exemptis.*
3 *An etiam extra prouinciam.* & num seq.
5 *Forma, qua traditur pallium coarctat vsum ad prouinciam.*
De iure quoque coarctatur.
6 *Archiepiscopus potest vbicunque, sed intra prouinciam vti pallio.*
7 *Intra prouinciam vti potest in quacunque diœcesi absque licentia &c.*
8 *Extra prouinciam in quibus casibus vti possit, & cum quibus conditionibus.*

Pallium est proprium insigne Archiepiscoporum, 1 vt obseruant communiter Doctores, quamuis enim Episcopi eo vtantur, id tamen habent ex speciali priuilegio Sedis Apostol. vt obseruãt Stephan. Durand. *de ritib. Eccl. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 43 Moscon. *de maiest. militan. Eccles. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *Litera C.* & proindè non desinit esse propriũ ornamentũ Archiep.

Supponendum autem est. Quod Archiepiscopi 2 vti possunt pallio in tota sua prouincia, etiam in Ecclesijs exemptis, in quibus celebrare, possũt functiones, in quibus pallium adhiberi potest, vt decernitur *in c.* 1. & Cap. *Cum, sit,* & Cap. *Ex tenore. de auctor. & vsu pal.* & in Clem. *Archiep. de priuileg.* & obseruant Communiter Doctores Durand. *lib.* 3. *Racion. diuin. offic.* Rursus *de prerog. Archiep. digni. priuil.* 21. Petrus Gregor. *lib.* 15. *syntagm. vniuer. iur. c.* 9. *n.* 6. Zerola *in prax. Episc. p.* 5. *verbo.* Archiepiscopus. *n.* 2. Stephan. Duran. *de ritib. Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 45. Guid. Pancirol. *in Thesaur. var. lect. lib.* 1. *c.* 10. Azor. *p.* 2. *lib.* 5. *c.* 34. *q.* 7. Quaranta *in sum. Bul. verbo.* Archiep. auctoritas *n.* 32. Sanchez *lib.* 7. *opusc. moral. c.* 1. *dub.* 16. *n.* 4. Nauar. *in praxi. variar. sin. q.* 11. *n.* 6. *sect.* 15. Lotter. *de benef. lib* 1. *q.* 22. *n.* 2. Vndè solum difficultas est, an possit vti extra prouinciam.

Ratio dubitãdi est. Quia in Cap. *Cũ sit de auctor. & vsu pal.* habetur *Vbicumq; fuerit in missarum celebrationibus* 3

tionibus constitutms diebus solemnibus vsum Pallij, poterit liberius exercere. Si igitur habet vbicumq; vsum pallij, habebit etiam extrà prouinciam. Et ideò quod possit in aliena prouincia vti pallio cum licentia ordinarij loci tenet Venet, *lib. 4. exam. Epis. cap.* 10. *num.* 17.

4 Dicendum tamen est. *Archiepiscopum non posse extra Prouinciam vti pallio etiam cum licensia ordinarij loci*, exceptis tamen casibos, de quibus infrà. Ità Glos. *in Clem. fin. de priuil.* Card. *ibidem n.* 6 vers. *simili.* Abb. *in cap. cum sit. n.* 3 de *auct. & vsu pal.* Ostien. *in summ.* tit. *de auctor. & vsu pal.* §. *Et quo loco.* Tuscus *de precep. Archiepisc. dignit. priuil.* 2. vers. *istud tamen* Barbosa *de vniuers. iur. Ecclesiast. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 108. Alzedo *de pracell. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 74. vers. *Pallium, numero* 5. & desumitur etiam ex Pontificali *tit. de pallio.*

5 Hoc aotem totom dependet ex iure, & ideò ex iure est probandum. Et in primis id constat ex forma, cum qua traditur pallium ita enim habet. *Tradimus tibi pallium, vt eo infrà Ecclesiam tuam vtaris.* Si ergo infrà Ecclesiam tuam, nou debebit vti extra ipsam, & in aliena prouincia. Et proinde cap. 1. *de auct. & vsu pal.* declaratur, quid significet infrà Ecclesiam tusm videlicet infrà quamlibet Ecclesiam Prouinciæ tibi cōmissæ. Ergo nou extià Prouinciam. Deindè vt intellexit Pontifex Innoc. III quod in Hispania Archiepiscopi vterentur pallio indifferenter extrà suas Prouincias resp. talem consuetudinem non esse consuetudinem, sed corruptelam. Ex quibus coostat quod vsus pallij est coarctatus ad propriam prouinciam Archiepiscopi.

6 Neque obstat ratio dubitandi. Nam cum in illo cap. *cum sit.* De *auct. & vsu pal.* dicitur quod potest vbicumque in missarū celebratiooe vti pallio, uempè si celebret solemniter, intelligitur adverbium *vbicumque* in terminis habilibus, hoc est vbicumq; intra Prouinciam, vt explicat Glos. *ibidem* verbo *vbicumque* nam hic text. debet explicari iuxta text. cap. *ex tuarum* eiusdem Innoc. III. & text. cap. 1. *eod. tit.* Clem. III. in quibus statuitur qood non possit vti pallio extrà prouinciam. Nec valet instantia, quod proconsul vtatur insignibus proconsulatus extrà Prouinciam *l.* 5. *ff.* de *offic. Proconsul.* quia cum hæc dependeat ex dispositione iuris, ipsi standum, nec licet arguere à simili quando de similibus est aliter dispositum.

7 An autem quando vtitur intra prouinciam, sed in aliena Diœcesi reqoiratur licentia Diœcesani, affirmant Rodriquez *part. 4. sum. cap.* 67. *de Episc. num.* 24. Alzedo *de pracell. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 76. Couarr *pract. quæst. cap.* 9. *n.* 10. At resoluendum est, quod possit vti absque licentia vt tenent Quarant. *in sum. Bull. verbo* Archiepiscopi auctoritas *n.* 32. vers. *Præterea per decreta* Genueus. *in praxi cap.* 86. *n.* 19. Nam in cap. 1. & cap. *cum sis* de *auct. & vsu pal.* vsus pallij cooceditur liberè pro tota Prouincia, nec requiritur licentia Diœcesani. Nec obstat Concil. Trid. *sess. 6. cap. 5. de reform.* nam ibi tantum prohibet exercere Pontificalia in aliena Diœces. absque licentia Diœces. non autem prohibet vsum Pontificalium, vt in superioribus latè declaratum est. Exercere autem Pontificalia dicit exercere Pontificaliter aliquem actū ordinis, aot Iurisdictionis Episcopalis, vt etiam obseruat Quarant. modo citatus Si enim Archiepiscopus in Prouincia Pontificaliter incedit benedicendo, & crucem ante se delata poterit etiam quando celebrat Pootificaliter vti suis insignibus nempè pallio.

8 An autem in aliquibus casibus extra Proniuciam possit vti pallio. Respond. Posse in duobus casibus. Primus est. Si consecret aliquem suum suffraganeū. Secundus est. Si ordinet proprios clericos. Vt autem in his casibus vti possit, requiruntur duæ conditiones prima quod pro his functionibus non possit accedere ad Ecclesiam sibi subiectam, quod intelligitur de accessu commodo. Secunda quod interueniat licensia Diœcesani. Ita statuitur in cap. *ex tuarum* de *auct. & vsu pal.* ibi. *Nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, vt si necessitate aliqua prapeditus ad Eccles. sibi subiectam accedere forte nequiueris pro consecrandis suffraganeis tuis, vel clericis ordinandis & ad Ecclesiam alienam propter hoc se contigerit declinare, dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat, vtendi pallio in præticlis Casibus liberam habeas facultatem.* Nec dici potest, quod hoc sit priuilegium concessum specialiter Archiepiscopu. Compostellano, nam cum sit insertum in corpore iuris habeat rationem legis, & Priuilegij communis. Nec item, quod sit tantùm concessum pro Hispania, quia ibi aderat cōsuetudo, quod Archiepiscopi indifferenter vterentur pallio, cuius intuitu Pontifex licet talem consuetodinem corruptelam vocauerit, concesserit prioilegium, nam dato, quod dicta consuetudo fuerit causa impulsiua concedendi, dum tamen est insertum in corpore iuris, est ita vniuersale sicuti sunt cætera iura, & proindè ad omnes Archiepiscopos indifferenter extenditur.

QVÆSTIO 1239.

An Episcopus possit cooperto Capite celebrare.

SVMMA.

1 *Episcopus non potest celebrare cooperto Capite.*
2 *Reuerentia est maximè debita in oblatione sacrificij.*
3 *Quid si Episcopus non possit ob infirmitatem detecto Capite celebrare.*
4 *Ex necessitate potest vsque ad consecrationem vel pileolo, & reassumere post consumptionem.*

Dicendum est. *Non posse Episcopum celebrare cooperto Capite.* Ita communiter præsertim Sotus *in 4. dist.* 13. *q* 2. *art.* 4. Bertachin. *de Episcop. part.* 2. *n.* 100. *lib.* 4. Alzedo *de pracellen. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 17. & ita Decretum est à Zacharia Papa *in Synodo Romana cap.* 13. quoad omnes celebrantes Missas, & refertur in cap. *Nullus Episcopus* de *Consecrat. distinct.* 1. 1

Ratio autem est. Quia Capot detectum est signū Reuerentiæ. Hæc autem reuerentia in nulla alia actione est magis debita Deo, quàm sit in actione sactificandi, quia cum sactificium contineat supremum cultum, qui Deo potest exhiberi, & proindè Sacerdos in illa actione recognoscat summam excellentiam Dei, & ipsum profiteatur, vt supremum Dominum, cui se totum debeat, necesse est etiam, quod talis actio associetur signis externis reuerentiæ summæ, qualis non ostenderetur, si talis functio cooperto capite perageretur. 2

Sed quid, si stante aliqua infirmitate non possit detecto Capite celebrare. Respond. Vgolin. *de offic. Episc. parte.* 1. *cap.* 16. §. 2. *num.* 3. Sà *verbo.* Missa *num.* 17. Posse amictu cooperire Caput, & addit Sà; posse id facere etiam reliquos Sacerdotes, verùm id habet difficoltatem, nam illi Religiosi, qui cum induuntur Sacerdotali ornato, Caput Amictu cooperiunt, incœpturi Missam demittunt amictum, ne celebrent cooperto capite, vnde huiusmodi praxis declarat, quod retinere Caput 3

caput Amictu coopertum est celebrare capite cooperto; quia parum refert, quod operimentum sit pars ornatus Sacerdotalis, dummodo tegatur caput. Imò eum celebratum sit Capite detecto non potest Amictus esse ordinatus ad cooperiendum caput, dum celebratur,& ideò erit etiam contra ritum seruandum in vsu sacrarum vestium, si dum celebratur, caput Amictu cooperiatur. Et ideò melius erit obtinere licentiam à summo Pontifice vtendi aliquo Pileolo vsque ad Consecrationem.

4 Sed quid si necessitas superueniret,& expectandū esset diu, antequam obtineretur licentia à summo Pontifice. Resp. In tali casu posse vti vsque ad consecrationem Pileolo, & deponere vsque ad consumptionem sacrificij iuxta id, quod tradunt Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst.* 16. Laiman. *lib. 5. theol. moral. tract. 5. cap. 6. num.* 16. Bonac. *disp. 4. de sacram quæst. vlt. pun. 9. num.* 29. Facund. *pracep.* 1. *Eccl. lib. 3. cap.* 21. in fine Marchin. *de sacram ordin. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 9.* Lugo Cardin. *de Euchar. disp. 20. sect. 4. num.* 102. Tamburin. *Opusc. de sacrif. miss. lib. 1. cap. 7 §. 4. num.* 1. Quartus *in Rubr. missal. part. 2. tit. 2 sect. 4. dub.* 3. ver Colligitur si quis nam in tali casu stante necessitate, & impossibilitate habendi pro tunc licentiam, adest præsumpta voluntas summi Pontificis,& tacita dispensatio.

QVÆSTIO 1240.

An Episcopus celebrare possit ante Auroram, vel post meridiem.

SVMMA.

1 *Episcopi in itinere celebrare possunt ante Auroram, & post meridiem.*
2 *Vnde id possint.*
3 *Quod fundamentum habeat hac consuetudo.*
4 *Ex causa quacunque rationabili potest Episcopus anticipare horam celebrandi, & postponere.*
5 *Etiam quando facit coram se celebrare.*
6 *Auctoritate ordinaria an id ei conueniat.*

1 CVm tempus, in quo cōmuniter celebrari possit, incipiat ab Aurora, & durat vsque ad meridiem, dubitatur An possint Episcopi celebrare ante Auroram, vel post meridiem. Communiter autem conueniunt, quod dum sunt in itinere possint celebrare ante Auroram, & post meridiem Ita Glos. *in Cap. fin. de priuil. in 6.* Armilla *verbo* Missa *num.* 3. Azor *part. 1. lib.* 10. *cap.* 25. *quæst.* 5. verf. Si queras. Mirand. *tom.* 1. *manual. q.* 40. *art.* 10. *conclus.* 1. Genuen. *in manuali Cap.* 11. Coninch. *de sacram quæst.* 83. *art.* 2. *dub.* 4. *num.* 217. *vers. Ante illud.* Locarnat. *in seruit Sacerdot. part. 2. tract. 2.* ver. *Quare Missa.* Nauar. *cap.* 25. *manual. num.* 85. Facund. *pracept.* 1. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 16. Huttad. *de sacram. disp.* 4. *de sacrif. miss. difficul.* 4. Henriq. *lib.* 9. *sum. cap.* 24. *num.* 5. Palud. *in 4. dist.* 13. *quæst.* 2. *concl.* 3. *art.* 2. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 11. Barbosa. *de potest. Episcopi part. 2. alleg.* 23. *n.* 5. Alzedo *de precel. Episc. dignit. part. 1. cap.* 13. *num.* 12. Nald. *verbo.* Missa. *num.* 24. Diaz *in pract. cap.* 47. Narbona *in Annal. iur. Hora.* 1. *num.* 16. *vers. refert.* Tamburin. *de Iur. Abb. tom. 2. disp. 5. quæst.* 7. Leander *de sacram. tract. 8. disp. 6. quæst.* 6. Squillau. *de oblig. & priuil. Episc. part. 3. cap. 4. num.* 12. Emineo. Brancat. *in dissert. de Capell. Cardin. quæst.* 1. *apud Dianam part. 6. tract. 8. resol.* vbi eruditè,& luculenter id ostendit loquens quidem de Cardinalibus sed putans esse eamdem rationem de ipsis, ac de Episcopis.

2 Hoc autem non fundatur in aliquo iure, vt obseruat Nald. *citat.* sed in consuetudine recepta, & alij ex citat. ex eo deduceunt, quod cum possit cum alijs dispensare, vt ante auroram, & post meridiem celebrent, potest etiam cum seipso, Potest etiam ex eo deduci, quod Episcopi circa celebrationem Missæ non debent esse minus priuilegiati, quam sint regulares Cap. *Quod multis De priuil.* Cum ergo Regulares vtplurimū sint priuilegiati, vt possint ante Auroram, & post meridiem celebrare Missam, debet hoc priuilegium extendi etiam ad Episcopos ex ratione fundata in d. Cap. *Quod multis.*

3 Ratio autem potissima est, Quia lex de hora assignata pro celebratione Missæ non ita strictè obligat, vt ad amussim seruanda sit, nec multum refert, si missa parum anticipetur, aut postpunatur, vt constat ex Praxi, & ex opinionibus Doctorum. Et quia ad finem legis sufficit quod seruetur circum circa absque scrupulosa designatione. Hoc autem stante potuit facile consuetudo induci ex rationabili causa aliquam notabilem anticipationem, præsertim quando esset talis, quod si Missa non anticiparetur, aut postponeretur, esset omittenda. Neque enim lex intendit impedire celebrationem cum ob minus bonum non intendat maius impedire, est autem minus bonum, quod Missa celebretur tali hora, & maius quod celebretur licet non in tali hora, quando aliàs esset omittenda, nam ex vna parte concurrit hora assignata,& alia verò Missa secundum suam substantiam.

4 Quod autem dictum est, quod potest anticipare, vel postponere causa itineris, est etiam extendendum ad alias causas rationabiles, vt de Cardinalibus loquens tradit Emineo. Brancatius cum alijs D. Doctor. *in d. dissept. ad quæst.* 1. *vers. Hoc Cardinalibus licet apud Dianam part. 6. tract. 8. resol.* 40. Nam non est iter præcise, quod iustificet præuentionem Auroræ in celebrando, aut postpositionem meridiei sed quatenus est causa rationabilis, cur lex relaxet suum rigorem, & ideò quæcumque alia causa rationabilis idem præstabit, vt si vrgeret aliquod negocium, si esset sumpturus medicinam, aut quid huiusmodi.

5 An autem necnon ipse celebrando possit anticipare Auroram, aut postponere post meridiem, An verò etiam quando facit coram se celebrare Resp. Etiam quando facit coram se celebrare, vt tradunt. Diaz. *in pract. cap.* 47. *num.* 3. Nald. *verbo.* Missa. *num.* 29. Rodriq. *part.* 1. *sum. cap.* 243. Suarez *disp.* 80. *de Euch. sect.* 4. *vers. Tertia exceptio* Card. Brancat. *num. preced. citat.* vet. *secundo permittendum est,* & alij ex cit. *numero primo* cum Glos. *in cap. fin. ver.* Indulgemus. in fine *de priuileg. in* 6. quam Suarez citat. aut commouiter esse receptam. Hoc autem fundatur in dict. Cap. *fin. de priuil.* vbi Priuilegium concessum Episcopo celebrandi cum Altari viatico conceditur etiam in ordine ad faciendum celebrare. Habet autem hoc locum etiam in præuentione vel postpositione horæ, vt quod conuenit Episcopo, quando ipse celebrat, conueniat etiam, quando facit celebrare coram se, siue id habeat ex priuilegio, siuè ex consuetudine siue ex interpretatione legis, nam quilibet Titulus regulari potest secundum dict. Cap. *fin.* licet enim priuilegia non extendantur de casu ad casum, quando tamen sunt inserta in corpore Iuris, quia habent rationem legis, extenduntur ad extensionem causæ finalis, sicut extenduntur leges, vt dictum est etiam in Superioribus. Causa autem concessionis

sionis Altaris viatici habet locum etiam in præuentione vel postpositione horæ, quando facit eoram se celebrare. Causa enim finalis est, quia non decet, quod transeat aliqua Dies, in qua, aut non celebret, aut non audiat Missam. Transiret autem, si non posset, quando facit celebrare, facere anticipare, vel postponere horam.

6 Denique est aduertendum Quod Suarez *cit. disp.* 80. *de Euchar sect.* 4 *vers. tertia exceptio.* Hoc reducit, quamuis sub dubio ad Ordinariam potestatem, quia inquit omnes concedunt, quod possit Episcopus dispensare in prohibitione non celebrandi ante Auroram, nec post meridiem, tum quia dispensatio non est reseruata, tum quia consuetudo ita interpretatur prohibitionem. Et ideò potest etiam dispensare cum suo ministro, qui coram seipso celebrat. Accedit etiam, quod Episcopo commissa est specialis cura circa seruanda, & vitanda in celebratione Missæ à Concil. Triden. *sess.* 22. *in Decreto de seruan. & vitan.in celebrat. miss.* & ideò circa prohibita potest arbitrari quando habita ratione circumstantiarum prohibitio habeat, vel non habeat locum.

QVÆSTIO 1241.

An Episcopus possit facere celebrare ante Auroram, vel post meridiem in suo Oratorio pro familia si ipse non sit præsens.

SVMMA.

1 *In Oratorio Episcopi an celebrari possit ante auroram, vel post meridiem pro familia ipso non præsente.* & num. seq.

2 *Episcopus potest dispensare, vt ante auroram, & post meridiem celebretur.*

3 *In quo fundetur hæc facultas.*

4 *Quod concessum est Religiosis circa celebrationem per priuilegium, habet locum pro familia Episcopi per dispensationem*

5 *Quod conuenit Episcopis in ordine ad celebrationē Missæ conuenit etiam Cardinalibus.*

1 PRocedit difficultas ex suppositione, quod adsit causa rationabilis anticipandi Missam ante Aurorам, aut postponendi post meridiem. Tractat hanc quæstionem quoad Capellas Cardinalium Emin. Brancat. *in Discep. de Capell. Cardin. post, quæst,* 1. *vers. superest. nunc apud Dianam part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 40. & pro parte affirmatiua latè & eruditè discurrit, concludit tamen, quod putat id solum esse licitum, quando Cardinalis interuenit Missæ.

2 Dicendum tamen est. *Etiam Episcopo non præsente posse celebrari Missam ex causa rationabili ante Auroram, vel post meridiem in eius Oratorio.* de hoc nullum reperio Priuilegium; fundatur tamen in Ordinaria facultate Episcopi, per quam ex rationabili causa dispensare potest, quod celebretur ante Auroram, vel post meridiem. Hanc facultatem agnoscunt in Episcopo Laiman. *libro quinto, Theol. moral. tract.* 5. *cap.* 4. *numero tertio*, Suarez *disp.* 80. *de Eucharist. sect.* 4. *ver. tertia exceptio* & *ver. sed quares primo.* Coninch. *de sacrament. quæst.* 84. *art.* 2. *dub.* 4. *numero.* 217. Alzedo *de præcel. Episc. dign. cap.* 13. *numero* 12. *vers. & omnes*, qui alios citat. Vasquea *tertia, part. disp.* 231. *num.* 32. Franc. Lugo *libro. quinto, de sacrament cap.* 5. *quæst* 6. *num.* 69. testantes de communi, vndè debent hi Doctores hanc sententiam tenere. eum possit Episcopus dispensare ex rationabili causa etiam pro sua familia.

3 Ratio autem est. Quia Episcopo incumbit cura executionis Iuris communis: & proindè spectat ad ipsum punire violatores. Ergo etiam in ijs, quæ reseruata non sunt, spectat ad ipsum arbitrari, quando aliquid in casu speciali relaxari possit. De sui enim natura Leges Ecclesiasticæ admittunt dispensationem & de facili, quando non est reseruata Summo Pontifici, nam cum aliquarum Legum dispensatio sit reseruata Summo Pontifici; aliquarum verò non sit reseruata, signum est quod quando non est reseruata sit facilius concedenda de mente summi Pontificis, ideò enim non sibi reseruauit, vt facilius concedi possit. Cum igitur dispensatio de celebranda Missa ante Auroram, & post meridiem non sit reseruata, erit ex illis, quæ possunt facilè concedi ab Episcopo, & ideò poterit etiam dispensare pro sua familia

4 Quanto autem tempore ex hac dispensatione præueniri possit Aurora, vel postponi post meridiem videtur resoluendum, quod id, quod regulariter concessum est religiosis, possit habere locum quoad familiam Episcopi per dispensationem: seu quod id, quod potest ipse ex priuilegio seu consuetudine & interpretatione Iuris possit etiam concedere pro familia pro casu particulari, si tamen causa exigat tantam anticipationem, nam dum conceditur per priuilegium, aut per consuetudinem censetur esse quid rationabile, & cum dispensatio possit relaxare legem intra mensuram rationis, potest facere totam illam relaxationem, quæ rationabilis est, atque adeò quod per priuilegium conceditur, aut consuetudine introducitur.

5 Et hoc obiter adnotemus, quod dictum est de Episcopis, habet locum etiam quoad Cardinales, quia licet non sint Episcopi, habent tamen Iura quasi Episcopalia, quoad suam familiam, vt traduot communiter Alban. *de Cardin. quæst.* 42. *priuil.* 15. Laudens. *de priuil. Cardin. quæst.* 17. Nald *in sum. verbo.* Cardinalia *num.* 8. Ludouic. à Cruce *in Bul. Cruciata disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 22. *num.* 17. Præposit. 3. *part. quæst.* 8. *supplem. de approbat. minis. dist.* 7. *num* 33. Tutorian. *disp.* 23. *de panis. dubio tertio*, Filliuc. *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 197. Et ideò in ordine ad suam familiam possunt id, quod possunt Episcopi quoad proprios subditos quoad ea, quæ sunt Iurisdictionis, Et à fortiori, quod possunt Episcopi quoad propriam familiam.

QVÆSTIO 1242.

An teneatur Episcopus antequam celebret recitare Psalmos, &c.

SVMMA.

1 *Psalmi recitandi ab Episcopo &c. ante celebrationem missæ.*

2 *Non sunt tamen sub obligatione recitandi.*

3 *Quia continent tantum præparationem non necessariam.*

4 *Etiam si publicè celebret.*

1 IN libro Pontificali permittuntur quinque Psalmi nempè. *Quam dilecta tabernacula* &c. recitandi ab Episcopo pro præparatione ad celebrandum. De quibus dubitatur an necessariò & sub peccato teneatur eos recitare iidem etiam Psalmi permittuntur in Missali recitandi à sacerdote pro præparatione Missæ. Hæc autem præparatio instituta est ad eleuandam mentem ad Diuina, & ad excitandum feruorem, vt cum maiori deuotione offeratur sacrificium. Et ideò non sunt pars aliqua sacrificij, seu cultus, & Orationum quæ pertineat ad sacrificium, sed mera præparatio, quæ omninò extrinsecè se habet.

2 Dicendum est. *Episcopum non teneri recitare dict. Psalmos sub aliqua obligatione licet valdè congruum sit quod recitet.* Desumitur ex iis, quæ tradunt, quoad sacerdotes Suarez *disp.* 82. *de Euch. in præm.* Gauant. *in Rubr. missal. part.* 2. *tit.* 1. *n.* 1. *litt. C.* in fine Palaus *part.* 2. *oper. moral. tract.* 7. *disp.* 2. *pun.* 4. *n.* 6. Costa' *lib.* 2. *praxis caremon. sect.* 7. *cap.* 1. Quart. *in Rubr. missal. part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 1. *dub.* 4. vers. *Respondeo.* Qui fundantur in Rubrica, quæ dicit, quod dicuntur pro temporis opportunitate.

3 Ex his autem conficitur ratio etiam pro Episcopis. Nam adhuc respectu ipsorum se habent huiusmodi Psalmi, & Orationes tanquam præparatio, sicute habent respectu sacerdotum. Ergo si ipsis non iniungitur, sed solum proponitur talis præparatio pro opportunitate, itavt tantùm sit amplectenda si lubuerit, eodem modo se habebit etiam quoad Episcopos. Nec obstat quod Episcopi sint in statu perfectionis, & proindè debeant speciali modo se præparare, ac proindè necessaria sit ipsis talia præparatio. Nam status perfectionis, cum constituatur per Charitatem, sufficit, si ratione ipsius præparati sint, præsertim quia illa præparatio, quæ consistit in Oratione vocali ordinatur ad obtinendos illos actus, & excitandos, quibus celebraturus interiùs præparatur hoc autem meliùs præstat Charitas, quàm quæcumque Oratio vocalis, quia imperat omnes actus necessarios ad rectè peragendum sacrificium.

4 Et si instetur quod in facie Populi debet adhibere talem præparationem, præsertim quando Pontificaliter est celebraturus, vt ostendat, se accedere ad sacrificium cum debita præparatione, & ad tollendum scandalum. Resp. id quidem congruum esse, sed non necessarium, vt proindè inducat obligationem peccati, neque tenetur Episcopus exhibere populo, etiam quando Pontificaliter celebrat, omnia illa signa exterioris præparationis, quæ congrua sunt, sed tantùm tollere ea, quæ videri possent obstare debitæ præparationi. Neque ex hoc scandalum sequi potest, quia Ecclesiastici sciunt, non esse necessariam hanc præparationem; laici verò vtpotè ignari rituum Ecclesiasticorum, non possunt circa ipsos ferre iudicium; & si ferunt temerè ferunt & scandalum fundatum in temerario iudicio erit ipsis imputandum tanquam procedens ex propria malitia.

QVÆSTIO. 1243.

An vti possit Episcopus omnibus insignibus Pontificalibus, quando Pontificaliter celebrat pro defunctis.

SVMMA.

1 *Quibus insignibus Pontificalibus Episcopus vti non possit Pontificaliter celebrans pro defunctis.*

2 *Archiepiscopus in missis Pontificalibus pro defunctis non potest vti pallio.*

DIcendum est. *Quando Episcop. celebrat pro defunctis, licet Pontificaliter, non potest vti omnibus insignibus Pontificalibus.* Ea autē quibus vti non possunt, sunt caligæ, sandala, Chirothecæ, & baculus pastoralis, ita Abb. in *cap.* 1. *nos de auctor. & vsu pal.* Bald. *ibidem* Alzedo *de precell. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 40. & *num.* 69. & desumitur ex cærem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 11. Huius autem rei alia ratio reddi non posset, nisi institutio Ritus Ecclesiastici, hæc autem institutio quamuis pendeat à libera voluntate instituentium, habet tamen suam rationabilem congruentiam, quæ ab iis traditur, qui explicant mysticas significationes ornatus Sacerdotalis, & Pontificalis. 1

Quod spectat ad Pallium quoad Archiepiscopum, illo non potest vti in Missis defunctorum, etiam Pontificaliter celebratis. Ita *Abbas in cap. quia nos. n.* 3. *&* 6. De *auctor. & vsu Pal.* Bald *ibidem num.* 1. & desumitur ex eodem cap. vbi Pontifex Honorius III. respondet, quod Archiepiscopus vti debet Pallio illis tantùm diebus, qui continētur in priuilegiis suæ Ecclesiæ, & subdit, ex hac responsione resolui, an possit vti Pallio, quando celebrat pro defunctis; in priuilegiis autem non continetur dies commemorationis omnium defunctorum, & multò minus dies cæteri, quando ex aliqua occasione contingit celebrare pro defunctis iuxta recensionem, quàm facit Glos *in cap. Ad honorem.* verbo *item ad honorem.* De *auct. & vsu pal.* 2

QVÆSTIO 1244.

An Archiepiscopus concedere possit Episcopo extero vt celebret in aliena Diœcesi aut loco exempto Pontificaliter.

SVMMA.

1 *Archipiscopus non potest dare licentiam extero Episcopo celebrandi Pontificaliter in aliena Diœcesi.*

2 *Quid possit Archiepiscopus in Diœcesibus suffraganeorum.*

3 *Archiepiscopus in Diœcesi suffraganeorum non potest coram se facere celebrare Pontificaliter.*

4 *Archiepiscopus non potest concedere simplici sacerdoti, vt celebret in Diœcesi suffragante, nisi in casu grauaminis.*

POsse celebrare in aliena Diœcesi sine baculo cum cæteris tamen insignibus Pontificalibus, constat ex dictis in superioribus, requiritur tamen quod admittatur, quia si non admitteretur non posset cogere defectu Iurisdictionis, vndè solum difficultas est, an stante licentia Archiepiscopi teneantur ipsum admittere ad celebrandum. Dicendum autem est Archiepiscopum non posse dare huiusmodi licentiam, & si det, non suffragari. Ita etiam Alzedo *de præcellen. Episcop. dignit. cap.* 13. *num.* 79. 1

Ratio autem est, quia Archiepiscopus in Diœcesibus suffraganeorum, & locis exemptis nihil potest, quod ipsi à Iure non sit concessum, aut per applicationem sit deuolutum, vt desumitur ex Cap. 1. *de supplen. neglig. prælat* & Cap. *Pastoralis.* Init. de *Offic. Ordin.* & Cap. *Romana.* & Cap. 2

Cap. *venerabilibus. de ſent. excom. in 6.* & obſeruant Quaranta *in ſum. Bull. verbo.* Archiepiſcopi Authotitas *numero.* 12. Genuenſ. *in praxi capite ſeptuageſimo , numero ſeptimo*, Scottia *de appell. quæſt.* 8. *num.* 98. Barboſa *in Collect. ad Caput Paſtoralis , numero tertio , de offic. ordin.* Hoc autem non habet locum appellatio , quia non agitur de eo, quod per ſeotentiam competere poſſit cum Epiſcopus nullum Ius habeat extra ſuam Diœceſim ad celebrandum Pontificaliter. Neque etiam hoc conceditur à Iure communi Archiepiſcopo , & proindè defectu Iuriſdictioo s non poteſt dare hanc licentiam.

3 Confir. In Clemeo. *Archiepiſcopo de Priuil.* ita conceditur Archiepi copo celebrare pontificaliter in tota Prouincia , & locis exempt is Prouinciæ, vt tamen uoo poſſit coram ſe facere Pontificaliter , ſed ſolum non Pontificaliter. Rurſus præter hoc non poteſt exercere aliquam Iuriſdictionem , vt ibidem exptæſsè ſancitur Ergo non poterit concedete licentiam alteri , vt Pontificaliter celebret , quia ſi non poteſt ſacere quod alter celebret pootificaliter in ſua ptæſeotia , multo minus poterit alteri coocede e , quod Pontificaliter celebret ipſo non præſente. Tum quia concedendo huiuſmodi licentiam , quæ eſſet indepeodens à ſufftaganeo , aut Prælato Eccleſiæ , exerceret Iuriſdictionem , quæ ipſi in dicta Clement. *Archiepiſcopo* prohibetur.

4 Ex dictis colligitur. Quod non poſſit Archiepiſcopus concedere licentiam ſimplici Sacerdoti , vt celebret priuatè io Diœceſi ſuffraganei, aut loco exempto. Conceſſio eoim huiuſmodi licentiæ eſt actus Iuriſdictionis , quam non poteſt Archiepiſcopus exercere .Quando tamen ſuffraganeus abſque rationabili cauſa denegaret talem licentiam poſſet recurrere pro grauamine ad Archiepiſcopum , & tunc poſſet Archiepiſcopus cognoſcendo de grauamine illum concedere , quando enim nullum adeſt impedimentum huioſmodi licentia eſt debita. Quod in ſimili de diſpenſatione debita quæ negatur à ſufftaganeo , quod concedit poſſit ab Archiepiſcopo , tradunt Borgaſ. *de irregularit. part. 2. princ. in princ.* Genuen. *in prax. cap.* 70. *num.* 4. poſt med. Barboſa *lib. primo , de vniuerſ. Iur. eccleſ. capite ſeptimo, num. trigeſimo nono.*



DE PRÆCEPTO AVDIENDI Miſſam.

Cum in Miſſa offeratur Deo ſacrificium, præceptum de audienda Miſſa eſt etiam præceptum de offerendo ſacrificium: nam quamuis adſtantes Miſſæ non ſint miniſtri deputati ad offerendum ſiquidem eſt ſolus Sacerdos ; concurrunt tamen ſimul cum Sacerdote ad oblationem , vt dictum eſt ſuo loco , & deferunt ipſi quoque Deo ſupremum cultum ſacrificij , quatenus ipſorum nomine offeratur & ex hoc concurſu percipiant ſpecialem fructum. De hoc præcepto modo agendum eſt , & explicandæ difficultates , quæ circa ipſum occurrunt.

QVÆSTIO 1245.

An detur præceptum de audienda Miſſa.

SVMMA.

1 *Præceptum de audienda Miſſa.*
2 *Dari hoc præceptum non eſt de fide.*
3 *Supponitur in iure Canonico non tamen de nouo ponitur.*
4 *Suppoſito præcepto, præcipitur audiri totam miſſam. Veriſimile , hoc præceptum emanaſſe à Chriſto.*
5 *Præceptum audiendi Miſſam confirmatur ex praxi.*
6 *Quomodo Anachoretæ excuſarentur à præcepto audiendi Miſſam.*

Dicendum eſt. *Dari præceptum de audienda miſſa. Ita* communiter omnes Catholici D. Th. 1.2. *quæſt.* 102. *ar.* 4. *&* 2. *quæſt.* 122. *art.* 4. Caiet. *ibid. & in ſum. verbo.* Feſtorum violatio. Palud. *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 13. Sotus. *quæſt.* 2. *art.* 1. Nauar. *in cap. Quando De conſecrat. Diſt.* 1. *& in manuali c.* 21. *numero primo* , Henriquez *lib.* 9. *ſum. capite vigeſimo quinto*, Suarez *diſp.* 88. *de Euchariſt. ſect.* 1. Azor. *parte* 1. *l.* 7. *c.* 1. *q.* 1. Facundez *præcept.* 1. *lib.* 4. *cap. cap.* 1. *Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Caſtro *libro ſecunda de lege pœnal. cap.* 5 1. Scottia *de ſacrific. miſſ. libro ſecundo , cap.* 80. *numera primo.* Ledeſma *part.* 1. *ſum. cap.* 27. *de Euchariſt. lib.* 19. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit capite ſecundo, num.* 11. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 3. *numero primo* , Lugo Cardin *diſp.* 22. *de Euchariſt. ſect.* 1. *numero primo* , Sanchez *libro primo , ſum cap.* 12. *n.* 17. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 1. *init.* Hurtad. *de ſacram. diſp.* 5. *de ſacrific. miſ. difficul.* 1. Villalob. *tom.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 35. *numero primo* , Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *pun.* 16. *init.* Io à Cruce *part.* 1. *Direct. conſcien. præcep.* 3. *Decal. art.* 2. *concluſ.* 1. Bonacer *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. punt.* 11. *num.* 6. Martinon. *diſp.* 40. *de ſacram. ſect.* 9. Rodriquez *part.* 1. *ſum. cap.* 123. *init.* Baunius *in Florib. theol. moral. verbo.* Miſſa 8. *numero primo* , Trullench. *libro tertio , in Decal. cap* 1. *dub.* 5. *numero primo* , Machad. *tom.* 1. *libro ſecundo , part.* 4. *tract.* 1. *docum* 1. *num.* 1. Cardin. *diſquiſit.* 25. *art.* 29. *tom.* 2. Bauoius *part.* 1. *theol. moral. tract.* 6. *quæſt.* 1. *de præcep. audiend. miſ.* Marchin. *De ſacramen. ordin. tract.* 3. *part.* 5. *cap.* 17. *num.* 1. Dicaſtil. *De ſacram. tract.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 1. *num.* 2. Geſuald. *de ſacram. tract.* 17. *cap.* 2. Garzia *in ſum. tract.* 4. *difficul.* 1. *dub.* 1. *num.* 2. Nugn. 3. *part. quæſt.* 88. *art.* 6. vbi de præcep. aud. miſſ. *dub.* 2. *concluſ.* 1. Leander *in præcep. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. Franciſ. Lugo. *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *num.* 1. Fauſtus *lib.* 2. *de Euchariſt. quæſt.* 58. Caſpenſ. *part* 2. *Curſ. theol. tract* 23. *diſp.* 4. *ſect.* 1. *num.* 1. Aurſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 19. ver. *Primò ergo.* 1

Nec defuerunt , qui putarent , eſſe de fide , dari huiuſmodi præceptum, vt Suarez, Ledeſma , Facundez , Trullench. *num. præced.* citati. Sed miror, quod hi Doctores in hanc ſententiam abierint. Vndè non eſſe de fide, eſſe tamen certum dari tale præceptum, 2

 docent

docent Sotus *in 4. dist.* 13 *quæst. 2. art. 1. circa fin.* vet. *In calce De aum.* Hortad; Lugo, Auersa, Garxia *num. præced.* cit. Leander *quæst. 2. loci citati num præced.* Neque enim potest aliquid esse de fide, nisi innitatur testimonio diuino, & proinde sit reuelatum. Nullibi autem, est reuelatum, quod sit impositum huiusmodi præceptum, sicuti modo obligat. Et ad Summum potest colligi in genere ex S. Scripturis, quod adsi obligatio offerendi Deo sacrificium.

3 An autem habeatur ex iure Canonico, videtur resoluendum quod pluribus in locis supponitur hoc præceptum, vt in cap. *licet.* De *fer.* nullibi tamen de nouo ponitur. Nam Canones, qui afferuntur, non ponunt de nouo hoc præceptum, vt in cap. *Omnes fideles.* De *consecrat. dist.* 1. nam ibi tantum præcipitur, quod audiatur integra Missa Vndè supponitur præceptum audiendi & medetur abusui non audiendi integram Missam, quod satis declarant illa verba, *Scripturas Apostolorum & Euangelium audiant Et. Qui autem perseuerant in Oratione, vsque dum Missa peragatur, nec tantam communionem percipiunt &c.*

4 Nec etiam ponitur hoc præceptum in cap. *Missas.* De *consecrat. dist.* 1. qui canon. est Concil. Agathensis, quod licet sit tantum Prouinciale, fuit tamen hic canon receptus à tota Ecclesia, vt inquiunt plures ex cit. Doctor *num.* 1. verum ibi quoque obuiam itur abusui non audiendi integram Missam, vnde supponitur præceptum, quod ex eo constat, quod non præcipitur audiri Missam, sed audiri totam Missam, ibi *Missas die Dominico sæcularibus totas audire speciali ordine præcipimus, itavt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat*; ex quibus constat, quod intentio præcepti est, quod integra Missa secundum omnes partes audiatur. Nec est verisimile, quod ante illud tempus non adfuerit præceptum audiendi Missam, cum illud Concil. celebratum fuerit circa annum. 440. sub Sixto III. vt circa eundem annum obseruat Baronius. Vndè videtur concludendum, quod non constet de prima origine huius præcepti, quatenus est ab Ecclesia, vt infrà dicetur, & verisimile sit, quod aliquo modo ab Apostolis impositum sit in executionem instructionis acceptæ à Christo Et proinde hoc præceptum adfuisse ante Concil. Agathense obseruant Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. §. in calce.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 1 quæst. 1.* Facundez *præcept. 1 Eccles. lib. 2. cap. 1. num.* 51. Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 15. num. 4.* Filliuc *tract. 27. cap. 8. quæst. 3. num.* 126.

5 Quod autem adsit hoc præceptum nedum constat ex iure Canonico, quatenus, vt dictum est, supponit adesse, & aliquid aliud iniungit, sed etiam ex praxi Ecclesiæ, & obseruantia communi fidelium, quæ declarat obligationem huiusmodi, dum reponit inter præcepta, quæ imposuit obseruanda, & tanquam tale acceptatur ab omnibus. Et deducitur etiam ex præcepto sanctificandi dies festos, quia cum obliget ad dedicandos Deo hos dies festos circa cultum ipsius, hoc enim est ipsos sanctificare, debuit etiam offerri Deo cultus supremus sacrificij. Vndè D. August. *sermone* 251. habet quod Ecclesia præcepit, vt in solemnitatibus sanctorum, & diebus Dominicis fideles vacarent, vt promptiores essent ad diuinum cultum. Et infrà subdit, quod in his diebus nullus à Missarum celebratione se debet separare.

6 Solùm obiici potest quod Anachoretæ non audiebant Missas, dum continuò morarentur in desertis: vndè videtur quod salem tunc non adfuerit huiusmodi præceptū alioquin non potuissent omittere obseruantiam illius. Resp. non esse verisimile, quod quis eligeret vitam Anachoreticam nisi ex speciali ductu Spiritus sancti, nam asperitas vitæ, quam ducebant, pœnitentiæ, &c. satis declarabant quod non potuissent diu durare nisi roborati fuissent specialibus auxiliis, & instructi eximia charitate. Cum autem electio talis vitæ legitima esset, reddebantur impotentes ad obseruandum hoc præceptum, & ideò non obligabantur Et sicuti non tenetur quis relinquere, aut non assumere illa exercitia, quibus præuidet se fore impediendum, ne posset audire Missam, vt contingit in nauris, in iter habentibus apud infideles, vbi non celebrantur Missæ, aut in commorantibus apud ipsos mercaturæ causa Ita nec Anachoretæ tenebantur relinquere aut non eligere illam vitam adeò Deo gratam quamuis scirent, quod impedirentur, ne possent audire Missam.

QVÆSTIO 1246.

Quale sit præceptum audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi Missam extabat Apostolorum tempore.*

Non est diuinam quoad Missam vt modò se habet.

2 *Est conforme iuri naturali diuino secundum plures.*

3 *Secundum determinationem ad tempus est de iure Ecclesiastico.*

4 *Secundum substantiam est de iure natura.*

5 *De iure natura tenetur quisque colere Deum sacrificio.*

6 *Præceptum audiendi Missam quatenus dicit concurrere ad oblationem sacrificij, est de iure diuino.*

7 *Sacrificium Missa est subrogatum loco omnium aliarum.*

In subrogato id seruandum, quod erat seruandum in principali.

Res subrogata tenetur eadem cum principali, & sub eadem dispositione cadit.

8 *Subrogatio facit vt seruetur in subrogato, quod seruabatur in principali.*

COnstat ex dictis in *præced. quæst.* quod præceptum audiendi missam sit Ecclesiasticū, quamuis præcisè non constet, quando impositum sit ab Ecclesia, sed tantum probabile est, quod cæperit Apostolorum tempore, cum Iustin. Martyr. *in Apost. 2. pro Christianis.* & Clemen. Rom. *lib. 7. const. Apost. cap.* 31. faciant de ipso mentionem, sicut etiam in *can.* 9. aliàs. 10. Apost. Et etiam, quia vt dictum est, reponitur inter Ecclesiæ præcepta. Vndè solum superest inquirere, an sit tantum Ecclesiasticum, an verò etiam diuinum, & naturale. Certum est autem, non posse esse huiusmodi; quatenus Missa constat ex suis partibus integralibus, & importat quoddam compositum artificiale, in quo Deo deferatur cultus, & præces ipsi offerantur. Quia cum hoc sit ex institutione Ecclesiæ non potest cadere sub præcepto Diuino, aut naturali, sed solum quatenus continet oblationem sacrificij. 1

Quod autem huiusmodi præceptum sit Ecclesiasticum, sed valde conforme iuri Diuino, & naturali tradunt communiter Doctor. Sotus *in 4. dist. 13. q. 2. art.* 1. Nauar. *c.* 21. *Manual. n.* 1. Suar *disp.* 88. *de Euch. sect.* 1. Nugn. 3. *part. q.* 81. *art.* 6. vbi *de præc. audien. mis. dub. a conclus.* 1. Scort. *lib. 2. de sacrific. mis. c. 20. n. 2.* Facund. *præc. 1. Eccles. lib. 2. c. 21. n. 7.* qui tamen inclinat in eam partem quod sit diuinum. Llamas. 3. *p. Meth. cap.* 5. §. 8. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrific. mis. difficul. 1* ver. *Conueniunt secundò.* Bonac. *disp. 4. de sacram. q. vlt. punt. 11. n. 6.* Henriquez *lib. 9. sum. c. 25. n.* 1. Basseus *in Florib. verbo.* Missa 8. *num.* 1. Trullench *lib. 9. in Decal.* 2

*Decal.cap.*1.*dub.*5.*num.*2.Machad.*tom.*1.*lib.*2.*de sacrament.tract.*5.*disp.*5.*dub.*2.*n.*17 Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Euchar.sect.*1.*n.*1.*in* fine Hyeronim. Garzia *in sum. tract.*4.*difficult.*1.*dub* 2.*n.*1.Faustus *lib.* 2.*de Euchar.qu.* 359.Leander *in precept Eccles. tract.* 2. *disp.*1.*qu.*11. Francisc.Lugo *lib.*5.*de sacram. c.* 14.*qu.*1.*n.*5.Gabr. à S.Vincent.*de sacram.disp.*3 *de sacrif. miss. quæst.*8.*init.*

3 Dicendum 1. *Preceptum audiendi Missam secundum determinationem ad tempus esse de iure Ecclesiastico.* Hoc autem intelligitur,etiam quatenus est de concurrendo ad oblationem sacrificij. Ratio est. Quia nullum habemus motiuum,quod in hoc potius die, quàm in alio teneamur concurrere ad offerendum Deo sacrificium. De præcepto enim Diuino nullibi constat; neque ratio naturalis exigit quod hoc potius, quàm illo tempore offeratur. Imò tàm in lege naturali, quàm in lege veteri, vt desumitur ea sacris litteris, non adfuit tempus determinatum, in quo offerretur sacrificium,sed offerebatur iuxta occasiones ocurrentes, quod signum est, non adesse determinationem de iure naturali, nam tunc quoque adfuisset quia semper ius naturale fuit idem.

4 Dicendum secundum. *Preceptum audiendi Missam secundum substantiam esse de iure naturæ, quatenus est de offerendo Deo sacrificium.* In præcepto enim de audienda Missa duo continentur, nempè obligatio ad offerendum Deo sacrificium eo modo quoad stantes offerunt; & obligatio ad fundendas illas præces & exhibendum Deo illum ritualem cultum, quem in offerendo Deo sacrificium exhibet sacerdos nomine adstantium. Præceptum ergo, quatenus est de offerendo Deo sacrificium, est secundum substantiam de

5 iure naturali.desumitur ex D Thom. mox citando.

Ratio est. Quia cultus Dei per oblationem sacrificij est de iure naturali, quatenus tenetur quisque experiens in se ipso indigentias, & defectus subdere seipsum alicui superiori, cuius auxilio indiget, & deferre ipsi debitum honorem, & cultum, vt docet D.Thom. 2. 2. *qæst.* 85. *art.* 1.*in corpore*, & cum eo communiter Doctores. Et hic superior apud omnes dicitur Deus. Vt *ibid.* D. Thom ergo cum hæc subiectio, & ipsius protestatio consistat in sacrificio, vt cum communi sententia Theologorum suo loco dictum est, tenetur quisque de iure naturæ recognoscere Deum per sacrificium,illud offerendo eo modo, quo potest Ergo cum in lege Euangelica non sit permissum aliud sacrificium,quàm sacrificium Missæ,de iure naturæ tenetur offerre Deo aliquando hoc sacrificium eo modo,quo potest; atque adeo assistere sa-

6 cerdoti nomine adstantium offerentis.

Dicendum 3. *Preceptum audiendi Missam quatenus obligat ad concurrendum ad offerendum Deo sacrificium esse etiam de iure Diuino.* Ita etiam Regin .l.*lib.* 19.*praxis fori pœn.c.*2.*n.*1.Auersa *q.*11.*de Euch. sect* 19.vers. *Primo ergo.* Hoc desumitur ex illis verbis Christi,Lucæ at dum in vltima cœna instituens hoc sacrificium dixit,discipulis. *Hoc facite in meam commemorationem*, quæ respectu omnium sacerdotum continent præceptum ad offerendum sacrificium ab ipso institutum,vt declarat Conc.Trid.*sess.*22.*c.*1.*de sacrif.miss.* ibi. Et *eisdem,eorumque in sacerdotio successoribus,vt offerent precepit per hac verba, Hoc facite in meam commemorationem. Et* can. 2.*si quis dixerit illis verbis. Hoc facite in meam commemorationem Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus,& sanguinem suum. Anathema sit.* Ergo si præcepit offerri per sacerdotes hoc sacrificium,præcepit etiam offerri per omnes alios fideles eo modo,quo offerre possunt,quia præceptum offerendi sacrificium directum ad sacerdotes tanquam principales offerentes in ordine mysteriali extenditur ad connexos offerentes, quales sunt omnes fideles; quia ratione legis naturalis tenentur offerre sacrificium & proinde ad concurrendũ ad oblationem simul cum sacerdotibus: vndè adest connexio fundata in obligatione naturali offerendi sacrificium, quæ afficit quoscumque quæ sicut obligat ad offerendum sacrificium nouæ legis: ita facit, quod præceptum sacerdotibus se extendat, & ad non sacerdotes, tanquam communicantes in eadem obligatione 7

Confirm. Christus subrogauit hoc sacrificium in locum omnium aliorum sacrificiorum, quæ ex obligatione naturali offerebantur Deo. Ergo obligatio naturalis de offerendo Deo sacrificio remanet coarctata ad hoc sacrificium,quia in subrogato id seruari debet, quod erat seruandum in principali *l. si cum* §. *Iniuriarum ff.si quis caut.plen* & notat Gabr.*concl* 2.*de reg.iur.* Surd *consil.*26.*n.*5.& *conclus.*35.*n.*9.Quia subrogata res censetur eadem cum principali, & sub eadem dispositione comprehenditur. § *si igitur defunct.* vers. *Vnde consequens* Authent. *de hered. ab intestato venien.* & notant Bald. *in l. per diuersas.n.*21.*C. Mandat* Decian. *consil.*52.*n.*53 *lib.*1.Natta *consil* 346.*n.*3. Rota coram Merlino *decis.*445.*n.* 2. Et ideò obligatio,quæ aderat respectu sacrificij in genere,& eorum, quæ solebãt offerri,est seruanda in hoc sacrificio & quod lex naturalis præscribit in ordine ad offerendũ sacrificiũ,habet locum respectu sacrificij nouæ legis.

Cum ergo hæc subrogatio facta sit à Christo ea 8 eius institutione,atque adeò de iure diuino, obligatio naturalis remanet coarctata ad hoc sacrificium: & ideò obligatio, quæ erat tantum de iure naturali facta est etiam de iure Diuino, ex eo, quod Christus subrogans hoc sacrificium,simul imposuit, quod ipsum loco aliorum offerretur, ita vt sicut de iure humano ex vi subrogationis venit seruandũ, quod erat in principali seruandum *l. cũ in fund.*§.*si fund.ff.* de *iur. dot.* & notat Bart. *in Regent. l.Pater filium n.* 23.*ff.*De *in offic.testam.*Socin sen.*in l.filia.*§.*Titin n.*3.*ff.* De *condit. & demonstrat.* Ita & de iure Diuino sit seruandum in sacrificio subrogato, quod erat seruandum in iis, quæ antea offerebantur.

QVÆSTIO. 1247.

An preceptum audiendi Missam obliget ad mortale.

SVMMA.

1 *Preceptum audiendi Missam non obligare sub mortali, qui senserint.*
2 *Obligat sub mortali.*
3 *Eius materia est grauis, & valdè necessaria ad finem religionis.*
4 *Preceptum sanctificandi festa obligat sub mortali.*
5 *Preceptum offerendi sacrificium trahitur à precepto audiendi Missam.*

NOn defuerunt ex Antiquioribus,qui tenuerunt, 1 non obligare ad mortale, & proindè non esse peccatũ mortale,omittere Missam in diebus festiuis, nisi interueniente contemptu. Ita Glos.*in cap. omnes* De *consecrat.dist.*1.Turrect.*in cap. Missas eadẽ dist.*Angelus *verbo* Missa. *n.*18.Tabiena *n.* 43. Angel. *verbo.* Feriæ *n.*48.Astens.*lib.*4.*tit.*16.*c.*2.*q.*1. Richard.*Quodlib.*1.*q.* 19. verum quia intelligunt etiam de contemptu virtuali quando dicunt, quod secluso contemptu non sit peccatum mortale,non audire Missam,& tunc interuenit contemptus saltem virtualis,quãdo absq; causa omittitur audiri,ideo hi Doctores, puto, quod solum velint,quod non sit peccatum mortale ex causa omittere auditionem Missæ.

Quidquid tamen sit dicendum est. *Preceptum audiendi Missam in diebus festiuis obligare sub peccato mortali.* Ita D Thom.2.2.*q.*122.*art.*4. Palud. *in* 4.*dist.*13. 2

q.5.Sotus.*q.* 1.*art* 1.Caiet.*in ſum.* verbo.*Feſtorum violatio*,Syloeſt.*verbo.* Miſſa 2.*qu.* 1. D.Antonin. 3.*part. tit.9.c.* 10.§.1.Naozr.*in manual.c.21.n.*1. Azor.*part.*1. *lib.7.c.*1.*q.*2.Suarez *tom.*3.*de relig.lib.*2.*c.*15.*n.*& *diſp.* 88. *de Euchar.ſect.*1.verſ. *Atque hinc ſequitur.* Henriquez. *lib.* 9 *ſum.cap.*25.*n.*1. Facund. *precept.*1. *Eccleſ. lib.*2.*c* 1.*n.*1 Filliuc.*tract.* 27.*c.*8.*q* 4.*n.*127.Reginal. *lib.* 19.*praxis fori pœn.n.*20.Fauſtus *lib.*2.*de Euchar. quaſt.* 383. Nugn. 3 *part.q.*83.*art.*6.*vbi de precept.audien.miſ. dub.*2.*concluſ.*3.Coninch.*de ſacram.q.*83.*art.* 6. *n.*185. Rodriquez *part.*1.*ſum. c.*123. *nu.*1. Graf. *part.*1.*decif. lib.*2.*cap.*35 *n.* 2. Armilla *verbo Miſſa, n.* 31. Molfeſ. *part.*1.*ſum tract* 3.*c.*17.*n.*Bartolom.ab Angelo *dial.* 7. *de Miſſa* §. 776. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram.qu.vlt. pun.* 11.*n.*11.Scorria *de ſacrific.miſ.lib.*2.*cap.*20.*num* 3. Logo Cardin *diſp.*22.*de Euchar.ſect.*1. *num.* 1.Marchin. *de ſacram.Ordin.tract.* 3.*part.*3.*cap* 17.*num.*1. Hurtad. *de ſacram. diſp* 5.*difficul.*1.ver.*Conueniunt tertio.*Trullench *libro* 3.*in decal.dub.* 4.*cap.*1. *num.* 2.& *dub.* 5. *num.* 6. Machad. *tom.*1.*lib.* 2.*part.*4. *tract.* 1. *docum.*1. *num.* 3. Martinoo. *diſp.* 40. *de Euchariſt. ſect.* 9.*num.* Geſual. *tom.*1. *de ſacram. tract.* 19. *cap.* 1. *num.* 2. Caſpenſ. *tom* 2. *Curſ. theol. tract.* 23. *diſp.* 4.*ſect.* 1. *num.* 4. Aueſa *quaſt.*11 *de Euchariſt. ſect.*19.ver. *Primo ergo.* Francif. Lugo *lib.*5.*de ſacram cap.*14.*quaſt.*1. *n.* 1. Leander *in precep. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quaſt.* 10.Garzia.*in ſum.tract.*3.*difficul.*1.*dub.*1.*num.*2. Dicaſtil. *de ſacram tract.* 5.*diſp.*5.*dub.*30.*num.*5.

3 Neque his temporibus in dubium verti poteſt an hoc præceptum obliget ſub mortali,cum iam & praxis Eccleſiæ & communis obſeruantia fidelium hoc declarauerit.Ratio eſt.Quia materia,quæ præcipitur eſt grauis, nempè recognitio Dei per cultum externum publicum , ad quem etiam de iure naturæ tenetur quiſque quatenus vir⸗us religionis obligat omnes profitentes ad communicandum in publico cultu externo , hoc enim pertinet ad ius publicum iuxta Cap. *Ius publicum diſt.* 1. Rurſus etiam eſt materia valdè neceſſaria ad finem religionis , & vitæ æternæ , quia Deus exigit recognoſci per publicum cultum. Si ergo materia eſt grauis , & neceſſaria, præceptum obligabit ſub mortali , quia obligat ſecundum qualitatem ſubiectæm teriæ.

4 Confir. Præceptū ſanctificandi dies feſtiuos obligat ſub mortali , Quia obligat ad dedicandum Deo aliquod ſpeciale tempus pro cultu ipſius,& ad recognoſcendum ipſum vt noſtrum Auctorem,& beneficiorum omnium fontem. Vndè etiam in veteri lege fuit datum præc ptum de Sanctificando ſabbato. Sanctificatio autem Feſtorum præcipuè conſiſtit in auditione Miſſæ , itavt ſecluſa abſtinentia ob operibus ſeruilibus,ad nullum alium cultum Deo deferēdum obligat hoc præceptum præter auditionem Miſſæ. Si igitur præceptum ſanctificandi feſta obligat ad mortale, obligabit præcipuè ratione cultus, qui aſſiſtendo Miſſæ defertur Deo.

5 Confir.2. Præceptum de audienda Miſſa continet obligationem offerendi ſacrificium, quæ licet, quatenus eſt de iure naturali,non obliget adeò frequenter, trahitur tamen ex determinatione Eccleſiæ , vt ſemper inſit præcepto Ipſius de audienda Miſſa;quia Eccleſia imponendo præceptum de audienda Miſſa, determinat præceptum naturale de colendo Deo per ſacrificium. Ergo cum præceptum de colendo Deo per ſacrificium obliget ſub mortali , ſiquidem eſt de profitendo debitam ſubiectionem Deo, quam homo tamquam creatura illi debet , obligat etiam ſub mortali præceptum de audienda Miſſa, vt adimpletionem præcepti naturalis.

QVÆSTIO 1248.

Quando obliget præceptum audiendi Miſſam.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi Miſſam obligat pro diebus Dominicis.*

2 *Et pro alys diebus feſtiuis ſanctificandis.*

3 *Obſeruantia ſubſequuta declarat omnes obligationes, diſpoſitiones,&c.*
Obſeruantia inducit ius obligans.

4 *Pro alys diebus feſtiuis militat ratio pro audienda Miſſa, quæ in Dominicis.*
Ratio extendit legem ad ſui menſuram.

5 *Cur in Cap. Miſſas,fiat mentio de ſolis diebus Dominicis.*
Cæteri dies feſtiui ſanctificandi , ſicut Dominici.

6 *Sola Miſſa ex officys diuinis cadit ſub præcepto in diebus feſtiuis.*
Falſum eſt potius audiendam concionem , quàm Miſſam in feſtis.

7 *Nulla pœna de iure impoſita non audientibus Miſſam in feſtis.*

8 *Non audiens Miſſam incurrit ſuſpicionem circa fidem,licet alia præcepta ſeruet.*

Certum eſt, obligare præceptum audiendi Miſſam pro diebus dominicis , vt deſumitur ex Cap. *Miſſas.De conſecrat.diſt.*1.vbi ita habetur, *Miſſas die Dominico ſecularibus totas audiri ſpeciali ordine præcipimus.* Et quamuis procedat ad ioiuogenduio, vt audiatur iotegra Miſſa,ſuppooit tamen adeſſe obligationem audieodi Miſſam in die Dominico,nam eius intentio eſt, quod , quando audieoda Miſſa eſt, integra audiri debeat. Ex hoc t.men canone otitur difficultas Nam videtur ſolum adeſſe obligatio audiendi miſſam pro diebus Dominicis,& oon pro alijs diebus feſtiuis. 1

Dicendum tamen eſt, *Præceptum audiendi Miſſam obligare etiam pro alys diebus feſtiuis ſanctificandis.* Ita communiter Doctores.D.Anton.2.*p.tit.*9.*c.* 10. §. 1. Palud in 4. *diſt.* 13.*q.* 13. Sotus *q.* 2.*art.* 1.*ver.At quia* Syluester.*verbo.*Miſſa 2.*n.*1.Azor.*p.*1.*lib.*7.*c.*1.*q.*1.Nauar.*c.* 25. *Manual. n.*1. Henriquez *lib.* 9.*ſum.c.*25.*n.* 1.Suarez *diſp.*88.*de Euchariſt.ſect.*5.ver. *Dico ſecundo* Scortia *l.*2.*de ſacrific.miſſ.c.*20.*n.*1. Llamas.3.*p.Meth.* *c.*5.§.8.Facundez *præcep.*1.*Eccleſ.lib.*2.*c.*1.*n.*3.Martinon.*diſp.*40.*de Euchariſt.ſect* 9.*n* Hurtad.*de ſacramen. diſp.*5.*de ſacrific.miſſ.*1.*difficul.*1. *init.* Bonac. *diſp.* 4.*de ſacram.q.vlt.pun.* 11. *n.*6. Reginal.*lib.* 19 *Praxis fori pœnit. c.*2.*n* 11.Machad.*tom.*1.*lib.* 2.*p.*4.*tract.* 1. *docum.* 1.*n.*1.Baſſeus *in Florib.verbo.*Miſſa.8.*n.*1.Geſual.*tom.* 1.*de ſacram.tract.*17.*c.*2.*n.*2.Baun.*p.*1.*theol.moral.tract.* 6.*de ſacrifie.miſ.q.*1.Barboſa *ad Cap. Miſſa.n.*1.*de conſecrat diſt.*1.Leander.*in præcep. Eccleſ.tract.*2.*diſp.*1.*q.* 4. Lugo Cardin. *diſp.* 22.*de Euchariſt.ſect.*1.*n.*1.Garzia *in ſum.tract.* 4. *difficul.* 1. *dub.*1. *n.*1.&.*difficul.*2.*n.* 7. Fauſtus *lib.* 2 *de Euchariſt. q.* 364. Aueſa *q.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 19. *ver. Tertio.* Dicaſtil. *de ſacramen. tract.* 5. *diſp.* 5.*dub.* 1.*n.*1. Trullench. *lib.* 2. *in Decal. c.*1.*dub.*1.*n.*3.Franciſ.Lugo.*lib.*5.*De ſacram.c.*14.*n.*3. 2

Hoc autem conſtat ex vniformi,& conſtanti obſeruantia Fidelium,nam ſtatim,ac aliquis dies colendos eſt tamquam feſtos,colitur etiam cum auditione Miſſæ & omnes cenſent ad id obligari, itavt ſi quis fortè non audiat, ſe agnoſcat reum præcepti.Obſeruātia autem ſubſequuta declarat omnes obligationes impoſitas, leges, diſpoſitiones &c. Cap. *Cum venissent. De inſtit.*& Cap. *Cum dilectus. de conſuetud. & l. ſi de interpretatione. ff. De legib. & l. Iulianus.*§. *Porro.* ver. *ſed & ſi. ff.* Ad *Senatuſconſult. Maced.* & notant communiter 3

communiter Doctores, quos citaui. *quæst. canon* 800. *n.* 2. *Centur.* 2. Imò si non adesset ius, posset induci ius obligans ad audiendam Missam *l. De quibus ff. de leg. & l. Nulli ff.* Quod *cuiusque vniuer. & l. Obseruare. §. 5. ff. de offic. Proconsul.*

4 Ratio autem est. Quia etiam cæteri dies festi sunt sanctificandi in honorem Dei, & Sanctorũ non secus, ac sanctificandi sint dies Dominici, vt constat ex Cap. *Conquestus. De ferijs.* Ergo quod præcipitur ob sanctificãdos dies in Dominicis, præcipitur etiam in cæteris diebus sanctificandis, quia militat eadem ratio finalis, & proindè locum habet eadem dispositio, cum ad sui mensuram extendat legem comprehensiuè *l. His solis ver. satis etiam cauto C. de reuocand. donat. & l. Illud. C. de sacro sanct. Eccles.* & per alia vulgata iura, & notant communiter Doctores.

5 Ex dictis soluta manet ratio dubitandi, nam quãuis in dicto Cap. *Missas. De consecrat. Dist.* 1. fiat tantum mentio de diebus Dominicis, non taxatur tamen obligatio ad eosdem dies, & proinde dies Dominici stant demonstratiuè ad demõstrandum, quod præceptum ibi positum iniungit, quod ijs diebus, quibus ex obligatione Missa audienda est, debet tota integra audiri. Cæterum quod alij dies eodem modo sanctificandi sint, sicut dies Dominici, desumitur ex Cap. *Conquestus*, & Cap. *licet de ferijs*, vbi indulgetur, quod certo anni tempore possit vacari piscationi, dummodo tamen missa prius audiatur.

6 Colligitur ex dictis. Præter obligationem interueniendi sacrificij oblationi in festiuis diebus, non adesse obligationem interueniendi alicui alteri officio diuino, siuè concioni. Nam neque habetur de hoc præceptum, & praxis, & consuetudo est in contrarium. Vnde falsa est Doctrina Angel. *verbo.* Feriæ *num.* 45. & falsa est etiam ratio, in qua illam fundat. Quod scilicet potius audiẽda sit concio, quam missa, vtraq; si non possit audiri, quia scilicet ratio, ob quam præcipitur auditio Missæ sit ea, quod audiantur Scripturæ sanctæ, & verbum Dei. Nam auditio Missæ præcipitur ea ratione, vt pro sanctificando dia exhibeatur Deo per interuenientes cultus ille sacrificij. Et ita communiter notant Suarez *tom.* 1. *De relig. lib.* 2. *cap* 16. *num.* 6. *& disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 1. ver. *Secundo sequitur.* Henriquez *lib.* 9. *sum. c.* 23. *n.* 10. Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 10. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 5. *n.* 227. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *n.* 196. Qui tamen excipit casum, in quo auditio concionis esset necessaria pro rudimentis fidei; qui tamen ferè impossibilis est, aut valdè rarus, cum alio tempore possint rudimenta fidei addisci. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 4. *tract.* 2. *docum.* 3. *n.* 4. Sà *verbo.* Missa auditio. n. 7. Trulleneh. *lib.* 2. *in Decal. c.* 1. *dub.* 4. *n.* 12. Bassus *verbo.* Missæ. 8. *n.* 7. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 18. ver. *sed tanquam* Bonae. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. pun.* 11. *n.* 11. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 1. *dub.* 1. *n.* 6. & communiter excipit idem Garzia modò citat. casum, in quo concio esset necessaria pro bono spirituali. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 1. *n.* 9.

7 Est tamen aduertendum. Quod de iure transgressoribus huius præcepti non est imposita aliqua pœna. Quia licet in cap. *Missas. De consecrat. Dist.* 1. dicatur, quod ab Episcopis publicè confundantur, intelligunt tamen Doctores de publica correctione, quæ tamen modo non est in vsu, vt aduertunt Suar. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. *in fine.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 1. *dub.* 2. *n.* 3. Addo etiam, quod illa pœna publicæ correctionis non imponitur violantibus præceptum audiendi Missam, sed non audientibus totas Missas; quia imponitur violatoribus illius, quod ibi præcipitur: præcipitur autem quod audiatur integra Missa. Vndè remanet, quod violatores sint puniendi pœna arbitraria iuxta frequentiam violationis, & habita ratione circumstantiarum, quæ concurrere possunt ad pœnam arbitrandam, & moderandam, vel augendam.

An autem qui nunquã audiret Missam, sed seruaret alia præcepta tam Ecclesiæ quam diuina incurreret in aliquam suspicionẽ circa fidem, videtur affirmatiuè resoluendum. Quia cum in celebratione Missæ offertur Deo sacrificium, quod de fide est, esse offerendum, vt constat ex concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. *de sacrific. mis.* Dum numquam vellet huic sacrificio assistere, etiam si aliàs impeditus non sit, præberat occasionem suspicãdi, quod malè sentiret de hoc sacrificio, & quod assentiret erroribus Hæreticorum damnatis *in can.* 4. *&* 5. *sect.* 28. Concil. Trident. 8

Qvæstio 1249.

An præter festiuos dies sanctificandos aliquo alio die Missa audienda sit.

SVMMA.

1 *Pro Ferijs quadragesimæ non adest præceptum audiendi Missam*

2 *Explicatur Cap. Solent. De consecrat. dist* 1.

3 *In diebus Rogationum non est audienda Missa ex præcepto.*

4 *Serui, & ancillæ quare relaxabantur in diebus Rogationum.*

5 *Præceptum audiendi Missam non vrget pro Feria quarta Cinerum.*

6 *Nec pro Triduo maioris hebdomadæ, &c.*

7 *Diebus feriatis pro certis personis non adest præceptum audiendi Missam.*

8 *Episcopi non tenentur ex præcepto quotidie audire Missam.*

9 *Non decens dupliciter aliquid dicitur.*

De ferijs Quadragesimæ, quod Missa in ipsius audienda sit ex præcepto, tenet Brueard. *l.* 1. *Decret.* c. 105. & habet fundamentũ in eo, quod in Cap. *Solent. de consecrat. Dist.* 1. dicitur. Quod ieiunium debet solui vespere largitis eleemosinis, & audita Missa. Tenendum tamen est. *Quod in his diebus non adsit obligatio audiendi Missam.* Ita notãt communiter Tabiena *verbo.* Missa, *n.* 49 Angel. *n.* 57. Syluester *n.* 7. Nauar. *Cap.* 21. *manual. n.* 2. Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 4. *q.* 2. Henriquez *lib* 9. *sum. c.* 25. *num.* 3. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 5. ver. *Dico secundo* Scortia *lib.* 2. *de sacrific. mis. cap.* 20. *n.* 1. Barbosa *ad dict. Cap. solent. De consecrat. Dist.* 1. Leander *de sacramen. tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 5. Neque enim alicubi constat de hoc præcepto, & Praxis Ecclesiæ non exigit impleri præceptum in his diebus, nec obseruantia fidelium declarat hanc obligationem. 1

Ad fundamentum in contrarium resp. Quod licet ille Canon videatur vrgere etiam magis ex illis verbis. *Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam venire non valeat, æstimata vespertina hora completa Oratione sua ieiunium soluet.* Quibus videtur significari, quod non liceat abesse à Missa, nisi necessitate impediente. Attamen citatur ille canon, ex Concil. Cabilonensi Prouinciali in Gallijs celebrato, quod proinde nõ afficit nisi Prouinciales suis decretis. Imò neque reperitur inter canones illius Cõcil. prout circumferuntur. Deindè scopos illius canonis est, prohibere ne in ieiunijs quadragesimæ cibus sumatur antequam sit completa Missa, & hoc tantum disponit, & supponit, quod omnes conueniant ad missam, nisi impediti fuerint. An verò conueniant ad Missam ex præcepto, an verò ex laudabili consuetudine fundata in deuotione, non explicat, & 2

tat, & ideò non constat de præcepto neque pro illa prouincia, in quo celebratum fuit conciliom. Vndè neque noa illud asserere debemus, cum non sit introducenda obligatio, nisi de ea constet. Neque vrgent illa verba *Necessitate constrictus.* Quia ita loquitur Concilium vt ostendat laudabilem consuetudinem non esse relinquendam nisi ex necessitate; sicuti si quis diceret, quod non debet quis ommittere venire ad Ecclesiam ad sumendas cineres feria quarta Cinerum oisi oecessitate impeditus.

3 Secundò, *neque in diebus Rogationum vrget præceptum audiendi Missam*, vt constat ex praxi Ecclesiæ & fidelium. Neque legitur vnquam impositam fuisse, vndè neque est asserendum. Ita communiter Doctores præsertim Rosella *verbo.* Missa. *n.* 13. Syluest. *verbo.* Missa 2. *q.* 1. vers. *dicitur tertio.* Tabiena *verbo.* Feriæ. *n.* 6. Nauarr. *c.* 21 *manual. n.* 2. Azot. *part.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *q.* 2. Suarex *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 5 vers *sed hinc.* Scortia *lib.* 2. *de sacrific miss. c.* .. 0. *n.* 4. in fin. Facundex *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 14. Barbosa *ad cap. Rogationes, dist.* 3. vbi alios citat Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 1. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. c* 14. *q.* 3. *n.* 23. Garxia *in sum. tract.* 3. *difficul.* 2. *n.* 10. Filiuc. *tract.* 5. *c.* 7. *n.* 223. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. q.* 367.

4 Solum difficultatem facit cap. *Rogationes.* De *consecrat. dist.* 3. vbi dicitur, quod in illo triduo Rogationum serui, & ancillæ, ab opere relaxentur, qoo magis plebs vniuersa conoeniat; per quod videtur significari, quod debeant esse liberi ab operibus seruilibus, vt possint ad Ecclesiam conuenire, nec in alium finem oisi ad audiendam Missam Verum ex textu non colligitur præceptum audiendi Missam, de quo prorsua nihil dicitur. Et quamuis habeat quod serui relaxentur ab opere, non tamen hoc fit in sanctificationem diei, itavt indè inferri possit præceptum audiendi Missam, sed vt plebs vniuersa possit conoenire ad Li anias, vt declarant illa verba: *Quo magis plebs vniuersa conueniat.* Deindè ibi non disponitur vniuersaliter de omnibus, sed tantum de seruis & ancillis. Adde etiam, quod non imponitur ibi præceptum sed tantum suadetur, an loquens de ieiunio ibi. Glos. *verbo ieiunium.* Vndè constat, quod neque antiquitus adfuerit huiusmodi præceptum.

5 Tertiò. *Neque feria quarta cinerum adest obligatio audiendi Missam.* Vt notant Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *num.* 10. Leander *in quinque præcepta tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 6. vers. *vt quid.* Quia nullibi de hoc extat præcep. om nec t lis dies est repositus inter sanctificandos, & consequenter oec etiam habet annexum præceptum audiendi Missam, quod imponitor ob sanctificatiooem diei.

6 Quartò, *nec etiam in vltimo triduo hebdomadis maioris adest obligatio audiendi Missam* Intelligitur nisi occurrat Festum de præcepto. Nam tunc feria quinta, & Sabbato vrget præceptũ Ita obseruant Axor *part.* 1. *lib.* 7. *c.* 4. *q.* 2. Facuodex *præcept.* 1. *Eccl. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 13. Nauar. *c.* 21. *manual. n.* 2. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 5. vers. *quæres postremo.* Faustus *lib.* 2. *de Euchar. q.* 365. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *n.* 10. Leander *in quinque præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 6. vers. *quid.* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *n.* 10 Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. c.* 14. *q.* 3. *n.* 23. Et constat ex praxi recepta communiter in Ecclesia, qoæ sola sufficit ad declarandum, non adesse huiusmodi obligarionẽ.

7 Quintò. *Iis diebus, qui quibusdam personis sunt feriati vt scolasticis, iudicibus, aduocatis &c. nõ adest quoad ipsos præceptum audiendi missam.* Et hoc habet locum etiamsi talis diea sit feriatus in honorem alicuius sancti, quam dictæ personæ specialiter colunt. Ità Suarez *disp* 88. *de Eucharist. sect.* 5. vers. *secunda dubitatio.* Alcozar. *in sum. cap.* 27. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. Sanchez *lib.* 5. *Concil. moral. cap.* 2. *dub.* 5. *n.* 8. Leander *in quinque præcepta Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 8. Francisc Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 3. *nu.* 23 Nugnus 3. *part qu.* 83. *art.* 6. *vbi de præcept. audien. miss. dub.* 2. *conclus.* 8. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. qu. vlt. pun.* 11. *n.* 2. vers. *Ex his.* Dicastil *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *n.* 52. Neque enim constat de huiusmodi præcepto; & praxis est in contrariom; & ideò oon est asserendum. Imo quod non adsit constat ex Constit. Vrbani III. de diebus Festis, in qua cum exprimantur dies Festiui ex præcepto Ecclesiæ celebrandi, excluduntur omnes oon expressi, quales sunt, prædicti

8 Sextò. *Quamuis decens sit, quod Episcopi quotidie audiant Missam iuxta Cap.* Quoniam. *de priuileg, in* 6 *vt proinde ipsis indultum sit celebrare, aut facere celebrare coram se in quocumque loco cum altari viatico nõ adest tamen pro ijs præceptum.* vt notant etiam Roxella *verbo* Missa *n.* 13. Syluester *verbo.* Missa 2. *num.* 2. Nauar. *c.* 21. *manual. num.* 2. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. c.* 20. *num.* 4. in fine. Axor. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *qu.* 3. Filiinc. *tract.* 5. *cap.* 7. *qu.* 9. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 35 *num.* 7. Llamas. 3. *port. Meth. cap.* 5. §. 8. vers. *Et quamuis.* Facundez *præcept* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 11. Trullench. *lib* 2. *in decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 3. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 9. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. qu* 363. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *num.* 8. Ratio est clara. Quia hoc præceptum quoad Episcopos nullibi reperitur impositum. In dicto .n. Cap. *Quoniam* non imponitur præceptum, sed solum dicitur, quod non est decens, quod transeat aliquam diem sine Missa.

9 Solum videtur obiici posse quod cum non sit decens, vt ait text, quod Episc. sinant præterire aliquã diem, in qua non audiaot, videntur ex oatura rei, & & ratione status, qoamuis nõ ex aliquo speciali præcepto obligãdi ad audiendam Missam, siquidem omne quod non est decẽs, est etiam turpe; & omne turpè tanquam malum morale, atque adeo peccatũ est vitandum. Verum resp. Quod potest aliquid noo esse decẽs, quatenus opponatur alicui, quod sit secundum exigentiam status, ita vt destruat aliquid, quod coostiturus in illo statu teneatur habere; & hoc est turpe: quia deformat statum, & ideò continet peccatum vel graue, vel leue vel potest esse non decens merè negatiuè, quatenus scilicet non pooatur aliqua perfectio oon debita, sed tamen congrua, & hoc pacto non est decens, qood Episc. sinat transire aliquem diem, in quo non audiat Missam, & hoc non est turpe, sed tantuio mioos bonum, & nõ cõtinet aliquod peccatum.

QVÆSTIO 1250.

An si in vltimo triduo maioris hebdomadæ incidat Festum Annuntiationis B. Virginis, sit ex præcepto audienda Missa.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi missam obligat feria V. & sabbato maioris hebdomadæ, si incidat festum Annunciationis. B V.*

2 *Quid Quando incidit in Parasceue.* & num. seq.

4 *In Parasceue non offertur sacrificium*

5 *Officium Parasceues non substituitur loco missæ.*

6 *Etsi substitueretur nõ traheret obligationẽ audiẽdi missã Subrogatum quando non sortiatur naturam, & iura illius, cui subrogatur.*

EX dictis in superioribus coostat, quod præceptum audiendi Missam non obligat nisi in diehus festis colendis ex præcepto. & ideò non obligat in triduo vltimo maioris hebdomadæ. Solum difficultas remanet, an obliget si in aliquo ex illis diebus incidat festum Annuntiationis Beatiss. Virginis. Est autem certum obligare, si incidat in feria quiota, 1

aut

aut Sabbato, quia in his diebus ita celebratur Missa, vt offeratur verum sacrificium: vnde nulla adest ratio impediens obligationem, quam dies festus secum trahit; verum tamen est. Quod facilius putest adesse causa excusans ab auditione Missæ, siquidem cum vnica tantum celebretur, redditur difficilior obseruantia præcepti; difficultas ergo est de Feria sexta.

2 Quod autem teneantur fideles ex vi præcepti audiendi Missam interesse officio illius diei, quatenus incipit à delatione sacramenti ad altare Tradont Vasquez 3. *par. disp.* 2 1 1. *cap.* 1. *num.* 18. Nunq. 3. *par. quæst.* 8 3. *ar.* 2. *par.* 2. *dub.* 2. *in probat.* 5. *concl.* 2. vbi falso assumit, quod omnes fideles sentiant, se teneri ad audiendam Missam in Parasceue, si incidat festum, in quo alias præceptum obliget. Fundamentum. Nugdi est. Quia in illa die offertur Deo verum sacrificium, licet minus per Festum, quod tamen constat falsum esse ex dictis suo loco. Fundamentum verò Vasquez est. Quia officium illius diei succedit loco Missæ, & ideò obligatio quæ esset ad audiendam Missam obligat ad assistendum illi officio.

3 Tenendum tamen est *Quod in feria sexta Parasceue non adsit obligatio a̓ste di officio.* Ita Molfes *par.* 1. *sum. tract.* 5. *cap.* 17. *num.* qui male pro opposita sententia citator ab Auersa. Nald. *in sum. verbo.* Missa *num.* 20. Gauant *Ad Rubr. Missal. par.* 3. *tit.* 29. *numero* 14. Alphonf. de Leone *de offic. Capel. quæst.* 8. *sect. num.* 174. Sanchez *in elect. de sucrum. disp.* 32. *num* 13. Lugo Cardin. *disp.* 20. *de Euchariſ. sect.* 1. *num.* 14. Faustus *lib.* 2. *de Euchariſ. quæſt* 366. *ver. sed cæteri* Auersa *quæſt.* 11 *de Euchariſ. ſect.* 19. *ver. quando verò* Francisc. Lugn *lib.* 5 *de sacram. cap.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 61. in fine & ita declarauit S Rituum Congreg. *sub die* 19. *Februar.* 1622. cum ipsi ſupplicatum fuisset pro resolorione præsentis dubij.

4 Ratio est. Quia in illa die non offertur sacrificium, sed tantum sacerdoti venit præ sanctificata. Et hæc sumptio non est consumptio sacrificij quæ sit pars integralis ipsius, quia die præcedenti præcessit consumptio, per quam sacrificium fuit integraliter completum; nec somitur vtraque species, quæ tamen est necessaria ad consumendum, & perficiendum sacrificium, & proindè nulla adest pars sacrificij. Nec dici potest, quod ex intentinne Christi ita offerendum sit sacrificiom in illa die; uam taro ille ritus sum sumptione præ sanctificatorum sit merè ex institutione Ecclesiæ. Cùm ergo præceptum audiendi Missam sit in ordine ad colendom Deum mediante oblatione sacrificij, si deest sacrificium cessat obligatio præcepti.

5 Ad fundamentum vasquez Resp. Officium in mane Parasceue non substitui loco Missæ, sed esse misterium quoddam introductum ab Ecclesia pro celebritare illius diei, quod ex eo constat, quia quando vnum subrogatur loco alterius, debet tendere ex vi subrogationis ad eundem finem supplendu prò eo, in coius locum subrogatur; qood præstare non poteſt officium illius diei, cum non contineat sacrificium, sed qnid mere rituale.

6 Deindè dato, quod subrogaretur loco Missæ non esset tamen subrogatum in ordine ad finem, quem respicit præceptum de audienda Missa, & proindè non traheter ad se obligationem impositam per præceptum, sed tantum in ordine ad cultum Ecclesiæ pro illo die, & pro quo la n complemento officiorum diuinorum, cùm desit ipsis Missæ celebratio, quæ est potissima pars. Et cum non militet in subrogato officio eadem qualitas, & ratio, quæ in Missa, non sortitur eandem naturā, & curā, quæ sunt illius, in cuius locum subrogatur iuxta *l.* 1. §. *sed si quis ff. de success. edit.* & notant Alexand. *consil.* tu8. *ver. Est similis, vol.* 3. Riminal. *iur. consil.* 115. *num.* 129.

Felin. *in Cap. super his de accusat.* Tusch. *littera* S. *conclus.* 757. *num.* 51. Et ideò non fit materia præcepti, sicut esset Missa; si celebraretur.

Quæstio 1251.

An in diebus Festis institutis à Principe Seculari adsit obligatio audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Pro Festis institutis à principe sæculari non adest preceptum audiendi Missam.*
2 *Potestas laicalis non se extendit ad cultum Dei.*
3 *Laici non possunt instituere dies Festos in quemcumque finem spiritualem.*

Dicendum est. *In diebus Festis institutis à Principe non teneri Populos audire Missam* Ita Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *nu* 12. Suarez *disp.* 88. *de Euchariſ. ſect.* 5. *vet. Dico secundò* Azor. *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 2. Auersa *quæſt.* 11. *de Eucharistia ſect.* 1. 19. *ver. Tertio* circa fin. Dicastil. *de sacramen. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *num.* 51. Procedit autem resolutio de iis diebus Festis, quos possunt instituere ob aliquam causam publicæ lætitiæ, vt est natiuitas primogeniti, parta victoria, & aliæ huiusmodi. 1

Ratio est quia tota potestas principis est laicalis, & nullo pacto se extendit ad spiritualia: & ideò non putest ab ipsa prouenire obligatio ad audiendam Missam, cum sit actus extra sphæram eiusdem potestatis. Audire enim Missam est actus spiritualis, quia dicit exhibitionem spiritualis cultus Deo, licet per signa sensibilia, quæ tamen sunt Ecclesiastica, & ordinata ad finem spiritualem vitæ æternæ; & remanet omninò extra spheram auctoritatis Laicalis, quæ proindè si imponeret talem obligationem, nulliter procederet. 2

Ex quo fit; Quod neque Principes Laici, siue Magistratus, siue quicumque alij nequeant præcipere populo dies Festos in quemcumque finem spiritualem, vt esset in honorem, & cultum sanctorum, quia tunc potestas laica vim non habeat moderari res Ecclesiasticas, & spirituales; excederet suos terminos & proindè nulliter procederet, vt declarauit Innoc. X. *in suo Decreto post. Constit.* 30. *tom.* 4. Bullar. §. 1. *ibi Nos quibus vniuersalis Ecclesiæ regimen à Domino commissum est, considerantes, quam perniciosum auctoritati Ecclesiasticæ id esse possit, cum Principes Laici, quos in rebus Ecclesiæ obsequendi potius manet necessitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem indicendi dies Festos in honorem Sanctorum de venerabili Fratrum nostrorum S. R. Ec. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum, quibus hoc negotium discutiendum commisimus. consilio prædictas litteras, ad dictum emanatas auctoritate Laicali super obseruatione prædicti Festiuitatis S. Dominici fuisse, & esse omninò nulla, & nullius roboris, & momenti, nec aliquo modo seruanda auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus.* 3

Quæstio 1252.

An aliquando vrgeat praeceptum audiendi plures Missas.

SVMMA.

1 *Nunquam adest obligatio audiendi plures Missas.*
2 *Etiam si eadem die concurrant plura Festa.*

3 *Neque in die Natiuitatis Domini.*
In claris non habet locum interpretatio, sed attendenda dispositio.
4 *Auditio trium Missarum in Natiuitate Domini eodem iure censenda ac celebratio, vt illi connexa.*
Connexa eodem iure censenda.
Accipiẽda illa interpretatio, qua quis minus obligat.
Obligatio est stricti iuris.

DIcendum est. *Nunquam adesse obligationem audiendi plures Missas, quamuis plures ab eodem sa-*
1 *cerdote celebrentur vt in die Natiuitatis Domini.* Ita communiter Doctores D. Antonin. 2. *par. tit.* 9. *c.* 10. §. 1. in fine Syluester *verbo* Missa 2. *quæst.* 1. Nauarr. *cap.* 21. *Manual. num.* 2. Azor. *par.* 1. *l.* 1. *c.* 3. *quæst.* 2. in fine. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 3. Nugn. 3. *par. quæst.* 83. *ar.* 6. *vbi de præcep. audien. dub.* 2. *conclus.* 5. Suarez *disp.* 88. *de Eucharis. sect.* 2. ver. *vltimo dici* Naldos *in sum. verbo* Missa *num.* 10. Scorria *lib.* 2. *de sacrific. mis. cap* 20. *nu.* 4 Facundez *præcep.* 1. *Eccles lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7 *n.* 207. Baun. *par.* 1. *theol. moral. tract* 6. *quæst.* 4. *de sacrif. mis.* ver. *dico tertio* Bartolom. ab Angelo *dial.* 5. 9. 801. Booac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 12. *num* 10. Faustus *lib* 2. *de Eucharis. quæst* 309. Trullench. *l.* 1. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 4. *num* 516. Geuald *de sacram. tract.* 11. *cap.* 2 *num.* 11. Leander *in præcep Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst* 19. Garzia *in sum. tract.* 4 *difficul.* 3. *dub.* 1. *num.* 1. Auersa *quæst.* 11 *de Euchar. sect.* 19. ver. *Quia rursus.* Ratio est. Quia cum præceptum precipiat tantum auditionem Missæ, sufficienter impletur audiendo vnicam; nam per hoc ponitur materia præcepti, & Ecclesia voluisset plures audiri, expressisset.

Et hoc locum habet, etiamsi in eodem die con-
2 currant plura Festa, ratione quorum teneamur assistere Missæ vt si in die dominico incidat aliud Festum ratione cuius teneamur Missam audire. Tunc enim auditione vnius sufficienter impletur præceptum, etiamsi opus iniunctum, multiplicari possit. Ratio est, quia in tali casu non multiplicatur præceptum, sed tantum idem præceptum ligat ex duplici motiuo, quod in eadem die concurrit. Et cum motiuum vtrumque sit subordinatum eidem fini, & faciat eidem fini diei affigi præceptum, non exigit multiplicari præceptum, nec rem præceptam, quia iam sufficienter dies in honorem stante vnico præcepto, atque adeò absque multiplicatione rei perceptæ.

Solum huic resolutiooi obstare videtur consuetudo, nam communiter in die Natiuitatis solent fi-
3 deles audire tres Missas. Et quamuis responderi solet, quod hæc consuetudo non sit introducta cum animo se obligandi, sed tantum ex deootione; adhuc tamen obstare videtur, quod sit iotroducta in ordine ad adimpleodum præceptom, quod illa die obligat, & consequenter. Quod taoquam adhærens obseruantiæ, præcepti, sequatur naturam eiusdem obseruantiæ & declaret, quod talis debeat esse pro illo die obseruautia præcepti, Resp. tamen. Consuetudinem istam esse ex mera deuotione. Neque esse introductam tanquam necessariam pro adimplendo precepto in illa die; neque tanquam declaratiuam præcepti, quia declaratio, & interpretatio non habent locũ, quando sumus in claris, quia tunc non est opus attendere ad celebtantiam; sed ad dispositionem *l.* 1. *in fine* C. de *liber. præter. &* notat Aret. *consil.* 1 9. *num.* 2. Rota coram Seraph. *decis.* 1411. *n.* 24. & *decis.* 39. *num.* 11. *par.* 2. *diuer* & *decis.* 126. *num.* 3. & *decis.* 216 *num.* 4. *par.* 2. Recent.

4 Præsertim quia auditio trium Missarum in illa die venit in consequentiam ad celebrationem; vndè eodem iure censenda est, quo censetur celebratio, sicut censentur connexa Cap. *Translato de constit.* & Cap. *Preterea de offic. deleg.* Præsertim quia debet accipi illa interpretatio, qua efficitur, vt quis minus obligatur, vt colligitur ex *l si peculium* §. *sicut ff.* de *peculio leg.* & notaot Craueta *consil.* 35. *nu.* 33. Paris. *consil.* 96. *num.* 22. *lib.* 3. Menoch. *consil* 4. *nu.* 52. Non enim prouenit ex natura obligationis, quæ est stricti iuris, & minus extendenda quàm fieri potest *l. Obligationum substantia*, & *l. Arianus ff.* de *Act. & obligant.* & notant Bald. *consil.* 55. *num.* 2. ver. *sed ponamus lib.* 2. Fulgos. *consil.* 80. *in fine* ver. *Et si quid.* Calderio. *consil.* 20. *de iud.* Rota *decis.* 436 *num.* 3. *par.* 4. *Recent.* Constat autem, quod sacerdotes non tenentur celebrare tres Missas, sed tantum habent facultatem celebraodi.

QVÆSTIO 1253.

Quinam sint dies Festi, in quibus Missa audienda est de præcepto, & à quo noui introduci possint.

SVMMA.

1 *Dies Festi colendi ex præcepto.*
2 *Quid circa dies Festos Patronorum.*
3 *Dies Festi ex voto quomodo obligant.*
4 *Inducere Festa pertinet tantum ad potestatem Ecclesiasticam.*
5 *Dies Festi non introducendi ab Ordinariis.*
6 *An iis sublata potestas introducendi.*
7 *Ordinarij an absolutè non possint inducere Festa.*
Verbum Rogo. *Equipollet. verbo* Mandamus.
Monere in Domino inducit grauem obligationem.
8 *Præsertim si monitio sit necessaria pro manutentione rei præceptæ.*
9 *Clausula*, sub indignatione, *inducit obligationem sub mortali*
10 *Ordinarius inducens dies Festos, peccat.*
11 *Prohibitum fauore alicuius, eius consensu sit licitum.*
Instanto populo an possit Ordinarius inducere dies Festos.

EX supradictis constat, quod Missa audienda sit 1
diebus Festiuis ex præcepto Ecclesiæ colendis; nunc autem dubium remanet, quinam sint illi dies in particulari; & à quibus de nouo introduci possunt. Et quod spectat ad primum. Vrbanus VIII. in sua *constit.* 164 22. *to.* 4 *Bul.* quæ incipit *vniuersa per orbem* edita *Idib. semptem anno* 1642. vt prouideret pauperibus, qui manualibus operibus sibi victum parant, & occurreret abusoi vtentium diebus festiuis ob multitudinem ad facienda vitia, reduxit ad sequentes, nempe ad dies Dominicos, Natiuitatem, & Circumcisionem Domini. Epiphaniam, Resurrectionem Domini, cum duobus sequentibus diebus, Assentionem, Pentecostem cum duobus sequentibus diebus. Festum Sanctissimæ Trioitatis; & Corporis Christi, Inuentionen Sanctæ Crucis, Purificationem, Annuntiationem, Assumptionem, & Natiuitatem B. Virginis. Dedicatiooem S. Michaelis Arcangeli, Natiuitatem S. Io. Baptis. Ad dies Festos Apostolorum S. Petri, & Pauli, S. Andreæ, S. Iacobi, S. Ioannis, S. Thomæ, S. Philipi, & Iacobi, S. Bartholomei, Sancti Mathei. S. S. Simonis, & Iudæ, & S. Mathiæ, S. Stephani Protomartiris, SS. Innocentium, S. Laurentij Martiris, S. Syluestri Papæ, & Confessoris, S. Ioseph, & S. Annæ. Festum omnium Sanctorum. Addit præterea vnum ex principalioribus Patronis in quocumque Regno & alterum pariter ex principalioribus

cipalioribus in quacumqne Ciuitate, Oppido, vel Pago.

2 Et circa hoc vltimum est aduertendum, quod non iniuogit summus Pontifex, quod colantur ex præcepto dicti Patroni, sed quod vbi plures coluotur, reducti censeantur ad prædictos, nempè vnum pro Regno, & voum pro loco speciali. Quod satis declarant illa verba. *vbi hos patronos haberi, & venerari contigerit*, & ideò vbi antea non venerabaotur à Populo Festiuitate Diei, oec etiam in virtute dictæ constitutionis erunt de necessitate veneraodi. An autem eorum dies possint ab Ordinariis introduci tanquam colendi ex præcepto, constabit ex dicendis.

3 Quod spectat ad secundnm. Non posse dies Festos ex præcepto colendos induci per potestatem Laicalem, coostat ex dictis in superioribus, quia subsunt tantum dispositioni spirimalis potestatis. Vndè tantum introduci poterunt lege prouenieote an Ecclesiasticis personis, seù consuetudine quæ habeat vim legis. Nam quæ introducuotur voto, non obligant perpetuò, & vniuersaliter, nisi accedat consensus ordinarij, qui habet vim legis, vt inter alios notat Suarez *disp. 88. de Eucharis. sect. 5. §. dico secundò*, ver. *Vndè neque*. Quia voti obligatio non excedit personam vouentem, & est merè personalis, & ideò non potest transire ad posteros, nisi potestas legislatiua eam ad ipsos extendat; neque enim vouentes facultatem habent obligādi posteros, nec nisi permodum legis obligari possūt ad ea, quæ personali sunt, quale est obligatio audiendi Missam, & sanctificandi Festa.

4 Itaque inducere Festa atque adeò obligare ad audiendam Missam, pertinet tantum ad potestatem legislatiuam Ecclesiasticam, qualis est in Episcopis, & aliis prelatis soperioribus; & cousequenter in Synodo Diœcesana, aut Prouinciali, vt desumitur ex Cap. 5. *de consecrat. dist.* 3. & ex Cap. *fin.* de *feriis*, loqoendo de iure communi, vbi tamē limitatur hæc potestas, vt non imponantur ab Episcopis Festa seruanda, nisi cum Clero, & populo, hoc est cum consilio, aut etiam consensu Cleri & Populi; notat verò Suarez *disp* 88. *de Eucharis. sect.* 5. §. *Dico secundò* ver. *satis ergo*. Quod sufficier si Episcopus id faciat cum consilio Capituli, & aduertat quod Populus non contradicat, sed expectandus sit eius tacitus, & vniuersalis consensus.

5 Verùm nouissimè Vrbanos VIII. in sua *constit.* 164. de qoa *n.* 1. ita disposuit io hac materia. *Ne autem dies Festus à Locorum ordinariis nimia aliquorum facilitate aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat eosdem ordinarios in Domino monemus, vt ad Ecclesiasticam vbique seruandam æqualitatem de cætero perpetuis futuris temporibus ab inditione sub præcepto nouorum Festorum studeant abstinere*. Verùm ex hac dispositione oritur difficultas, an sublata sit facultas Episcopis ioducendi noua Festa, quam habent de iure communi, & si non sit sublata, quid si inducant.

6 Quod autem. *Non sit sublata resoluendum videtur*, quia in prædicta dispositione nullum verbum repetitor, ex quo colligi possit ablatio prædictæ facultatis; Imò porios ex verbis ipsis colligitur fuisse relictam, nam inquit Pontifex *Monemus*, quod verbum cum importet solam monitionem ne inducant noua Festa, tacitè declarant, & indirectè, quod relinquit potestatem indocendi, quam habent de iure communi. Rursus cum moneat, quod abstineant, sequitur, quod tantum velit, qood non imponāt noua Festa seroanda: & proindè cum monitio versetur circa exercitium facultatis, vt scilicet non deueniat ad actum imponendi, adhoc tacitè declarat quod nihil innouent circa facultatem, quam habent. Ex quibus constat quod dicta monitio solum impedit vsum facultatis, dum impedit solum, quod non inducant noua Festa.

7 Hinc autem insurgit noua difficultas. An scilicet huiusmodi monitio habeat vim prohibitionis, itavt absolutè, non possit inducere ooua Festa. Et difficultas oritur ex eo, quod Pontifex vtitur verbo *Monemus*, quod videtur importare solam suasionem. Sed tenendom est. *Quod illa dispositio contineat absolutam prohibitionem*. Nam illud verbum *Monemus*, æquipollet verbo *Mandamus*, sicut æquipollet verbo, *Rogo*, quod aliquid minus videtur importare, vt *l. si serui mei ff.* de *negoc. gest.* & io Cap. *Rogo* 11. *quæst.* 3. vbi id notat Glos. verbo *Rogo* Butrius *in Cap. Nam concupiscentiam* in fine de *constit.* Imola *ibid. num.* 8. Syluester *verbo*. Præceptum *quæst.* 2. Suarez *lib* 3. *de legibus, cap.* 15. *num.* 7. Quod magis locum habet in præsenti, qoia Pontifex dicit *Monemus in Domino*. per quod interponitur auctoritas Dei, & exprimunt enixam voluntatem, quod fiat, quod monetur & idem est, ac si diceret, in nomine Dei, quod grauem obligationem, & sub mortali inducit iuxta ea, quæ tradit Sanchez *lib.* 6 *sum. cap* 4. *num.* 43.

8 Præsertim quia præmisit Pontifex suam dispositionem moderatiuam dierum Festorum tanquam de materia omninò necessaria, vt constat ex prœmio. Et ad manutenendam hanc suam moderationem inducit dictam mooitionem. Et proindè oporter, quod eodem modo seruari velit, quod ponit sub monitione, ac seruari vult, quod disposuit. Certum est autem, quod obligat ad seruandum, quod disposoit, & proindè id etiam, de quo monuit, cum hoc sit necessarium ad manutenendam eius dispositionem. Et hoc confir. etiam ex verbis § 7. ibi *Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum de larationum, Monitionis, intentionis, Mandati, Derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beator. Apostol. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum*. Cum ergo dicta constitutio, etiam quoad illam partem, quæ continet monitionem, non debeat infringi ex mandato Pontificis sub pœna indignationis omnipotentis Dei ac Apostolorum Petri, & Pauli, fit quod, si Episcopus faciat cootra prædictam monitionem eam infringendo, iocurrat prædictam indignationem.

9 Clausula autem prædictæ indignationis denotat obligationem sub mortali peccato iuxta ea, quæ tradunt Angel. *verbo* Lex. *num.* 3. Armilla *nu.* 4. Syluester *verbo præceptum. Quæst.* 2. Azor. *par.* 1. *cap.* 6. *quæst.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 158. *cap.* 4 Nauar. *cap.* 23. *Manual. num.* 53. Valent. 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *punc.* 6. *quæst.* 3 Salon. 2. 2. *quæst.* 77. *ar.* 1. *controuer.* 8. *reg.* 7. Sayr. *lib* 3. *Clau. reg. cap.* 7. *num.* 14. Suarez *lib.* 3. *de legib cap.* 26. Quia dicta clausula denotat, materiam esse sufficientem ad suscitandam iodignationem Dei, atque adeò ad abrumpendam amicitiam cum ipso.

10 Ex quibus infertur, quod si nihilominus Episcopus induceret aliquod nouum Festum, quamuis ioductio esset valida, peccaret tamen grauiter contra prohibitionem prædictæ constitutionis. Nec populus teneretur acceptare diem Festum, qoia habet pro se assistentiam ioris Pontificij, ne possint sibi imponi noui dies Festi, & consequenter non teneretur se subicere actum prohibitum facienti. Et qoando Episcopus exercet iorisdictionem in sibi prohibitis, non tenetur populus subiectione correspondere, com debeat tantum se subiicere, quatenus de iure licitum est exercitiom iurisdictionis.

11 Secundò infertur. Quod licet hæc prohibitio sit facta in fauorem populi, & proindè consenso ipsios accedente videatur posse Episcopus imponere aliquod

quod Festum de nouo seruandum quatenus quod est prohibitum in fauorem alicuius eius consensu fit licitum *iuxta l. quoties ff. de fideicom.* attamen neque adhuc instante populo poterit Episcopus aliquod Festum in dicere. Quod satis expressit Vrbanus VIII. in prædicta sua *constit.* 164. §. 3. ibi *Ne autem dies Festos a locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat.* Ex quibus constat, quod neque ad instantiam populorum vult noua Festa induci. Neque enim populi consensus facit adequatè cessare finem prohibitionis, quia id Põtifex prohibuit, tum ne grauarentur posteri ex præsenti populi consensu: tum quia multitudo Festorum non facit, ut cum minori deuotione celebrentur. Tum quia reddit faciliorem dispensationem quoad opera seruilia, quod redundat in minorem æstimationem Festorum. Et ideò, si Ordinarius iudicaret, stante instantia populi aliquod Festum de nouo inducendum; recurrere deberet ad Romanum Pontificem.

QVÆSTIO 1254.

Quas personas obliget præceptum audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi Missam obligat omnes fideles.*
2 *Præceptum Cap. Missas cur dirigatur ad solos sæculares.*
3 *Omnes personæ Ecclesiasticæ tenentur audire Missam.*
4 *Infideles non obligantur præcepto audiendi Missam.*
5 *Neque Catechumeni.*
6 *Neque Amentes.*
7 *Ebrij tamen obligantur, & quomodo.*

PRæceptum audiendi Missam tanquam vniuer-
1 sale obligare omnes personas subditas Ecclesiæ,
hoc est fideles, est certum apud omnes, & ita notant Doctores communiter, præsertim Gabr. *sect.* 14. *in Can. mis.* Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 1. Palud. *dist.* 15 *quæst.* 5. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 1. ver. *contra horum* D. Anton. 2. *par. tit.* 2. *cap.* 10. §. 1. Sylueſter *verbo* Missa 2. *quæst.* 1. Suarez *disp.* 88. *de Eucharis. sect.* 4. ver. *Dicendum tamen* Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 1. *num.* 2. Faustus *lib.* 2. *de Eucharis. quæst.* 360. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst vlt. pun.* 11. *num.* 6. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *num.* 1. Auersa, *quæst.* 11. *de Eucharis. sect.* 19. ver. *Primò ergo.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *num.* 3. Et desumitur ex Cap *Omnes fideles* de *consecrat. dist.* 1. quod est desumptum ex *can.* 1. Apostol. & in quo obligantur omnes fideles assistere Missæ. Et obseruantia in hac amplitudine declarat præceptum.

Solet contra hoc obiici ex Cap. *Missas* de *consec. dist.* 1. vbi soli sæculares obligantur audire Missas,
2 ibi *Missas die Dominico sæcularibus totas audire speciali*
ordine præcipimus Huic difficultati responderi solet, fieri mentionem tantum de secularibus, quia hi facilius transgrediuntur præcepta Ecclesiæ; pro qua respons. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 15. ver. *ad fundamentum* plures citat. Sed ea videtur germana responsio, quod præceptum dirigatur specialiter sæcularibus, quia non est de audienda Missa absolutè, sed de audienda integra Missa, in quo sæculares deficiebant, & ideò ad ipsos corrigendos pro ipsis in specie concipitur præceptum, quod indicant illa verba, *speciali ordine,* quæ declarant esse speciale præceptum pro sæcularibus & non pro cæteris.

Ex quibus deducitur, quod omnes personæ Ec- 3
clesiasticæ, Clerici, Sacerdotes, Religiosi, Episcopi cæterique omnes Prælati superiores teneantur audire Missam, seù offerre sacrificium, vt docent communiter Doctores. D. Antonin. 2. *par. sum tit.* 9. *c.* 10. §. 1. Gabr. *sect.* 29. *in Can. mis.* Palod. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 5. Sotus *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 1. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 4. ver. *Tum vero* Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 1. Nugn. 3. *par. quæst.* 83. *ar.* 6. *vbi de præcep. audien. mis. dub.* 2. *conclus.* 7. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num. in com. littera* 6. Sanchez *lib.* 1. *sub. cap.* 12. *num.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 21. *num.* 9. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 62. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. Miss. difficul.* 1. ver. *Conuen. primò* Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib* 2. *cap.* 1. *num.* 4. & *cap.* 2. *num.* 4. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Eucharis. sect.* 1. *nu* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 3. Baun. *par.* 1. *theol moral tract* 6. *quæst.* 4. *de sacrific. Miss.* ver. *dico.* 2. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 1 *num.* 3. Garxia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *num.* 3. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst* 15, Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 19. ver. *secundò omnes* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst* 7. *num.* 13 Sicut omnes enim supradicti sunt incorporati Ecclesiæ, ita etiam subsunt eius vniuersalibus præceptis, quæ ab Ecclesia imponuntur, vt eos dirigat ad finem salutis æternæ.

Secundò deducitur, quod Infideles non obligan- 4
tur hoc præcepto. Et de infidelibus constat, quia non sunt sub regimine Ecclesiæ iuxta illud 1. ad Corinth. Cap. 5. *de his qui foris sunt nihil ad nos,* & proinde præcepta, quibus Ecclesia dirigit suos subditos, non se extendunt ad non subditos. Deindè quia assistentes Missæ concurrunt ad offerendum sacrificium, ad quod offerendum non possunt concurrere infideles, quia non est institutum à Christo pro ipsis, nam sic habet Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. *de sacrific. Mis.* ipsum reliquit Ecclesiæ suæ sponsæ, intra quam non sunt infideles. Et ita notant Suarez *disp.* 88. *de Eucharis. sect.* 4. ver. *dicendum tamen.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt pun.* 11. *num.* 9. Faustus *de Eucharis. lib.* 2 *de sacrific. quæst.* 360. ver. *Dici* Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 2. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 2. *nu.* 12. Auersa *quæst.* 11. *de de Eucharis. sect.* 19. ver. *secundò omnes.* Vndè tanquam incapaces concurrendi ad oblationem huius sacrificij non sunt per mittendi, quod illi assistant.

Tertiò deducitur. Neque hoc præceptum exten-
di ad Catechumenos, quia licet admittantur vsque 5
ad offertorium, vlterius admitti non possunt. Et ita notant communiter Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 4. ver. *dicendum tamen,* & alij *num. præced.* citati. Henriquez *lib.* 2. *sum. cap.* 12. *num.* 14. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Eucharis. sect.* 1. *num.* 1. *Martin. disp.* 40. *de Euchar. sect.* 9. *num.* Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 8. *nu.* 3. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 16. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 2. *nu.* 2. Quamuis enim initiati sint fide, nondum tamen sunt Ecclesiæ incorporati per Baptismum, & ideò nondum sunt sub regimine ipsius, nec eiusdem præceptis afficiuntur.

Quartò deducitur. Neque amentes obligari præ- 6
cepto audiendi Missam vt notant communiter præsertim Garxia *num. præced citat.* Nauar. *Cap.* 21. *Manual. num.* 1, Bonac. *disp.* 4. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. Miss.* Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 12. *num.* 17. Basseus *in Florib. verbo* Missa 8. *num.* 1. Gosual. *de sacram tr.* 11. *cap.* 1 *num.* 4. Leander. *in præcep. Eccles. tract* 1. *disp.* 1. *quæst.* 17. Militat enim generalis ratio, quod non teneantur præceptis; & etiam specialis, quia hoc præceptum impleri non potest, nisi per actum humano

modo

modo exercitum,atque adeò cum libertate, qualis est moralis assistentia,per quam assistens cooperetur oblationi sacrificij. Hoc tamen accipiendum,& notat etiam Hurtad. *citat.* de amentib. qui absolutè in omni materia sunt tales; nam si desciperent in vnica tantum materia, quæ non cerneret adimplementum præcepti,vt frequenter accidit,tenerentur hoc præcepto.

7 Quod spectat ad ebrios. Quamuis Leander *in præcep. Ecclef. tract. 2. disp. 1. quæst. 17.* putet, non obligari hoc præcepto, absolutè tamen hoc non est admittendum. Licet enim ebrietas impediat adimplementum præcepti, quatenus impedit, ne exerceantur actus humano modo quia tamen est in potestate vniuscuiusque eam vitare, ideò non subtrahit ipsum ab obligatione præcepti, sed tantum impedit satisfactionem & proindè si præuideatur aliquo modo impedimentum, non excusar à peccato in causa, vt docent communiter Doctores.

QVÆSTIO. 1255.

An, & qua ætate teneantur pueri præcepto audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Pueri ante vsum rationis non obligantur præcepto audiendi Missam.*

2 *Qua ætate incipiant obligari,* & num. seq.

4 *Post vsum rationis possunt exercere actum quo impletur hoc præceptum.*

5 *Pueri excusantur si non audiant Missam: non autem qui eos regunt.*

6 *Qualis vsus rationis requiratur vt pueri teneantur præcepto audiendi Missam.*

7 *Pueri capaces peccati mortalis possunt apprehendere obligationem præcepti audiendi Missam.*

8 *Ecclesia suis præceptis intendit obligare omnes capaces.*

Præceptum annuæ confessionis obligat pueros statim post vsum rationis.

1 CONueniunt communiter Doctores, quod pueri ante vsum rationis non teneantur præcepto audiendi Missam. Omnis enim obligatio passiua est actus rationalis, quia importat Iudicium, quo quis iudicat ad aliquid se teneri,& proindè supponit cognitionem circa rationabilia cum habitudine ad finem,& consequenter libertatem se perducendi ad finem, ad quem tendit obligatio, quæ haberi non possunt sine vsu rationis; difficultas autem est,quando incipiat hoc præceptum obligare, & an statim post vsum rationis.

Prima sententia asserit, non obligare statim post
2 vsum rationis,sed solum quando habent perfectum vsum rationis, vt contingit in decimo, aut vndecimo anno. Ita ij qui hoc ipsum docent etiam de cæteris præceptis Ecclesiæ Corduba *in summ. qu. 60.* qui alios citat Sotus *in 4 dist. 12. quæst. 1. art. 11. & dist. 18. quæst. 1. ar. 4.* Henriquez *lib. 8. sum. cap. 41. n. 4.* Marchant *in quæst. pastoral. tract. 4. cap. 6. quæst. 1* Fundamentum est. Quia non obligantur nisi quando possunt perfectios apprehendere obligationem, & attentionem cum qua interesse debent.

Secunda sententia tenet, quod statim ab vsu ra-
3 tionis incipiat obligare. Ita Glos.& Canonistæ in Cap. *Omnis vtriusque sexus de pœnit.* Nauar. *cap. 21. Manual. num. 1.* Azor, *par. 1. lib. 7. quæst. 1.* Llamas *3. par. Meth. cap. 5. §. 8.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 6. & 17.* Suarez *disp. 8. de Eucharis. sect. 4. ver. vltimo inquiri* Facundez *præcep. 1. Ecclef lib. 2. cap. 2. num. 1.* Victoria *in sum. quæst. 139.* *Scortia lib. 2. de sacrific. Miss. cap. 20. num. 7.* Marchin. *de sacram. ordin. tract. 3 par 3. cap. 17. num. 1.* Lugo Cardinal. *disp. 22. de Eucharis. sect. 1. num. 1.* Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrific. mis. difficul. 1. ver. Addunt.* Suarez Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 11. nu. 8.* Conninch. *de sacram. quæst. 83. ar. 6. num 286.* Basseus *in Florib. verbo* Missa 8. *n. 1.* Martinon. *de Eucharis. disp. 40. sect. 9. nu.* ..... Dicastil. *tract. 5. de sacram disp. 5. dub. 1. num. 5.* Syluester *verbo.* Missa *2. quæst. 1.* Laiman. *lib. 4. Theolog. moral. tract. 7. cap. 3. num.* Trullench. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 5. num. 3.* Geraldus *tract. 14. de sacram. cap. 2. num. 2.* Machad. *tom. 1. lib. 2. par. 4. tract. 1. docum. 2. num. 2.* Fillinc. *tract. 5. cap. 7. quæst. 8* Baunius *par. 1. theol. moral. tract. 6. quæst. 4. de sacrific. Mis.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 2. num. 5.* Paustus *de Eucharis. lib. 2. de sacrific. Mis. quæst. 161. ver. sed constans* Barbosa *in Annalib. iuris anno 7. quæst. 5.* Leander. *in præcep. Ecclef. tract. 2. disp. 1. quæst. 14.* Mercetus *de sacram. quæst. 83. ar. 6. dub. 4. ver. diximus secundò* Auersa *quæst. 11. de Eucharis. sect. 19 ver. secundo omnes.* Nugnus *3. par. qu. 83. ar. 6. vbi de præcep aud. Mis. dub. 2. conclus. 1. ver. solum est* Salas *disp. 14. de legib sect. 13.* Palaus *par. 1. oper. moral tract. 3. disp. 1. num. 24. §. 2. num. 5.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 2. num. 15*

Dicendum est. *Præceptum audiendi Missam obligare* 4
pueros statim, ac habent sufficientem vsum rationis. Ratio est. Quia tunc incipiunt humano modo operari: & proindè sunt capaces illius directionis, qua Ecclesia dirigit humanas operationes in ordine ad vitam æternam. In hac autem directione præcipuum locum tenet præceptum audiendi Missam, quia dirigit in ordine ad exhibendum debitum cultum Deo, & ad ipsum recognoscendum tanquam auctorem nostræ vitæ,& supremum Dominum. Præsertim quia observantia huius præcepti nihil aliud requirit, nisi mentalem assistentiam, qua assistant Missæ, quæ exhiberi potest à quocumque habente vsum rationis. Vndè si pueri excusantur ante vsum rationis ratione incapacitatis,quia scilicet non sunt capaces præcepti,& obseruantiæ ipsius, non excusabuntur post vsum rationis quia tunc sunt capaces, & præcepti, & obseruantiæ ipsius ex eo principio, quod quando affirmatio est causa affirmationis, negatio quoque est causa negationis.

Est tamen aduertendum. Quod cum pueri etiam
post vsum rationis sint sub cura parentum,aut alio- 5
rum,quamuis ipsi afficiantur obligatione præcepti, pertinet tamen ad eos, qui ipsorum curam habent, curare,vt adimpleant præceptum. Et ideò, si non adimplerent excusarentur pueri, quia totaliter reguntur ab aliis quoad opera externa,& imputaretur curam habentibus; quia ipsi essent causa, quod non adimplerent præceptum. Neque enim pueri possunt se subtrahere à directione eorum, quibus subsunt. Imò stante directione iudicant, id esse faciendum, quod directio imponit exequendum. Sicut enim illorum iudicium sequi debet directionem, ita etiam obligatio audiendi Missam eos afficit tantum cum subordinatione ad eorumdem directores: & ideò deficiente directione quoad hoc,obligatio non vrget, vt euit contra directionem.

Adhuc tamen remanet dubium. Qualis rationis 6
vsus requiratur,vt pueri hoc præcepto obligentur. sufficere autem vsum rationis,quo capaces sint peccati venialis, licet non mortalis, existimat Dicastil cum aliis recentioribus *tract 5. de sacram. disp. 5. dubio 1. num. 6.* Quia sufficit,vt habeant aliqualem notitiam Christianorum,qua tenentur Missæ interesse,

& quia sunt capaces obligationis sub veniali. Verum probabilius docent Suarez, Coninch. Laiman, *numer.* 2. citati & Corduba *numer.* 1. citat. requiri talem vsum rationis, vt sufficiat ad peccandum mortaliter. Obligatio enim huius præcepti, & ratione materiæ, & ratione intentionis Ecclesiæ est sub mortali: & proinde non dirigitur, nisi ad eos, qui sunt capaces peccati mortalis. Nec dici potest, quod obligatio eos afficiat secundum eorundem capacitatem, & proinde sub peccato tantum veniali, quando non sunt capaces mortalis Quia cum præceptum sit vnum, & idem trahit secum respectu omnium semper eandem obligationem, & semper eodem modo obligat: & ideò, quos non potest obligare sub mortali, nullo modo obligat.

7 Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp. Pueros, quando habent talem vsum rationis vt possint peccare mortaliter, posse etiam apprehendere obligationem huius præcepti, præsertim cum non sit aliud, quàm obligatio assistendi Missæ, possunt etiam percipere obligationem grauem, nam percipere possunt pœnam æternam, quæ sit æterna infelicitas, & in ordine ad ipsam percipere grauitatem peccati, & consequenter grauitatem obligationis. Quod autem spectat ad attentionem, sufficit, quod intelligant, quod debeant assistere tanquam orantes, & venerantes Deum, nec est necessarium, quod percipiant mysterium, sicut nec percipiunt personæ rudes, quamuis ætate prouectæ.

8 Dices Ecclesiam non intendere eos obligare ante annos saltem proximos pubertati, & ideò non esse ampliandam obligationem, cum strictè accipienda sit. Resp. Hoc non posse dici; quia ponit sua præcepta absque limitatione quoad omnes fideles; & ideò ex natura rei afficiunt omnes, qui sunt capaces, & proindè etiam pueros. quando proueniunt ad annos discretionis. Et quoad præceptum annuæ confessionis constat, quod intendant obligare pueros statim, ac perueniant ad annos discretionis. ibi *cum ad annos discretionis peruenerint* Cap. *Omnis vtriusque sexus* de *pænit. & remiss.* Et quia quoad Paschalem communionem non intendit absolutè obligare, itavt non possit differri, ideò id remittit consilio prudentis Confessarij. Constat autem, quod minor discretio requiritur ad implendum præceptum de audienda Missa, quàm ad implendum præceptum confessionis.

QVÆSTIO 1256.

An cæci, aut surdi teneantur præcepto audiendi Missam:

SVMMA.

3 *Muti tenentur audire Missam.*
2 *Surdi quoque, & Cæci.*
3 *Cæcus, & surdus simul an teneatur.*
4 *Actus audiendi Missam est ipsi possibilis.*
5 *Quid si cæcus & surdus sit etiam mutus.*
6 *Cæcus, aut surdus à natiuitate tenetur audire Missam.*
Quid si cæcus, & mutus à natiuitate.
Quid si surdus & mutus.
7 *Cæcus surdus, & mutus à Natiuitate an teneatur præcepto audiendi Missam.*
Cæcus, mutus & surdus a Natiuitate an possit contrahere matrimonium.

1 QVoad cæcos ad est difficultas, quia nō possunt videre celebrātē, quoad surdos nō possunt audire: vndè non videntur habere posse assistentiam moralem, quæ est necessaria pro præcepto implendo. Hinc constat mutos teneri ad Missam audiendam quia loquella non est necessaria pro dicta assistentia, cum non requirat aliquam recitationem, aut aliud exercitium loquutionis, vt notant etiam Michalor *de Cæco, surdo, & muto, cap.* 51. *num.* 16.

Dicendum est, *Tam surdos, quam Cæcos teneri præcepto audiendi Missam.* Ita Nauarr. *Cap.* 21. *Manual. num* 8 Azor *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 4. Llamas 3. *par. Meth. cap.* 5. §. 9. Bonac. *disp.* 4. *de sacrament. quæst. vlt. pun.* 11. *num.* 19. Facundez *præcep* 1. *Eccles. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 18. & *cap.* 7. *num.* 1. Graf *par.* 1. *decis. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 9. Lugo Cardin. *disp.* 21. *de Euchari. sect.* 19. *num.* 16. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 1. *num.* 15. Bassceus in *Florib. verbo* Missa 8. *nu.* 5. Dicastil. *tr.* 5. *de sacram. disp* 5. *dub.* 2. *num.* 28. Leander, *in præcep. Eccles. tract.* 1. *disp.* 1. *quæst* 98. Ratio est. Quia defectus visus, aut auditus, non reddit impotentem ad seruandum præceptum; nam adhuc cæcus potest morali modo assistere celebrāti; in quo consistit ad implementum præcepti. Moralis enim assistentia consistit in eo habitu externo, quo ostendatur concurrare simul cum sacerdote ad colendum Deum mediante sacrificio, & consequenter participare in illo cultu, qui tunc de præsenti exhibetur Deo. Hoc saluatur, licet, qui assistit, non audiat, nec possit audire, aut licet non videat, quæ agantur. Hæc enim præsentia consideratur secundum moralem æstimationem, secundum quam non discernitur inter assistentem cæcum, aut surdum, & inter alios, qui vident, & audiunt; sufficit enim, quod habitus corporis præseferat exhibitionem cultus illius, qui defertur Deo per sacerdotem.

Maior difficultas est de cæco, & surdo simul. Et quod non teneatur præcepto audiendi Missam tanquam impotens adimplere, sentit Llamas 3. *par. Meth. cap.* 5 §. 9. Quia cum careat hoc duplici sensu, est impotens omninò, & ideò ratione impotentiæ non afficitur præcepto. At, quod teneatur præcepto, & possit ipsum adimplere, tradunt Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 7 *num.* 1. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 99. Michalor *de cæco, surdo, & muto, cap.* 51. *num.* 16. 3

Ratio est clara. Quia potest interesse Missæ, cum intentione deferendi illum cultum Deo, qui defertur per sacrificium, & habitu corporis ostendere, quod maneat in actuali exercitio colendi Deum. Hoc autem sufficit pro assistentia morali, qua dicatur assistere Missæ, cum pro ipsa nihil aliud requiratur, nisi communicatio in colendo Deo per sacrificium simul cum sacerdote. Dum autem præcipitur auditio Missæ, nihil aliud præcipitur, nisi prædicta assistentia moralis, quæ proindè est possibilis cæco, & surdo simul. 4

Quæ autem dicta locum habent, etiamsi cæcus, & surdus sit etiam mutus, vt notant Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. Supposito tamen, quod antequam esset cæcus, surdus, & mutus percepetit obligationem præcepti, nam dum semel fuit subiectus præcepto, remanet semper subiectus quousque potens est ad implere. Cæcus, autem surdus, & mutus potest adimplere, quia intellectu potest erigere habitum externum corporis, & componere, vt referat moralem assistentiam sacrificij, qualis iuxta supradicta requiritur: Pateat tamē, quod præceptum respectu ipsius erit difficilioris exequutionis, & facilè poterunt occurrere causæ quibus excusetur. 5

An autem, si quis sit talis à natiuitate teneatur tali præcepto Dicendum est. *Quod si sit tantum surdus, aut cæcus tenebitur præcepto.* Quia habet sufficien- 6

tes

tes ſenſus, qoibus ſufficienter ioſtrui poteſt circa leges Eccleſiaſticas, & poſſint præceptum adimplere, qoia qoòad hoc eodem modo ſe habet, ac ſi non eſſent tales à natiuitate. Imò etiam ſi eſſet ſordus & mutus; nam ſi talia poteſt contrahere matrimonium vt habetur ex cap. *Tue.* & Cap. *Cum apud te de ſponſalib.* à fortiori, poterit percipere obligatiōnem præcepti, & proindè ipſo teneri, cum poſſit exequi cum ea facilitate, cum qua exequeretur, ſi non eſſet talis à natioitate, ſed ex accidenti. Si verò ſit cæcus, & motus à natiuitate dependet ex eo, an per ſenſum taotum auditus poſſit inſtrui circa myſteria noſtræ religionis, & præcepta Eccleſiaſtica, quod tamen puto eſſe valdè difficilè; nam ſi non poteſt inſtrui ſufficienter, non tenebitur neque hoc neque aliis præceptis.

7 Hinc concludi poteſt, quid dicendum de ſordo, cæco & muto à natiuitate. Cum enim deſtitutus ſit illis ſenſibus quibus præcipuè diſcimus, & res ad intellectus notitiam peruenoiant, non videtur, qoomodo iſte percipere poſſit præcepta Eccleſiæ, aſſiſtentiam ad Miſſam, & alia hoiuſmodi neceſſaria, vt morali modo obligetur. Accedit etiam, quod cum vtatur tantum ſeoſu tactus, & guſtus, non poteſt per hos ſenſus haorire illam cogoitionem, qoæ eſt oeceſſaria pro vſu rationis: vodè videtur priuatus vſu rationis, & conſequenter eſſe incapax operationis moralis, & eorum omoium, quæ reqoirunt moralem operationem, qualia ſunt præcepta & leges. Vndè oec poſſe contrahere matrimonium, tradunt Sanchez *libro ſecundo, de matrimon. diſp* 8. *num.* 13. Pontius *lib* 2. *de matrim capite duodecimo numero* 16. Michalot. *de cæco ſurdo, & muto capite quadrageſimo nono, numer. trigeſimo primo.*

QVÆSTIO 1257.

Quo in loco adimplendum ſit præceptum audiendi Miſſam.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi Miſſam non poteſt impleri in loco priuato.*
2 *De iure antiquo Miſſa audienda in propria Parochia.*
3 *Modò non adeſt obligatio audiendi Miſſam in propria Parochia.*
4 *Suffragatur Concil. Trident.*
5 *Id declararunt ſummi Pontifices.*
6 *Conſuetudine firmatur.*
7 *Incolæ an impleant præceptum audiendo Miſſam celebratam in littore à nauigantibus.*
8 *Celebratio Miſſæ eſt coarctata ad Eccleſias, & publica oratoria.*
Præceptum Miſſæ implendum in Eccleſiis, aut publicis oratoriis.
9 *Non audiens, Miſſam in Parochia ex contemptu qualiter peccet.*
10 *Quid requiratur, vt dicatur contemni non audiendo Miſſam in Parochia.*

1 SVpponendum eſt. Hoc præceptum non poſſe impleri in loco prioato, quamois licitè ibi ex priuilegio celebretur Miſſa, vt deducitur ex priuilegiis; per quæ conceditur celebratio Miſſæ in priuatis oratoriis; nam Pontifices in iis declarant, quod ij qui non ſunt priuilegiati, quamuis ibi audiant Miſſam, non ſatisfaciant præcepto, vt notant etiam Quarant. *in ſumma Bullar. verbo* Miſſa *ver. Quanta.* Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 10. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 12. *num.* 2. Ex quo ſit, quod teneantur audire io loco publico, in quo exerceatur publicus cultus. Cum enim audientes Miſſam concurrant ad offereodum Deo ſacrificium ſimul cum ſacerdote, qui offert nomine populi, ſicuti, quia ſacrificium eſt publicum, & omnibus commune, offerri exigit io loco publico, & omnib. commuoi, ita vt quilibet conuenire poſſit. Ita etiam dum Eccleſia obligat ad audiendam Miſſam, & concurrendum ad oblationem ſacrificij, obligat ad id præſtaodum in eo loco, vbi iuxta exigentiam ſacrificij decreuit; offerri obligatio enim audiendi Miſſam cenſetur impoſita in ordine ad celebrandam Miſſam ſecundum inſtitotionē Eccleſiæ & cooſequeoter intendit obligare ad audiendam Miſſam in loco, vbi ex præſcriptione Eccleſiæ debet celebrari. Difficoltas autem eſt, an impleri poſſit hoc præceptum audiendo Miſſam in quocumque loco, in qoo ſecundum præſcriptum Eccleſiæ celebrari poteſt.

De iure antiquo, niſi ex legitima cauſa excuſareotur, teoebantur ſinguli aodire Miſſam in propria Parochia, vt deſumitur ex Cap. *Et dominicis de Paroch.* vbi ſtatuitur, quod præsbyteri, antequam Miſſas celebreot, debeant interrogare plebem, ſi adſit alienos Parochianos, qui contempto proprio præsbytero velit ibi Miſſam audire; & ſi inuentatur, debeat expelli. Per contemptum aotem noo intelligitur contemptos poſitiuus, ſed negatiuus, qui in eo conſiſtit, qood ſine ioſta cauſa nolit audire Miſſam proprij ſacerdotis, vt ibi notat Gloſ. *verbo contempto.* & Cap. 2. *de tregua, & pace* in Extrauan. *commun* inter alia capitula coocordata pro pace inter vendicantea & Parochos, hoc habetur *Quodq; frates mendicantes non prædicent populos Parochianos non teneri audire Miſſam in eorum Parochijs diebus Feſtiuis, & Dominicis, cum iure ſit cautum illis diebus Parochianos: teneri audire Miſſam in eorum Parochiali Eccleſia, niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa Eccleſia ſe abſentarent.* Et io hoc ſenſu loquuti ſuot plures ex antiquis Canoniſtis. An autem hæc obligatio eſſet ſub mortali, peodet ex ſenſo populi; quò tunc obſeruabatur. Dum tamen ceſſabat obligatio concurrente cauſa honeſta, videtur non fuiſſe grauem obligationem, quia hæc non ceſſat ex quacumque honeſta cauſa, ſed tantum ex graui cauſa. 2

Hoc tamen tempore res diuerſo modo ſe habet. 3
Vndè Dicendum eſt. *Non adeſſe obligationem audiendi Miſſam in propria Parochia, ſed præceptū impleri poſſe audiendo in quocumque loco publico, ſiue Eccleſia, ſiue Oratorio* Ita communiter Doctores. Angelus *verbo* Miſſa *numero* 59. Tabiena *numero* 42. Roſella *numer.* 19. Armilla *numero* 31. Sylueſter *verbo* Miſſa 2. *quæſt.* 5. Calderin *conſil.* 16. *de relig dom.* Nauarr. *capite* 21. *Manual. numero* 5. Graf. *par.* 1. *deciſ. libro* 2. *capite* 35. *num.* 5. Suarez *diſp.* 88. *de Euchar. sect.* 2. *ver. ſed imprimis* Cooinch. *de ſacram. quæſt* 83. *ar.* 6. *numero* 312. Mercer. *ibid. dub.* 4. *ver. Reſp. ſecundo* Surria *libro* 2. *de ſacrific Miſ. cap.* 20. *numero* 5. Batthol. ab Angelo *tract. de Miſſa* §. 789. Henriquez *lib* 9. *ſum. capit.* 25. *numer.* 6. Nugn. 3. *par. quæſt.* 83. *ar.* 6. *vbi de præcep. aud Miſ. dub.* 2. *conc.* 4. Medina *lib.* 1. *inſtruc. cap.* 14. §. 40. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacrament. quæſt. vlt. pun.* 22. 4. Lugo Cardin. *diſp.* 22. *de Euchariſ. sect.* 1. *num.* 2. Rodriquez *quæſtion. Regul.* 43. *ar.* 7. *tom.* 11. Gutierez *quæſt. Canon. cap.* 30. *numero* 15. *libro* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 4. Fauſtus *de Euchariſ. libro* 2. *de ſacrific. Miſ. quæſt.* 379. Garzia *in ſum. tract.* 4. *diffcul.* 6. *numero* 2. Hieronim. Rodriquez *in compend. reſol.* 25. *num.* 5. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 3. *n.* 2. Filliuc. *tract.* 5. *nu.* 208. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt.*

Eucharis. sect. 19. ver. *Quartò Circa.* Leander. *in præcep. Ecclesia tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 10. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 4. *tract.* 1. *docum.* 1. *tract.* 1. *num.* 9. Palaus. *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 18. *num.* 12. Dicastil. *de sacramen. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *numer.* 86. Franciscus Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 4. *num* 32. Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. Miss. difficul.* 5. Barbosa *de Paroch. cap.* 11. *num.* 15. Gabr. a S. Vincent. *de sacram. disp.* 3. *de sacrific. Miss. quæst.* 8. *difficul.* 1.

4 Desumitur autem ex Concil. Trident. *sess.* 22. *in Decreto de seruan. & vitan. in celebrat. Missar.* vbi hæc haber. *Moneant etiam* (Episcopi) *eundem populum vt frequenter ad suas Parochias saltē diebus Dominicis, & maioribus Festis accedant.* Cum autem loquitur secundum subiectam materiam, intelligit vt accedant ad audiendam Missam. Ex quibus deducitur, quod voluit Concilium relinquere populum in sua libertate audiendi Missam vbi voluerit, siquidem vult, tantum moneri, vt accedat frequenter, si autem Concil. agnouisset obligationem, saltem dixisset, quod monerent obligationis, qua tenentur accedere.

5 Desumitur etiam ex diuersis declarationibus summorum Pontificum, qui declararunt, quod audientes Missam in Ecclesia Regularium diebus Dominicis, & aliis Festiuis satisfaciant præcepto. Ita Leo x. *sub die* 13. *Nouembris* 1517. in sua *Constitut.* 25. *Bullarij* Pius V. *sub die* 17. *Iunij* 1567. in sua *Constit.* 41. in Bullat. Clemen. VIII. apud Rodriquez *in suo Bullar.* Stantibus autem prædictis declarationibus, remanet stabilitum quod non adsit obligatio audiendi Missam in Parochia, & consequenter, quod audiri possit non solum in Ecclesiis Regularium. Sed etiam in quacumque alia Ecclesia, seù publico Oratorio.

6 Ratio desumitur ex consuetudine, quæ cum abrogare possit leges Ecclesiasticas, si sit rationabilis, vt constat ex Cap. *fin.* de *consuetudine*, potuit etiam abrogare legem de audienda Missa in propria Parochia, quatenus ad id obligat. Quod autem hæc consuetudo introducta sit, est euidens, quia ab immemorabili ita seruatum fuit vniuersaliter, quamuis aliquando Parochi, aut ordinarij reclamauerint, nihil profecerant. Quod autem sit rationabilis hæc consuetudo constat; tum quia non fuit vnquam reprobata à Pontificibus, imò approbata, vt constat ex præmissis declarationibus. Tum quia etiam Concil. Trident. eam tacitè approbauit iuxta superius dicta *num.* 4. dum iniunxit Episcopis tantum, vt moneant populum ad frequentandas Parochias. Tum quia in Parochia celebrātur paucæ Missæ & multocies vnica tantum; & proindè populus non posset ita facile implere præceptum, & frequenter contingeret, quod non audirent omnes Missam ab aliquod impedimētum quo detinerentur, ne possent interuenire illa hora, in qua celebratur. Dum autem possunt audire in qualibet Ecclesia præsertim in iis, in quibus toto mane celebratur, possunt accedere illa hora, in qua non impediuntur. Denique cum sacrificium sit publicum, & nomine populi offeratur, debet esse commune omnibus, in quocumque loco ex institutione Ecclesiæ offeratur.

7 Hinc autem insurgit difficultas, An si contingat à Nauigantibus celebrari in littore, possint alij, qui non sunt de comitatu nauigantium, ibi audire Missam, & satisfacere præcepto. Et quidem si non possint audire in loco deputato ad celebrandum, posse ibi satisfacere præcepto, est certum, quia præceptum non obligat nisi eò modo, quo impleri potest, vndè si nauigantibus conceditur celebratio in littore, vt possint audire Missam, multo magis supposita celebratione concederur posse audire Missam iis, qui nequeunt adire Ecclesiam & possunt in littore audire.

Si verò possint audire in aliquo ex locis deputatis pro celebratione, tenerentur satisfacere præcepto, si audiant in littore. Nam præceptum audiendi Missam supponit celebrationem pro fundamento, & proindè obligat iuxta mensuram celebrationis regulatæ ab Ecclesia, quia Ecclesia imponens hoc præceptum, iniungit exequutionem in ordine ad Missam celebrandam secundum præceptum Ecclesiæ. Cum ergo celebratio sit coarctata ad Ecclesias, & oratoria publica, vt constat ex Concil. Trident. *sess.* 22. *in Decreto de seruan. & vitan. in celebrat. Missar.* Dum imponit obligationem audiendi Missam, intelligit de Missa celebranda in loco à se deputato: & ideò, qui potest in ipso audire, tenetur, itavt non satisfaciat audiendo in loco non deputato. Præsertim quia celebratio in littore indulgetur ratione impotentiæ, quia nauigantes non possunt alibi audire: & ideò indulgentia tàm se extendit, quàm se extendat causa, nempè impotentia. 8

Ex dictis infertur. Quod si Parochiani in contemptum proprij Parochi nollent audire Missam in propria Parochia, licet peccarent in hoc contemptu, non tamen violarent præceptum audiendi Missam, vt inter alios notat Tolet. *libro* 6. *sum. capite* 2. Faustus *de Eucharis. libro* 2. *de sacrific. Miss. quæstio trigesimo octauo.* Quia ex vi dicti prædicti præcepti solum tenentur ad audiendam Missam celebratam, vt iubet Ecclesia celebrari, quod præstaret, qui contemneret proprium Parochum, & nollet in eius Ecclesia audire. 9

Secundò infertur contra Caiet. *in sum.* verbo *Contemptus*, Azor. *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 6. *quæst.* 4. Gutierez *quæst. canon. cap.* 30. *num.* 17. *lib.* 1. Faustum *de Eucharis. lib.* 2. *de sacrific. Miss. quæst.* 380. Quod, vt dicatur contemni Parochus proprius, ex eo quod auditur Missa extra Ecclesiam propriæ Parochiæ non requiritur, quod interueniat aliquis actus positiuus contemptus, vt essent conuicia, verba, quibus significaretur, non haberi Parochum in ea opinione, & æstimatione, in qua esset habendus, aut quid simile, sed sufficere, si absque iusta causa omittarur audire Missa in eius Ecclesia, vt indicatum est etiam supra *n.* 2. Nam prædictus contemptus de se independenter ab omissione audiendi Missam in propria Parochia est peccaminosus, nec est contra præceptum audiendi Missam. At quando in Cap. *Vt Dominicis* de *Paroch.* dicitur *Contempto proprio præsbitero* intelligitur de contemptu in omissione audiendi eius Missam absque honesta causa vt ibi explicat Glos. vt proindè statuatur, quod talis repertus in Ecclesia alienæ Parochiæ, debeat expelli; non debet autem expelli, quia exercuerit dictos actus contemptus sed quia sit alterius Parochiæ, vt proindè ibi præcipiatur præsbireris, vt priusquam celebrent inquirant, an adsit aliquis huiusmodi: vndè cum vellet corrigi, assistentia in aliena Parochia, satis declarat quod id, quod venit corrigendum, sit omissio audiendi Missam in propria Parochia. 10

QVÆSTIO 1258.

An ordinarij cogere possint populum, vt audiat Missam in propria Parochia.

SVMMA.

1 *Ordinarij an possint cogere populum, vt audiat Missam in Parochia,* & num. seq.

3 *Inferior non potest se immiscere in iis, quibus superior manum apposuit.*

4 Ordina

4 *Ordinarij non poſſunt obligare populum cenſuris, &c. vt audiat Miſſam in Parochia.*

5 *Quod à ſuperiori indulgetur non poteſt ab inferiori impediri.*

6 *Synodus diœceſana nihil poteſt circa obligandos populos ad audiendam Miſſam in Parochia.*

7 *Vbi ſunt Regulares non poteſt pratendi conſuetudo audiendi Miſſam in Parochia.*

8 *In quibus Epiſcopi vt delegati poſſint procedere circa materiam celebrationis.*

9 *Audiens extra Parochiam non tenetur in Parochia audire Miſſam.*

10 *Declarationes Pontificum circa auditionem Miſſa ſunt in adificationem.*

11 *Cenſura contra non audientes Miſſam in Parochia eſſent nulleo.*

1 QVod Ordinarij cogere poſſint Parochianos, vt audiant Miſſam diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnioribus in propria Parochia, tradit Iacob. Marchant. *in reſol. paſtoralib. tract. 4. de ſacram. cap. 5. ver. ſed in contrarium eſt.* aſſerens, ita habere praxim quorundam Epiſcoporum, & ita ſancitom fuiſſe io Synodu Leodienſi *tit. 10. cap. 7.* & etiam in Synodo Namurcenſi, *tit. 4. c 14.* in quo multi docti Theulogi conuenerunt. Deindè quia Concil. Trident. *ſeſſ. 22. in Decreto de ſeruan. & vitan. in celebrat. Miſſar.* habetur. *Hac igitur omnia que ſummatim enumerata ſunt omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, vt non ſolum ea ipſi, ſed quacumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi pro data ſibi à Sacro ſancta Synodo poteſtate, ac etiam vt delegati ſedis Apoſtolica prohibeant, mandent. corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque panis, qua illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant. Non obſtantibus priuilegiis, ac conſuetudinibus quibuſcumque.* Ergo poſſunt cenſuris, & aliis pœnis compellere populum ad audiendam Miſſam in Parochia, ſi monitus non præſter.

a Communiter tamen docent, quod non poſſint pænis compellere ad audiendam Miſſam in Parochia, & hoc non ſolum tradunt Regulares, vt ait Marchantias ad Dilatandas fimbrias, & priuilegia, ſed etiam Doctores ſæculares. Ita Nauar. *c. 21. Manual. n. 5.* Tuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 7. num. 30.* Zerola *in Praxi par. 1. verbo* Miſſa *num. 6. & par. 2. verbo. Parochia* Gutierez *quaſt. canon. c. 50. n. 11. lib. 1.* Cened. *Collect. 104. n. 2.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat. 24. num. 16.* Et Regulat. autem idem tradunt Azor. *lib. 7. cap. 6. quaſt.* 6. Reginal. *lib. 19. Praxis fori pœnit. num. 12.* Trulleuch. *lib. 5. cap. 1. dub. 6. num. 5.* Marchin. *de ſacramen. Ordin. tract. 5. par. 3. cap. 9. num. 10,* Fauſtus *de Eucharis. lib. 2. de ſacrific. Miſ. quaſt.* 380. Medina *in ſum. lib. 1. cap. 11. §. 40.* Dicaſtil. *de ſacramen. tract. 5. diſp. 5. dub. 5. numer.* 59. Aueſa *quaſt. 11. de Eucharis. ſect. 19.* ver. *Quarto,* Baun. *par. 1. Theol. moral. tract. 8. de pracep. audien. Miſ* Præpoſit. 3. *par. quaſt. 83. ar. 6 dub 4. numero* 108. Leander. *in pracep. Eccleſ. tract. 2. diſput. 1. quaſt. 21.* Hieron. Rodriquez *in Compen. reſol. 15. num. 5.* Suarez *diſp. 88. de Eucharis. ſect. 2.* ver. *ſed imprimis* Garzia *in ſum. tract. 4. difficul. 6. num, 5.* Sà *verbo* Miſſæ auditio. *num. 8.* Rodriquez *tom. 1. ſum. cap. 123. conluſ. 6.* Laiman. *lib. 4. theolog. moral. tract. 7. capite tertio, aſſer. 2.* Filliuc. *tract. 5. numero* 203. Henriqoez *libro nono, ſum. capite 25. numero* 9, Franciſ. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 14. qu. 4. num.* 40.

3 Dicendum 1. *Ordinarios non poſſe legib. aut edictis obligare populum ad audiendam Miſſam in Parochia dieb. Dominicis, & feſtis ſolemnioribus.* Ratio eſt. Quia noo poteſt inferior ſe immiſcere in iis quibus ſuperior manus appoſoit Cap. *Vt noſtra* de *appellat.* & obſeruant. Innocent. *in Cap. Cum M. Ferrar. de Conſtit.* Bald. *in cap. primo, §. Ad hac* de *pace iurtdic. firm. & in l. ſicut proponis.* 1. C. quomodo *& quando Iudex* Salicet. *ibidem* Imola *in l. ſi expreſſum. ff.* de *appellat.* Iaſ. *conſil. 9. numero primo, libro tertio.* Alban. *Concil. 78. numero primo,* Menoch. *conſil.* 501. *numero quarto,* Couarscus *capite nono, pract. numero quarto,* Gonzolez *ad Regim. de menſib. Gloſ. 52. numero vigeſimo ſeptimo,* Vallaſcus *conſul. 105. num. 63.* Superior autem manus appoſuit in hac materia de audienda Miſſa in Parochia, Nam Concil. Trident. *ſeſſ. 22. in decreto de ſeruan. & vitam in celebrat. Miſſar.* decreuit, quod Ordinarij mooeant, non autem legem imponant, & obligent: Vndè cum voluerit Concilium quod hoc ſiſtat iotra terminos monitionis noo poſſunt Ordinarij extrahere à terminis his. Rurſus Pontifices, vt Leo X. Pius V. vt dictum eſt in ſuperioribus, declararunt quod audientes Miſſam in Eccleſiis Regularium ſatisfaciant præcepto, & proindè approbarunt conſuetudinem vniuerſalem oon audiendi Miſſam in Parochia. Vndè non poſſunt Ordinarij ferre leges, aut ſtatuta contra id, quod eſt approbatum à Summis Pontificibus.

Dicendum 2. *Ordinarios non poſſe cenſuris, aut aliis pœnis cogere populum vt audiat Miſſam in Parochia.* Ita declarauit S. Coocil. Congregat. Nam ſub *die 10. Iunij* 1566. decreuit, quod reprehenderetur Epiſcopus Calaritanus, quia populom cogebat ſub pœna excommunicationis audire Miſſam in Parochia. Et ex alia declaratione apud collectiooem Gallemant. *ad ſeſſ. 24. capite quarto, de reformat. numero uono,* vbi ita habetur, *Ordinarius non poteſt per hoc Concilium mulctis, & pœnis etiam in caſu notabilis negligentia, aut contumacia cogere populum ad audiendam Miſſam, & ſacram Concionem in Eccleſia Parochiali.* 4

Ratio eſt. Quia non poteſt prohiberi ab inferiori, aut pœnis impoſitis impediri, quod à ſuperiori indulgetur, hoc enim eſſet ire contra auctoritatem ſuperioris, & euertere, quod ipſe facit, quod excedit limites facultatis inferiorum; quæ cum ſit ſubordinata auctoritati ſuperiorum, non poteſt ſe extendere ad euertendas diſpoſitiones ſoperiorum; & proindè quidquid cootra ipſa faceret, nulliter faceret. Indulgetur autem populo aodire Miſſam extra Eccleſiam Parochialem tom ex generali conſuetudine approbata à ſummis Pontificibus, & proindè tanquam lex generalis innixa eorundem auctoritati, tum à Concil. Tridentino in dicto Decret. *de ſacramen. in celebrat. Miſſar. ſeſſ.* 22. Dum etiam vult tantum, quod moneant populom etiam tacitè declarans, & indirectè quod poſſit extra Parochialem Eccleſiam audire Miſſam; Tom à Leone X. *in ſua Conſtit. 23. in Bullar.* Dum declarauit, quod audientes Miſſam in Eccleſia Regulatiom ſatisfaciant præcepto. Ibi. *Auctoritate Apoſtolica tenore praſentium notum facimus, omnes Chriſti Fideles vtriuſque ſexus, qui non contempto proprio ſacerdote Parochiali.* (intellige de proprio contemptu poſitiuo ſiquidem declarat, quod audieodo Miſſam extra Parochiam ſatisfaciat) *Eccleſiis Fratrum ordin. Mendicantium Dominicis, & aliis Feſtiuis diebus miſſas audierint, ſatisfacere pracepto de audienda miſſa, nec in aliquam tabem peccati mortalis pœnamve propterea incurrere.* Vbi notandum eſt, quod non dicit ſtatuimus, aut concedimus, &c. *Sed notum facimus,* quæ verba ſunt tantum notificatiua, & declaratiua illius, quod antè erat; nec faciunt aliquid de nouo, & ideò antè talem declarationem adhoc indulgebatur populo audire Miſſam, extra propriam Eccleſiam Parochialem. 5

6 Ad fundamentum Marchantij, & ad 1. illis statutis Synodalibus opponendæ sunt declarationes S. Congregat. quæ certè non negabit esse maioris ponderis. Et fortè etiam in illis Synodis ita statutum fuit, quia non inuoluit in illis Diœcesibus consuetudo audiendi Missam extra Parochialem Ecclesiam. Cum autem subdit, quod illis Synodis interfuerunt Theologi, & Canonistæ respondendum est. Quod nescimus, quinam, & quales fuerint ij Canonistæ, & Theologi, & fortè suspicari licet, quod fuerint Parochi. Qui autem, & quales sint Doctores, qui appositum tradunt etiam ex secularibus eorumdem volumina edita in lucem abundè declarant.

7 Addo etiam, quod cum generaliter declaratum sit à Leone X. quod audientes Missas in Ecclesiis Regularium satisfaciant præcepto audiendi Missam. Et idem etiam statuerit Clemens. VIII. sub *die 22. Decembris 1592. in Bulla*, quæ incipit *venerabilis frater*. Cuius tenorem refert Præposit. 3. *par. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *numero* 208. ver. *Ex quo patet* qui talis est. *Statuimus licere sæcularibus Christi fidelibus vniuersis libere Missas, & aliis Festis, & diebus Dominicis audire in Ecclesiis Fratrum prædicatorum, quàm aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegij Societatis Iesu iuxta eorum priuilegia, & antiquas consuetudines.* Non potest alicubi vbi sunt Regulares prætendi, quod non adsit consuetudo, tum quia Pontifices generaliter declarant, & proindè vbique id licere. Tum quia vbique locum habent priuilegia Regularium, quæ sufficerent etiam independenter à consuetudine. Vndè nullus statuere potest, quod teneantur accedere ad Parochiam, aut pœnis compellere, vt accedant, quia totum hoc esset contra declarationes, & constitutiones Pontificias, vt constat ex allatis.

8 Ad secundum fundamentum Resp. Illam consequentiam, quam Marchan. deducit ex Decreto Concil. Trident. esse contrariam declarationi S. Congregat. Trident. Concil. interpretis. Si quidem visum est, quod declarauit, quod non possint Episcopi vigore illius Decreti compellere populum ad audiendam Missam in Parochia. Vndè quando Concil. in fine illius Decreti dat Episcopis etiam vt Apostolicæ sedis delegatis facultatem vt statuant, compellant censuris, puniant. Refertur hæc facultas ad ea, quæ ibi Concilium recensuit tanquam statuenda, & percipienda: non autem ad ea, quæ proposuit, de quibus populus esset monendus. Nam cum expressè dixerit, quod moneant populum, sibi contradiceret in fine Decreti, si quando dicit, quod statuant, &c. intelligeret de illis etiam, de quibus vult esse monitores, non autem statuentes, aut præcipientes.

9 Ex dictis colligitur. Non posse dici, concedi auditionem Missæ extra propriam Ecclesiam Parochialem, sed remanente obligatione audiendi etiam in propria Parochia. Nam quod ad hoc non esset necessaria consuetudo, nec aliqua concessio. Deindè Pontifices, vt supra visum est, expressè declarant, & concedunt, quod Parochiani audiendo Missam in Ecclesia Regularium satisfaciant præcepto. Vndè cum constet de clara mente Pontificum, excluditur coniectura, quod nolint tollere ius, seu consuetudinem audiendi Missam in Parochia, quia in claris non est recurrendum ad coniecturas.

10 Secundò colligitur. Dictas declarationes summorum Pontificum tendere ad ædificationem, non autem ad destructionem, vt temerè nonnulli ausi sunt obijcere. Ædificatio enim in eo consistit, quod ita regimen Ecclesiæ dirigatur, vt ordinentur ea, quæ conducunt ad beneficium, & vtilitatem animarum. Quod fit per dictas declarationes, quia reddunt facilius adimplementum præcepti audiendi Missam, & operantur, quod excludantur plures causæ respectu plurium excusantes ab auditione Missæ, & consequenter quod à pluribus adimpleatur præceptum. Vndè tendunt etiam ad augendum cultum Dei. Quod autem minuatur frequentia populi in Ecclesiis Parochialibus, nihil officit, quia augetur in aliis; nec cultus Dei recipit aliquod detrimentum & prævalere debet vtilitas spiritualis populi, illi splendori, quem ea maiori frequentia haberent Parochiales Ecclesiæ.

Tertiò colligitur cum Præposito *tertia parte quæstion.* 83. *ar.* 6. *dub.* 4. *num.* 110. ver. *Ex his omnibus.* Quod si Ordinarius imponeret excommunicationem, aut aliam censuram, non audientibus Missam in Ecclesia Parochiali, nulla esset excommunicatio, aut quælibet alia censura defectu iurisdictionis; deficit enim iurisdictio, quoad actus, qui sunt extra terminos eiusdem iurisdictionis: neque enim possunt inferiores prohibere, ne subditi operentur secundum declarationes emanatas à Summo Pontifice, & multominus eos punire, si vtantur, quod alias habent ex declaratione summorum Pontificum: & lædunt etiam ius summi Pontificis, quia impediunt effectum dispositionis ipsius. 11

QVÆSTIO 1259.

Quam Missam teneatur quisque audire.

SVMMA.

1. *Audita quacumque Missa impletur præceptum.*
2. *Non est necessarium audire Missam maiorem.*
3. *Nec Missam de festo currenti.*
4. *Impletur præceptum assistendo Missæ quocumque ritu celebratæ.*
5. *Latinus tenetur audire Missam Græci &c. si aliam non possit audire.*

CVm præceptum Ecclesiæ sit tantum de audienda Missa, & circa qualitatem materiæ nihil determinetur, statuendum est pro regula, quod *præceptum adimpleatur audita quacumque Missa.* Sufficit enim pro adimplendo præcepto, quod exequutioni mandetur, quod iniungitur. Solum autem iniungitur audire Missam. Et hanc regulam admittunt communiter, præsertim infracitandi, licet vnus, aut alter ex Doctoribus dissentiat, sed regula certa est, nec modò vertitur in dubium. 1

Ex hoc primo fit contra Abbatem *in cap.* 1. *numero* 8. de *vita, & honestate Clericorum.* Quod non sit necessarium audire Missam maiorem, sed sufficiat audire Missam priuatam. Ita D. Antonin. 2. *par. tit.* 9. *cap.* 10. §. 1. Azor. *par.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 1. Henriquez *libro* 9. *sum. capite vigesimo quinto*, *numero* 4. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 1. Facundez *præcep.* 1. *Ecclesiast. libro* 2. *capite* 3. *num.* 8. Scortia *libro* 2. *de sacrific. Missar. cap.* 20. *numero* 6. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 2. ver. *sed imprimis* Bonac. *disput.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 11. *numero duodecimo*, Filliuc. *tract.* 5. *numero* 104. Coninch. *de sacrament. quæst.* 83. *ar.* 6. *num.* 312. Hurtadus *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. Mis. difficul.* 5. vet. *Addimus* Tolet. *libro sexto, sum. capite septimo, num.* 1. Trullench. *libro tertio, in Decal. capite primo, dub.* 5. *numero octauo*, Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 4. *num.* 56. Bassæus *in Florib. verbo.* Missa §. *num.* 4. Leander *in* 2

præcep.

præcep. Eccles. tract. 3. disp. 1. quæst. 22. Laiman. libro quarto, theol. moral. tract. 7. cap. 3. assert. 3. Nugn. 3. par. quæst. 83. ar. 6. vbi de præcep. audien. Missar. dub. 2. conclus. 4. Mercer. de sacramen. qu. 83. ar. 6. dub. 4. post. respons. 2. ver. *Notandum secundo*. Francis. Lugo libro quinto, de sacram. capite quarto. quæstion. 5. numero quinquagesimo primo, Desumitur ex Cap. *Hoc attendendum*. de consecrat. dist. 5. vbi iniungitur sacerdotibus, ne Missis priuatis auocent populum à Missa solemni; ex quo colligitur, quod non adsit obligatio audiendi Missam, quia supponitur, quod relicta Missa solemni populus confluat ad audiendas Missas priuatas, & quia hoc non erat conueniens, ideò præcipitur, ne Missis priuatis auocent à solemni. Quod si adesset obligatio audiendi solemnem dictum fuisset, quod populus audiendo Missas priuatas non satisfaceret obligationi. Et ratio est. Quia auditio Missæ cadit sub præcepto ratione sacrificij, quod in ea offertur, offertur autem in quacumque Missa priuata, & Constat praxis.

3 Secundò deducitur contra Angelum verbo Missa §. 33. & verbo feriæ §. 43. sentientem præceptum obligare ad audiendam Missam de Festo currenti, licet excuset sæculares, quia nesciunt discernere; præceptum non obligare ad audiendam Missam de Festo, sed impleri audiendo quamcumque Missam. Ita Henriquez libro 9. sum. cap. 25. num 4. Syluester verbo Missa 1. num. 4. Tabiena numero 49. Rosel. numero decimo quarto, Caiet. verbo Festorum violatio Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 1. Nauar. capite vigesimo primo, Manual. numero septimo, Medina lib. 1. sum. capite 11. Suarez disput. 88. de Eucharis. sect. 2. ver. *Atque ex his*. Azor. par. 1. libro septimo, capite quinto, numer 204. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 11. num. 12. Nugn. 3. par. quæst. 83. ar. 6. dub. 2. de præcep. audien. Miss. conclus. 4. Facundez præcep. 1. Eccles. libro 2. cap. 3. num. 3. Lugo Cardin. disp. 22. de Eucharis. sect. 1. num. secundo, Scortia libro secundo, de sacrific. Mis. capite 20. numero 6. Mercerus de sacram. quæst. 83. ar. 6. dub. 4. not. 3. post. 2. respons. Hurtad. de sacram. disp. 5. de sacrific. Miss. difficul. 5. ver. *Addimus* Basseus in florib. ver. 60. missa 8. numero 4. Trulleuch. libro tertio, in Decal. capite 1. dub. 5. numero 8. Dicastil. de sacram. tract. 5. disput. 5. dub. 4. num. 56. Gesuald. de sacram. tract. 17. capite 2. nu. 29. Laiman. lib. 4. theol. moral tract. 7. cap. 3. assert. 3. Auersa quæst. 11. de Eucharis. sect. 19. ver. *Quinto*. Leander. in præcep. Eccles. tract. 2 disp. 1. quæst. 23. Francisc. Lugo lib. 5. de sacram. capite 14. quæst. 3. numero 55. Vndè si audiatur Missa votiua, aut Missa de Requiem, si contingat celebrari, implebitur præceptum. Ratio est. Quia quoad substantiam omnes Missæ sunt eiusdem rationis, cum contineant idem sacrificium; Missa autem cadit sub præcepto, quoad substantiam, non autem quoad qualitates accidentales.

4 Tertiò deducitur impleri præceptum audiendo Missam quocumque ritu, siue Græco, siue Armeno, siue Ambrosiano celebratam, & etiam quocumque Idiomate, vt docent communiter Tabiena verbo Missa numer. quadragesimo nono, Armilla numero trigesimo primo, Sotus in 4. dist. 13. quæst. 1. ar. 1. Azor. par. 1. libro primo, capite sexto, quæst. 5. Facundez præcep. 1. Eccles. libro secundo, capite tertio, numero secundo, Bonac. disput. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 11. numero duodecimo, Bartholom. ab Angelo Dial. de Mis. §. 805. Trullench. libro 3. in Decal. capite 1. dub. 5. numer. 8. Sà verbo. Missæ auditio in fine. Lugo Cardinal. disput. 22. de Eucharis. sect. 1. numer. 5. Dicastil. tract. 5. de sacramen. disput. quinta, dub. 2. numero 28. Auersa quæst. 11, de Eucharis. sect. 19. ver. *Quintò*. Gesuald. de sacramen. tract. 17. cap. secundo, numero trigesimo primo. Basseus verbo Missa 8. numero quarto, Leander in præcep. Eccles. tract. 2. disp. 5. quæst. 24. Filliuc. tract. 5. numero. 204. Laiman. libro quarto, theol. moral. tract. 7. cap. 3. assist. 3. Francisc. Lugo libro 5. de sacram. cap. decimo quarto, quæst. 3. numero 56. Rursus enim, & idioma, cum quo Missa celebratur, pertinet ad esse accidentale, non autem ad substantiam rei; quia, vt dictum est, præcipitur auditio Missæ, vt audiens interueniat sacrificio, & sua assistentia ipsi cooperetur, & ideò licet varientur, quæ sunt accidentalia, sufficit, si remaneat substantia sacrificij, vt assistentes impleant præceptum audiendi Missam; nam in quocumque ritu, aut idiomate audiant, semper præstant, quod præcipitur quoad substantiam.

Hinc autem sequitur, vt notant etiam Filliucius 5
tract. 5. num. 204. Comitol. libro primo, quæst. 43. Francisc. Lugo lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 3. numero quinquagesimo sexto, Leander in præcepto Eccles. tr. 2. disp. 1. quæst. 24. in fine. Latinum teneri in die Festo audire Missam. Greci, aut Armeni, si aliam audire non possit, dummodo legitimè celebret: & econtra Græcum, Armenum, &c. teneri audire Missam Latini, si proprio ritu celebratam non possit audire vt contingit in Græcis, Armenis, &c. qui versantur inter Latinos, apud quos non sit Ecclesia, in qua ritu Græco, aut Armeno celebretur, Ratio est. Quia cum impleri possit præceptum quoad substantiam, tenentur illud implere.

QVÆSTIO. 1260.

Quo tempore Missa audienda sit.

SVMMA.

1 *Quâ hora diei Missa audienda sit*, & num. seq.
2 *Præceptum obligat audire Missam pro tempore, in quo licitè celebratur.*
3 *Dispositum ex præsupposito regulatur secundum naturam ipsius.*
Præceptum audiendi Missam est ex præsupposito celebrationis.
4 *Celebratio Missæ extra horas concessas est de iure impossibilis.*
5 *Audiens Missam statim post mediam noctem an impleat præceptum.*
6 *præcepta affixa tempori non implentur sola exhibitione substantia rei præcepta.*
7 *Audiens Missam post meridiem an impleat præceptum.*
8 *Audiens Missam in vigilia Natiuitatis, quæ pro die Natiuitatis celebratur ante mediam noctem an impleat præceptum pro die vigiliæ, si sit dies Dominicus.*

CVm præceptum audiendi Missam obliget in 1
diebus Festiuis, & dies Festiui incipiant à media nocte, & terminentur in media nocte subsequenti, ideò quatenus est inductum pro satisfactione Festi videtur habere pro adimplemento; totam latitudinem, quam importat dies Festus, & proindè in quacumque hora illius diei audiatur Missa, videtur adimpletum præceptum, quia adimpletur pro die, quo obligat; & sicut præceptum abstinendi ab operibus seruilibus obligat pro toto die, ita etiam præceptum audiendi Missam extendet suam obligationem ad totam integram diem.

Tenendum tamen est. Contra Francisc. Lug. li- 2
bro quinto, de sacram. cap. 14. quæst. 3. numero vigesimo sexto. Præceptum audiendi Missam non extendi ad to-

tum diem sed coarctare ad tempus, in quo licitè celebrari potest. Hoc ipsum insinuaui in *decis. moral. decis.* 311. *numero octauo*, Quem locum citat Leander *in præcep. Ecclesiæ, tract.* 2. *quæst.* 26. vbi ver. *Ad fundamentum* norat, quod ego contrarius mihi videor, quod non dixisset, si perpendisset, quod ibi dico. Nam agebatur, an audiens Missam in Capella populi in vigilia Natiuitatis Domini, quæ celebratur ante mediam noctem, satisfaciat præcepto audiendi Missam in die Dominico, si in eadem die incidat vigilia Natiuitatis. Et respondi satisfacere, sed statim reddidi responsionem condirionalem audiendo. Dummodo præceptum audiendi Missam nô obliget intra tempus diei, intra quod conceditur celebrari. Cum igitur responsio, quod satisfaciat præcepto fuerit conditionalis, non potest percipi, quod contrarietur rationi; quæ subnectitur, ob quam præceptum censetur coarctatum ad tempus, in quo licet celebrare. Quia si præceptum est coarctatum non admittitur illa responsio, quod satisfaciat; si non est coarctatum, admittitur. Et videtur inclinare Dicastil. *de sacramen. tract. quarto, disput. nona, numero* 408.

3 Ratio est. Quia dispositum ex aliquo præsupposito regulatur secundum ipsius naturam; itavt tantum valeat, quantum subsistit præsuppositum, & non subsistente præsupposito, neque etiam subsistat dispositum: & proindè tantum se extendat, quantum se extendit præsuppositum iuxta ea, quæ tradunt communiter Glos. *in l. Mancipia C.* de *ser. fugit* vbi Bart. & cæteri Doctores Roman. *singular.* 495. Dec. *consil.* 90. *numero secundo*, Ripa *in caput* 2. *num. vigesimo nono.* de *rescrip.* Ruin. *consil.* 83. *numero quinto, vol.* 1. Roland. *de lucro dot. quæst.* 11. *numero decimo septimo.* Beccius *consil.* 55. *numero* 17. Cephal. *con.* 90. *numero* 51. Socin. iun. *consil.* 114. *numero* 22. *vol.* 3. Hyppolit. Riminal. *consil.* 29. *numero decimo*, Surdus *consil.* 140. *numero* 78. Rota coram Seraphino *decis.* 829. *numero secundo*, & coram Merlino *decis.* 589. *numero sexto*, & *decis.* 146. *numero quarto*, & *decis.* 590. *numero* 2. *par.* 4. *Recent.* Ex quò fit, quod si præsuppositum extendatur tantum ad certum tempus, ad idem tantum tempus extendatur tantum dispositum, quod innititur eidem præsupposito. Constat autem, quod dispositum circa audiendam Missam est ex præsupposito celebrationis, itavt in tantum obliget ad audiendam, in quantum debet celebrari. Ergo non plus extenditur præceptum, quàm se extendat celebratio Missæ; alioquin præceptum audiendi Missam obligaret pro illo tempore, in quo non potest celebrari, quod est absurdum, sicuti esset absurdum, si pro aliquo die, in quo non posset celebrari Missa obligaret præceptum audiendi. Cum ergo celebratio Missæ sit restricta ad certas horas diei erit etiam restrictum præceptum audiendi Missam.

4 Confir. Celebratio Missæ extra horas, in quibus conceditur celebrari, vel de iure, vel de consuetudine, vel ex priuilegio, est de iure impossibilis, quia prohibita. Ergo cum præcepta obligare non possint ad impossibilia, non obligabit præceptum audiendi Missam extra tempus in quo licitè celebrari potest, quia obligaret ad id quod de iure impossibile esset, atque adeo ad id, quod illicitum esset, quod dici non potest. Hinc si contingeret, quod quis habens Capellanum obligatum celebrare, quando ipse requisierit, transacta hora celebrandi, si præceptum adhuc audiendi Missam vrgeret, posset facere celebrare, vt impleret præceptum; ex alio capite non posset facere celebrare, quia prohibetur celebratio in illa, & ideò ad tollendam hanc impossibilitatem, tenendum, est quod præceptum non obliget, nisi pro illis horis, in quibus licitè celebrari potest.

5 Ex his deducitur. An satisfaciat præcepto audiendi Missam, si quis statim audit post mediam noctem. Et satisfacere, asserunt Syluester *verbo.* Missa 2. *quæst.* 8. §. *Dicitur secundò.* Facundez *præcep.* 1. *Eccles. libro secundo, cap.* 2. *numero decimo*, Filliuc. *tract.* 27. *cap.* 8. *numero* 119. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 25. Verùm videtur distinguendum. Si enim illa hora Missa licitè celebratur, implebitur præceptum: secus autem si non licitè celebratur. Ratio est, Quia dum licitè celebratur, incipit habere locum adimplementum præcepti, quod est coarctatum ad illas horas, in quibus licitè celebratur. Dum autem non celebratur licitè, quia nondum cæpit obligare præceptum nec etiam auditione Missæ extingui potest obligatio. Nec iuuat, quod præceptum sanctificandi Festa incipiat à media nocte, quia non incipit quoad totam obligationem suam, sed solum quoad cessationem ab operibus seruilibus. Et sicut non satisfit præcepto, quando auditur in loco non debito, quamuis tunc vrgeat præceptum, vt si audiretur in oratorio priuato non priuilegiato, ita etiam non satisfit præcepto, si audiatur in die, in qua est audienda, sed non in tempore debito.

6 Nec obstat, quod exhibeatur res præcepta secundum totam suam substantiam, quæ consistit in assistentia celebrationi, & concursu ad offerendum sacrificium simul cum sacerdote. Quia hoc est peculiare in præceptis affixis tempori vt pro illorum adimplemento non sufficiant substantia nec præcepta, sed etiam debeant concurrere circunstantiæ temporis, quibus seclusis præceptum non impleatur, vt constat in recitatione horarum canonicarum. Cum ergo præceptum audiendi Missam sit affixum tempori, in quo licitè celebrari potest exhibens substantiam rei præceptæ extra hoc tempus, non adimplebit præceptum defectu circumstantiæ temporis.

7 Secundò deducitur. An audiens Missam post meridiem satisfaciat præcepto. Affirmat enim Leander *in præcep. Ecclesiast. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst. vigesima sexta*, ver. *sed probabilius* Quamuis postea ver. *Ad fundamentum* videatur coarctare ad Missam licitè celebratam. Et quidem, si ratione temporis non celebretur licitè, non implebitur præceptum iuxta superius dicta defectu circumstantiæ temporis, in quo obligat; nam audietur in tempore, in quo non obligat. Si verò licitè celebretur ex priuilegio, aut consuetudine implebitur præceptum nam ponetur substantia rei præcepta in debita circumstantia temporis.

8 Tertiò deducitur. An audiens Missam, quæ celebratur in Capella Pontificia ante mediam noctem præcedentem diem Natiuitatis Domini satisfaciat præcepto audiendi Missam in die Dominico, quando in ipso incidit vigilia Natiuitatis Domini Negant Lugo Cardinal. *disput.* 15. *de Eucharis. sect.* 2. *numero quinquagesimo sexto*, Quia putat ibi in Capella Pontificia anticipari diem Natiuitatis pro illo loco, de quo tamen alibi dixit Dicastil. *de sacramen. tract.* 4. *disp.* 9. *dub.* 17. *num.* 408. Leander. *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 28. Quia illa Missa non computatur pro die Dominico, sed pro die Natiuitatis. Verum ex dictis constat non impleri præceptum, quia celebratur extra tempus, in quo obligat præceptum audiendi Missam in die Dominico. Quamuis enim Missa illa licitè celebretur; non tamen celebratur pro die Dominico, sed pro die sequenti, & ideò præceptum obligans pro die Dominico non se extendit ad obligandum pro illo tempore

pote

pore, in qoo celebratur prima Missa diei Natiuitatis, sed est iam extinctum simul cum tempore deputato pro celebratione Missæ Dominicæ:

QVÆSTIO 1261.

An audiens Missam primam celebratam in Capella Pontificia satisfaciat præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis Domini.

SVMMA.

1 *Audiens primam missam Natiuitatis Domini in Capella Pontificia an impleat præceptum pro die Natiuitatis.*
2 *Ex quibus motiuis videatur impleri præceptum.*
3 *Præceptum affixum tempori non impletur, nisi in tempore, cui est affixum.*
4 *Obligatio audiendi Missam in die Natiuitatis non anticipat diem.*
5 *Adimpletio præcepti audiendi Missam non habet locum, nisi quando locum habet sanctificatio diei.*
6 *Missa prima Natiuitatis quomodo in Capella Pontificia computetur pro die Natiuitatis.*
7 *Auditio Missæ debet esse intra diem naturalem sanctificandum.*
8 *Dispensatio anticipandi celebrationem in Capella Pontificia, &c. non attenditur ad præceptum implendum.*
Dispensatio est stricti iuris.
9 *Præceptum audiendi Missam quomodo obliget cum subordinatione ad celebrationem.*

1 PRima Missa pro die Natiuitatis Domini celebratur io Capella Pontificia antè mediam noctem, quæ consuetudo fuit introducta à summis Pontificibus, & ideò habet vim d spensationis pro illa vice Vndè dubitatur, an qui audit illam Missam satisfaciat præcepto audiendi Missam in die Natalia Domini. Quod autem satisfaciat, traduot Lugo Cardin. *disp.* 15. *de Eucharis. sect.* 2. Qoia putat in Capella Pontificia anticipari diem. vndè si putaret, quod non anticiparetur, oppositom teneret, quia ad firmandam dictam anticipationem assumit, quod audiens illam Missam satisfaciat præcepto. Dicastil. *de sacram. tract.* 4. *disput.* 9. *dub.* 17. *num.* 47. Leander. *in Præcep. Eccles.* 5. *tract.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 27. ver. *Ego vero.*

2 Fundatur in eo. Qood illa Missa computatur pro die Natiuitatis. Secundò, quia censetur celebrata intrà diem Natiuitatis, qui Ecclesiasticè incæpit à vesperis durante tamen die vigiliæ quoad ieiunium, & cætera propria illius diei; sic etiam satisfacit præcepto horarum canonicarum, si matutinum recitetur die antecedenti, quando incepit dies Ecclesiasticus. Tertiò. Quia dum Pontifex dispensat, vt possit anticipatè celebrari, censetur etiam dispensare, si possit anticipatè impleri præceptum audiendi Missam.

3 Oppositum, nempè non impleri præceptum tradidi *in decis. moralib. decis.* 511. *num.* 7. & in *Praxi ieiunij decis.* 451. *numero septimo, & sequen.* & nunc qooque idem tenendum puto. Manet enim inconcussum fundamentum, cui innititur hæc opinio. Est enim certum, quod præceptum affixom tempori non impletor, nisi exhibeatur, quod iniongit, iotra tempus, cui est affixum. Rursus certom est etiam, quod præceptum audiendi Missam affixum est tempori, nempè diei, in quo incidit Festum, & pro hac affixiooe compotatur dies naturalis, non autem Ecclesiasticus. Ergo cum audiens illam Missam, non exhibeat opus præceptum iotra illud tempus, in quo obligat præceptum, ooo extinguetur obligatio præcepti, sed quando superueniet exiget extingui noua aoditione Missæ. In his enim præceptis non habet locum aoticipata solutio.

4 Confir. Vel obligatio audiendi Missam pro die Natiuitatis Domini anticipatur, itavt tunc superueniat, qoando celebratur illa Missa, vel non anticipatur, sed remanet fixa cousueto modo. Si primum Requiritur aliqua causa, quæ inducat hanc anticipationem, quæ ooo potest esse alia, quam potestas Summi Pootificis, à qua sola dependet obligatio audieodi Missam pro illo die quoad sui variationem. Vndè oporteret producere aliquem actum huius potestatis, per quem inferretur obligationis anticipatio; & quousque non prodocatur, non potest admitti aliqua variatio. Si secundum. Ergo audiens Missam non satisfacit obligationi, qoia nondum aduenit obligatio, & antequam adueniat tanquam adfixa temporis, oon potest impleri, quia non exigit præcisè præceptum opus, sed pro tali tempore.

5 Confir. 2. Auditio Missæ præcipitur ab Ecclesia pro satisfaciendo die Festiuo, nam est præcipuus actus satisfactionis, cum magis sanctificetur per assistentiam sacrificio, quàm per cessationem ab operibus seruilibus. Ergo non habet locum auditio Missæ tanquam adimpletiua præcepti, nisi quando locum habet sanctificatio, exigita à præcepto: Præceptum autem sanctificandi diem Natalis Domini oon exigit sanctificationem pro illo tempore, in quo celebratur Missa illa in Capella Pootificia, sed tantum a media nocte, nam qoaodo exigit sanctificationem, exigit etiam cessationem ab operibus seruilibus, quam tamen non exigit, nisi à media nocte.

6 Ad 1. in oppositum resp. Quod licet illa Missa computetor pro die Natiuitatis, non tamen celebrator in die Natiuitatis; & ideò auditio ipsius non sufficit pro præcepto affixo diei Computatur enim tantum in ordine ad officia Ecclesiastica, & celebritatem, nõ autem in ordine ad sanctificandum diem, quia illa anticipatio non anticipat sanctificationem diei, vt constat in cessatione ab operibus seruilibus, & ideò talis computatio non iuuat pro adimplendo præcepto de audienda Missa.

7 Ad 2. licet celebratio illius Missæ sit intrà diem Ecclesiasticum, non est tamen intra diem naturalem. Obligatio, autem audiendi Missam est coarctata ad diem naturalem, qoia prouenit ex præcepto affixo diei naturali, vt dictum est: & ideò nihil releuat pro adimplendo præcepto quod est intra diem Ecclesiasticum. Nec est eadem ratio de horis caoonicis; nam est introducta consuetudo, quod recitans matutinom die præcedenti satisfaciat obligationi: non est aotem consuetudo inducta, quod audiens illam Missam satisfaciat præcepto. Imò cum præceptum ita sit affixom diei, vt etiam effectus auditionis Missæ requiratur pro sanctificatione diei, quia saoctificatio anticipari non potest, alioquin non sanctificaretur talis dies, sed alios, nec etiam coosuetodine introduci potest, quod satisfiat præcepto audiendo Missam, antequam adueniat dies sanctificationis. Quæ ratio cessat in recitatione horarum canonicarum.

8 Ad 3. dispensationem anticipatè celebrandi non extendi, vt possit etiam anticipatè impleri præceptum de audienda Missa; est eoim dispar ratio in præcepto de non celebrando in illa hora; vt autem posset anticipatè impleri præceptum de audienda Missa, necessaria esset dispensatio alterius præcepti: Dispensatio enim in vno præcepto non extenditur ad aliud, quia est stricti iuris, & strictè

acti*pi*enda s. *Ex facto init.* ff. de *vulgar. & pupil.substitutione*, & Cap. 1. & 2.de *fil. presbiter. in* 6.& Cap. *Non potest. de prebend. in* 6. Et notant Felinus *in Cap. Postulasti num.* 8. & 9. de *rescriptis* Surd. *decis.* 268. *num.* 21. alios citaans. Rota coram Verol. *decis.* 8. *num.*6. *par.* 1. *Recensiorum*, & *decis.* 469. *num.* 2. *ead. par.* 1. Recent.

9 Dices. Præceptum audiendi Missam obligare in ordine ad celebrationem, & cum subordinatione ad ipsam; vndè si anticipatur celebratio, debete etiam anticipari præceptum audiendi Missam, & consequenter impleri poterit audiendo illam primam Missam in Capella Pontificia. Resp. Præceptum audiendi Missam obligare cum subordinatione ad celebrationem, sed illius diei, cui est affixum: non autem cum subordinatione ad celebrationem alterius diei. Et ideò quando extrahitur à die Natiuitatis celebratio primæ Missæ, & reponitur in antecedentem diem, non sequitur, quod extrahatur etiam præceptum audiendi Missam; quia per talem extractionem desinit subordinatio, & non esset amplius illa celebratio, cui sit accessorium præceptum audiendi Missam in die Natiuitatis Domini.

QVÆSTIO 1262.

An præceptum obliget ad audiendam Missam Sacerdotis excommunicati.

SVMMA.

1 *Preceptum non obligat audire Missam excommunicati denunciati.*
2 *Preceptum vitandi excommunicatum preponderat precepto audiendi Missam.*
3 *Preceptum obligat audire Missam excommunicati tolerati.*
4 *Peti an possit ab excommunicato tolerato, vt celebret.*
5 *Concesso vno correlatiuo conceditur alterum.*
6 *Ex vi excommunicationis non prohibemur petere ab excommunicato, vt celebret.*
Excommunicatus celebrans ad alterius instantiam peccat.
9 *In Extrauag.* Ad Euitan. *non conceditur inducere excommunicatos ad actus probitos.*
10 *Aliàs induceremur ad communionem probibitam.*
11 *Nulla adest necessitas petendi Missam ab excommunicato.*
12 *Correlatiuum non vitandi excommunicatos non est exercitium actuum probibitorum.*

1 SVpponit difficultas, quod non possit impleri præceptum audiendo aliam Missam. Est autem certum, quod non obliget ad audiendam Missam excommunicati denunciati, vt docent communiter Sanchex *libro septimo, de matrimon. disput.* 9. *n.*7. Suarez *de censur. disput.* 11. *sect.* 3. *numero vigesimo septimo*, Facundez *precep.* 5. *Ecoclesi. libro secundo, capite* 5. *numero* 17. Sà *verbo* Excommunicatio *numero* 4. Tolet. *libro primo, sum. cap.* 11. *num.* 1. Nauarr. *cap.* 27. *Manual. numero* 20. Sylvester. *verbo* Excommunicatio *num.* 5. Henriquex *libro* 9. *summ. capite* 25. *num.* 13. Azor. *par.* 1. *libro* 7. *cap.* 7. *qu.* 15. Scortia *libro* 2. *de sacrific. Miss. cap.* 20. *numero* 8. Bonac. *disp.* 4. *de sacramen. quaest. vlt. punct. vlt. numer.* 21. Faustus *de Eucharis. lib.* 2. *de sacrific. Miss. quaest.* 415. Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *capite* 17. *numero* 53. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 36. *num.* 9. Gesitald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 28. Leander *in precep. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *quaest.* 9. Non quia, vt vult Leander, nemo possit obligari ad id, quod sine peccato præstari non potest, quia si præceptum obligaret ad audieodam talem Missam, restaret obligatio vitandi excommunicatum pro illo casu. Sed quia præceptum audiendi Missam solet relaxari ex causis non valdè grauibos, vt constat ex praxi. Est autem causa grauis, & necessaria pro manutenenda disciplina Ecclesiastica vitatio excommunicati denuntiati, cum sit in medicinam ad salutem animæ ordinatam, & ideò facit cessare obligationem præcepti.

Nec obstat, qood inter alias causas ex quibus 2
communicare possumus, cum excommunicato denunciato, reperiatur non solum necessitas, sed etiam vtilitas. Hic autem concurrit non solum vtilitas; sed etiam necessitas. Nam hoc est verum, quando vtilitas, & necessitas sunt tales, quod præpondetare possint præcepto vitandi excommunicatum qualis non est necessitas audiendi Missam, quia est tantum necessitas proueniens ex præcepto Ecclesiæ, quod de facili relaxari potest. Imò neque adest talis necessitas, quia cum excommunicatus non possit celebrare, se habet, tanquam si non adesset, & consequenter præceptum non obligat, nec aliquam iniicit necessitatem.

Quod spectat ad excommunicatum toleratum 3
conueniunt communiter Doctores, quod præceptum audiendi Missam obliget andire horum Missam, si patati sint celebrare, seù, si absque nostra instantia celebrent. Quia non tenemur bos euitare, iuxta extrauagantem Martini V. *ad vitanda* edita *in Concil. Constansiensi* & proindè possumus cum ipsis communicare etiam in diuinis, vt specialiter notat Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *quaest.*8. vndè difficultas est, an etiam peti possit ab excommunicato tolerato vt Missam celebret.

Prima sententia asserit posse fideles petere ab ex- 4
communicato, vt Missam celebret, ita ij, qui hoc ipsum docent de petitione administrationis sacramentorum. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 2. *quaest.* 5. *art.* 6. & *dist.* 22. *quaest.* 1. *ar.* 4. vers. *At verò* Victoria *in sum. tit. de Baptism. numero* 27. Ledesma 1. *par.* 4. *quaest.* 5. *art.* 6. *dub. vlt.* Saochez *libro septimo, de matrim. disput.* 9. *num.* 8. Viuald. *in Candelab. part.* 1. *tit. de matrim. numero octauo*, Lopez *par.* 2. *Instruct. cap.* 59. *de sacrament. in gen. numero decimo octauo*, vers. *At verò vrgentius* Facundex *precep.* 1. *Eccles. libro quintò, numero decimonono*, Layman. *libro secundo, theol. moral. tract.* 5. *part.* 2. *capite quinto, num.* 5. Suarez *de censur. disp. vndecima, sect.* 4. *numero* 17. Faustus *de Euchar. libro secundo, de sacrific. Mis. quaest.* 415. vers. *Secunda verò.* Alter. *libro primo, de censur. disp.* 7. *capite secundo*, Sayr. *libro secundo, de Censur. cap.* 2. *numero* 8. Henriquex *libro decimo tertio, summ. cap.* 6. *numero tertio*, Garxia *in summ. tractat. quarto, diffic.* 5. *dub.* 6. & alij.

Fundamentum est. Quia in virtute dictæ Extra- 5
uag. in nulla re tenemur vitare excommunicatos huiusmodi, & boc ad vitanda scandala & pericula Animarum, quæ noo vitarentur, nisi possemus petere. Secũdò quia hoc non est fauor excommunicatorum, dum tantum ad instantiam alterius possunt celebrare. Tertiò. Quia hoc non est indocere ad peccatum, cum non potuerit, quando celebrantur rogati; nam tunc suspenditur excommunicatio, nam concesso vno correlatiuo, censetur concessum, & alterum vt notant Bartol. *in l.* 1. *C.* de *Cupres. libro decimo.* Abbas *in Cap. Quia Clerici numero quinto*, de *Iure patr.* Vndè si conceditur petere, conceditur etiam celebrare.

Secunda sententia asserit, non posse peti ab Ex- 6
commu

communicato tolerato, vt Missam celebret, Ita ij; qui hdc ipsum negant de administratione sacramentorum. Ita D. Thom. *in 4. dist. 39. quæst. vlt. art.* 1. *ad* 5. Caiet. *in summ.* verbo *Absolutionis impedimenta* Ledesma *de matrim. quæst. quinquagesima nona, art.* 1. *§. penult.* Adrian. *in 4. quæst. 3. de Baptism.* Viguer. *cap. 15. theolog. instit. §. ver. 8. imped.* 1. Toler *lib. 7. sum. cap. 7. num.* 1. Vasquez *tract. de excommunicat. dub. 3. num.* 2.

7 In hac difficultate illud certum est, quod quantum est ex vi excommunicationis non prohibemur petere ab excommunicato celebrationem Missæ. Quia stante dicta Extrauag. nulla communicatio prohibetur cum excommunicato tolerato, & proindè nec etiam remanet prohibita huiusmodi petitio. Vndè solum obstare potest, quod hæc petitio inducat ad faciendum aliquid illicitum qualis est celebratio Missæ atque adeò ad peccandum & proindè sit causa scandali; si autem excommunicatus non peccaret celebrando ad Instantiam alterius, licitè ab ipso peteretur, vt celebraret, secus autem, si peccet.

8 In præsenti autem mihi videtur, quod peccet celebrando, licet ad alterius Instantiam, quod tamen diligentius examinandum relinquo suo loco. Ratio est. Quia stante excommunicatione prohibetur celebrare, & per id, quod in dicta Extrauagan. permitatur communicatio cum ipso, non ei restituitur, quod est ipsi ablatum per excommunicationem; neque tolluntur impedimenta, quibus impeditur ne exerceat facultatem, quam habet; Quia dicta Extrauagans. Nullum fauorem dat Excommunicaso, esset autem maximus fauor, si suspenderetur effectus excommunicationis, itavt posset celebrare, quamuis in commodum aliorum. Et quid vetaret ne tunc acciperet etiam eleemosinam intuitu celebrationis?

9 Confirm. In dicta Extrauag. conceditur solum communicare cum excommunicatis non denunciatis, non autem conceditur posse, eos inducere ad exercendos illos actus, quia specialiter per excommunicationem prohibentur ab iis exerceri. Sunt enim valdè diuersa Communicare cum excommunicato; & inducere ad faciendum, quod ipsi prohibetur: nam communicare dicit habere communionem in rebus Ciuilibus, & diuinis; inducere autem ad faciendum, quod ipsi prohibetur, supra communionem dicit intentionem, quod non seruentur prohibitiones annexæ excommunicationi, & proindè velle, quod excommunicatio non sortiatur suos effectus, quod non conceditur per dictam Extrauagant. nec venit in consequentiam ex eo, quod concedatur communicatio; cum optimè possit stare communicatio sine tali inductione. Nec est de verisimili mente Pontificis. Quod velit excommunicatos exercere actus prohibitos ex eo, quod petantur ab aliis, nam hoc facile illudi posset excommunicatio.

10 Quod amplius ex eo constat. Quod Pontifex solum indulget quod non teneamur abstinere à communicatione, vt constat ex illis verbis, *Quod nemo deinceps à communicatione, &c. teneatur abstinere.* cum hoc tamen stat quod ipsi teneantur abstinere à communicatione cum cæteris. Vndè in tantum indulgetur, quod non abstineamus à communicatione, in quantum adesse potest communicatio, itavt ipsi se exponant, quia si se non se exponunt, non adest communicatio à qua indulgeatur non abstinere. Rursus inducere excommunicatos ad ea facienda, quæ ipsis prohibentur, non est abstinere se à communicatione, sed velle inducere illam communicationem, quæ remanet prohibita excommunicatis. Et ideò non potest dici, quod petens celebrationem Missæ ab excommunicato vtatur iure suo, quia non habet ius ad ipsum.

Ex dictis solutum manet primum fundamentum oppositæ sententiæ. Neque dici potest, quod non vitarentur pericula, & scandala, quia nulla adest necessitas petendi Missam ab excommunicato, aut periculum in non petendo. Ad 2. esse magnum fauorem. Nam liberarentur ab impedimento, quod habent, & possent de facili eludere excommunicationem. 11

Ad 3, Resp. Quod assumit, quod controuertitur, tanquam si esset certum, nempè quod liceat petere celebrationem Missæ ab excommunicato, quod tamen constat esse falsum ex dictis, cum hoc non contineatur in concessione communicationis. Vndè sicut peccaret celebrans, ita etiam, qui peteret. Deindè doctrina illa, quod concesso vno ex relatiuis censeatur concessum & alterum non rectè applicatur. Quod enim conceditur est non vitare excommunicatos non denonciatos, atque adeò tollitur obligatio ad illos actus, qui aliàs essent necessarij ad eos vitandos, atque adeò communicare cum ipsis, quando se offert occasio; non autem conceditur procurare communicationem præsertim in diuinis. Correlatiuum autem non vitandi excommunicatos est ipsorum ex occasione oblata communicatio, non autem quæsita. Deindè dato; quod concederetur petere celebrationem correlatiuum non esset celebratio, quia hæc est vna, & eadem, quæ est in petitione, & conuersione, correlatiua autem inter se distinguuntur, sed correlatiuum petitionis esset responsio, non autem concessio illius, quod petitur, quia non semper petitioni correspondet concessio, sed etiam negatio; & ideò dato, quod concederetur petere, non per hoc tamen concederetur tanquam correlatiuum concessio illius quod petitur, cum aliàs si prohibitus. 12

Qvæstio 1263.

An præceptum obliget audire Missam publici percussoris Clerici.

Svmma.

1 *Præceptum non obligat audire Missam notorij percussoris Clerici.*

2 *Quid requiratur vt publicus Clerici percussor sit vitandus.*

3 *Si factum possit excusari, publicus percussor Clerici non est vitandus.*

4 *Missa notarij percussoris Clerici non vitandi non potest audiri.*

5 *Excommunicati ita notorij, vt non possint excusari an vitandi.*

6 *Præceptum non obligat audire Missam excommunicati notorij, licet non vitandi.*

PRæceptum non obligare ad audiendam Missam publici percussoris Clerici, sequitur ex dictis *quæst. præced.* & tenent communiter Doctores præsertim ibi citati *numero primo*, & specialiter Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disputat. 2. quæst.* 10. Publicus enim Percussor Clerici est eodem modo vitandus ac excommunicatus denunciatus, nam quando in Extrauagant. *Ad euitanda*, indulgetur, vt possimus communicare cum excommunicatis non denunciatis, excipiuntur publici percussores Clericorum 1

eorum

corum ibi. *Excepto publico, & notorio Clerici percussore, cum factum nulla possit tergiversatione celari aut iuris suffragio excusari.*

2 Ex quibus deducitur. Quot vt poblicus percussor Clerici sit vitandus, requiritur, quod factum, seù percussio nulla possit tergivetsatione celari, & proindè non erit vitandus, si aliquo pacto celari possit iuxta ea, quæ tradunt Couarruu. *in cap. Alma mater par.* 1. §. 2. *numer.* 7. Facundez *pracep.* 1. *Ecclesf. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Vndè non sufficiet publica sama, quia hæc non inducit notorium facti; cum possit esse salsa.

3 Similiter etiam non etit vitandus, licet adsit notorietas facti, si factum possit excusari aliquo Iuris suffragio, vt constat ex dicta Extrauag. Quamuis enim notorium sit, quod aliquis percusserit, potest tamen allegare, quod babuerit Iustam causam, aut quod nescierit esse Clericum, aut aliquo alio modo se excusare, & ideò quandiù non constat, quod nullo modo possit excusari, non etit vitandus. Hoc autem difficile contingere posse absque fotmatione Iudicij, & probatione sententiæ. Desumitur ex Nauart. *capite vigesimo quinto, Manual. numero* 73. Lesio *libro secundo, de iust. & iure capite vndecimo, dub.* 13. *numero septuagesimo tertio*, Sayr. *libro secundo, de Censur. capite duodecimo, numero decimo octauo*, Auila *par.* 2. *de Censur. capite sexto, disput.* 2. *dub.* 4. §. *Tertiò sequitur* Suarez *de Censur. disp.* 11. *sect.* 2. *numero decimo tertio*, Facundez *pracep.* 1. *Ecclesf. libro secundo, capite quinto, numero duodecimo.* Nisi enim auditur quoad ea, quæ pro excusatione afferre potest, non potest formari certum iudicium, quod nullo iuris suffragio excusari possit.

4 Supposito Ergo. Quod publicus percussor Clerici non sit vitandus dubitatur, an præceptum obliget ad audiendam eius Missam. Si alia audiri non possit. Et negatiue videtor resoluendum, si factum sit notorium: nam fieri motaliter non potest, quod ipse celebret absque scandalo. Vndè assistere Missæ ipsius esset auctotisare eius actionem, quod similiter absque scandalo fieri non potest. Vndè neo à fortiori peti potetit ab ipso, vt celebret, quia peteretor, quod non potest præstare absque scandalo.

5 Atque hinc expediri potest difficultas de excommunicatis sed ita publicis & notoriis, vt nulla possint tergiuersatione celari, aut aliquo Iuris suffragio excusari. Quamuis enim secundum Concilium Batiliense essent vitandi, hoc tamen vsu receptum non est, nec secundum magis communem opinionem admittitur, vt obseruant Adrian. *in* 4. *quaest.* 9. *de Confessor.* Maior. *dist.* 18. *quest. tertia*, Sotus *dist.* 1. *quast.* 1. *art.* 6. Dtiedo *de libert. Eccles.* Armilla *verbo* Absolutio *numero trigesimo*, Castro *de potest. leg. poten. libro secundo, capite quinquagesimo quinto*, vers. *Circa istos* Medina *in sum. libro primo*, §. 5. Gutierez *libro primo, quaest. canon. capite primo, numero octauo*, Angles. *in florib. quaest. de excommun. difficul.* 5. Suarez *de censur. disp.* 11. *sect.* 4. *numero octauo*, Facundez *pracep.* 1. *Eccles. libro secundo, capite quinto, numero quadragesimo quinto.* Quia scilicer consuetudo Ecclesiæ acceptauit dictam Extrauag. Summ. tenorem Concil. Constantiens. & auctoris ipsios Martini V. Ea forte ratione, quia, si difficile est quoad publicos percussores Clericorum, quod constet de illis duabus conditionibus; nempe quod factum nulla tergiversarione celàri possit, & quod nullo possit iuris sufftagio excusari, multo minus id poterit constare, quoad alios excommunicatos & proindè talis extensio tanquam frustratoria non est vsu recepta.

6 Verum quamuis huiusmodi excommonicati non sint vitandi, non tamen præceptum audiendi Missam obligat audire, dum ipsi celebrant, si alia Missa audiri non possit. Nam vt dictum est de publico Cletici percussore, fieri moraliter non potest, qood celebrent absque scandalo. Quia quamnis non sint vitandi, & ipsi alia debeat abstinere, pro impossibili babetur, quod stante qualicumque notorietate facti non generent scandalum: vndè qni illorum Missæ assisteret scienter tanquam eorundem actionẽ auctorizans cooperaretur scandalo, & proindè neque poterit assistere, quamois non prohibeatur ratione excommunicationis, quia vrget aliud præceptum de vitando scandalo.

QVÆSTIO 1264.

An præceptum obliget ad audiendam Missam Sacerdotis suspensi.

SVMMA.

1 *Suspensi saltem non denunciati non sunt vitandi*
2 *Suspensio non impedit quin Missa suspensi possit audiri.*
3 *Non licet inducere ad celebrandum suspensum denunciatum.*
4 *Suspensi denunciati an liceat Missam audire*, & nu. seq.
6 *Non possumus communicare cum suspenso denunciato in eo actu, à quo est suspensus.*
7 *Assistens Missa suspensi auctorizat actus.*
8 *Quando possimus audire Missam interdicti.*
9 *Interdictus ab ingressu Ecclesia potest celebrare in Oratoriis priuatis.*
10 *Praceptum non obligat audire Missam suspensi.*

SVpponit proposita difficultas, quod suspensio se extendat ad actum ordinis; vt proindè suspensus sit à celebratione Missæ. Est autem supponendum. Nos non teneri vitare suspensos, saltem non denunciatos, qoia dato quod suspensio traheret secum bunc effectum, adbuc habetet locum Extrauagans Martini V. *Ad euitanda* quod sicut non sunt vitandi excommunicati, ita nec etiam suspensi. Rursus etiam supponendum est. Quod in præsenti quæritur tantum, quid dicendum ex vi suspensionis; nam si sit annexa excommunicatio constat; quid dicendom ex supradictis. 1

Quod ergo spectat ad suspensum non denunciatum, quantum est vi suspensionus, videtur certum posse nos illius Missam audire, vt tradunt Henriquez *libro decimo tertio, sum. capite quinto, numero quinto, & capite trigesimo tertio, numero tertio*, Tolet. *libro primo, capite decimo quarto*, vers. *Tertius.* Sayr *libro* 4. *de Censur. capite vndecimo, numero tertio*, Faustus *de Eucharis. libro secundo, de sacrific. Miss. quaest.* 416. Et à fortiori, qui boc docent, quoad suspensos nominatim. Imò citati Doctores addunt, licere etiam ab eo petere, vt celebret. Et fundantur in eo, quod non est prohibita cum ipsis communicatio. Verum quamuis non sit probibita cum ipsis communicatio, cum tamen violando censuram grauiter peccet, petens Missam induceret ad peccandum, atque adeò præberet occasionem scandali. Audiendo etiam absque eo, quod inducat ad celebrandum, posset peccare, si nimirum, auctorizando factum sua præsentia daret scandalum, nam, ob eandem rationem deberet abstinere. 2

Quod spectat ad suspensum denunciatum conueniunt Doctores, præsertim infracitandi, quod non 3

licea

liceat inducere ad celebrandum petendo Missam: Quia stante suspensione prohibetur nobis communicatio cum suspenso, quæ sit cooperatio cum ipso in violatione suspensionis; nam est participatio in crimine, quod commisit violando suspensionem, hæc autem participatio habetur, dum inducitur ad celebrandum, quia inducens petendo est causa celebrationis. An autem huius Missam liceat audire, non concordant Doctores.

4 Prima sententia asserit, quod liceat audire Missam suspensi denunciati Ita Abbas *in Cap. Venerabilis.* de *sentent. excommunicat.* & *in cap. Intelleximus.* de *Iudic.* Henriquez *lib.* 13. *summ. capit.* 5. *numer.* 5. Suarez *disp.* 26 *de censur. sect.* 2. *nume.* 7. Garzia *de benefic. part.* 7. *cap.* 14. *numero* 36. Auila *part.* 3. *de censur. disp.* 2. *dub.* 4. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. Facundez *pracep.* 1. *Ecclef. libr.* 2. *cap.* 5. *numero* 36. Faustus *de Eucharist. libro* 2. *de sacrif. Miss. quæst.* 416. vers. *At Ego* Hieronym. Garzia *in sum. tract.* 4. *dist.* 5. *numer.* 10. Mercer. *de sacram. quæstion.* 24. *de Interd. dub.* 3. Filliuc. *tract.* 18. *cap.* 3. *numer.* 75. Leander. *in pracep. Ecclef. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 11. Fundamentum est, quia prohibitio communicationis, seù esse vitandum in communicatione est proprius effectus excommunicationis, & ideò non potest tribui cæteris censuris cum ergo suspensus denunciatus non sit vitandus, si sponte celebret, possumus illius Missam audire.

5 Secunda sententia docet, quod non possumus audire Missam suspensi denunciati, Ita Nauarr. *in Manuale capite vigesimo secundo*, *numero* 163. & *de pœnit. capite* 1. *dist.* 6. §. *Laboret, numero* 281. Ledes. 2. *part.* 4. *quæst.* 16. *art.* 2. *tract. de suspen. in fine* Philiar. *de offic. sacerd. part.* 1. *libro quarto, capite secundo*, Viuald. *in Candelab. tit. de suspens. numero* 170. Toler. *libro* 1. *capite* 45. vers. *Tertius* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *capite septimo, quæst.* 15. Faber. *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 1. *disp.* 5. *capite secundo, numero quadragesimo*, Molfes. *part.* 1. *summ. tract.* 2. *cap.* 17. *num.* 53. Bonac. *disp.* 4. *de sacrament. quæst. vlt. punct.* 22. *num.* 1. & *punct. vlt. num.* 10.

6 Dicendum est, ergo cum hac posteriori sententia. *Non posse audiri Missam suspensi denunciati.* Ratio est. Quia non possumus communicare cum suspenso denunciato in eo actu, à cuius exercitio est suspensus, vt concedunt etiam Auctores primæ sententiæ; quia sicut peccat mortaliter exercendo, ita etiam omnes, qui cum ipso in eo communicant. Audiens autem Missam communicat in oblatione sacrificij cum sacerdote, quia licet solus sacerdos sit minister offert tamen speciali modo nomine adstantium, & adstantes auctorisant illam oblationem, tanquam suo nomine factam. Ideò communicant cum sacerdote in actu offerendi. Si igitur sacerdos sit suspensus ab offerendo, communicat cum ipso in actu, à quo est suspensus.

7 Accedit etiam. Quod si quis sciens assistat Missæ suspensi, sicut suspensus celebrando contemnit censuram & consequenter auctoritatem Ecclesiæ: ita etiam assistens videtur auctorizare hunc contemptum: & sicut sua præsentia cooperatur sacrificio, ita etiam cooperatur contemptui, qui ex oblatione per talem personam resultat. Quod non potest esse sine scandalo dum auctorizatur, & tacitè approbatur actio prohibita, quæ in contemptum auctoritatis Ecclesiæ cedit.

8 Ex dictis infertur. Idem proportionaliter dicendum de interdicto; vndè si non sit denunciatus poterimus illius Missam audire secluso tamen scandalo; non tamen petere, quamuis qui docent de suspenso, posse nos petere, docebunt de interdicto quoque. Si verò sit denunciatus non poterimus inducere ad celebrandum in loco; à quo est interdictus. Et quamuis Facundez *pracep.* 1. *Ecclef. libro secundo, capite decimo*, & ij etiam, qui hoc ipsum docent de suspensis, teneant, quod possimus audire, aduertit tamen, quod rarò fieri potest absque scandalo, præsertim à personis grauibus. Sed absolutè tenendum est, quod neque possimus audire, quia esset cooperari illius crimini participando in actu, à quo est interdictus.

Est tamen aduertendum. Quod interdictus ab Ingressu Ecclesiæ potest celebrare extra Ecclesiam, & in Oratoriis priuatis, vt notant Abbas *in cap. Suarez, numero* 10. de *sentent. excommunicat.* Toletus *libro primo, capite quadragesimo quinto*, *numero quinto*, vers. *septima* Facundez *pracept.* 1. *Ecclef. libro secundo, capite quinto*, *numero quadragesimo primo*, Quia non interdicitur actus celebrandi, nisi consequutiuè quatenus prærequirit ingressum in Ecclesiam. Vndè si alibi, quàm in Ecclesia poterit celebrarare, non prohibebitur. Vndè celebrare poterit in Oratoriis priuatis, quia hæc non veniunt appellatione Ecclesiæ, præsertim in materia stricta, qualis est præsens. Imò poterit etiam induci ad celebrandum, quia cum non ingrediatur Ecclesiam non peccat. 9

Secundò. Infertur resolutio principalis difficultatis, quocumque enim modo consideretur suspensus, siue denunciatus, siue non denunciatus, & idem dicendum de interdicto, Numquam præceptum obligabit ad illius Missam audiendam. Certum est enim, quod celebratio Missæ est prohibita suspenso ab ordine, & quatenus celebranda in Ecclesia est etiam prohibita interdicto; quando autem Ecclesia ad audiendam Missam obligat, non obligat, nisi, ex præsuppositione celebrationis secundum Ritum, & præscriptionem à se factam, & consequenter ad audiendam Missam tali pacto celebratam non autem ad audiendam Missam celebratam contra prohibitionem Ecclesiæ, quod satis ex eo constat, quia si adesset vnica tantum Ecclesia, & ea esset interdicta, non obligaret ad audiendam Missam in ipsa, si quis contra prohibitionem vellet in ipsa celebrare. Et seclusa etiam auctorizatione, & participatione in actu prohibito, & scandalo, adhuc ea prædicto capite cessaret præceptum. 10

QVÆSTIO 1265.

An teneamur audire Missam Sacerdotis irregularis.

SVMMA.

1 *De irregulari excommunicato eadem ratio quoad Missæ auditionem, ac de solo excommunicato.*
2 *Ab irregulari non licet petere celebrationem.*
3 *Irregularis sponte celebrantis an liceat Missam audire.*
4 *Quid si sit declaratus.*
5 *Cum irregulari declarato non licet communicare in actu prohibito.*
6 *Præceptum non obligat audire Missam irregularis, &c.*

DVpliciter potest quis esse irregularis, vel cum excommunicatione, vel absque excommunicatione. Si irregularitas sit coniuncta cum excommunicatione, eodem modo loquendum est de ipso, ac de excommunicato, vt notat etiam Facundez 1

præcep. 1. Eccles. 1. libro 2. capite quinto, numero vigesimo sexto, & vigesimo septimo, & proindè iuxta varias sententias supra relatas, sic quoque variæ opiniones referri possent quæ tamen ibi dicta sunt pro resolutione difficultatis hic etiam applicanda sunt. Et proindè solum restat videre, quando adest sola Irregularitas.

2 Conueniunt autem communiter, quod non liceat petere celebrationem Missæ ab Irregulari. Ita Facundez præcep. 1. Eccles. lib. 2. cap. 5. numero 30. Faustus libro secundo. de Eucharist. quæst. 415. Garzia in summa. tract. 4. difficult. 5. numero sexto. Ratio est. Quia Irregularis celebrando peccat mortaliter, vnde petere abipso, vt celebret, est inducere ad peccandum. Solum videtur dici posse, quod cum Irregularis non sit vitandus possumus ab ipso petere, quod celebret, quo concesso, videtur etiam illi concessa celebratio sine peccato, quia concesso vno correlatiuo censetur concessum, & alterum. Et hoc venit in consequentiam ad id quod dicunt Doctores supra citati de excommunicato non vitando, quod liceat petere celebrationem, & ipse sine peccato celebrare ad instantiam petentium. Verum sicut dictum est in superioribus, quod non liceat petere: ita nec etiam ad petitionem licebit celebrare. Quia in vtroque casu absolutè prohibetur celebratio, non autem solum spontanea celebratio.

3 An autem possimus Missam Irregularis audire, si sponte celebret, affirmant Facundez præcept. 1. Eccles. libro secundo, capite quinto, numero trigesimo tertio, Faustus libro secundo, de Eucharist. quæstion. 418. Garzia in summ. tract 4. difficul. quinta numero octauo. Et Facundez, citat Suarez, Auilam, Sayrum, Henriquez id docentes de suspenso. Et loquuntur de Irregulari à Iudice declarato. Fundamentum est quia Irregularitas, non est censura, vndè nec etiam obligat ad vitandum Irregularem, neque etiam in diuinis. Dum autem non tenemur vitare, si sponte celebret, possumus illius Missam audire.

4 Econtra verò non posse nos Missam Irregularis declarati audire, tenent Henriquez libro decimo tertio, summ. capite quinto, numero quinto, Nauarr. capite primo, de pœnit. §. Laboret numero centesimo octuagesimo primo, dist. 6. Sanchez libro tertio, de matrim. disput. 21. numero quadragesimo tertio. Quia scilicet Irregularis est suspensus ab ordine Clericali, & proindè, quando est declaratus est vitandus. Verum quicquid de hoc sit, hoc non prouenit ex ratione Irregularitatis, sed ratione suspensionis, de qua modo non quæritur.

5 Tenendum tamen est. Quod non possumus audire Missam Irregularis declarati. Dixi declarati, quia si non sit declaratus cum non constet certo, an sit Irregularis, remanet in possessione suæ bonæ opinionis, & proindè non debemus, tanquam si illegitimè celebraret, abstinere ad audienda illius Missa. Quando verò est declaratus, certum est, quod celebrando exercet actum prohibitum ab Ecclesia. Ergo non licet alicui communicare cum ipso in illo actu; nam eo ipso, quod communicat, fit particeps eiusdem delicti. Audiens autem illius Missam communicaret in oblatione sacrificij, quia audientes concurrunt ad offerendum simul cum sacerdote, qui offert nomine ipsorum, & proindè fiunt participes illius oblationis itavt eam ratam habeant, & aucturizent tanquam proprio etiam nomine oblatam.

6 Ex quibus resoluitur principalis difficultas, nempè præceptum Ecclesiæ non obligare ad audiendam Missam Irregularis declarati. Vt enim dictum est in superioribus, præceptum non obligat ad audiendam Missam, nisi legitimè celebratam, alioquin esset sibi ipsi contraria nam obligaret ad id, quod aliàs prohibet. Si ergo contingat casus, quod non adsit alia Missa, quàm Irregularis declarati, cessabit præceptum, quam non obligat, nisi secundum mensuram legitimæ celebrationis, seu quando celebratio est iuxta præscriptionem Ecclesiæ.

QVÆSTIO 1266.

An si non celebret alius Sacerdos, quàm degradatus teneamur audire Missam.

SVMMA.

1 *Dedragatio alia verbalis: & alia realis, & quid vtraque sit.*
2 *Degradati Missam an liceat, audire.*
3 *Actu alicui prohibito, est etiam vnicuique prohibitum se immiscere cum illo in eodem actu.*

CVm degradatio alia sit verbalis, & alia realis itavt degradatio verbalis consistat tantum in depositione, per quam tantum quis deponitur ab ordine; non tamen efficitur de foto sæculari, nec amittit priuilegium canonis. Realis autem fiat certo ritu & cæremoniis, & inferat Canonis, & fori priuilegium, vt aduertunt Farinac. in praxi quæstion. octaua, numero septuagesimo primo, Matanta de ordine iudic. partic. 5. dist. 11. numero septuagesimo secundo, Pizz. in Pract. capite centesimo quadragesimo, numero quarto. Docent, non licere audire absolutè Missam degradati realiter. Licere autem audire Missam degradati tantum verbaliter non tamen ab ipso petere, vt celebret ita Facundez præcep. 1. Eccles. libro secundo, capite quinto, numero quadragesimo secundo, Faustus libro secundo, de Eucharis. quæst. 417. Garzia in summ. tract. quarto, difficul. quarta, numero vndecimo. 1

2 Quod autem absolutè non possit audiri missa sacerdotis degradati, non distinguendo inter degradatum verbaliter, & degradatum realiter tradunt Tolet. libro sexto, summ. capite octauo, numero primo, Trulleuch. libro tertio, in Decal. capite primo dub. 6. numero primo. Et hæc sententia mihi videtur probabilior. Quia degradatio realis, & verbalis, quamuis differant in ritu, & ceremoniis, non differunt tamen quoad effectum prohibitionis celebrandi, & æqualiter peccat celebrando degradatus verbaliter, ac degradatus realiter vndè etiam Auctores oppositæ sententiæ docent, quod non possumus petere missam à degradato verbaliter, quia induceremus ad peccandum. Ergo non possumus audire Missam sacerdotis degradati siue realiter, siue tantum verbaliter, quia audiendo participamus in actu tanquam coofferentes, qui est ipsi prohibitus, quod non est aliud, quàm participare in eiusdem criminis.

3 Dices. Licet participemus in oblatione sacrificij, quia tamen de se est actus bonus, & solum malus quia est prohibitus Sacerdoti, non sequitur quod peccemus, quia non est prohibitus nobis. Sic etiam Deus participat in actu peccati, quatenus concurrit ad ipsum, & tamen non dicitur peccare, quia non concurrit ad actum quatenus malum, aut ipsi prohibitum. Resp. Eò ipso quod aliquis actus est

eſt alieni prohibitus, eſt etiam vnicuique prohibirus, ſe immiſcere in illo actu, & ſe adiungere operanti talem actum, nam per hoc fit adiutor, & cooperator illius: cooperari autem alicui ad actum ipſi prohibitum eſt cooperari ad malum, atque adeò peccare. Nec valet exemplum de Deò concurrente ad actum peccati, qoia non concurrit in eodem ordine, ſed io diuerſo nempè tanquam cauſa prima ſubordinana ſibi cauſam ſecundam quoad omnes operationes ipſios & proindè concurrit eo modo, quo concurrrere debet ſecundum æternas leges, & rationes, & conſequenter non deficit in operando. Ex quo fit quod non ſit cauſa peccati, ſicut deficit creatora, quæ non operatur, dum peccat, ſecundum regulas rectæ rationis. Et hinc fit; quod idem actus reſpectu Creturæ ſit peccatum quia, vt prouenit ab ipſa deficit à regalis rectæ rationis; & reſpectu Dei non ſit peccatum, quia, non deficit à regulia, quibus debet regulari, vt ab ipſo prouenieņa. Ea quibus conſtat, quod præceptum audiendi Miſſam non obliget audire Miſſam cuiuſcumque degradati.

QVÆSTIO 1267.

An notorij concubinarij miſſam, aut fornicarij audire teneamur.

SVMMA.

1 *Publicus concubinarius an ipſo iure ſuſpenſus*, & num. ſeq.
3 *Non licet petere à publico concubinario vt celebret, niſi ex graui neceſſitate.*
4 *Publici concubinarij an liceat audire Miſſam.*
5 *Ratione circumſtantiarum quando non poſſit audire.*
6 *Secluſis circumſtantiis, &c. poteſt audiri.*
7 *Communicari poteſt ſacerdoti malo quouſque per ſententiam prohibeatur.*
8 *Praeceptum obligat audire Miſſam publici concubinarij, ſi alia audiri non poſſit.*

1 Controuertitur inter Doctores, ao publicus Concubinarius ſeù fornicarius ſit ipſo iure ſuſpenſus. Quidam aſſerunt, eſſe ipſo iure ſuſpenſos, vt Sylueſter *verbo* Concubinarius, *numero primo*, Guido Papa *deciſ.* 158. Lopez *par.* 2. *Instruct. conſuent. capite vigeſimo tertio*, Rebuff. *in contr. tit. de publ. concub. pœna* 1. 3. & 9. Abbas *in cap. veſtra de cohabit. cler.* Iulius Clarus §. *Fornicatio numero quarto*, & *libro tertio, quaeſtion.* 71. *numero tertio*, Villa diego *de irregularitate capite tertio, numero decimo quinto.* Viuald. *in Candeb.* tit. *de ſuſpenſ. numero decimo nono*, Armilla *verbo.* Concubinar. *numero quinto*, Vega *par. ſecunda, ſumm. capite centeſimo octauo, caſu* 3. Azot. *par.* 1. *libro ſexto, capite ſeptimo, quaeſtion. quinta*, Toletus *libro primo, ſumm. capite quadrageſimo, numero primo*, Præpoſit. *tertia par. quaeſtion. octuageſima tertia, art.* 6. *dub.* 4. *numero ducenteſi͏̄e duodecimo* verſ. *ſuppono Primo*, & alij. Et afferunt Cap. *veſtra*, & Cap. *quaeſitum de cohab. cler.* vbi dicuntur ſuſpenſi quoad ſe quod ad alios. Et declarationem Sacræ Congregationis *ad caput decimu quartã, de refor. ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* quæ talis eſt *Clerici concubinarij notorij ſunt hodie ipſo iure ſuſpenſi à diuinis, prout in veteri iure ſunt.* Vndè ſtante hac opinione fundata io dicta declaratiooe reſoluenda eſt difficultas quoad Concubinarios notorioa iuxta ea, quæ dicta ſunt de ſuſpeoſia, cum agendum ſit cum ipſis, tanquam cum ſuſpenſis, tunc enim atteodenda ſuſpeoſio non autem notorietas coocubinatus, quia ſuſpenſio impedit immediatè celebrationem.

2 Quia alij plures teneot quod non ſint ipſo facto ſuſpenſi, vt Imola *in cap. ſicut* poſt princip. *de cohabit. cler.* Archidiac. *in capite primo*, de *re ind. in* 6. Innocent. *in Cap. ſi celebrat. numero tertio* de *Cler. excommun. Miniſtr.* Oldrad. *conſ.* 288. *numero primo*, Sotus *in* 4. *diſt.* 1. *quaeſtion.* 5. *ar.* 6. *circa* 2. *argum. D. Th.* & *diſt.* 15. *quaeſt. prima, art.* 9. Henriquez *libro decimo tertio, ſumm. capite tertio, numero tertio, in fine* Sayr. *libro quarto, de cenſur. capite decimo ſexto, numero vigeſimo quarto*, Rodriquez *tomo ſecundo, capite* 67. *numero primo* Auila *de cenſur. par. tertia. diſput.* 2. *dub* 2. Suarez *diſput.* 31. *de cenſur. ſect.* 4. *numero decimo*, Medina *libro primo, ſum. capite vndecimo*, §. 8. Garzia. *par.* 7. *de beneſic. capite decimo quarto, numero trigeſimo ſecundo.* Vgolin. *de irregular. capite* 45. §. 3. Gutietez *Canon. quaeſt. capite ſeptimo, numero* 85. *libro primo*, Couarruu. *in Clemen. ſi furioſus par. prima*, §. 1. *numero quinto*, Facundez *pracep.* 2. *Eccleſ. libro ſecundo, capite quinto, numero quadrageſimo octauo*, Filliuc. *tract.* 18. *capite ſexto, numero centeſimo vigeſimo quarto*, Bonac. *diſput.* 3. *de cenſur. pun.* 5. §. 1. *numero trigeſimo nono.* Baunius *par. prima, Theol. moral. tract.* 10. *de Praesbit. & Paroch. quaeſt.* 23. Garzia *in ſum. tract.* 4. *diffic.* 5. *numero duodecimo* Ideò videndum eſt quid dicendum ſtante ſola notorietate concubinatus. Et hæc ſententia habet fundamentum in Coocil Trident. *ſeſſ.* 25 *capite decimo quarto*, de reformat. vbi de Coocubinariis ait, quod præmiſſa monitione ſint ſuſpendendi, nempe ſi non reſipiſcant. Si autem ſunt ſuſpeodendi, ad ſunt ſuſpenſi.

3 In hac autem difficultate notant plures ex citatis Doctoribus, quod oon liceat petere à notorio concubinario, quod celebret, niſi vrgente aliqua valdè graui neceſſitate. Ratio eſt. Quia eſt ferè moraliter certum non celebraturus abſque peccato, noo quidem quia petatur quid malum, ſed quia petitur, quod fere moraliter certum eſt, quod non ſit præſtaturus ſine peccato. Quia tamen abſolutè poteſt celebrare abſque peccato ſi pœniteat, & firmiter proponat vitam emendare, & confiteatur, ſi habeat copiam confeſſarij, aot ſi oon habet eliciat actum cootritionis, ideo vrgente aliqua graui neceſſitate poterit induci ad celebrandum quia tunc adeſt ſufficiens cauſa petendi id, qood ab ipſo rectè, & ſine peccato exerceri poteſt.

4 An autem ſi publicus concubinarius ſponte celebret, liceat audire ipſius Miſſam, affirmant Suarez *diſput.* 88. *de Euchariſ. ſect.* 6. verſ. *ſextam caput.* & *diſput.* 31. *de cenſur. ſect.* 4. Henriquez *libro nono, ſumm. capite vigeſimo quinto, numero decimo tertio* Scottia *libro ſeptimo, de ſacriſic. Miſ. capite vigeſimo, numero decimo.* Facundez *pracep* 1. *Eccleſ. capite quinto, numero quinquageſimo.* Molfeſ. *par.* 1. *ſumm. tract.* 3. *capite decimo ſeptimo, numero* 55. Bonac. *diſput.* 4. *de ſacram. quaeſt vlt. pun.* 12. *numero primo*, Geſuald. *de ſacramen. tract.* 17. *capite ſecundo, numero decimo octauo.* Leander *in pracep. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 2. *qu.* 12. Garzia *in ſumm. tract.* 4. *difficul* 5. *numero duodecimo*, Trulleoch. *libro tertio, in Decal. capite primo, dub.* 6. *numerò primo*, Fauſtos *libro ſecundo, de Euchariſ. quaeſt.* 419. verſ. *ſecundò dico.* Et alij ſupra citati, qui docent non eſſe ſuſpenſum.

5 Verum in hac difficultate eziſtimo habendam eſſe rationem circumſtantiarum. Nam ſi tales ſint circumſtãtiæ, vt exiſtimari poſſit, quod audiens authorizet illam celebrationem, aut approbet, non po-

terit sine graui peccato eius Missam audire. Quia non poterit in hoc euitari scandalum tum respectu celebrantis, qui missas timebit celebrare, dum est in tali statu; tum etiam respectu aliorum, nam poterit quis facile iudicare, quod parum referat celebrare in illo statu, & poterit quis occasionem sumere, aut sinistre iudicandi de audiente; & minoris faciendi res diuinas, & non habendi in ea æstimatione, in qua habendæ sunt, & hoc præcipuè locum habebit, si audiens sit persona grauis.

6 Seclusis verò circumstantiis, existimo, posse audiri Missam publici concubinarij. Quia quamuis, cum peccato celebret, quia tamen hoc peccatum prouenit ex indispositione animæ, & ex impedimento, quod potest ipse tollere, ideò audiens Missam non communicat eius peccato, quamuis concurrat ad offerendum simul cum ipso, nam concurrit tanquam cum ministro publico Ecclesiæ, qui vt talis non habet impedimentum, cum non prohibeatur ab Ecclesia offerre, sicut prohibetur excommunicatus, suspensus, interdictus, & irregularis: sed tantum habet impedimentum, vt persona priuata cum qua, vt talis non communicat in peccato ratione cuius indignè offert. Sed communicatio est tantum in oblatione quam facit, vt publicus Minister Ecclesiæ.

7 Et hoc desumitur ex Cap. *sciscitantibus* 15. qu. 8. vbi Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgaron. habet; *Qualiscumque sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinare non potest. Id circo ab eo, vsqueque iudicio Episcoporum reprobetur communio percipienda est, quoniam mali bona administrando se tantummodo lædunt & cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat, vndè, & aliis commodum exhibet indè sibi dispendium prabet. Sumite ergo intrepidi ab omni sacerdote Christi mysteria quia omnia fide Christi purgantur.* Ex quibus constat, quod possumus sumere Sacramenta, & consequenter audire Missam à quocunque sacerdote quousque prohibeatur ab Ecclesia ministrare, vel celebrare: quia scilicet ante dictam prohibitionem non adest, nisi priuatum impedimentum iuxta ea, quæ tradit D. Th. 3. *par. quæst.* 64. *ar.* 6. *ad* 2.

8 An autem ita possit audire, vt etiam teneatur, si non potest aliam Missam audire, negat Præposit. 3. *par. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 212. ver. *verum videtur.* Quia licet non teneamur vitare, est minus decens, vt audiatur Missa talis concubinarij. Verum hoc non sufficit, quia si præceptum obligat, licet concurrat cum minori decentia, præualet tamen tanquam inducens necessitatem. Si autem cessat obligatio præcepti, assignanda est causa, ob quam cesset. Itaque existimo, quod si non adsit alia Missa, quam audiat, quod illam tenetur audire, vt satisfaciat præcepto in iis tamen circumstantiis, in quibus audiendo non peccet. Nam talis Sacerdos tanquam publicus minister Ecclesiæ offert sacrificium, nec ipsi prohibitione aliqua Ecclesia resistit, vndè cum sinat eum offerre sacrificium, finit etiam, quod fideles ipsum audiant. Et ideò non adest aliqua causa excusans ab adimplendo præcepto, cum non aliundè possit prouenire, quàm ex qualitate celebrantis: ex quo tamen nullum impedimentum prouenit: quia eo ipso, quod Ecclesia permittit offerre, tacitè declarat, quod non adsit impedimentum, quin audiatur eius Missa.

Quæstio 1268.

An possimus à Sacerdote, quem scimus esse in peccato mortali petere, vt celebret.

SVMMA.

1 *Sacerdotis Missæ existentis in peccato possumus assistere.*
2 *Instare possumus vt celebret si sit obligatus.*
3 *Quid si non sit obligatus, sed sit paratus.*
5 *Quando tenetur ad nostram instantiam celebrare petere possumus.*
6 *Ob vitandum scandalum ex malitia, non sunt dimittenda temporalia.*
7 *A parato non possumus petere Missam, si sit alius qui celebret.*
Ratione, charitatis tenemur velle bonum extrinsecum Dei.
8 *Ob vtilitatem possumus petere Missam à parato licet in mortali celebraturo,*
9 *Qui si non sit paratus.*
10 *Petitio Missæ non potest esse scandalosa de se.*

Certum est, Posse nos illius Missam audire, quamuis sciamus celebrare cum peccato mortali. 1 Quia dum sponte celebrat, nec illi tanquã Ministro publico interdicatur ab Ecclesia celebrare, non communicamus illius peccato quod committit indignè celebrando, vndè habet locum, quod dicit Nicolaus Papa in Cap. *sciscitantibus* 15. *quæst.* 8. de quo in præcedent *num.* 7. Quod mali bona administrando se tantummodò lædunt, communicatio enim quam habet audiens Missam cum celebrante est tanquam cum Ministro publico offerente nomine Ecclesiæ, qui, vt talis ritè peragit munus suum, non tanquam cum persona priuata, vt talis ponit obicem indignitatis muneri quod exercet.

An autem liceat petere hoc videtur extra controuersiam, quod si sit obligatus celebrare ad nostram instantiam possimus ab ipso petere, vt celebret. 2 Nam quod petimus bonum est, & potest à sacerdote præstari sine peccato, quia potest se disponere, vel per confessionem vel per contritionem. Rursus cum ipse obligatus sit ad celebrandum quoties petitur, tenetur se conseruare paratum, & tollere impedimenta. Ergo possumus vti iure nostro, cum non teneamur nos illis cedere ob alienam malitiam vitandam, nam sibi soli imputare debet, quod celebrando peccet, & in hoc conueniunt, qui docent, quod possumus petere à parato ministrare sacramenta, aut à Parocho, quem scimus cum peccato ministraturum, quos mox referam. Vt tamen hoc magis declaretur.

Prima sententia docet loquendo de Ministratione sacramentorum, de quo est eadem ratio, ac de celebratione, quod si sit paratus aut aliàs teneatur, sicut tenetur Parochus, possumus petere administrationem Sacramentorum, & consequenter celebrationem Missæ, quamuis mortaliter simus certi, quod sit cum peccato ministraturus. 3 Ita Valent. *tomo quarto, summ. disp.* 3. *quæst.* 5. *pun.* 3. Exabreta 3. *par. quæst.* 64. *art.* 6. *disp.* 2. §. 4. *numero* 14. Ledesma *par.* 1. *summ. tract. de sacram. capite* 6. *conclus.* 10. Cartagena *de sacram. disput.* 7. *capite tertio*, *numero tertio.*

Secunda sententia docet, quod si adsit necessitas, vel vtilitas rationabilis, possumus petere ab eo 4 quem

quem ſcimus moraliter cum peccato celebraturum ſiue ſit paratus, ſit oon vt paratns, ſiue ſit Parochus ſiue oon ſit Parochus. Ita loquentes de miniſtratione ſacramentorum Sotus *in 4. diſt. 1. quaſt. 5. art. 6.* Nauarr. *cap. 14. manual. numero vigeſimo*, Suarez *diſp. 18. de ſacram. ſect. 1. concluſ. 1.* Conincb. *de ſacrament. quaſt. 64. art. 6. dub. 2. numero quadrageſimo quarto.* Bonac. *diſp. 1. de ſacrament. quaſt. 6. pun. 5. numero ſecundo*, Sayt. *de ſacrament. libro ſecundo, capite octauo, quaſt. 1. art. 2.* Palauſ. *par. 4. oper. moral. tract. 18. diſput. vn. pun. 15. numero tertio*, Henriquez *libro 1. ſum. cap. vigeſimo tertio, numero decimo tertio*, Nugnus *3. par. queſtion. 64. ar. 6. circa 2.* Naldus *in ſumm. verbo* Sacramentum *numero 5.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 9. numero octauo.* Trullencb. *libro 1. de ſacrament. cap. 5. dub. 4.* Caiet. *2. 2. quaſt. 64. ar. 6.* & in terminis de celebratione Miſſæ Fauſt. *libro ſecundo de Euchariſ. quaſt. 420.* Facundez *precep. 1. Eccleſ. 1. libro ſecundo. capite quinto, numero quinquageſimo tertio.* Facundez tamen & Fauſt. & alij ea citatis hoc tantum videntur admittere quaodo non adeſt alius, qui miniſtret ſacramenta aut Miſſam celebret.

5 Dicendum 1. *Poſſe nos petere celebrationem Miſſe ab eo, quem ſcimus cum peccato celebraturum, etiam ſi adſit alius, qui celebret, quando tenetur ad noſtram inſtantiam celebrare.* Ratiu eſt. Quia ea eo ſolom capite videmur non poſſe, petere, quod chariras obliget ad vitandum peccatum ptuaimi. Sed in hoc caſu charitas nun obligat. Quia non obligat, vt quis non vtatur iure proprio ob vitandum damnum alienum etiam ſpirituale, quando tale damnum vitari poteſt ab eo, qui illud ſubit: nam dum poteſt vitare, ipſe ſolus ſibi cauſa eſt, quod illud patiatur, Concurrunt enim in præſenti caſu ea vna parte damnum ſpirituale proaimi nempè peccatum, & ex alia ius petendi Miſſam, cum hoc tamen deſcrimine, quod petens Miſſam iuſte manutenere poteſt proprium Ius, & illo vti abſque vlla obligatiooe non vtendi: ex alia verò parte poteſt vitari peccatum per debitam diſpoſitionem ad celebrandum, & tenetur vitare, ſicut etiam tenetur celebrare vndè melius eſt cooditio petentis celebrationem tanquam vtentis Iure ſuo; quàm celebrantis, cum faciat contra dehitum ſuum; & ideò ſecundum ordinem charitatis venit præferendus, qui iuſtè procedit, quam qui ex pura malitia peccat, cum ſit ei omninò liberum non peccare. Quia chariras magis fauet boois, quàm malis, & exigit diligi magis illos, quam iſtos.

6 Confirmar. In tantum non poſſet petere in quantum præberet occaſionem ſcandali, & Charitas exigeret: illam tolli: ſed non præbetur nec ratione ſcandali tenetor abſtinere ab vſu ſui iuris. Nam petendu celebrationem Miſſæ non ſolum petit, quod ſanctum eſt, & quod legitimè fieri poteſt ſed etiam præbet occaſionem reſorgeodi à peccato ſaltem per contritionem, vndè, ſi oon reſurgit prouenit ex pura Malitia ipſius. Deindè quando ſcandalum oritur ex malitia, vt in præſenti, nun ſunt tempotalia dimittenda propter ipſum vitandum, vt docet D. Thom. 2. 2. *quaſt. quadrageſima tertia, ar. 8. in corpore*, & Ideò cum celebraturos ſit commiſſurus oouum peccatum ex pura ſua malitia noo tenetur, qui habet ius ad petendam celebrationem, illud dimittere, & non vti.

7 Dicendum 2. *Quando Miſſa audiri poteſt ab alio, non poſſumus petere celebrationem ab eo, quem ſcimus moraliter in peccato celebraturum, etiamſi ſit paratus celebrare.* Ratio eſt. Quia licet nun inducamus ad peccandum eò, quod ſit paratus, attamen, non adeſt ſufficiens motiuum, cur potius eligamus calebrationem illius, qui cum peccato eſt celebraturus, quàm alterius, qui eſt ſine peccato celebraturus, & proindè electio eſſet imprudens, & irrationabilis, & cum ſit in materia graui, erit etiam grauiter diſſona rectæ rationi, & conſequenter continebit granem turpitudinem atqoe adeò graoem malitiam. Confir. Quamvis peccatum celebrantis ſit totum ex eius malitia, attamen non ſequeretur, niſi ab ipſo peteretur Miſſa, & pruindè eſt in poteſtate petentis impedire tale peccatum non petendo Miſſam. Ergo ſi petit, quando poteſt audire ab alio, præfert offenſam Dei in aliena actione non offenſæ. Hoc autem eſt contra charitatem, qua tenemur diligere Deum quia ratione charitatis ſicut tenemur velle bonom Deo, ita teoemur diligere ea, quæ pertinent ad Deum & conſequenter velle bonum externum ipſius iuxta doctrinam D. Th. 2. 2. *quaſt. 23. ar. 1. ad 2.* Qui autem eligit, actionem offenſiuam Dei in comparatione alterius actioois oon offenſinæ abſque vllo rationabili motiuo, conuincitur, quod non vult bonum eaternum, quod pertinet ad Deum. Præſerim quia talis electio irrationabilis eſt, cum recta ratio dicket oppoſitum. Vndè cum ſimus in materia graui, graue quoque erit peccatum, quod etiam conſtat io amicitia humana. Nam faceret cootra legem amicitiæ, qui eligeret ſioe cauſa actionem gratuiter offenſiuam amici, qoando poſſet æquè benè idem obtinere ab alio ſine offenſione amici.

Dicendum 3. *Stante neceſſitate, aut vtilitate poſſumus petere Miſſam ab eo, qui eſt paratus, quamuis ſciamus, quod non celebrabit abſque peccato.* Hoc ſequitur ex communi doctrina, quod licet petere mutuom ab eo, quem ſcimus, noo daturum abſque vſutis. Eſt enim eadem ratio, quia vtrobique, qood petitur, præſtari poteſt abſque peccato; & ſolum ex malitia ſit cum peccato. Ratio verò eſt. Quia, vt dictum eſt *numero ſexto.* Non ſunt dimittenda bona temporalia ob vitandem ſcandalum quando naſcitur ex ſola malitia, & proindè non eſt negligenda neceſſitas, aut vtilitas, quæ ex aliqua actione percipi poteſt ea eo, qoud non ſit obtinenda, aut vitanda abſqoe alieno peccato, oriente tamen ex aliena malitia. 7

Et hoc extendendum eſt etiam ad illum, qui non eſt paratus celebrare, vt extenduot Sanchez, Palaus Coninch. Facundez, Trullench. & alij ex citatis pro ſecunda ſententia. Quia, quod petitur, in ſe eſt bonum, & poteſt ſine peccato præſtari: & ſolum per accidens, & maliria præſtabitur cum peccato. Imò poteſt eſſe motiuum reſurgendi à peccato, quatenus facit conſiderare obligatiooem dignè celebrandi. Ergo non indocit petitio ad peccandum, quia prima origo peccati eſt in praua voluntate aliena, non autem in petione. Et quamuis ceſſante petitione non eſſet ſacerdos celebraturus, & conſequenter vitandum peccatum, non tenetur tamen quis vitare, quaodo aliàs habet honeſtum motiuum operandi. 8

Coofirm. Petitio celebrationis eſt propter neceſſitatem; aut vtilitatem, vt ſopponitur, & proindè ea illo motiuo honeſto, quod reperitur in neceſſitate, aut vtilitate, à quo ſpecificatur. Ergo petitio, quantum eſt tum ex obiecto; tum ex motiuo eſt honeſta: Ergo nun poteſt, quantom eſt de ſe haberi pro ſcandaloſa itavt præbeat occaſionem ſcandali. Ergo, peccatum, cum quo eſt celebraturus ſacerdos, eſt mere ex ipſius malitia, non ſecus, ac ſi ſponte celebraret; non tenemur autem abſtinere ab honeſtis, quando ſolum ex pu- 9

ra aliena malitia sunt occasio scandali alioque in aliena malitia esset nobis damnosa, & læderet nostram libertatem circa bene operandum.

QVÆSTIO 1269.

An audiens Missam excommunicati, depositi, &c. satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Audiens, Missam excommunicati an satisfaciat præcepto*, & num. seq.
2 *Materia prohibita non potest esse illa, quæ alio præcepto præcipitur.*
3 *Circumstantia facit, quod materia secundum se præcepta sit prohibita.*
Ecclesia præcipit materiam cum iis circumstantiis, cum quibus possit mandari excommunicationi.
4 *Quando per opus peccaminosum possit impleri præceptum.*
5 *Diuersa ratio de indigna communione, & auditione Missæ excommunicati in ordine ad præceptum implendum.*

1 EAdem est ratio in omni casu, in quo audiens peccat, quia audit contra prohibitionem Ecclesiæ, qua prohibet talem Missam audiri. Quod autem satisfaciat præcepto tenet Dicastill. *de sacrament. tract. 5. disput. 5. dubio quarto, numero quadragesimo septimo.* Fundamentum est. Quia præceptum impleri potest per actum peccaminosum. Ergo licet audiat quis Missam, quam ab Ecclesia prohibetur audire, & proindè peccet, adhuc satisfaciet præcepto, quia exhibet substantiam operis præcepti. Confir. Præceptum communionis Paschalis iuxta probabilem opinionem impletur per communionem indignam, quæ tamen est prohibita, vt tradunt quamplures Doctores. Ergo etiam Præceptum audiendi Missam implebitur audiendo Missam, quæ prohibetur audiri.

2 Tenendum tamen est. *Quod audiens Missam Excommunicati aut alterius, quæ ab Ecclesia prohibetur audiri, non satisfaciat præcepto audiendi Missam.* Ratio est. Quia non impletur præceptum, nisi exhibeatur materia, quæ præcipitur, quia præceptum ponit, & exigit materiam, in qua est implendum, dum autem auditur Missa, quæ prohibetur ab Ecclesia audiri, non exhibetur materia iniuncta per præceptum neque enim Ecclesia iniungit, imò, nec potest iniungere, quod prohibet; alioquin sibi ipsi contradiceret volendo, & nolendo idem pro eodem tempore. Si ergo prohibet audiri talem Missam, non erit talis Missa materia, quam exigit & iniungit per præceptum.

3 Dices. Ecclesiam præcipere actum audiendi Missam secundum se, quam similiter secundum se non prohibet, licet prohibeat audire ab Excommunicato, &c. Et ideò, dum actus secundum se audiendi Missam exhibetur, quando auditur ab Excommunicato, satisfit præcepto. Sed hæc responsio non potest subsistere. Quia, licet præciperet actum audiendi Missam secundum se, prohibet tamen, vt determinatum ad circumstantiam talis personæ. Ergo ratione talis circumstantiæ mutatur materia, & fit inhabilis pro implendo præcepto, cum sit materia prohibita. Deindè Ecclesiæ præcepta habent pro obiecto illam materiam, quam iniungunt, prout in praxi exhiberi potest, & proindè cum omnibus circumstantiis necessariis ad executionem. Ergo non præcipit auditionem Missæ secundum se præcise, sed auditionem Missæ particularis in ordine ad celebrationem per particularem sacerdotem, quia alio modo non potest reperiri in rerum natura. Ergo in materia præcepta includitur etiam circumstantia personæ celebrantis; præsertim quia audire dicit relationem ad celebrantem. Ergo præcipit illius Missæ auditionem, seù celebratæ ab illa persona; cuius Missam non prohibet audiri. Et eò ipso, quod prohibet audire Missam alicuius personæ, non intendit, eam sibi exiberi pro adimplemento præcepti.

Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp. Tunc ad summum per opus peccaminosum posse impleri præceptum, quando peccatum relinquit, quod materia sit illa ipsa, quæ exigitur à præcepto, quod non contingit in præsenti, vt constat ex dictis, nam variatio circumstantiæ personæ celebratio ex materia exigita variat in prohibitam. Deindè quando præceptum exigit materiam tanquam actum virtutis, non implebitur per actum peccaminosum seù materiam; quæ desinet esse actus virtutis ratione alicuius circumstantiæ: quia non exhibebitur, quod iniungitur. Aliquando verò per actum peccaminosum non impletur præceptum sed cessat eius obligatio, vt si quis sub præcepto teneatur dare eleemosinam, & exhibitio eleemosinæ sit actus peccaminosus tunc ille actus facit cessare necessitatem, & consequenter etiam obligationem dandi eleemosinam, quia oritur ex necessitate. 4

Ad confirmat. Non impleri præceptum communionis, indigna communione, vt dixi *in Theol. moral. disput. 118. sect. 13. numero septuagesimo sexto*, Quicquid tamen sit, non potest ex hoc probari quod satisfaciat præcepto audiendi Missam, si audiatur ab eo, qui prohibetur celebrare, quia ex incerto non potest deduci nisi incertum, non autem stabiliri. Accedit etiam, quod est dispar ratio, nam indigna communio in foro externo non apparet, nisi vt communio, non autem vt indigna, & ideò Ecclesia, quia non iudicat de occultis, illam potest admittere, tanquam adimplentem præceptum. At conditio Missæ illius, qui prohibetur celebrare in foro quoque externo habetur pro prohibita, & ideò tanquam tendens contra prohibitionem Ecclesiæ non potest acceptari tanquam adimpletiua præcepti ab Ecclesia, à qua prohibetur. 5

QVÆSTIO 1270.

An præceptum obliget ad audiendam integram Missam.

SVMMA.

1 *Tota Missa audienda ratione præcepti.*
2 *Id Statuitur à iure.*
3 *Neque pars minima sine peccato omitti potest.*
4 *Quod est mortale vel veniale iuxta quantitatem partis.*
5 *Præceptum impletur non audita parte non notabili.*

6 Euange

6 *Euangelium S. Ioan. an sit pars Missæ.*
7 *Euangelium S. Ioan. recitatur ex institutione Ecclesiæ sed completa Missa.*
8 *Discedere non expectata beneditione post Missam, an & quale peccatum.*

1 COnueniunt communiter Doctores, quod quantum est ex vi præcepti tota, & integra Missa audienda sit. Ita specialiter Angelos *verbo* Missa *numero quadragesimo secundo*, Tabiena *numero quinquagesimo primo*, Syluester *verbo Missa* 2. *numer. primo*, D. Antonin. *secunda par. titulo* 9. *capite decimo*, §. *secundo*, Azor. *par. prima*, *libro septimo*, *capite tertio*, *quæst. secunda*, Henriquez *libro nono*, *summ. capite vigesimo quinto*, *numero septimo*, Graf. *par. prima*, *decis. libro secundo*, *capite trigesimo quarto*, *numero tertio*, Suarez *disput.* 88. *de Eucharis. sect. secunda*, Molfes. *par. secunda*, *summ. tract.* 4. *capite decimo septimo*, *numero trigesimo primo*, Facundez *præcep.* 1. *Eccles. libro secundo*, *capite sexto*, *numero primo*. Lugo Cardin. *disput.* 22. *de Eucharis. sect.* 1. *numero tertio*, Marchin. *de sacrament. ordin. tract.* 3. *par. tertia*, *capite decimo septimo*, *numero quinto*. Marchin. *de sacrament. disp. quadragesima*, *sect.* 9. Dicastil. *tract.* 5. *de sacrament. disput. quinta. dub. primo*, *numero secundo*, Leander *in præcept. Eccles. tract.* 1. *disput. prima*, *quæstion. vigesima nona*, Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *capite secundo*, *numero duodecimo*, Faustus *libro secundo de Eucharis. quæst.* 384. Præposit. *tertia part. quæstion.* 83. *ar.* 6. *dubio quarto*, *init.* Nugn. *dubio secundo*, *de præcep. audiend. Mis. conclus.* 3. Mercer. *de sacrament. quæstion. octuagesima tertia*, *art.* 6. *dub. quarto*, ver. *Respondetur tertio.* Auersa *quæstion. vndecima*, *de Eucharis. sect.* 19. ver. *sexto* Trulleoch. *libro tertio*, *in* Decal. *capite* 4. *dub. quinto*, *numero septimo*, Francis. Lugo *libro quinto*, *de sacram. capite decimo quarto*, *quæst.* 4. *num.* 58.

2 Desumitur ex Cap. *omnes fideles de consecrat. dist.* 1. vbi dicitur quod qui non perseuerat in oratione vsquequo Missa peragitur, conuenit communione priuari, & ex Cap. *Missas. eadem Dist.* ibi *Missas. die dominico sæcularibus totas audire speciali ordine præcipimus.* Et quamuis sit canon Concilij Prouincialis, adhuc tamen declarat obligationem, quia supponit adesse, & corrigit abusum nouo præcepto non audiendi integram Missam. Et ratio est. Quia præceptum obligat ad audiendam, & proindè materia præcepti est Missa secundum omnes suas partes, quia omnes veniunt appellatione Missæ, seù Missæ trahit secum omnes suas partes.

3 Ex quibus deducitur quod neque minima pars sine peccato omitti poterit, vt desumitur ex Cap. *cum ad celebrandum* de *consecrat. Distinct.* 1. ibi *Populus non ante discedat, quàm Missa solemniter compleatur* & Cap. *Missas eadem Dist.* præcipitur, quod Ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat, quod si fecerit ab Episcopo publicè confundatur. Ex quibus satis constat quod nulla pars omitti potest sine peccato. Ratio est. Quia, dum præceptum pro materia habet totam, & integram Missam, quælibet quoque pars cadit sub præcepto. Ergo qualibet Missa violatur præceptum, quatenus non ponitur totum, quod est ponendum.

4 Secundò infertur. Quod omissio partis Missæ erit mortale, vel veniale, prout pars erit notabilis, vel parua, vt notant Doctores *numero primo*, citati, cum enim Missa sit quoddam quantitatiuum artificiale, quamuis constet ex partibus hæterogeneis, habet tamen partes notabiles, & non notabiles, seù exiguas, & ideò omissio audiendi partem Missæ potest esse grauis, si sit de parte notabili, aut leuis si sit de parte exigua & consequenter peccatum mortale vel veniale.

Tertiò infertur. Quod satisfaciat præcepto audiendi Missam, qui omittit audire partem non notabilem, vt docent communiter Doctores, præsertim *numero primo*, citati, & in specie Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disput.* 1. *quæst. trigesima*. Quia exhibet secundum substantiam materiam præceptam. Quamuis enim illi desit pars aliqua exigua, non per hoc desinit esse Missa, proinde verificatur, quod audiat Missam. Nec obstat, quod in Cap. *Missas. de consecrat. dist.* 2. statuatur, quod egrediens ante benedictionem sacerdotis publice confundatur ab Episcopo. Quia per confusionem intelligitur reprehensio, quæ tunc fuit necessaria ad tollendum abusum relinquendi Missam ante benedictionem, quia licet non obstaret adimplimento præcepti, erat tamen dedecens. 5

De vltimo Euangelio S. Ioann. dubitatur, an sit pars Missæ. Est autem certum apud omnes, quod non sit pars notabilis & proindè non esse peccatum graue non interesse, dum legitur. An autem sit pars saltem non notabilis. Quod sit pars Missæ tenent Dicastil. *tract. quinto*, *de sacrament. disput.* 5. *dubio secundo*, *numero decimo octauo*, Leander *in præcept. Eccles. tract. secundo*, *disput. prima*, *quæstione quadragesima nona*, ver. *sed probabilius*, & affertur Rubr. Missal. *titul. decimo tertio*, vbi dicitur. *Dictu placeat*, *&c. datur benedictio*, *quæ à celebrante semper datur in Missis defunctorum. Deindè legitur Euangelium S. Ioan. In principio*, *præmisso Dominus nobiscum*, *& Initium*, *vt moris est quod Euangelium nunquam prætermittitur in Missa*, *nisi quando sit de Festo in aliqua Dominica*, *vel feria*, *quod habet Euangelium proprium*, *quod sequitur eius loco.* 6

Verum ex hac Rubrica non colligitur, quod sit pars Missæ, nam quod semper dicatur, & nunquam omittatur, nisi aliud Euangelium sit legendum, non infert, quod sit pars Missæ, cum adhuc legi possit tanquam quædam appendix Missæ. Et proindè non esse partem Missæ, tradunt Suarez *disput.* 88. *de Eucharis. sect. secunda*, vers. *Addit vero.* Facundez *præcep.* 1, *Eccles. libro secundo*, *capite sexto*, *numero septimo*, Trullench. *libro tertio*, *in Decal. capite primo*, *dub. quinto*, *numero decimo quinto*. Lugo Cardinal. *disput.* 22. *de Eucharis. sect.* 1. *numero tertio*. Et alii plures. Et valdè probabilis coniectura desumitur ex eo, quod quamuis ex institutione Ecclesiæ recitetur, attamen recitatur post licentiatum populum, & data benedictione. Illa enim verba *Ite. Missa est*, declarant Missam esse completam, & proindè quicquid superadditur, non esse partem Missæ vndè cum ex Institutione Ecclesiæ sit superaddita recitatio dicti Euangelij post dictum *Ite. Missa est*, voluit declare Ecclesia, quod non fuit superadditum tanquam pars, sed solum tanquam extrinseca appendix, & ideò, qui eiusdem lectioni non interesset, quantum est ex vi præcepti audiendi Missam, neque venialiter peccaret. 7

Hinc autem resolui potest alia difficultas, an scilicèt sit peccatum veniale discedere ante benedictionem sacerdotis in fine Missæ. Et quamvis in Cap. *Missas. de consecrat. Dist.* 1. prohibeatur sub pœna publicæ confessionis, quod quis non egrediatur ante benedictionem Sacerdotis, attamen hoc non infert peccatum graue, quia ita fuit sancitum in Concil. Agathense quod fuit prouinciale: tum etiam quia ita exigebat abusus discedendi 8

dendi ante benedictionem sacerdoris, vt scilicet aliqua pœna prohiberetur. Erit ergo solum peccatum veniale non interesse benedictioni; Nam benedictio est vltimum complementum Missæ. Quamuis enim Populus licentietur per *Ite Missa est.* tamen non est plena licentiatio, quovsque accedat benedictio: proindè benedictio est pars Missæ completiua.

QVÆSTIO 1271.

An si quis non intersit consecrationi, & intersit omnibus aliis partibus, satisfaciat precepto.

SVMMA.

1 *Si quis non intersit consecrationi, sed omnibus aliis partibus an impleat preceptum* & num. seq.

3 *Missa iniungitur audienda ratione sacrificij.*

4 *Non assistere parti substantiali sacrificij impedit implere sacrificium.*

5 *Assistens consecrationi vnius speciei, & non alterius impedit implere preceptum*

6 *Assistens consecrationi vnius tantum speciei peccat grauiter contra preceptum audiendi Missam.*

1 PArtem affirmatiuam tradit Gaspar Hurtad. *disput. 5. de sacrif. Mis. difficult.* 1. ver. *Inde omissio* Gabr. à S. Vincen. *de sacram. disput. 3. de sacrific. Mis. quæstion. octaua,* vers. *sed petes primo,* & in hanc partem inclinant Suarez *disput* 88. *de Eucharis. sect. secunda,* ver. *vltimo denique.* Facundez *precept. 1. Eccles. libro secundo, capite sexto, numero decimo quarto,* in fine. Dum dicunt, quod non est iniiciendus scrupulus, si quis non interesset consecrationi. Et quoad rudes eam amplectitur, Garzia, *in summ. tract. 4. difficul. 3. dubio secundo, numero secundo.* quia nesciunt distinguere inter partes essentiales, & non essentiales. Et probabilem putat Lugo infracitand. Nullum aliud habet fundamentum hæc opinio, nisi quod non videtur pars notabilis, si soli consecrationi quis non assistat.

2 Tenendum est tamen absolutè. *Quod non satisfaciat precepto qui non interuenit consecrationi:* & proindè peccare mortaliter, si non audiat aliam Missam. Ita Ledesma *part. secunda, summ. capite vigesimo septimo, de Eucharis. conclus.* 4. ver. *vltima mente* Henriquez *libro nono, summ. capite vigesimo quinto, numero septimo,* qui alios citat Reginal. *libro decimo nono, Praxis fori pœnit. numero vigesimo quarto,* ver. *Quoad partes* Bonac. *disput. 4. de sacramen. quæst. vlt. pun.* 11. *numero decimo quarto,* Coninch. *de sacrament. quæstion. 86. art. 6. numero ducentesimo octuagesimo quinto,* Nugnus *tertia par. ar. 6. quæstion. 82. ar. 6. dubio secundo, de precep. audiendi Missam post 3. conclus.* ver. *Alij verò dicunt.* Mercer. *de sacramen. quæst. 83. ar. 6. dubio quarto, post. 3. respons. not.* 4. Molfes. *par. prima, summ. tract. 3. capite decimo septimo, numero quadragesimo nono,* Lugo Cardin. *disput. 22. de Eucharis. sect. 1. numero quarto,* Candid. *disquisit. 25. ar. 29. dubio nono,* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disputat. quinta, dubio tertio, numero trigesimo sexto,* Marchant. *in quæstion. pastorali b. de sacram. tract. 4. capite sexto quæstion. quarto.* Trullench. *libro tertio, in Decal. capite primo, dub. quinto, numero decimo,* Gesual. *de sacram. tract. 17. capite secundo, numero decimo octauo* Leander *in precep. Eccles. tract. 2. disp. prima, quæstion. 43.* ver. *sed probabilius* Auersa *quæst. 12. de Eucharis. sect. 19.* ver. *Rursus non esset* Francisc. Lugo *libro quinto, de sacramen. cap. 14. quæst. 6. numero 67.* ver. *Ego censeo. in fine.*

Ratio est. Quia Missa injungitur audiri ratione sacrificij, quod in ea offertur: hoc enim est illud, quod per se primo exigit assistentiam ratione præcepti, & feria sexta Parasceues, si in ea incidat Festum Annunciationis B. V. non obligat præceptum assistendi officio, quod loco Missæ de præsanctificatis celebratur, non alia ratione, nisi quia non offertur sacrificium, vt in superioribus dictum est ex declaratione S. Congregat. Hoc enim præceptum positum est, vt quilibet mediante Sacerdote offerat Deo sacrificium iuxta obligationem legis diuinæ, & naturalis. Ergo qui non assistit Missæ tempore consecrationis, non assistit oblationi sacrificij, quæ consistit in consecratione, & consequenter non assistit illi parti, ratione cuius primò, & per se imposita est obligatio. Ergo non satisfaciet præcepto, quia non implet in eo, in quo primo, & per se obligat. 3

Et hoc locum habet, etiam si essentia sacrificij non consisteret in consecratione, sed in consumptione. Nam adhuc consecratio, tanquam factiua victimæ consumendæ pertineret ad substantiam sacrificij, & esset veluti fundamentum illius, & ideò qui non assisteret consecrationi, non assisteret parti principalissimæ sacrificij pertinenti ad illius substantiam. Constat autem apud omnes, quod non satisfacit. Confir. Ecclesia iubet assistere Missæ ratione sacrificij, quod in ea offertur. Ergo iubet assistere sacrificio, quatenus sacrificium, & cæteris partibus tantum ratione oblationis sacrificij. Ergo non assistere parti notabili sacrificij impediet adimpletionem præcepti, quia sicuti sublata parte substantiali nun remanet sacrificium completum substantialiter, ita etiam, nec remanet adimpletum substantialiter præceptum, quia non exhibetur res præcepta secundum substantiam. 4

Ex quibus infertur. Quod si quis assisteret consecrationi vnius speciei, & non alterius, non assisteret sacrificio, & consequenter, neque impleret præceptum. Nam sicuti in consecratione vnius speciei non saluatur essentia sacrificij, ita nec etiam illi assistens, assistit sacrificio. Rursus sicut in quali bet materia non impletur præceptum, si materia præcepta non exhibeatur secundum aliquam partem substantialem notabilem, vt etiam communiter docent omnes de ipsa Missa. Ita nec adimplebitur præceptum assistendi si desit assistentia consecrationi alterius speciei, quia deficiet respectu partis notabilis substantialis, & essentialis. 5

Quod autem spectat ad praxim. An possit excusari à peccato graui qui non assistit consecrationi vtriusque speciei, aut alterius tantum sequendo opinionem contrariam tanquam probabilem, difficilè mihi videtur, quod excusari possit. Nam certum est, quod non assistendo parti notabili Missæ, non adimpletur præceptum, & in hoc conueniunt communiter Doctores. Rursus etiam certum est, quod pars notabilis, non solum dicitur secundum quantitatem, sed etiam secundum principalitatem, & in hoc etiam conueniunt communiter. Denique certum est etiam, quod quælibet pars substantialis Missæ est pars notabilis, quia sine ipsa sacrificium remanet substantialiter imperfectum: & in hoc etiam communiter conueniunt. Vndè consequitur, quod, non assistens parti substantiali sacrificij, non exhibeat totam materiam præceptum, sed deficientem in parte substantiali, & notabili; quod impedit 6

adim

adimpletionem præcepti, sicuti impediret, si pars notabilis eorum quæ recitantur omitteretur.

QVÆSTIO 1272.

An qui non assistit consumptioni sacrificij adimpleat praeceptum audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Non assistens consumptioni an impleat praeceptum audiendi Missam*, & num. seq.

3 *Non assistens consumptioni relinquit partem notabilem.*

Eadem ratio, quoad rudes, & doctos, circa assistentiam respectu consecrationis, & consumptionis.

1 PRima sententia asserit, adhuc adimplere. Ita Hurtad. *de sacrament. disputat. quinta, de sacrific. Miss. difficul. prima, in fine* Caspens. *par. secunda, Curs. Theol. tract. 23. disputat. quarta, sect. 2. numero decimo sexto*, Perlizaar. *tomo primo, Manual. tract. 5. capite quarto, sect. 2. numero quinquagesimo*, Leander *in precept. Eccles. tract. 2. disputat. prima, quastion. quadragesimo quarto*, vers. *sed probabilius.* citatur etiam Lugo Cardin. *disput. vigesima secunda, de Euchar. sect. 1. numero quarto*, Sed non satis se explicat, & potius indicat contrariam opinionem sequi, dum dicit, quod, non debet iudicari de absentia temporæ consecrationis, vel solius communionis secundum mensuram temporis correspondentem, sicuti si tanto tempore defuisset, quando legitur epistola, vel orationes, quia sunt partes valdè hæterogeneæ. Fundamentum huius sententiæ est. Quia secundum se est pars exigua Missæ, & aliàs in ipsa non consistit essentia sacrificij.

2 Secunda sententia asserit, non satisfacere præcepto, qui non assistit communioni. Ita Henriquez *libro nono, summ. capite vigesimo quinto, numero septimo*, Ledesma *part. secunda, summ. capite vigesimo quarto, conclus.* 4. vet. *ultimamente* Coninch. *de sacrament. quastion. octuagesima tertia, ar. 6. numero ducentesimo octuagesimo quinto*, Nugo. 3. *par. quastion. 83. ar. 6. dubio secundo, de precept. audiend. Miss. post. conclus. tertiam*, vet. *Alij verò* Bonacina *disputat. quarta, de sacramen. quastion. ultim. punt. undecimo, numero decimo quarto*, Moisés. *par. prima. sum. tract. 3. capite decimo septimo, numero quadragesimo nono*, Candid. *disquisit vigesima quinta, ar. 49. dubio sexto*, Auersa *quastion. undecima, de Eucharis. sect. 19.* ver. *Rursus non esset.* Francisc. Lugo *libro quinto, de sacrament. capite decimo quarto, quastion. sexta, numero septuagesimo septimo*, ver. *Ego censeo* in fine.

3 Et hæc sententia est tenenda, & si essentia sacrificij non consistat in consumptione, quamuis enim consumptio, non sit pars essentialis, nec tamen est pars ritualis, quales sunt cæteræ partes Missæ; sed est pars pertinens ab substantiale complementum sacrificij ex institutione christi. Et est adeò necessaria, vt debeat sacrificium consumi ab alio sacerdote, etiam si non sit ieiunus, si contingat, quod non possit consumi ab eo, qui obtulit. Ergo qui non interest consumptioni, relinquit partem notabilem, & principalem considerata natura sacrificij, itavt non intersit integro sacrificio substantiali, & proindè non implet præceptum; sicut non impleret, si relinqueret partem notabilem ex ritualibus. Nec obstat, quod duret breui tempore, quia non attenditur quantitas, sed dignitas, & imperfectio, quæ defectu talis partis esset in sacrificio.

4 Ex his infertur contra Garziam *in summ. tractat. 4. difficult. 3. dubio secundo, numero secundo*, in fine. Esse eamdem rationem quoad doctos, & rudes circa omissionem consecrationis, aut consumptionis. Nam si sunt partes notabiles secundum se, itavt ipsis non interesse, sit peccatum graue ratione grauitatis materiæ, erit tale, tam respectu docti, quam respectu rudis. Si verò ratione materiæ non est peccatum graue, neque etiam erit tale respectu hominis Docti. Et solum illud erit discrimen, quod rudis poterit facile excusari ratione bonæ fidei, si non percipiat grauitatem materiæ; quod tamen poterit difficile contingere respectu consecrationis, quia adorandum proponitur adstantibus corpus, & sanguis Christi, & omnes percipiunt, quod illa adoratio, & interessentia temporis consecrationis sit actus principalissimus qui exerceatur in auditione Missæ.

QVÆSTIO 1273.

An, qui non interest consecrationi, aut communioni, quia scilicet recedat ob seruitium celebrationis, satisfaciat precepto.

SVMMA.

1 *Ministri ratione seruitij debent adesse tempore consecrationis.*

2 *Celebrans non debet relinqui à ministro tempore præsertim consecrationis.*

3 *Si minister recedat tempore consecrationis ob seruitium celebrationis, an satisfaciat precepto.*

4 *Exercens actionem concernentem celebrationem, non censetur abesse, licet discedat ab altari.*

5 *Discedens ad pulsandas Campanas tempore consecrationis adhuc implet præceptum.*

SEruitium Missæ non exigit aliquid pro illo tempore quod cogat abesse ministros à consecratione aut communione, imò ratione muneris, quod in seruitio Missæ exercent, debent esse præsentes præsertim consecrationi, vt constat ex praxi. Si enim seruitium Missæ exigeret, quod aliquis recederet, non impediretur, quin satisfaceret præcepto, quia assisteret Missæ eo modo, quo debet assistere exercendo proprium munus. Vnde solum per accidens contingere potest quod non intersit quia scilicet, casu aliquo desit quid necessarium pro celebratione, quod debeat parari accedendo ad sacristiam. 1

In quo casu est aduertendum. Quod si non adsit alius Minister, nullo modo debet tempore consecrationis relinquere celebraotem, non solum, vt intersit illi principalissimæ parti sacrificij, sed etiam, ne desetat sacerdotem, quando solos ministrat; sed expectare debet, quod sit peracta consecratio, etiam si deberet Sacerdos modico tempore expectare. Nam solum potest contingere, quod desit vinom, seu qua pro ablutione, aut purificatorium, quorum procuratio differ- 2

ri poteſt poſt peractam conſecrationem. Cum enim Eccleſia requirat miniſtrum inſeruientem celebranti cum magno vigore, itavt non liceat abſque ipſo celebrare, niſi ex graui cauſa, non debent remanere abſque Miniſtro, dum fungitur principali actione, vt poſſit preſto eſſe quocunque caſu tunc recurrente. Facilius tamen poteſt adeſſe neceſſitas non aſſiſtendi communioni, & facilius etiam omitti poteſt aſſiſtentia.

3 Si tamen contingat caſus, quod ob ſeruitium Miniſterij quis non interſit conſumptioni, aut etiam conſecrationi ſatisfacere præcepto audiendi Miſſam, ſi accedat interim ad ſacriſtiam, aut ad alium locum Eccleſiæ, tradunt Tabiena *verbo* Miſſa *numero quinto*, Henriquez *libro nono*, *ſumm. capite vigeſimo quinto*, *numero octauo*, Sà *verbo* Miſſæ auditio *numero ſecundo*, Bartholom. ab Angelo *tract. de Miſſa* §. *ſeptingenteſimo octuageſimo primo*, Bonacin. *diſputat. quarta de ſacramen.. quæſtion. vltima par. vndecima*, *numero decimo octauo*, Graf. *par. prima*, *Deciſ. libro ſecundo*, *capite trigeſimo quinto*, *numero vndecimo*, Laiman. *libro quarto*, *theol. moral. tract. primo*, *capite quinto*, *numero ſeptimo*, & *tract. ſeptimo*, *capite tertio*, *numero tertio*, ver. *Illud quoque* Villalob. *par. prima ſumm. tract. octauo*, *difficul. trigeſima quinta*, *numero quinto*, Lugo Cardin. *diſput. vigeſima ſecunda*, *de Euchariſ. ſect. prima*, *numero quarto*, Dicaſtil. *de ſacrament. tract. quinto*, *diſputat. quinta*, *dub. tertio*, *num. quadrageſimo ſecundo*, Candid. *diſquiſit.* 25. *ar.* 29. *dubio nono*, Trullench. *libro tertio in Decal. capite primo*, *dubio quinto*, *numero duodecimo*, Leander *in præcept. Eccleſiæ tract. ſecundo*, *diſputat. prima*, *quæſtion. quadrageſima quinta*, Aueſa *quæſtion. vndecima*, *de Euchariſ. ſect. decima nona*, ver. *Rurſus cum eſſet* Franciſc. Lugo *libro quinto*, *de ſacrament. capite decimo quarto*, *quæſtion. 6. numero ſextuageſimo ſeptimo*, verſ. *Ego cenſeo*.

4 Et hæc ſententia valdè probabilis eſt. Quia qui recedit ob ſeruitium celebrationis Miſſæ ita exigengente aliquo caſu neceſſitatis, adhuc occupatur, in Miniſterio Miſſæ: & exercet actionem, per quam peculiari modo concurrit ad oblationem ſacrificij. Ergo non cenſetur abeſſe, ſi diuertat ad ſacriſtiam, aut alium locum, nam adhuc ipſa diuertio eſt ſeruitium celebrationis, & aſſiſtentia non conſiſtit quoad Miniſtros in preſentia locali formaliter, ſed tantum materialiter, quia formaliter conſiſtit, in exhibitione ſeruitij, ſeù Miniſtratione: quæ cum remaneat, licet deficiat præſentia localis, cenſetur adhuc adeſſe formalis aſſiſtentia.

5 Ex quibus infertur, eum, qui tempore conſecrationis diuertit ad pulſandas campanas, quando ex conſuetudine pulſari ſolent, dum Corpus, & Sanguis Chriſti proponuntur adſtantibus adorandam, non impediri per hoc, quin ſatisfaciat præcepto audiendi Miſſam. Nam hæc diuerſio eſt in actuale ſeruitium ordinatum ad celebrationem, & propterea manutenet aſſiſtentiam, quæ in eo, conſiſtit, quod quis actualiter inſeruiat celebrationi Miſſæ in iis, quæ ſunt actu neceſſaria iuxta ritum, aut conſuetudinem celebrationis. Et ita inter alios notat Henriquez *lib. 9. ſum. cap. 25. num.* 8.

Qvæstio 1274.

An, qui tempore conſecrationis vel conſumptionis exit ab Eccleſia ad procurandum aliquid neceſſarium ſatisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Egrediens ab Eccleſia pro ſeruitio celebrationis tempore conſecrationis, an impleat præceptum*, & num. ſeq.

3 *Qualiter requiratur præſentia localis pro morali aſſiſtentia.*

4 *Egreſſio ab Eccleſia non poteſt eſſe pro actuali ſeruitio celebrationis.*

5 *Egrediens ab Eccleſia, &c. non implet præceptum.*

Maior difficultas eſt, ſi quis diuertat extra Eccleſiam ad procurandum aliquid neceſſarium pro celebratione, quod antea non fuit preparatum, & non interſit conſecrationi, aut conſumptioni, in quo caſu non conueniunt Doctores. Quidam enim putant, adhuc ſatisfacere præcepto. Ita Leander *in præcep. Eccleſiaſ. tract.* 2. *diſput.* 1. *quæſtion quadrageſima ſexta*. verſ. *ſed probabiliter* Dicaſtil. *de ſacr. tract.* 5. *diſput. quinta dub. tertio*, *numero* 42. Et Leander citat Henriquez *libro* 9. *ſumm. cap.* 25. *numer* 8. Qui tamen non loquitur in præſenti caſu, quando diuerſio eſt extra Eccleſiam, ſed quando quis diuertit pro afferendo vino, thure, pro pulſandis campanis, &c. citat etiam Candidum *diſquiſit.* 25. *ar.* 29. *dub.* 9. ſed neque ipſe loquitur in hoc caſu, ſed ſolum, quod inſeruientes Miſſæ ſatisfaciunt, etiam ſi non aſſiſtant integræ Miſſæ. 1

Secunda tamen ſententia aſſerit, quod diuertentes extra Eccleſiam non ſatisfaciant, ſi non ſint præſentes tempore conſecrationis, & idem dicendum eſt etiam de tempore conſumptionis quoad eos, qui tenent non aſſiſtentes conſumptioni non ſatisfacere præcepto Ita Bonac. *diſput.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 11. *num.* 18. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. Molfeſ. *par.* 1. *ſumm. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 49. Palauſ. *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *diſput. vn. pun.* 16. *num.* 7. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 12. Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14 *quæſt* 6. *num.* 67. ver. *Ego cenſeo* in fine. 2

Et hæc ſententia eſt tenenda. Primò quidem, quia dum quis diuertit extra Eccleſiam, non retinetur fundamentum moralis aſſiſtentiæ, quod eſt eſſe in loco ſaltem annexo Eccleſiæ & deputato pro ſeruitio in ordine ad celebrationem. Hoc enim ſufficit, & eſt neceſſarium ad fundandam moralem aſſiſtentiam, quia hæc requirit ſaltem aliqualem præſentiam corporalem. Quando autem diuertitur extra Eccleſiam, deſtruitur præſentia corporalis, atque adeò fundamentum moralis aſſiſtentiæ. 3

Secundò. Quia in tantum diuerſio, ad alium locum non officit, quin adimpleatur præceptum in quantum non interrumpitur moralis aſſiſtentia, & in tantum non interrumpitur, in quantum illa diuerſio eſt pro ſeruitio celebrationis quoad ea, quæ ſunt neceſſaria in ipſa celebratione, & non eſt circa ea, quæ debuerunt præparari pro celebratione, ſed Miniſtrari in ipſa celebratione. Quamuis diuerſio ad ſacriſtiam, verbi gratia, proueniat, ex eo, quod non præceſſerit ex aliqua negligentia, ſeù obliuione plena preparatio. Quando autem egrediendum eſt ab Eccleſia, illa diuerſio non eſt pro actuali ſeruitio Miſſæ, ſed pro præparatoriis, quæ 4

præce

præcedere debent celebrationem Missæ & ideò non sit actio inseruiens pro apparatu, quamuis accidentaliter sit necessaria pro tempore, in quo celebratur, non autem actio concernens Ministerium actualis celebrationis, non potest manutenere, moralem assistentiam fundatam in eo, quod quis maneat addictus Ministerio actualis celebrationis. Ex quibus constat quod non eadem ratio in hoc casu, ac de casu de quo in *praced. quest.* sicut supponit Leander.

5 Ex dictis colligitur. Egredientem ab Ecclesia ad parandum aliquid necessarium pro celebratione, si non auditer Missam integram, quia causa diuertendi est talis vt valeat excusare. Non tamen satisfaciet, præcepto, quia reuera non assistit moraliter parti necessariæ. Et ideò si adsit commoditas tenetor audire aliam Missam, quia quaodo impedimentum non durat per totum tempus matutinum, vrget præceptum pro eo tempore, in quo non adest impedimentom, si adsit commoditas audiendi.

QVÆSTIO 1275.

An qui non interest oblationi verbali sacerdotis satisfaciat pracepto.

SVMMA.

1 *Qui non est prasens oblationi verbali an impleat praeceptum audiendi Missam,* & num. seq.
3 *Qui non interuenit oblationi verbali post consecrationem, si assistat aliis partibus; implet praceptum.*
Oblatio post consecrationem est tantum ritualis.
4 *Quid Latini exegerint à Gracis circa oblationem, quæ fit post consecrationem.*
5 *Non assistens prima oblationi verbali implet praeceptum, si aliis partibus assistat.*

1 QVi tenent, essentiam sacrificij consistere in oblatione verbali, deberent etiam tenere, quod non interneniens ipsi non satisfaciat præcepto, quia non interueniret substantiæ sacrificij. Quicquid tamen de hoc sit. Prima sententia tenet, quod non satisfaciat. Ita Bonacina *disputat. 4. de sacrament. quast. vlt. pun.* 11. *numero decimo quarto*, Candidus *disquisit.* 25. *ar.* 29. *dubio sexto, dicto* 7. Citatur etiam Nugn. *tertia par. quast.* 83. *ar.* 6. *dubio secundo, de pracept. audiend. Mis. post.* 3. *conclus.* sed non loquitur de oblatione verbali, sed tantum de consecratione, excommunione citar. etiam Coninch. *de sacrament. quastion.* 83. *ar.* 6. *numero ducentesimo octuagesimo quinto*, vbi nihil de hoc dicit. Citatur etiam Trullench. *libro tertio, in Decal. capite primo, dubio quinto, numero decimo*, non tamen loquitur de sola oblatione verbali, sed de hac simul cum consecratione, & communione; Fundamentum hoius sententiæ est, quia oblatio verbalis est pars principalis, & videtur in ipsa incboari sacrificium, quamuis non sit pars essentialis.

2 Secunda sentẽtia tenet, quod satisfaciat præcepto, qui non interest oblationi verbali Sacerdotis, si tamen intersit reliquis partibus. Ita sentire debent ij Doctores, qni tenent oblationem verbalem non esse partem essentialem, nec pertinere ad sobstantiam sacrificij, sicut pertinet consumptio. In terminis autem ita tradit Leander *in pracept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quast.* 42. ver. *sed longè*.

3 Dicendum est igitur. *Eum qui non interuenit oblationi verbali, satisfacere pracepto, si intersit partibus.* Intelligitur autem de oblatione verbali, quæ fit post consecrationem, de qua intelliguot Doctores citati, quæ consistit in illis verbis. *Offerimus praclara maiestati tua, &c.* Et ratio est. Quia hæc oblatio, non est oblatio substantialis sacrificij, sed mere ritualis. Vodè in sacrificio, quod Christus obtulit Patri in vltima cœoa non adfuit huiusmodi oblatio, & tamen adfuit vera oblatio substanstialis sacrificij. Et ideò interueniens ipsi omittit partem aliquam ritualem, & proindè non impeditur adimplementum præcepti.

Quod etiam confirmari potest ex actis Concil. 4
Florentin. Nam cum adesset suspicio, quod Græci sentirent, quod in dicta oblatione, & illis verbis, quæ ipsi recitant post prolationem verborum Christi, Latini, qui secundum Catholicam fidem sentiunt consecrationem fieri post verba Cristi, voluerunt, quod Græci declararent, quod non sentirent consecrationem consistere in tali oblatione verbali. Ergo secundum veram fidem oblatio illa verbalis non pertinet ad substantiam sacrificij, quia tantum pertinere posset secundum quod significat, atque adeò tanquam oblatio. Et ideò non omittitur pars substantialis, dum quis ipsi non interest.

Ex quibus à fortiori infertur, quod absens, quan- 5
do fit prima oblatio verbalis ante præfationem, dummodo antecedentibus, & subsequentibus partibus intersit, adhuc impleat præceptum. Illa enim oblatio non est oblatio sacrificij, sed materiæ, ex qua conficiendum sacrificium, & importat tantum quandam preparationem illius, & quandam ritualem sanctificationem, & ideò non pertinet ad substantiam sacrificij, sed est pars ritualis: ita tamen, vt ab ipsa incipiat sacrificium rituali modo; cum cœteræ partes præcedentes contineant tantum preces, & recitationem. Imò hæc oblatio est minus principalis, quàm illa, quæ fit post consecrationem, quia hæc versatur circa corpus, & sanguinem Christi, atque deò circa substantiam sacrificij, seù potius rei oblatæ, licet sit tantum ritualis.

QVÆSTIO 1276.

An tertia pars Missæ omitti possit absque peccato mortali.

SVMMA.

1 *Quæ tertia pars Missa non possit omitti sine peccato.*
2 *Introitus est pars ritualis Missa.*
3 *Inter partes rituales Missa, alia magis, alia minus principales.*
4 *Qui omittit audire tertiam partem Missa, non implet praceptum.*
5 *Defectus tertia partis in compositis heterogeneis destruit integritatem compositi.*
6 *Praeceptum obligat non solum ad substantiam sacrificij, sed etiam ad totam Missam ritualem.*

IDem est, ac si quæratur, vt non interuenieos ter- 1
tiæ parti Missæ satisfaciat præcepto audiendi Missam. Duplici autem modo omitti potest tertia pars Missæ vel simul, & continuo: vel interpolatè, ita vt omittantur plures partes, quæ simul sumptæ cooficiant tertiam partem Missæ. Et vtroque modo procedit difficultas. Rursus etiam supponitur, quod hæc tertia pars non contineat aliquam ex illis par-

ribus ſubſtantialibus, quas ſolas relinquere in audiendo impedient ne impleatut præceptum, quales ſunt conſecratio,& conſumprio, vndè nuoquam ſine peccaro mortali poterit omitti vltma tertia pars, namſemper includet conſumptionem.

2 Eſt autem ſuppponendum. Introitum, qoi recitatur à facetdote, antequam aſcendat ad altare, eſſe partem ritualem Miſſæ iuxta ea, quæ dicta ſunt in ſupetioribus ſuo loco. Nec ſotum *in quart. diſt.* 13. *quaſt.* 2. *ar.* 4. oppoſitum doceotem audiendum eſſe Deſumitut ex Rubr. Miſſal. *titulo* 3. *de princip. Miſ. &c.* vbi *numero primo*, ſic habetur *Incipiat Miſſam dicendo, In Nomine Patris, &c.* Si ergo quando dicit *In Nomine Patri, &c.* incipit Miſſam, bæc vetba ſuut principium Miſſæ, & conſequenter Introitus ille pats ipſius. Et conſtat, etiam ex ordine & cotteſpondentia, quam babet ille introitus ad totam Miſſam, ſi quidem eſt veluti ptæludium, quo Sacerdos ſe diſponit ad oblationem ſacriſicij, præſertim pet confeſſionem,& proteſtationem ſuæ humilitatis. Et ideò eſſe partem, tradunt Suarex *diſput.* 88. *de Eucharistia ſect.* 2. ver. *ſed. quaret.* Leander *in pracep. Eccleſ. tract.* 2. *diſputat. prima, quaſt. quinquageſima*, ver. *ſed probabilius.* Et ideò computanda eſt hæc pars inter illas, quibus ratione precepti tenemur intereſſe.

3 Secundò ſupponendum eſt. Intet partes Miſſæ rituales quaſdam eſſe magis principales, & quaſdam minus principales, & proindè minotem quantitatem in magis principalibus ſufficere,, ſi omittatur auditi ad peccatum mortale, vt notat etiam Suatex *diſput. octuageſima octaua, de Eucharis. ſect.* 2. ver. *vltimo denique.* Pattes autem magis principales ſunt illæ quæ continentur in Canone vſque ad conſumptionem. Quod etiam ex eo deducitur; pam omittete voluntariè aliquam ex otationibus Canonis, putant communiter eſſe peccatum mortale, quod non contingit ſi relinquatut extra Canonem. Et ideò certum debet eſſe, quod non poſſit relinqui tettia pars, ſi in ipſa includatut notabilis pars Canonis.

4 Dicendum eſt. *Non ſatisfacere pracepto, qui non interuenit tertia parti Miſſa.* Ita communitet Doctores Syluester *verbo* Miſſa 2. *numero primo*, ver. *Dicitur quinto*, Nauar. *capite decimo, de orat. numero quadrageſimo tertio*, Bonac. *diſput. quarta, de ſacr. quaſt. vlt. pun.* 11. *numero decimo quinto*, Azor. *par. prima, libro ſeptimo, capite tertio, quaſt. ſecunda*, Dicaſtil. *tractat.* 5. *de ſacrament. diſput. quinta, dubio primo, numero decimo tertio*, Baſſeus *in Florib. verbo.* Miſſa 8. *numero tertio*, Machad. *tomo primo, libro ſecundo, par. quarta, tract.* 1. *docum.* 7. *numero quinto.* Geſuald. *de ſacrament tract.* 17. *capite ſecundo, numero decimo tertio*, Leander *in pracep. Eccleſ. tract.* 2. *diſputat. prima, quaſt.* 34. oppoſitum, quamuis non ſub his terminus tenet Baunius *par. prima, Theol. moral. tract.* 6. *de ſacrific. Miſſ. quaſtion. octaua, concluſ.* 3. dum tenet qnod adimplet præceptum, qui intereſt Miſſæ ab offertorio incluſiuè, vſque ad poſtcommunionem excluſiuè, & conſequenter non intetuenit illi parri, quæ ptæcedet offertorium, nec illi quæ ſubſequitut communionem. Hæc autem duæ partes excedunt etiam tettiam partem Miſſæ.

5 Ratio autem eſt. Quia Miſſa eſt qnoddam compoſitum attificiale conſtans ex plutibus pattibus hætetogeneis, quæ componunt Miſſam non ſolum quanticatiuo modo, ſicut partes homogeneæ, ſed etiam tanquam betetogerneæ, itavt tanquam tales tribuant aliquam ſpecialem formam artificialem non ſecus, ac pluta membra hæterogenea cõponont corpus, & tribuunt ipſi ſpecialem formam. Conſtat autẽ, quod ſi ab aliquo compoſito ex partibus hæterogeneis dettabatur tertia pars ipſarum, quod ita deformetur, vt in morali æſtimatione non habeatur amplius pro illo eodem compoſito, ſed tantum pto parte: vt conſtat, ſi à corpote humano detraheretur tertia pars membrotum. Ergo qui aſſiſteret tantum duabus partibus Miſſæ, & tertiam omitteret non aſſiſteret Miſſæ, ſed tantum parti Miſſæ, cum omitteret partem notabilem, præſertim quia tertia pars, etiam in quantitate homogenea eſt notabilis, & conſequentet non impleret præceptum.

Dices. Eccleſiam præcipere audire Miſſam ratione ſacrificij, atque adeò ſi omittantur partes, quæ non concernunt ſacrificium, impleri adhuc ptæceptum qooad ſubſtantiam. Reſp. Ex hoc ſequeretur, quod impleret præceptum, qui aſſiſteret tantum ab initio conſecrationis vſque ad communionem, incluſiuè quia aſſiſtet ab initio vſque ad finem ſacrificij, quod tamen dici non poteſt. Licet enim Eccleſia præcipiat audiri Miſſam ratione ſacrificij, præcipit tamen auditi integram Miſſam, atque adeò ſecundum ſui partes, quas obtinet ex inſtitutione Eccleſiæ. Et ideò id tantum poteſt omitti abſque peccato mortali, quod non eſt pats notabilis reſpectu totius integritatis. Conſtat autem tertiam partem eſſe partem valdè notabilem reſpectu totius. 6

QVÆSTIO 1277.

An ſatisfaciat pracepto, qui incipit audire Miſſam ab Epiſtola.

SVMMA.

1 *Incipiens audire Miſſam ab Epiſtola, an impleat praceptum*, & num. ſeq.

2 *Pars Miſſa pracedens Epiſtolam non eſt notabilis prudentum iudicio.*

4 *Facta conſumptione, ſi quis diſcedat non pecoat mortaliter.*

Secus, ſi omitteretur etiam communio.

QVod non ſarisfaciat præcepto, qui omittit audire vſque ad Epiſtolam incluſiuè, teuent Nauar. *in Enchirid. de orat. capite decimo, numero quadrageſimo tertio*, Fernandez *par. ſecunda, Examin. Theol. moral capite octauo*, §. 1. *numero quarto.* Fundamentum huius ſententiæ eſt quia pars Miſſæ præcedens Epiſtolam, eſt pars notabilis, conſtat autem apud omnes, qnod non impleatur præceptum, ſi omittatur pars notabilis. 1

Tenendum tamen eſt. *Quòd impleat praceptum, qui tantum ab initio Epiſtola incipit audire Miſſam, & conſequenter non peccet mortaliter.* Et hoc intelligitur etiamſi non adſit cauſa rationabilis excuſans. Ita Idem Nauarr. *in Manual. cap.* 21. *numero* 5. vbi ad conſtituendam partem notabilem requirit etiam Epiſtolam & Graduale. Tabiena *verbo.* Miſſa. *numero quinquageſimo*, Henriquez *libro nono, ſum. cap.* 25. *numero ſeptimo*, & alij infracitan. qui admittunt, poſſe omitti maiorem partem abſque peccato mortali. 2

Ratio eſt Quia cum hoc deferendum ſit Iudicio prudentis viri, dum Doctores communiter non habent pro parte notabili, nec etiam cenſeri debet pars notabilis, quia in hoc deferendum eſt illorum iudicio. Quod autem Doctores communiter exceptis citatis non habeant pro parte notabili, conſtabit ex dicendis Hoc autem. Iudicium in eo 3

fundatur

fundatur, quod in eo, quod præcedit Epistolam, continetur *Gloria in excelsis*, quæ non est pars ordinaria Missæ, qua detracta reliquum habet rationem exiguæ partis. Accedit etiam, quod introitus ante ingressum ad altare, quamuis sit pars est tamen per modum cuiusdam præludij, & pertinet potius ad dispocoendum in ordine ad offerendum sacrificium quàm ad preces oblatiuas. Denique totum, quod præcedit Epistolam, est minus principale, & ideò detractio ipsius non tollit, quin, quod superest, veniat appellatione Missæ.

4 Ex quibus deducitur. Quod ille, qui ab initio audiret Missam, & statim facta communione discederet non peccaret mortaliter. Sed satisfaceret præcepto, vt docent Caiet. *in sum. verbo* Festotum violatio ver. *secundum quoque* Sotus *in 4. dist. 3. quastion. 2. ar. 1.* ver. *At qui* Suarez *disp. 88. de Euchar. sect. 2.* ver. *secundo sequitur.* Reginal. *lib. 19. Praxi fori pœnit. num. 24.* ver. *Cæterum* Dicastil. *de sacrament. tract. 5. disput. 5. dub. 2. numero 36.* Et ita tenere debent ij omnes, qui admittunt posse omitti maiorem partem ea principio Missæ. Ratio est qoia considerata tam qoantitate, quàm dignitate non est pars notabilis Missæ iuata prodens iudicium cummune Doctorum.

5 Est tamen aduertendum, quod si simul cum hac parte omiteretur communio, euaderet pars notabilis non ratiooe quantitatis, sed ratiooe partis substantialis vt docent Henriquez *libro nono. sum. cap. 25. num. 7.* in fioe Nugn. *3. par. quæst. 83. art. 6. dub. 2. de precept. audiend. Mis. post. 3. conclus.* Molfes. *par. 1. sum. tract. 3. cap. 17. numero 49.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vltim. punt. 11. num. 12.* Fernandez *par. 2. Exam. Theol. moral. cap. 8. §. 1. num. 4.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. num. 36.* Candid. *disquisit. 28. ar. 29. dub 6.* vers. *dico 8.* Leander *in precep. Ecclesiæ tract. 2. disput. 1. quæst. 38.* Digoitas enim consumptionis sacrificij, quæ ex eiosdem iostitotione est necessaria, facit, quod sit pars ootabilis iuxta ea, quæ in superioribus dicta sunt.

QVÆSTIO 1278.

An satisfaciat præcepto, qui incipit audire Missam ab Euangelio.

SVMMA.

1 *Incipiens audire Missam ab Euangelio an impleat præceptum,* & num. seq.

3 *Pars notabilis Missæ Doctorum iudicio definienda. Communiori iudicio virorum doctorum est standum.*

4 *Fundamentum iudicandi partem Missæ ante Euangelium non notabilem.*

5 *Pars notabilis, & non notabilis definienda iuxta diuersitatem materiæ. Ex fine definitur notabilitas partis.*

6 *Finis assistendi Missæ facit, quod pars antecedens Euangelium non sit notabilis.*

7 *Pars Missæ ante Euangelium an notabilis, si in ipsa recitentur plures Epistolæ.*

8 *Pars Missæ ante Euangelium non est notabilis, licet includat sequentias.*

1 PRima sententia asserit, ooo implere præceptum, sed peccare mortaliter. Ita Tabiena, *verbo.* Missa *numero 50.* Nauar. *capite 21. Manual. numero. 2.* Tolet. *libro sexto, capite 7. numero 2.* Henriquez *libro nono, sum. capite 25. numero septimo.* qui *in comm. littera L.* citat. alios Doctores Nogn. *3. part. quæst. 83. ar. 6. dub. 2. de precep. aud. Mis. post. 3. conclus.* ver. *Alij verò.* Bonac. *disput. 4. de sacrament. quæst. vlt. par. vndecima, numero 16.* Basseus *in florib. verbo* Missa *8. numero 3.* Trulleoch. *libro tertio, in Decal. capite primo, dubiu 6. numero decimo,* Candid. *disquisit. 25. ar. 29. dub. quarto,* Sandoual. *de offic. Ecclesiast. par. 6. capite decimo quarto,* Medina *in sum. capite 13. §. 9.* Quorum aliqui addunt debere audiri saltem partem Epistolæ, vt vitetur peccatum mortale. Fundamentum est. Quia ab initio Missæ vsque ad Epistolam inclusiuè est pars notabilis.

Secunda sententia asserit, satisfacere præcepto, qui incipit audire ab Euangelio, dummodo reliquum totùm audiat ita Sotus *in quar. distinct. 13. quæst. 2. art. 2.* Suarez *disputat. 88. de Eucharis. sect. 2.* vers. *Secundo sequitur* Rodriquez *par 1. summ. capite 123.* Azor. *par. prima, libro septimo, capite tertio, quæst. 2.* Reginald. *libro vigesimo nono, Praxi fori pœnit. numero 24.* Scortia *libro 1. de sacrific. Miss. cap. 10. numero. 3.* Lugo Cardinal. *disputat. 22. de Eucharis. sect. 1. numero 3.* Facundez *precept. primo, Eccles. libro secundo, cap. 6. numero 3.* Victoral. *in Additione ad cap. 7. libro sexto, sum. Colet.* Coniocb. *de sacram. quæst. 86. ar. 6. numero 255.* Mercer. *ibid. dub. 4. post respons. 4. not. 3.* Villalob. *par. 1. summ. tract. 8. difficult. 35. numero 2.* Graff. *par. prima, decis. lib. 1. capite tertio, numero 3.* Ledesma *par. prima, sum. tract. de Eucharistia capite vigesimo septimo, conclus. 4.* Dicastil. *de sacrament. tract. 1. disput. 5. dub. 3. numero trigesimo quinto,* Marchin. *de sacrament. disp. 40. sect. 9.* Molfes. *par. 1. sum. tract. cap. 17. numero quadragesimo octauo,* Machad. *tom. primo. libro secundo, par. quarta, tract. 1. document. 1. numero 6.* Barbosa *ad cap. Missas numero 4. de Consecrat. dist. 1.* Gesuald. *de sacram. tract. 17. capite secundo, numero 13.* Leander *in precep. Eccles. tract. 2. disput. 1. quæst. 33.* ver. *sed probabilius.* Filliuc. *tract. 5. num ducentesimo secundo,* Laiman. *lib. 4. Theol. moral. tract. 7. capite tertio, numero tertio,* Præposit. *3. par. quæst. 83. art. 6. dub. 4. numer. 203.* Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect. 19.* vers. *Sexto.* Reginald. *libro 19. Praxis foripœnitent. num. 29.* Marchin. *de sacramentis ordin. tract. 3. par. 3. capite 17. numero primo,* Garzia *in summ. tract. 4. difficul. 3. dubio 2. num. 8.* Faustus *libro 2. d'Eucharist. quæst. 385.* vers. *At verò* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 6. num. 65.* 3

Et hæc sententia est tenenda tanquam magis communis. Cum enim pars notabilis sit definiendam Iudicio prudentis viri dum plures, & ea grauioribus auctoribus definiunt, non relinqui partem notabilem, si quis incipiat ab Euangelio audire Missam, illorum Iudicio potest prudenter quisqoe acquiescere. In hac eoim materia Doctores se habent tanquam periti in ordine ad discernendam partem notabilem Missæ, & non notabili, & eorum communioni iudicio, & sententiæ standum est ioxta *l. 3. C. fin. regur.* & Cap. *Proposuistis* de *probat.* & notant ibi Abbas *num. 4.* Felin. *numeru sexto,* Dec. *numero decimo septimo,* Bart. *in l. 2. in fine* C. de *rescind, vendit.* Cagnol. *ibidem numero ducentesimo quinquagesimo octauo,* Gomez *tomo tertio, variar. capite tertio, numero octauo,* ver. *vndè in hoc casu.* Cabal. *resolut. crimin. 181. numero tertio,* Rota coram Ludooic. *decis. 161. numero octauo;* & coram Merlino, *decis. 446. num. 7.* & coram Seraphino *decis. 665. num. 2. & 4.* 4

Et hoc iudiciom habet suum fundamentum; nam si attendatur qoantitas Missæ ab initio vsque ad Euangeliom exclusiuè, non pertingit ad tertiam partem. Rursus, nec etiam in hac parte continen- 5

tur principalintes partes præcum, quæ in Missa recitantur, sed minus principales, quia etiam in genere rituali fuut ex illis, quæ veluti preparatorio modo se habent, & in ordine ad oblationem ritualem sacrificij vndè eum habeamus iudicium Doctorum tanquam peritorum magis commune, & rationabilitatem ipsius, potest quisque absque vllo scropulo illud sequi.

5 Vrget tamen contra hoc difficultas non leuis. Nam non solum tertia pars, sed etiam quarta est materia notabilis, & grauis in aliis rebus; vndè si quis relinqueret quartam partem horarum canonicarum, peccaret mortaliter, si quis comederet quartam partem prandij vltra id, quod conceditur in die ieiunij esset materia notabilis, & violaret ieiunium. Si quis vacaret quarta diei parte operi seruili in die Festo, non sanctificaret Festum. Ergo etiam si quis non audiat Missam ab initio vsque ad Euangelium exclusiuè, non satisfaciet præcepto; qui omittit audire ad minus ad minus quartam partem. Resp. Partem notabilem, & non notabilem, non esse eodem modo definiendam in qualibet materia, sed iuxta qualitatem, & conditionem ipsius: & proindè in vna materia posse esse maiorem, & in alia minorem, & consequenter in hoc standum esse iudicio prudentum Virorum. Quando autem est definienda pars notabilis, & non notabilis in aliqua materia, quæ cadit sub præcepto, videtur seruari posse hæc regula, vt, scilicet illa sit pars notabilis, quæ notabiliter contrariatur fini præcepti: illa verò non notabilis, quæ notabiliter non contrariatur, cum enim materia cadat sub præcepto ratione finis intēti, secundum ipsum mensurari debet: & ideò pro notabili habenda est, quæ continet contrarietatem notabilem respectu finis. Sic etiam quæ notabiliter contrariantur Charitati, quid contrariantur notabiliter vltimo fini continent peccatum mortale, quæ notabiliter contrariantur fini politicarum legum, notabiliter eas lædunt. Et ratio generalis est. Quia stante tali notabili contrarietate, non ponetur materia exigita per præceptum; si omittatur ea, ex cuius omissione resultat talis contrarietas, aut si ponatur prohibitum ex quo eadem contrarietas resultet.

6 Cum ergo finis præcepti audiendi Missam sit, quod fideles intersint sacrificio, quod in ipso Deo offertur: non quidem solum secundum substantiam, sed etiam secundum ritum ab Ecclesia institutum; Ideò omissio illius partis erit notabilis, quæ notabiliter contrariatur huic interessentiæ. Non contrariatur autem notabiliter non interesse vsque ad Euangelium exclusiuè, quia in reliquo Missæ remanent omnes partes, quæ versantur circa substantiam Sacrificij, & etiam bona pars cæterarum; & proindè talis interessentia adhuc est sufficiens, vt quis dicatur interesse sacrificio, nedum secundum substantiam sed etiam secundum ritum.

7 Maior difficultas est, quid dicendum, si in Missa recitentur plures Epistolæ, vt in Sabbatis quatuor temporum, & tunc teneatur quis audire Missam, vel quia incidat Festum, & audiat quis illam Missam, quæ de feria celebratur, vel ex voto, aut pœnitentia iniuncta teneatur quis audire. Difficultatem proponit Francisc. Lugo *libro quinto, de sacram. capite decimo quarto, quæst. 7. numero sextuagesimo nono*, nec definit: Videtur tamen posse resolui, quod adhuc satisfaciat, si ab Euangelio incipiat audire, quod desumitur ex ipsis quæ tradunt Quintanadu. *tomo primo, de sacramen. tract. 7. singul. 39. numero secundo*, Dicastil. *de sacram. tract. 5. disput. quarta, dubio 13. numero ducentesimo quinquagesimo sexto*, Quart. *in rubric. Missal. in quæst. præm. sec. 3. dubio primo, corol. 3.* Dum volunt, quod non sit peccatum mortale, si Sacerdos relinquat has Epistolas, nec etiam veniale, si interueniat aliqua rationabilis causa. Vndè si Sacerdos non tenetur sub mortali eas recitare, nec etiam assistens sub mortali tenetur audire. Ratio verò est. Quia huiusmodi Epistolæ, non sunt partes regulares Missæ, & ordinariæ; vndè adhuc sine ipsis Missa esset integra, & illas non audiens, adhuc integram Missam audiret. Vndè saluaretur materia exigita in præcepto, & si omitteret vsque ad Euangelium exclusiuè, omitteret tantum partem non notabilem ex iis quæ sunt regulares Missæ.

Et dictis infertur. Quod si quis non interesset, 8
quando recitatur sequentia vt in Missis, pro defunctis, aut intra octauam Corporis Christi, quanuis tunc computata *Gloria in Excelsis* & sequentia, quæ omititur: videatur excederem tertia partem Missæ adhuc tamen satisfaceret præcepto, quia *Gloria*, & sequentia sunt partes extraordinariæ nec pertinent ad integritatem Missæ. Imò adhuc satisfaceret, si audito Euangelio recederet, dum dicitur *Credo*, & rediret ad Offertorium, quia etiam *Credo* est pars extraordinaria. Et sicut non peccat Sacerdos mortaliter relinquens omnes partes extraordinarias, vt cum Quarto. *In Rubr. Missal. in quæst. prox. sect. 2. dub. 1. corol. 4.* Dictum est suo loco, ita nec qui eas omittit audire.

QVÆSTIO 1279.

An satisfaciat præcepto qui incipit audire Missam ab offertorio omisso Euangelio.

SVMMA.

1 *Incipiens audire Missam ab Offertorio an impleat præceptum*, & num. seq.

3 *Pars Missæ vsque ad offertorium habetur communiori suffragio pro parte notabili.*
Euangelium est pars principalis Missæ.

SVpponitur, quod audiat reliquas omnes partes 1
vsque ad finem. P. sententia asserit satisfacere ita Hurtad. *de sacram. disput. de satisf. Miss. diff. 1.* ver. *Inde omissio.* Lugo Card. *disp. 22. de Euchar. sect. prima num. 3.* Ortiz *in sum. præcep. 3. §. 6.* Baun. *part. 1. Theol. moral. tract. 6. de sacrif. Mis. quæst. 8. auer. 5.* Dian. *par. 4. tract. 4. resol. 196.* licet oppositum tenere *par. 5 tract. 14. resol. 70.* & sibi esse contrarium notet Leander infra citand. Gabr. à S. Vincent. *de sacram. disp. 3. de sac. Miss. quæst. 8.* ver. *sed petes, 1.* Quintanaduen. *tomo 2. tract. 7. singul. 10. numero 2.* Hanc etiam sententiam, sed cum formidine tenet Laiman. *libro 4. Theol. tract. 7. cap. 3. num. 3.* Non habet hæc opinio aliud fundamentum, nisi quod pars omissa non est notabilis.

Secunda sententia negat, satisfacere præcep. Ita 2
Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 1. circa fin.* Nauarr. *capite 21. Manual. numero 2.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num. 7.* Azor. *part. 1. lib. 7. quæst. 2.* Filliuc *tract. 5. num. 201.* Tolet. *libro 6. cap. 7. numero 2.* Nugn. *tertia part. quæstion. 83. art. 6. dubio secundo, de præcep. audien. Mis. post. 3. conclus.* Bonac. *disput. 4. de sacram. quæst. vltim. pun. 11. num. 16.* Coninch. *de sacrament. quæst. 83. ar. 6. num 285.* Mercer. *dub. 4. not. 4. post. 3. respons.* Trullench. *libro 3. in Decal. capite 1. dub. 5. num. 10.* Basseus *in florib. verbo* Missa 8. *num. 3.*

num. 9. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 3. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 35. *num.* 4. Scort. *lib.* 2. *de sacrif. Mis. cap.* 20. *nu.* 3. Rodriquez *tom.* 1. *sum. c.* 123. *num.* 1. Suarez *disput.* 38. *de Euchar sect.* 2. vers. *secundò sequitur.* Turrian. *in selec. disput. par.* 2. *disp.* 51. *dub.* 28. Præpos. 3. *par. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 103. Battholom. ab Angelo *tract. de Miss.* §. 777. Molfes. *par.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *n.* 48. Martinon. *disput* 40. *de Eucharis. sect.* 9. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disput.* 5. *num.* 35. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 19. ver. *sextò in fine.* Garzia *in summ. tract.* 4. *difficult.* 3. *dub* 2. *num.* 8. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 17. *num.* 5. Faust. *lib.* 2. *de Eucharis. quæst.* 385. ver. *At verò.* Leander *in Præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæstion.* 35. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 6. *num.* 65. Qui tamen oon potat improbabilam oppositam sententiam.

3 Dicendum est ergo cum hac 2. sententia. *Omittere principium Missæ vsque ad Euangelium inclusiuè, esse peccatum mortale, nec impleri præceptum.* Ratio desumitur. Quia magis communitet Doctores, putant, esse partem notabilem, quæ omittitur; Vndè eum pars ootabilis sit definienda iudicio prudentum virorum dum magis communiter hæc habetur pro parte notabili, standum est huiusmodi iudicio tanquam maioriparte peritorum confirmato Confirm. Quia in Euangelio non tam consideratur quod sit pars Missæ, sed etiam, quod sit pats valdè principalis tanquam ea, quæ continet verbum Dei. Vndè in specie præcipitur audiri in Cap. *Omnes fideles de consernat. dist.* 1. Ergo qui non interoenit relinquendo etiam totam Missam antecedentem, non implebit præceptum, eum non intersit parti notabili secundum qualitatem & principalitarem. Nec obstat quod non perciplat voeem sacerdotis celebrantis, quia sufficit quod in persona Sacerdotis omnes adstantes recitent verbum Dei contentum in Euangelio.

QVÆSTIO 1280.

An satisfaciat præcepto qui incipit audire Missam post Euangelium & audit Euangelium vltimum.

SVMMA.

1 *Incipiens audire Missam post Euangelium an satisfaciat si audiat Euangelium S. Ioan.* & num. seq.

3 *Euangelium S. Io. non potest supplere aliam partem Missæ omissam audiri.*

1 PRima sententia asserit; satisfacere præcepto, qui finito Euangelio incipit audite Missam, sed in fine audit Euangelium S. Ioann. Ita Suarez *disp.* 88. *de Eucharis. sect.* 2. ver. *Addit verò.* Facundez *Præcep:* 1. *Eccl. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 7. Laiman *lib.* 4. *theol. mor. trac.* 7. *cap.* 2. *num.* 3. Lugo Card. *disp.* 22. *de Euch. sect.* 1. *nu.* 3. Gaspar. Hurtad. *de sacram disp.* 3. *de sacrific. Miss. difficult.* 1. vers. *Vndè Omissio* Trullench. *lib.* 3. *in Dec. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 11. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 201. Palaos. *par.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 16. *num.* 5. Gauan. *in Rubr. Missal. par.* 1. *tit.* 12. Martinon. *disp.* 40. *de Euchar. sect.* 9. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp. dub* 4. *num.* 33. & 38. Faustus *de Euchar. lib.* 2. *qu.* 386. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *nu.* 15. Fundamentum est. Quia non obligamur audite doplex Euangelium, & ideò primum Euangelium quod omittitur audiri, compensatur secundo.

2 Secunda sententia asserit, noo impleri præceptum. Ita Nauarr. *cap.* 21. *manual. num.* 2. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 7. Scortia *lib.* 2. *de sacrif. Mis. cap.* 20. *num.* 3. Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 2. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 2. Turrian. *in select. part.* 7. *disput.* 51. *dub.* 28. Garzia *in summ. tract.* 4. *difficul.* 3. *dub.* 2. *num* 8. Leand. *in precep. Eccl. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 35. vers. *sed probabilius* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 6. *num.* 65. dicens oppositam sententiam oon esse prorsus improbabilem & alij quos citaui *quæst præc. nu.* 2. Dum absolotè volunt quod non satisfaciat præcepto, qui incipit audite Missam post Euangelium.

3 Dicendom est ergo. *Non implere præceptum qui post Euangelium incipit audire Missam etiamsi audiat Euangelium vltimum S. Ioan.* Ratio est. Quia vel vltimum Euangelium S. Ioan. est pats Missæ, & tunc tenemor illod audire non secus, ac alias partes, atque adeò non potest cum ipsius aoditione compensari omissio primi Euangelij, nam in tali casu teoeremur duplex Euangelium audire. Vel non est part Missæ, & tunc pars, quæ omittitur aodiri, est notabilis nec potest primum Euangelium compensari secundo, quia per hoc, quod audiatut, non fit pars Missæ & proindè Missa adhuc remaoet destitota, quateoua auditur, notabili parte: itavt semper verum sit omisisse notabilem pattem Missæ qui post Euangelium cæpit audire; neque enim compositum aliqood, compeosari potest in suis partibus deficientibus, per ea, quæ nec sunt, nec fiunt partes ipsius. Et ex bis solutum manet fuodamentum oppositæ sententiæ.

QVÆSTIO 1281.

An qui incipit audire Missam ab offertorio, & omittit audire statim à Communione satisfaciat præcepto,

SVMMA.

1 *Incipiens audire ab offertorio, & omittens à communione an impleat præceptum.*

2 *Pars antecedens Offertorium, & sequens communionem faciunt partem notabilissimam.*

3 *Euangelij lectio in Missa quanti fieret antiquitus.*

4 *Sacrificium quoad ritualia quando incipiat.*

5 *Peccatum mortale in omissione audiendi partem Missæ vndè desumatur.*

PArtem affirmatioam tradit Bat. *par.* 1. *the. Moral. tract.* 6. *de sacrif. Miss. quæst.* 8. *assert.* 3. asserens, satisfacere præcepto, qui interest Missæ ab offertório incluisiuè, vsque ad postcommunionoem exclusioè. Fundamentum est. Quia partes, quæ præcedunt offertorium, non sunt integrantes, & substãtiales sacrificio. 2. Quia io hac materia ratio peccati mortalis, non sumitur tantum à quantitate: quantum à dignitate, quæ non est tanta in orationibus, Epistola & Euangelio, quanta in coosecratione, communione & oblatione. 3. Noo est necessarium audire Missam propriam dici. Ergo oec Euangelium. 1

Communit tamen sententia est io oppositum, quatenus admittunt ad summum nonnolli tanquam pattem non notabilem vsque ad Euangelium inclusiuè, & alij vsque ad Euangelium exclusiuè, absque postcommuniooe, & alij etiam quid minus. Et in his terminis eam tradit Leander *in præc. Eccl. tr.* 2. *disp.* 1. *qu.* 34. *ver. vt certissimum* dicendum est ergo. *Non satisfacere præcepto, qui omittit audire Missam ab initio vsque ad offertorium exclusiuè, & etiam postcommunionem.* Ratio est. Quia commune iudicium doctorum, qui pensari debet notabilitas partis omissæ conoenit, quod prædicta sit pars notabilissima. Econtra verò, 2

quod

quod non sit pars ootabilis indicat solus Baunius. Vndè non potest eius iudicium ptæpoui tot, & tantorum Doctorum Iudieio, qoi oppositum iudicant; ptæsertim quia Baunius noo habet pro suo iudicio sufficiens motiuum.

3 Coufirmatur. Lectio Euangelij tanti fiebat antiquitus vt Anastas. Papa *Evist. 1. capite* t. scripserit Episcopis Germaniæ, & Burgundiæ & mandauerit, quod omnes præsentes, dum S. Euaogelia legerentur non sedentes, sed venerabiliter in conspectu Euangelij stantes, Dominica verba intentè auditent, & fideliter adorarent. Vndè Euágalium noo est pars ita parum digna, sient existimat Baunius. Confir. 2. in Cap. *Missa de consecrat. dist.* 1. statoitur, quod discedentes à Missa ante benedictionem saeerdotis pubiieè ab Episeopo confunderentur, id est reprehenderétur. Vndè si non permittitur minima pars omitti, moltò minus sine graoi peceato omitti poterit dimidia ferè Missa. Idem etiam præcipitur ex Conc. Aurelianensi 1. relatum in Cap. *Cum ad celebrand. eadem dist.* 1.

4 Dices sacrificium non solum quoad substantiam, sed etiam quoad ritualia incipit tantum ab offertorio, & terminatur in Communione. Ergo quæ præcedunt, & subseqountur, non sunt partes Missæ, quæ pertineánt ad sacrifieium etiam rituale, sed solum tanquam extrinsecæ. Ergo satisfaciet præcepto, qui est presens ab offertorio vsque ad communionem inclusiuè, quia interuenit integro saerifieio, quod est illud principale, eui tenemur assistere. Resp. sacrificium, quoad ritualia incipete ab initio Missæ. Quia lieet solum in offertorio fiat oblatio Materiæ, quia tamen sacrificium quoad ritum, cum quo offertur, constar ex præcibus, & ceremoniis, ideò omnia quæ recitantur, & fiunt io Missa, suot partes rituales saerificij. Cum ergo Eeelesia præcipiat assistere sacrificio, nedum quoad substantiam, sed etiam quoad rituale, ideò præcipit assistentiam toti ritui, cum quo offertur sacrificium, & pars notabilis attendenda est habita ratione totius ritus, eum quo offertur sacrificium, atque adeò totius Missæ.

5 Ad 1. nego partes præcedentes offertorium non esse partes integrantes, & snbstantiales sacrificij provt sumitur seruandum esse rituale, vt constat ex modò dictis, & provt materia præcepti. Si quidem cum substantia consistat in tito, omnes partes rituales sunt substantiales. Ad 2. Peccatum mortale io hac materia sumi, tum à quantitate, tū à dignitate, etiam diuisim: quia etiam quātitas cadit sub præcepto. Et ideò, si sola quantitas Missæ sit notabilis, cui quis noo assistit, suffieiēs est ad fundandū peccatum mortale, talis aotem est quantitas, de qua modò agitur & insuper adest dignitas ex patte Euangelij, vt constat ex dictis. Ad 3. Ex illo anteeedenti, quod noo sit necessarium audire Missam diei, sequitur taotum, quud noo sit necessarium audire Euangelium diei, non autem qood, dum ex præeepro auditur Missa, non sit necessarium audire Euangelium, quod in illa Missa recitator. Deiodè argumentum nihil probaret, si aliquod probaret: quia non est probandum, quod non sit necessarium audite Euaogelium, sed quod oon sit necessarium audire totam illam partem Missæ, qoæ ptæcedit offertorium, & subseqoitur Communionem, cum de hoc sit controuersia.

QVÆSTIO 1282.

An satisfaciat præcepto qui incipit audire ab Euangelio & omittit statim peracta communione.

SVMMA.

1 . *Non audiens Missam vsque ad Euangelium, nec post communionem an impleat præceptum,* & ou. seq.

3 *Missa esset deformata si deficeret pars vsque ad Euangelium, & pars post communionem.*

4 *Quam notabile sit non audire vsque ad Euangelium, & relinquere Missam statim a communione.*

AFfirmabit Baunius *par. 1 theol. moral. tract. 6. de sacrif. Mis. quæst. 4. assert.* 3. Dum vult impediri præceptum, etiamsi qui non assistat ab initio vsque ad offertorium exclusiuè, & rursus etiam diseedat statim post Communionem. In propositis autem terminis præcisè affirmat Llamas *par. secunda, Meth. cap.* 5. §. 8. Fundamentum est. Quia collectæ priores, sicuti etiam posteriores noo videntur partes essentiales, aut ootabiles Missæ. 1

Sed omninò tenendum est. *Quod non satisfaciat præcepto, qui omittit audire Missam ab initio vsque ad Euangelium exclusiuè & statim à Communione vsque ad finem* Ita Nauarr. *in cap. quando not.* 17. *numero decimo septimo,* de *consecrat. dist.* 1. Azorius *par. prima, libro septimo, capite tertio, quæst.* 2. Facundez *præcep. 1. Eccles. libro secundo, capite* 6. *numer.* 4. & 9. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 2. vers. *secundò sequitur.* Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *numer.* 285. Trullench. *libro tertio, in Decal. capite* 2. *dubio quinto, numero* 10. Faust. *lib.* 3. *de Eucharis. quæst.* 385. ver. *At verò.* in fine Leander. *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 40. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacrament. cap.* 14. *quæst.* 6. *num.* 68. 2

Ratio est. Quia pars, quæ omittitur, est notabilis, vt eonstat ex prudenti iudicio Doctorum, quos attuli, & etiam aliorum qui minorem paartem habent pro notabili, vt constat ex supradictis. Deindè quia sicuti si missæ deficerent hæ duæ partes principij, & fiois, remaneret valdè defurmata quoad suam formam artificialem, ita etiam qui audit omissis his, valdè deformatam audit, & proindè oon exhibet materiam quam ioiungit præeeptum& consequentur: non illi satisfacit, 3

Et hoc locum habet, etiam si vltimum Euangelium S. Ioan. non sit pars Missæ; sicuti dictum est in superioribus. Nam adhuc pars quæ omittitur est notabilis. Et facit, quod Missa audiatur adhuc vel de defotmata, siquidem aoditut sioe principio, & fine. Vndè consurgit notabilitas non solum ex quantitate, sed etiam ex qualitate partium, & facit, quod assistentia longè mioori sfiat, quam fieret assistentia ad totam Missam, & proindè consurgit notabilis defectos in ipsa assistentia, ratione euius non est sufficiens ad satisfaciendum præcepto. 4

QVÆST

assistentia, & notabiliter deficiet à cultu, quod exigitur à præcepto.

QVÆSTIO 1283.

An qui Incipit audire ab Epistola, & omittit statim à communione satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Incipiens audire ab Epistola, & omittens à communione an impleat præceptum.* & num. seq.
3 *Hæ duæ partes quatenus notabiles sint.*
4 *Omissio audiendi has duas partes infert cultum notabiliter diuersum.*

1 QVod satisfaciat præcepto audiendi Missam; qui incipit audire ab Epistola, & omittit peracta communione, tradunt Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 2. ver. *secundò sequitur.* Facundez *præcep.* 5. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Gaspat. Hurtad. *de sacram. disp. de sacrif. miss. difficul.* 1. ver. *vnde omissio.* Fundamentum est. Quia, dum assistit Epistolæ, hæc assistentia æquiualet Orationibus, quæ recitantur post communionem, & ideò non relinquitur maior pars, quàm si relinqueretur etiam Epistola, & audirentur orationes post communionem.

2 Quod tamen non satisfaciat præcepto; docent Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 5. *n.* 10. Leander *in præcept: Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 41. vers. *sed ego.* qui tamen ita sentit, quia putat Euangelium Sancti Ioannis esse partem Missæ, & de necessitate præcepti audiendum: asserens quod oppositum teneret, si non esset dictum Euangelium pars missæ.

3 Et quidem tenendum existimo. *Quod non satisfaciat præcepto etiamsi non sit pars missæ vltimum Euangelium S. Ioan.* Licèt enim partes illæ Missæ quoad quantitatem, non excedant principium Missæ cum Epistola inclusiuè, quam posse omitti sine peccato mortali, dictum est in superioribus, attamen quia sunt duæ partes, quæ constituunt principium, & finem, sicuti si deficerēt, Missa esset valde, & notabiliter deformata, ita etiam, dum omittuntur audiri, remanet proportionaliter valde, & notabiliter deformata assistentia quæ per præceptum, iniungitur, & proindè deficit notabiliter ab eo quod per præceptum exigitur.

4 Confirmatur, assistentia præcipitur sub ratione cultus atque adeò præcipitur indirectè actus internus, qui est necessarius pro exhibitione talis cultus; Si autem comparetur actus internus causans completam assistentiam Missæ integræ, & actus internus causans assistentiam ita diminutam, vt non se extendat ad principium Missæ vsque ad finem Epistolæ inclusiuè, & à Communione vsque ad finem Missæ in ratione cultus, nulla existente causa rationabili diminuendi assistentiam erunt cultus notabiliter diuersi, ita vt primo habeat pondus, & æstimationem suæ speciei, & ostendat voluntatem benè affectam erga cultum diuinum: Secundus verò indicet voluntatem potius auersam, & cultum veluti maculatum, vt proindè in morali æstimatione, non habeat pondus, & valorem suæ speciei, quamuis sit in eadem specie ob deformitatem, qua afficitur. Sic si quis alterum salutet cum debito modo, & obsequio, salutatio estimatur iuxta secum pretium. Si verò salutet vix deregendo caput, sine vna inflexione, non respiciendo ad personam salutantem, talis salutatiu nihil ferè fiet. Cum ergo assistentia ad Missam in ratione cultus, sub qua præcipitur, correspondeat actui interno à quo causatur, quando deficit respectu principij & finis Missæ longè minoris fiet, quàm integra

QVÆSTIO 1284.

An qui peracta consecratione discederet, & reuerteretur, quando incipit Pater noster satisfaceret præcepto.

SVMMA.

1 *Discedens peracta consecratione, & reuertens ad* Pater noster, *non implet præceptum.*
2 *Non ob quantitatem, sed ob dignitatem partis, cui non assistit.*

DIcendum est *Non satisfacere præcepto, qui omittit audire Missam statim post consecrationem, & repetit assistentiam ante Pater noster* Ita specialiter Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 48. ver. *Sed tamquam*, & ita etiam sentire debent, qui putant non implere præceptum, qui non assistit oblationi verbali, quæ fit post consecrationem, quos suprà suo loco retuli, & idem etiam dicendum est si quis non assisteret à Pater noster vsq; Cōmunion. inclusiuè. 1

Ratio est. Quia quantitas non est modica, & aliàs dignitas harum partium est magna. Vndè à Sacerdote ob hanc dignitatem committitur peccatum mortale, si longe minor quantitas omittatur ex Canone, quàm ex reliquis partibus. Hæc autem dignitas ex eo prouenit, quia adest super Altari sacrificiū oblatum, & immediatè circa ipsum versantur: Vndè inde sumunt specialem dignitatem. Partes autem Missæ in ordine ad omissionem auditionis, non tam considerandæ sunt, secundum quantitatem; quam secundum dignitatem, imò hæc præcipuè attendi debet. 2

QVÆSTIO 1285.

An satisfaciat præcepto, qui discedit recitato Pater noster.

SVMMA.

1 *Discedens recitata,* Pater noster *non implet præceptum.*
2 *Consuetudine an induci possit, quod recitato,* Pater noster, *discedant assistentes.*
3 *Consuetudo non præualet, nisi sit rationabilis.*
4 *Quæ consuetudo sit irrationabilis.*
5 *Consuetudo discedendi recitato,* Pater noster. *esse contraria cultui diuino.*

QVi Missæ assistit tantum vsque ad recitationem *Pater noster*, etiam inclusiuè, constat ex dictis in superioribus non implere præceptum, quia non assistit consumptioni sacrificij, quæ est pars substantialis ipsius, quæ proindè sola sufficit, vt quis non impleat præceptum, si illi non assistat. Accedit, quod pars, quæ subsequitur recitationem Orationis Dominicæ, est notabilis, etiam quoad quantitatem, & etiam quoad dignitatem, quia continet Orationes, quæ ordinantur ad consumptionem sacrificij, atque adeò ritum, cum quo fit consumptio: Ita inter alios notat Baunius *part.* 1. *theol. moral. tract.* 6. *de sacrif. mis. quæst.* 8. *de præcept. audiendi Missam assert.* 2. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 47. 1

Solum difficultas est: An consuetudine induci 2

possit, quod recitata Oratione dominica discedat Populus, aut saltem aliqui ex Populo vt sunt Serui. Partem affirmatiuam tradunt Baun & Leander locis citatis, asserentes in quibusdam locis adesse consuetudinem Episcoporum consensu tacito receptam, quod serui & ancillæ recitata Oratione Dominicali recedant Et videtur consuetudo hæc habere fundamentumdum in eo, quod consuetudo potest præscribere contra Ecclesiæ præceptum, tanquam contra legem humanam positiuam, qualis est præceptum audiendi Missam, præsertim quia non præscribit in totum, sed tantum ex parte.

2 Verùm existimo. *Non posse introduci hanc consuetudinem tanquam irrationabilem, & esse extirpandam, vbi est introducta*; sicut extirpauit Synodus Burdegalen. *anno* 1562. *tit.* 5. & Bituricens. *anno* 1584. *tit.* 1. *can.* 4. apud Baunium citatum. Ratio est. Quia vt consuetudo præualere possit, debet esse rationabilis, alioquin tanquam corruptela est abiicienda iuxta cap. *fin.* de *consuet.* Hæc autem consuetudo non est rationabilis, sed valdè irrationabilis; & proindè non potest introduci, & introducta debet abiici.

3 Quod autem sit irrationabilis, ex eo deducitur, quod exiguum tempus currit à recitatione Orationis Dominicæ, vsque ad communionem. Vndè lucrum temporis non potest esse sufficiens causa introductionis, sed semper proueniet ex aliquo minus legitimo affectu, & negligentia cultus Diuini: consuetudo autem quæ prouenit ex causa praua est irrationabilis cap. 1. *de consuetud. in* 6. ibi. *Et de ambitionis radice processerit.* Secundò. Quia sacrificium exigit ex sui natura, & institutione consumptionem, itavt quamuis sacerdos non teneatur celebrare de iure diuino, supposito tamen quod celebret, tenetur de iure Diuino consumere. Et ideò licet fideles teneantur tantum ex præcepto Ecclesiæ assistere sacrificio, supposito tamen quod assistát, ex natura sacrificij, & institutione exigitur, quod assistant etiam consumptioni, & consequenter consuetudo non assistendi erit contra exigentiam sacrificij, & proindè erit irrationabilis.

4 Tertiò. Hæc consuetudo facit, quod supremus cultus qui exhibetur Deo per sacrificium, remaneat imperfectus, quatenus exhibetur ab adstantibus. Vndè est consuetudo contraria virtuti Religionis, atque adeò vitiosa, sicuti sunt omnia, quæ contrariantur virtutibus: contrarietas autem in eo consistit, quod virtus religionis exigit exhiberi Deo cultum integrum sacrificij. Quartò. De iure naturali tenemur colere Deum, cultu sacrificij, & consequenter offerre illud sacrificium, quod est institutum ad offerendum. Et de iure Diuino tenemur offerre sacrificium secundum institutionem Christi, quæ determinat obligationem iuris naturalis. Ergo cum secundum institutionem Christi ita sit offerendum sacrificium, vt etiam sit consumendum, ex iure naturali Diuino descendit, quod dum solum assistendo offerimus, offeramus assistendo etiam consumptioni vt offeramus secundum institutionem Christi, & obligationem Iuris naturalis. Ergo consuetudo non assistendi erit contraria iuri naturali Diuino & proinde tanquam irrationabilis reprobanda iuxta cap. *fin. de consuet.*

QVÆSTIO. 1286.

An, qui plures minimas partes Missæ omitteret audire, satisfaceret præcepto.

SVMMA.

1 *Si inter minimas partes quæ non audirentur sit aliqua ex substantialibus, non impletur præceptum.*

2 *Si plures minimæ partes, quæ non audiuntur, conficiant notabile, non impletur præceptum.*

3 *Quid si non conficiant partem notabilem, sed plures sint.*

1 POssunt plures minimæ partes interpolatæ omitti vel tantùm ex iis, quæ sunt minus dignæ, in quibus consideratur sola quantitas & etiam ex iis, in quibus consideratur præcipuè dignitas: certum est autem, quod si inter minimas partes, quibus quis non interesset, reperiatur vna tantum ex dignioribus substantialibus, vt esset consecratio, etiam vnius speciei, aut consumptio non impleri præceptum, vt constat ex dictis in superioribus, quia non interesse tantum tali parti continet peccatum mortale, cum desit assistentia respectu substantiæ sacrificij.

Si verò partes sint ex iis, in quibus tantum habetur ratio quantitatis, certum est etiam, & conueniunt in hoc omnes, quod non impletur præceptum, si omnes simul faciant notabilem quantitatem, iuxta ea, quæ tradunt Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 5. Suar. *disp.* 88. *de Euchar sect.* 2. vers. *secundò sequuntur.* Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 285. vers. *At verò.* Franciscus Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 6. *num.* 68. Quia quamuis sint de se singulæ partes minimæ, itavt deffectus assistentiæ, respectu singularum seorsim non sit nisi peccatum veniale, quia tamen vniuntur ad minuendam assistentiam, quæ præcipitur, itavt notabiliter diminuatur, faciunt, quod non exhibeatur, quod iniungitur per præceptum, & consequenter quod non adimpleatur. 2

3 Maior difficultas est quoad eum, qui frequenter diuertit ab assistentia Missæ, sed partes illæ, quibus non assistit, non conficiunt simul eam quantitatem, quæ sufficiat, si tota simul omitteretur ad peccatum mortale. Et videtur adhuc satisfacere præcepto, nam non omittit audire partem notabilem, quæ possit causare peccatum mortale. Verum oppositum videtur tenendum. Nam assistentia quæ præcipitur ad sacrificium in ratione cultus Diuini ratione talis frequentis diuersionis, valdè minuitur in sua æstimabilitate, & perdit illam reuerentiam, & obsequium illud, quo qualificari debet dum Deo exhibetur non secus, ac si quis exhibens obsequium alicui magnati absque causa, illud frequenter interrumperet, redderet enim cultum ingratum, tanquam indebito modo exhibitum, & non decenti qualitati personæ, quæ colitur: Ergo cum talis assistentia notabiliter deterioretur in ratione cultus, & in morali æstimabilitate, non erit sufficiens pro adimplendo præcepto. Quia per præceptum exigitur cultus, & assistentia illius æstimabilitatis, quæ sit proportionata Deo. Et ideò licet cultus præceptus exhibeatur secundum speciem, quia tamen est notabiliter deterioratus, non sufficit pro præcepto implendo; sicuti monetæ deterioris materiæ non sufficerent pro extinguendo debito contracto in moneta probæ materiæ.

QVÆSTIO. 1287.

An ministri diuertentes sæpe ab assistentia satisfaciant præcepto.

SVMMA.

1 *Ministri diuertentes ob seruitium altaris implent præceptum audiendi Missam.*

2 *Diuertere ab altari ratione ministerij non interrumpit assisten*

pit assistentiam.

3 *Absens dum cantatur gloria implet præceptum audiendi Missam.*

4 *Inter partes Missæ non est computanda mentalis oratio sacerdotis, &c.*

5 *Accendens candelas per Ecclesiam an satisfaciat præcepto Missæ.*

6 *Quæstores eleemosinarum inter celebrationem Missæ an satisfaciant præcepto.*

1 FRequenter hoc accidit in Missa solemni eum necesse sit aliquos ministros pluries recedere ita exigente ministerio. Tenendum autem est *satisfacere præcepto dummodo tamen interrumpant assistentiam solum quatenus exigit ministerium.* Ita Tabiena. *verbo.* Missa. *num.* 5. Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 7. qui alios citat. *in com. lit. T.* Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 11. Barthol. ab Ang. *tract. de mis.* §. 781. Bonac. *disp.* 4. *de sacrament. quæst. vlt. punct.* 11. *num.* 18. Lampao. *lib.* 4. *Theologia moralis tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 3. vers. *illud quoque.* D. Antonin. 2. *part. tit. quæst cap.* 10. §. 1. Nauar. *in capite quando not.* 10. *num.* 18. *de consecrat. dist.* 1. Syluester *verbo.* Missa. 2. *num.* 1. Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *quæst.* 2. Suarez. *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 2. vers. *ex hac.* Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 7. *num.* 2. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 3. *num.* 42. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *part.* 3. *respon.* vers. *Notandum tamen secundò.* Truleoch. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 12. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de sacram. sect.* 1. *num.* 4. Palaus *part.* 4. *oper. mor. tract.* 22. *disp. vn. pun.* 56. *num.* 7. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8 *difficul.* 35. *num.* 5. Candid. *disposit.* 25. *art.* 14. *dub.* 9. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 45. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 19. vers. *cursus non esset.* Francisc. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 6. *num.* 67. vers. *Ego censeo.*

2 Ratio est. Quia per huiusmodi diuersiones non interrumpitur moralis assistentia necessaria pro adimplendo præcepto. Consistit enim hæc assistentia, in exhibitione cultus, qui tribuitur mediante oblatione sacrificij, cui assistens cooperatur: Hic autem cultus continuatur in diuersione ministrorum pro exercitio necessario; nam dum diuertunt, continuant seruitium, & consequenter etiam cooperationem sacerdoti offerenti; atque adeò etiam cultum, cum consistat in huiusmodi cooperatione.

3 Ex dictis infertur; quod non solum ministrantes, sed etiam cæteri satisfacerent plenè præcepto, licet abessent, quando cantatur Gloria in Missa solemni cum cantu seu musica, & similiter etiam Credo & Kyrie eleison; aut aliquid aliud, dummodo assistant dum eadem recitantur à celebrante, nam quatenus cantantur à choro, aut musicis, si recitentur à sacerdote celebrante, non sunt partes Missæ; sed solum spectant ad solemnitatem, & splendorem; & ideò ita non interesse non erit peccatum in ratione omissionis alicuius partis Missæ.

4 Secundò infertur, vt notat etiam Dicastil. *de sacr. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 3. *num.* 37. Inter partes Missæ non esse computandam Orationem mentalem sacerdotis in vtroq; memento: quantumuis longa, & duraret notabili parte temporis. Nam talis oratio habet causam priuatam, nempè beneplacitum sacerdotis, & consequenter non est pars Missæ nec computandum si quis tunc non intersit tanquam pars quę non est de præcepto.

Tertiò infertur cum præposito 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 206 Eos, qui in diebus solemnibus accendunt candelas per Ecclesiam si in eo ministerio insumant notabile tempus, cui correspondeat pars notabilis Missæ non satisfacere præcepto, licet cæteris assistant. Nam tale exercitiũ distrahit ab assistentia, & versatur circa ea, quæ pertinent ad præparationem pro Missa celebranda, quæ proinde ante celebrationem erant paranda: Non autem circa aliquod ministerium, quod pro actuali celebratione sit exhibendum,

Quartò infertur cum eodem *citato loco* vers. *Idem potiori.* Quæstores eleemosinarum non satisfacere 5
præcepto, si in hoc munere insumant tale tempus, cui responderet notabilis pars Missæ. Nam quamuis adsit consuetudo colligendi eleemosinas inter celebrationem Missæ, non importat tamen ministerium, quod concernat celebrationem, nec est ex institutione Ecclesiæ, sed tantum ea occasione coadunationis fidelium, exercetur. Deinde, quantum est de se euertit moralem assistentiam qua assistitur sacrificio, quia occupat in alio ministerio disparato; nec compatitur habitum extrinsecum corporis, fundans in esse sensibili assistentiam moralem necessariam vt censeatur cooperari sacrificio.

QVÆSTIO 1288.

An satisfaciat præcepto audiendi Missam qui postea legit aut audit priuatim Lecta, quæ omisit audire.

SVMMA:

1 *Audiens aut legens priuatim quæ omisit in audienda Missa, an satisfaciat.* & num. seq.

3 *Priuatim Lecta aut audita non pertinent ad Missam.*

4 *Quæ recitantur à ministris sunt partes Missæ.*

PRima sententia asserit, satisfacere: ita Nauarr. 1
cap. 21 *manual. num.* 2. & *de orat. not.* 10. *num.* 25. & citat Margarit: confessorum Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 3. *in fin.* Iodocus *in thesauro verbo.* Missæ auditio: *num.* 44 Basseus *verbo.* Missa. 8. *num.* 3. Barthol. ab Angelo *tract. de Missa* §. 783. Fundamentum desumitur ex eo, quod in Missis solemnibus sufficit audire Euangelium, & Epistolam à ministris recitatam nec est necessarium quod recitentur à celebrante. Confirm. quia non raro Epistola solet recitari in choro à laico vndè non est necessarium quod recitetur à deputato:

Secunda sententia asserit; priuatam Lectionem, 2
aut auditionem eorum, quæ non audiuntur in Missa, nihil iuuare pro præcepto implendo: Ita Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 2. vers. *Addit verò.* Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. Azor. *part.* 1, *lib.* 7. *cap.* 3. *qu.* 2. Marchin. *de sacram. ordin. tract* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Reginal. *lib.* 19. *praxis fori pœnit. num.* 25. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 1. *num.* 2. in fine. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 3. *num.* 38. Molfes. *part.* 1 *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 50. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punct.* 16. *num.* 5. in finè Candid. *disquisition.* 25. *art.* 24. *dub.* 5. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. qu.* 387. vers. *cæterum* Mercer. *de sacram. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 3. *respons.* vers. *dico vsque* Præpos. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 207. Auersa *qu.* 11. *de Euchar. sect.* 19. vers. *fixtò constat.* Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 37. vers. *Nihilominus.*

Dicendũ est ergò ad hoc cum hac sententia. *Quod* 3
lectio, aut auditio eorum, quæ omissa sunt in Missa, nihil confert ad satisfaciendum præcepto audiendi Missam: Ratio est: Quia præceptum obligat ad audiendam Missam ratione cultus, qui Deo defertur, mediante sacrificio per sacerdotem oblato itavt obliget ad assistendum iis, quæ in Missa recitantur tanquam

accessoriis sacrificio,& quæ compoount ritum, cum quo offertur sacrificium a q, adeò tanquam iis quæ recitantur à publico ministto ad otnatum oblationis sacrificij. Quando autem ab alio extra Missam recitantur, nullo modo pertinent ad sacrificium, neque sunt partes illius ritus, cum quo offertur, nec nomine Ecclesiæ recitantur. Et ideò oon possunt censeri partes Missæ, quæ suppleant partes omissas, cum nec sint eiusdē qualitatis, nec ad eundem finē ordinentur, nec nomine publicæ Ecclesiæ recitērur.

4 Neque fundamentum oppositæ sententiæ obstat. Quia quando Euangelium aut Epistola recitantur à ministro, reuera sunt partes Missæ quia reciraotur ab iis, qui communicant in ministerio celebrationis Missæ, & consequenter possunt aliquid conferre ad integrandam Missam Hoc enim totum fit secundum institutionem Ecclesiæ, quæ instiruit quod tales partes per tales ministros recitarentur. Quod noo contingit, quando priuatim extra Missam recitantur; si verò sit laicus, qui reciret in choro, adhuc est diuersa ratio, quia recitatur Epistola eo tempore, quo recitatur in Missa. Existimo tamen, quod non sit pars Missæ quia non recitatur ad altare, nec tanquam à ministro ab Ecclesia deputato, nec tanquam à fungente munere ministri, cum non admmittatur ad altare, vt suppleat vicem ministri.

QVÆSTIO 1289.

An satisfaciat præcepto, qui simul audit plures partes Missæ à Pluribus Sacerdotibus.

SVMMA.

1 *Missa audiri potest à pluribus dupliciter.*

2 *Audiens plures partes Missæ simul, à pluribus Sacerdotibus, an impleat præceptum* & num. seq.

4 *Qui decem partes à decem Sacerdotibus audiret, an præceptum impleret.*

6 *Diuidens in audiendo partes substantiales in ordine ad diuersos celebrantes, non implet præceptum.*

7 *Non assistit integro sacrificio.*

8 *Quando consecratio alterius speciei ob alio Sacerdote faciat vnum sacrificium.*

9 *Non implet præceptum, qui plures partes à pluribus audit.*

10 *Quid requiratur, vt auditio missæ impleat præceptum.*

11 *Virtutes morales regulantur à prudentia.*

Audire Missam per partes à pluribus Sacerdotibus non est actus regulatus à prudentia.

12 *Qui non audit Missas secundum suas partes ordinatas non implet præceptum.*

13 *Non est probabilis propositio ex qua sequuntur absurda.*

Absurda quæ sequuntur ex propositione quod missa audiri possit per partes a pluribus sacerdotibus.

14 *Attentio potest esse ad plura simul.*

15 *Horæ canonicæ non possunt recitari à pluribus simul recitantibus suos versiculos.*

16 *Recitans potest simul attendere ad alium recitantem.*

17 *Assistentia ad plures est possibilis cum debitis circumstantijs.*

18 *Auditio Missæ, & recitatio se compatiuntur Secundum suum debitum modum.*

19 *Partes Missæ cur successiuè audiri debeant.*

20 *Cur horæ canonicæ musico concentu cantatæ impleant præceptum Chori.*

1 PRocedit difficultas de plutibus partibus, diuersis, itavt dum vnus celebrans celebrat vnam pertem, alius reciter aliam. Quod doplici modo contingere potest, nempè respectu tantum duarum partium, vt si dum audit primam mediotatem ab vno Sacerdote, audiat posteriorem ab alio. Secundò si audiat simul plures partes, vt quatuor, sex &c. à tot Sacerdotibus, itavt audiat primam pattem ab vno, secundam ab aliu, tertiam à tertio, & quartam à quatto, & sic deinceps audiat tamen omnes simul.

2 Prima sententia asserit, satisfacere, si simul aodiat ptimam medietatem ab vno, & secundam medietatē ab alio. Ita Bonau. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vltim. punt.* 11. *num.* 13. ver. *Addo in rigore.* Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 389. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. miss. difficul.* 4. ver. *Addit Bonacina.* Baunius *part.* 1. *Theol. moral. tract.* 6. *quæst.* 9. *de præcep. aud. miss. in fine* Garzia. *in sum. tract.* 4. *difficult.* 4. *n.* 7. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 16. Leander. *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp. prima, quæst.* 53. ver. *sed his non obstantibus.* Et probabile putat Azot. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 3 & Dicastil. citandus. Addunt tamen vtplurimum, citati auctores, quod hoc non est consulendum io Praxi, quia est contra debitum modum audiendi Missam.

3 Fundamentum est, Quia potest quis simul audire duas, aut 3. Missas, & satisfacere præcepto pœnitentiæ iniunctæ & voto. Ergo etiam audire duas partes diuersas distinctarum Missarum. Secundò Potest quis simul audire Missam, & recitare horas canonicas, & satisfacere simul vtrique obligationi. Ergo etiam audiendo priorem medietatem ab vno, & simul posteriorem ab alio, & satisfacere præcepto. Tertiò est probabile, quod non sit neccessaria interna attentio pro implendo præcepro Missæ ergo nec erit necessaria successiua attentio, Ergo nec quod partes Missæ successiuè audiantur.

4 Imo Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disputat.* 1. *Quæst.* ver. *Sed consequenter* concedit, quod possint audire quatuor partes Missæ à diuersis Sacerdotibus, vt si ab vno audiret vsque ad Epistolam, & eodem tempore ab alio, ab Epistola vsque ad Præfationem, à tertio, à Præfatione vsque ad consumptionem, & à quarto à consumptione vsque ad finem. Addit etiā quod satisfaceret præcepto, qui simul decem partes à decem Sacerdotibus audiret Et subdit hanc opinionem non posse dici laxam, quia cum non sit practicabilis moraliter loquendo non potest dici laxa, & contra bonos mores.

5 Secunda sententia negat, impleri præceptum, si prædicto modo audiatur Missa. Ita Laiman. *lib.* 4. *Theolog. moral. tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 13. ver. *Addunt.* Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *n.* 36. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 5. *conclus.* Suarez. *disp.* 88. *de Ecclesiast. sect.* 2. ver. *sed tunc.* Turian. *in select. disp.* 16. *dub.* 7. asserens oppositam sententiam oec esse tutam, nec probabilem. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 20. *cap.* 6. *num.* 11. vocans oppositum absurdum. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de præcept. aud. mis. post.* 3. *conclus.* vers. *Tertio sequitur* Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 288. Merceus *ibid. dub.* 4. *post.* 3. *respons.* ver. *Hinc non.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 26. ver. *cæterum videtur.* Lugo *disp.* 2 2. *de Eucharist. sect.* 1. *num.* 10. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vnica punct.* 16. *num.* 9. Basseus *in floribus verbo* Missa 8. *num.* 4. Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 9. Martinon. *disp.* 40. *de Euchar. sect.* 9. *n.* 109. Cand. *disputatione* 25. *art.* 28. *dub.* 9. Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 19. ver. *Et sanè* Caspens. *part.* 2. *curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *num.* 19. Caramuel *in Theologia. Fundamen. iuxta edit. Romanam fundam.* 31. *num. cap.* 81. vbi latè, & acutè impugnat oppositam sententiam.

Dicendum

6 Dicendum 1. *Non satisfacere præcepto, quia ita audiret partes diuersas à diuersis Sacerdotibus, vt diuideret partes substantiales, nempe consecrationem à consumptione, ita vt assisteret consecrationi vnius, & non consumptioni & consumptioni vnius, & non Consecrationi, aut etiã diuideret consecrationem vnius speciei à consecratione alterius.* Ita Auersa *quæst.* 11. *de Euchar. sect.* 19 *ver. Item admittend.* Franciscus Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 7. *num.* 80. Ratio est, Quia Partes substantiales vnius sacrificij non pertinent ad substantiam alterius sacrificij, nec cum ipso componere possunt integrum sacrificium. Ergo qui assisteret alicui parti substantiali sacrificij alicuius sacerdotis, & non aliis, & assisteret aliis sacrificij, alterius sacerdotis, non assisteret alicui sacrificio substantialiter, sed duplici substantialiter imperfectæ, & proinde non concurreret ad offerendum Deo in persona sacerdotis aliquod sacrificium integrum substantialiter, & consequenter non satisfaceret præcepto, quod obligat ad offerendum Deo sacrificium integrum substantialiter.

7 Confir si vnus sacerdos tantum consecraret vnam speciem, & alius consecraret aliam & alius consumeret de consecratis ab aliquo, qui similiter & ipse consumeret de consecratis à se, nullus ex iis offerret Deo perfectum sacrificium. Ergo si quis diuidat in assistendo sacrificio partes substantiales, non concurret simul cum sacerdote ad offerendum integrum sacrificium, quia in tantum offert in quantum assistit; non assisteret autem integrè sacrificio substantiali, quia illæ partes substantiales, quibus assistent, sicuti non coalescerent in vnum sacrificium, ita nec ipsi assisteret; cum non possit esse assistentia, nisi respectu illius quod est. Sublata autem assistentia, tollitur etiam oblatio sacrificij, quatenus se tenet ex parte assistentium.

8 Dices. Quando celebrans deficit, & alius sacerdos supplet consumptionem, vel etiam consecrationem alterius speciei; sacrificium est vnum, & assistens ipsi satisfacit præcepto. Ergo potest idem sacrificiũ, etiam quoad substantialia haberi à pluribus sacerdotibus Resp. Posse haberi à pluribus sacerdotibus, si vnus ordinet partem substantialem quam peragit ad complendum, quod per alium cæptum est: secus autem quando quisque perficit proprium sacrificium. Quando enim quis consumit sacrificiũ, quod alter cœpit, & non potuit consumere, illa consumptio est de consecratis & ideò trahitur ad vnitatem, quia consumptio cadit supra materiam ab alio consecratam. Quando secundus sacerdos cõsecrat etiam speciem, quia species prima exigit secundam ad sui complementum substantiale, ideò ratione talis exigentiæ trahitur ad vnitatem; at quando plures sacerdotes perficiunt singuli suum sacrificium partes substantiales vnius sacrificij, ita sunt propriæ vnius, vt nullo modo trahi possint ad componendum cum alio sacrificio; vndè stat, quod diuidens, quoad assistentiam partes substantiales non assistat vni integro sacrificio substantialiter, & consequenter nec offerat.

9 Dicendum secundò *Assistentes simul pluribus partibus Missæ recitatis à pluribus Sacerdotibus, siue sint decem, siue sex, siue etiam tantum duo, siue quocumque alio numero non satisfacere præcepto.* Hanc conclusionem existimo certam, præsertim quia rationes, quæ pro opposita sententia adducuntur, non sunt sufficientes ad fundandam auctoritatem Doctoribus illam tenentibus, vndè si auctoritas est secundum mensuram rationis non erit maior, quam sit vis ipsa rationum.

10 Ratio verò est. Quia præceptum iniungit auditionem Missæ tanquam cultum Dei exhibendum per sacrificium, atque adeò tanquam actum virtutis religionis: itavt saltem cultus externus habeat qualitates quæ conueniunt, & sunt necessariæ pro actu virtutis talis, nemp: religionis. Si autem quis audiat diuersas partes diuersarum Missarum, quæ celebrentur à diuersis sacerdotibus, itavt integritas Missæ ex partibus diuersarum Missarum simul auditarum coalescat, non habet talis actus externus qualitates, & circumstantias necessarias pro actu religionis, & proinde non est ille actus, qui iniungitur per præceptum.

Quod non habeat dictas qualitates, & circumstantias ex eo deducitur, quod virtutes omnes morales debeant regulari à prudentia, quæ disponat modum, quibus virtutes morales attingunt proprium finem, vt docent communiter cum D.Thom. 2.2. *q.* 47. *art.* 6. & 7. vtrobique *in corpore.* Rursus etiam prudentia debet determinare de circumstantijs, quibus perficiuntur eædem virtutes morales, vt docet idem D.Thom. ead. 2. 2. *quæst.* 44. *art.* 7. *ad* 2. constat autem, quod modus audiendi Missam, per diuersas partes simul à diuersis Sacerdotibus non est actus regulatus secundum prudentiam, quia recta ratio non dictat, quod sit modus congruus deferendi Deo cultum principalissimum qui consistit in sacrificio, nec aptus ad promerendam beneuolentiam Dei, sed potius sit cultus ridiculus, ostendens quod non magnificat is, cui defertur, & potius aptus ad causandam indignationem. Sicuti si quis ingrediens ad Pontificem, vnam genuflexionem quæ præmititur in distinctis spacijs cubiculi in eodem prætoriterer, nam, hoc actu ostenderet, se nolle seruare in ingressu illam reuerentiam, quæ ostenditur in genuflexione cum interpolatione, & in diuerso spatio. Rur us talis modus audiendi Missam prouenit, non ex prudenti, sed inordinato dictamine rationis, nam recta, & prudens ratio non potest dictare, quod modo tam confuso, & animo tam sollicite curante expediri à cultu Diuino, vt tam propero cultu colatur Deus. Accedit etiam, quod cum Ecclesia adeò laborauerit ad ordinandos ritus Missæ, & adeò strictè iniunxerit obseruantiam, nõ possunt coniungi prudenter plures partes diuersarum Missarum, quoad assistentiam, & confuso modo audiri, itavt audiat simul & absque ordine partes, quæ successiuè & iuxta ritum institutum ab Ecclesia deberet audiri. 11

Confir. Præceptum audiendi Missam est correlatiuum, ad celebrationem, itavt Ecclesia, intendat obligare ad audiendam Missam celebrandam iuxta illius institutionem. Vndè si quis componeret aliquam Missam specialem, & faceret eam recitare non satisfaceret præcepto audiendi, quia non audiret illam Missam, quam Ecclesia præcipit audiri. Ergo nec satisfaciet præcepto, qui audit plures partes Missarum, simul à diuersis Sacerdotibus, quia cum Ecclesia præcipiat celebrari Missas secundum suas partes ordinate, præcipit etiam ita audiri, & Missa, quæ auditur assistendo simul pluribus partibus diuersis plurium Missarum, non est illa quàm præcipit audiri. Imò nec etiam coalescunt illæ partes in vnam Missam, quia quælibet ex ipsis, est pars propria sui totius, & ideò non potest esse pars alterius Missæ, & consequenter non verificaretur, quod talis audiret, Missam, sed solum, quod audiret diuersas partes, diuersarum Missarum quod non est satisfacere præcepto de audienda Missa. 12

Confirm. 2. Quando ex aliqua propositione sequuntur plura absurda, non potest talis propositio esse probabilis, quia tanquam causa contineret illa absurda, & improbabilitatem. Ex probabili autem non sequitur absurdum. Ex hac autem propositione, quod Missa audiri possit implendo præceptum audiendo simul diuersas partes diuersarum Missarum, sequun- 13

tur plura absurda, & imptobabilia, vt latè prosequitur Caramuel *citat.* Nam imptimis sequitur, quod si dispooantur viginti Missæ in altatibus ita propinquis, vt quis moraliter illis assistere possit, itavt vna incipiat post aliam, cuius vigesima pats præcesserit, & sic deinceps, quod satisfaciat præcepto, qui accedere: dũ vigesima pars vltima primæ Missæ celebratur, & recederet ea completa, satisfaceret ptæcepto, qoia eodem tempore audiret pattes decem & nouem aliarum misarum, cum ordine, vt essent partes omnes quæ concurrunt ad componendam Missam. Et quamuis dicat Leander quod hoc non est practicabile; absolutè tamen posset ad praxim reduci. Deinde sufficit, si secundum esse speculatiuum sit absurdum. Nam adhuc id ex quo sequitur, erit absurdum, cum non possit absutdum sequi, nisi ex absurdo.

14 Aliqui respondent. Quod non valet illatio, quia non potest quis attendere simul ad tot Missas moraliter loquendo. Verum hoc dici non potest tum quia non est necessaria actualis attentio, sed sufficit motalis assistenria, vt docent communiter. Tum quia si esset necessaria, esset etiam in praxi posibilis, vt constat, quando quis attendit ad concentum musicum in qoo aliquando plusquã viginti voces cantãt.

15 Secundum absurdum est. Quia etiam in recitandis horis Canonicis eum Sucio, non esset necessatium, quod expectaret, quod Socius tecitarit suum Versiculum, sed posset, dum recitat, alium subsequẽtem versiculum recitare. Imò possent ambo continuatè recitare versiculos ad se pertinentes, aut dum vnus recitat continuò Psalmum, alter recitare continuò alium Psalmum; & idem etiam in choro seruari posset, ita vt dum vna pars chori cantat vnum verticulum, alia cantaret aliud, aut dum vna cantat aliquem Psalmum alia cantaret alium. Rursus quando recitantur lectiones, aut in choro aut extra ipsum possent à pluribus tres lectiones aut etiam omnes nouem à pluribus recitari cæteris audientibus. Quis autem dicat io hoc modo recitandi impleri præceptum horarum Canonicarum?

16 Dices hoc non sequi, quia qui recitat officium simul cum alio, tenetur audire distinctè verba recitantis secum horas Canonicas. Verum non tenetur audire, seu attendere magis distinctè, quàm attendat pro parte recitationis, quando solus recitat. Quia si satisfacit, qoando solus recitat, satisfaciet etiam, quando tecitat cum alio dum autem ipse recitat, potest simul attendere, eodem modo ad id, quod alter recitat, imò vt simul cum ipso recitet, maiori conatu attendet ad suam & ad alienam recitationẽ, quia talis modus recitandi ex oatura sua excitat atteotionem.

17 Ad 1. in oppositum respondetur. Antecedens pati suam difficultatem. Quidquid tamen sit, est diuersa ratio. Nam dum simul plures Missæ audiuntur; adest moralis assistentia respectu vnius cuiusque iuxta ordinem, & ritum celebrationis, & non fit aliqua variatio in modo audiendi ac si vna tantum audiretur: & consequentet non euadit reprehensibilis, sed tantum assistensia habens omnes debitas circunstãtias applicatur pluribus Misis, in quo non sunt illæ indecentiæ in cultu Diuino, quæ sunt in prædicto modo audieodi, nec sequuntur illa ioconuenientia & absurda quæ sequereotur ex eo quod impleatur præceptum audiendo plures simul partes diuersarum Missarum.

18 Ad 2. neg. conseq. Quia est diuersa ratio; nam qoando auditur Missa & simul recitantur horæ Canonicæ, vtrumque fit eo debito, & regulari modo, qoo recitarentur, & audiretur Missa, si vtrumque seorsim fieret: & proinde exhibetur totum id, quod exigitur à præcepto, & eodem modo, quo exigitur. Quod non contingit, quando pro vna Missa simul audiuntur plures partes diuersarum Missarum, quia tunc neque auditur vnica Missa, neque eo modo, quod debet audiri, vt constat ex dictis.

Ad 3. Quidquid sit de interna attentione an sit 19
necessaria de quo infra, ex eo, quod non sit necessaria, noo licet inferre, quod non sit necessarium, quod partes Missæ successiuè audiantur quia non prouenit ex necessitate attentionis, quod debeant successiuè audiri, sed quia debent successiuè celebrari, eo enim modò debet audiri Missa, quo debet celebrari; quia præceptum est de audienda Missa prout ab Ecclesia celebratur & ideo cum celebretur successiuè debet etiam ex vi præcepti successiue audiri. 20

Pro ptiori seotentia videtur obiici posse, quod dum concentu musicali cantantur vesperæ satisfit obligationi chori, & tamen Dum ali qui cantant vnũ Versiculum Psalmi alius cantat alterum præsertim quando plures chori ioterueoiunt. Ergo idem dicendum est etiam in auditione Missæ. Resp. diuersam rationem, nam per concursum vnius versiculi simul cum alio non confunduntur laudes Diuinæ sed reducuntur ad quendam ordinem, qui habet magnam venustatem, vt proindè laus Diuina ex illa dispositione acquirat specialem splendorem, & contineat specialem cultum. At quando audiuntur plures partes diuersæ ex pluribus Misis, non coalescit ex illis vna Missa, cui dicatur assistere audiens, neque assistentia aquirit aliquam specialem estimabilitatem, in ratione cultus Diuini, sed longè diminuitur, & habet terminum confusum nempe partes diuersas diuersarum Missarum, in quo ostenditur minor reuerentia, quàm sit debita Deo, & continet modum adimplendi præceptum reprehensibilem, & potius displicitem Deo, quàm obsequiosum. Nec est secundum mentem Ecclesiæ quæ exigit asistentiam sacrificio, eo modo, quo ipsa offert. Cum enim intendet asistentes cooperari sacrificio, quod à sacerdote offertur, intendit etiam quod assistentia correspondeat celebrationi vnius, & eiusdem sacrificij oblati ab eodem sacerdote.

QVÆSTIO. 1290.

An satisfaciat pracepto qui audit successiuè vnam partem Missæ ab vno, & aliam ab alio.

SVMMA.

1 *Partes Missæ duplici modo successiuè audiri possunt à pluribus Sacerdotibus.*
2 *Audiens successiuè partem Missæ ab vno, & partem ab alio an in impleat praceptum.* & num. seq.
4 *Missæ auditio per partes continet indecentiam &c.*
5 *Si licet audire duas partes à duobus Sacerdotibus, licebit etiam audire decem à decem.*
6 *Praceptum exigit auditionem Missæ proportionatam celebrationi.*
7 *Praceptum audiendi missam obligat ad obligationem sacrificij secundum ritum Ecclesiæ.*
8 *Quid si quis assistat à consecratione vsque ad finem, & pracedentem partem audiat ab alio.*
9 *Lex obligat iuxta mensuram obseruantia.*
Obseruantia declarat, Missam integram ab eodem Sacerdote audiendam.
10 *Partes vnius compositi non possunt componere aliud. Nec etiam morale.*
11 *Inuersio ordinis quando non tollat quin impleatur praceptum.*

12 *Actio*

12 *Actio audiendi Missam exigitur vt circa eamdem Missam.*

13 *Improbabile est, quod non peccet, qui partem missa audit ab vno, & partem ab alio.*

1 DVplicitet contingere potest, audiri successiuè diuersas partes Missæ à diuersis Sacerdotibus celebratas. Primò si prior pars primo loco ab vno audiatur, & posteriot ab alio posteriori loco, itavt seruetur ordo partium inter se. Secundo modo si inuertatur iste otdo, itavt primo loco audiatur posteriot medietas, & posteriori loco prior medietas, Aut etiam si audiatur primo loco, media pars ex tribus, & postea ptiot pars ex ijsdem tribus, & tettio, loco, vltima pars, aut aliquo alio modo inuertatur otdo. Est autem resoluendum quod dictum est, *quæst. præcedenti*, nempè non impleri præceptum, si diuidantur partes substantiales, quia talis diuisio facit quod non adsit adsistentia respectu integri sacrificij, qualis ab Ecclesia præcipitur.

2 Prima sententia asserit, satisfacere præcepto, qui audit partem Missæ ab vno Sacerdote, & aliam partem ab alio, siuè primo loco audiat priorem partem siue posteriorem. Ita Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. circa finem.* Nauar. *cap. 21. manual. num. 2. & in Cap. Quando de consecrat. dist. 1. not. 10. num. 18.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 15. num. 8.* Graf. *part. 1. Decis. lib. 2. cap. 34. num. 4.* Laiman. *lib. 4. theol. moral. tract. 7. cap. 3. in fin.* Ll mas *tertia part. meth. cap. 5. §. 8.* Scortia *lib. 2. de sacrif. mis. cap. 20. num. 30.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. num. 207.* Nugn *3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 2. de precept. aud. miss. post. 3. conclus. vers. Ad hanc difficultatem.* Bartholom. ab Angelo *tract. de miss. §. 78 a.* Bonac. *disp. 4. de sacram. q. vlt. punct. 11. num. 13.* Facundez *part. 2. Exam Theol. moral. cap. 8. §. 1. num. 6.* Tutrian. *in select. part. 2. disp. 16. dub. 7.* Reginal. *libro 10. Praxis fori Pænit. num. 26.* Molfes. *part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 35.* Palaus *part. 4. tract. 21. disp. vn. punct. 16. num. 8.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 8. difficul. 35. num. 4.* Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrif. miss. diff. 4.* Portel. *in dub. Regul. verbo* Missa. *in addit num.* 12. Marchin. *de sacram. ordin. tract. 3. part. 3. cap. 17. num. 6.* Candid. *disquisit. 25. art. 25. dub. 5.* Io à Cruce *part. 1. Director præcept. Decal. art. 2. conclus.* 1. Martinon. *disp. 40. de Eucharist. sect. 9. num. 109.* Machad. *tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 1. docum 1. num. 7.* Iodocus. *in Thesauro verbo.* Missæ *num. 49.* ver. *Tertio* Auersa. *quæst 11. de Euchar. sect. 19.* ver. *Benè tamen* qui limitat, dummodò non diuidantur partes substantiales Lublinus *tom. 1. sum. verbo.* Festum, *num. 17.* Io. Henriquez *in compend. casu. moral. cap. 15. n. 2.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 4. num. 4* Gabr. à S. Vincentio *de sacram. disp. 3. de sacrific. mis. q. 8.* ver. *Quid ergo sentiam.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 7 num. 8.* Qui similiter limitat, dummodo non fiat diuisio quoad partes substantiales. Dicastil. *de sacram. tract 5. disp. 5. dub. 3. num. 39.* Leander *in præcep. Eccles tract. 2. disp. 1. quest. 51. & 52.* Fundamentum est: Quia duæ medietates, aut tres partes faciunt vnam integram Missam Sicut Quando vnus Sacerdos non potest complere sacrificium & alius supplet est idem sacrificium. Confir. Inuersio ordinis non tollit, quin impleatur præceptum, vt constat in recitatione horarum Canonicarum, vt si recitetur Tertia ante Primam, &c. Confir. 2. Ab Ecclesia exigitur tantum vnitas obsequij, & actionis religiosæ in audienda Missa. Pro hac autem sufficit vnitas assistentis nec requiritur vnita sacrificantis.

3 Secunda sententia negat, satisfacere præcepto. Ita Suarez *disp. 8. de Euchar. sect. 2.* ver. *Sed tunc* vocans oppositam sententiam suspectam, & parum consentaneam intentioni Ecclesiastici præcepti, religione ac reuerentiæ debitæ sacrificio. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 3. quæst. 3.* qui tamen oppositam sententiam putat probabilem. Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 6. num. 11.* Tolet. *lib. 6. cap 7.* ver. *Dico oppositum*, putans probabile, Lugo Cardin *disp. 22. de Eucharist. sect. 1. num. 8.* Menerus *de sacram. q. 83. art. 6. dub. 4. post. 3. respons.* ver. *Notandum denique*, addeos oppositam sententiam non posse condemnari ob auctoritatem Doctorum, Præpos. *3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 4. num. 207.* ver. *Quoad posterius.* Caspens. *part. 2. Curs. Theol. tract. 23. disp. 4. sect. 2. num 19* Caramuel. *in Theolog. fund. 31. num. 778.* & absolutè tenet Coninch quamuis oppositum putet probabile ob auctoritatem Doctorum *de sacram. q. 83. art. 6. num. 287.* & inclinant magis in hanc sententiam, Medina *lib. 1. sum. cap. 14. §. 4.* Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 123 num. 1.*

Dicendum est. *Andientem diuersas partes Missæ à* 4
diuersis Sacerdotibus successiuè non satisfacere præcepto. Et hoc intelligendum est etiam si partes ita ordinatè audiantur, vt priori loco audiantur quæ priori loco celebrantur. Nec possum non mirari, quod tot, & tales Doctores in oppositam sententiam abierint, amplectentes nulla ratione cogēte modū adimplendi præceptum parum religioni congruum. Ratio est quia si liceret satisfacere præcepto audiendo Missam per partes etiam inuerso ordine posset etiā impleri, si decem partes à decē Sacerdotibus confuso ordine audirētur, vt si à primo, audiretur primo loco à præfatione ad consecrationē; à secundo ab introitu vsq; ad Kyrie eleisioo, à tertio, à cōsecratione vsq; ad secundum *memento*; à quarto à postcommun. vsque ad Benedictionem à 5. à Gloria in Excelsis vsque ad graduale, à sexto à secundo *memento* vsque ad *Pater Noster* à 5. ab Euangelio vsque ad offertorium ab octauo. à *Pater noster* vsque ad consumptionem, à 9 ab offertorio vsque ad præfationem, & à decimo à consumptione vsque ad postcommunionem. Constat autem quod hic modus audiendi Missam; esset à prudentibus repræhensibilis, & ridiculus, & quod non prouenitet ex recto, sed stulto dictamine, & potius contineret irreuerentiam, quàm obsequium diuinum & potius irrisionem, quàm adimplementum præcepti Ecclesiæ.

Dices esse diuersam rationem de hoc modo ad- 5
implendi præceptum, ac si duæ, aut ad summum tres partes Missæ audiantur à duobus, aut tribus Sacerdotibus. Nam in hoc modo audiendi non interuenit talis confusio. Verùm si licet audire duas partes à duobus Sacerdotibus inuerso ordine, licebit etiam audire decem, quia est eadem ratio; nam si semel, diuidi possunt partes missæ in ordine ad audiendum, itavt à pluribus audiri possint, & si potest ordo inuerti, licebit etiam diuidere in qualcumque partes inuerso eorum ordine, quod si apparet absurditas in diuisione, & inuersione ordinis multarum partiū, non est quia non sit eadem absurditas, in diuisione & inuersione duarum partium, sed quia in pluribus magis apparet & est maior extensiuè. Cæterum tota hæc absurditas ex eadem causa, & ex eadem propositione sequitur, quod liceat diuidere in ordine ad audiendum partes missæ, & inuertere eundem ordinem, in quo tanquam in causa continetur. Vndè cum hic modus audiendi missam non fit secundum regulas prudentiæ suæ regulat omnes virtutes, vt dictum est *quæst. præced.* neque etiam erit actus virtutis religionis, quia vbi deficit prudentia deficit etiam actus virtutis.

Confirm. Ecclesia præcipit audire Missam in ordi- 6
ne ad celebrationem, ita vt obliget audire eo modo, quo celebratur secundum ritum à se præscriptum;

que

aut saltem permissum; iubent enim assistere sacrificio, prout à suis ministris offertur. Ergo cum Missæ celebratio exigat ordinem præscr ptū, à rubricis, ita vt tota ab eodem extra casus necessitatis, & sine interpellatione; celebretur & hoc cadat sub graui oblidum Ecclesia obligat ad audiendam Missam, obligatione, gabit ad audiendam illo modo, quo celebratur nempè totam ab eodem & sine partium inuersione, quia quod disponitur de vno ex correlatiuis, cēsetur dispositū etiam cum altero iuxta *l.fin.ff.* de *accept.* & *l.si quis seruo.* C. de *furt.* & *l.fin.* C. de *indic. vid. tollen.* & obseruant communiter Doctor. Bald. *cons.* 14 *num.* 1. *lib.* 4. Boer. *decis.* 48, *n.* 3. Bertazor *in Repet. l. si quis maior num.* 800. C de *transact.* Pinel. *in l.* 2. C de *ressin. vendit. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Adouin. *cons.* 74 *num.* 14. Gabr. *conclus.* 6. *lib.* 6. *tit. de leg.* Corn. *cons.* 145. *num.* 7. *lib.* 4. Anton. de S. Blas. *tract. de correlat. tom.* 10. *tract.* Euerard. *in Topica iur. loco à* Correlat. *num.* 8.

7 Confirm. 2. Ecclesia obligat ad audiendam Missam, & ratione sacrificij, vt audiens simul cum sacerdote offerat sacrificium, quatenus sacerdos nomine adstantium offert, ita tamen, vt non solum obliget assistere, quatenus durat sacrificium secundum suas partes substantiales, sed etiam toti & integro ritui eum quo offertur; & proinde obligat ad cooffetendum simul cum sacerdote illo rituali modo, quem præscribit. Sed assistens Missæ vnius Sacerdotis, & parti alterius non satisfacit huic obligationi. Ergo. Min. constat. Quia siue audiat suas partes ordinatè, siue inuerso ordine cum nullō sacerdote cooffert sacrificium; sed tantum cum singulis singulas partes; quæ cum non vniantur inter se nec etiam morali modo ad conficiendum vnum sacrificium in se: nec etiam vniuntur vt fiat terminus vnius oblationis, sed sunt diuersi termini imperfecti diuersarum imperfectarum oblationum: sicuti essent si duo sacerdotes celebrarent singuli, singulas medietates missæ, nam nemo illorum offerret integrum sacrificium sed tantum singuli singulas partes.

8 Et hoc locum habet, etiamsi vna pars cui assisteret, contineret totam substantiam sacrificij, vt si assisteret à consecratione vsque ad finem, nam licet in hac parte, continuatur tota substantia sacrificij non est tamen totum esse rituale eiusdem vt proindè peccaret mortaliter qui priori parti non assisteret. Vndè cum obligatio præcepti sit ad offerendum sacrificium non solum secundum substantiam, sed etiam secundum esse rituale, vt impleatur obligatio requiritur quod adsit huiusmodi sacrificium oblatum per assistentem. Non adest autem secundū totum suum esse rituale, sed tantum secundum partes.

9 Confirm. 3. Omnis lex recipit intellectum ab obseruantia, ita vt eo modo obliget quo obseruari solet, nec seruari dicitur; nisi obseruetur prout conuenit obseruari cap. *cum dilect.* de *consuetud.* & notant Doctor. Abbas *ibid. num.* 7. & c. *ibid.* dec. *consil.* 440. *num.* 12 Menoch. *consil.* 247. *num.* 18. Rota coram Merlin. *decis.* 545 *nu.* 5. obseruantia autem obtinuit ab initio nascentis Ecclesiæ, vt præceptum audiendi Missam obseruetur, integram illam ab eodem sacerdote celebratam audiendo. Quod adeo necessarium fuit æstimatum, vt pluries præceptum fuerit, quod nemo ante completam Missam discederet vt constat ex cap. *Omnes fideles* & cap. *Missas* & cap *cum ad celebrand.* de *consecrat. dist.* 1. Ergo ex tali obseruantia remanet exclusus modus contrarius obseruandi præceptum, tanquam non aptus pro obseruatione; Ergo non satisfaciet præcepto qui duas partes Missæ audiet à diuersis sacerdotibus præsertim inuerso ordine, quia non implebit præceptum, sicut obligat.

10 Ad fundamentum in oppositum resp. Esse contrarium bonæ Philosophiæ, quod partes, quæ componunt in vno composito, sint etiam partes alterius compositi imò hoc omninò repugnat. Quia sunt partes intrinsecè componentes. Quis enim dicat Brachia Petri, & Crura Pauli posse simul componere tanquam partes tertium corpus. Cum ergo pars Missæ, quæ priori loco auditur componat integram Missam cum parte, quæ non auditur; & pars Missæ, quæ posteriori loco auditur componat cum alia parte, quæ non auditur, non possunt partes auditæ componere vnam tertiam Missam, & propterea remanet, quod non audiatur Missa, sed partes Missæ, & quod non offeratur Deo integrum sacrificium secundum institutionem Ecclesiæ iuxta superius dicta. Nec dici potest quod moraliter sit vna Missa, quia in composito quoque morali, partes vnius non possunt esse partes alterius compositi; quia eo ipso, quod sunt partes intrinsecè componentes, & composita sunt inter se distincta, non possunt partes duorum compositorum concurrere ad componendum tertiū compositum. Nec est eadem ratio de sacerdote supplente, quod non potest præstare primus celebrans, quia in hoc casu fit tantum variatio causæ efficientis respectu eiusdem Missæ, quæ ponit eas partes, quæ priori Missæ deficiunt: non autem fit compositio tertij compositi ex partibus componentibus alia composita.

Ad 1. Confirm. resp. tunc inuersionem ordinis 11
non tollere, quin impleatur præceptum, quando hæc inuersio non variet secundum substantiam rem præceptam: secus autem, si variet; nam tunc non exhibetur, quod exigitur per præceptum. Vndè in tantum in horis Canonicis, si vna ante aliam recitetur, satisfit præcepto; quia singulæ horæ Canonicæ sunt seorsim distincta composita, quorum vnum subsistit independenter ab alio, secùs autem contingeret, si in eadem hora Canonica fierat inuersio partium; vt in primo loco recitaretur Homilia, cum suis responsoriis, postea inuitatorium, deinde lectiones primi nocturni. Rursus Psalmi primi nocturni &c. Tunc enim nō essent illæ horæ, quæ præscribuntur ab Ecclesia, sicut non esset eadem domus, si ex eisdem cementis prioris domus noua forma, ædificaretur alia domus. Vnde sicut generaliter res perit sublata forma artificiali ita etiam sublata forma artificiali perit res artificialis. Quare tunc inuersio ordinis non tollit quin impleatur præceptum, quando est accidentalis, & non variat formam rei præceptæ. Secus autem si variet. Quando autem Missa per partes auditur à diuersis sacerdotibus, variatur substantia rei præceptæ, quia sicuti illæ partes non componunt vnum sacrificium rituale secundum institutionem Ecclesiæ, ita nec cooffertur simul Deo eum sacerdote sicuti ab Ecclesia iniungitur.

Ad 2. Confirm. exigi quidem ab Ecclesia vnita- 12
tem obsequij, & actionis religiosæ in audienda Missa, sed hanc vnitatem non haberi ex sola identitate personæ audientis, seu assistentis, sed insuper requiri etiam vnitatem termini, quia generaliter actio sumit suam vnitatem, & pluralitatem, à termino. Sic si idem audiuit plures Missas non habetur vnitas, sed multiplicitas actionis religiosæ, & obsequij, si audiat vnam Missam habetur vnitas si verò audiat partes diuersas, diuersarum Missarum, habetur multiplicitas obsequij, & actionis religiosæ sed imperfectæ, ita vt in nulla reddatur Ecclesiæ, quod per suum præceptum exigit. Præsertim quia requiritur vnitas non cuiuscumque actionis religiosæ, & obsequij, sed quæ sit oblatio sacrificij secundum esse rituale institutum ab Ecclesia integra; quod non habetur si per partes Missa audiatur à diuersis sacerdotibus.

Ex quibus deducitur quàm improbabiliter Me-
dina *lib.* 1. *instruct. cap.* 14. §. 9. Io. Henriquez *in comp.* 13
cas.

enſ.moral. cap. 15. *num.* 2. doceant quod non peccet, qui partem Miſſæ audit ab vno ſacerdote & partem ab alio. Nam dato, quod ſatisfaceret præcepto adhuc tamen talis diuiſio præſertim cum inuerſione ordinis partium eſſet peccatū veniale, vt notant Doct. plures ex citatis pro prioris ſententia, præſertim Nugn. 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de præcept. aud. Miſ. part.* 3. *concluſ.* verſ. *Ad hanc difficultatem.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 26. Candid. *diſquiſ.* 25. *art.* 5. *dub.* 5. *dict.* 11. Baon. *part.* 1. *Theol. moral. tract.* 6. *quæſt.* 9. *de præcept. audien. Miſſ.* Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 55. verſ. *ſed certè.* Negari enim non poteſt, quin ſaltem ſit imperfectus modus ſatisfaciendi præcepto, & continens aliquam indecentiam.

QVÆSTIO 1291.

An poßit quis ſimul plures miſſas audire, & ſatisfacere pluribus Obligationibus.

SVMMA.

1 *Plures Miſſæ poſſunt ſimul debito modo audiri.*
2 *Audiens ſimul plures Miſſas an ſatisfaciat obligationi audiendi plures Miſſas* & num ſeq.
4 *Plures Miſſæ ſimul audita non extingunt obligationem audiendi plures Miſſas.*
5 *Debet multiplicari aſſiſtentia moralis, & phyſica, quando cadit ſub obligatione audire plures miſſas.*
6 *Quando vnica auditione Miſſæ impleatur votum & præceptum.*
7 *Obligatio audiendi plures Miſſas eſt obligatio ad multiplicem aſſiſtentiam, &c.*

1 SVpponendum eſt. Non repugnare, quod quis ſimul audiat plures Miſſas, ſi altaria, in quibus celebrantur; ſint ita diſpoſita, vt ſimul poſſit ijs morali modo aſſiſtere; vt notant etiam Lugo *diſp.* 22. *de Euchariſt. ſect.* 1. *num.* Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. *num.* 12. Dicaſtil. *tract.* 5. *de ſacrament. diſp.* 5. *dub.* 9. *num.* 121. Geſual. *de ſacrament. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 16 Leander *in præcept Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 58. neque oppoſitum putatur probabilius à Molfeſio ſupracitando, quia non loquitur de ſimplici auditione, ſed de auditione in ordine, ad ſatisfaciendum pluribus obligationibus. Ratio eſt. Quia pro audienda Miſſa ſufficit tantum aſſiſtentia, cum ratione ipſius dicatur aſſiſtens cooperari ſacrificio, & cooffere ſimul cum celebrante. Per eamdem autem aſſiſtentiam poteſt pluribus celebrantibus aſſiſtere ſi vnus ratione loci non diſtrahat aſſiſtentiam reſpectu alterius. Solum difficultas eſt, an etiam poſſit audiendo ſimul plures Miſſas ſatisfacere obligationi audiendi plures Miſſas.

2 Prima ſententia aſſerit, poſſe ſatisfacere pluribus obligationibus audiēdo ſimul plures Miſſas Ita Maior *in* 4. *diſt.* 12. *quæſt.* 8. *dub.* 1. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 13. *num.* 12. Ledeſma *in ſum. tract. de Euchariſt. cap.* 27. *paulo ante concluſ.* 9. Portel. *in dub. Regular. verbo.* Miſſa *in Addit. num.* 10. Scortia *lib.* 2. *de ſacrific. miſ. cap.* 20. *num.* 10. Dicaſtil. *de ſacram. tract.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 9. *num.* 113. Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 49. Franciſ. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 79. citantur etiam Suarez, & alij Doctores; ſed non loquuntur in hoc caſu, ſed ſolum, quod ſimul cum præcepto audiendi Miſſam poteſt impleri etiam aliud præceptum, vt de horis canonicis. Fundamentum eſt. Quia verè audiuntur duæ aut tres miſſæ, & proindè ſatisfacit, quia diſtinctio temporis non cadit ſub obligatione; ſicut, nec quod impleantur hæ obligationes vnico, aut diſtinctis actibus.

Seconda ſententia negat audiendo ſimul plures 3
miſſas impleri plures obligationes. Ita Turrian. *in ſelect. diſp. part.* 2. *diſp.* 16. *dub.* 7. Coninch, *de ſacram. quæſt.* 83. *art.* 6. *num.* 311. Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 19. verſ. ſeptimò & hanc ſententiam putat probabiliorem, & magis ſecuram Molfeſ. *part.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 17. *n.* 36. & alij Recentiores.

Quando ex obligatione audienda ſunt plures miſſa non adimpleri ſingulas obligationes, ſi ſimul audiantur plures Miſſa Ratio eſt. Quia obligationes ſunt multiplices, vt ſi audienda ſit miſſa ex præcepto, & ex pœnitentia, aut etiam ſi plures audiendæ ſint ex pœnitentia, aut ex voto. Ergo non poſſunt extingui huiuſmodi obligationes, niſi per correſpondentem multiplicationem rei præceptæ, quia hoc prouenit ex natura obligationis, vt non extinguatur, niſi exhibeatur id, quod ab ipſa exigitur, multiplex autem obligatio eiuſdem rei exigit multiplicitatem rei. Sed quando quis audit ſimul plures Miſſas non multiplicat id, quod exigitur ab obligatione audiendi: nam obligatio audiendi non exigit multiplicationem Miſſarum per ſe primò, ſed tantum conſequutiuè; per ſe verò exigit multiplicitatem auditionis, & aſſiſtentiæ, quæ non multiplicatur, ſed vna, & eadem aſſiſtitur pluribus miſſis ſimul.

Dices. Licet aſſiſtentia non multiplicetur phyſi- 4
cè, multiplicari tamen moraliter, vt contingit in pluribus actibus, qui ſunt vnus, & idem phiſicè, & habent plures moralitates etiam ſolo numero diuerſas, vt ſi quis eodem actu iubeat plures occidi, aut ſi eodem actu intendat pluries fornicari. Illa ergo aſſiſtentia, quamuis ſit vna phiſicè, eſt tamen multiplex moraliter; quia habet multiplicem terminum; Hæc autem multiplicatas ſufficit pro extinctione obligationis. Verum hoc dici non poteſt. Quia aſſiſtentia moralis includit etiam phyſicam, nam importat phyſicam præſentiam accomodatam cultui diuino, & ideò cum phyſica aſsiſtentia non multiplicetur, nec etiam multiplicatur moralis. Deinde Eccleſia præcipiens auditionem Miſſæ, nedum præcipit aſsiſtentiam moralem, ſed etiam phyſicam, quia requirit præſentiam. Ergo obligatio ad aſsiſtēdum pluribus miſsis eſt obligatio multiplicis aſsiſtentiæ phyſicæ, & proinde debet eſſe multiplex, vt extinguat obligationem.

Dices 2, Quando quis die Dominico tenetur ex
voto, audiendo vnam miſſam ſatisfacit voto, & ta- 5
men obligatio eſt duplex, & aſsiſtentia tantum vnica, Ergo etiam audiendo ſimul plures miſſas quamuis aſsiſtentia ſit vnica, ſatisfaciet pluribus obligationibus. Reſp. ſatisfacere voto, & præcepto eadem Miſſa, ſi votum de audienda miſſa ſit affixum diei, quia tunc non inducit obligationem nouæ miſſæ, ſed confirmat obligationem præcepti, vndè non cadunt plures miſſæ ſub obligatione, ſed tantum eadem ex duplici titulo. Si verò votum non ſit affectum diei, ſed ſimpliciter ſit votum de audienda miſſa, tunc non impletur ſimul cum præcepto eadem miſſa quia inducit obligationem miſſæ diſtinctæ, & quæ aliàs non ſit debita. Hoc enim vniuerſaliter locum habet, vt ſuppoſita aliqua obligatione, ſi independenter ab ipſa promittatur eadem materia eidem perſonæ contrahatur noua obligatio. Et proindè ſemper, quando adeſt obligatio audiendi plures miſſas, cadit ſub obligatione multiplex aſſiſtentia.

Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Audiri quidem tres miſſas, ſed vnica aſſiſtentia, quæ proindè

non adæquat obligationem, quæ est de simplici assistentia, quia cadit directè supra assistentiam ad quam obligat & ideò debet multiplicari, sicut multiplicatur obligatio. Hinc autem fit, quod distinctio temporia cadat indirectè sub obligatione, quatenus scilicet non possunt exhiberi plures assistentiæ, nisi distinctis temporibus exhibeantur. Similiter etiam valde interest, an huiusmodi obligationes vnico an pluribus actibus impleantur, quia si vnico actu impleantut, verè non implentur, quia non exhibetur id, quod ab ipsis exigitur, & ideò est necessaria multiplicatio actuum, vt constat ex dictis.

QVÆSTIO 1292.

An qui non potest integram Missam audire, teneatur audire partem, quam potest.

SVMMA.

1 *Potens audire Missam, licet sine parte non notabili, tenetur audire.*

2 *Potens audire tantum partem Missæ an teneatur audire* & num. seq.

4 *Quanda saluatur ratio finalis præcepti, habet locum etiam præceptum.*
Ratio est anima legis.

5 *Qui potest assistere Missæ solum vsque ad consecrationem, an teneatur assistere.*
Cessante fine cessat obligatio præcepti.

6 *Quid si posset assistere vsque ad consecrationem inclusiuè.*

7 *Accedens prope consecrationem tenentur audire missam quæ superest.*

8 *Quid si accedat facta consecratione, nec possit aliam Missam audire.*

9 *Facta consecratione durat adhuc sacrificium super altari, & aliqua reliquia causæ finalis præcepti.*
Quandiù durant reliquia causæ finalis durat effectus.

10 *Potens assistere toti Missæ præterquam consecrationi, tenetur assistere.*

1 SVpponendum est tamquam certum. Quod si possit audire Missam omissa tantum aliqua parte non notabili, siue ratione quantitatis, siue ratione substantialitatis, tenetur audire vt supponunt communiter Doctores, præsertim infra citandi. Quia tunc potest implere præceptum; in tantum enim excusaretur, in quantum audiendo non impleret præceptum; quia scilicet non audiret partem notabilem; vnde cum cesset hæc ratio, manet firma obligatio. Vndè solum difficultas est, quando non potest audire aliquam partem, quam si voluntarie non audiret, non satisfaceret præcepto.

2 Non conueniunt autem inter se Doctores. Vndè Molfesius *part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 47.* docet eum, qui non potest audire integram Missam, nec etiam teneri audire partem. Et idem videtur tenere Io. Sanchez. *in select. de sacram. disp. 15. num. 5.* dum vult, eum qui potest audire Missam à consecratione vsque ad finem, non teneri audire. Fondamentum est. Quia præceptom est de audienda Missa tamquam de re indiuidua, non autem de audienda parte Missæ. Dum tamen admittant, quod omittens audire partem non notabilé, satisfaciat adhuc præcepto, oportet quod intelligant, quod tunc solum non teneantur audire, quando non possent audire partem notabilem.

Secunda sententia vult teneri audire, quamuis partem notabilem non possent audire, licet Doctores huius sententiæ non conueniant qua parte omissa adhuc vrgeat præceptum. Ita Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 2.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 19. num. 6. & lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 46* Bonac. *disp. 2. de peccatis quæst. 8. pun. 1. num. 8.* Lugo *disp. 22. de Eucharist. sect. 1. num. 6.* Io. Escobar. *De vtroque foro tom. 1. art. 4. §. 5. num. 227.* Laiman. *lib. 2. Theol. moral. tract. 4. cap. 19. num. 6.* Machad. *tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 1. docum. 1. num. 8.* Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 19. vers. si quis vero.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. q. 61. 62. & 63.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14 quæst. 6. num. 70. & 71.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 4. num. 11. & 12.*

Dicendum est. *Qui non potest assistere toti Missæ, teneri assistere illi parti, cui potest, dummodo in hac parte includatur Consecratio.* Ratio est. Quia quamuis obligatio sit de audienda integra Missa, quia tamen ratio imponendi obligationem est oblatio sacrificij, vt fideles scilicet assistant tali oblationi; ideò quando soluatur ratio finalis præcepti, habet locum etiã præceptum, quia tunc adest materia legis implendæ, & præstari potest, quod exigitur à lege, ob suum finem consequendum. Ratio enim cum sit anima legis *l. Cum oratio. ff.* De *bon. damnat.* & *l. scire. ff.* De *leg.* Ita etiam facit vigere legem, seù præceptum, atque adeò obligare, vbi ipsa reperitur. Ergo quando in parte Missæ quæ sola audiri potest, includitur consecratio, quia tunc habetur finis præcepti, nempè cooperari posse oblationi sacrificij, viget etiam obligatio præcepti. Et hoc dicendum est etiam de consumptione iuxta illorum opinionem qui volunt essentiam sacrificij in ipsa consistere. 3

Ex dictis autem inferri potest resolutio obliquarum difficultatum, quarum prima est. An qui potest assistere Missæ ad summum vsque ad consecrationem exclusiuè; teneatur assistere. Affirmant Bonac. *disp. 2. de peccatis quæst. 8. num. 8. vers. Ego verò.* Faustus *lib. 2. de Eucharist. quæst. 393.* sed oppositum, tenendum est, vt tradunt Io. Sanchez *in select. de sacram. disp. 15. num. 5.* Lugo Card. *disp. 22. de Euchar. sect. 1. num. 6.* Io. Escobar *de vtraque foro art. 4. §. 5. num. 227.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. qu. 61. vers. sed probabilius.* Nam vsque ad consecrationem exclusiuè, non adest oblatio sacrificij, vndè qui assisteret, non assisteret sacrificio, nec illi cooperaretur, vndè non obtineret finem præcepti, & ideò cessante fine cessaret etiam obligatio præcepti *l. Adigere §. Quamuis ff.* de *iure patr.* & *l. si maritus §. Præscriptione ff.* Ad *leg. Iul. de adult.* & *l. in omni ff.* de *adoption.* & notant Bar. *ibidem* Tiraquel. *tract. cessante causa part. 1. num. 11.* Euerard. *in Topica iur. loca. 85.* 4

Econtra tamen, si posset assistere vsque ad consecrationem inclusiuè, teneretur assistere, vt notant Sanchez *lib. 1. sum. cap. 19. num. 6.* Suarez *disp. 88. de Euchar. sect. 2.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 61. vers. secus tamen.* Nam dùm potest assistere consecrationi, cum in ea fiat oblatio sacrificij, obtineretur per assistentiam finis præcepti nempè cooperandi sacrificio, & ideò durante ratione finali præcepti, viget adhuc obligatio eiusdem præcepti. 5

Secundò infertur contra Io. Sanchez *in select. de sacram. disp. 15. num. 5.* Molfes. *part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 47.* eum, qui accedit propè consecrationem teneri audire partem Missæ quæ superest si non possit aliam audire, vt tradunt, Sanchez *lib. 1. sum. cap. 19. num. 6. & lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 47.* Lugo Cardinal. *disp. 22. de Euchar. sect. 1. num 6.* Machab. *tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 1. docum. 1. num. 8.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 2.* Nauar. *de Orat. cap. 21. num. 17.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 6. num. 70.* Nam potest assistere 6

test assistere illi patti in qua adest sactificium secondum substantiam, atque adeo obtinete finem præcepti. Vnde cum manet in suo vigote. Ratio finalis præcepti, maneat etiam eiusdem obligatio.

8 Tertiò infertur quid dicendum, quando quis accedit facta consectatione, & non potest aliam Missam aodite. Certum est enim, vt notat etiam Leander mox citandus, quod supposita illa opinione, quod essentia consecrationis consistat in consumptione tenetur assistere, quia assisteret oblationi sacrificij, & ipsi cooperaretur, vnde obtineretur finis præcepti. Supposito tamen, vt dictum est suo loco; quod essentia sactificij cõsistat in cõsecratione, non teneri assistere tradunt Lugo Cardin. *disp.22.de Encharist.sect.6.num.6.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2.disp.1.quæst.63.*verl.*sed probabilius.* Auersa *quæst.11. de Eucharist.sect.* 19. vers. *si quis vero.* Francisc. Lugo *lib.5.de sacram.cap.14.quæst.6.num.71.* Quia qui non adest tempure consecratioois, non offert sactificium simul cum sacerdote, obligatio auteoi est ad offereodum sacrificium simol cum sacerdote: vnde in Parasceue si incidat festũ, non adest obligatio assistcodi, quia non offertur sactificium.

9 Verum existimo, quod adhuc teneatur assistere, nam quamuis sit transacta actio sacrificatiua, certum est, quod durat super altati sacrificium vsque ad consumptionem, itavt consumptin sit pars substantialis sacrificij; & proinde qui post consecrationem assistit patti sacrificij; assistit, cum ergo possit pattialiter assistere sactificio secundum substantiam, non cessat omninò finis ptæcepti, qui est, quod assistentes suo modo coopetentur sacrificio pet assistenstentiam, quod tunc præstant, quia cooperatio dutat, qnandiu dutat sacrificium. Dum autem non cessat adæquatè ratio finalis præcepti, sed remanent aliquę reliquiæ ipsius, neque etiam cessat obligatio ptæcepti *l.ex duobus ff.* de *vulg.substit.* & *l. vnius.§.seruus ff.* de *quæst.* & *l.2.ff.* Ret. *amot.* & notant Mantica cum Batt. *de tacit.lib.3.tit.12.num.58.*Battazol. *lib.1.consil. 47.num. 63.* Euetar *in Topica iur. loco à cessat. rat.* in fine. Neque obstat, quod finis ptæcepti sit, quod assistens offetat sactificium simul eum sacerdote, quia hoe non iotelligitut de sola actione oblatiua, sed de cooperatione, ad totum sacrificium, quod contingit, quandiù dutat sactificium secundum esse substantiale. Imò, dum assistit dutante adhuc sacrificio secundum substãtiam, ttahitur aliqtto modo ad participandum in oblatione, qnia adhuc durat oblatio in tuo termino, quousque consumatur: & proinde aliqoo modo dicitut offere saerificium siuoul cum sacerdote.

10 Quartò infertur eontra Logon. Cardinal. *disp.2. de Eucharist.sect.2.num.6.*Francisc.Lugon. *lib.5.de sacram.cap.14.quæst. 6. num.72.* Quod si daretur casos, in quo quis possit assistere zori Missæ, præterquam consecrationi, tenetentur assistere, vt docet Auersa *q.11 de Eucharist. sect.* 19. vers. *si quis verò.* Noo quidem qoia teneatur assistere etiã ob diuinas laudes, & præces, vt putat Auersa. Qoia si deesset substãtia sacrificij, nulla adesset obligatio assistendi, quia præceptum non obligat assistere diuiois laudibus, & præcibos ratione ipsarum, sed solum tanquam accessoriis ratione saetificij, in cuius oblatione recitantot. Sed quia adhoe potest assistere sactificio quoad substantiam, cum duret vsque ad consumptionem.

QVÆSTIO 1293.

An, qui non audit integram Missam, teneatur supplere, quod omisit.

SVMMA.

1 *Qui non audiuit partem notabilem tenetur aliam Missam audire.*
2 *Qui non audit partem Missæ non notabilem voluntariè, peccat venialiter.*
3 *Si non audiatur pars non notabilis, an supplenda & num.seq.*
5 *Pars vnius Missæ non potest supplere pro parte alterius.*
6 *Nec etiam quoad cultum quem defert audiens.*
7 *Præceptum adimpletum secundum substantiam non vrget amplius.*

1 CErtum est. Quod qui omittit audire partem notabilem, tenetur supplere, quando potest, si videlicet celebranda sit alia Missa, quia audiendo primam oon satisfecit præcepto, & si voluntariè omisit peccauit mortaliter, quia noluit implere præceptũ, sicut Ecclesia exigit impleri, si vero involuntariè, excusatur à peccato, licet non impleat præceptum, vt inter alios notant Filliuc. *tract. 5. num. 205.* Suarez *disp.88 de Eucharist.sect.2.* vers. *sed quæres.* Facundez *præcept.1.Eccles.lib.2.cap. 6.num.* 16. Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 64.* si enim; cum posset omitteret supplere, peccaret mortaliter, qoia cum non impleuerit ptæceptum audiendo Missam integram, vrget adhuc obligatio, & ideò nollet noplere ptæceptum cum posset.

2 Si verò pars omissa non sit notabilis, si voluntariè fuit omissa certum est, quod peccatum fuit venialiter, quia in quocunque ptæcepto omissio materiæ leuis, ex ea, quæ cadit sub ptæcepto, cootinet peccatum veniale. Si verò involuntariè fuit omissa, neque adfuit peccatum veniale, quia, vbi non est voluntarium nec etiam adest peccatuo. Si autem possit suppleri pars omissa, dubitatur, an sit supplenda, vt vitetur veniale peccatum, audieodo quod omissum fuit de alia Missa.

3 Prima senteutia asserit teneri audire partem omissam assistendo alteri Missæ, dum pars omissa celebratur, vt vitetur peccatum veniale. Ita tenere debent, qui docent, Missam auditi posse pet pattes à diuersis celebrantibus, & intermінis id tradunt Leander *in præcept.Eccles.tract.2.disp.1.quæst.65.*vers. *Sed probabilius* Franeisc.Lugo *lib.5.de sacrament. cap.14. quæst.7. num. 83.* vers. *Quare censeo.* Fundamentum est, quia satisfactio præcepti fuit in aliquo leui deficiens. Ergo sub peccato veniali tenetur supplere hunc defectum.

4 Secunda sententia negat, teneri supplere. Ita Suarez *disp.88. de Eucharist.sect. 2.*ver.*sed.quæres* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. num. 205.* Facundez *præcep. 1. Eccles. lib: 2. cap. 6. num.* 16. Et ita tenentur sentire omues, qui volunt, non posse auditi Missam pet partes à pluribus celebrantibus; si enim voluntariè omisit partem leuem, iam peccauit. Si verò inuoluntariè, excusator à peccato.

5 Dicendum est. *Qui omisit audire partem Missæ non notabilem, non tenetur supplere audiendo illam partem ex alia missa.* Ratio est. Quia non potest sopplere, quantomuis aodiat. Ergo nec tenetur, quia non obligamur ad ea, quæ nobis sunt impossibilia. Anteced. constat ex dictis in superioribus, quia pars, quam audiret ex alia Missa, non componeret cum Missa, cuius

partem omisit audire in ratione sacrificij ritualis. Ergo nec etiam assistentia respectu illius partis componeret cũ præcedenti assistentia respectu prioris Missæ atq; adeò non suppleret defectũ ipsius Assistentia enim dicitur relatiuè ad celebrationem Missæ: & ideò est perfecta, vel deficiens, prout coexistit toti vel non toti Missæ; per id autem, quod quis assistat parti alterius Missæ, nunquam fit, quod, prior assistentia sit respectu integræ Missæ.

6 Dices suppleri cultum diuinum, qui fuit omissus in auditione prioris Missæ. Verum hoc dici non potest Quia cultus, qui exhibetur Deo in assistendo sacrificio consistit in cooperatione ad sacrificium. Si autem semel assistentia est imperfecta, & deficiens, cooperatio quoque erit huiusmodi: Ergo non perficietur per assistentiam ad partem alterius sacrificij, quia hæc assistentia non ita vnitur cum priori assistentia, vt faciat eam euadere integram respectu sui sacrificij. Ergo neque supplebitur defectus cultus, quia semper firmum stabit, quod prior cultus sit imperfecto modo exhibitus, cum non se extendaret ad totam integram Missam sicut ex vi præcepti debeat extendi.

7 Dices. 2. Cum præceptum non fuerit integrè adimpletum adhuc vrgere obligationem ipsius supplendi, quod omissũ est. Sed neque hoc dici potest. Quia non potest vrgere tota obligatio præcepti cum secundum substantiam adimpletum sit, nam vt communiter docent omissio partis non notabilis non impedit, quin impleatur præceptum. Nec etiam vrgere potest secundum obligationem leuem ad supplendũ, quia obligatio præcepti est vna, & eadem, atque grauis. Deinde quia, cum non possit perfici quod deficit in auditione prioris Missæ nec etiam potest aliquo modo obligatio præcepti vrgere ad perficiendum.

Qvæstio 1294.

An simul cum die extinguatur obligatio audiendi Missam.

SVMMA.

1 *Præceptum audiendi Missam est affixum diei.*
2 *Cum die extinguitur eius obligatio.*
3 *Et cur.*
4 *Translato festo non transfertur præceptum audiendi Missam.*
5 *Qui non audit Missam, non tenetur loco illius aliquid præstare.*
6 *Violantibus præceptum audiendi Missam non est imposita aliqua pœna.*
Negatiua remanent probata, si contrarium non probetur.

1. PRæceptum audiendi Missam esse affixum diei, constat non solum ex verbis præcepti, quibus obligatio, quæ imponitur, concipitur determinata ad dies certos, nempè festiuos, & sanctificandos, sed etiam ex praxi fidelium, qui ita accipiunt, & obseruant præceptum. Et proinde obseruantia ipsius non potest anticipari, nec postponi sed exhibenda est in diebus præceptis, vt notant communiter Doctores præsertim infracitandi. Solum ergo difficultas est an si non obseruetur præceptum die præscripto, vel mere voluntariè, vel ob aliquod impedimentum, remaneat obligatio audiendi Missam altero die, an verò extinguatur.

2 Dicendum est. *Præceptum audiendi Missam, ita esse affixum diei, vt cum diei omnino extinguatur eius obligatio.* Ita Nauar. *in cap. Quando. not. 3. num. 18.* Medina *C. de orat. quæst. de Hor. canon. iteran.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 5.* vers. *Tertium dubium.* Ledesma *part. 1. sum. tract. de Eucharist. concl. 15.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 4. n. 55.* Candid. *tom. 2. disquisit. 14. art. 28. dub. 25.* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 2. tom. 18.* Garzia *in sum. tract. 4. diff. 1. dub. 1. num. 4.* Faust. *lib. 2. de Euchar. quæst. 395.* Filliuc. *tract. 5. num. 219.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 13. num. 24.* Mercet. *de sacram. cap. 14. quæst. 83. art. 6. dub. 4. post. 3. respons.* vers, *not. 9.* Bonac. *disp. de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num. 16.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disput. 3. quæst. 79.*

Ratio est. Quia ex vi præceptorum non tenemur ad aliquid aliud præter id, quod per ipsa iniungitur, & si exibeatur aliquid, quod non iniungitur, non per hoc satisfit præcepto. Præceptum autem audiendi Missam non iniungit quicquam aliud, quam auditionem Missæ in tali die, non autem in alio & ideò, si non auditur die designato per præceptum extinguitur obligatio, quia hoc est commune omnibus præceptis, quæ sunt affixa tempori, vt non obligent, nisi pro illo tempore, cui affixa sunt, & constat etiam ex communi praxi. 3

Ex quibus infertur. Quod si festum transferatur in alium diem, non per hoc transferatur præceptum audiendi Missam vt docent communiter præsertim Suarez. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de dieb. fest. cap. 31.* in fine. Molfes. *part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 42.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disput. 2. quæst. 70.* Et constat etiam ex praxi. Ecclesiæ: communiter enim seruatur præceptum eodem die, quo ocurrit festum. Translatio enim coarctatur tantum ad celebrationem officij diuini, quatenus complectitur horas canonicas, & celebrationem Missæ conformia officio: non autẽ se extendit ad sanctificationem diei, & consequenter nec etiam auditionem Missæ, in qua præcipue consistit sanctificatio. 4

Secundò infertur contra Otar. *in 4. dist. 9. quæst. 1. art. 2.* Angelum *verbo.* Feriæ. *num. 43.* Eum, qui non audit Missam, quando tenetur, etiamsi habeat Legitimam causam non audiendi, non teneri loco illius ad aliquas preces aut ad aliquid aliud præstandum, vt communiter docent Azor *part. 1. sum. lib. 7. cap. 7. quæst. 14.* Nauar. *cap. 21. manual. num. 7.* Suarez. *disp. 88. de Eucharist. sect. 6.* ver. *sed inquiret.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num. 13.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. in fine.* Bonac. *disp. 4. de Eucharist. quæst. vlt. pun. vlt. num. 16.* Trulench. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 7. num. 14.* Ratio est manifesta. Quia per præceptum iniungitur tãtum sola Missæ auditio. Quando autem præceptum est de re certa, & determinata, si non adimplemus, cum possimus in re illa certa, absolutè violamus. Si ex legitima causa excusamur, ad nihil aliud tenemur, quia nihil aliud iniungitur. Sed præceptum coarctatum est ad illam certam materiam. 5

Tertiò infertur. Transgredientibus præceptum audiendi Missam nullam à iure esse impositam pœnam vt notant etiam Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 6.* var. *Vltimo inquiri potest.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. num. 230.* Trullench. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 7. num. 10.* Garxia *in sum. tract. 4. difficul. 1. dub. 2. num. 3.* Leander *in præcep. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 71.* Nam non reperitur talis pœna expressa in iure vnde de hac negatiua constat ex reuolutione iuris. Vnde sufficit, quod contrarium non probetur, iuxta *l. 1. C. de probat.* & notant. Glos. *in l. 2 verbo.* Compellere. *C. de iure emphyt.* Ripa *in l. Ex facto § si quis rogatus. num. 70. ff. Ad Trebel.* Cephal. *consil. 377. num. 11. vol. 4.* Herculan. *de probat. negat. num. 70.* Et quamuis 6

quamuis in Cap. *Missas de consecrat. dist.* 1. dicatur, quod discedentes ante benedictionem publicè ab Episcopo confundantur, hoc est reprehéduntur; non tamen est pœna imposita non audientibus missam sed audientibus, & discedentibus ante benedictionem, pœna autem vnius delicti non extenditur ad aliud.

QVÆSTIO. 1295.

An violans præceptum audiendi Missam committat duplex peccatum.

SVMMA.

1 *Non audiens Missam committit vnicum tantum peccatum.*
2 *Quid si concurrat duplex præceptum.* & num. seq.
4 *Duo præcepta audiendi Missam concurrentia coalescunt in vnum.*
5 *Et ideò implentur vnica auditione Missæ.*
6 *Duplex præceptum audiendi Missam concurrens habet idem motiuum.*
7 *Votum, & præceptum habent diuersa motiua. Franciscanus cur committat duplex peccatum violans quod cadit sub voto, & sub præcepto.*
8 *Occidens duos eodem ictu cur committat duplex peccatum*
9 *Præcepta quando multiplicentur numero.*
10 *In confessione an explicandum, quod non sit audita Missa obligante duplici præcepto.*
11 *Causa non multiplicat peccatum in omittenda auditione Missæ.*

1 SVpponendum est. Quod quamuis omittens audire, quando ex præcepto est audienda, videatur, multiplex peccatum committere, quatenus scilicet violet præceptum Ecclesiæ, & etiam præceptũ tertium diuinum decalogi. Reuera tamen committit vnicum tantum peccatum, vt specialiter notat etiam Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 390. Nam præceptum Ecclesiæ de audienda Missa est superadditum præcepto diuino de sanctificandis festis, quia quatenus diuinum est, non importat obligationem determinatam audiendi missam, sed hæc obligatio est superaddita ab Ecclesia, & ideò eius præceptum tantum violatur, non præceptum diuinum, & consequenter vnicum tantum peccatum committitur; difficultas autem est, an sit duplex peccatum non audire missam, quando conuenit duplex præceptum Ecclesiæ; vt si in die dominico incidat festum, in quo ex precepto missa audienda sit.

2 Prima sententia asserit, committi duplex peccatum. Ita ij, qui generaliter tenent, quod concurrente duplici præcepto, si videtur, committatur duplex peccatum. Nauar. *cap.* 11. *manual. num.* 4. ver. *Ex quo colligitur responsio.* Lopez. *part.* 1. *Instruct. cap.* 29. *ver. Tertio dic.* Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 23. *num.* 3. *in.* 2. *edit.* Coninch. *de sacrament. disp.* 7. *de integrit confess. dub.* 6. *num.* 47. Fundamentum est. Quia violatur duplex præceptum habens diuersum finem, nam vnum tendit in honorem diei Dominici, & alterum in honorem sancti, cuius memoria colitur, & vterq; finis est sufficiẽs seorsim pro inducẽda obligatione sub mortali. Peccata autem multiplicantur ad multiplicationem rationis præcipiendi. Confir. Esset duplex peccatum, si teneretur præcepto Ecclesiæ, & voto. Et duplex peccatum committit Franciscanus, qui non ieiunat, quando simul tenetur ex præcepto Ecclesiæ, & Regulæ. Confir 2. Qui duos eodem ictu interficit, cõmittit duplex peccatum, licet tantum peccet contra eamdem virtutem iustitiæ.

Secunda sententia asserit, committi vnicum tantum peccatum. Ita Henriquez *lib.* 5. *sum. cap.* 5. *num.* 6. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de pœnit cap.* 19. ver *A esta duda. mi. parecer.* Suarez *disp.* 22. *de pœnit sect.* 4. *num.* 22. Vasquez 12. *disp.* 98. *num.* 8. Sanchez *lib.* 9. *de matrim. disp.* 15. *num.* 6. Faustus *libro.* 2. *de Euchar. quæst.* 391. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 6. Nugn. 3. *part. quæst.* 9. *de pœnit. art.* 2. *dub.* 3 Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 1. *dub.* 2. *num.* 4. Cardin. *tom.* 2. *disquisit.* 24 *art.* 23 *dub.* 42. Leander *de sacram disp.* 8. *de pœnit* §. 8. *quæst.* 7. 3

Dicendum est. *Non audientem missam, quando in die Dominico incidit aliud festum committere vnicum tantum peccatum.* Ratio est. Quia quamuis concurrat duplex præceptum, coincidit tamen in vnum, ita vt sit tantum duplex materialiter. Ergo dum non auditur Missa, committitur vnicum tantum peccatum, quia non multiplicatur peccatum, nisi multiplicetur præceptum formaliter, quod violatur, nam sola multiplicatio materialis præcepti non multiplicat deformitatem, atque adeò nec peccatum. Quod illa duo præcepta coalescunt in vnum formaliter, & tantum sint duo materialiter, ex eo deducitur. Quod materia, quæ cadit sub præcepto vtroque est tantum vna numero, nam, vt concedunt communiter non adest obligatio, audiendi plures Missas, & constat etiam ex communi praxi Ecclesiæ, quæ declarat, fideles ad vnicam tantum obligari. Rursus vnum etiam, & idem est motiuum præcipiendi auditionem Missæ, nempè sactificationem diei, per cooperationem ad offerendum sacrificium, siquidem talis cooperatio instituta ab Eccclesia pro sanctificatione diei, exigitur tantum exvi vtriusque præcepti, vt tali pacto remaneat dies sanctificatus. 4

Confir. Vel ista præcepta in præcipienda auditione missæ se habent per modum vnius, vel per modum plurium. Si primum. Ergo inducunt tantum vnam, & eádem, obligationem, & consequenter non audiendo violatur vna, & eadem obligatio numero, & committitur vnum tantum peccatum. Si secundum. Ergo inducunt duplicem. Ergo non extinguerentur obligationes per auditionem vnius Missæ, quia vnaquæque exigeret extingui propria solutione sibi correspondente. Quod tamen est contra praxim. Et proinde cum coincidant in re præcepta, in motiuo præcipiendi, eodem pacto res se habet, ac si idem superior bis præciperet eamdem actionem: nam qui præcepta illa non seruaret, vnicum solum peccatum committeret quia præcepta se haberent per modum vnius. 5

Ad fundamentum in oppositum respond. Violari quidem duplex præceptum, sed quod se habeat per modum vnius, eo, quod est ex eodem motiuo. Vndè negatur adesse diuersam rationem præcipiendi. Quia ratio proxima, seu motiuum præcipiendi est sanctificatio vnius, & eiusdam diei. Secundum institutionem Ecclesiæ: remota autem est cultus diuinus. Cum autem dicitur, quod vnum respicit honorem diei, & alterum honorem sancti. Resp. quod honor diei non est aliud, quam sanctificatio ipsius, quæ intenditur per vtrumque præceptum: honor verò Sancti intenditur consequutiuè ad sanctificationem diei, & cum subordinatione ad honorem Dei, quia intenditur, quod honoretur Deus in suis sanctis. Vnde cum honor sancti communicet cum honore Dei, & honor diei, vtrumque præceptum tendit ad eumdem finem. 6

7 Ad Confir. resp. Præceptum, & votum obligare per modum plurimum, & ex diuerso motiuo speciei; vnde inducunt obligationem diuersæ rationis, licet respectu eiusdem rei, & consequenter duo non impletur obligatio, inducitur in omissione duplex deformitas specie opposita vtrique motiuo, & ex hac consurgit duplex peccatum. Idem etiam contingit, qando Franciscanus frangit ieiunium, quod cadit sub obligatione ex præcepto Ecclesiæ, & ex Regula: nam tunc præcepta se habent per modum plurimum, & procedunt ex diuerso motiuo. Nam vnum est præceptum Ecclesiæ, habens pro motiuo virtutem temperantiæ: alterum est præceptum religionis habens pro motiuo tendentiam ad statum perfectionis, pro qua eligit tale medium voto confirmatum. Et ideò dum non obseruatur ieiunium consurgit duplex deformitas specie, atque duplex peccatum, altera contra temperantiam, & altera contra tendentiam ad perfectionem; & votum quo ipsa confirmatur. Vndè peccari contra duplicem virtutem notat etiam Sanchez *lib. 9. de Matrimon. disp. 15. num. 6.* Vasquez 1. 2. *disp. 98. num.* 8. Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 9.*

8 Ad 1. confirmat. Tum qui eodem ictu duos interficit, committere duplex peccatum, quia violat duplex præceptum numero. Licet enim vtriusque homicidium sit contra iustitiam, attamen præcepta sunt distincta, nec coalescunt in vnu, & motiuũ licet sit idem specie, est tamen distinctum numero, ratione enim iustitiæ tenemur nulli damnum inferre: & ideò, quando pluribus infertur, licet eodem actu, violantur distinctè obligationes iustitiæ, quæ erga districtas personas consurgent, & ideò distincta peccata committentur. Vnde illa actio occidendi plures eodem ictu, quamuis sit vna physice, & materialiter, est tamen multiplex formaliter, & in genere moris, & ideò fundat distinctam malitiam.

9 Ex quo fit, quod si aliqua actio prohibeatur à duplici superiori, quia sit grauiter nociua pluribus; ita tamen vt vnus superior prohibeat, quia sit nociua vni, & alter quia sit nociua alteri, illorum præcepta, quamuis solo numero distincta, non coalescent in vnum, sed per modum plurium obligabunt, quia non solum prohibent distinctam materiã numero, sed etiam, quia procedunt ex distincto numero motiuo, cum vnum procedat ex motiuo vitandi damnum vnius personæ, & alterum ex motiuo vitandi damnum alterius personæ: & ideò tunc violatio præceptorum inferet distinctum peccatum, iuxta ea quæ tradunt Nauar. *in manual. cap. 6. num. 4.* Sanchez *lib. 9. de Matrim. disp. 15. num.* 6. Coninch. *de Sacrament. disp. 7. de integrit confess. dub. 6. num. 46.*

10 Ex his infertur. Quod in confessione non sit necessario explicandum, quod sit omissa auditio Missæ in festo, in quo concurrebat duplex præceptum, nam non multiplicatur peccatum vt constat ex modò dictis. Nec etiam consurgit aliqua circumstantia, quæ variet speciem: quia vtrumque præceptum est in eodem ordine, & ex eodem motiuo; & si esset sufficiens ad inferendam talem circumstantiam, esset etiã sufficiens ad inferendum distinctum peccatum. Nec consurgit etiam circumstantia aggrauans intra eandem speciem, vt proindè deberet explicari, si tales circumstantiæ esset & explicandæ, quia materia præcepti remanet eadem: sicut etiam motiua; nec aliundè consurgere potest circumstantia aliqua aggrauans.

11 Secundò infertur cum Zumel. 1. 2. *qu. 71. art. 5. disp. 4. conclus. 1. & 2.* Medina *eod. art.* Vasquez *disp. 93. cap. 2.* Azor *part. 1. lib. 4. cap. 2. quæst. 5.* Tanner. *tom. 2. sum. disp. 4. qu. 4. dub. 2. num. 20.* Omittentem audire missam ex aliqua causa, quæ secundum se peccatum non sit, non committere, nisi vnum, & idem peccatum, quod committeret, si ex nulla causa omitteret auditionem Missæ. Siquidem illa causa induit eamdem malitiam numero, quam importat omissio. Et ideò in confessione non erit explicanda causa, ob quam Missa est omissa. Secus tamen erit, si causa in se contineat speciale peccatum; nam tunc hoc peccatum interueniet vltra peccatum omissionis, & proindè erit explicandum in confessione. Quia tamen non est causa omissionis Missæ, vt peccatum est, sed vt affert impedimentum, nec influit in omissionem specialem malitiam, ideò non erit necessarium in confessione explicare quod vnum peccatum sit causa alterius sed sufficiet explicare vtrumque tanquam peccata disparata.

QVÆSTIO 1296.

An discedens à loco vbi tenetur audire Missam peruenturus ad locum, vbi non tenebitur, teneatur præuenire audiendo ante discessum.

SVMMA.

1 *Permanens vsque ad meridiem in loco, vbi obligat præceptum tenetur audire.*
2 *Quid si ante meridiem egrediatur è loco.* & num. sequen.
4 *Si diu expectandum, non tenetur audire Missam.*
5 *Potest discedere antequam audiat, licet non esset expectandum.*
6 *Nec obligatio quoad ipsum est coarctata ad tempus, in quo ibi manet.*
Leges non decernunt de singulis casibus.
Quod non est expressum à lege non est inducendum.
7 *Discedens è loco vbi vrget præceptum, & reuertens antequam spiret, an illi subijciatur de nouo.*
8 *Præceptum affirmatiuum, quando sit implendum, vbi primò impleri potest.*
9 *Præceptum an impleri possit in loco, vbi non obligat.*
Quando vnica Missa est celebranda, obligatio audiendi an sit coarctata ad ipsam.

IN hac difficultate autem est certum, quod si permansurus sit vsque ad meridiem in loco, in quo vrget præceptum audiendi Missam, etiamsi intra eundum locum iter habeat tenetur præuenire, & audire, antequam discedat: & in hoc conueniunt omnes præsertim infra citandi. Nam toto tempore, quo durat obligatio, & in quo impleri potest, subijcitur eidem obligationi, nam in tantum potest non subijci, in quantum egrederetur è loco, in quo vrget. Ideò dum non assistit Missæ, nec habet causam excusantem, vt supponitur, violat præceptum. Alterum autem est in controuersia, an scilicet, si ante meridiem egrediatur è loco, vbi vrget obligatio, teneatur præuenire. 1

Prima sententia asserit teneri præuenire Ita Suarez *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 2. cap. 15. num. 10.* Salas. *disp. 14. de legib. sect. 5. num. 65.* Nauar. *cap. 13. manual. num. 5.* Rodriquez *part. 1. sum. cap. 122. num. 1.* Sà *verbo.* Festum. *num. 9.* Naldus *ibid. num. 8.* Lessius. *lib. 4. de iust. & iure. cap. 2, num. 56.* Filliuc. *tract. 27. num. 111.* Facundez *præcep. 1. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 13.* qui tamen probabilius putat oppositum. Facundez *part. 1. examin. Theol moral. cap. 7.* Lopez *part. 1. instruct.* 1. *cap. 54. §. Nec pec-* 2

cant

cant Sagr. *lib.* 7. *Claaſ. reg. cap.* 3. *num.* 12. Pontius *lib.* :. *de matrim. cap.* 7. §. 2. *num.* 14. & *cap.* 8. *num.* 6. Graf. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 35. *nam.* 25. Ortiz *in ſum. precep.* 3. § 5. Trulench. *lib.* 3. *ia decal. cap.* 1. *dub.* 3. *nam.* 4. Leander *in precep. Eccleſ. tract.* 1. *diſp.* 3 *quaſt.* 9. Garzia *in ſum. tract.* 4. *difficul.* 7. *dub. vlt. num.* 6. qui tamen *num.* 4. ponit taoquam probabilem oppoſitam ſententiam. Lublinus *in ſum. verbo.* Feſtum. *nam.* 3. Fundamentum eſt. Quia præceptum audiendi Miſſam eſt affirmatiuum obligans ad vnicum actum. Ergo impleri debet, quando poteſt ſi poſtea oon adſit via adimplendi. Confir. Si celebretuc tantum vnica Miſſa io loco proprio, tenetur audite antequam exeat, quia obligatur & adeſt commoditas. Ergo etiam, ſi ſiot celebtandæ plutes Miſſæ vſque ad meridiem.

3 Secunda ſenteotia aſſerit, non teneri prius audire miſſam. Hanc ſententiam valdè probabilem putant Leſsius, Salas, & Facundez *num. praced.* citati Eam autem tradunt Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *n.* 21. *ſum. cap.* 12. *num.* 32. Banac *diſp.* 4. *de ſacram. queſt. vlt ſam.* 12. *nam.* 15. Io. Sanchez *in ſelect. de ſacram. diſp.* 54. *num.* 19. Palaus *part.* 1. *oper moral. tract.* 3. *diſp.* 1. *pun.* 14. *num.* 8. Baſſeus *in Floribus, verbo.* Feſtum. 3. *nam.* 6. *& verba* Miſſa 8. *num.* 10. Fauſtus *lib.* 2. *de Eachariſt. quaſt.* 382. ver *Cæteram* Barboſa *lib.* 1. *de iare Eccleſiaſt. cap.* 20 *num.* 52. Franciſ Logo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *quaſt.* 3. *a.* 29. in fine Bald. *lib.* 5. *Theol. moral. diſp.* 31. *num.* 1.

4 In hac difficultate conueniunt Doctores præſertim ex citatis pro ptiori ſentent. Suarez, Trullench, & Leander. Quod ſi diſceſſutus è loco vbi vrget ptæceptum audiendi miſſam, deberet expectare diù, donec miſſa celebraretur, vt proindè id afferret impedimentum, aut itereri, aut operibus ſeruilibus, propter quæ exercenda diſcedit, non tenetur audire Sacrum, quia haberet iuſtam cauſam ſubtrahendi ſe obligationi præcepti: & ideò poterit diſcedere non expectata celebratione miſſæ. Si autem habeat commoditatem audiendi miſſam.

5 Dicendum eſt. *Poſſe diſcedere antequàm audiat; ſi ante meridiem peruenturus eſt ad locum vbi præceptum non obligat.* Ratio eſt. Quia obligatio audieodi miſſam habet latitudinem temporis, in quo poteſt impleri, itavt præceptum non obliget magis in hac, quàm in illa hora, & proindè noo peccet, qui differt obſeruantiam, quouſque locum haber adimplementum. Ergo, qui diſcedit à loco, vbi vrget præceptum non audita Miſſa, antequam exigeret tempus audiendi, non violat præceptum, ſicuti illùc vſque non violaſſet, ſi noo diſcederet. Ergo neque poſtea violat; quia ex mutatione loci ceſſat obligatio præcepti. Neque enim dici poteſt, quod peccat mutando locum, Quia præceptum non obligat ad non mutandum: nec quia ſe ſubtrahat obligationi, quia ex vi præcepti non tenetur ſe conſeruare, ſubiectum vt conſtabit ex dicendis.

6 Obijciès. Obligationem audiendi Miſſam reſpectu ipſius eſſe coarctatam ad tempus, in quo manet in loco. Sed hoc dici non poteſt. Quia præceptum eſt idem reſpectu omnium. Ergo eius obligatio non poteſt eſſe magis coarctata reſpectu vnius, quàm reſpectu alterius Deindè. Si maneret in loco obligatio oon eſſet coarctata reſpectu ipſius. Ergo nec coarctatur ex eo, quod ſit diſceſſutus, quia talis coarctatio deberet prouenire à lege, à qua prouenit obligatio. Non prouenit autem. Tum quia leges non decernunt de ſingulis caſibus *l. Iura ff. de legib.* Tum quia, cum non ſit in præcepto expreſſum, nou eſt inducendum tanquam diſpoſitum à lege. *l. Si ſeruum. §. Non dixit. ff. de acquir hered. & l.* 2. §. 1. *ff. de Iudic.* & Cap. *Inter.* 2. *de tranſlat. Epiſcop.*

Confir. Si diſcedat à loco, vbi tenetur audire miſſam, antequam audiat, & maneat per aliquod ſpacium in loco, vbi nõ tenetur audire, & poſtea mutato propoſito redeat, vndè diſceſsit, vel ſubijcitur de nouo obligationi: vel non. Hoc ſecundum dici non, quia eſt de illo, & conſequenter ſubiectus obligationibus localibus, & eſt in loco intra tempus adimplendi præceptum: & proiude tenebitur adimplere. Si ergo de nouo ſubijcitur obligationi, iam non erat obligatio audiendi Miſſam reſpectu ipſius coarctata ad permaoentiam in loco aote diſceſſum. Rurſus adhuc non peccauit non audiendo, & proindè nec etiam peccaret, ſi non reuerteretur, quia per egreſſum ſe ſubtraxit obligationi.

6 Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Præceptum affirmatiuum ad ſummum eſſe implendum, quando primò impleri poteſt, quando poſtea non eſt superuentura via adimplendi, quando agitur de præcepto quod conſequitur perſonam, & nulla ſupereſt via adimplendi. Quia tunc non ceſſat obligatio præcepti, ſed tantùm ſuperuenit impedimeotum; & ideò debet anticipari adimpletio; ſecus autem, quando præceptum afficit tantum perſonam in ordine ad locum, & non ſequitur ipſam, non eſt neceſſarium præuenire obſeruantiam, quia ſtante egreſſu è loco ex ſe ceſſat obligatio, non autem impeditur executio, cum obligatio oon egrediatur limites loci.

7 Ad confirm. Neque in illo caſu teneri audire; quia adhuc antequam egrediatur, non expirat tempus audiendi, & quovſque noo expirat, non violatur præceptum. Nec obſtat, quod ſit extra locum, vbi obligat præceptum, nam præceptum poteſt impleri etiam extra locum vbi obligat, vt ſi in ciuitate, in qua obligat, adſit locus exemptus, in quo non obliget, implebitur, ſi ibi audiatur Miſſa, ſolum enim præceptum obligat ad audiendam Miſſam non autem ad audiendam in tali loco. Deindè eſt diuerſa ratio, quia quando eſt celebranda vnica tantum Miſſa, quoad ibi commorãtes, obligatio remanet coarctata per accidens ad illam Miſſam ratiooe materiæ, circa quam adimplendum eſt, quia cum executio præcepti ſit relatiua ad celebrationem, exigit præceptum, quod ſe accommodet celebrationi. Quod tamen habet locum, ſuppoſito, quod quis nolit exire de loco ad audiendam Miſſam alibi, quia tunc ſolum haberet locum coarctatio.

QVÆSTIO 1297.

An liceat diſcedere è loco, vbi ſeruatur feſtum in eum finem, vt non adſit obligatio ſeruandi.

SVMMA.

1 *Licet egredi è loco, vbi feſtum ſeruatur ob exercenda opera ſeruilia.*
2 *Liceatne egredi è loco; vbi feſtum colitur ex intentione non colendi.* & num ſeq.
Fraus nemini patrocinari debet.
4 *Poteſt quiſque vti iure proprio.*
5 *Intentio de non ſeruando precepto, quando ceſſat obligatio, non eſt illicita.*
6 *Sola voluntas principis eſt iuſta cauſa.*
7 *Cur poſſit quis ſe ſubtrahere ab obligatione iuris municipalis.*
8 *Vtens iure ſuo non facit fraudem.*
9 *Intentio ſe ſubtrahendi obligationi præcepti non eſt contra præceptum.*

Bonum

10 *Bonum ad quod tendunt leges municipales non est necessarium &c.*

1 QVando quis egreditur è loco vbi festum esset seruandum & consequenter missa audienda potest etiam habere intentionem discedendi, vt non teneatur audire Missam Quod autem liceat egredi è tali loco ad exercenda opera seruilia, videntur in hoc omnes conuenire, præsertim Lessius *lib. 4. de inst. & iure cap. 2. dub. 8. num. 55.* Nauar *in manual cap. 13. num. 5.* Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 1. lib. 2. cap. 13. num. 6.* Sayr *lib. 7. Clauf. reg. cap. 7. num. 12.* Lopez *part. 1. Instruct. cap. 52.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 13. & lib. 3. de matrimon. disp. 18. num. 1.* Palaus. *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 1. pun. 24. §. 5. num. 4.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 2 difficul. 34. num. 2.* Trullench. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 5. num. 4.* Leander *in pracep. Eccles. tract. 1. disp. 3. quæst. 7.* & alij infracitandi Talis enim egressus neque ex sui natura est illicitus: neq; ex aliqua lege positiua. Non ex natura sua, quia ex se nõ continet aliquid prohibitũ quia est in facultate vniuscuiusque ire, quò vult, nisi illi obstet aliqua specialis prohibitio. Non ex aliqua lege positiua, quia de hac non constat, & ideò dum non affertur, sufficienter remanet exclusa. Non etiam ratione præcepti colendi festum, & audiendi Missam, quia ipsius obligatio non egreditur limites propriæ materiæ, quæ est sanctificatio festi cum auditione Missæ: & ideò non obligat ad non discedendum è loco. An autem liceat exire ex intentione non colendi festum, & consequenter non audiendi Missam.

2 Prima sententia asserit, non posse discedere ex hac intentione, sed tantum ex causa. Ita Syluester *verbo.* Ieiunium. *quæst. 2. in fine* Lessius *lib. 2. de inst. & iure cap. 2. dub. 8. num* 60 in fine. Laiman *lib. 1. Theol. mor. tract. 4. cap. 11. num. 9. ver. secundò dixi.* Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 122. num. 1.* Sayr *lib. 7. clau. reg. cap. 7. num 12. in fine.* Rebel. *de inst. & iure part. 2. lib. 2. quæst. 71. sect. 3. num. 16.* Ledesma *de Matrim. quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. vlt. conclus. 1.* Et videtur in hanc partem inclinare Salas. *disp. 14 de legib sect. 5. num. 63.* in fine. Fundamentum est. Quia dum non interuenit iusta causa, interuenit fraus, quæ nulli patrocinari debet cap. *sedes.* & cap. *ex tenore* de *rescript.* Confirm. quia talis intentio est directè contra præceptum, & proindè illicita. Confirm 2. Quia sine causa se substrahere legi Ecclesiasticæ est tendere contra proprium bonum, ad quod ipsa ordinatur.

3 Secunda sententia asserit, id esse licitum. Ita Suarez *tom. 1. de relig. tract. 1. lib. 2. cap. 11. num. 4.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 35.* & *lib. 3. de Matrim. disp. 18. num. 29.* Bonac *tom. 2. disp. 1. de legib. quæst. 1. punct. 6. num. 64.* vers. *Addo peccare* Facundez *precept. 2. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Pontius *lib. 5. de Matrim. cap. 9. num. 4.* Io. Sanchez *in select de sacram. disp. 54. num. 10.* Hurtad. *de sacram. disp. 5. de Matrim. difficul. 5. in fine* Coninch *disp. 27. dub. 1. num. 12.* Ochagaria *tract. 3. quæst. 8. num 5.* Palaus *part. 1. oper. moral tract. 5. disp. 1. punct. 2. §. 5. num. 4.* Filliuc. *tract. 11. cap. 5. num. 110. & 113.* Merol. *tom. 2. Theol. moral. disp. 4. cap. 5. num. 503.* Shilinus *in sum verbo.* Ieiunium. *tract. 21 littera F* Burdel *tom. 1. Theol. moral. lib. 5. disp. 31. num. 1.* in fine. Barelis. *de leg. municip. disquis. 2. §. vn. num.* 8. Remig. *tract. 3. sum. 4. §. 3. num. 12.* Escobar *tom. 1. de vtroque foro art. 4. num. 203.* Quintanaduen. *de iubil. cap. 8. num. 13.* Leander *in pracept. Eccles. tract. 1. disp. 3. quæst. 8.* Roccosul in Praxi morali *part. 3. lib. 6. de leg. cap. 13.* Garzia *in sum. tract. 4. diffic. 7. dub. 2. num. 2.*

4 Dicendum est. *Licitum esse discedere à loco, vbi viget preceptum de sanctificando aliquo festo in eum finem, vt discedens liber sit à precepto.* Ratio est. Quia præceptum obligat tantum commorantes in loco, non autem obligat ad commorandum in loco, quia non extendit obligationem vltra limites materiæ præceptæ. Ergo potest quique vti iure suo, quod habet, & discedere ab illo loco, vt se subtrahat legitimo modo ab obligatione præcepti, nec in hoc facit alicui iniuriam: cum non sit alterius iniuria vti iure proprio. *l. si cui aqua. § denique* Marcellus *ff.* de *iniur.* & *l. Qui iniuriarum. §. Is qui ff.* de *iniuri* & cap. *cum. Ecclesia* vers. *Quia* de *elect.*

Nec obstat, quod id fiat ex intentione non seruandi præceptum. Quia hæc intentio non est illicita, neque enim tendit contra præceptum, quasi nolit illud seruare, dum obligat sed tendit contra obligationem, & tendit ad ipsum dissoluendum; & proindè est solum intentio de non seruando præcepto, quando cessauerit obligare. Quod autem liceat legitimo modo se subtrahere obligationi legis, satis constat, Quia licet petere dispensationem ab obseruantia legis, per quam quis se subtrahit ab obligatione ipsius; alioquin si non liceret, se subtrahere ab obligatione discedendo è loco, nec etiam liceret se subtrahere per dispensationem. 5

Dices. Sicut non licet se subtrahere ab obligatione legis, nisi ex rationabili causa per dispensationẽ: ita nec etiam discedendo à loco, vbi obligat præceptum. Resp. dispensationem valere, & esse licitam, licet sit absque causa ex parte dispensati, dummodo sit ex rationabili motiuo ex parte dispensantis iuxta ea, quæ dixi *in Praxi de ieiunio decis. 382. num. 13. & sequent.* Quia tunc sola voluntas principis est iusta causa tanquam informata ratione iuxta ea, quæ notant Glos. *ciuil. in l. Relegatis. ff.* de *pœnis*, & Glos. *canon in cap. si eo tempore*, de *elect. 6.* & *in cap. si gratiosè*, de *rescript. in 6* Marsil. *singul.* 330. Sanchez *lib. 5. de Matrim. disp. 17. num. 23.* Sperel. *decis. 109. num. 17.* 6

Deindè est diuersa ratio quoad præcepta iuris communis, & quoad præcepta iuris municipalis. Nã cum ius commune vbique obliget: & proindè obligatio semper sequatur personam non potest se subtrahere ab obligatione, sed necessarium est, quod per auctoritatem superioris dissoluatur. Hæc autem auctoritas requirit causam saltem ex parte dissoluentis, vt legitimè procedat, quia non potest, nisi rationabiliter relaxare obligationem, quæ manet in suo vigore. At ius locale, cum non extendat suam obligationem extra limites loci, habet locum substractio ab ipsa absque aliqua illius diminutione aut relaxatione: & ideò cum non sit relaxanda per auctoritatem superioris, non requiritur causa ex parte subditi, nec ratio ex parte relaxantis: sed sufficit facultas, quam quisque habet manendi, & non manendi in tali loco. 7

Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp. Licèt non interueniat aliqua specialis causa sufficere facultatem vtendi iure proprio; nam eo ipso, quod quis eo vtitur, nec legi fraudem facit, quia tunc solum fraus locum habet, quando durat obligatio legis respectu facientis fraudem: nec alicui infert iniuriam iuxta. Reg *l. Nullus ff. de regul. iur.* ibi. *Nullus videtur dolo facere, qui sua iure vtitur & l. Quod & lex. §. Is tamen ff. de hom. libero exhib.* ibi. *Dolo malo non videtur facere, qui suo iure vtitur.* Vndè non patrocinatur fraus, sed vnicuique ius proprium. 8

Ad 1. confir. Illam intentionem non esse contra præceptum, quasi adsit voluntas non seruandi præceptum, quatenus obliget, sed solum tendere ad subtrahendam personam ab obligatione legis, quatenus legitimo modo subtrahi potest. Alioquin etiam dici posset, quod petens dispensationem haberet intentionem contra præceptum, & proindè quod talis intentio esset illicita. Intentio Ergo non est illicita 9

licita,cum habeat obiectum licitum,nempè id,quod licito modo procurari poteſt.

Ad 2. confir. reſp. Quod ſicuti, Qui non ſunt de loco, poſſunt carere illo bono,ad quod municipales leges tendent, ita etiam qui eſt de loco,quia non eſt bonum neceſſarium , quod ſit neceſſario procurandum,Deinde bonum, ad quod ordinantur leges municipales eſt tantum bonum pro ijs , qui actualiter degent in loco,non autem pro ijs,qui ſunt extra locum , etiam ſi aliàs ſint de loco , quia non ſe extendunt vltra terminos loci , & proinde qui ſe ſubtrahit obligationi legis , non tendit contra proprium bonum, ad quod teneatur ſe ordinare.

QVÆSTIO. 1298.

An aduenæ teneantur audire Miſſam,ſi reperiantur vbi ſpeciale præceptum obligat.

SVMMA.

1 *Aduenæ an teneantur audire Miſſam in feſto ex lege municipali,* & num.ſeq.
2 *Seruandus mos cuiuſcumque Eccleſiæ.*
3 *Leges obligant ſolum ſubiectos iuriſdictioni legiſlatoris.*
5 *Aduenæ non ſubijciuntur iuriſdictioni locali.*
6 *Diu morantes in loco abſque domicilio an ſubijciantur iuri municipali.*
7 *Conſuetudo loci ſeruanda, ad tollendum ſcandalum.*
8 *Pars non ſemper conformari debet toti.*
Aduenæ non ſubiiciuntur legibus loci ex eo, quod ſint ſoluti municipalibus proprijs.
9 *Actus æquinocus non eſt habilis ad inducendam conſuetudinem.*
Conſuetudo non habet locum , niſi obſeruantia ſit vniformis.
10 *Aduena diu morans in loco vndè teneatur ſeruare feſta.*

1 DIfficultas procedit ſecluſo ſcandalo , & conſiderata natura legis municipalis , nam certum eſt,quod ad euitandum ſcandalum adeſſet obligatio audiendi miſſam,non ratione præcepti municipalis, ſed ratione charitatis,quatenus obligat tollere ſcandala. Prima autem ſententia aſſerit, aduenas teneri ſeruare præceptum municipale de audienda Miſſa. Ita ij,qui hoc ipſum docent quoad omnia, quæ præcipiuntur per leges municipales. Abbas *in Cap. Conſilium. num. 6. de obſeruat. ieiun.* Felin. *in Cap. Quod Clerici. De foro competen* Cardin. *in Clemen .2. quæſt. 5. de celebrat. Miſſar.* Portius *in §. ſed & quod num.*26. Inſtit. *De iure natur. Gent. & ciuili* Couaru. *lib. 4. Variar cap.* 20. *num.* 8. Maior. *in 4. diſtinct.* 15. Nauar. *cap.* 13. *manual. num.* 5. ver. *Infertur tertio.* Rodriquez *part.* 1. *cap.* 122. *num.* 1. Leſſius *lib* 4. *de iuſt. & iure cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 50. Philiar *tom.* 1. *de offic. Sacerd. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. ver. *Eſt tertio notandum.* Suarez *tom.* 1. *de relig. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 8. *& lib.* 3. *de leg. cap* 33. *num.* 3. Villalob. *part.* 1. *ſum. tract.* 2. *difficul.* 33. *num.* 7. in fine *verbo.* Ieiunium. *num.* 1. Vaſquez 3 *part. diſp.* 184 *cap.* 3. *num.* 28. Garſ. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 34. Ortiz *in ſum. cap* 18. *num.* 72. Pontius *lib.* 5. *de matrimon. cap.* 7. §. 1. *num.* 6. Salas *diſp.* 14. *de legib. ſect.* 4. *num.* 41. ver. *Alia opinio* Malder 12. *quæſt.* 96. *art.* 5. §. *de peregrinis.* Molfei. *part.* 1. *ſum. tract.* 19. *cap.* 4. *num.* 17. Io. à Cruce *part.* 1. *direct. conſcien. præcep.* 3. *art.* 4. *dub.* 9. *num.* 6. Lublinus *part.* 1. *ſum. verbo.* Feſtum. *num.* 2. Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Baldel. *part.* 1. *theol. moral. diſp.* 32. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 27. *num.* 120. Palaus *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 1. *pun.* 24. §. 3. *num.* 2. Leander. *in præcept. Eccleſ. tract.* 1. *diſp.* 3. *quæſt.* 10. Garzia. *in ſum. tract.* 9. *difficul.* 1. *dub.* 3. *num.* 2.

Fundamentum deſumitur ex cap. *Illa diſt.* 12. vbi dicitur, ſeruandum eſſe morem cuiuſcumque Eccleſiæ,ad quam quiſque venit. Confirm. Quia aduena vt pars conformari debet toti communitati, cum ita exigat ius naturale. Confirm. 2. Quia cum aduenæ ſint ſoluti à legibus proprij loci, debent ſubeſſe legibus loci,in quo reperiuntur. Confirm. 3. Quia conſuetudo eſt introducta,vt ſeruent feſta,& audiant Miſſam etiam aduenæ , & Prælati puniunt contrauenientes. 2

Secunda ſententia negat teneri. Ita Paludan. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 4. *art.* 3. *num.* 24. Pulat. *diſp.* 8. *poſt.* 6. *concluſ.* ver. *At verò.* Syluester. *verbo.* Ieiunium. *num.* 7. ver. *ſi autem tranſeat.* Rolel *num.* 16. Medina *Cod. de Ieiunio quæſt.* 96. *art.* 5. §. *dubitatur præterea.* Io. Medina. *Cod. de Ieiunio. quæſt.* 10. *inis.* Tulet. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Ledeſma 2. *pars.* 4. *quæſt.* 17. *art.* 3. ver. *Tertio dico.* Rodriquez. *q. Regular.* 68. *art.* 4. *tom.* 1. Angiel. *in Florib. q.* 4. *de ieiun. difficul.* 2. ver. *Hinc peregrini.* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 4. Sayr. *lib.* 3. *Clau. reg. cap.* 4. *num.* 15. Auila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 3. *concluſ.* 3. ver. *Circa corolar.* Vega *tom.* 1. *ſum. cap.* 14. *de ieiunio. caſu.* 11. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 7. ver. *Quarta; vbi* plures Canoniſtas citat. & *lib.* 1. *ſum. cap.* 12. *num* 38. Laimam *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 4. Conineh. *de ſacramen. q.* 64. *art.* 4. *dub* 2. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. q.* 1. *pun.* 6. *num.* 36. verſ. *Hoc poſito.* Reginal. *lib.* 4. *Praxi fori pœnit. cap.* 12. *n.* 136. Filliuc. *tract.* 27. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 106. Granad. 1. 2. *controuer.* 1. *part.* 1. *diſp.* 9. *ſect.* 4. *num.* 25. Io: Sanchez *in ſelect. de ſacram. diſp.* 54. *num.* 31. Facundez *præcept.* 4. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Gaſpar. Hurtad *diſp.* 5. *de ſacrific. miſſ. difficul.* 1. verſ. *Addimus* Boſſius *ſect.* 4. *de iubil. caſu.* 18. *num.* 46. Gordon. *lib.* 6. *theol. moral. q.* 18. *cap.* 7. in fine. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 3. Archianna *in* 1. *part. decret. Cap. Illa. num.* 4. *diſt.* 12. Barilis *de lege municip. diſp.* 1. §. 3. *num.* 2. Martin. a S. Ioſeph. *tom.* 1. *moral. lib.* 2. *tract.* 10. *de ieiunio.* 3, Roceaful. *in Praxi tract.* 6. *de præcep: Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 119. qui partim loquuntur in terminis dierum feſtiuorum; partim in terminis præcepti de ieiunio. 3

Dicendum eſt. *Aduenas non teneri ad ſeruandos dies feſtos municipales, & conſequenter nec ad audiendam Miſſam.* Hoc videtur concludi ex principijs certis. Nam certum eſt,quod leges, & præcepta non obligant, niſi eos;in quos legiſlator exercere poteſt iuriſdictionem; & pro quibus eos punit, vt docet communiter cum D.Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. & habetur ex *l. fin. ff.* de *iurid.* & ex cap. 2. *de conſiſt. in* 6. Vnde leges , & præcepta quæ ponuntur pro aliqua communitate, non ligant, niſi eos, qui ſunt de tali communitate ; nam ſicut iuriſdictio non excedit terminos communitatis ; ita nec effectus iuriſdictionis,qualis eſt obligatio. 4

Conſtat autem , quod aduenæ non ſunt de communitate loci,in quo reperiuntur ; nec ſubiiciuntur Iuriſdictioni ſpeciali ; per quam regitur illa communitas , vt habetur ex *l. debitor.* 32. *ff.* de *pignorib. & his poſth.* & ex cap. *Licet.* de *foro compet.* & notant communiter cum Gloſ. *in Cap. Quæ contra , verbo. Aut Peregrini. diſt.* 8. Et conſtat etiam ex praxi Eccleſiæ, nam videmus, quod Eccleſia Latina nō obligat Græcum verſantem inter Latinos ad conſecrandum in azimo, ſed ſinit conſecrare in fermentato , vt decla- 5

ratur in Concil. Florent. *in Litteris vnionis.* Cum ergo præcepta municipalia de festis fundentur in iurisdictione municipali, afficient tantum eos, qui sunt de communitate & proindè aduenæ non tenebuntur ea seruare.

6 Ex quibus infertur. Quid dicendum sit de aduenis, qui diù morantur in aliquo loco, aut etiam maiori anni parte; de scolasticis, de militibus, qui in statione manent, & cæteris, qui morantur absque domicilio in loco de quibus dixi quoad præceptum ieiunij in tract. de ieiunio *decis.* 20 a. in specie de omnibus: difficultas enim ex ijsdem principijs resoluenda est, sicut etiam de vagis: & generaliter de omnibus, qui non habent domicilium nec sunt incorporati communitati.

7 Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp. Illum tex. esse desumptum ex. S. August. Qui potius hortatoriè procedit, quam præceptiuè, & causam subdit, nempè, *Si non vis alicui esse scandalo*, per quod ostendit, se hortari ad seruandam consuetudinem cuiuscunque Ecclesiæ, non quia consuetudo ita exigat, sed ob vitandum scandalum Quod præcipuè tum temporis locum habebat, quia occasio scandali facilis erat. Et ideò ex illo tex. non licet inferre, quod præcepta, & leges municipales obligent etiam aduenas.

8 Ad 1. confir. Aduenam non esse partem communitatis, cum non sit illi incorporatus. Deindè neque semper pars debet se conformari communitati, alioquin non esset licita dispensatio in legibus, cum faciat, quod dispensati sint difformes communitati, siquidem non obseruant leges. Ad secundam confir. neg. consequentia. Quia sunt soluti aduenæ à legibus proprij domicilij, quia non se esse extendunt extra ipsum. Ex hoc autem, quod non se extendant extra territorium talis domicilij, non sequitur, quod aduenæ subiiciantur legibus loci, vbi reperiuntur. Imò sequitur, quod non subijciantur, nam ideò non subijciuntur, legibus proprij domicilij, quia iurisdictio, per quam sunt positæ non se extendit extra ipsum: vnde cum neque iurisdictio, qua positæ sunt leges pro loco, in quo reperiuntur, se extendat ad ipsos, siquidem non excedit eos, qui sunt de communitate, ob eandem rationem non subiicientur ipsis.

9 Ad. 3. confir. Non posse constare de tali consuetudine. Quia audire Missam in festis municipalibus quoad aduenas est actus æquiuocus, qui prouenire potest ex diuersa causa, nam potest prouenire ex deuotione audientis; ex timore dandi scandalum; ex errore, quia aduena putet, se ad id teneri; & ideò non est actus habilis ad introducendam consuetudinem, vt obseruat Rota coram Cassidoro *decis.* 8. *& decis.* 280. *num.* 4. *part.* 3. *Recentior.* Et ideò ex eo, quod Aduenæ audiant, non licet stabilire consuetudinem tanquam obligatoriam. Accedit etiam, quod non potest constare de consuetudine, nisi constet de vniformi obseruantia, nam quando diuerso modo obseruatur, non habet locum consuetudo, vt obseruant communiter Doctores præsertim Dec. *consil.* 215. *num.* 2. Crauetta *consil* 96. *num.* 5. Ioseph. Ludouic. *conclus.* 38. ver. *Amplia tertio.* Bart. *in l.* 2. *num.* 22. *ff. soluto matrim.* Afflict. *decis.* 280. *num.* 9. & sæpius Rota præsertim coram Ludouis. *decis.* 162. *num.* 8. & *in Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Iuny* 1578. coram Cantuccio & *in Melitensis praced.* 5. *Decemb.* 1578. coram Patriarcha Alexandrino. Neque etiã, ex eo, quod Prælati puniant aduenas non seruantes festa, aut non audientes Missam, licet inferre consuetudinem obligatoriam; nam hæc quoque punitio est actus æquiuocus, qui potest esse ex diuersa causa. Nam potest prouenire ex eo, quod Prælati sequuntur opinionem, quod aduenæ teneantur seruare festa: vel quia velint hoc pacto obuiare scandalo, quod suboriri posset: & proindè non potest accipi, vt signum determinatum consuetudinis obligatoriæ.

Est tamen aduertendum. Quod si aduena moraretur in aliquo loco per maiorem anni partem, aut etiam: per notabilem, qu[i] minis ratione legis municipali non teneretur seruare festa municipalia iuxta rigorem iuris, iuxta ea quæ dixi *in tractatu de ieiunio. decis.* 202. *&* 203. attamen ob euitandum scandalum omninò tenerentur saltem audire Missam, & in publico abstinere ab operibus seruilibus. Qui enim obseruarent eos non seruare festa audiendo missam, facilè existimare possent, eos malè sentire de huiusmodi festis, aut aliquam aliam sinistram opinionem concipere. Et fortè hoc fuit causa, ob quam Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 12. *de Regul.* statuit, quod Regulares seruarent festa indicta ab Episcopis. 10

QVÆSTIO 1299.

An Episcopus teneatur audire Missam festiuis diebus à se statutis.

SVMMA.

1 *Episcopus an teneatur audire Missam diebus festiuis à se indictis.* & num. seq.
3 *Episcopus speciali modo tenetur colere Deum in ordine ad sacrificium.*
4 *Episcopus festis à se indictis an teneatur sub mortali audire Missam.* & num. seq.
6 *Ius naturale diuinum exigit, quod Episcopus non se retrahat à cultu per sacrificium, quod aliis indicit.*
7 *Eadem dissonantia in omissione audiendi Missam quoad populum, ac quoad Episcopos in festis ab ipsis indictis.*

PRocedit difficultas seclusa dispensatione, aut legitima causa excusante. Qui autem negant, teneri Episcopum seruare proprias leges, etiam ex vi directiua, sed locum ex quadam decentia, & honestate, consequenter negabunt etiam quoad præceptum audiendi Missam in dictis festis. Hi autem sunt Io. And. *in cap. qui licet* de *regul. iur. in* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 21. *quæst.* 2. vers. *in hac controuersia* Salas *disp.* 14. *de legib. sect.* 3. *num.* 3. vers. *secunda & vera opinio* Duual. 1. 2. *tract. de legib. quæst.* 5. *art.* 5. vers. *Quarta difficultas.* Et alij & pro hac sententia citat etiam meipsum *tract. de ieiunio decis.* 199. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 17. *init.* Sed non rectè, quia ibi non teneo generaliter hanc opinionẽ, sed solum quoad ieiunium ob specialem rationem, quæ militat in ipso, & quam ibid. affero. 1

Dicendum tamen est. *Episcopum teneri audire Missam in diebus festiuis à se indictis.* Ita ij, qui absolutè docent, quod tenentur seruare proprias leges Syluester *verbo.* Lex. *quæst.* 14. Caiet. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. §. *Ad hoc dubium* Sotus. *lib.* 1. *de iust. & iure quæst.* 6. *art.* 7. Nauar. *in cap. si quando. except.* 2. *de rescript.* Couarru. *in cap. Alma mater part.* 1. §. *num.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 167. *cap.* 3. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure cap.* 35. *num.* 13. Sayr. *lib.* 3. *Claus. reg. cap.* 4. *num.* 10. Suarez *lib.* 3. *de leg. cap.* 35. *num.* 4. Salas. *disp.* 14. *de legib. sect.* 3. *num.* 33. ver. *secunda, & vera opinio.* Bonae. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 6. *num.* 19 Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Becan. *part.* 2. *sum. tract.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 12. Bildel. *part.* 1. *Theol. moral. lib.* 5. *disp.* 29. *num.* 3. Granad. 1 2. *controuers.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *disp.* 6. *sect.* 1. *num.* 6. 2

Palaus

Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 1. pun. 24. §. 2. num. 2.* Amicus *tom. 5. Curs. Theol. disp. 5. de iust. & iure sect. 14. num. 300.* & communiter cum D. Thom. 1. 2. *quæst. 96. art. 5. ad 3.*

3 Ratio desumitur ex munere, quod gerit. Nam cum non solum sit sacerdos, sed etiam Pontifex sui populi, ratione huius muneris, & status perfectionis, in quo reperitur, tenetur speciali modo colere Deum & consequenter illo summo cultu, qui exhibetur per sacrificium. Nam cum gerat munus pastoris, & capitis respectu sui populi participat etiam munus & rationem aliquam mediatoris inter Deum, & populum iuxta illud ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum.* Ergo quando obligat populum ad colendum Deum mediante sacrificio, ex vi directiua suæ legis potiori modo ipse obligatur ad eundem cultum deferendum. Conseq. prob. Idau populus legitimè obligatur ab Episcopo, quia ipsi subiicitur in ordine ad cultum diuinum: & proinde tenetur colere Deum, sicut ordinat ipse. Ergo cum Episcopus quoque potiori modo teneatur colere Deum; dum instituit aliquem specialem cultum, ad quem obliget populum, remanet, & ipse obligatus ex vi directiua, quia cum sit obligatus in generali ad cultum Dei, dum determinat in specie cultum pro populo, reducendo ipsius obligationem ad specialem modum exequutionis, remanet etiam determinata eiusdem obligatio potiori modo. Sicut etiam est potior obligatio generalis. Hæc autem specialis obligatio colendi Deum per sacrificium in Episcopis significatur etiam in cap. *Quoniam de priuileg. in 6.* dum dicitur, non decere Episcopum, quod sinat, aliquam diem transire, in qua non celebret, aut audiat missam & proinde ipsi conceditur vsus altaris viatici. Non quia sub peccato teneatur quotidie celebrare, aut audire missam, sed quia stante speciali obligatione præ cæteris colendi deum per sacrificium, consurgit eo ipso specialis indecentia, si non colat quotidie.

4 Sed hinc oritur alia difficultas, an teneantur Episcopi audire Missam sub mortali sicuti tenentur subditi seclusa dispensatione, aut legitima causa excusante. Quod autem teneantur solum sub veniali secluso scandalo, tradunt Lessius *lib. 2. de iust. & iure. cap. 35. dub. 5. num. 34.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 11. quæst. 2* Salas *disp. 14 de legib. sect. 3. num. 33.* Bonac. *disp. 1. de legib. quæst. 1 punct. 6. num. 23.* Viuald. *in candelab. part. 2, cap. 12.* Filliuc. *tract. 11. cap. vlt. nu. 426.* Palaus *part. 1 opera moral. tract. 3. de legib. disp. 1. punct. 24. §. 2. num. 5.*

5 Verum, quod teneatur audire Missam sub mortali tradunt magis communiter D. Antonin. *1 part. tit. 17. §. 5.* Syluester *verbo.* Lex *quæst. 14.* Sotus *lib. 1. de iust. & iure quæst. 6. art. 7.* Victoria *Relect. de potest. ciuili. num. 21.* Sayrus *lib. 11. Clauf. Reg. cap. 9. num. 2.* Soarez *lib. 3. de legib. cap. 35. num. 8. & 20.* Vasquez 1. 2. *disp. 167. cap. 33.* Caiet. Conrad. & cæteri expositores præsertim Maldet. *quæst. 96. art. 5.* Granad. *controuers. 7. tr. 3. part. 2. disp. 17. sect. 3. num. 24* Leander *in præcept. Eccles. tr. 1. disp. 3. quæst. 18. vers. sed probabilius.*

6 Et hæc opinio est tenenda: Nam; vt dictum est, Episcopus potiori modo iure naturali diuino tenetur colere Deum per sacrificij oblationem, quàm teneatur populus Ergo quando determinat aliquem diem, in quo populus deferat ipsi huiusmodi cultum, ius naturale diuinum exigit, quod non se retrahat à colendo Deo illo cultu; quem cæteris imponit, nam esset valde indecens, quod qui potiori modò tenetur colere se subtraheret à cultu. Ergo cum materia sit grauis, peccabit mortaliter

7 Confirm. populus tenetur audire Missam in his diebus sub mortali: Ergo etiam Episcopus. Conseq. prob. Quia licet populus teneatur non solum ex vi directiua, sed etiam ex vi coactiua. Ergo cum turpitudo actionis non pendeat à vi coactiua, sed tantum à vi directiua, quatenus quod est contra ipsam, est etiam contra rectam rationem, erit eadem turpitudo in omissione audiendi Missam respectu populi, ac respectu Episcopi. Et proindè, si est grauis respectu populi, erit etiam grauis respectu Episcopi & consequenter erit peccatum æquale quoad vtrumque.



DE ASSISTENTIA, INTENTIONE ET ALTERATIONE

necessaria pro implendo præcepto audiendi Missam,

Cum Præceptum audiendi Missam, vt ex se sonat, importet Assistentiam, inquirendum est, quænam, & qualis debeat esse huiusmodi Assistentia. Rursus cum præceptum implendum sit humano modo, & obseruantia sit actus Virtutis Religionis, inquirendum est etiam, quænam Intentio, & Attentio sit necessaria, vt debito modo præceptum impleatur.

QVÆSTIO. 1309.

Qualis Assistentia sit necessaria pro audienda Missa.

SVMMA.

1 *Assistentia corporalis necessaria pro implendo præcepto de audienda Missa.*
2 *Cooperatio ad sacrificium requirit præsentiam corporalem.*
3 *Qualis debeat esse assistentia corporalis.*
4 *Debet in ipsa exprimi internus affectus.*
5 *Meditans sacrificium, & domi manens, non assistit sacrificio.*
6 *Stans extra Ecclesiam post parietem non assistit sacrificio.*
Quid si audiat celebrantem.
7 *Quid si coniungeretur multitudini præsenti sacrificio.*
8 *Quid si sit in loco Ecclesiæ, vndè nullo sensu percipi possit celebrans.*

INtelligitur de Missæ auditione, qua adimpleatur præceptum vndè tenendum est. *Quod necessaria sit assistentia Corporalis.* Ita communiter Doctores D. Antonin. 2. *part. tit. 9. cap. 1. §. 1.* Sot. *in 4. dist. 13. q. 2. art. 1.* Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Syluest. *verbo.* Missa 1. *q. 4.* Nauar. *cap. 21. manual. num. 7.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num. 4.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 3. ver. In hac re* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 7. num. 4.* Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 11. num. 1.* Reginal.

lib. 12. *Praxis fori pœnit. num.* 12. Basseus *in florib. verbo.* Missa 8. *num* 1. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 2. *num.* 19. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7 *num.* 208. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 95. Coninch. *de sacram. qu.* 83. *art* 6. *dub.* 7. *nu* 195. vers. *Resp.* 20. Auersa *qu.* 11. *de Euchar. sect.* 19 vers. *Octauo.* Præposit 3. *part. qu.* 83 *art.* 6. *dub.* 5. *num* 213. Lugo Card. *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 19. Trullen. *lib.* 5. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 11. Garzia *in sum. tract* 4. *difficul.* 9. *num.* 1. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. vers. *Quartò* Franeisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 9. *num.* 85. Caspens. *tom.* 2. *curs. Theol. tr.* 22 *disp.* 4 *sect.* 3. *num.* 21.

2 Ratio est. Quia requiritur illa assistentia quæ inseruiat fini intento per præceptum, cum aligatur tanquam medium ad assequendum illum finem Ergo cum finis præcepti sit, quod assistens suo modo coofferat sacrificium cooperando sacerdoti offerenti, requiratur assistentia, par quam modo morali censeatur cooperari sacerdoti offerenti. Hæc autem cooperatio non potest saluari sine præsentia corporali, per quam in communi æstimatione censeatur assistere sacrificio. Hoc enim prouenit ex generali natura actionis, vt requirat agens sibi præsens, vndè cum oblatio sacrificij tanquam actio moralis tribuatur omnibus coofferentibus vt moralibus agentibus, requirit eorumdem moralem præsentiam.

3 Dicendum 2. *Non sufficere quamcumque moralem præsentiam, sed debere esse præsentiam attendentis sacrificio cum corporali habitu obsequij erga Deum.* Ita communiter Doctores præsertim *num.* 1. citati, quamuis non in his explicitis terminis. Ratio est. Quia assistentia requiritur, vt assistentes cooperentur oblationi sacrificij sine qua cooperatione non colerent Deum in lo supremo cultu sacrificij, cum in tantum colant, in quantum cooperantur oblationi. Non potest autem agens cooperari alicui actioni, nisi sit applicatum ad agendum, & si sit agens intellectuale, non attendat actioni, itavt agens Physicum debeat Physico modo attendere, & morala morali modo. Et ideò audiens Missam debet habere præsentiam morali modo attendentis.

4 Rursus quia in audienda Missa exercetur actus Religionis, & obsequij, quo audiens se totum submittit Deo, debet etiam in habitu externo corporis ostendere hanc submissionem, & proindè assistentia debet asse talis, vt non solum cooperatur sacrificio, sed etiam indicet professionem submissionis. Cum enim sacrificium sit visibile, sicut hominum exigit natura, vt habet Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *de sacrif. miss.* etiam id, quod agitur ex parte conferentis, debet esse quid sensibile, itavt sensibili modo declaret Animum, atque adeò ostendat visibiliter illam protestationem submissionis, quæ in oblatione sacrificij exhibetur Deo. Et ita etiam declarat Praxis fidelium, dum genuflexi assistunt celebrationi missæ. Hæc autem inseruiunt ad decidendos plures casus in particulari.

5 Ex quibus deducitur tanquam omninò certum cum Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 3. vers. *In hac re* Filliuc. *tr.* 5. *cap.* 7. *num.* 208. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 2. *num.* 12. Leand. *in precept. Eccles. tr.* 2. *disp.* 1. *qu.* 95. vers. *Ex quo.* Eum, qui tempore, quo celebratur Missa domi manens, versaretur in meditatione mysterij, quod celebratur, non audiret Missam, neque cooperaretur sacrificio, quia deficeret fundamentum nempè corporalis præsentia.

6 Secundò infertur contra Leandrum *in præc. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 105. Tum, qui extra Ecclesiam post parietem adstaret, absolutè loquendo non satisfaceret præcepto audiendi Missam, vt notat etiam Llamas *tertia parte meth. cap.* 5. §. 9. nam non censetur esse præsens sacerdoti celebranti, neque assistere sacrificio. Siquidem munus diuidit præsentiam & excludit assistentiam moralem, per quam cooperetur sacrificio. Sicut enim agens Physicum excluditur ab agendo in illud subiectum, iotar quod interponitur aliquod impedimentum; ita etiam agens morale; vnde quia etiam actio moralis fundatur in præsentia morali, dum interponitur impedimentum parietis non potest habere locum atque adeò non cooperabitur Sacrificio. Quod locum habet, etiamsi percipiantur verba Sacerdotis, aut aliquo alio signo percipiatur celebratio, quia adhuc excluditur præsentia moralis necessaria vt assistens dicatur cooparari Sacrificio.

Tertiò infertur cum Gordonio *tom.* 2. *Theol. moral. lib.* 6. *quæst.* 7 Reginal. *lib* 19. *prax. fori pœnit. num.* 12. Lublioo *verbo.* Festum *num.* 13. posse satisfacere præcepto audiendi Missam, qui existens post pariatam etiam extra Ecclesiam coniungeretur multitudini quæ esset præsens Sacerdoti celebranti, & in hoc sensu admitti potest opinio Leandri. Huiusmodi enim coniunctio, sicut operatur, quod sit pars multitudinis, ita etiam facit, quod tanquam para sit præsens in suo toto, quod sufficit pro præsentia morali, & consequenter tollit impedimentum concursus moralis ad concursum pro cooperatione ad obligationem sacrificij, quod alioquin adesset seclusa hac communicatione cum multitudine præsenti. Vt tamen saluetur hæc coniunctio cum multitudine, debet in habitu corporis ostendi obsequiosa assistentia, de qua in superioribus dictum est. 7

Quartò infertur. Cum Lugo Card. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 20. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 3. *num.* 43. in fine. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 87. ver. *fit secundo* Eum non satisfaceta præcepto audiendi missam, qui esset præsens in Ecclesia, in qua celabratur missa, & haberet intentionam audiendi, quam fieri ibi celebrari, si videlicet sit in tali loco, vt inde nullo sensu Missæ celebratio percipi possit, nec coniungatur ad multitudinem, quæ sit præsens celebrationi. In hoc enim casu excluditur moralis præsentia, quæ est necessaria, vt dicatur assistere Sacrificio, & cooperari oblationi. Quod à fortiori locum habet, si fuoderet præcea coram alio Altari, aut vacaret alicui alteri actioni, quia tunc potiori modo excluderetur moralis assistentia, & non censeretur vacara oblationi Sacrificij. 8

QVÆSTIO 1301.

An audiens Missam debeat esse intra Ecclesiam, vt satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Missa an audienda intra Ecclesiam pro implendo præcepto.* & num. seq.

3 *Assistentia ad sacrificium saluatur etiam extra Ecclesiam.*
In communicatione visus & auditus habetur præsentia.

4 *Audiens Missam è cemeterio, atrio, via publica &c. implet præceptum.*

5 *Assistens Missæ in Choro post altare implet præceptum, licet non videat celebrantem.*
Etiamsi sit interpositus paries.

PRima sententia asserit, audientem missam debere esse intra Ecclesiam, vt satisfaciat præcepto. 1
Ita Filliuc. *tract.* 5. *num.* 209. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2, *part.* 4.

part. 4. tract. 1. docum. 3. num. 3. Trullench. *lib. 3. in Decal. c. 1. dub. 5. num. 13.* Gesual. *de sacram. tract. 17. c. 2. num. 14.* Fundamentum esse potest. Quia non videtur assistere celebrationi, qui est extra Ecclesiam qui cum non communicet in loco cum celebrante nec etiam videtur communicare in oblatione sacrificij sicut est necessarium vt satisfaciat præcepto.

2 Secunda sententia docet, non esse necessariam præsentiam intra Ecclesiam. Ita Reginal. *lib. 19. prax. fori Pœniten. num. 12.* Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrif. miss. difficul. 1.* Lugo Card. *de sacram. disp. 22. sect. 2. num. 20* Pottel. *in dubys regul. verbo.* Indulgentia *num. 7.* Lublinus *in sum. verbo.* Festum. *num. 13.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 3. num. 43. in fine.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 9. num. 2.* Leander *in precept. Ecclesi tract. 2. disp. 1. quæst. 100.* Auersa *quæst. 11. de Eucharist. quæst. 19. vers. alias.* Franciscus Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 9. n. 87. vers. fit secundo.*

3 Dicendum est. *Non est necessarium pro adimplendo præcepto audire Missam cum præsentia intra Ecclesiam.* Ratio est. Quia potest saluari moralis assistentia respectu sacrificij absque ingressu in Ecclesiam, vt si quis assisteret ante fores cum debita dispositione corporis, nam ille locus ratione contiguitatis censetur communicare cum loco Ecclesiæ, & est sufficiens ad fundandam moralem præsentiam cum inde sensibus percipi possit oblatio sacrificij; vnde etiam aderit sufficiens præsentia, vt dicatur cooperari sacrificio, quando enim adest communicatio visus, & auditus, habetur etiam præsentia iuxta *cap. 2. de consuet. & l. 1. ff. de verbor. oblig.*

4 Ex his infert cum Hurtado *de sacram. disp. 5. de sacrif. miss. difficul. 1. vers.* *Nomine autem.* Pottel. *in dub. regul. verbo.* Indulgentia *num. 7.* Gordono *tom. 2 Theol. moral. lib. 6. quæst. 7. c. 2. §. 3. num. 12.* Dicastil. *tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 4. num. 59.* Sublino *part. 1 sum. verbo.* Festum. *num. 13.* Leand[illegible] *Ecclesi. tr. 2. disp. 1. quæst.* [illegible] eum satisfacere præcepto, qui Missam audit ex atrio, vel cæmeterio Ecclesiæ. Imò addendum est etiam; qui audit è via publica ante fores Ecclesiæ, ita tamen vt saltem videre possit celebrantem nam in his omnibus locis saluatur moralis assistentia & præsentia pro morali cooperatione ad obligationem sacrificij Imo etiam si non perciperetur aliquo sensu celebratio Missæ & multitudinem assistentium, dum tamen quis cöiungeretur multitudini adstanti, sat sfaceret præcepto. quia ta quam pars multitudinis ratione eiusdem multitudinis esset præsens iuxta dicta *quæst. praced. num. 7.*

5 Secundò infertur contra Llamas *part. 3. meth. cap. 5. §. 9.* Eum præcepto satisfacere qui in choro consueto post altare adsisteret, quamuis non videret celebrantem, vt docent Reginald. *lib. 19. prax. for. pænit. num. 2.* Gordon *tom. 2. Theol. moral lib. 6. qu. 2. cap. 2. num. 12.* Lugo *disp. 22. de Euchar. sect. 2. num. 20.* Leander *in precept. Ecclesi. tract. 2. disp. 1. quæst. 104.* quod etiam locum habet, si adsit murus interpositus. Et ratio est. Quia chorus ex natura sua est ordinatus ad communicandum cum Ecclesia, & præcipuè cum altari, in quo celebratur Missa solemnis: vndè ratione huiusmodi communicationis est sufficiens ad fundandam assistentiam in eodem respectu sacrificij & cooperationem ad illius oblationem, vt constat, quando celebratur Missa solemnis, nam cantantes in choro cömunicant celebranti in celebratione Missæ & ipsi assistunt verè eidem Missæ. Imò etiam si non videretur adhuc sufficeret, quia locus ex natura sua affert communicationem in ordine ad præsentiam.

QVÆSTIO 1302.

An qui assistat foris Missæ celebratæ in altâ turri satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Quando impleri possit præceptum assistendo foris Missæ celebratæ in alta turri.*
2 *Quid si non videatur celebrans, nec audiatur.*
3 *Si locus non possit fundare assistentiam, non censetur ibi Missa audiri.*
4 *Monitio de eo, quod facit Sacerdos celebrans non sufficit, vt habeatur assistentia.*

Si missæ celebratio ita disponeretur, vt saltem ab adstantibus extra tantum videretur celebrans, 1 proculdubio impleretur præceptum ab audientibus, quia reuera assisterent & cooperarentur sacrificio, sicut dicerentur morali modo præsentes spectaculo, quod in eadem turri repræsentaretur oportet tamen vt non longè distarent, alioquin distantia excluderet præsentiam moralem Et ratio est. Quia requiritur & sufficit illa præsentia, quam requirit modus offerendi sacrificium, Ileum autem offertur sacrificium in alta turri, & ita oblationis modus accommodatur, vt inseruire possit etiam pro adstantibus extra turrim, tunc non requirit ille modus offerendi alium assistentiam, nisi illam quæ potest haberi extra turrim & ideò hæc sufficit.

Difficultas autem est, Quando nec videtur sacerdos celebrans, nec auditur, quod autem tunc non adimpletur præceptum tradit Facund. *præcept. 1. Ecclesi. li. 2. cap. 7. num. 3* quia non interuenit assistentia moralis quia pro hac requiritur, quod aliquo sensu percipiatur, id, quod fit. Leander *vers. in præcept. Ecclesi. tract. 2. disp. 1. quæst. 106.* vers. *Sed probabilius* distinguit, quod impleatur præceptum, si adstantes aliquo modo percipiant, quid celebrans agat, aut in qua parte Missæ versetur: secus autem, si non percipiant. 2

Sed absolutè videtur tenendum, quod non impleatur præceptum. Nam dum extra Turrim nec audiri, nec videri potest celebrans supponitur, quod Missa non celebratur in ordine ad adstantes extra Turrim: vndè nec etiam alio signo participare poterunt quid agat celebrans. Rursus deest etiam fundamentum patientiæ, & assistentiæ moralis; nam nec actu, nec aptitudine videri, aut audiri potest celebrans: & proindè loca sint ita inter se diuisa, vt non sint habilia ad fundandam præsentiam. Nec aliqui adsunt qui præsentes sint sacrificio, cum quibus communicant exercentes extra turrim, ita vt ratione multitudinis, cuius sint pars, possunt dici præsentes, sicuti quando existentes extra Ecclesiam vniuntur multitudini, & proindè nullo modo possunt dici præsentes. 3

Dices. Posse moneri ab aliquo, è turri identidem de eo, quod agit celebrans, aut voce, aut aliquo alio signo, & hoc pacto scire, quid agat Sacerdos. Verum hoc non sufficit ad inducendam præsentiam, & assistentiam moralem, & consequenter nec cooperationem ad sacrificium. Quia qui è turri moneret, se haberet tanquam nuncius, qui nunciaret absenti. Imò ex hoc conuincitur, quod non interueniat præsentia, & assistentia necessaria, quia cum sit necessaria alterius nunciatio, sequitur exclusio præsentiæ, quia nunciatio dirigitur absentibus. 4

QVÆSTIO 1303.

An è fenestra Domus audiri possit missa satisfaciendo precepto.

SVMMA.

1 *Sufficit Missam audiri è fenestra prospiciente immediate in Ecclesiam.*
2 *Ant è fenestra domus si in publica via celebratur.*
Facta in via censentur facta coram prospicientibus è fenestra.
3 *Quid si inter fenestram, & Ecclesiam intercedat via aut cortile.*
5 *E ianna domus quando possit audiri Missa.*
Fenestra non fundat assistentiam moralem respectu Missæ in Ecclesia.
6 *E loco publico audienda Missa.*
7 *Perceptio per sensus non sufficit pro assistentia morali.*
8 *Fenestra domus cum quibus communicant in præsentia.*
9 *Assistentia ad Missam in littore, cur saluetur quousque patet prospectus.*

1 DIuersimodè contingere potest, quod Missa audiatur è fenestra domus. Vndè si fenestra prospiciat immediatè in Ecclesiam, seu Oratorium, sufficiet pro necessaria præsentia, & assistentia morali, vt dixi etiam in *Decis. moralibus.* 173. *in fine.* constat etiam ex praxi, nam reperiuntur fenestræ, vel è monasterio, seu domibus Rectoris, seu aliorum prospicientes immediatè in Ecclesiam, è quibus solet missa audiri. Cum enim huiusmodi fenestræ institutæ sint ad prospiciendum in Ecclesiam, ordinatæ etiam sunt ad communicandum præsentiali modo cum ijs, qui sunt in Ecclesia iuxta Cap. 2. *de consuet.* & proinde ad exhibendam assistentiam corporalem ijs, quæ fiunt in Ecclesia.

2 Rursus etiam videtur certum, Quod si in publica via celebretur Missa, vt aliquando contingere solet tempore pestilentiæ, satisfaciant præcepto, qui è fenestris propriæ domus assistunt, dummodo non sit tanta distantia, aut locus non sit adeò obligatus, vt neque visu percipi possit Sacerdos celebrans, aut saltem altare vt notant etiam Filliuc. *tract.* 4. *num.* 109. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 87. in fine. Nam celebratio in via, cum sit ordinata ad hunc effectum, vt è domorum fenestris Missæ assistere possint, iam constat in morali æstimatione haberi pro sufficienti illam assistentiam, & quia via publica seruata debita distantia censetur præsens fenestris, cum in prospectu sibi inuicem conuenirent; vndè quæ fiunt in via, censentur facta coram ijs, qui è fenestris prospiciunt iuxta *l.* 21. *inis. C. de Testam.* & *l.* 33. *ff. de verbor. significat.* & consequenter censentur fuisse præsentes. Solum difficultas est, quando fenestra domus de longè prospicit in Ecclesiam, vt si via intercederet, aut cortile, aut quid simile.

3 Prima sententia asserit, quod satisfaciat præcepto nisi distantia sit nimia, itavt non possit sensu percipi, quid agat Sacerdos Ita Lugo *disp.* 22. *de Eucharist. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 11. Garzia *in summa tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 2. Dicastil. *de sacramen. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *num.* 59. Leandet *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 103. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 88. Fundamentum ast. Quia dum sensu percipit celebrantem, & forte minus distat, quam qui in Ecclesia audiret Missam, erit moraliter præsens, & assistens sacrificio. Confirm. qui è fenestra domus spectaret ludos in foro etiam interposita platea aut via ampla, censetur præsens pro incurrenda etiam pœna, si quæ esset imposita spectatoribus. Ergo si audiat Missam è fenestra domus erit moraliter præsens. Confirm. 2. Assistens è triremi Missæ celebratæ in littore etiam procul è littore, & cum maiori distantia, quam sit inter altare, & fenestram, satisfacit præcepto. Ergo etiam assistens è fenestra.

Secunda sententia negat satisfacere. Its Filliuc. 4
tract 1. *num.* 109. Portel. *in dub. regul. verbo* Indulgentia *num.* 8. Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 13. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 1. *docum.* 3. *num.* 3. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19. *vers. Octano.* Escobar *in sum. tr.* 1. *exam.* 11. *cap.* 4. *num.* 71.

Dicendum est. *Audientem Missam è fenestra seu ia-* 5
nua propria domus non satisfacere præcepto. Hoc autem intelligitur supposito, quod non sit tanta multitudo, vt pertingat vsque ad ianuam domus, nam tunc, è ianua posset audiri, & impleri præceptum, quia tanquam pars multitudinis esset præsens in ipsa multitudine tanquam in suo toto. Ratio est. Quia fenestra non est locus contiguus cum locu Ecclesiæ, vt supponitur; intermediat enim via publica, quæ separat locum à loco; nec est instituta ad prospiciendum in Ecclesiam, quia per accidens est quod inde prospici possit. Ergo non est locus aptus ad fundandam præsentiam & assistentiam moralem respectu celebrationis Missæ. Cum enim præsentia consideretur in ordine ad locum, dum loca ex dispositione locali ità separantur, vt inuicem non communicent, excluditur moralis præsentia quamuis per accidens sensu percipiatur, quid fiat: dum autem inter fenestram, & Ecclesiam interuenit via, fit separatio localis, præsertim quia via publica interposita tanquam inseruiens diuerso muneri non solum non inseruit morali communicationi loci, sed etiam moraliter separat, & proindè separatio non solum est Physica, sed etiam moralis: nec interuenit aliquid, quo moraliter ponatur communicatio.

Confirm. sacrificium cum sit publicum, & publi- 6
co modo offeratur, nomine Ecclesiæ, exigit offerri in loco publico, & proindè Concil. Trident. *sess.* 22. *in decret. seruand. & vitand. in celebrat. miss.* iniungit Episcopis, ne patiantur celebrari Missam extra Ecclesiam & Oratoria ad Diuinum tantum cultum deputata atque adeò extra loca publica. Ergo cum celebratio sit coarctata ad huiusmodi loca, etiam auditio Missæ erit coarctata, itavt non solum audiri debeat Missa celebrata in his locis, sed etiam audientes accedere debeant pro audienda in iisdem locis, ita vt saltem moraliter in iisdem debeant esse præsentes. Quia ipsi quoque offerunt sacrificium Deo, & ideò sicut celebrans non potest offerre extra dicta loca: ita etiam neque audiens cum huius oblatio tanquam accessoria sequi debeat oblationem celebrantis, atque adeò subsit eidem determinationi. Qui autem è fenestra audit Missam cum non sit intra Ecclesiam, aut atrium ipsius, nec sit pars multitudinis assistentis in Ecclesia, itavt moraliter censeatur ratione coniunctionis cum ipsa simul assistere, non concurret ad offerendum sacrificium eo modo, quo debet ex præcepto Ecclesiæ.

Ad fundamentum in oppositum resp. Quamuis 7
sensu percipiat celebrationem Missæ, non esse tamen nec Physicè, nec moraliter præsentem, vt si quis esset in vna domo, & alius in alia, & vnus audiret alium loquentem damoso modo, neque enim ob separationem, quæ interuenerit essent inuicem præsentes. Vndè quando dicitur, quod ij sunt præsentes, qui se inuicem

uicem audiunt, intelligitur nisi aliquid intermediet, quod tollat præsentiam Via autem, aut vicus interpositus separat & tollit præsentiam, vt constat ex dictis. Deindè vt modo dicebatur, requiritur præsentia in Ecclesia saltem moraliter per vnionem cum multitudine præsente in Ecclesia. Nec iuuat, quod minus distet, quàm aliquis, qui audiret in Ecclesia, quia pro præsentia non tam attenditur indistantia, quàm communicatio locorum, nam qui in diuersis domibus, aut cubiculis solo pariete intermedio separantur non sunt præsentes sibi inuicem, quamuis per duos, aut tres passus tantum distent.

8 Ad confirm. neg. conseq. Quia est diuersa ratio. Nam fenestræ sunt institutæ ad prospectum viæ, fori, plateæ, hortorum &c. & ideò communicat in præsentia cũ toto illo loco qui patet, & extẽditur ante ipsas. & ideò quæ fiunt ante ipsas, dicuntur fieri in præsentia assistentium in fenestris. Non sic autem in Ecclesia, quia licet, quando ianua est aperta pateat prospectus vsque ad altare, quia tamen ex sui constructione est locus clausus, & ideò segregatus à præsentia fenestrarum domorum & per accidens est, quod aliquando aperta ianua pateat prospectus ad altare.

9 Ad 2. quoque confirm, neg. consequen. cum sit diuersa ratio, non quando celebratur missa in littore locus celebrationis est apertus, nec est natura sua occlusus sicut est Ecclesia, & ideò præsentia soluatur; quovsque patet prospectus præsertim quia nihil intermediat, quod tollat cõmunicationẽ præsentiæ. Accedit etiam, quod modus ille celebrandi institutus pro ijs, qui sunt in littore, & ideò sicuti ex hoc ordine censetur celebrari coram ipsis, ita etiam ipsi quoque censentur assistere, & cooffere simul cum celebrante participando in eiusdem oblatione.

QVÆSTIO 1304.

An præceptum obliget ad audiendum, & videndum celebrantem.

SVMMA.

1 *Præceptum an obliget ad videndum & audiendum celebrantem* & num. seq.
3 *Sufficit assistentia, in qua exprimatur cultus Dei.*
4 *Quid si possit celebrans commodè audiri, & videri.*
5 *Posita morali assistentia ad sacrificium nihil aliud requiritur.*
6 *Solo corporis habitu declarari potest assistentia ad sacrificium.*

1 PArtem affirmatiuam tradit Llamas *part. 3. meth. cap. 5. §. 9.* asserens quod cultus corporeis sensibus exhibendus pro adimpletione præcepti consistit in audire, & videre celebrantem. Et fundamentum desumi potest ex verbis, quibus imponitur præceptum. Nam sub verbo audiendi missam imponitur & proindè consurgit obligatio audiendi. Confir. Assistens Missæ offert sacrificium simul cum Sacerdote, & præces quæ recitantur nomine adstantium recitantur. Ergo debent adstantes audire, vt se habeant tanquam coorantes. Confir. 2. Requiritur præsentia corporalis. Ergo quod audiant, & videant, quia se inuicem audire non possunt, non sunt præsentes *l. 1. inst. ff. de verbor. obligat.*

2 Dicendum tamen est. *Non esse necessarium pro implendo præcepto, quod audiatur, & videatur celebrans.* Ita communiter Caiet. *in sum.* verbo. *Festi dies.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 3. ver. In hac re,* dum requirit solum, quod poterit audire, & videre, quatenus hoc est necessarium ad inferendam præsentiam. Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 34. num. 8.* Coninch. *de sacram. quæst. 83. art. 6. num. 296.* Gasp. Hurtad. *disp. 5. de sacrific. miss. difficul. 1.* Lugo Cardin. *disp. 22. de Euchar. sect. 2 num 20.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 9. num. 3.* Dicastil *tract 3. de sacram. disp. 5. dub. 2. num. 19.* Gesual. *de sacram. tract. 17. cap. 2. num. 19.* Præposit. *3. part. quæst. 83 art. 6. dub. 4. num. 213. vers. Notandum tamen.* Leander *in præcept. Ecclesi. tract. 2. disp. 1. quæst. 96.* Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 19. ver. Denuo.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 8. num. 81.* Escobar. *tract. 1. Exam. 11. cap. 4. n. 72.* Caspens. *part. 2. Curs. Theol. tract. 23. disp. 4. sect. 3. num. 21.*

3 Ratio est. Quia pro implendo præcepto non requiritur nisi illa assistentia moralis, quæ sufficiat, vt sacrificio cooperetur offerendo simul cum sacerdote. Pro hac autem assistentia non requiritur, quod audiat, & videat sacerdotem Quod autem non requiratur, alia assistẽtia ex eo constat, quia percipitur assistentia in ordine ad colendum Deum mediante oblatione sacrificij quia hic cultus, est finis proximus præcepti, assistentia autem cadit sub præcepto secundum exigentiam & mensuram finis. Quod autem sufficiat dicta assistentia absque auditione, & visu celebrantis ex eo constat, quod, vt assistens cooffecrat simul cum celebrante, & celebrans offerat nomine adstantium, sufficit, si vniatur aliquo modo morali, ad concurrendum in illa actione cum sacerdote, ex vi enim huius vnionis fit coofferens. Si autem assistat sacrificio, & habitu corporis ostendat se vacare eidem cultui, cui vacat sacerdos. sufficienter vnitur ad concurrendum morali modo ad oblationem sacrificij

4 Maior difficultas est, quando potest commodè videre, & audire celebrantem an teneatur. Quod teneatur audire, & videre tradit Io. à Cruce *part. 1. direct. consien. præcept. 3. art 2. de Mis. conclus. 2.* quia scilicet, si nollet audire, & videre cum commode possit, præsumeretur non assistere. Sed adhuc tenendum est, quod hoc non sit necessarium, vt obseruant Coninch. *de sacram. quæst. 83. num. 299.* Tolet. *lib. 6. sum. cap. 6. num. 1.* Lugo Cardin *disp. 22. de Eucharist. sect. 2. num. 19.* Dicastil. *tract. 1. de sacram. disp. 1. dub. 2. num. 19.* Gesual. *tractat. 17. cap. 2. num. 19.* Leander *in præcept. Ecclesi. tract. 2. disp. 1. quæst. 197. vers. Sed numquam.* Et ratio est, quia vel est necessarium pro adimplendo præcepto audire, & videre adstantem: vel non Si primum. Ergo quando non potest audire, & videre non impleretur præceptum, qui non impletur nisi exhibeatur materia præcepta. Si secundum. Ergo neq; quando commodè potest, adest obligatio audiendi, & videndi, quia, quod semel non est in obligatione præcepti numquam cadit sub ipso.

5 Et ratio est. Quia impletur præceptum, vt dictum est supra, per id, quod assistens cooffecrat sacrificium simul cum celebrante & proindè hæc cooperatio in offerendo est semper necessaria pro implendo præcepto, & sine qua impleri non potest: & ea posita seclusis quibuscumque aliis adhuc impletur. Vt autem interueniat hæc cooperatio, non est necessariũ, quod videat, aut audiat celebrantem, sed sufficit, si religioso modo assistat. Nam per hanc assistentiam, vnitur celebranti in ordine ad exhibendum Deo cultum sacrificij: Vndè non potest præsumi, quod nolit assistere ex eo, quod nolit videre, aut audire, nam hæc præsumptio excluditur ex facto assistendi.

6 Dices. Requiritur præsentia corporalis moralis ordinatam ad actionem moralem. Ergo quod audiat & videat quia præsentia moralis his sensibus exercetur,

cetur. Sed neg. conſeqoeo. Nam præſentia corporalis moralis in ordine ad oblatiooem ſacrificij non ſolum oſtendi,& declarari poreſt videndo.& audiendo celebrantem, ſed & corporis habitu. Imò eum audire, & videre ſint actus indifferentes ad offereodum Deo cultum, & ad curioſitatem, vt quando Gentilis audiret, & audiret Saeordotem ob curioſitatem, & etiam ad illudendum, vt ſi Hebræus, aut Hæretieus audiret, & videret, meliori modo declaraior aſſiſtentia moralis, quod ſit ordinata ad Cultum Dei religioſo corporis habitu, quia hie declarat. aoimum deuotum, & pium affectum iuxta illud Concil. Trideot. *Seſſ. 22. in Decret. de ſeruan. & vitand. de celebrat. miſſar. Niſi prius qui interſint dec enter Compoſitio Corporis habitu declarauerint ſe meute etiam ac deuoto cordis affectu, non ſolum corpore, adeſſe.*

QVÆSTIO 1309.

An pro implendo præcepto requiratur voluntas audiendi Miſſam.

SVMMA.

1 *Voluntas libera aſſiſtendi miſſa eſt neceſſaria pro implendo præcepto.*
2 *Et quod aſſiſtentia humano modo ſe habeat.*
3 *Requiritur actualis formalis voluntas directa.*
4 *Ebrius aut dormiens, licet præſens non aſſiſtit miſſæ.*
Et ſi ex alio fine, quam aſſiſtendi, ibi moraretur.
5 *Coactus aſſiſtens miſſæ non ſatisfacit.*
6 *Coactò aſſiſtens incurreret pœnam, ſi eſſet impoſita non aſſiſtenti.*
7 *Accedens ad Eccleſiam abſque voluntate audiendi miſſam non ſatisfacit. &c.*
8 *Quid ſi accedat ad altare, quando incipit Miſſa &c.*

1 Dicendum eſt. *Pro implendo præcepto audiendi miſſam, requiri voluntatem liberam aſſiſtendi Miſſæ, ſeu faciendi illum actum externum, quo auditur Miſſa.* Ita communiter Doctores, vel in hae materia, vel georaliter io materia adimplendi præceptum Durand. *in 4. diſt. 15. quæſt. 12. num. 6.* Paludao. *qu. 5. art. 2. num. 24.* So:us *lib. 2. de iuſt. & iur. qu. 3. art. 9.* Medina *1. 2. quæſt. 100. num. 9. poſt init.* Vaſqoez *ibid. in expoſit. litteræ num. 2. &* 8. Axor. *part 1. lib 7. cap. 2. q. 6.* Sanehex *lib. 1. ſum. cap. 13. num. 2.* Suarez *diſp. 88. de Euchar. ſect. 3.* verſ. *Circa poſteriorem partem.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. quæſt.* 8. *num.* 210. Molfeſ. *part. 1. ſum. tract. 10. cap. 1. num.* 30. Facundez *præcept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 7. num.* 11. Lugo Cardin. *diſp. 22. de Euchariſt. ſect. 2. num. 17.* Trulleneh. *lib. 3. de Decal. lib. 3. cap. 1. dub. 5. num. 17.* Dicaſtil. *de Sacram. tract. 5. diſp. 5. dub. 5 n.* 64. Laiman. *lib. 1. Theol. moral. tr. 4. cap. 4. num. 9.* Bonae. *diſp. 4. de Sacram. quæſt. vlt. pun. 11. num. 11.* Mereer, *de Sacram. quæſt. 83. art. 6. dub. 4. poſt 4. reſp.* verſ. *Secundò requiritur* Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 1. pun. 17. num. 4.* Franciſ Lugo *lib. 5. de Sacram. cap. 149. nu. 89.* Auerſa *quæſt. 11. de Euchar. ſect. 19.* verſ. *Requiritur demum.* Fauſt. *lib. 2. de Euchar. quæſt. 396.* Leander. *in præcept. Eccleſ. tract. 2. diſp. 1. quæſt. 81.* Amic. *tom. 5. Curſ. Theol. diſp. 4. ſect. 2. num.* 44.

2 Ratio aorem eſt, quia præcepta humano modo impleri debent, ſiquidem ſunt actus ordinati ad finem, qui per legem intenditur præſertim quando ſunt actos Virtutis, qualis eſt auditio miſſæ, qoi eſt actus ſupremus religionis. Et proindè eſt neceſſarium, quod humano modo exerceantur atque adeò cum deliberata voluntate alioquin non eſſent illi actus, qui exiguntur à præcepto. Et ratio generalis eſt, quia leges & præcepta dirigont homines, quoad ſuas operationes, quatenus intellectuales ſunt, & poſſunt ſe ad finē promouere, & conſequenter quateous libero modo operantes. Vnde etiam exigunt adimplementum libeto modo exhibitum.

3 Ex quo fit, quod requiratur actualis formalis Voluntas, noo quidem reflexa, ſed directa à qua proueniat executio operis iniuocti per præceptū. Nam actus externus humanus oon poteſt humaoo modo exereeri, niſi proueoiat ab actuali actu humano Volontatis tanquam à Cauſa, quia in taotum eſt actus humanus externus, in qoamtum cauſatur ab ioterno, & ideò ſi hic deſit, actus exterous non erit talis actus humanos, qualis exigitur. Rurſus etiam fit, quod requiratur volontas offerendi Deo ſacrificium. Quia actus externus, qui exigitur eſt externa oblatio ſacrificij per cooperationem reſpectiuā oblationis, quæ fit à celebrante, & ideò præreqoirit internam voluntatem, ſeù intentionem offerendi. Non eſt tamen neceſſarium quod hæc voluntas ſit actualis, ſed ſufficit virtoalis intentio qua virtualiter includitur in voluntate formali aſſiſtendi ſacrificio.

4 Ex his infertur. Eum, qui aut Ebrios, aut dormiens eſſet præſens Miſſæ, non ſatisfacere præcepto, vt notaor Sanehex *lib. 1. ſum. cap. 13. num. 4.* Fauſt. *lib. 2. de Euchar. qu. 96.* verſ. *Ex quo* & alij *num. 1.* citati. Nam illa præſentia oon eſſet aſſiſtentia, quæ exigitur, quia noo exhiberetur humano modo. Imò ſi quis inciperet aſſiſtere humano modo, ſed dormiret per notabilem partem Miſſæ, non ſatisfaceret præcepto, vt notant etiam Sanchex *lib. 7. conſil. moral. dub.* 31. Lugo Card. *diſp. 22. de Euchariſt. ſect. 1. num. 19.* Auerſa *qu. 11. de Euchar. ſect. 19.* verſ. *Octauo.* Franciſc. Lugo *lib. 5. de Sacram. cap. 14. qu. 8. num.* 92. Caſpeoſ. *tom. 2. Curſ. Theol. tract. 23. diſp. 4. ſect. 3. num.* 21. Quia illi notabili parti ooo aſſiſteret modo, & proindè idem eſſet, ac ſi non aſſiſteret. Quia illa præſentia non conferret ad implendū præceptum. Addo etiam quod licet quis eſſet præſens, & neque dormitione, aut alio impedimento detineretur, quin aſſiſteret, finem haberet voluntatem, aſſiſtendi, ſed ex alio fine ibi moraretur non ſatisfaceret præcepto, quia ooo exhiberet actum externom ab ipſo exigitom, nam illa præſentia oon eſſet aſſiſtentia moralis, per quam cooperaretur ſacrificio ex defectu voluntatis aſſiſtendi, vt notat etiam Franc. de Logo *lib. 5. de Sacram. cap. 14. quæſt. 8. num.* 90. in fine.

5 Secundò infertur cum Soto *lib. 2. de iuſt. & iur. qu. 3. art. 9. col. 3* Ledeſma *part. 1. ſum. tr. de Euchar. cap. 27. poſt 10. concl.* Medina *1. 2. quæſt. 100. art. 9. poſt princ.* Azor *part. 1. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6.* Suarez *diſp. 88. de Euchar ſect. 3.* verſ. *circa poſteriorem partem,* Sanch. *lib. 1. ſum. cap. 13. num. 5.* Salaſ *diſp. 9. de legib. ſect. 2. num. 3.* Fauſt. *lib. 2. de Euchar. quæſt.* 396. verſ. *Secundò infertur* Franc. Lugo *lib. 5. de Sacram. cap. 14. quæſt. 8. num. 95.* Henriq. *lib. 9. cap. 25. nu. 4.* Facundex *præcept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 7. num. 10.* Molina *de iuſt. & iur. tr. 5. diſp. 56.* Laiman. *lib. 1 Theol. moral. tract. 4. cap. 4. num. 9.* Bonac. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. pun. 10. num.* 6. Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 1. pun. 17. num. 5.* Marchin. *de ord. tract. 3. part. 3. cap. 17. num.* 8. Trulleneh. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 5. num. 17.* Dicaſtil. *de Sacram. tr. 5. diſp. 5. dub. 60. num. 70.* Amic. *tom. 5. Curſ. Theol. diſp. 4. ſect. 2. num. 45.* Leander *in præcept. Eccleſ. tract. 2. diſp. 1. quæſt. 76.* & alij communiter præſertim in materia de legib. Eum qui coactus aſſiſtit, non ſatisfacere præcepto. Quia cum præceptum ioiungat aſſiſteotiam humano modo exhibitam de qoo ſit externus actus religionis, non ſufficit illa Violenta detentio, cum non ſit moralis aſſiſtentia, nec cultus Dei externos nec illa præſentia eſſet actus exterous

iniunctus

iniunctus à præcepto, quia iniungit assistentiam religiosam, atque adeò liberam, in qua inseruiat exercitium religionis.

6 Tertiò infertur. Quod si esset imposita pœna aliqua non audientibus missam, qui coactè audiret, eam incurreret, vt notant Medina 1.2. *quæst.* 100. *art.* 9. *post init.* Henriq. *lib.* 9 *sum. cap.* 25. *num.* 4 Sanch. *lib.* 1. *sum. cap.* 13 *num.* 6. Bonac. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 10. *num* 6. Frane Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14 *quæst.* 8. *num* 98. verſ. *Si cōtra.* Nam pœna incurritur, dum nō adimpletur præceptum, non adimpleret autem qui cogeretur esse præsens missæ, nam pateretur violentiam; non autem exerceret actionem liberam cultus Diuini.

7 Quartò infertur contra Palaum *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *pun.* 17. *num.* 7. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 14. *quæst.* 8. *num.* 93. Eum, qui accederet ad Ecclesiā ad meditandas res diuinas aut orandum, absque voluntate audiendi Missam, non satisfacere præcepto, etiam si interim celebraretur & ità notant etiā Sanch. *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num.* 4. Bonac. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *pun.* 10. *num.* 4. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 85. Quod locum habet non solum quando habuit nolitionem positiuam non audiendi Missam, sed etiam quando negatiuè se habet. Ratio est. Quia etiam quando negatiuè se habet, illa præsentia externa non est ordinata ad assistendum Missæ & proindè non importat cooperationem moralē qua cooperetur sacrificio, & coniūgatur in illa functione cum sacerdote, quia hæc ordinatio fit solum per actū internū. Vndè non adest materia, quæ iniūgitur per præceptum, & consequenter non impletur præceptum. Præsertim quia illa præsentia tanquam actus externus non est actus ille moralis, qui cadit sub præcepto, quia actus externus est solum talis dependenter ab interno

8 Si tamen quando incipit Missa, accedat ad Altare, aut aliquem motum corporalem edat in ordine ad assistendum Missæ tunc satisfaciet præcepto, quia tunc incipit habere intentionem audiendi, vt docent eit. Doctores *num. præced.* & Bonac. etiam *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt pun.* 11. *num.* 21. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. Lugo Cardin: *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 23. Inan. Escobar; *tom.* 1. *de vtroque foro art.* 6. §. 4. *num.* 130. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst* 85. verſ. *Tanquam*; cum enim edat aliquem actū externum in ordine ad audiendam Missam. præsupponit intentionem audiendi quia media non eliguntur nisi ex intentione finis. Vnde positiuè incedit facere opus præceptum.

QVÆSTIO 1306.

§ *An qui raperetur in extasim, dum audit Missam satisfaceret præcepto:*

SVMMA.

1 *Qui naturaliter abstrahitur à sensibus per notabilem partem missæ non implet præceptum.*
2 *Quid si rapiatur in extasim virtute diuina.*
3 *Implet præceptum, si in extasi contempletur mysterium, quod peragitur.*
4 *Secus autem si ad aliorum contemplationem raperetur.*

1 SVpponitur. Quod extasis duret notabili spatio, itavt pars Missæ, quæ correspondet, sit notabilis, & sufficiens, vt ei non assistens non satisfaciat præcepto. Est autem supponendum, quod si assistens ex aliquo naturali accidenti abstrahatur à sensibus per notabilem partem missæ non satisfaciet præcepto, nam talis abstractio impediret functionem mentis, & tolleret præsentiam moralem cooperantis sacrificio, & ideò eodem modo se habe et, ac si non esset præsens. Quia tunc tanquam in habilis ad operandum humano modo, non posset manutenere præsentiam humano modo, non secus, ac si dormiret.

Si autem in diuina rapiatur in extasim Turrian. *in disp. select. part.* 2. *disp.* 16. *dub.* 7. Lugo Card. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 19. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19. verſ. *Octauo*, in fine Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 73. putant, non satisfacere præcepto, quia tunc nec habet intentionem, nec præsentiam necessariam. Econtra verò Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 3. verſ. *Aliȷ vero* in fin. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 224. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 17. *post.* 11. *conclus.* Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 14. putant implere. Quia præcessit intentio necessaria & adest præsentia, & dicta intentio saltem virtualiter perseuerat & colit Deum diuinorum Contemplatione. 2

Videtur tamen adhibenda distinctio. Si in illa abstractione à sensibus detineatur in contemplatione mysterij, quod in Missa peragitur, aut in aliquo alio meditando, quod concernat oblationem sacrificij, tunc satisfaciet præcepto, quia iam præcessit debita intentio, & adest præsentia necessaria; quia licet superueniat abstractio à sensibus, quia tamen mens non abstrahitur ab oblatione sacrificij, ideò neque præsentia desinit esse ordinata ad assistendum sacrificio, quamuis exterius videatur præsentia mortua, qualis esset præsentia dormientis, cum enim corpus regatur ab intellectu, & voluntate, dum est ordinata ad audiendam missam, dum perseuerat interior assistentia respectu missæ præsentia quoque exterior remanet sub eadem dispositione tanquam subiecta interiori dispositioni. 3

Si verò ad aliorum contemplationem raperetur quæ non concernerent oblationem sacrificij, videtur non satisfacere Præcepto, si omninò abstraheretur à sensibus. Nam quando auditur Missa, instituitur quædam communicatio seu commercium in ordine ad cultum Diuinum inter celebrantem & assistentes per quod inuicem cōmunicant in illa actione, quatenus Sacerdos offert Sacrificium nominē adstantium, & adstantes cooperantur eiusdem oblationi. Hoc autem commercium initi non potest nisi inter eos, qui humano modo inuicem communicare possunt, & cum duret toto tempore, quo durat Missa, debet etiam simul durare eadem communicatio. Quando autem quis abstrahitur à sensibus & rapitur ad contemplanda ea quæ non concernunt oblationem sacrificij, interrumpitur hoc commercium quia nec interius durat, nec exterius; quia illa præsentia tanquam destituta sua veluti forma nempè officio sensuum se habet veluti mortuo modo & destituta interiori assistentia, caret ordine ad oblationem Sacrificij, nec potest haberi pro præsentia humano modo exhibita. 4

* * *

10 *Bonum ad quod tendunt leges municipales non est necessarium &c.*

1 Qvando quis egreditur è loco vbi festum esset seruandum & conseqoenter missa audienda potest etiam habere intentionem discedendi, vt non teneatur audire Missam Quod autem liceat egredi è tali loco ad exercenda opera seruilia, videntur in hoc omnes conuenire, præsertim Lessius *lib. 4. de iust. & iure cap. 1. dub. 8. num. 55.* Nauar *in manual cap. 13. num. 5.* Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 1. lib. 2. cap. 13. num. 6.* Sayr *lib. 7. Claus. reg. cap. 3. num. 12.* Lopez *part. 1. Instruct. cap. 52.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 13. & lib. 3. de matrimon. disp. 18. num. 1.* Palaus. *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 1. pun. 24. §. 5. num. 4.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 2 difficul. 34. num. 2.* Trollench. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 3. num. 4.* Leander *in præcep. Eccles. tract. 1. disp. 3. quæst. 7.* & alij iofracitandi Talis enim egressus neque ex sui natura est illicitus: neq: ex aliqua lege positiua. Non ex natura sua, quia ex se nõ continet aliquid prohibitũ quia est io facultate vniuscuiosque ire, quò vult, nisi illi obstet aliqua specialis prohibitio. Non ex aliqua lege positiua, quia de hac oon constat, & ideò dum non affertur, sufficienter remanet exclusa. Non etiam ratione præcepti colendi festum, & aodiendi Missam, quia ipsius obligatio non egreditur limites propriæ materiæ, quæ est sanctificatio festi cum auditinue Missæ: & ideò non obligat ad non discedenduo è loco. An autem liceat exire ex intentioue non colendi festum, & conseqoenter non audiendi Missam.

2 Prima sententia asserit, non posse discedere ex hac intentione, sed tantum ex causa. Ita Syluester *verbo.* Ieiunium. *quæst. 2. in fine* Lessius *lib. 2. de inst. & iure cap. 2. dub. 8. num. 60* in fine. Laiman *lib. 1. Theol. mor. tract. 4. cap. 11. num. 9.* ver. *secundo dixi.* Rodriquez *tom. 1. sum. cap. 122. num. 1* Sayr *lib. 7. clau. reg. cap. 7. num 12. in fine.* Rebel. *de iust. & iure part. 2. lib. 2. quæst. 71. sect. 3. num. 16.* Ledesma *de Matrim. quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. vlt. conclus. 1.* Et videtur in hanc partem ioclinare Salas. *disp. 14 de legib sect. 5. num. 63.* in fine. Fuodamentum est. Quia dum noo ioteruenit iusta causa, ioteruenit fraus, quæ nulli patrocinari debet cap. *sedes.* & cap. *ex tenore* de *rescript.* Coofirm. qoia talis intentio est directè contra præceptum, & proindè illicita. Confirm. 2. Quia sine causa se substrahere legi Ecclesiasticæ est tendere contra proprium bonum, ad qood ipsa ordinatur.

3 Secunda sententia asserit, id esse licitum. Ita Suarez *tom. 1. de relig. tract. 1. lib. 2. cap. 11. num. 4.* Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 35.* & *lib. 3. de Matrim. disp. 18. num. 29.* Bonac. *tom. 2. disp. 1. de legib. quæst. 1. punct. 6. num. 64.* vers. *Addo peccare* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Pontios *lib. 5. de Matrim. cap. 9. num. 4.* Io. Sanchez *in select. de sacram. disp. 54. num. 20.* Hurtad. *de sacram. disp. 5. de Matrim. difficul. 5. in fine* Coninch *disp. 27. dub. 1. num. 12.* Ochagaria *tract. 3. quæst. 8. num 5.* Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 1. punct. 2. §. 5. num. 4.* Filliuc. *tract. 11. cap. 5. num. 110. & 113.* Merol. *tom. 2. Theol. moral. disp. 4. cap. 3. num. 503.* Shilinos *in sum verbo.* Ieiunium. *tract. 21 littera F* Burdel *tom. 1. Theol. moral. lib. 5. disp. 31. num. 1.* in fine. Batelis. *de leg. municip. disquis. 2. §. vn. num* 8. Remig. *tract. 3. sum. 4. §. 3. num. 12.* Escobar *tom. 1. de vtroque foro art. 4. num. 203.* Quintanaduen. *de inbil. cap. 8. num. 13.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 1. disp. 3. quæst. 8.* Roccosul in Praxi morali *part. 3. lib. 6. de leg. cap. 13.* Garzia *in sum. tract. 4. diffic. 7. dub. 2. num. 2.*

4 Dicendum est. *Licitum esse discedere à loco, vbi viget præceptum de sanctificando aliquo festo in eum finem, vt discedens liber sit à præcepto.* Ratio est. Quia præceptum obligat tantum commorantes in loco, noo autem obligat ad commorandum io loco, quia noo extendit obligationem vltra limites materiæ præceptæ. Ergo potest quique vti iure suo, quod habet, & discedere ab illo loco, vt se subtrahat legitimo modo ab obligatione præcepti, nec in hoc facit alicui iniuriam: cum non sit alterius iniuria vti iure proprio. *l. si cui aqua. §. denique* Marcellus *ff.* de *iniur.* & *l. Qui iniuriarum. §. Is qui ff.* de *iniur.* & cap. *cum. Ecclesia* ve. §. *Quia* de *elect.*

Nec obstat, quod id fiat ex intentione non seruandi præceptum. Quia hæc intentio noo est illicita, neque enim tendit contra præceptum, quasi nolit illud seruare, dum obligat sed tendit contra obligationem, & tendit ad ipsum dissoluendum; & proindè est solum intentio de ooo seruando præcepto, quando cessaoerit obligare. Quod autem liceat legitimo modo se subtrahere obligationi legis, satis constat, Quia licet petere dispensationem ab obseruaotia legis, per quam quis se subtrahit ab obligatione ipsius; alioquin si non liceret, se subtrahere ab obligatione discedendo è loco, nec etiam liceret se subtrahere per dispensationem. 5

Dices. Sicut non licet se subtrahere ab obligatione legis, nisi ex rationabili causa per dispensationẽ: ita nec etiam discedendo à loco, vbi obligat præceptum. Resp. dispensationem valere, & esse licitam, licet sit absque causa ex parte dispensati, dummodo sit ex rationabili mootiuo ex parte dispensaotis iuxta ea, quæ dixi *in Praxi de ieiunio decis. 382. num. 13. & sequens.* Quia tunc sola voluotas principis est iusta causa tanquam informata ratione iuxta ea, qoæ notant Glos. *ciuil. in l. Relegatis. ff.* de *pœnis*, & Glos. *canon in cap. si eo tempore*, de *elect.* 6. & *in cap. si gratiosè.* de *rescript. in* 6 Marsil. *singul.* 330. Sanchez *lib. 5. de Matrim. disp. 17. num. 23.* Sperel. *decis. 109. num. 17.* 6

Deindè est diuersa ratio quoad præcepta iuris communis, & quoad præcepta iuris municipalis. Nã cum ius commune vbique obliget: & proindè obligatio semper sequatur personam non potest se subtrahere ab obligatione, sed oecessarium est, quod per auctoritatem superioris dissoluatur. Hæc autem auctoritas requirit causam saltem ex parte dissoluentis, vt legitimè procedat, quia non potest, oisi rationabiliter relaxare obligationem, quæ manet in suo vigore. At ius locale, cum oon extendat suam obligationem extra limites loci, habet locum substractio ab ipsa absque aliqua illius dimioutione aut relaxatioue: & ideò cum non sit relaxanda per auctoritatem superioris, non requiritur caosa ex parte subditi, nec ratio ex parte relaxantis: sed sufficit facultas, quam quisque habet manendi, & oon manendi in tali loco. 7

Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp. Licèt non interueniat aliqoa specialis causa sufficere facultatem vtendi iure proprio; nam eo ipso, quod quis eo vtitur, nec legi fraudem facit, quia tunc solum fraus locum habet, quando durat obligatio legis respectu facientis fraudem: nec alicui infert iniuriam iuxta. Reg. *l. Nullus ff. de regul. iur.* ibi. *Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur & l. Quod & lex. §. Is tamen ff. de hom. libero exhib.* ibi. *Dolo malo non videtur facere, qui suo iure vtitur.* Vndè non patrocinatur fraus, sed vnicuique ius proprium. 8

Ad 1. coofir. Illam intentionem non esse cootra præceptum, quasi adsit voluntas ooo seruandi præceptum, quatenus obliget, sed solum tendere ad subtrahendam personam ab obligatiooe legis, quatenus legitimo modo subtrahi potest. Alioquim etiam dici posset, quod petens dispensationem haberet intentionem contra præceptum, & proiodè quod talis intentio esset illicita. Inteotio Ergo non est illicita 9

licita,com habeat obiectum licitum,nempè id,quod licito modo procurari poteſt.

Ad 2. confir. reſp. Quod ſicuti, Qui non ſont de loco, poſſunt carere illo bono,ad qood municipales leges tendent, ita etiam qoi eſt de loco,qoia non eſt bonom neceſſarium, quod ſit neceſſario procurandum,Deinde bonum, ad qood ordinantur leges municipales eſt tantum bonum pro ijs, qui actualiter degont in loco,non autem pro ijs,qui ſunt extra locum, etiam ſi aliàs ſint de loco, quia non ſe extendunt vltra terminos loci, & proinde qoi ſe ſubtrahit obligationi legis, non tendit contra proprium bonum, ad quod tenebatur ſe ordinare.

QVÆSTIO. 1298.

An aduenæ teneantur audire Miſſam,ſi reperiantur vbi ſpeciale præceptum obligat.

SVMMA.

1 *Aduenæ an teneantur audire Miſſam in feſto ex lege municipali,*& num.ſeq.
2 *Seruandus mos cuiuſcumque Eccleſiæ.*
3 *Leges obligant ſolum ſubiectos iuriſdictioni legiſlatoris.*
5 *Aduenæ non ſubijciuntur iuriſdictioni locali.*
6 *Diu morantes in loco abſque domicilio an ſubijciantur iuri municipali.*
7 *Conſuetudo loci ſeruanda, ad tollendum ſcandalum.*
8 *Pars non ſemper conformari debet toti.*
Aduenæ non ſubiiciuntur legibus loci ex eo, quod ſint ſoluti municipalibus proprijs.
9 *Actus æquiuoci non eſt habilis ad inducendam conſuetudinem.*
Conſuetudo non habet locum, niſi obſeruantia ſit vniformis.
10 *Aduena diu morans in loco vnde teneatur ſeruare feſta.*

1 DIfficultas procedit ſecluſo ſcandalo, & conſiderata natura legis municipalis, nam certum eſt,quod ad euitandum ſcandalum adeſſet obligatio audiendi miſſam,non ratione præcepti municipalis, ſed ratione charitatis,quatenus obligat tollere ſcandala. Prima autem ſententia aſſerit, aduenas teneri ſeruare præceptum municipale de audienda Miſſa. Ita ij,qui hoc ipſum docent quoad omnia, quæ præcipiuntur per leges municipales. Abbas *in Cap.Conſilium. num. 6. de obſeruat. ieiun.* Felin. *in Cap. Quod Clerici. De foro competen* Cardin. *in Clemen .2. quæſt. 5. de celebrat. Miſſar.* Portius *in §. ſed & quod num.*16. Inſtit. *De iure natur. Gent. & ciuili* Couaru. *lib.* 4. *Variar cap.* 20. *num.* 8. Maior *in 4. diſtinc.* 15. Nauar. *cap.* 13. *manual. num.* 5. ver. *Infertur tertio.* Rodriquez *part.* 1. *cap.* 122. *num.* 1. Leſſius *lib* 4. *de iuſt. & iure cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 50. Phillar *tom.* 1. *de offic. Sacerd. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. ver. *Eſt tertio notandum.* Suarez *tom.* 1. *de relig. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 8. *& lib.* 3. *de leg. cap* 33. *num.* 3. Villalob. *part.* 1. *ſum. tract.* 2. *difficul.* 33. *num.* 7. in fine *verbo.* Ieiunium. *num.* 1. Vaſquez 3 *part. diſp.* 184 *cap.* 3. *num.* 28. Garſ. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 34. Ortiz *in ſum. cap* 18. *num.* 72. Pontius *lib.* 5. *de matrimon. cap.* 7. §. 1. *num.* 6. Salas *diſp.* 14. *de legib. ſect.* 4. *num.* 41. ver. *Alia opinio* Malder 12. *quæſt.* 96. *art.* 5. §. *de peregrinis.* Molfeſ. *part.* 1. *ſum. tract.* 19. *cap.* 4. *num.* 17. Io. à Cruce *part.* 1. *directl. confeſſen. præcep.* 3. *art.* 4. *dub.* 9. *num.* 6. Lublinus *part.* 1. *ſum. verbo.* Feſtum. *num.* 2. Facundez *præcept.* 2. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Baldel. *part.* 2. *theol. moral. diſp.* 32. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 27. *num.* 120. Palaus *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 1. *pun.* 24. §. 3. *num.* 2. Leander. *in precept. Eccleſ. tract.* 1. *diſp.* 3. *quæſt.* 10. Garzia. *in ſum. tract.* 9. *difficul.* 2. *dub.* 3. *num.* 2.

Fundamentum deſumitur ex cap. *Illa diſt.* 12. vbi dicitur, ſeruandum eſſe morem cuiuſcumque Eccleſiæ,ad quam quiſque venit. Confirm. Quia aduena vt pars conformari debet toti communitati, cum ita exigat ius naturale. Confirm. 2. Quia cum aduenæ ſint ſoluti à legibus proprij loci, debent ſubeſſe legibus loci,in quo reperiuntur. Confirm. 3. Quia conſuetudo eſt introducta,vt ſeruent feſta,& audiant Miſſam etiam aduenæ, & Prælati puniunt contrauenientes. 2

Secunda ſententia negat teneri. Ita Paludan. *in* 2. *diſt.* 15. *q.* 4. *art.* 3. *num.* 24. Pulat. *diſp.* 8. *poſt.* 6. *concluſ.* ver. *At verò.* Syluester. *verbo.* Ieiunium. *num.* 7. ver. *ſi autem tranſeat.* Roſel *num.* 16. Medina *Cod. de Ieiunio quæſt.* 96. *art.* 5. §. *dubitatur præterea.* Io. Medina. *Cod. de Ieiunio. quæſt.* 10. *init.* Tolet. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 17. *art.* 3. ver. *Tertio dico.* Rodriquez. *q. Regular.* 68. *art.* 4. *tom.* 1. Anglet. *in Flerib. q.* 4. *de ieiun. difficul.* 2. ver. *Hinc peregrini.* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 4. Sayr. *lib.* 3. *Clau. reg. cap.* 4. *num.* 15. Auila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 3. *concluſ.* 3. ver. *Circa corolar.* Vega *tom.* 1. *ſum. cap.* 14. *de ieiunio. caſu.* 11. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 7. ver. *Quarta; vbi* plures Canoniſtas citat. & *lib.* 1. *ſum. cap.* 12. *num* 38. Laiman *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 4. Coninch. *de ſacramen. q.* 64. *art.* 4. *dub* 2. Boſſac. *diſp.* 1. *de legib. q.* 1. *pun.* 6. *num.* 36. verſ. *Hoc poſito.* Reginal. *lib.* 4. *Praxi fori. pœnit. cap.* 12. *n.* 136. Filliuc. *tract.* 27. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 106. Granad. *t.* 2. *contrauer.* 1. *part.* 2. *diſp.* 9. *ſect.* 4. *num.* 25. Io. Sanchez *in ſelect. de ſacram. diſp.* 54. *num.* 31. Facundez *præcept.* 4. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Gaſpar. Hurtad *diſp.* 5. *de ſacrific. miſſ. difficul.* 1. verſ. *Addimus* Boſſius *ſect.* 4. *de iubil. caſu.* 18. *num.* 46. Gordon. *lib.* 6. *theol. moral. q.* 18. *cap.* 7. in fine. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 3. Archianoa *in* 1. *part. decret. Cap. Illa. num.* 4. *diſt.* 12. Barbiſis *de lege municip. diſp.* 1. §. 3. *num.* 2. Martin. à S. Ioſeph. *tom.* 2. *moral. lib.* 2. *tract.* 10. *de ieiunio.* 3, Roccaful. *in Praxi tract.* 6. *de præcep: Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 119. qui partim loquuntur in terminis dierum feſtiuorum; partim in terminis præcepti de ieiunio. 3

Dicendum eſt. *Aduenas non teneri ad ſeruandos dies feſtos municipales, & conſequenter nec ad audiendam Miſſam.* Hoc videtur concludi ex principiis certis. Nam certum eſt,quod leges, & præcepta non obligant, niſi eos;in quos legiſlator exercere poteſt iuriſdictionem, & pro quibus eos punit, vt docet communiter cum D.Thom.1.2. *quæſt.* 96. *art.* 5. & habetur ex *l. fin. ff.* de *iurid.* & ex cap. 2. *de conſiſt. in* 6. Vnde leges, & præcepta quæ ponuntur pro aliqua communitate, non ligant, niſi eos, qui ſunt de tali communitate; nam ſicut iuriſdictio non excedit terminos communitatis; ita nec effectus iuriſdictionis,qualis eſt obligatio. 4

Conſtat autem, quod aduenæ non ſunt de communitate loci,in quo reperiuntur; nec ſubiiciuntur iuriſdictioni ſpeciali; per quam regitur illa communitas, vt habetur ex *l. debitor.* 32. *ff.* de *pignorib. & hic poſth.* & ex cap. *Licet.* de *foro compet.* & notant communiter cum Gloſ. *in Cap. Quæ contra, verbo. Aut Peregrini. diſt.* 8. Et conſtat etiam ex praxi Eccleſiæ, nam videmus, quod Eccleſia Latina nō obligat Græcum verſantem inter Latinos ad conſecrandum in azimo, ſed ſinit conſecrare in fermentato, vt decla- 5

ratur in Concil. Florent. *in Litteris vnionis.* Cum ergo præcepta municipalia de festis fundentur in iurisdictione municipali, afficient tantum eos, qui sunt de communitate & proindè aduenæ non tenebuntur ea seruare.

6 Ex quibus infertur, Quid dicendum sit de aduenis, qui diù morantur in aliquo loco, aut etiam maiori anni parte; de scolasticis, de militibus, qui in statione manent, & cæteris, qui morantur absque domicilio in loco de quibus dixi quoad præceptum ieiunij in tract. de ieiunio *decis.* 202. in specie de omnibus: difficultas enim ex ijsdem principijs resoluenda est, sicut etiam de vagis: & generaliter de omnibus, qui non habent domicilium nec sunt incorporati communitati.

7 Ad fundamentum oppositæ sententiæ resp Illum tex. esse desumptum ex. S. August. Qui potius hortatoriè procedit, quam præceptiuè, & causam subdit, nempè, *Si non vis alicui esse scandalo*, per quod ostendit, se hortari ad seruandam consuetudinem cuiuscunque Ecclesiæ non quia consuetudo ita exigat, sed ob vitandum scandalum Quod præcipuè tum temporis locum habebat, quia occasio scandali facilis erat. Et ideò ex illo tex. non licet inferre, quod præcepta, & leges municipales obligent etiam aduenas.

8 Ad 1. confir. Aduenam non esse partem communitatis, cum non sit illi incorporatus. Deinde neque semper pars debet se conformari communitati, alioquin non esset licita dispensatio in legibus, cum faciat, quod dispensati sint difformes communitati, siquidem non obseruant leges. Ad secundam confir. neg. consequentia. Quia sunt soluti aduenæ à legibus proprij domicilij, quia non se esse extendunt extra ipsum. Ex hoc autem, quod non se extendant extra territorium talis domicilij, non sequitur, quod aduenæ subiiciantur legibus loci, vbi reperiuntur. Imò sequitur, quod non subijciantur, nam ideò non subijciuntur, legibus proprij domicilij, quia iurisdictio, per quam sunt positæ non se extendit extra ipsum: vnde cum neque iurisdictio, qua positæ sunt leges pro loco, in quo reperiuntur, se extendat ad ipsos, siquidem non excedit eos, qui sunt de communitate, ob eandem rationem non subiicientur ipsis

9 Ad. 3. confir. Non posse constare de tali consuetudine. Quia audire Missam in festis municipalibus quoad aduenas est actus æquiuocus, qui prouenire potest ex diuersa causa, nam potest prouenire ex deuotione audientis; ex timore dandi scandalum; ex errore, quia aduena putet, se ad id teneri; & ideò non est actus habilis ad introducendam consuetudinem, vt obseruat Rota coram Cassidoro *decis.* 8. *& decis.* 280. *num.* 4. *part.* 3. *Recentior.* Et ideò ex eo, quod Aduenæ audiant, non licet stabilire consuetudinem tanquam obligatoriam. Accedit etiam, quod non potest constare de consuetudine, nisi constet de vniformi obseruantia, nam quando diuerso modo obseruatur, non habet locum consuetudo, vt obseruant communiter Doctores præsertim Dec. *consil.* 215. *num.* 2. Crauetta *consil* 96. *num.* 5. Ioseph. Ludouic. *conclus.* 38. ver. *Amplia tertio.* Bart. *in l.* 2. *num.* 22. *ff. soluto matrim.* Afflict. *decis.* 280. *num.* 9. & sæpiùs Rota præsertim coram Ludouis. *decis.* 162. *num.* 8. & *in Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Iuny* 1578. coram Cantuccio & *in Melitensis praced.* 5. *Decemb.* 1378. coram Patriarcha Alexandrino. Neque etiã, ex eo, quod Prælati puniant aduenas non seruantes festa, aut non audientes Missam, licet inferre consuetudinem obligatoriam; nam hæc quoque punitio est actus æquiuocus, qui potest esse ex diuersa causa. Nam potest prouenire ex eo, quod Prælati sequuntur opinionem, quod aduenæ teneantur seruare festa: vel quia velint hoc pacto obuiare scandalo, quod suboriri posset: & proindè non potest accipi, vt signum determinatum consuetudinis obligatoriæ.

Est tamen aduertendum. Quod si aduena moratetur in aliquo loco per maiorem anni partem, aut etiam: per notabilem, quamuis ratione legis municipali non teneretur seruare festa municipalia iuxta rigorem iuris, iuxta ea quæ dixi *in tractatu de ieiunio. decis.* 202. *&* 203. attamen ob euitandum scandalum omninò tenerentur saltem audire Missam, & in publico abstinere ab operibus seruilibus. Qui enim obseruarent eos non seruare festa audiendo missam, facilè existimare possent, eos malè sentire de huiusmodi festis, aut aliquam aliam sinistram opinionem concipere. Et fortè hoc fuit causa, ob quam Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 12. *de Regul.* statuit, quod Regulares seruarent festa indicta ab Episcopis. 10

QVÆSTIO 1299.

An Episcopus teneatur audire Missam festiuis diebus à se statutis.

SVMMA.

1 *Episcopus an teneatur audire Missam diebus festiuis à se indictis.* & num. seq.

3 *Episcopus speciali modo tenetur colere Deum in ordine ad sacrificium.*

4 *Episcopus festis à se indictis an teneatur sub mortali audire Missam.* & num. seq.

6 *Ius naturale diuinum exigit, quod Episcopus non se retrahat à cultu per sacrificium, quod aliis indicit.*

7 *Eadem dissonantia in omissione audiendi Missam quoad populum, ac quoad Episcopus in festis ab ipsis indictis.*

PRoeedit difficultas seclusa dispensatione, aut legitima causa excusante. Qui autem negant, teneri Episcopum seruare proprias leges, etiam ex vi directiua, sed locum ex quadam decentia, & honestate, consequenter negabunt etiam quoad præceptum audiendi Missam in dictis festis. Hi autem sunt Io. And. *in cap. qui licet de regul. iur. in* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *quæst.* 2. vers. *in hac controuersia* Salas *disp.* 14. *de legib. sect.* 3. *num.* 3. vers. *secunda & vera opinio* Duual. 1. 2. *tract. de legib. quæst.* 5. *art.* 5. vers. *Quarta difficultas.* Et alij & pro hac sententia citat etiam meipsum *tract. de ieiunio decis.* 199. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 17. *init.* Sed non rectè, quia ibi non teneo generaliter hanc opinionẽ, sed solum quoad ieiunium ob specialem rationem, quæ militat in ipso, & quam ibid. affero. 1

Dicendum tamen est. *Episcopum teneri audire Missam in diebus festiuis à se indictis.* Ita ij, qui absolutè docent, quod teneantur seruare proprias leges Syluester *verbo.* Lex. *quæst.* 14. Caiet. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. §. *Ad hoc dubium* Sotus. *lib.* 1. *de iust. & iure quæst.* 6. *art.* 7. Nauar. *in cap. si quando. except.* 1. *de rescript.* Couarru. *in cap. Alma mater part.* 1. §. *num.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 167. *cap.* 3. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure cap.* 35. *num.* 23. Sayr. *lib.* 3. *Claus. reg. cap.* 4. *num.* 10. Suarez *lib.* 3. *de leg. cap.* 35. *num.* 4. Salas. *disp.* 14. *de legib. sect.* 3. *num.* 33. ver. *secunda, & vera opinio.* Bonas. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 6. *num.* 19 Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Becan. *part.* 2. *sum. tract.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 12. Bildel. *part.* 1. *Theol. moral. lib.* 5. *disp.* 29. *num.* 3. Granad. 12. *controuers.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *disp.* 6. *sect.* 1. *num.* 6. 2

Palaus

Palaus *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 1. *pun.* 24. §. 1. *num.* 2. Amicus. *tom.* 5. *Curſ. Theol. diſp.* 5. *de iuſt. & iure ſect.* 14. *num.* 300. & communiter cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *ad* 3.

3 Ratio deſumitur ex munere, quod gerit. Nam cum non ſolum ſit ſacerdus, ſed etiam Pontifex ſui populi, ratione huius muneris, & ſtatus perfectionis, in quo reperitur, tenetur ſpeciali modo colere Deum & conſequenter illo ſummo cultu, qui exhibetur per ſacrificium. Nam cum gerat munus paſtoris, & capitis reſpectu ſui populi participat etiam munus & rationem aliquam mediatoris inter Deum, & populum iuxta illud ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum.* Ergo quando obligat populum ad colendum Deum mediante ſacrificio, ex vi directiua ſuæ legis potiori modo ipſe obligatur ad eundem cultum deferendum. Conſeq. prob. Ideo populus legitimè obligatur ab Epiſcopo, quia ipſi ſubiicitur in ordine ad cultum diuinum: & proinde tenetur colere Deum, ſicut ordinat ipſe. Ergo cum Epiſcopus quoque potiori modo teneatur colere Deum; dum inſtituit aliquem ſpecialem cultum, ad quem obliget populum, remanet, & ipſe obligatus ex vi directiua, quia cum ſit obligatus in generali ad cultum Dei, dum determinat in ſpecie cultum pro populo, reducendo ipſius obligationem ad ſpecialem modum exequutionis, remanet etiam determinata eiuſdem obligatio potiori modo. Sicut etiam eſt potior obligatio generalis. Hæc autem ſpecialis obligatio colendi Deum per ſacrificium in Epiſcopis ſignificatur etiam in cap. *Quoniam* de *priuileg. in* 6. dum dicitur, non decere Epiſcopum, quod ſinat, aliquam diem tranſire, in qua non celebret, aut audiat miſſam & proinde ipſi conceditur vſus altaris viatici. Non quia ſub peccato teneatur quotidie celebrare, aut audire miſſam, ſed quia ſtante ſpeciali obligatione præ cæteris colendi deum per ſacrificium, conſurgit in ipſo ſpecialis indecentia, ſi non colat quotidie.

4 Sed hinc oritur alia difficultas, an teneantur Epiſcopi audire Miſſam ſub mortali ſicuti tenentur ſubditi ſecluſa diſpenſatione, aut legitima cauſa excuſante. Quod autem teneantur ſolum ſub veniali ſecluſo ſcandalo, tradunt Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 35. *dub.* 5. *num.* 34. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 2 Salas *diſp.* 14 *de legib. ſect.* 3. *num.* 33. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1 *punct.* 6. *num.* 23. Viuald. *in candelab. part.* 2. *cap.* 12. Filliuc. *tract.* 51. *cap. vlt. nn.* 426. Palaus *part.* 1. *opera moral. tract.* 3. *de legib. diſp.* 1. *punct.* 24. §. 1. *num.* 5.

5 Verum, quod teneatur audire Miſſam ſub mortali tradunt magis communiter D. Antonin. 1 *part. tit.* 17. §. 5. Syluester *verbo.* Lex *quæſt.* 14. Sotus *lib.* 1. *de iuſt. & iure quæſt.* 6. *art.* 7. Victoria *Relect. de poteſt. ciuili. num.* 21. Sayrus *lib.* 12. *Clauſ. Reg. cap.* 9. *num.* 2. Suarez *lib.* 3. *de legib. cap.* 35. *num.* 8. & 20. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 167. *cap.* 35. Caiet. Conrad. & cæteri expoſitores præſertim Malder. *quæſt.* 96. *art.* 5. Granad. *controuerſ.* 7. *tr.* 3. *part.* 2. *diſp.* 17. *ſect.* 3. *num.* 24 Leander *in præcept. Eccleſ. tr.* 1. *diſp.* 3. *quæſt.* 18. *verſ. ſed probabilius.*

6 Et hæc opinio eſt tenenda: Nam, vt dictum eſt, Epiſcopus potiori modo iure naturali diuino tenetur colere Deum per ſacrificij oblationem, quàm teneatur populus Ergo quando determinat aliquem diem, in quo populus deferat ipſi huiuſmodi cultum, ius naturale diuinum exigit, quod non ſe retrahat à colendo Deo illo cultu; quem cæteris imponit, nam eſſet valde indecens, quod qui potiori modò tenetur colere ſe ſubtraheret à cultu. Ergo com materia ſit grauis, peccabit mortaliter

7 Confirm. populus tenetur audire Miſſam in his diebus ſub mortali: Ergo etiam Epiſcopus. Conſeq. prob. Quia licet populus teneatur non ſolum ex vi directiua, ſed etiam ex vi coactiua. Ergo cum turpitudo actionis non pendeat à vi coactiua, ſed tantum à vi directiua, quatenus quod eſt contra ipſam, eſt etiam contra rectam rationem, erit eadem turpitudo in omiſſione audiendi Miſſam reſpectu populi, ac reſpectu Epiſcopi. Et proinde, ſi eſt grauis reſpectu populi, erit etiam grauis reſpectu Epiſcopi & conſequenter erit peccatum æquale quoad vtrumque.



DE ASSISTENTIA, INTENTIONE ET ALTERATIONE

neceſſaria pro implendo præcepto audiendi Miſſam.

Cum Præceptum audiendi Miſſam, vt ex ſe ſonat, importet Aſſiſtentiam, inquirendum eſt, quænam, & qualis debeat eſſe huiuſmodi Aſſiſtentia. Ruſus cum præceptum implendum ſit humano modo, & obſeruantia ſit actus Virtutis Religionis, inquirendum eſt etiam, quænam Intentio, & Attentio ſit neceſſaria, vt debitò modo præceptum impleatur.



QVÆSTIO 1309.

Qualis Aſſiſtentia ſit neceſſaria pro audienda Miſſa.

SVMMA.

1 *Aſſiſtentia corporalis neceſſaria pro implendo præcepto de audienda Miſſa.*
2 *Cooperatio ad ſacrificium requirit præſentiam corporalem.*
3 *Qualis debeat eſſe aſſiſtentia corporalis.*
4 *Debet in ipſa exprimi internus affectus.*
5 *Meditans ſacrificium, & domi manens, non aſſiſtit ſacrificio.*
6 *Stans extra Eccleſiam poſt parietem non aſſiſtit ſacrificio.*
Quid ſi audiat celebrantem.
7 *Quid ſi coniungeretur multitudini præſenti ſacrificio.*
8 *Quid ſi ſit in loco Eccleſiæ, vndè nullo ſenſu percipi poſſit celebrans.*

Intelligitur de Miſſæ auditione, qua adimpleatur præceptum vndè tenendum eſt. *Quod neceſſaria ſit aſſiſtentia Corporalis.* Ita communiter Doctores D. Antonin. 2. *part. tit.* 9. *cap* 1. §. 1. Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 1. Caiet. *in ſum.* verbo. *Feſtorum violatio.* Syluest. *verbo.* Miſſa 1. *q.* 4. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 7. Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 25. *num.* 4. Suarez *diſp.* 88. *de Euchariſt. ſect.* 3. *ver.* *In hac re* Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 11. *num.* 1. Reginal. 1

XXx 2 lib: 12;

lib. 12. *Praxis fori pœnit.num.* 11. Basseus *in florib. verbo.* Missa 8. *num* 1. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 2. *num.* 19. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7 *num.* 208. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 95. Coninch. *de sacram. qu.* 83. *art* 6. *dub.* 7. *nu* 195. vers *Resp.* 10. Auersa *qu.* 11. *de Euchar. sect.* 19 vers. *Octauo.* Præposit 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 5. *num* 213. Lugo Card. *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 19. Trullen. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 11. Garzia *in sum. tract* 4. *difficul.* 9. *num.* 1. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. vers. *Quartò* Francisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 9. *num.* 85. Caspens. *tom.* 2. *curs. Theol. tr.* 22 *disp.* 4 *sect.* 3. *num.* 21.

2 Ratio est. Quia requiritur illa assistentia quæ inseruiat fini intento per præceptum, cum eligatur tanquam medium ad assequendum illum finem. Ergo cum finis præcepti sit, quod assistens suo modo cooфferat sacrificium cooperando sacerdoti offerenti, requiritur assistentia, per quam modo morali censeatur cooperari sacerdoti offerenti. Hæc autem coöperatio non potest saluari sine præsentia corporali, per quam in communi æstimatione censeatur assistere sacrificio. Hoc enim prouenit ex generali natura actionis, vt requirat agens sibi præsens, vndè cum oblatio sacrificij tanquam actio moralis tribuatur omnibus coofferentibus vt moralibus agentibus, requirit eorumdem moralem præsentiam.

3 Dicendum 2. *Non sufficere quamcumque moralem præsentiam, sed debere esse præsentiam attendentis sacrificio cum corporali habitu obsequij erga Deum.* Ita communiter Doctores præsertim *num.* 1. citati, quamuis non in his explicitis terminis. Ratio est. Quia assistentia requiritur, vt assistentes cooperentur oblationi sacrificij sine qua cooperatione non colerent Deum illo supremo cultu sacrificij, cum in tantum colant, in quantum cooperantur oblationi. Non potest autem agens cooperari alicui actioni, nisi sit applicatum ad agendum, & si sit agens intellectuale, non attendat actioni, itavt agens Physicum debeat Physico modo attendere, & morale morali modo. Et ideò audiens Missam debet habere præsentiam morali modo attendentis.

4 Rursus quia in audienda Missa exercetur actus Religionis, & obsequij, quo audiens se totum submittit Deo, debet etiam in habitu externo corporis ostendere hanc submissionem, & proindè assistentia debet esse talis, vt non solum cooperetur sacrificio, sed etiam indicet professionem submissionis. Cum enim sacrificium sit visibile, sicut hominum exigit natura, vt habet Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *de sacrif. miss.* etiam id, quod agitur ex parte coofferentis, debet esse quid sensibile, itavt sensibili modo declaret Animum, atque adeò ostendat visibiliter illam protestationem submissionis, quæ in oblatione sacrificij exhibetur Deo. Et ita etiam declarat Praxis fidelium, dum genuflexi assistunt celebrationi missæ. Hæc autem inseruiunt ad decidendos plures casus in particulari.

5 Ex quibus deducitur tanquam omninò certum cum Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 3. vers. *In hac re* Filliuc. *tr.* 5. *cap.* 7. *num.* 208. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 2. *num.* 22. Leand. *in præcept. Eccles. tr.* 2. *disp.* 1. *qu.* 95. vers. *Ex quo.* Eum, qui tempore, quo celebratur Missa domi manens, versaretur in meditatione mysterij, quod celebratur, non audiret Missam, neque cooperaretur sacrificio, quia deficeret fundamentum nempè corporalis præsentia.

6 Secundò infertur contra Leandrum *in præc. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 105. Tum, qui extra Ecclesiam post parietem adstaret, absolutè loquendo non satisfacere præcepto audiendi Missam, vt notat etiam Llamas *tertia parte meth. cap.* 5. §. 9. nam non censetur esse præsens sacerdoti celebranti, neque assistere sacrificio. Siquidem murus diuidit præsentiam & excludit assistentiam moralem, per quam cooperetur sacrificio. Sicut enim agens Physicum excluditur ab agendo in illud subiectum, inter quod interponitur aliquod impedimentum; ita etiam agens morale; vnde quia etiam actio moralis fundatur in præsentia morali, dum interponitur impedimentum parietis non potest habere locum atque adeò non cooperabitur Sacrificio. Quod locum habet, etiamsi percipiantur verba Sacerdotis, aut aliquo alio signo percipiatur celebratio, quia adhuc excluditur præsentia moralis necessaria vt assistens dicatur cooperari Sacrificio.

Tertiò infertur cum Gordonio *tom.* 2. *Theol. moral. lib.* 6. *quæst.* 7 Reginal. *lib* 19. *prax. fori pœnit. num.* 12. Lublino *verbo.* Festum *num.* 13. posse satisfacere præcepto audiendi Missam, qui existens post parietem etiam extra Ecclesiam coniungeretur multitudini quæ esset præsens Sacerdoti celebranti, & in hoc sensu admitti potest opinio Leandri. Huiusmodi enim coniunctio, sicut operatur, quod sit pars multitudinis, ita etiam facit, quod tanquam pars sit præsens in suo toto, quod sufficit pro præsentia morali, & consequenter tollit impedimentum concursus moralis ad concursum pro cooperatione ad obligationem sacrificij, quod alioquin adesset seclusa hac communicatione cum multitudine præsenti. Vt tamen saluetur hæc coniunctio cum multitudine, debet in habitu corporis ostendi obsequiosa assistentia, de qua in superioribus dictum est. 7

Quartò infertur. Cum Lugo Card. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 20. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 3 *num.* 43. in fine. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 87. vers. *sit secundo* Eum non satisfacere præcepto audiendi missam, qui esset præsens in Ecclesia, in qua celebratur missa, & haberet intentionem audiendi, quam fieri ibi celebrari, si videlicet sit in tali loco, vt inde nullo sensu Missæ celebratio percipi possit, nec coniungatur ad multitudinem, quæ sit præsens celebrationi. In hoc enim casu excluditur moralis præsentia, quæ est necessaria, vt dicatur assistere Sacrificio, & cooperari oblationi. Quod à fortiori locum habet, si funderet preces coram alio Altari, aut vacaret alicui alteri actioni, quia tunc potiori modo excluderetur moralis assistentia, & non censeretur vacare oblationi Sacrificij. 8

QVÆSTIO 1301.

An audiens Missam debeat esse intra Ecclesiam, vt satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Missa an audienda intra Ecclesiam pro implendo præcepto.* & num. seq.

3 *Assistentia ad sacrificium saluatur etiam extra Ecclesiam.*
In communicatione visus & auditus habetur præsentia.

4 *Audiens Missam è cemeterio, atrio, via publica &c. implet præceptum.*

5 *Assistens Missæ in Choro post altare implet præceptum, licet non videat celebrantem.*
Etiamsi sit interpositus paries.

PRima sententia asserit, audientem missam debere esse intra Ecclesiam, vt satisfaciat præcepto. 1
Ita Filliuc. *tract.* 5. *num.* 209. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4.

part. 4. tract. 1. docum. 3. num. 3. Trullench. *lib. 3. in Decal. c. 1. dub. 5. num. 13.* Gesual. *de sacram. tract. 17. c. 2. num 24.* Fundamentum esse potest. Quia non videtur assistere celebrationi, qui est extra Ecclesiam qui cum non communicet in loco cum celebrante nec etiam videtur communicare in oblatione sacrificij sicut est necessarium vt satisfaciat præcepto.

2 Secunda sententia docet, non esse necessariam præsentiam intra Ecclesiam. Ita Reginal. *lib. 19. prax. fori Pœniten. num. 12.* Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrif. miss. difficul. 1.* Lugo Card. *de sacram. disp. 22. sect. 2. num. 20* Portel. *in dubijs regul. verbo.* Indulgentia *num. 7.* Lublinus *in sum. verbo.* Festum. *num. 13.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 3. num. 43. in fine.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 9. num. 2.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 100.* Auersa *quæst. 11. de Euchárist. quæst. 19. vers. octauo.* Franciscus Lugo *lib. 3. de sacram. cap. 14. quæst. 9. n. 87. vers. in secundo.*

3 Dicendum est. *Non est necessarium pro adimplendo præcepto audire Missam cum præsentia intra Ecclesiam.* Ratio est. Quia potest saluari moralis assistentia respectu sacrificij absque ingressu in Ecclesiam, vt si quis assisteret ante fores cum debita dispositione corporis, nam ille locus ratione contiguitatis censetur communicare cum loco Ecclesiæ, & est sufficiens ad fundandam moralem præsentiam cum inde sensibus percipi possit oblatio sacrificij; vndè etiam aderit sufficiens præsentia, vt dicatur cooperari sacrificio, quando enim adest communicatio visus, & auditus, habetur etiam præsentia iuxta *cap. 2. de consuet. & l. 1. ff. de verbor. oblig.*

4 Ex his infer cum Hurtado *de sacram. disp. 5. de sacrif. Miss. difficul. 1. vers. Nomine autem.* Portel. *in dub. regul. verbo.* Indulgentia *num. 7.* Gordono *tom. 2. Theol. moral. lib. 6. quæst. 7. c. 2. §. 3. num. 12.* Dicastil. *tract. de sacram. disp. 5. dub. 4. num. 59.* Sublino *part. 1. sum. verbo.* Festum. *num. 13* Leand[illegible] *Eccles. tr. 2. disp. 1. quæst.* [illegible] [illegible]um satisfacere præcepto, qui Missam audit ex atrio; vel [illegible] cœmeterio Ecclesiæ. Imò addendum est etiam; qui audit è via publica ante fores Ecclesiæ, ita tamen vt saltem videre possit celebrantem nam in his omnibus locis saluatur moralis assistentia & præsentia pro morali cooperatione ad obligationem sacrificij Imo etiam si non perciperetur aliquo sensu celebratio Missæ & multitudinem assistentium, dum tamen quis cõiungeretur multitudini adstanti, satisfaceret præcepto. quia tanquam pars multitudinis ratione eiusdem multitudinis esset præsens iuxta dicta *quæst. præced. num. 7.*

5 Secundò infertur contra Llamas *part. 3. meth. cap. 5. §. 9.* Eum præcepto satisfacere qui in choro consueto post altare adsisteret, quamuis non videret celebrantem, vt docent Reginald. *lib. 19. prax. for. pœnit. num. 2.* Gordon. *tom. 2. Theol. moral lib. 6. qu. 2. cap. 2. num. 12.* Lugo *disp. 22. de Euchar. sect. 2. num. 20.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 104.* quod etiam locum habet, si adsit murus interpositus. Et ratio est. Quia chorus ex natura sua est ordinatus ad communicandum cum Ecclesia; & præcipuè cum altari, in quo celebratur Missa solemnis: vndè ratione huiusmodi communicationis est sufficiens ad fundandam assistentiam in eodem respectu sacrificij & cooperationem ad illius oblationem, vt constat, quando celebratur Missa solemnis, nam cantantes in choro cõmunicant celebranti in celebratione Missæ & ipsi assistunt verè eidem Missæ. Imò etiam si non videretur adhuc sufficeret, quia locus ex natura sua affert communicationem in ordine ad præsentiam.

QVÆSTIO 1302.

An qui assistat foris Missæ celebratæ in alta turri satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Quando impleri possit præceptum assistendo foris Missæ celebratæ in alta turri.*
2 *Quid si non videatur celebrans, nec audiatur.*
3 *Si locus non possit fundare assistentiam, non censetur ibi Missa audiri.*
4 *Monitio de eo, quod facit Sacerdos celebrans non sufficit, vt habeatur assistentia.*

Si missæ celebratio ita disponeretur, vt saltem ab adstantibus extra tantum videretur celebrans, proculdubio impleretur præceptum ab audientibus, quia reuera assisterent & cooperarentur sacrificio, sicut dicerentur morali modo præsentes spectaculo, quod in eadem turri repræsentaretur oportet tamen, vt non longè distarent, alioquin distantia excluderet præsentiam moralem. Et ratio est. Quia requiritur & sufficit illa præsentia, quam requirit modus offerendi sacrificium, Dum autem offertur sacrificium in alta turri, & ita oblationis modus accommodatur, vt inseruire possit etiam pro adstantibus extra turrim, tunc non requirit ille modus offerendi aliam assistentiam, nisi illam quæ potest haberi extra turrim & ideò hæc sufficit. 1

Difficultas autem est. Quando nec videtur sacerdos celebrans, nec auditur, quod autem tunc non adimpletur præceptum tradit Facund. *præcept. 1. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 3* quia non interuenit assistentia moralis quia pro hac requiritur; quod aliquo sensu percipiatur, id, quod fit. Leander vers. *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 106.* vers. *Sed probabilius* distinguit, quod impleatur præceptum, si adstantes aliquo modo percipiant, quid celebrans agat, aut in qua parte Missæ versetur: secùs autem, si non percipiant. 2

Sed absolutè videtur tenendum, quod non impleatur præceptum. Nam dum extra Turrim nec audiri, nec videri potest celebrans supponitur, quod Missa non celebratur in ordine ad adstantes extra Turrim: vndè nec etiam alio signo participare poterunt quid agat celebrans. Rursus deest etiam fundamentum patientiæ, & assistentiæ moralis; nam nec actu, nec aptitudine videri, aut audiri potest celebrans: & proindè loca sint ita inter se diuisa, vt non sint habilia ad fundandam præsentiam. Nec aliqui adsunt qui præsentes sint sacrificio, cum quibus communicant existentes extra turrim, ita vt ratione multitudinis, cuius sint pars, possunt dici præsentes, sicuti quando existentes extra Ecclesiam vniuntur multitudini, & proindè nullo modo possunt dici præsentes. 3

Dices. Posse moneri ab aliquo, è turri identidem de eo, quod agit celebrans, aut voce, aut aliquo alio signo, & hoc pacto scire, quid agat Sacerdos. Verum hoc non sufficit ad inducendam præsentiam, & assistentiam moralem; & consequenter nec cooperationem ad sacrificium. Quis qui è turri moneret, se haberet tanquam nuncius, qui nunciaret absenti. Imò ex hoc conuincitur, quod non interueniat præsentia, & assistentia necessaria, quia cum sit necessaria alterius nunciatio, sequitur exclusio præsentiæ, quia nunciatio dirigitur absentibus. 4

QVÆSTIO 1303.

An è fenestra Domus audiri possit missa satisfaciendo præcepto.

SVMMA.

1 *Sufficit Missam audiri è fenestra prospiciente immediate in Ecclesiam.*

2 *Aut è fenestra domus si in publica via celebretur.*
Facta in via censentur facta coram prospicientibus è fenestra.

3 *Quid si inter fenestram, & Ecclesiam intercedat via aut cortile.*

5 *E ianua domus quando possit audiri Missa.*
Fenestra non fundat assistentiam moralem respectu Missæ in Ecclesia.

6 *E loco publico audienda Missa.*

7 *Perceptio per sensus non sufficit pro assistentia morali.*

8 *Fenestra domus cum quibus communicant in præsentia.*

9 *Assistentia ad Missam in littore, cur saluetur quousque patet prospectus.*

1 Diuersimodè cootingere potest, quod Missa audiatur è fenestra domus. Vndè si fenestra prospiciat immediatè io Ecclesiam, seu Oratorium, sufficiet pro oecessaria præsentia, & assistentia morali, vt dixi etiam in *Decis. moralibus.* 173. *in fine.* constat etiam ex ptaxi, nam reperiuntur fenestræ, vel è monasterio, seo domibos Rectoris, seu aliorum prospicientes immediatè in Ecclesiam, è quibus solet missa audiri. Cum enim hoiusmodi fenestræ institutæ sint ad prospiciendum in Ecclesiam, ordinatæ etiam soot ad communicandum præsentiali modo cum ijs, qui suot in Ecclesia ioxta Cap. 2. *de consuet.* & proinde ad exhibendam assistentiam corporalem ijs, quæ fiunt in Ecclesia.

2 Rursus etiam videtur certum, Quod si in publica via celebretur Missa, vt aliquando contingere solet tempore pestileotiæ, satisfaciant præcepto, qui è fenestris propriæ domus assistuot, dummodo oon sit tanta distantia, aot locus non sit adeò obligatus, vt neque visu percipi possit Sacerdos celebrans, aut saltem altare vt notant etiam Pilliuc. *tract.* 4. *num.* 109. Francis. Logo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 87. in fiue. Nam celebratio in via, cum sit ordinata ad hooc effectum, vt è domorum fenestris Missæ assistere possint, iam constat in morali æstimatione haberi pro sufficienti illam assistentiam, & quia via publica seruata debita distaotia censeotur præsens fenestris, cum in prospectu sibi inuicem conuenirent; vndè quæ fiunt in via, censeotur facta coram ijs, qui è fenestris prospiciunt iuxta *l.* 21. *inic. C. de Testam.* & *l.* 33. *ff. de verbor. significat.* & cooseqnenter censentur fuisse præsentes. Solum difficultas est, quando fenestra domos de longè prospicit in Ecclesiam, vt si via intercederet, aot cortile, aut quid simile.

3 Prima sententia asserit, quod satisfaciat præcepto nisi distantia sit nimia, itavt non possit sensu percipi, quid agat Sacerdos Ita Lugo *disp.* 22. *de Eucharist, disp.* 22. *sect.* 2. *num.* 21. Garxia *in summa tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 2. Dicastil. *de sacramen. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 4. *num.* 59. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 103. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9. *num.* 88. Fundameotum est. Quia dum sensu percipit celebrantem, & fortè minus distat, quam qui in Ecclesia audiret Missam, erit moraliter præsens, & assistens sacrificio. Coofirm. qui è fenestra domus spectaret ludos in foro etiam interposita platea aut via ampla, censetur præsens pro incurrenda etiam pœna, si quæ esset imposita spectatoribus. Ergo si audiat Missam è fenestra domus erit moraliter præsens. Confirm. 2. Assistens è triremi Missæ celebratæ in littore etiam procul è littore, & cum maiori distaotia, quam sit inter altare, & fenestram, satisfacit præcepto. Ergo etiam assisteos è fenestra.

4 Secunda sententia negat satisfacere. Ita Pilliuc. *tract* 1. *num.* 209. Portel. *in dub. regul. verbo* Indolgentia *num.* 8. Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 13. Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 1. *docum.* 3. *num.* 3. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19. vers. *Octauo.* Escobar *in sum. tr.* 1. *exam.* 11. *cap.* 4. *num.* 71.

5 Dicendum est. *Audientem Missam è fenestra seu ianua propria domus non satisfacere præcepto.* Hoc autem intelligitur supposito, quod non sit tanta multitudo, vt pertingat vsque ad ianuam domus, nam tunc, è ianua posset aodiri, & impleri præceptum, quia tanquam pars multitudinis esset præsens in ipsa multitudine tanquam in suo toto. Ratio est. Quia fenestra non est locus contiguus cum loco Ecclesiæ; vt supponitur; intermediat enim via publica, quæ separat locum à loco; nec est instituta ad prospiciendum in Ecclesiam, quia per accidens est quod inde prospici possit. Ergo non est locus aptos ad fundandam præsentiam & assistentiam moralem respectu celebrationis Missæ. Cum enim præsentia consideretur in ordine ad locum, dum loca ex dispositiooe locali ità separantor, vt inuicem non communiceot, excluditur moralis præsentia quamuis per accidens sensu percipiatur, quid fiat: dum autem inter fenestram, & Ecclesiam interuenit via, fit separatio localis, præsertim quia via publica interposita tanquam inseruiens diuerso muneri non solum non inseruit morali commuoicationi loci, sed etiam moraliter separat, & proindè separatio non solum est Physica, sed etiam moralis: nec interuenit aliquid, quo moraliter ponatur communicatio.

6 Confirm. sacrificium cum sit publicum, & publico modo offeratur, nomine Ecclesiæ, exigit offerri in loco poblico, & proindè Concil. Trident. *sess.* 22. *in decret. seruand. & vitand. in celebrat. miss.* iniungit Episcopis, ne patiantur celebrari Missam extra Ecclesiam & Oratoria ad Diuinum tantum cultum deputata atque adeò extra loca poblica. Ergo cum celebratio sit coarctata ad huiusmodi loca, etiam auditio Missæ erit coarctata, itavt non solum audiri debeat Missa celebrata in his locis, sed etiam audientes accedere debeant pro audienda in iisdem locis, ita vt saltem moraliter in iisdem debeant esse præsentes. Quia ipsi quoque offerunt sacrificium Deo, & ideò sicut celebrans non potest offerre extra dicta loca: ita etiam neque audiens cum huius oblatio tanquam accessoria sequi debeat oblationem celebrantis, atque adeò subsit eidem determinationi. Qui aotem è fenestra audit Missam cum non sit intra Ecclesiam, aut atrium ipsius, nec sit pars multitudinis assistentis in Ecclesia, itavt moraliter censeatur ratione coniunctionis cum ipsa simol assistere, non concurret ad offerendum sacrificium eo modo, quo debet ex præcepto Ecclesiæ.

7 Ad fundamentum in oppositum resp. Quamuis sensu percipiat celebrationem Missæ, non esse tamen nec Physice, nec moraliter præsentem, vt si quis esset in vna domo, & alius in alia, & vocis audiret alium loquentem damoso modo, neque enim ob separationem, quæ interuenerit essent inuicem præsentes. Vndè quando dicitur, quod ij sunt præsentes, qui se inuicem

uicem audiunt, intelligitur nisi aliquid intermediet, quod tollat præsentiam. Via autem, aut vicus interpositus separat & tollit præsentiam, vt constat ex dictis. Deindè vt modo dicebatur, requiritur præsentia in Ecclesia saltem moraliter per vnionem cum multitudine præsente in Ecclesia. Nec iuuat, quod minus distet, quam aliquis, qui audiret in Ecclesia, quia pro præsentia non tam attenditur indistantia, quàm communicatio locorum, nam qui in diuersis domibus, aut cubiculis solo pariete intermedio separantur non sunt præsentes sibi inuicem, quamuis per duos, aut tres passus tantum distent.

8 Ad confirm. neg. conseq. Quia est diuersa ratio. Nam fenestræ sunt institutæ ad prospectum viæ, fori, plateæ, hortorum &c. & ideò communicat in præsentia cū toto illo loco qui patet, & extēditur ante ipsas & ideò quæ fiunt ante ipsas, dicuntur fieri in præsentia assistentium in fenestris. Non sic autem in Ecclesia, quia licet, quando ianua est aperta pateat prospectus vsque ad altare, quia tamen ex sui constructione est locus clausus, & ideò segregatus à præsentia fenestrarum domorum & per accidens est, quod aliquando aperta ianua pateat prospectus ad altare.

9 Ad 2. quoque confirm. neg. consequen. cum sit diuersa ratio, non quando celebratur missa in littore locus celebrationis est apertus, nec est natura sua occlusus sicut est Ecclesia, & ideò præsentia soluatur; quovsque patet prospectus præsertim quia nihil intermediat, quod tollat cōmunicationē præsentiæ. Accedit etiam, quod modus ille celebrandi instituitur pro ijs, qui sunt in littore, & ideò sicuti ex hoc ordine censetur celebrari coram ipsis, ita etiam ipsi quoque censentur assistere, & coofferre simul cum celebrante participando in eiusdem oblatione.

Qvæstio 1304.

An præceptum obliget ad audiendum, & videndum celebrantem.

SVMMA.

1 *Præceptum an obliget ad videndum & audiendum celebrantem* & num. seq.
3 *Sufficit assistentia, in qua exprimatur cultus Dei.*
4 *Quid si possit celebrans commodè audiri, & videri.*
5 *Posita morali assistentia ad sacrificium nihil aliud requiritur.*
6 *Solo corporis habitu declarari potest assistentia ad sacrificium.*

1 Partem affirmatiuam tradit Llamas *part. 3. meth. cap. 5. §. 9.* asserens quod cultus corporeis sensibus exhibendus pro adimpletione præcepti consistit in audire, & videre celebrantem. Et fundamentum desumi potest ex verbis, quibus imponitur præceptum. Nam sub verbo audiendi missam imponitur & proindè consurgit obligatio audiendi. Confir. Assistens Missæ offert sacrificium simul cum Sacerdote, & præces quæ recitantur nomine adstantium citantur. Ergo debent adstantes audire, vt se habeant tanquam cooperantes. Confir. 2. Requiritur præsentia corporalis. Ergo quod audiant, & videant, quia se inuicem audire non possunt, non sunt præsentes *l. 1. inst. ff. de verbor. obligat.*

2 Dicendum tamen est. *Non esse necessarium pro implendo præcepto, quod audiatur, & videatur celebrans.* Ita communiter Caiet. *in sum.* verbo. *Festi dies.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 3. ver. In hac re,* dum requirit solum, quod potuerit audire, & videre, quatenus hoc est necessarium ad inferendam præsentiam. Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 34. num. 8.* Coninch. *de sacram. quæst. 83. art. 6. num. 290.* Gasp. Hurtad. *disp. 5. de sacrific. miss. difficul. 1.* Lugo Cardin. *disp. 22. de Euchar. sect. 2. num. 20.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 9. num. 3.* Dicastil *tract. 3. de sacram. disp. 5. dub. 2. num. 19.* Gesual. *de sacram. tract. 17. cap. 2. num. 19.* Præposit. *3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 4. num. 213. vers. Notandum tamen.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 96* Aversa *quæst. 11. de Eucharist. sect. 19. ver. Denuo.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 8. num. 81.* Escobar. *tract. 1. Exam. 11. cap. 4. n. 72.* Caspens. *part. 2. Curs. Theol. tract. 23. disp. 4. sect. 3. num. 21*

3 Ratio est. Quia pro implendo præcepto non requiritur nisi illa assistentia moralis, quæ sufficiat, vt sacrificio cooperetur offerendo simul cum sacerdote. Pro hac autem assistentia non requiritur, quod audiat, & videat sacerdotem. Quod autem non requiratur, alia assistētia ex eo constat, quia percipitur assistentia in ordine ad colendum Deum mediante oblatione sacrificij quia hic cultus, est finis proximus præcepti, assistentia autem cadit sub præcepto secundum exigentiam & mensuram finis. Quod autem sufficiat dicta assistentia absque auditione, & visu celebrantis ex eo constat, quod, vt assistens coofferat simul cum celebrante, & celebrans offerat nomine adstantium, sufficit, si vniatur aliquo modo morali, ad concurrendum in illa actione cum sacerdote, ex vi enim huius vnionis fit coofferens. Si autem assistat sacrificio, & habitu corporis ostendat se vacare eidem cultui, cui vacat sacerdos, sufficienter vnitur ad concurrendum morali modo ad oblationem sacrificij

4 Maior difficultas est, quando potest commodè videre, & audire celebrantem an teneatur. Quod teneatur audire, & videre tradit Io. à Cruce *part. 1. direct. consien. præcept. 3. art. 2. de Miss. conclus. 2.* quia scilicet, si nollet audire, & videre cum commodè possit, præsumeretur non assistere. Sed adhuc tenendum est, quod hoc non sit necessarium, vt obseruauit Coninch. *de sacram. quæst. 83. num. 299.* Tolet. *lib. 6. sum. cap. 6. num. 1.* Lugo Cardin *disp. 22. de Eucharist. sect. 2. num. 19.* Dicastil. *tract. 1. de sacram. disp. 1. dub. 2. num. 19.* Gesual. *tractat. 17. cap. 2. num. 19.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 197. vers. Sed numquam.* Et ratio est, quia vel est necessarium pro adimplendo præcepto audire, & videre adstantem: vel non Si primum. Ergo quando non potest audire, & videre non impleretur præceptum, qui non impletur nisi exhibeatur materia præcepta. Si secundum. Ergo neq; quando commodè potest, adest obligatio audiendi, & videndi, quia, quod semel non est in obligatione præcepti numquam cadit sub ipso.

5 Et ratio est. Quia impletur præceptum, vt dictum est supra, per id, quod assistens coofferat sacrificium simul cum celebrante & proindè hæc cooperatio in offerendo est semper necessaria pro implendo præcepto, & sine qua impleri non potest: & ea posita seclusis quibuscumque aliis adhuc impletur. Vt autem interueniat hæc cooperatio, non est necessariū, quod videat, aut audiat celebrantem, sed sufficit, si religioso modo assistat. Nam per hanc assistentiam, vnitur celebranti in ordine ad exhibendum Deo cultum sacrificij: Vndè non potest præsumi, quod nolit assistere ex eo, quod nolit videre, aut audire, nam hæc præsumptio excluditur ex facto assistendi.

6 Dices. Requiritur præsentia corporalis moralis ordinatam ad actionem moralem. Ergo quod audiat & videat quia præsentia moralis his sensibus exercetur,

iniunctus à præcepto, quia iniungit assistentiam religiosam, atque adeò liberam, in qua inseruiat exercitium religionis.

6 Tertiò infertur. Quod si esset imposita pœna aliqua non audientibus missam, qui coactè audiret, eam incurreret, vt notant Medina 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 9. *post init.* Henriq. *lib.* 9 *sum. cap.* 25. *num.* 4 Sanch. *lib.* 1. *sum. cap.* 13 *num.* 6. Bonac. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 10. *num* 6. Franc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14 *quæst.* 8. *num* 98. vers. *Si cōtra.* Nam pœna incurritur, dum nō adimpletur præceptum, non adimpleret autem qui cogeretur esse præsens missæ, nam pateretur violentiam; non autem exerceret actionem liberam cultus Diuini.

7 Quartò infertur contra Palaum *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *pun.* 17. *num.* 7. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 14. *quæst.* 8. *num.* 95. Eum, qui accederet ad Ecclesiā ad meditandas res diuinas aut orandum, absque voluntate audiendi Missam, non satisfacere præcepto, etiam si interim celebraretur & ità notant etiā Sanch. *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num.* 5. Bonac. *disp.* 1. *de legib.* *quæst.* 1. *pun.* 10. *num.* 4. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 85. Quod locum habet non solum quando habuit nolitionem positiuam non audiendi Missam, sed etiam quando negatiuè se habet. Ratio est. Quia etiam quando negatiuè se habet, illa præsentia externa non est ordinata ad assistendum Missæ & proindè non importat cooperationem moralē qua cooperetur sacrificio, & coniūgatur in illa functione cum sacerdote, quia hæc ordinatio fit solum per actū internum. Vndè non adest materia, quæ iniūgitur per præceptum, & consequenter non impletur præceptum. Præsertim quia illa præsentia tanquam actus externus non est actus ille moralis, qui cadit sub præcepto, quia actus externus est solum talis dependenter ab interno

8 Si tamen quando incipit Missa, accedat ad Altare, aut aliquem motum corporalem edat in ordine ad assistendam Missæ tunc satisfaciet præcepto, quia tunc incipit habere intentionem audiendi, vt docent cit. Doctores *num. præced.* & Bonac. etiam *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt pun.* 11. *num.* 21. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. Lugo Cardin: *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 23. Ioan. Escobar; *tom.* 1. *de vtroque foro art.* 6. §. 4. *num.* 130. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst* 81. vers. *Tanquam*; cum enim edat aliquem actū externum in ordine ad audiendam Missam, præsupponit intentionem audiendi quia media non eliguntur nisi ex intentione finis. Vnde positiuè intendit facere opus præceptum.

QVÆSTIO 1306.

§ *An qui raperetur in extasim, dum audit Missam satisfaceret præcepto:*

SVMMA.

1 *Qui naturaliter abstrahitur à sensibus per notabilem partem missæ non implet præceptum.*

2 *Quid si rapiatur in extasim virtute diuina.*

3 *Implet præceptum, si in extasi contempletur mysterium, quod peragitur.*

4 *Secus autem si ad aliorum contemplationem raperetur.*

1 SVpponitur. Quod extasis duret notabili spatio, itavt pars Missæ, quæ correspondet, sit notabilis, & sufficiens, vt ei non assistens non satisfaciat præcepto. Est autem supponendum, quod si assistens ex aliquo naturali accidenti abstrahatur à sensibus per notabilem partem missæ non satisfaciet præcepto, nam talis abstractio impediret functionem mentis, & tolleret præsentiam moralem cooperantis sacrificio, & ideò eodem modo se haberet, ac si non esset præsens. Quia tunc tanquam inhabilis ad operandum humano modo, non posset manutenere præsentiam humano modo, non secus, ac si dormiret.

Si autem in diuina rapiatur in extasim Turrian. *in disp. select. part.* 2. *disp.* 16. *dub.* 7. Lugo Card. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 19. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19. vers. *Octauo.* in fine Leander: *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 73. putant, non satisfacere præcepto, quia tunc nec habet intentionem, nec præsentiam necessariam. E contra verò Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 4. vers. *Alyi vero* in fin. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 214. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 11. *conclus.* Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 14. putant implere. Quia præcessit intentio necessaria & adest præsentia, & dicta intentio saltem virtualiter perseuerat & colit Deum diuinorum Contemplatione. 2

Videtur tamen adhibenda distinctio. Si in illa abstractione à sensibus detineatur in contemplatione mysterij, quod in Missa peragitur, aut in aliquo alio meditando, quod concernat oblationem sacrificij, tunc satisfaciet præcepto, quia iam præcessit debita intentio, & adest præsentia necessaria; quia licet superueniat abstractio à sensibus, quia tamen mens non abstrahitur ab oblatione sacrificij, ideò neque præsentia desinit esse ordinata ad assistendum sacrificio, quamuis exterius videatur præsentia mortua, qualis esset præsentia dormientis, cum enim corpus regatur ab intellectu, & voluntate, dum est ordinata ad audiendam missam, dum perseuerat interior assistentia respectu missæ præsentia quoque exterior remanet sub eadem dispositione tanquam subiecta interiori dispositioni. 3

Si verò ad aliorum contemplationem raperetur quæ non concernerent oblationem sacrificij, videtur non satisfacere Præcepto, si omninò abstraheretur à sensibus. Nam quando auditur Missa, instituitur quædam communicatio seu commercium in ordine ad cultum Diuinum inter celebrantem & assistentes per quod inuicem cōmunicant in illa actione, quatenus Sacerdos offert Sacrificium nominē adstantium, & adstantes cooperantur eiusdem oblationi. Hoc autem commercium iniri non potest nisi inter eos, qui humano modo inuicem communicare possunt, & cum duret toto tempore, quo durat Missa, debet etiam simul durare eadem communicatio. Quando autem quis abstrahitur à sensibus & rapitur ad contemplanda ea quæ non concernunt oblationem sacrificij, interrumpitur hoc commercium quia nec interius durat, nec exterius; quia illa præsentia tanquam destituta sua veluti forma nempè officio sensuum se habet veluti mortuo modo & destituta interiori assistentia, caret ordine ad oblationem Sacrificij, nec potest haberi pro præsentia humano modo exhibita. 4

* * *

QVÆSTIO 1307.

An satisfaciat pracepto, qui metu assistit Missa.

SVMMA.

1 *Metu assistens Missa an impleat praceptum.*
3 *Metus reddit actum inuoluntarium solum secundum quid.*
4 *Quod metu agitur est ex electione.*
5 *Qua voluntate impleatur praceptum dum interuenit metus.*
Quod metu agitur solum sub conditione inuoluntariam.
6 *Pueri ex metu punitionis assistentes Missa implent praceptum.*
7 *Serui metu dominorum audientes Missam implent praceptum.*
8 *Perseuerant in actu nolendi audire Missam si posset, non peccat contra praceptum.*

1 PRima sententia asserit, metu assistentes, itavt aliàs noo essent interfuturi, noo satisfacete præcepto. Ita D. Antonin. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 10. §. 2 Suar. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 3. vers. *Circa posteriores.* Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 46. Ledesma *part.* 1. *sum. cap.* 17. *de Eucharist. post* 10 *conclus.* Filliuc. *tract.* 5. *num.* 210. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de pracep. audien. miss. post.* 6. *Conclus.* vers. *Sed offert se.* Qui tamen limitat ad casum, in quo fiot ita affecti ad fugiendum, vt si possent, fugerent, oec assisterent, licèt adhuc habeant intentionem satisfacieodi præcepto, loquitur autem de seruis. Fundamentum est, quia, dum perseuerant in illa voluntate non audiendi, si possent, noo habent sufficieutem volontatem ad præceptum implendum, quia sunt magis affecti ad oppositum.

2 Secunda sententia asserit, satisfacere Præcepto Ita Sotus *lib.* 2. *de Iust. & iur. quæst.* 3. *art.* 9. Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 2. *quæst.* 9 Facundez *pracep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. Sanch. *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num.* 7. & 17. Salas. *disp.* 9. *de legib. sect.* 2. *num.* 32. Lugo *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 23. Bonac. *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 10. *num.* 5. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 6. *num.* 72. Amic. *tom.* 1. *Cursus Theol. disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 45. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 396. vers. *Tertio infertur.* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 8. *num.* 98. Palaus. *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *punct.* 17. *num.* 5. Leand. *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 87. & 88.

3 Dicendum est. *Assistentem Missa ob metum satisfacere pracepto.* Et hoc accipiendum est non solum de metu leui, sed etiam de graui. Ratio est, quia metus non tollit, quin actio, quæ fit ex metu sit voluntaria, sed relinquit voluntariam simpliciter & solum reddit inuoluntariam secundum quid, vt docent communiter cum Aris. *lib.* 3. *eth. cap.* 1. *post init.* Nissen. *lib.* 5. *de homine cap.* 1. D. Thom. 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 6. *in corp.* Ergo assistentia respectu Missæ, quamuis fit ex meto, est voluntaria simpliciter, licet inuoluntaria secundum quid, atque adeò sufficiens pro impleodo Præcepto. Quia in tantum non sufficeret, in quantum noo esset volontaria, & moralis.

4 Confirm. Quod ex metu agitur, eligitur tanquam medium ad vitandum malum, quod aliàs immineret, & metuitur. Ergo est omninò voluntariom, quatenus prouenit à voluntate ex seipsa se mouente ad talem electionem, & consequenter in seipso, & solum est inuoluntarium ratiône suppositionis, nempe ex suppositione actus, quatenus adest in voluntate velleitas quædam, qua volnotas nollet adesse metum, nec eligere, quod eligit: & proindè ratione extrinseci tantum est inuoluntarium iuxta ea, quæ tradit D. Thom. 1. 2. *qu.* 6. *art.* 6. *ad* 1. Ergo talis electio est actus humanus, & humano modo procedens; atque adeò iodncens sufficientem assistentiam pro implendo præcepto de audieodi Missa iuxta ea, quæ tradunt communiter quod sufficiat moralis assisteutia humano modo exhibita.

Ad fuodamentum in oppositum respond. Quod 5
illa volootas non audieodi, si possent, non est voluntas absoluta & efficax, sed tantum simplex velleitas, & stat cum voluntate absolura, & efficaci audiendi. Præceptum autem non impletur in virtute illius velleitaris, sed in virtute voluntatis absolutè & efficacis quæ iofert certam assistentiam & ideò considerãda est assistentia, qualis sit, quatenus ex hoc actu prouenit. Vndè falsum est, quod audiens ex metu sit magis affectus ad oppositum; quia ad ipsum habet tantum simplicem affectu, ad audiendã verò Missam habet affectum voluntatis absolutæ & efficacis. Vnde D. Thom. 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 6. *ad* 3. habet, quod id, quod per metom agitur secundum quod actu agitur, est voluntarium, & solum sub cooditione, idest si talis metus non immineret, inuoluntarium.

Ex dictis infertur. Quod pueri, qui coacti à Præ- 6
ceptore, aut Parentibus, quia metuunt puniri, audiũt Missã, aliàs oon audituri, satisfacere præcepto vt ioter aliàs ootant Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 12. *quæst.* 9. Sanchez. *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num.* 8. Facundez. *pracept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. Marchin. *de Sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *numero.* 8. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. q.* 396. vers. *Hinc pueri.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 8. *num.* 14. Leander *in pracept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 87. Ratio est. Quia non obstante tali metu exhibeot voluntario & humano modo, quod iniungitur per præceptum & sicut voluntas illa, qua oollent exhibere, est inefficax, ita etiam non impedit, quin obseruetur præceptum.

Secundò infertur seruos, ac famulos seruare præ- 7
ceptum, quamuis audiant Missam metu Dominorum, aliàs oon audituri, vt notant Doctores num. præced. citati & præterea Suar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 26. *nu.* 12. Bonac. *disp.* 1. *de legib quæst.* 1. *pun.* 10. *num.* 5 Lugo *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 23. vers. *Hinc infert,* Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 8. *num* 70. Amic. *tom.* 5. *Curs. Theol. disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 45. Escobar. *de vtroque foro tom.* 1. *art.* 6. §. 4. *num.* 126. Nam quamuis metus Dominorum sit occasio audiendi Missam, adhuc tamen habent voluotatem absolutam audiendi, & ideò ratione huius voluntatis exhibent, quod iniungitur per præceptum & ideò illi satisfaciunt.

Tertiò infertur contra Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sa-* 8
cram. cap. 14. *qu.* 8. *num.* 98. vers. *Et quidem* Garzia *in sum. tract.* 4 *difficul.* 8. *num.* 14. Quod quamuis audientes Missam ex metu perseuerent in illo actu nolendi audire, si possent; oon peccare contra præceptum. Nam præceptum non obligat ad aliud, quàm ad exhibendum opus iniunctum humano modo, non autem obligat ad exhibendum absque displicentia. Qui autem metu domini, aut magistri assistit Missæ, quamuis habeat voluntatem non assistendi, si posset adhuc tamen exhiber humano modo & libera voluntate, quod iniungitur per præceptum, & proindè illa voluntas inefficax non exhibendi non contrariatur præcepto. Solum reduci potest ad accidiam quatenus nascitur ex tedio rerum diuinarum. Verum cum non sit efficax ad impediendam exequutionem præcepti, tanquam voluntas imperfecta continebit tantum peccatum veniale.

Quæstio 1308.

An pro implendo præcepto de audienda Missa requiratur Intentio implendi præceptum.

SVMMA.

1 *Intentio adimplendi præceptum, an & qualis requiratur.* & oum. seq.
4 *Præceptum impletur exhibito opere virtutis.*
5 *Intentio implendi præceptum non est necessaria pro actu externo.*
6 *Intentio satisfaciendi præcepto est specialis actus virtutis.*
7 *Implere præceptum quinam actus obedientiæ.*
8 *Audiens Missam, licet non aduertat, esse diem festum, implet præceptum.*
9 *Actus censetur factus ex titulo vtiliori & ex causa potius necessaria.*
10 *Audiens Missam implet votum, licet de ipso non cogitet.*

1 QVia intentio est duplex alia formalis, & expræssa al a verò virtualis, & implicita ideò de vtraque adest difficultas. Prima ergo sententia asserit, esse necessariam intentionem formalem & expressam. Ita D. Antonin. 2. *part. tit.* 9. *cap.* 10. §. 11. Nauar. *in cap. Quando. not.* 13. *num.* 27 Ledesma *part.* 1 *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *concl.* 10 lo; Medina C. *de Orat. quæst.* 16. Nugn 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de præcept. aud. mis. post. concl.* vers. *Hæc tamen sententia.* Fundamentum est. Quia adimplere præceptum est actus obedientiæ & proindè requiritur intentio ordinans exequutionem operis iniuncti ad illius adimplementum.

2 Secunda sententia docet, requiri saltem intentionem Virtualem adimplendi præceptum Ita Azot. *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *quæst.* 14. Rodriq. *part.* 1. *sum. cap.* 122. *concl.* 2. Suar. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 3. vers. *Circa posteriorem.* Facundex *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 35. *num.* 9. Molfes. *q.* 1. *sum. tract.* 10. *cap.* 1. *num.* 27. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 8. Mercer. *de sacram.. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 5. ves. *Resp Quarto Verum* Suarez & alij ex citatis volunt, quod hæc Virtualis intentio interueniat, quoties quis facit opus iniunctum & non habet contrariam Intentionem, quia si cogitaret, vellet implere præceptum. Verum huiusmodi intentio est potius interpretatiua, quàm virtualis, quia fundatur in voluntate habitualiter disposita ad præcepta adimpleoda. Fundatur hæc sentententia in eodem motiuo, quod adimplere præceptum sit actus obedientiæ. Verum quia non præcipitur actus distinctus obedientiæ ab actu speciali iniuncto. Ideò sufficit, quod dictus actus specialis virtuali modo ordinetur ad implendum præceptum.

Tertia senteotia asserit, non requiri formalē, nec virtualem intentionem adimplendi præceptum ità Vasquez t. 5. *quæst.* 100. *art.* 9. *in exposit. littera num.* 5 Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num.* 9. Hentiq *lib.* 9. *sum. cap.* 15. *num.* 6. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 2. *pun. vlt.* in fin. Sotus *lib.* 10. *de iust. & iur. qu.* 5. *art.* 5. *in fine corpor.* Salas *disp.* 9. *de legib. sect.* 2. Filliuc. *tract* 5. *cap.* 7. *num.* 211. Lugo Cardin. *disp.* 22 *de Euchar. sect.* 2. *num.* 24. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 19. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. qu* 397. Præposit. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 5. *num.* 254. vers. *Sed multi* Bonac. *disp.* 1. *de legib. qu.* 1. *pun.* 10. *num.* 9. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 3. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 5. *nu.* 64. Amic. *tom.* 5. *Curs. Theol. disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 44. Escobar. *tom.* 1 *de vtroque foro art.* 6. §. 4. *num.* 124. Leander *in præcept. Eccles. tr.* 2. *disp.* 1. *qu.* 83. vers. *Sed probabilius* Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 22. Palaus *part.* 1. *oper. moral. tr.* 3. *disp.* 1. *pun.* 17. *num.* 8. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *qu.* 9. *num.* 101. Conioch. *de sacram. qu.* 83. *art.* 6. *num.* 309. Auersa *qu.* 31. *de Euchar. sect.* 19 vers. *Addis.* Basseus *in florib. verbo.* Missa 8. *num.* 5. vers. *Item qui.* Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 4 *tract.* 1. *docum.* 2. *num.* 4.

3 Dicendum est. *Non requiri aliquam intentionem satisfaciendi præcepto in audienda Missa, sed sufficere opus iniunctum* Ratio est. Quia audiens absque vlla intentione satisfaciendi præcepto, si humano modo audiat, faciat opus virtutis, quod iniungitur per præceptum exhibendo Deo cultum præscriptum neque enim necessarium est attendere ad præceptum, vt fiat opus virtutis, vt docet D. Tho. in 2. 2, *quæst.* 104. *art.* 3. *ad* 2. Ergo satisfacit præcepto, qoia præceptum oihil aliud exigit, quàm actum virtutis, qui iniungitur & cum intentio Ecclesiæ sit, quod colatur Deus in auditione Missæ, satisfit tali Intentioni per illum cultum externum absque vlla intentione adimplendi præceptum

4 Confirmatur Ecclesia non obligat per se ad actus internos, nisi quatenus sunt necessarij pro substantia & executione actus externi quia non habet iurisdictionem directam supra ipsos. Ergò quando imponit præceptum non obligat ad intentionem satisfaciendi præcepto, quia hic actus est merè iuternus, nec est oecessarius pro substantia, aut exequutione actus interni assistendi Missæ, cum sufficiat voluotas sola assistendi, nam in hac implicitè includitur voluotas colendi Deum per sacrificium. Quod autem non sit necessaria voluntas adimplendi præceptum pro externo iniuncto, sed sufficiat sola voluntas ponendi ipsum ex eo constat, quia ponitur talis actus, nempè auditio Missæ cum cultu Dei, quando non vrget præceptum, atque adeò absque dicta iorentiooe, quæ tunc non potest habere locum.

5 Confirm. 2. Intentio satisfacieodi præcepto importat specialem actum virtutis euius motiuum est diuersum a motiuo operis præcepti, nam motiuum, ex quo procedit exequutio præcepti audiendi Missam est cultus Dei, motiuum verò intentionis satisfaciendi præcepto est se submittere per obedientiam Ecclesiæ. Hic autem actus virtutis est diuersus ab alio actu exequutionis præcepti, & ideò non est materia, quæ sit exigita à præcepto. Ergo non cadit sub præcepto cum cadat sola materia exigita, & proiodè implebitur præceptum absque tali intentiooe. Si autem non est necessaria hæc intentio expressa, nec etiam erit necessaria virtualis, quia hæc substituitur pro formali supplendo illius defectum.

6 Ad fundamentum primæ & secundæ sententiæ resp. Adimplere præceptum esse actum obedieotiæ transcendentalis, quatenus obedieotia vt virtus vniuersalis inhibita in executione cuiuscunque præcepti, non autem esse actum obedientiæ, prout est virtus specialis procedentem ex speciali motiuo obedientiæ: & ideò non requirere illam intentionem adimplendi præceptum! nam hæc intentio est actus obedientiæ specialis & pro illo actu obedientiæ vniuersalis sufficit voluotas faciendi rem præceptam.

7 Ex dictis infertur contra Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. concl.* 10. vers. *Esta difficultad.* & alios, qui requirunt formalem intentionem satisfaciendi, Enim, qui non aduertens esse diem festum Missam audiret impleturum præceptum, nec teneri postea aliam audire, quando aduertit esse diem festum &

ita io ſpecie notant Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 13. num. 9.* Vaſquez *1. 2. quæſt. 100 art. 9 in expoſit. litera num. 5.* Valent. *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2 pun. vlt.* Henriq. *lib. 9 ſum. cap. 25. num. 6.* Huttad. *de ſacram. diſp. 5. de ſacrif. miſ. difficul. 3.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. num. 111.* Trullench. *lib. 3 in Decal. cap. 1. dub. 5. num. 19.* Lugo Cardin. *diſp. 22. de Euchar. ſect. 2. num. 24.* Ioan. Eſcobar. *de vtroque for. tom. 1. art. 6. § 4. num. 124.* Coninch. *de ſacram quæſt. 83 art. 6. num. 308.* Dicaſtil. *tract. 5. de ſacram. diſp. 5. dub. 5. num. 64* Bonac. *diſp. 4. de ſacram. quæſt. vlt. pun. 11. num. 22.* Facund. *præcept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 7. num. 12.* Marchin. *de ſacram ordin. tract. 3. part. 3. cap. 17. nu. 9.* Ambius *tom 5. Curſ. Theol. diſp. 4. ſect. 2. num. 64.* Fauſt. *lib. 2. de Euchar. q. 397.* verſ. *Hinc Præpoſit. 3. par. quæſt. 83. art. 6. dub. 4. n. 214.* verſ. *Sed multi.* in fine Auerſa *quæſt. 11. de Euchar. ſect. 19. in fine.* Leander *in præcept. Eccleſ. tract. 2 diſp. 1. quæſt. 84.* Franc. Lugo. *lib. 5. de ſacram. cap. 14. q. 9. n. 102.* verſ. *Colligo ſecundo.* Et idem tenent etiam Doctores citati pro ſecunda ſententia, quia putant interuenire virtualem intentionem. Ratio eſt. Quia præceptum merè exigit opus iniunctum, & eo ipſo, quod non requiratur voluntas ſatisfaciendi præcepto, nec etiam requiritur præcepti cognitio, ſeù aduertentia.

9 Accedit etiam. Quod actus cenſetur factus ex capite vtiliori ex interpretatiua voluntate agentis *leg. cum Pater ff. de iure Dot. & leg. 3 ff. de teſtam. mil.* & potiùs ex cauſa neceſſaria quam voluntaria *leg. cum ex pluribus ff. de ſolut. & leg. proximè ff. de Rit. nupt. & leg. huiuſmodi §. cum Pater ff. de leg. & leg. Pater filium in fin. ff. Ad leg. Falcid.* Quia nimirùm cum quiſque intendat in ſuis operationibus bonum proprium cenſetur habere voluntatem interpretatiuam circa meliùs bonum, quod poteſt obtinere. Cum ergo quis audit Miſſam non aduertens, eſſe diem feſtum, cenſetur ex voluntate interpretatiua audire modo ſibi vtiliori & ex cauſa neceſſaria, & proindè ſatisfacere præcepto.

10 Secundò infertur. Idem dicendum eſſe de obligatione voti; vnde qui ex voto teneretur audire miſſam, & audiendo non recordaretur de voto, adhuc ſatisfaceret, vt docent Vaſquez *1. 2. quæſt. 100. art. 9. in expoſit. littera num. 5.* Sanchez *lib 1. ſum. cap. 13. num. 10.* Laiman. *lib. 1. theol. moral. tract. 4. cap. 4. num. 7.* Valent. *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. pun. vlt* Bonac. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. pun. 10. num. 11.* Franciſ. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 14. num. 102.* ver. *Colligo Secundo.* Ratio eſt. Quia ratione voti tenemur tantum reddere Deo, quod promiſimus, non autem tenemur ad actum reflexum, quo velimus reddere, quod promiſimus, quia hic actus reflexus non eſt neceſſarius ad reddendum, quod promiſimus, nec cadit ſub voto, ſed cadit tantum materia promiſſa & ideò eo ipſo quod exhibetur, votum adimpletur.

Qvæstio 1309.

An qui audit Miſſam animo expreſſo non ſatisfaciendi, ſatisfaciat.

SVMMA.

1 *Animus non implendi an impediat adimpletionem præcepti*, & num. ſeq.
2 *Actus non operatur vltra intentionem agentis.*
4 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*
5 *Præceptum obligat ſolum ad opus iniunctum.*
6 *Præceptum non requirit exhibitionem operis ex titulo præcepti.*
7 *Audiens Miſſam cum propoſito non implendi præceptum, vt impleat an debeat mutare propoſitum.*
8 *Præceptum vltra actum externum non requirit actum obedientiæ &c.*
9 *Audiens Miſſam ſine animo implendi præceptum, quando teneatur aliam audire.*
10 *Actus quare intentionem agentis non excedat.*
11 *Voluntas non implendi præceptum tali opere non eſt contraria præcepto.*
12 *Vouens cur non impleat votum, ſi intendat non implere, & hac voluntate non obſtante impleatur præceptum.*
13 *Cur lex exigat tantum opus iniunctum, & non votum.*

CAſus occurrere poteſt, quod quis ſciens vigere præceptum audiendi Miſſam, audiat quidem, ſed cum expreſſa voluntate non ſatisfaciendi præcepto, ſed audiendi poſtea aliam Miſſam in ordine ad præceptum adimplendum: vndè dubitatur, an nihilominus ſatisfaciat. Prima ſententia negat, ſatisfacere. Ita Nauar. *de orat. cap. 16. nu. 74.* Medina *C. de orat. quæſt. 16.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6.* Rodriquez *part. 1. ſum. cap. 144. num. 2.* Ledeſma *part. 1. ſum. tract. de Euchariſt. cap. 27. poſt. 10. concluſ.* verſ. *A eſto difficultad.* Nugn. *3 part. quæſt. 83. art. 6. dub. 2. de præcept. audien. miſ. poſt. 6. concluſ.* verſ. *Hac tamen* Mercer. *de ſacram. quæſt. 83. art. 6. dub. 4.* verſ. *Reſp. quartò.* Suarez *diſp. 88. de Euchar. ſect. 3.* verſ. *Circa poſteriorem.* ibi *Deinde neceſſe eſt.* Facundez *præcept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 7. num. 27.* Henriquez *lib. 9. ſum. cap. 25. num. 6.* Angleſ. *in florib. pun. 1. quæſt. 4. de orat. difficul. 4.* Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 3. part. 3. cap. 17. num. 10.* Molfeſ. *part. 1. ſum. tract. 10. cap. 1. num. 31.* Eſcobar. *de vtroque foro tract. 1. art. 6. §. 4. num. 127.* Baldel. *part. 1. Theol. moral. lib. 5. diſp. 25. num. 20.* 1

Fundamentum deſumitur ex illa communi regula, quod actus agentium non operantur vltra eorumdem intentionem, *l. Non omnis ff. ſi cert. pet. & l. In agris ff. de acquir. dom.* Ergo ſi audiens Miſſam intendit non ſatisfacere, non ſatisfaciet, ne dicamus eius actum operati, nedum vltra, ſed etiam contra intentionem ipſius. Secundò. Dum expreſsè habet voluntatem non ſeruandi præceptum in illa actione, eſt contraria præcepto, quia præceptum obligat, vt quiſque velit facere rem præceptam. Tertiò. Si quis vouit audire Miſſam, & audiendo intendat non implere votum non ſatisfacit obligationi voti. Ergo nec ſatisfaciet obligationi præcepti. 2

Secunda ſententia tenet, adhuc ſatisfacere præcepto. Ita Aragon. *2. 2. quæſt. 83. art. 3* verſ. *Sed dubitabis.* Vaſquez *1. 2. quæſt. 100 art. 9. nu. 5.* Valent. *tom. 3. diſp. 6 quæſt. 2. pun. 10.* in fine. Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 13. nu. 13.* Leſſius *lib. 2. de Iuſt. & iure cap. 37. dub. 10. num. 59. & cap. 46. dub. 6 num. 42.* Suar. *tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 26 num. 8. & lib. 7. de legib. cap. 29. num. 12.* Nald. *in ſum. verbo.* Diuinum officium *num. 3. & 8.* Filliuc. *tract. 23. cap. 8. num. 251.* Reginal. *lib. 18. Praxis fori pœnit. nu. 150.* Garzias *de benefic. part. 3. cap. 1. num. 198.* Bonac. *diſp. 1. de leg. quæſt. 1. pun. 10. num. 16. & diſp. 4. de ſacram. quæſt. vlt. pun. 11. n. 23.* Fauſt *lib. 2. de Euchar. quæſt. 398.* verſ. *Alij verò.* Lugo *diſp. 22. de Euchariſt. ſect. 2. n. 24.* Baſſeus *in florib. verbo.* Miſſa 8. *num. 5.* Palaus *part. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 1. pun. 17. num. 11.* Trullench. *lib. 2. in Decal. cap. 2. dub. 16. num. 27.* Coninch. *de ſacram. q. 83. art. 6. num. 309.* Machad. *tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 1. docum. 3. num. 4.* Dicaſtil. *de ſacram. tract. 5. diſp. 5. dub. 5. num. 66.* Geſual. *de ſacram. tract. 17. cap. 2. num. 22.* Præpoſit. *3. part. q. 83. art. 6. dub. 4. num. 214.* verſ. *ſed quid.* Laiman. *lib. 1. Theol. moral. tract. 4. cap. 4. num. 7.* Auerſa *q. 21. de Euchariſt. ſect. 19.* in fine. Franciſ. Lugo *lib. 5. de ſacram. cap. 14. quæſt. 9. num. 106.* Quintanad. eu. 3

Quintanadueu.

naduen. *tom.* 2. *tract.* 7. *dub.* 11. *num.* 5. Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp. quæſt.* 89. ver. *Sed probabilius.* Caſpenſ. *part.* 2. *Curſ. Theol. tract.* 23. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 24. Hurtad. *de Sacram. diſp.* 5. *de ſacrific. miſſ. difficul.* 3. ver. *Addimus.*

4 Dicendum eſt. Audientem Miſſam ſatisfacere præcepto, quamuis expreſſè intendat non ſatisfacere. Ratio eſt Quia dum audit humano modò, habet voluntatem deferendi Deo illum cultum, & conſequenter, faciendi quod per præceptum iniungitur, vt reuera facit. Ergò voluntas non ſatisfaciendi præcepto non tollit, quin ſatisfaciat, nam eſt veluti, quædam proteſtatio contraria facto, quia nihil operatur iuxta *l. Cum in pluribus* §. *Locator. ff. locati* & Cap. *Cum M. Ferrarien. de conſtit.* & Cap. *Gratiam. de offic. de leg.* & Cap. *Sollicitudinem. De appellat.* & Cap. *fin. de homicid.* & notant communiter Doctores Bald. *conſil.* 489. *in princip. lib.* 4. Oldrad. *conſil.* 107. *num.* 10 ver. *Ad ſextam.* Surd. *deciſ.* 70. *num.* 8. Bart. *in l. Non ſolum* §. *Morte ff. de non. oper. nun.* Corbul. *de cauſ. priuat. ob alien. ampli* 30. Rota *deciſ.* 308. *num.* 3. *in fine. part.* 3. *Rec.* & *deciſ.* 91. *num.* 12. *par.* 6. Rec. & coram Caualerio *deciſ.* 349. *num.* 3.

5 Confir. præceptum obligat tantum ad exequutionem rei præceptæ, nec prohibet voluntatem non exequendi præceptum, niſi quatenus impedit exequutionem rei præceptæ. Ergo cum hæc voluntas non exequendi præceptum ſtet cum exequutione rei præceptæ, non eſt contraria præcepto nec cadit ſub illius indirecta prohibitione. Et ſicut implicat exequi rem iniunctam per præceptum & nolle illa exequutione implere præceptum.

6 Dices. Non impleri præceptum, quia illa auditio Miſſæ non exhibetur ex titulo implendi præceptum ſed hoc reijcitur. Quia præceptum non exigit, quod res iniuncta exhibeatur ex hoc, vel illo titulo, ſed tantum, quod exhibeatur, quia quod exhibeatur ex titulo implendi præceptum, non dicit aliquid ex parte actus externi, ſed tantum ex parte intentionis, quæ tanquam actus internus & non neceſſarius pro exequutione externi non cadit ſub obligatione præcepti. Quod autem non ſufficiat ad ſatisfaciendum præcepto, & voto, non prouenit ex titulo exhibitionis, ſed quia vnica Miſſa non adæquat duplicem obligationem, vt poſſit illam extinguere & ideò tunc exhibitio ex tali titulo decernit, vt inſeruiat pro tali obligationa.

7 Ex dictis infertur cõtra Aragon Suarez, Leſſium, Filliuc. Trullench. Coninch. Eſcobar. & nonnullos alios ex citatis pro priori opinione, non requiri, quod qui audiuit miſſam cum propoſito non implendi præceptum illa auditione, mutet propoſitum durante tempore audiendi, & velit ſatisfeciſſe illa præcedenti auditione, vt optimè notant Sanchez Laiman, vterque Lugo, Nugnus, dicens eſſe ridiculum requirere talem mutationem propoſiti, Palaus, Auerſa; Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 92. Et alij ex citatis pro poſteriori ſententia. Nam quando audiuit Miſſam, vel ſatisfecit præcepto, vel non, ſi ſatisfecit, non requiritur alia mutatio propoſiti; quia iam eſt impletum præceptum, nec per ipſum aliquid aliud exigatur, ſi non ſatisfecit. Ergò nec ſatisfaciet mutando propoſitum; quia ad ſatisfaciendum præcepto requiritur actus externus; nec poteſt auditio præcedens deſeruire, quia cum ſit tranſacta, non eſt ſub illius poteſtate, vt poſſit ea vti ad extinguendam obligationem præcepti, ſicut datũ ex vno titulo, non poteſt amplius dari ex alio.

8 Nec dici poteſt. Quod compleatur adimpletio præcepti actu illo obedientiæ, quia præceptum non exigit ſpecialem actum obedientiæ, vt dictum eſt etiam in ſuperioribus, ſed ſolum vniuerſalem, & tranſcendentalem obedientiam, quæ conſiſtit in exhibitione rei præceptæ. Quod ex eo conſtat, quia exigit ſolum actum externum; in præſenti autem vltra exhibitionem rei præceptæ, nempè auditionis Miſſæ, non interuenit alius actus externus, cum iſto adæquet exigentiam præcepti, & prædictum propoſitum ſit actus merè internus non habens ſibi correſpondentem aliquem actum externum, & proindè non poteſt exigi à præcepto tanquam neceſſarius pro adimplemento.

Secundò infertur. Eum, qui priori auditione Miſſæ noluit ſatisfacere præcepto, cum animo tamen audiendi aliam Miſſam, ſi putet ſe non ſatisfeciſſe præcepto, teneri audire aliam Miſſam, quia ſi nollet audire ex conſcientia erronea violaret præceptum; nam nollet adimplere præceptum, quod putat, ſe non adimpleſſe: ſed ſibi ſupereſſe adimplendum. Si tamen deponeret conſcientiam erroneam, & cognoſceret, ſe in priori auditione impleſſe, ad nihil aliud teneretur, præſertim quia ſtante tali notitia, non poſſet amplius velle non adimpleuiſſe, quia vellet impoſſibile, nempè quod præceptum adimpletum non ſit adimpletum. 9

Ad 1. in oppoſitum Reſp. Illam regulam, quod actus non operetur vltra intentionem agentis, accipiendam eſſe de intentione, ex qua procedit actus, quia cum actus debeat ſe conformare ſuæ cauſæ, non poteſt plus habere, quàm det cauſa; non autem de intentione, quæ ſit contraria ipſi actui, quia cũ non ſit efficax, nec etiam poteſt inducere in ipſum aliquem effectum, ratione cuius magis, aut minus operetur. In præſenti autem caſu concurrunt duæ intentiones, ſeù voluntates; vna, qua quis vult audire Miſſam, altera qua intendit illa auditione non ſatisfacere præcepto. Prima eſt efficax, & inducit adimplementum præcepti, quia facit; quod per ipſum iniungitur. Secunda eſt contraria priori, ſed inefficax, quia non impedit, quin fiat, quod per præceptum iniungitur, nec eſt cauſa actus, & ideò non ſecundum ipſius menſuram actus operari debet; ſed ſecundum menſuram illius, ex qua procedit. 10

Ad 2. Illam intentionem, ſeù voluntatem non eſſe contrariam præcepto, quia non eſt de non ſeruando præcepto, ſed de non applicanda illa auditione Miſſæ pro obſeruantia præcepti; cui ſolum contrariatur, ſed inefficaciter, quia eò ipſo quod fit opus iniunctum, remanet applicatum pro dicta obſeruantia, cum percipiatur ſolum opus, non autem applicatio illa ſpecialis. Quando autem dicitur quod præceptum obligat, vt quis velit facere, quod iniungitur, non intelligit de voluntate veluti reflexa, ſed tantum de voluntate directa, qua inferat exequutionem operis iniuncti. 11

Ad 3. neg. conſequentia. Nam eſt diuerſa ratio. 12 Quando enim per præceptum iniungitur aliquid faciendum; illa obligatio non dependet à priuata voluntate exequentis, itavt ſit in eius arbitrio extinguere, vel non extinguere obligationem, ſed eo ipſo quod præſtat quod iniũgitur, extinguit obligationẽ, etiamſi non intendat extinguere, quia extinctio ſequitur ex natura rei poſita exequutione operis iniuncti; nec eſt in poteſtate exequentis illam impedire, quia non eſt ſub ipſius diſpoſitione obligatio, vt poſſit illam alterare, vt non ſit extinguibilis ex ſola poſitione operis iniuncti. At obligatio voti eſt priuata obligatio manens ſub diſpoſitione priuata vouentis. Et ideò poteſt vouens; quamuis præſtet opus promiſſum, nolle ſe liberare ab illa obligatione quod etiam contingit in cæteris priuatis obligationibus vndè qui deberet centum, poſſet illa dare creditori titulo donationis, & remanere in priori obligatione.

13. Accedit etiam, quod quando obligationes imponuntur per modum legis seu præcepti; tendunt tantùm ad exigẽdum, quod cadit sub obligatione. Nam Lex intendit tantum ordinem respectu finis, quem præscribit in operationibus subditorum, qui ordo sufficienter obtinetur ex sola positione operis iniuncti. At quando obligationes voluntariæ suscipiuntur ex aliqua causa, seu titulo, retinent relationem ad eandem causam, seu titulum, vndè si cessaret causa, seu titulus, cessaret etiam obligatio, vt contingit in promissione, quando enim quis obligatur ex promissione cessat obligatio, si relaxetur promissio. Vndè vt exhibitio illius, quòd debetur, extinguat obligationem, debet exhiberi ex eodem titulo seù causa, quia cum obligatio sit respectiua ad titulum, & causam, vt solutio cadat supra ipsam, debet procedere ex eodem titulo, seu causa.

QVÆSTIO. 1310.

An audiens Missam animo non implendi præceptum & etiam animo non audiendi aliam, satisfaciat.

SVMMA.

1 *Impleatne præceptum, qui audit Missam animo non implendi, nec aliam audiendi*, & num. seq.
2 *Opus prævalet intentioni in ordine ad præceptum.*
3 *Faciens opus, & non intendens implere præceptum, an peccet.*
4 *Præceptum naturale diuinum quam subiectionem ad leges requirat.*
5 *Faciens opus, & intendens non implere præceptum, quomodo peccet.*
6 *Dubitans an auditione Missæ impleuerit præceptum an teneatur aliam audire.*

1 QVi audit Missam absque animo satisfaciendi præcepto, & etiam absque animo audiendi aliam Missam, non satisfacere præcepto, tenent Doctores omnes *quæst. præced. num.* 1. pro priori sententia citati. Neque enim hic casus differt à præcedenti, nisi pænes voluntatem non satisfaciendi præcepto per aliam Missam. Et proindè militat eadem ratio quoad illam auditionem.

2 Sed tenendum est. *Quod satisfaciat præcepto.* Ita D. Doctores citati *quæst. præced. num.* 3. pro posteriori sententia, & præcipuè Sanchez *lib. 1. sum. cap.* 13. *nu.* 5. Bonac. *disp.* 1. *de leg. qu.* 1. *pun.* 10. *num.* 20. Basseus *verbo.* Missa 8. *num.* 5. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 91. Franeis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 9 *num.* 108. & alij. Ratio est. Quia duo concurrunt, & opus, quod iniungitur per præceptum & intentio non implendi præceptum. Siquidem dum intendit non implere illa auditione Missæ, & insuper non audire aliam Missam absolutè non intendit implere præceptum. Hoc tamen non obstante implet. Quia præceptum, vt dictum est in superiobus; non obligat ad habendam intentionem implendi præceptum, sed tantum ad opus externum auditionis Missæ, & indirectè ad actum internum necessarium pro hoc opere externo, qui non est aliud, quàm voluntas audiendi, quam non impedit prædicta intentio; siquidem non potest Ecclesia per se obligare ad actus internos. Cum ergo præstet quidquid exigitur à præcepto, remanet præceptum adimpletum.

3 Sed dubium remanet, an illa intentio non adimplendi præceptum illa auditione missæ, & etiam alia sit peccaminosa. Resp. Sanchez. Francis. Lugo *n. præced. cit.* quod talis intentio est peccaminosa mortaliter, non effectu, sed affectu, vel contra præceptum naturale diuinum, quo tenetur quisque subijci legibus, vel etiam contra præceptum Ecclesiasticum, quod prohibet etiam quemlibet effectum sibi contrarium. & ita etiam sentit. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 92. vers. *Si verò.*

Verum hæc responsio probari, non potest. Quia præceptum naturale diuinum subiiciendi se legibus non requirit aliam subiectionem, quàm illam, quæ consistit in exhibitione operis iniuncti. Præceptum enim naturale diuinum solum exigit; quod leges obseruentur, non autem exigit specialem actum voluntatis, quo quis velit, se subiicere præcepto audiendi Missam, & ideò ex sua parte non violatur præceptum naturale diuinum. Rursus cum in effectu seruet præceptum audiendi missam, quia facit; quod per ipsum iniungitur, nec etiam per affectum violat dic. præceptum. Nec etiam verum est quod prohibeat affectum vti contrarium, quia non potest extendi ad actus internos, nisi indirectè, quatenus id exigit exequutio actus externi. Vndè non precipit aliquem actum internum nisi, qui sit necessarius pro exequutione externi actus. Nec prohibet indirectè aliquem actum internum nisi illum qui impedit actum externum qualis non est intentio prædicta. 4

Itaque in præsenti casu solum interuenit peccatum ratione conscientiæ erroneæ, quia ratione ipsius, quamuis in re impleat præceptum, in suitameo opinione violatur, nam, dum putat, quod licet audiat Missã non impleat præceptum, eò ipso, quod intendit non impleri. Et rursus intendit etiam non implere audiendo aliam missam; concipit voluntatem peccaminosam contrahentem malitiam violationis præcepti quia idem est, ac si deliberaret non adimplere præceptum, & proindè secundum ipsius conscientiam errantem constituitur reus præcepti. 5

Ex his deducitur, quod si quis audiat Missam & postea dubitet, an satisfecerit, vel quia defecerit in attentione, vel quia cum alio colloquutus sit, & proponat aliam audire, quasi illius auditione non satisfecerit, nisi distractio fuerit talis, vt impedierit debitam assistentiam moralem, non tenebitur aliam audire, vt alios citans, notat Faust. *lib. 2. de Eucharist. quæst.* 398. vers. *Hinc qui.* Nam cum reuera impleuerit præceptum, nõ vrget amplius illius obligatio. Est tamen aduertendum quod si reuera putaret, quod non satisfecisset, teneretur deponere Conscientiam erroneam, aut de nouo Missam audire, si posset, cum ratione talis conscientiæ se haberet, ac si non adimpleuisset præceptum. Si tamen solum scrupulis agitaretur, ad nihil aliud teneretur. Idem dicendum si esset dubius, quia cum præstiterit quod exigit præceptum, est in possessione adimplementi præcepti, & proindè in fauorem ipsius iudicandum est. 6

QVÆSTIO 1311.

An si quis audiat Missam animo non implendi Votum, adhuc verè adimpleat.

SVMMA.

1 *votum an adimpleatur si audiens Missam non intendat adimplere.* &. num. seq.
3 *Vouens potest nolle extinguere obligationem &c.*

Discrimen

4 *Discrimen inter obligationem voti, & præcepti.*
5 *Voluntas non implendi votum prorogat illius obligationem.*
6 *Pœnitentia imponitur à confessario quoad determinationem, non quoad debitum satisfactionis.*

1 EAdem est ratio de Voto, Iuramento & Pœnitentia iniuncta. Et quamuis dictum sit in superioribus, quod est diuersa ratio de adimplemento præcepti, & voti adhuc tamen remanet difficultas, an adimpleatur, quando adest intentio non adimplendi. Quod autem adimpleatur, tenent Sanchez *lib. 1. sum cap. 13. num. 18. & lib. 4. cap. 13. num. 40.* Bonac. *disp. 1 de legib. quæst. 1. pun. 10. n. 11.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 2. dub. 16. num 27.* Palaus *tom. 1. tract. 3. de legib. disp. 1. pun. 17. num 14.* Francis. Lugo *lib. 5. de sacramen. cap. 14. quæst. 9. n. 112.* Faust. *lib. 2. de Eucharist. q. 398.* ver. *Tum quia.* Leandet *in precept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 93.* Fundamentum est. Quia votum obligat instar præcepti; ergo si adimpletur præceptum, adimplebitur etiam votum. Secundò. Quia verè præstat quod vouit & licèt velit per aliam Missam satisfacere non tamen prorogat votum, aut de nouo vouet.

2 Secunda sententia tenet, quod non adimpleatur votum. Ita Ledesma *part. 1. sum. tract. de Euchar. cap. 27. post 10. conclus.* ver. *A certa deesse.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. de Horis canon. cap. 26. num. 8.* Baldel. *tom. 1. theol moral. lib. 5. disp. 25. num. 21.* ver. *Neque est simile.* Laiman. *lib. 1. Theol. moral tract. 4. cap. 4. num. 8* Præposit. *3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 4. num. 214.* vers. *Dices qui audit et*

3 Dicendum est. *Qui audit Missam cum animo expresso non satisfaciendi voto, non satisfacit, sed adhuc remanet obligatus.* Idem dicendum est in iuramento, aut pœnitentia iniuncta. Ratio est. Quia votum habet vim suam obligandi ex voluntate vouentis. Ergo potest vouens, quamuis præstet, quod promisit per votum, nolle extinguere obligationem voti, atque adeò remanere adhuc obligatus. Quia sicut potuit imponere sibi talem obligationem, ita potest etiam velle, quod duret nec extinguatur per illud opus. Eò ipso autem, quod non vult illo opere extinguere obligationem, illam voluntate propria manutenet in suo vigore, quia sicuti habuit vim obligandi ab ipsa voluntate, ita etiam potest ab eadem manuteneri. Hinc etiam; quæ dantur titulo donationis, non extinguunt debita, non alia ratione, nisi quia voluntas debitoris vult manutenere debitum.

4 Ad 1. Votum obligare quidem ad modum præcepti, non tamen in omnibus assimilari præcepto. Nam illud præcipuè est discrimen, quod votum habet vim obligandi à priuata voluntate vouentis, & ideò dependet in extinctione etiam ab ipsa. Præceptum verò habet vim obligandi à voluntate superioris: & ideò voluntas subditi non potest illam obligationem manutenere, quando aliàs ex natura sua est extinguenda, & iuxta voluntatem superioris. Quia autem voluntas superioris per præceptum nihil aliud exigit, nisi præstationem operis, ideò voluntas subditi de non implendo præcepto per illud opus; nihil operatur.

5 Ad 2. re'p. Assumere tanquam certum, quod venit in controuersiam. Nam non implere votum, & prorogare obligationem sunt idem: vndè ad probandum, quod impleatur votum, non potest assumi, quod non prorogetur obligatio, sed esset probandum, quod non prorogetur obligatio sed adimpleatur votum. Quando autem non vult satisfacere voto exhibitione illa operis, prorogat obligationem, cum sit in ipsius potestate eam manutenere in suo robore.

Dices. In pœnitentia iniuncta obligatio imponitur à confessario tanquam à iudice, & proindè tanquam à superiore. Ergo non est eadem ratio de ipsa, ac de voto; sed eodem iure censeri debet, ac obligatio ex præcepto. Resp. Obligationem pœnitentiæ iniunctæ imponi à confessario quoad determinationem, non autem quoad debitum satisfactionis. Quia enim hoc debitum oritur ex peccato, quod liberè committitur, ita etiam contrahitur ex propria peccantis voluntate. Confessarius autem determinat satisfactionem, quæ iam est debita & ideò hæc obligatio satisfaciendi in extinctione pendet à priuata voluntate pœnitentis sicut obligatio voti à priuata voluntate vouentis. 6

QVÆSTIO. 1312.

An quando quis tenetur ex diuerso titulo audire plures Missas cuinam obligationi satisfacit.

SVMMA.

1 *Intentio determinat obligationem quando quis tenetur diuersis titulis audire Missam.*
2 *Si nihil cogitetur, impletur obligatio vrgentior.*
3 *Satisfaciendum obligationi vrgentiori.*
Actus præsumitur factus ex causa vrgentiori.
4 *Obligatus pluribus titulis audire plures Missas, non potest vnica satisfacere partialiter pro singulis.*
Eadem solutio quando possit pluribus debitis pro rata satisfacere.
5 *Audiens Missam vt impleat votum, & non præceptum, implet præceptum.*

COntingit aliquando, quod quis ex multiplici & diuerso titulo teneatur plures Missas audire, vt ex præcepto, ex voto, ex pœnitentia iniuncta &c vndè oritur difficultas, si audiat Missam, cuinam ex his obligationibus satisfaciat. In qua difficultate illud certum, est, quod, si intendat satisfacere alicui determinatæ obligationi, illi satisfaciet, vt habetur ex *l. Cum pluribus. ff. de solut* Nam tunc solutio determinatur, vt sit in extinctionem talis obligationis à voluntate soluentis. Hoc tamen intelligendum est quando solutiones sunt determinabiles a voluntate soluentis, vt stent pro hoc vel illo debito; non autem quando prima solutio ex natura sua stat pro certa aliqua solutione. Vndè quando concurrit debitum præcepti Ecclesiæ cum alio debito prima solutio auditionis Missæ stat pro obligatione præcepti; quia cum eo ipso, quod auditur Missa; impleatur præceptum, etiamsi audiens nolit ipsi satisfacere, vt dictum est in superioribus, prima auditio remanet ex se determinata pro solutione debiti ex præcepto; & ideò non potest applicari pro solutione alterius obligationis. 1

2 Si verò non determinet pro qua obligatione satisfacere velit, aut in confuso velit, omnibus obligationibus satisfacere, seu velit in genere satisfacere suæ obligationi, tunc satisfaciet obligationi vrgentiori, seu illi, quæ vel ratione temporis, vel ex alio capite exigit præferri. Ita etiam notant Bonac. *disp. 1. de legib. q. 1. pun. 10. num. 13.* ver. *si vero.* Bald. *tom. 1. Theol moral. lib. 5. disp. 25. num. 22.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 8. num. 17.* Et desumitur ex eadem *Cum pluribus. ff. de solut.* ibi. *Quando plura sunt debita omnino æqualia, nec quisquam decreuit, cui debito satisfacere velit, censetur omnibus pro rata satisfacere.*

si autem

si autem alterum sit grauius, censetur grauiori: si decreuit, cui velit satisfacere, illi satisfacere indicandus est.

3 Ratio verò est. Quia in tali casu locum habet voluntas interpretatiua, cum deficiat formalis, & explicita; cum autem præsumatur voluntas velle satisfacere obligationi, debet interpretari, vt velit satisfacere rationabili modo Rationabilis autem modus satisfaciendi exigit, vt prius satisfaciamus vrgentiori obligationi. Vndè semper actus præsumitur, gestus ex causa magis necessaria, & vrgentiori iuxta *l. 3. cum dotem. § si pater. ff. soluto matrim. & l. Aristo. § 1. De iure delib.* & notant communiter Doctores. Bart. *Tritiud. 94 ff. de verbor. significat.* Roman. *consil.* 247. ver. *Est igitur.* Crauetta *consil. 106. n. 9.* Menoch. *consil.* 195. *num.* 5.

4 Ex dictis infertur, quod si Quis teneatur ex diuersis titulis audire plures Missas, non potest auditione eiusdem Missæ satisfacere etiam partialiter illis obligationibus quia licet possit eadem solutio satisfacere pluribus obligationibus pro rata iuxta dict. *l. Cum pluribus. ff. De solut.* hoc tamen solum locum habet, quando eadem solutio fit in re diuisibilis, itavt partim vni debito, partim alteri applicari possit, non autem quando solutio est rei indiuisibilis quia tunc tota vnico tantum debito correspondet, & vnicam tantum obligationem extinguit.

5 Secundò infertur. Quod si quis in die festiuo teneretur audire aliam Missam ex Voto, aut ex pœnitētia iniuncta, vt primo loco nō intēderet satisfacere præcepto, sed Voto, satisfaceret nihil ominus præcepto. Quia eo ipso, quod præstatur res iniuncta extinguitur obligatio præcepti, etiamsi operans contrarium intendat, vt constat ex dictis in superioribus. Posteriori tamen auditione satisfaceret Voto, quia iam præsens sit voluntas satisfaciendi Voto, quæ licet respexetit ad primam auditionem, quia tamen in ipsa non potuit habere effectum, ideò extenditur ad secundam quia ita præsumitur voliturum ponentem talem ordinem, si sciret, non posse subsistere.

QVÆSTIO 1313.

An qui ex prauo fine audit Missam, satisfaciat Precepto.

SVMMA.

1 *Audiens Missam ex prauo fine an impleat preceptum.* & num. seq.
3 *Finis prauus concomitans non impedit, ne impleatur preceptum.*
4 *Finis concomitans non refundit malitiam in opus.*
5 *Prauus finis appositus auditioni Missæ eam inficit. Talis actus qualis intentio.*
6 *Auditio Missæ peccaminosa mortaliter non continet cultum Dei.*
7 *Actus externus communicat in malitia cum interno.*
8 *Assistentia ad Missam ex prauo fine secundum substantiam est moraliter diuersa ab assistentia sine prauo fine.*
9 *Quando opere peccaminoso impleatur preceptum.*
10 *Bonitas, vel malitia non sunt modi extrinseci actus externi moraliter accepti.*

1 QVamuis finis intrinsecus auditionis Missæ, ad quem ex natura sua ordinatur sit deferre Cultum Deo, attamen quia bonis malè vti possumus, potest audiens apponere finem modum itavt ex malo fine moueatur ad Missam audiendam, quam aliàs non esset forte auditurus. Vndè dubitatur an tunc satisfaciat præcepto. Prima sententia docet, non satisfacere. Ita D. Antonin. *part. 2. tit. 9. cap. 10. §. 2.* Adrian. *in 4. quæst. 5. de Confes. dub. 4.* Maior. *dist. 15. quæst. 3.* Canthus. *quæst. 1.* Fundamentum est. Quia Ecclesia nec præcepit, nec præcipere potest actum prauū. Ergo non impletur præceptum exhibitione operis praui, qualis est auditio ex prauo fine.

Secunda sententia asserit, impleri præceptum. Ita Sotus *lib. 2. de Iust. & Iur. quæst. 3. art. 9. Concl. 2.* Nauar. *cap. 20. manual. num. 7.* Ledesma *2. part. 4. q. 16. art. 6. in 2. part. dub. 1. & q. 17. art. 1.* Couar. *in cap. Alma mater. part. 1. §. 5. num. 1. vers. Præter. hac.* Azor *part. 1. lib. 7. cap. 6. q. 1.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num. 4.* Sanch. *lib. 1. sum. cap. 14. num. 1.* Ioan. Medina C. *de Confes. Quæst. de pœnit. iniunc. temp. quo miss. celebres.* Suarez *disp. 88. de Euchar. sect. 3. & de legib. lib. 3. cap. 29.* Molfes. *part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 30.* Bonac. *disp. 1. de legib. q. 1. pun. 9. num.* Laiman. *lib. 5. theol. moral. tract. 4. cap. 4. num. 6.* Filliuc. *tract. 5. num. 213.* Lugo Cardin. *disp. 22. de Euchar. sect. 2. num. 23.* Palaus *part. 1. oper moral. tract. 3. de legib. disp. 5. pun. 18. num. 1.* Dicastil. *tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 7. num. 78.* Faust. *lib. 2. de Euchar. q. 405.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. 8. num. 14. in fine.* Leander *in precept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst. 94.* Auersa *quæst. 11. de Euchar. sect. 19. vers. Requiritur demum* Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. q. 9. num. 115.* 2

Verum cum distinctione procedendum videtur si *prauus finis concomitanter se habeat ad auditionem missæ, impletur preceptum non obstante prauo fine.* Prauus enim finis dupliciter apponi potest, vel concomitanter, itavt occasione audiendi Missam audiens intendat talem prauum finem. Et proindè prauitas finis non influat in auditionem Missæ, sed in alium actum audientis, qui fit simul cum auditione Missæ. Vel apponi eidem auditioni itavt auditio eligatur tanquam medium ad obtinendum talem finem, vt si quis audiret Missam ordinando auditionem ad aliquod veneficium, sicut faciunt striges. Si ergo primo modo apponatur finis impletur præceptum. 3

Ratio est. Quia eo ipso, quod finis malus est concomitans, non influit in actionem, nec est causa illius: vnde nec refundit malitiam in ipsam, vt docent communiter cum D. Thom. 1. 2. *quæstion. decima nona, articulo septimo, ad 2.* ibi. *Sed si intentio sit consequens, tam voluntas potnis esse bona; & per intentionem sequentem non deprauatur ille actus voluntatis, qui præcessit, sed actus voluntatis, qui iteratur.* In tantum enim actus sumit malitiam ex fine, in quantum ab ipso sumit speciem. Ergo cum finis malus concomitanter, seu consequenter se habeat ad auditionem Missæ non illam inficiet, sed relinquet in suo statu religiosæ assistentiæ, & proindè erit sufficiens pro implendo præcepto, cum in ipsa saluetur substantia actus præcepti; & solum ex eo capite possit esse insufficiens, quod à fine prauo inficiatur. 4

Si verò finis apponatur ipsi auditioni Missæ, itavt eligatur tanquam medium ad obtinendum finem prauum, non implebitur preceptum. Ratio est. Quia auditio Missæ in tali casu vitiatur, & fit peccaminosa. Actus enim modo moralis sumit suam speciem à fine, & proindè si finis est malus, actus quoque prauus est vt desumitur ex illo Lucæ 11. *Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Per oculum autem intelligit intentionē, quæ respicit finem, vt colligitur ex contextu, & explicant communiter Patres. Et quod finis reddat opus bonum, 5

vel

vel malum, docent communiter cum D. August. *lib. 4. contra Iulian. cap. 3. & lib. 2. de moribus Eccles. cap. 13* & Arist. *lib. 5. Eth. cap.* 2. post init. vbi habet, quod qui furatur propter adulterium est magis adulter, quam fur & D. Thom. 1. 2. *q.* 18. *art. 6. in corpor. & q. 9. art.* 7. *ad* 2. vbi habet. *Voluntas non potest esse bona, si sit intentio mala causa volendi. Qui enim vult dare eleemosinam propter inanem gloriam consequendam, vult id, quod de se est bonum, sub ratione mali & ideò prout est volitum ab ipso, est malum; vnde voluntas eius est mala.* In quibus verbis assignat etiam rationem cur actus sit malus quia scilicet vult bonum sub ratione mali, quia vult cum ordine ad finem malum, atque adeò quatenus in exequutione est causa mali.

6 Ex hoc autem sequitur, tali auditione Missæ non impleri præceptum. Nam auditio Missæ in se est peccaminosa mortaliter, & proindè non continet cultum Dei, & exercitium actus religiosi Ergo non est ille actus, qui præcipitur ab Ecclesia secundum substantiam, nam Ecclesia præcipit auditionem Missæ sub ratione cultus Dei, & actus religiosi, in quo exercetur virtus religionis qualis tunc non est auditio Missæ, cum sit actus genere diuersus ab eo, qui præcipitur, nam hic est in genere virtutis, ille verò in genere peccati.

7 Dices. Talem intentionem non variare actum externum secundum substantiam & ideò adhuc sufficere pro adimplendo præcepto. Verum hoc facile reijcitur. Quia actus externus communicat in eadem bonitate, & malitia cum actu interiori, vt docent communiter cum D. Th. 1. 2. *q.* 20. *art.* 3. & 4. *in corpore*; tendunt enim in idem obiectum, & pro vno, & eodem actu in esse moris reputantur. Nam sicut actus exterior est liber ratione interioris, ita etiam bonus, aut malus, & eadem bonitas, seu malitia concepta per voluntatem in ipsum redundat Vndè cum intentio audiendi Missam sit praua ex fine, auditio quoque ratione ordinis ad eundem finem participabit eamdem malitiam, & consequenter erit diuersus secundum substantiam ab actu, qui præcipitur.

8 Dices 2. Quamuis sumat malitiam ab intentione praua, adhuc tamen esse veram moralem assistentiam cum externo modo religioso, in quo consistit substantia actus, qui præcipitur & ideò adhuc sufficiens est pro adimplendo præcepto. Sed neque hoc sufficere potest Nam licet ille actus externus habeat apparentiam cultus Dei, & assistentiæ religiosæ, reuera tamen non est talis, quia non potest participare hoc esse morale, nisi ex actu interno morali eiusdem rationis: sed in esse morali est actus contrarius, quia est in genere mali moralis. Cum ergo Ecclesia præcipiat actus externos morales, qui proueniunt ex volontate moraliter operante, dum præcipit sub ratione cultus, & religiosæ assistentiæ præcipit etiam secundum moralem bonitatem, quæ conuenit actibus externis, & ideò auditio Missæ ex fine malo erit diuersa secundum substantiam moralem ab ea, quæ præcipitur; & consequenter insufficiens pro implendo præcepto, cum non possit impleri, nisi secundum substantiam exhibeatur, quod præcipitur. Sic qui deberet aureum, non satisfaceret obligationi, si daret aureum apparens, & adulteratum, aut quod non esset eiusdem bonitatis intrinsecæ; aut etiam qui daret aureum verum sed non signatum charactere principis, nisi fortè esset in prætio æquiualens aureo signato; illa autem Missæ auditio ex fine prauo non æquiualet auditioni iniunctæ, imò est opposita substantiæ moralis, quia Deus non colitur peccato.

9 Ad fundamentum in oppositum resp. quatenus procedit contra primam partem resolutionis. Non sequi, quod impleatur præceptum exhibitione operis peccaminosi formaliter, sed tantum operis peccaminosi concomitanter quod non repugnat, quia per hoc non inficitur in se opus, quo impletur præceptum, sed adhuc retinet suam bonitatem, & sola voluntas inficitur

Obiici potest pro secunda sententia. Bonitas moralis, quam habet actus exterior, vel interior est modus extrinsecus, & per accidens illi conuenit, & est extra iurisdictionem Ecclesiæ, Et aliàs in auditione Missæ ex prauo fine exercetur cultus externus Dei sufficiens pro recto ordine. Ergo per præceptum nihil aliud exigitur. Resp. neg. anteced. Nam actus exterius, si consideretur tanquam actus moralis, sicut constituitur in suo esse per moralitatem, ita etiam per bonitatem, vel malitiam moralem. Vndè non est bonitas vel malitia modus extrinsecus, & per accidens conueniens, sed intrinsecum constitutiuum. Ex quo fit, quod cum Ecclesia præcipere possit actus externos sub ratione moralitatis possit etiam præcipere, secundum illam moralitatem, quæ accipiat ab interno Hinc falsum est, quod per auditionem externam Missæ, quæ in se ratione finis praui sit peccaminosa, exerceatur cultus externus Dei. Quia non est cultus externus actus, qui caret moralitate cultus, & implicat, quod actione externa peccaminosa colatur Deus, siquidem cultus externus est obsequium placens Deo: actio autem peccaminosa, etiam vt externa est, displicet Deo, & vt participans cum interna in mali ia ab ipso auertit, quod est contra actionem cultus. 10

QVÆSTIO 1314.

An, & quale actum internum præcipiat Ecclesia præcipiendo auditionem Missæ.

SVMMA.

1 *In præcepto audiendi Missam, quem actum internum Ecclesia præcipiat.*

2 *Actus internus quatenus ex vi externi possit præcipi.*

3 *Ecclesia præcipit in audisione Missæ actum internum inferentem cultum externum.*

4 *Et qui sit verus cultus externus.*

5 *Ecclesia obligat ad concurrendum cum Sacerdote ad obligationem sacrificij, præcipit actus internos necessarios pro hac oblatione.*

6 *Lex præcipit actus internos necessarios pro substantia externi.*

Quos actus internos requirat cultus externus per sacrificium.

7 *Actus latriæ exterior requirit interiorem correspondentem.*

Sacrificium exterius requirit interius.

8 *Actus exterior oblationis sacrificij, facit vt præcipi possint ab Ecclesia actus interni necessarij pro oblatione sacrificij.*

AD magis delatanda, quæ dicta sunt, & ad sternendam viam iis, quæ dicenda sunt mouetur præsens quæstio. Quod autem non præcipiat, nec possit præcipere, nisi illum actum internum, qui est necessarius ad ponendam assistentiam in ordine ad celebrationem Missæ, quæ est sola voluntas, quæ fertur in illum modum externum corporalem, & præ- 1

indè non sit necessarium, quod ista voluntas sit ex motiuo religionis, aut alio tradit Dicastil. *tract. 5. de Sacram. disp. 1. dub. 7. num.* 84. Et idem deberent sentire ij qui volunt pro implendo præcepto audiendi Missam non esse necessariam aliquam attentionem internam.

2 Fundamentum est. Quia Ecclesia non præcipit, nec potest præcipere actus internos, nisi quatenus sunt necessarij ad ponendum actum externum, quia non potest præcipere, nisi ea, de quibus potest iudicare. Rursus non solum non sunt necessarij pro actibus externis ij actus interiores, ex quibus nullus externus prodit: sed nec etiam illi, licet ex ipsis aliqui actus externi prodeant, non tamen sunt internorum actuum manifestatiui, quia non solum ab ipsis, sed etiam ab aliis actibus internis possunt prouenire; nam si actus externus potest ab alio interno prouenire iam internus non erit pro ipso necessarius, & ideò non poterit præcipi. Illa autem assistentia humano modo non requirit per se alium actum internum præter voluntatem nudam assistendi: & quicunque alius actus internus concurrat, non erit per se necessarius. Confirm. Leges præcipiunt solam substantiam actus; Substantia autem actus in præsenti consistit in illa assistentia exhibita conformiter ad sui præceptum.

3 Tenendum tamen est. *Ecclesiam præcipiendo assistentiam ad Missam non solum præcipiat præcisam voluntatē illius assistentiæ Physicæ, sed etiam quod talis voluntas sit actus religionis & cultus diuini, atque adeò quod sit ex motiuo religionis, & diuini cultus.* Hæc tenent ij omnes, qui requirunt aliquam interiorem attentionem pro implendo hoc præcepto vltra externam assistentiam quos infra recensebo. Et hoc conuincitur; quia Ecclesia præcipit actum externum audiendi Missam, factum conformiter ad suum præceptum, vt etiam admittit Dicastil. *cit. loco. num.* 89. & proindè tanquam cultum externum, qui Deo deferatur, & in hoc consistit substantia actus iniuncti; cultus enim non solum consistit in actu interno, sed etiam in externo tanquā in signo. Ergo præcipit actū internū inferentē cultum externū, & consequenter non solam voluntatem illius præsentiæ corporalis, sed voluntatem, quæ sit ex motiuo religionis. Conseq. probat. Quia vt habeatur præsentia cum tali habitu, & dispositione corporis, vt præseferat signum cultus sensibile, quale exigitur ab Ecclesia, debet interuenire voluntas inferens talem dispositionem assistentiæ & tale signum cultus. Non potest autem voluntas componere corpus in cultum, & obsequium Dei, nisi velit colere Deum, atque adeò nisi sit ex motiuo religionis; præsertim quia actus externus humano modo se habens requirit actum internum sibi proportionatum, itavt proportionaliter dicat, quod dicit externus, quia tanquam causa externi non refundit in illum, quod ipse non habet.

4 Dices. Actum externum cultus posse esse ex alio actu interno, qui non sit cultus, vt si quis tantum vellet componere habitum sui corporis ad formam colentis, absque eo, quod interius coleret, vt contingeret, si quis vellet tantum experiri, an congruè se componeret, aut si vellet fingere se colere Deum. Sed hoc facilè reiicitur. Quia Ecclesia non præcipit illam præcisam corporis dispositionē qua componatur in cultum, & obsequium Dei, sed præcipit in ordine ad assistendum sacrificio, atque adeò in ratione veri cultus, & non tantum apparentis: & non sub ratione corporalis dispositionis, sed ratione sensibilis cultus. Ergo actus externus, qui præcipitur, per se requirit actum internum cultus, & qui sit ex motiuo religionis, quia non potest esse cultus externus nisi dependenter à cultu interno. Præsertim quia oculis præsentia debet ordinari ad assistendum sacrificio; & proindè debet esse præsentiā qualificata, in genere moris, quod fieri non potest, nisi habeat illum ordinem ad oblationem sacrificij, quem refundit motiuum religionis in actum internum.

Confirm. Dum Ecclesia præcipit actum externum assistendi sacrificio obligat ad concurrendum simul cum sacerdote ad oblationem illius sacrificij, siquidem intendit, quod quisque illo actu sensibili profiteatur illam subiectionem corā Deo, quæ per oblationem sacrificij profiteri solet; vndè assistentes sacrificio sunt cooffereotes, iuxta illud, quod dicitur in Canone Missæ. *Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ.* Et rursus. *Vel qui tibi offerunt.* Et tradunt communiter non solum Theologi, sed etiam Patres, vt suo loco dictum est. Et admittit idem Dicastil. *eod. tract. 5. de Sacram. disp. 2. dub. 2. num.* 30. Ergo Ecclesia præcipit illos actus internos, qui per se sunt necessarij, vt assistens concurrat simul cum sacerdote ad offerendum sacrificium mediante sacerdote offerente, & ad recognoscendum Deum tanquam supremum Dominum, qui per sacrificium colendus sit. Constat autem, quod hoc præstari non possit, nisi interueniat actus interior religionis, & cultus diuini, quo velit colere Deum eo modo, quo in tali actu colendus est. Et consequenter aliquis actus interior, qui velit illam præsentiam corporalem ex motiuo colendi Deum tali cultu, vt in ipso saltem virtualiter contineantur cæteri actus necessarij. 5

Confirm. 2. Quando lex humana præcipit aliquem actum exteriorem, præcipit etiā indirectè omnes actus interiores, qui sunt necessarij pro saluanda substantia actus exterioris, sine qua non potest impleri præceptum. Si enim nō concurrerent actus interni necessarij pro substantia actus, non haberetur actus iniunctus per præceptum, & consequenter neque adimpleretur præceptum. Ergo præcipiendo auditionem Missæ præcipit actus internos necessarios pro substantia huius actus externi. Substantia, autem huius actus externi adest nuda assistentia, sed cultus externus, & sensibilis Dei per sacrificium: & proindè subintrat obligatio ad illos actus internos siue ex lege naturali, siue diuina, quos cultus Dei per sacrificium requirit ex natura sua. Cultus autem externus, & sensibilis secundum etiam substantiam dicit ordinem intrinsecum ad Deum, sine quo non esset cultus ipsius, quia cultus, & adoratio ordinatur in reuerentiam illius cui exhibetur vt notat D. Th. 1. 2. *quæst.* 84. *art.* 1. *in corpore.* Vndè ex natura cultus requiritur actus internus ordinans illud externum signum in reuerentiam Dei. 6

Rursus, cultus iste, quem præcipit Ecclesia in auditione Missæ est sensibilis & externa adoratio latriæ. Ergo requirit interiorem actum adorationis, quia in actibus latriæ, quod est externus refertur ad id, quod est internus tanquam ad principale, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 2. *in corpore.* Præterea non solum Ecclesia in auditione Missæ præcipit cultum Dei externum, sed etiam talem cultum nempè per oblationem sacrificij; dum enim præcipit, quod assistat sacrificio, præcipit simul, quod offerat Deo sacrificium mediante sacerdote, & eo modo, quo in noua lege, qui non sunt sacerdotes, possunt offerre. Ergo ex natura sacrificij exterioris offerendi requiritur necessariò actus interior correspondens, nempe interius sacrificium spirituale, quo anima seipsam offert iuxta ea, quæ tradit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 2. *in corpore*, quia sine hoc actu interiori externum sacrificium non offerretur, quia respectu carentis tali actu non esset signum interioris sacrificij, 7

ficij, atque adeò illa assistentia non esset oblatio sacrificij defectu interioris sacrificij: vndè actus externus careret proptia substantia: & non esset ille actus, qui ab Ecclesia præcipitur: nam præcipit externam oblationem sacrificij. Hîc etiam quãdo præcipit orationem vocalem, præcipit etiam eleuationem mentis in Deum, quia sine ipsa non potest esse oratio.

8 Ex dictis solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ. Quia licet Ecclesia non possit præcipere actus internos, etiamsi ex ipsis prodeant aliqui actus externi, qui tamen ab alijs quoq. e actibus internis procedere possint, attamen indirectè præcipere potest actus internos, qui sunt connexi per se cum externis, & sine quibus substantia actus externi saluari non potest & quorum actus externi sunt manifestatiui, Constat autem, quod assistentia corporalis respectu obligationis sacrificij, de se ostendit interiorem cultum adorationis, & interioris sacrificij, & quod sub bis rationibus, præcipitur ab Ecclesia, quia vult, quod exteriori obligatione sacrificij fideles colant Deum, & hoc pacto sanctificent dies festos; & ideò præcipit indirectè actus per se connexos cum hoc actu exteriori, & quorum hic actus exterior est indicatiuus, alioquin dicendum esset, quod præciperet signum falsum, nempè oblationem exteriorem sacrificij sine interiori sacrificio.

Quæstio 1315.

An pro implendo præcepto audientis Missæ requiratur interior attentio.

SVMMA.

1 *Actus voluntatis necessarij pro sacrificio continentur in voluntate assistendi.*
2 *Duplex attentio interna & externa.*
3 *Interna attentio an necessaria pro implendo præcepto audiendi Missam* & num. seq.
4 *Loquutio cum alio saluatur cum voluntaria distractione.*
6 *Interna attentio ad verba non est necessaria pro audienda Missa.*
7 *Attentio ad sacrificium, & attentio ad assistentiam.*
8 *Attentio ad sacrificium non est necessaria pro implendo præcepto.*
9 *Opus externum quam attentionem requirat.*
10 *Quæ attentio necessaria pro audienda Missa.*
11 *Quæ attentio sufficiat pro actu externo.*
12 *Præter voluntatem colendi Deum assistendo sacrificio quid requiratur ex parte attentionis.*
13 *Qualis exterior attentio sit necessaria pro audienda Missa.*
14 *Attentio ad res diuinas non concernentes oblationem sacrificij non facit ad implendum præceptum audiendi Missam.*
15 *Ecclesia præcipit attentionem internam necessariam pro actu externo.*
Cum qua distractione saluetur loquutio.
16 *Quæ distractio impediat implere præceptum audiendi Missam.*

1 EX dictis in superioribus cõnstat, quod pro implendo hoc præcepto requiritur intentio audiendi Missam, seu assistendi oblationi sacrificij. Et in hac intentione, seu voluntate includuntur implicitè voluntas colendi Deum per sacrificium, atque adeò ipsum offerendi mediante Sacerdote. Nam eò ipso, quod vult assistere sacrificio, illa voluntas procedit ex motiuo religionis, & ab obiecto determinatur, vt sit voluntas talis cultus. vndè continet implicitè voluntatem se subijcientem Deo, & ipsi deuouentem totum hominem, in quo consistit internum sacrificium spirituale. Et proindè hæc voluntas sufficit pro illis actibus, qui requiruntur pro substantia actus externi, seu pro externa oblatione sacrificio. Attentio verò, de qua modo quæritur est distincta ab hac voluntate; nam importat applicationem cogitationis circa id, quod fit.

Solet tamen distingui duplex attentio: alia interna, quæ consistit in applicatione cogitationis ad obiectum, & illius considerationem, vt notant communiter cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13. Alia verò externa, quæ in præsenti consistit in applicatione præsentiæ corporalis cum reuerenti, & religioso modo ad assistendum sacrificio itavt componat personam ad repræsentandum sensibilem cultum Dei, adorationem, & cooperationem ad sacrificium Conueniunt autem communiter Doctores, quod pro præcepto implendo sit absolutè necessaria hæc extrinseca attentio. Nam Ecclesia præcipit cultum, & oblationem externam sacrificij, vt constat ex dictis. Vndè difficultas manet de attentione interna. 2

Prima sententia tenet, quod pro implendo præcepto non sit necessaria aliqua interna attentio. Ita Durand *in 4. dist.* 15 *qu.* 12. Palud. *quæst.* 5. *art.* 2. *conclus.* 4. D. Antonin. 3. *part. tract.* 13. *cap.* 4. §. 7. Rozel. *verbo.* Horæ. *num.* 3. Angel. *num.* 27. Syluester *num.* 14. & *verbo* Missa 2 *num.* 7 Gabr. *in can. mis. lect.* 62. *propos.* 1. Adrian. *quodlib.* 8. *art.* 8. Coninch. *de Sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 292. Valet. *in differen. vtriusque fori. verbo.* Horæ canonicæ *difficul.* 1. Hurtad. *de Sacram. disp.* 5. *de sacrific. mis. difficul.* 2. Medina *l. de orat. quæst.* 15. & alij. Rursus idem sentiunt plures Canonistæ *in cap. Nolentes.* De *celebrat. missar.* Innocent Hostiens Io. Andr. Abbas. & Glos. in Clemen. 1. *verbo* Fructum *de celebrat. missar.* & latè hanc sententiam defendit Dicastil. *De Sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 8. *num.* 95. *& seq.* 3

Fundamentum est. Quia Ecclesia non potest præcipere actus internos, nisi ad summum sint necessarij pro substantia actus externi, quia non potest præcipere nisi ea, de quibus cognoscere, & iudicare potest. Hæc autem attentio est actus internus, & adest necessaria pro religiosa assistentia respectu Missæ. Confirm. Dato, quod Ecclesia præcipere possit internam attentionem, non constat, quod præceperit, & voluerit iam strictè obligare, sed videtur contenta externa attentione. Confirm. 2. Substantia loquutionis cum alio saluatur cum voluntaria distractione: & verè alloqueretur Regem humano, & decenti modo, qui memoriter recitaret orationem in qua peteret aliquid, aut gratias ageret &c. licet cum interna distinctione voluntaria. Sic etiam alloquens cum hac distinctione excommunicatum, incurreret minorem excommunicationem. Confirm. 3. Si attentio etiam tantum indirectè caderet sub præcepto, innoluntariè distractus non satisfaceret, quia non poneret, quod exigitur. Nec dici potest, quod innoluntaria distractio non tollat virtualem attentionem sicut tollit voluntaria, quia si esset necessaria, ex vi præcepti teneretur quisque obuiare inuoluntariis distractionibus. 4

Secunda sententia asserit, esse necessariam aliquam internam attentionem. Ita Caiet. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13. & *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Sotus *lib.* 10. *de iust. & iure quæst.* 5. *art.* 5. *conclus.* 7. Nauar. *cap.* 13. *Manual. num* 17. & *cap.* 21. *num.* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. 5

q. 2. qui alios citat. Hentiquez *lib. 9. ſum. cap. 25. num.* 5. Graf. *part. 1. decis. 5. lib. 2. cap. 34. nu. 7.* Molfeſ *part. 1. ſum. tract. 1. cap. 4. num* 13. & *tract. 3. cap. 17. num.* 29. Vaſquez 1. 2. *diſp. 160. num.* 30. Laiman. *lib. 4. Theol. moral. tract.* 7. *cap. 3. num.* 2. Suar. *diſp.* 88. *de Euchariſt. ſect.* 3. verſ. *Dicendum ergo eſt.* Filliuc. *tract. 5. num.* 213. Facundez *precept. 1. Eccleſ. lib. 2. cap. 7. num* 8. & 7. Bonac. *diſp. 8. de ſacram. quaſt. vlt. punct. 11. num.* 4. Rodriq. *tom. 1. ſum. cap.* 123. *ſum.* 3. Nugn. 3. *part. quaſt.* 83. *art* 6. *dub. 2. de precept. andien. miſ. poſt* 6. *concluſ.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure. cap.* 37. *dub.* 11. Sanchez *lib.* 1. *ſum cap.* 13. *num* 2. & *ſequen* Fauſtus *lib. 2. de Euchariſt. quaſt.* 404. verſ. *His tamen non obſtantibus.* Reginal *lib.* 19. *cap. 2. quaſt.* 1. Præpoſit. 3 *part. quaſt.* 83. *art. 6. dub.* 5. *num.* 115. qui tamen putat valdè probabilem oppoſitam ſententiam. Fernandez *part. 2. Exam. Theol. moral. cap.* 8. §. 1. *num.* 2 Llamas 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. Matchin. *de ſacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *nu.* 11. Mercet. *de ſacram. quaſt.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *poſt* 4. *reſp.* verſ. *Secundò requiritur.* Baunius *part.* 1. *Theol. moral. tract.* 6. *de precept. audien. miſ. qu* 2. verſ. *Contraria tamen.* Candid. *diſquiſit.* 25. *art.* 25. *dub* 14. Villalub. *part.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 35. *num* 10. Iodocus *verbo.* Miſſæ auditio. *num.* 39. Trullench *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub.* 5. *num.* 14. Sylicius 2. 2. *quaſt.* 122. *art.* 4. *quaſito* 2. Io. Eicobar. *De horis canon. qu. 4. num.* 162. Baſſeus *in Floribus verbo.* Miſſa 8. *num.* 1. verſ. *Au autem* Tutriao. *in ſelect. centur.* 4. *dub.* 28. & *part.* 2. *diſp.* 31. *dub.* 15. Amicus *tom.* 5. *Curſ. Theol. diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 147 Geſual. *De Sacram. tract* 17. *cap.* 2. *num.* 6. Franciſc. Lugo *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 14. *quaſt.* 10. *num.* 139. Leandet *in precept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quaſt.* 66. Ex citat. Doctor. Candid. vocat oppoſitam ſententiam improbabilem. Nugn improbabilem, & petnicioſam. Et eamdem cenſuram ei tribuit Tuttian. Vetum hi Doctores non rectè cenſutant oppoſitam ſententiam, cum tot Doctotes inſignis nominis eam ſequantur moti rationibus non contemnendis; & plures quoque ex auctotibus modò citatis eam valdè probabilem exiſtimeot.

6 In hac difficultate. Illud videtur certum, quod noo tequiratur inteтoa attentio ad verba quæ recitantur à ſacerdote, neque ad actiones quas exercet. Hoc eſt iuxta communiotem ſententiam, quod non ſit neceſſarium, vt quis ſatisfaciat præcepto, quod aſſiſtens audiat, aut videat ſacetdotem, ſed ſufficiat, quod ſit pars multitudinis aſſiſtentis. Si enim non audit, neque videt, impoſſibile eſt, quod attendat ad verba & actiones. Conſtat etiam id, quia non poteſt attendere ad ea, quæ à ſacerdote ſecretò dicuntur; vndè ſi non eſt neceſſaria attentio ad hæc, quæ tamen ſunt principaliora in Miſſa; nec etiam erit neceſſaria quoad cætera quæ alta voce dicuntur. Deiodè cum ſacerdos offerat nomine populi circumſtantis, noo eſt neceſſe quod populus coniugatur ad coofferendum cum ſacerdote per attentionem ad ea, quæ dicit, & peragit, quia hæc attentio non eſt neceſſaria, vt aliquid peragatur nomine alterius, ſed ſufficit, quod coniungatur per aſſiſtentiam, vt magis conſtabit ex infra dicendis.

7 Rurſus duplici modo conſiderari poteſt, quod ſit neceſſaria attẽtio, vel in ordine ad ſacrificium, quod offertur, vel in ordine ad aſſiſtentiam. Primo modo attentio faceret, quod conſideratio immediatè tenderet in ſactificium, ita vt teneret applicatum intellectum ad cogitandum de ipſo, aut ad aliquam meditatiooem concernentem ſacrificium. Secundò modo diceret, quod aſſiſtens Miſſæ attenderet ad ſuam aſſiſteotiam, tanquam ad opus proprium; in qua tamen oſtenſione nõ excluderetur attentio ad ſacrificium, quia cum aſſiſtentia ſit relatiua ad ſactificium, eo ipſo, quod attenderet ad aſſiſtentiam, attenderet etiam ad ſacrificium tanquam ad terminum aſſiſtentiæ. Verùm attentio ad ſacrificium vt terminum eſſet tantum in confuſo, quatenus dicit illum ſpecialem cultum Dei.

8 Dicendum eſt. *Pro implendo precepto audiendi miſſam non requiri attentionem ad ſacrificium, ſed ſufficere attentionem ad aſſiſtentiam, qua audiens aſſiſtit ſacrificio.* Ita ſentire debent, qui volunt ſufficere attentionem, quamcunque ad Deum, ſeu res diuinas, nam attentio ad aſſiſtentiam eſt etiam ad res diuinas, quia habet pro termino ſacrificium & ad ipſum extenditur tanquam ad terminum aſſiſtentiæ. Ratio eſt. Quia attentio interna non eſt debita niſi quantum exigit actus externus, quia ſolum tanquam neceſſaria pro actu externo poteſt ab Eccleſia præcipi. Ergo cum Eccleſia præcipiat ſolam aſſiſtentiam, erit tantum debita attentio in ordine ad aſſiſtentiam, quia cum nullum alium actum externum præcipiat, ſolum attentionem in ordine ad ipſam præcipiet. Attentio autem in ordine ad aſſiſtentiam, non eſt immediatè in ordioe ad ſacrificium, ſed ſolum tanquam ad terminum aſſiſtentiæ.

9 Confir. Quando attentio eſt in ordine ad opus exterоum, non eſt neceſſaria alia attentio, niſi quæ verſetur circa idem opus, imò quæcumque alia impertinens eſt, quia nihil confert ad illud opus. In auditione autem Miſſæ attentio, quæ requiritur, eſt in ordine ad opus extrinſecũ, quod peragitur. Ergo, cum opus extrinſecum, ſit aſſiſtentia reſpectu ſacrificij, in qua conſiſtit cultus externus Dei per oblationem, quia aſſiſtentes concurrunt aſſiſtendo ad oblationem ſacrificij, non erit neceſſaria alia attentio præter atteotionem ad aſſiſtentiam.

10 Dicendum 2. *Non requiri aliam internam attentionem, prater illam, qua eſt neceſſaria ad manutenendam religioſam aſſiſtentiam ſub ſpecie colentis Deum reſpectu ſacrificij.* Ratio eſt. Quia Eccleſia cum præcipiat tantum indirectè actus internos, quatenus neceſſarij ſunt pro ſubſtantia actus externi, quem præcipit, non poteſt præcipere aliam attentionem, quam neceſſariam pro ſubſtantia eorumdem actuum. Ergo præcipiendo auditionem Miſſæ, non poteſt præcipere aliam atteotionem, niſi neceſſariam pro manutentione religioſæ aſſiſtẽtiæ, & illius cultus externi.

11 Confir. Actus externus, non requirit aliam internam attentionem, præter illam, quæ eſt neceſſaria, vt manuteneatur in ſuo eſſe, nam hac poſita ſubſiſtit actus, & quæcumque alia ſupra ipſam non eſt neceſſaria. Ergo quando ab Eccleſia præcipitur actus externus, non præcipitur indirectè alia attentio, quàm prædicta. Ergo quando præcipitur aſſiſtentia reſpectu Miſſæ, non præcipitur alia attentio quàm illa, quæ apta ſit conſeruare aſſiſtentiam religioſam continentem externum Dei cultum.

12 Ex quibus deducitur. Quod ſupra voluntatem, ſeu intentionem aſſiſtendi Miſſæ, in qua, vt dictum eſt, continetur voluntas colendi Deum per ſacrificium, imò, & virtualiter ipſum ſacrificium intentiùs, & per quam ponitur religioſa aſſiſtentia, ſeu cultus externus, non requiri aliam attentionem, niſi illam, quæ obſtet, ne diſtractiones ſuperuenientes tollant prædictam aſſiſtentiam; & proindè ſufficiet virtualis attentio permanens virtuali modo in illa aſſiſteotia, quæ iuxta occaſionem fiat formalis per nouam excitationem cogitationis ad perſeuerandum io illo cultu, quando diſtractiones poſſent interrumpere. Dum enim adeſt volontas colendi Deum per aſſiſtentiam ad ſactificium, adeſt etiam attentio, ſeu conſideratio io ordine ad dictam aſſiſtentiam, quæ ſit inductiua illios: & ideò quamdiù durat aſſiſtentia moraliter, & virtualiter durat eadem attentio in ſuo effectu, qui eſt ſufficiens ad eam

exeitan

excitandam secundum esse formale, quoties opus sit occurrere distractionibus, quæ possint ipsam interrumpere. Quod si distractiones non interrumpunt, nec etiam sunt contrariæ attentioni, quam necessariò requirit dicta assistentia, quæ quamdiu durat, moraliter quoque durat. & virtualiter in dispositione voluntatis eadem attentio cuius vigore fuit posita assistentia. Cum enim exterior attentio sit signum interioris quamdiu durat exterior censetur durare etiam interior.

13 Secundò infertur. Non esse necessarium, quod exterior attentio conseruetur in tota sua perfectione, itavt non non deficiat in aliquo, sed sufficere, ne omninò deficiat: vndè quamuis aliquo modo subrepat externa distractio, dummodo tamen præualeat attentio, itavt censeatur in communi æstimatione perseuerare, sufficiet pro necessaria attentione externa, & etiam arguet sufficientem externam: quia dum distractiones externæ non tollunt omninò attentionem externam, colligitur adesse voluntatem illam manutenentem, atque adeò etiam cogitationem, sine qua non potest esse voluntas

14 Tertiò infertur contra Leandrum *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst.* 67. vbi alios citat, sed non facientes ad rem. Attentionem ad quascunque res diuinas, quæ non concernant ad assistentiam religiosam coram oblatione sacrificij, & quæ non influat aliquo modo in dictam assistentiam, nihil conferre pro implendo præcepto auditionis Missæ, itavt, nisi alia attentio interueniret, hæc non sufficeret. Quia cum solus actus externus cadat sub præcepto, solum etiam indirectè exigitur attentio interna, quæ tanquam influens in actum externum, sit pro ipso necessaria, huiusmodi autem non est attentio, quæ versatur circa aliam materiam.

15 Ex dictis facile soluentur, quæ pro opposita sententia adducta sunt, vndè ad principale fundamentum dicitur, quod Ecclesia non præcipit aliquam attentionem internam, quæ non sit necessaria pro externa attentione & externo cultu, vt constat ex dictis. Vndè etiam soluta manet prima Confir. nam constat; quod Ecclesia, dum præcipit dictam externam attentionem, præcipit etiam internam correspondentem tanquam necessariam pro externa. Ad 2. confirmationem substantiam loquutionis externæ saluari cum voluntaria distractione, quæ non impediat ipsam loquutionem secundum modum humanum, & moralem. Secus autem, si impediat. Dum enim non impedit, non excluditur totaliter attentio interna, quia impossibile est; quod quis loquatur, nisi aliquo modo attendat ad id, quod loquitur, quia loquutio est expressio interni conceptus, & ideò necessarium est, quod interueniat interni conceptus expressio mentalis; quæ exterius manifestatur per verba; atque adeò interna loquutio. Vndè solum infertur; quod externa attentio saluari possit non voluntaria distractione, quæ non excludat totaliter attentionem internam, sed relinquat necessariam pro manutenenda externa.

16 Ad 3. confir. Esse eamdem rationem de voluntaria, ac de inuoluntaria distractione. Vndè si quis assistens Missæ inuoluntariè dormiret, & consequenter distraheretur; non satisfaceret præcepto. Siue ergo distractio sit inuoluntaria, siue voluntaria, si excludat attentionem externam, obstat, ne impleatur præceptum, quia totaliter excludit etiam attentionem internam si verò non excludit, nec etiam excludit totaliter internam, sed remanet tanta, quanta sufficit pro manutenenda externa; & ideò non impedit, quin adimpleatur præceptum. Quando verò Doctores dicunt quod inuoluntaria non impedit obseruantiam præcepti, intelligunt de inuoluntaria, quæ stat cum attentione externa; sicut quando dicunt, quod voluntaria impedit, non intelligunt de quacunque voluntaria, sed de illa, quæ excludit attentionē internam necessariam, quæ iuxta diuersas opiniones requiritur maior, aut minor, & proindè etiam intelligunt de maiori, vel minori distractione voluntaria.

QVÆSTIO 1316.

An satisfaciat præcepto, qui dum Missam audit, pingit, scribit, aut quid simile facit.

SVMMA.

1 *Pingens aut scribens &c. dum audit Missam, non satisfacit.*

2 *Hi actus non sunt compossibiles cum attentione externa.*

3 *Scribens spiritualia neque satisfacit.*

4 *Deambulans licet in loco vbi celebratur, non satisfacit præcepto.*

Dicendum est. *Non satisfacere præcepto, qui licet præsens dum Missa celebratur, pingit, aut scribit, aut aliud opus simile externum exercet.* Ita communiter Doctores. Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Angel. *verbo.* Feriæ. *num.* 43. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 6. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 5. quæst.* 6. Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num.* 5. Graf *part. 1 decis. lib. 2. ap. 34. num. 7. aliàs. 35. num.* 8. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 3. vers. *Ex his autem* Llamas 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 9. *in fine.* Lugo Cardin. *disp. 22. de Eucharist. sect. 2. num.* 25. Gaspar Hurtad. *de sacram. disp. 5. de sacrific. mis. difficul.* 2. Conioch. *de Sacram. quæst. 83. art. 5. num.* 298. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 13. Bartholom. ab Angelo. *tract. de Missa.* §. 821. Trolleoch. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 5. num.* 13. Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct.* 11. *num.* 24. Basseus *in Floribus, verbo.* Missa 8. *num.* 6. Gesual. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 25. Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 8. num.* 102. Leand. *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 1. quæst.* 75. & 76. Auersa *quæst. 11. de Eucharist. sect.* 19. vers. *Requiritur præterea.* Francisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 18. num.* 119. Caspens. *part. 2. Curs. Theol. tract.* 23. *disp. 4. sect. 3. num.* 25. 1

Ratio est. Quia dum exercentur actus isti externi 2
pingendi; scribendi, disputandi &c. deest attentio, non solum interna, sed etiam externa: vndè deest substantia operis iniuncti per præceptum; attentio enim externa dicit applicationem præsentiæ corporalis ad assistendum sacrificio; & colendum Deum, atque adeò eum religioso modo. Hæc autem forma applicationis præsentiæ corporalis destruitur per actionem pingendi, scribendi, disputandi, & alia huiusmodi, quia fit applicatio personæ diuersa, & ad diuersum opus. Non potest autem eadem præsentia corporalis habere diuersas applicationes. Et ideò in morali æstimatione applicatus ad aliquod ex his operibus non censeretur applicatus audiendæ Missæ. Ex defectu autem huius exterioris attentionis deest actus externus iniunctus ab Ecclesia & consequenter etiam internus necessarius, qui inferat externam attentionem.

Ex his infertur. Quod neque satisfaceret præce- 3
pto, qui scriberet spiritualia pertinentia ad Deum, vt notat etiam Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp.* 1. *quæst.* 74. qui oppositum tribuit Marchin. *de Sacram. Ordin. tract. 3. cap. 3. part. 17. num.* 18. Qui tamen

hoc oon habet, ſed ſolum ex eo, deducit Leander, qnia Marchin. ait, non ſatisfacere ſcribentem, quæ ad Deum non pertinent. Ratio eſt. Quia quod ſcriptio impediat adimpletionem præcepti non prouenit ex materia, quæ ſcribitur, ſed quia actus ſcribendi deſtruit attentionem, præſertim externam: & ideò, quæcumque ſit materia, quæ ſcribitur, ſiue prophana, ſiue ad Deum pertinens, non adimpletur præceptum.

4 Secundò infertur. Deambulantem, dum celebratur Miſſa, quamuis non recedat à loco, vbi celebratur, & videat, & audiat celebraotem non ſolum cómittere grauiſſimum peccatom veniale, vt vult Dicaſtil. *de ſacram. tract. 5. diſp. 5. dub. 8. num.* 109. in fine ob irreuereotiam, ſed neque etiam ſatisfacere præcepto: imò ratione ſcandali poſſe peccare mortaliter. Quod autem non ſatisfaciat præcepto, ex eo conſtat, quia deambulatio deſtruit attentionem externam neceſſariam, quæ eſt illa, quæ directè præcipitur ab Eccleſia; deambulatio enim tollit religioſam aſsiſtentiam, & ſpeciem externam colentis Deom, in qua conſiſtit externa attentio, qui enim deambulat, non eſt applicatus præſentiali modo celebrationi, cum huc, & illuc applicet propriam præſentiam, imò illam reddat continuò vagantem. Nec obſtat, quod deambulans ſatisfaciat recitationi horarum canonicarum, quia horæ canonicæ non requirunt aliam attentionem quàm internam, quæ per deambulationem non excluditur: auditio verò Miſſæ requirit attentionem & aſſiſtentiam externam, cum qua eſt incompoſſibilis deambulatio, vt conſtat ex dictis.

QVÆSTIO 1317.

An, qui ſe veſtit, dum audit Miſſam, ſatisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Qui ſe veſtit audiendo Miſſam, an ſatisfaciat præcepto.*

2 *Externa attentio neceſſaria pro implendo præcepto audiendi Miſſam.*

3 *Se veſtire eſt incompoſſibile cum externa attentione ad Miſſam.*

4 *Quia ita occupat perſonam, vt non poſſit religioſo modo aſſiſtere.*

1 SAtisfacere præcepto, qui ſe veſtit, dum audit Miſſam, tradunt Nauar. *De orat. not.* 13. *num.* 47. Graf. *part.* 1. *Deciſ. lib.* 2. *cap* 35 *num.* 9. Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 25. *num.* 5. Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. pun.* 15. *num.* 24. ver. *Exiſtimo tamen* Hurtad. *de ſacram. diſp.* 5. *de ſacrific. miſ. difficul.* 2. Dicaſtil. *de ſacramen. tract.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 8. *num.* 109. Leander *in præcep. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt* 80. addens, hoc eſſe certum. Fundamentum eſt Quia ſe veſtieos non exercet actum externum ita occupantem, vt non poſſit facile attendere, ſi velit. Deinde, qui ſe veſtit, dum recitat horas canonicas, ſatisfacit præcepto.

2 Verum hæc ſententia hîc abſolutè probata apud me habet difficultatem. Quia certum eſt apud omnes, quod pro implendo præcepto requiritur externa attentio, quæ conſiſtit in religioſa præſentia, & aſſiſtentia reſpectu ſacrificij ordinata ad cultum Dei, ita vt in ipſa apprehendatur exhibitio cultus, qui in tali acto eſt deferendus Deo. Si ergo actio ſe veſtiendi excludit hanc externam attentionem, excluderet etiam actum externum, qui directè præcipitur ab Eccleſia, & conſequenter impediet adimpletionem præcepti. Si verò non excludat, nec etiam impediet obſeruantiam præcepti.

Cæterum, quamuis aſſumptio vnius, aut alterius veſtis non impediat attẽtionem externam, tum quia non diuertit ab actu cultus externi erga Deum tum quia conſumit modicum tempus; attamen totalis actio ſe veſtiendi non videtur cooſiſtere poſſe cum religioſa aſiſtentia ordinata ad cultum Dei. Quia omnes illæ actiones, quas quis exercet, dum ſe veſtit, ſunt actiones externæ profanæ quæ diſtrahunt perſonam ab illa compoſitione corporis, quæ requiritur pro religioſa aſſiſtentia, & exhibitiooe cultus per cooperationem ad ſacrificium. Nec iſtæ actiones minus diſtrahuot ab externa attentione, quàm diſtrahat ſcribere, aut alia actio huiuſmodi, quæ tamen etiam per citatos Doctores incompoſſibiles ſunt cum externa attentione & impediunt adimpletiooem præcepti. 3

Neque fundamenta oppoſitæ ſententiæ vrgent. Nam actus externus ſe veſtiendi, quamuis non ita occupet mentem vt non poſſit mentaliter attendere, occupat tamen ita corporaliter perſonam, vt non poſſit, ſe compoocre in habitum aſſiſtentis religioſo modo ſacrificio, & deferentis cultum externum Deo, atque adeò vt non poſſit habere externam attentionem. Ad id, quod additor, quod actus ſe veſtiendi non impedit, quin recitans horas canonicas ſatisfaciat præcepto, reſp. Eſſe diuerſam rationem, quia ſe veſtire non impedit attentionem internam neceſſariam, ſed nec actum externum, qui directè cadit ſub præcepto, nempe recitationem. At ſe veſtire impedit actum exteroum, qui directè præcipitur dum præcipitur auditio Miſſæ, nempè attentionem externam cooſiſtentem in illa compoſitione perſonæ, quæ exprimat externum cultum Dei, qui in illa actione illi defertur. 4

QVÆSTIO. 1318.

An ſatisfaciat præcepto, qui audiens Miſſam ſimul confitetur peccata.

SVMMA.

1 *Audiens Miſſam, & ſimul confitens peccata an impleat præceptum.* & num. ſeq.

3 *Confiteri & aſſiſtere Miſſæ quomodo incompoſſibilia ratione præſentiæ.*

4 *Audire confeſſiones, & audire Miſſam an compoſſibilia.*

5 *Audiens confeſſiones ſedet pro tribunali.*

6 *Confiteri requirit magnam attentionem.*

7 *In actuali confeſſione quæ attentio neceſſaria.*

1 PRima ſententia aſſerit, ſatisfacere præcepto, qui ſimul audit Miſſam & confitetur peccata. Ita Reginal. *lib.* 19. *Praxie fori pœnit. num.* 14. in fine Et probabilie putant Pallioat. *tom.* 1. *Manual. Regular. tract.* 5. *cap.* 4 *ſect.* 2. *num.* 50. Leſſius *in Actuar. caſ. conſcient. verbo.* Miſſa. *caſu.* 2. & in eam inclinant Molfeſ. *part.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 45. Franciſ. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *quæſt.* 12. *num.* 552. Fundamentum eſt, quia confeſsio non ita rapit animum, qoin poſſit confitens attendere etiam ad Miſſam. Confit, Quia obiecta, circa quæ attendendum eſt, dum Miſſa auditur, & fit confeſsio ſunt valde Symbola: nam in Miſſa attendere poſſumus ad Diuinam

ad diuinam eacellentiam, & ad satisfaciendum pro peccatis. In confessione verò protestamur diuinam excellentiam, dum recognoscimus solum Denm posse remittere peccata, & à benefico domino petimus eapiationem. Ergo possumus facilè omnibus simul attendere.

2 Secunda sententia negat, confitentem peccata posse simul satisfacere præcepto audiendi Missam. Ita Bonac. *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct.* 11. *num.* 29. Basseus *in Florib. verbo.* Missa. 8. *num.* 7. Lugo Cardid. *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 22. Trulleuch. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 16. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 8. *num* 199. Candid. *disquisit.* 24. *art.* 26. *dub.* 10. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 408. Cardin. *tom.* 2. *theol. moral. lib.* 6. *quæst.* 7. *cap.* 2. §. 3. *num* 13. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 4. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 71. vers. *Clarius respondeo.* Addens, quod satisfaceret præcepto, qui in confessione nō consumeret partem notabilem Missæ. Verum hoc non facit ad propositum. Quia, etiamsi omninò non audiret, nec esset præsens parti non notabili, satisfaceret. Vndè difficultas non consistit de parte notabili, aut non notabili sed an actio confitendi impediat adimpletionem pæcepti audiendi Missam.

3 Dicendum est. *Actum confitendi peccata impedire adimpletionem præcepti, itavt impossibile sit confiteri, & audire Missam.* Ratio desumitur ex natura vtriusque actus. Nam pro implendo præcepto de audienda Missa requiritur præsentia respectu sacrificij, & assistentia moralis religiosa componens personam in actualem exhibitionem cultus. Rursus pro coofessione, requiritur præsentia confitentis morali modo tanquam rei coram Sacerdote tanquam iudice, itavt pœnitens se sistat corā tribunali Sacerdotis ad agitandam propriæ conscientiæ causam, & se subijciendum illius sententiæ iuata ea, quæ habet Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. *de Sacram. pœnit.* Hæc autem duæ præsentiæ seu assistentiæ sunt simul, incomposibiles in eadem persona, quia præsentiæ non possunt simul multiplicari in eadem persona, nisi replicetur. Et ideò actus confitendi eacludet assistentiam religiosam, & eaternam attentionem respectu sacrificij: atque adeò substantiam actus, qui directè præcipitur ab Ecclesia.

4 Et ea his resoluitur difficultas quoad Confessarium. Admittit enim Basseus *in Florib. verbo.* Missa, 8. *num.* 7. quod confessarius audiens confessiones possit simul audire Missam, & satisfacere præcepto. Quia potest simul attendere ad celebrationem Missę tanquam ad rem sacram. Consentit etiam ea parte Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 72. quando scilicet in confessione exponerentur solum peccata venialia, aut quando exciperet confessiones per partem Missæ non notabilem. Quod non facit ad rem, quia quicunque actus exercitus per partem Missæ non notabilem non impediat adimpletionem præcepti.

5 Verùm absolutè tenendum est, quod non satisfaciat. Nam audiens confessiones tanquam iudex sedet in Tribunali; & exercet iudicium recognoscendo causam conscientiæ pœnitentis: & proindè habet præsentiam, & assistentiam moralem in tribunali in ordine ad iudicandum. Et secundum moralem æstimationem non censetur addictus secundum personam actuali cultui diuino. Præsertim, quia se gerit tanquam Vicarium Christi exercendo nomine ipsius iudiciariam potestatē, vt habet Concil. Trident. *dict. sess.* 14. *cap.* 5. *de pœniten.* Ergo applicatio personalis cōfessarij ad hoc eaercitium non compatitur secum attentionem externam respectu sacrificij, & formæ personæ exhibentis cultum. Neque enim componi potest persona in habitum colentis, & se submittentis alteri, & in habitum eaercentis auctoritatem, & iurisdictionem, & ideò exercitium audiendi confessiones eacludit attentionem eaternam pro Missa. Vndè est eadem ratio de audiente confessiones, & confitente.

Ad fundamentum in oppositum resp. Confessionem requirere magnam attentionem, vndè frequenter confitentes omittunt ex obliuione aliquod peccatum, ex ijs, quæ in eaamine recensuerunt: quia non solum explicandus est numerus, & species peccatorum, sed etiam aliquando plures circumstantiæ, vt quando nescit pœnitens iudicare an aliquod peccatum sit mortale; respondendum est interrogationibus confessarij, & proindè distrahit omninò attentionem internam à quacunque alio obiecto. Deinde, vt constat ex dictis, hic actus est incompossibilis cum attentione eaterna necessaria pro audienda Missa. 6

Hinc etiam facilis est solutio. confir, Nam qui confitetur peccata non debet attendere ad Deum protestando diuinam eacellentiam, misericordiam &c. quia licet hæc consideratio possit præcedere confessionem, in actuali tamen exercitio confessionis est attendendum ad propriam conscientiam, vt explicari possint omnia peccata secundum speciem, & numerum. Quæ attentio debet esse valdè fiaa, & continua, & ideò distrahit à quacunque alia attentione, vndè obiecta, ad quæ esset dirigenda attentio, non sunt valde Symbola, sed etiam valdè dissymbola. Deindè sufficeret, si eacluderet attentionem eaternam. 7

QVÆSTIO. 1319.

An examen conscientiæ dum Missa auditur, impediat adimpletionem præcepti.

SVMMA.

1 *Audire Missam implendo præceptum. & examinare conscientiam an possint stare simul.*
2 *Examen conscientiæ non excludit externam attentionem pro Missa.*
3 *Assistentia ad Missam quomodo per modum orationis præcipiatur.*

QVod non possit quis simul audire Missam adimplendo præceptum, & propriam conscientiam examinare, tenet Bonac. *disp.* 4. *de Sacram. q. vlt. pun.* 11. *num.* 26 innixus ei rationi. Quod Ecclesia præcipit assistere Missæ per modum orationis: qui autem examinat propriam conscientiam, non assistit per modum orationis; nam habet attentionem conuersam ad propriam conscientiam, & proinde distrahitur ab attentione necessaria pro implendo præcepto. 1

Tenendum tamen est. *Quod simul audire possit Missa, & examinari propria conscientia implendo præceptum audiendi Missam.* Ita Dicastil. *de Sacramen. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. §. 4. *num.* 199. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 70. Quod tamen ita accipiendum est, vt locum habeat, quando eaamen conscientiæ non est ita ex fiaa cogitatione, vt impediat moralem assistentiam respectu sacrificij. Ratio est. Quia cum eaamine conscientiæ potest stare eaterna attentio, quæ directè præcipitur ab Ecclesia: nam potest quis continuando assistentiam moralem 2

moralem conuertere cogitationem ad propriam conſcientiam, & eam ſeruari. Quandiu autem durat morali modo externa attentio, durat etiam interna, quatenus eſt neceſſaria pro implendo præcepto Nam, vt dictum eſt in ſuperioribus, interna attentio præcipitur tantum indirectè, quatenus eſt neceſſaria pro externa attentione. Quandiu autem durat externa attentio, non eſt neceſſaria maior attentio interna, quia ſi non adeſſet neceſſaria, non ſubſiſteret externa.

3 Ad fundamentum oppoſitæ ſentent. reſp præcipi aſsiſtentiam per modum orationis, quoad externam corporis diſpoſitionem, & hæc eſt attentio extrinſeca, non autem qooad applicationem mentis, quia cum oratio ſit continua, & requirat recitationem aut lectionem, ſi ſit vocalis, requiri: etiam continuam applicationem mentis, quatenus eſt neceſſaria ad recitandum memoriter, aut legendum: neque enim hæ functiones peragi poſſunt ſine applicatione mentis, cum in vna debeat operari memoria reddendo pro recitatione, quod retinet, & in alia intellectus cooperando ſenſibus, quatenus exercentur io lectione; nam dum quis legit, licet non intelligat colligit medijs ſenſibus ſpecies verborum, quæ pronunciat qualeſcunque ſint. Hæc autem continua applicatio mentis non eſt neceſſaria pro externa attentione in ordine ad audiendam Miſſam & ideò poteſt mens diuertere ad examinandam conſcientiam, & ſimul manutenere neceſſariam attentionem externam, & conſequenter etiam internam.

QVÆSTIO 1320.

An ſatisfaciat præcepto audiendi Miſſam, qui ſimul audit, & recitat horas canonicas &c.

SVMMA.

1 *Eadem ratio ſiue preces recitemur ex obligatione, ſiue non, dum auditur Miſſa.*

2 *Recitans preces ex obligatione, & ſimul audiens miſſam an ſatisfaciat.* & num. ſeq.

4 *Recitatio eſt compaſſibilis cum externa attentione ad Miſſam.*

5 *Recitatio & auditio Miſſæ tanquam actus religionis ſe compatiuntur.*

6 *Recitans preces ex obligatione dum audit Miſſam ex obligatione an aliquo modo peccet.*

7 *Audire Miſſam & recitare preces ſuas ita compoſſibilia, vt vnum nihil detrahat de altero.*

1 Difficultas procedit, quando Horæ canonicæ aut aliæ preces recitandæ ſunt ex obligatione ſiue præcepti, ſiue voti, ſiue pœnitentiæ iniunctæ. Nam, quando recitantur tantū ex deuotione, videntur doctores admittere ſine difficultate, quod impleatur præceptum, quia ſufficit pro adimplendo præcepto, quod quocunque modo attendatur ad res diuinas. Mihi tamen videtur eſſe eadem ratio, quantum eſt ex parte attentionis, ſiue preces recitentur ex obligatione, ſiue ex deuotione vt notat etiam Suarez *diſp 88 de Euchariſt. ſect. 3. in fine.* Nam ſi impedit recitatio attentionem neceſſariam pro adimplendo præcepto, non adimplebitur, etiamſi ex deuotione recitentur, ſi verò non impedit, adimplebitur, etiamſi ex obligatione recitentur.

2 Prima ſententia aſſerit, non implere præceptum, qui dum audit Miſſam, recitat Horas canonicas, aut alias præces debitas ex obligatione Ita Angel. *verbo.* Feriæ *num.* 46. Syluester *verbo.* Miſſa 2. *num.* 2. Armilla *num.* 39. & *verbo* Feſtum. *num.* 11. Roſella *verbo* Dominica. *num.* 7. Corduba *in Quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 4 Fundamentum eſt. Quia dum concurrit multiplex obligatio exigitur duplex attentio externa, & vna impedit aliam iuxta Cap. *Ex literis. De probat.* vbi Gloſ *verbo. Vices duarum.*

Secunda ſententia doce, quod poſsint ſimul recitari horæ canonicæ, aut aliæ præces ex obligatione, & impleri præceptum de audienda Miſſa. Ita. 3
Marchin. *in 4. diſt.* 12. *quæſt* 8. Gabr. *lect.* 86. *in can. Miſſ.* Caiet. 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 4. & *tom.* 3. *Opus de valer. orat* Sotus *lib.* 2. *de iuſt. & iure qu.* 4. *art.* 4. Adrian. *in 4. quæſt.* 7. *de ſatisfact.* Medinac. *l. de confeſ. quæſt. de pœnit. tem. miſ. impleta* Nauar. *in cap. Quando, not.* 19. *num.* 184. & *in manual. cap.* 21. *num.* 89. Nugn 2. 2. *qu.* 83. *art.* 13. verſ. *Eſt aliud dubium.* Suarez *diſp.* 88. *de Euchariſt. ſect.* 3 *in fine.* Henriquex *lib.* 9. *ſum. cap.* 25. *num.* 5. Graf. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 9. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. *num.* 11. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *quæſt.* 3. Laiman. *lib.* 1. *Theol moral. tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 2. verſ. *Tertium, quod notant.* Bonac. *diſp.* 4. *de ſacram. quæſt. vlt. punct.* 11. *num.* 25. & *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *punct* 9. *nu.* 8. Coninch. *de ſacram. quæſt.* 83. *art.* 6. *num.* 307. Sà *verbo.* Miſſæ auditio. *num.* 2. Llamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. Filliuc. *tract.* 5. *num* 216. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num* 14. Villalob *part.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 35. *num* 11. Lugo Cardin. *diſp.* 22. *de Euchariſt. ſect.* 2. *num.* 22. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 16. Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 11. Ilidotus *in Theſauro verbo.* Miſſæ auditio. *num* 40. Beia *part.* 1. *caſu* 21. Candid *diſquiſit.* 25. *art.* 29. *dub.* 3. Ioan. Eſcobar *de Hor. canon. quæſt.* 4. *num.* 1, 6. Dicaſtil *De ſacram. tract.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 9. *nu.* 111. Præpoſit. 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *numero.* 215. verſ. *Ex his patere.* Scortia *lib.* 2. *de ſacrific. miſ. cap.* 20. *n.* 10. Baſſeus *in Florib. verbo.* Miſſa 8 *nu.* 2. Molfeſ *part.* 1. *ſum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 43. Baunius *part.* 1. *Theol. moral. tract.* 6. *quæſt.* 6 *de precept. audien. miſ.* Quintanaduen. *De ſubit. cap* 8. *num.* 12 Geſuald. *de ſacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 27. Facundex *præcept.* 1. *Eccleſ lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Fernandez *part.* 2. *Exam. Theol. mor. c.* 8. §. 1. *n.* 3. Fauſt. *lib.* 2. *de Euchariſt quæſt.* 806. verſ *Nihilominus.* Garxia *in ſum. tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 4 Auerſa *quæſt.* 11. *de Euchariſt. ſect.* 19. verſ. *Requiritur præterea.* Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 68. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *quæſt.* 11. *nu.* 147. Gaſpard. Hurtad. *de ſacram. diſp.* 5. *de ſacrific. miſ. difficul.* 2. Caſpenſ *tom.* 2. *Curſ. Theol. moral.* 23. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 26.

Tenendum eſt ergò. *Recitantem Horas canonicas dum ſimul audit Miſſam ſatisfacere vtrique obligationi.* 4
Et idem dicendum eſt quoad alias præces, quæ ex obligatione ſunt recitandæ. Ratio eſt. Quia, vt experientia conſtat, optimè conſeruatur exterior attentio, nempè aſsiſtentia religioſa ad ſacrificium in ſpeciem deferentis cultum Deo, cum recitatione Horarum canonicarum, & debita attentione in ordine ad recitationem; nam hæc intentio interior ad recitationem non excludit attentionem interiorem ad neceſſariam pro actu exteriori iniuncto in auditione Miſſæ; nam illa ſolum requiritur ex vi præcepti quæ eſt neceſſaria pro ponenda, & manutenenda religioſa aſsiſtentia, quæ dum continuatur à poſteriori colligitur, quod adſit neceſſaria attentio interior. Ergo non ſunt incompoſsibiles, hi duo actus externi, quatenus cadunt ſub præcepto.

5 Confirm. In auditione Miſſæ exercetur actus religionis, quo Deo tribuitur cultus per ſacrificium, an proinde audiens ſe ſubmittit Deo recognoſcendo ipſum vt ſupremum dominum. Rurſus idem præſtat in recitatione quarumcunque precum, quia dirigun

rigontur ad Deum vt supremum Dominum, quo continoò indigemus, & à quo omnia bona nobis proueniunt. Ergo potest facilè expressa attentione attendere quisque vtrique actioni, cum tendant ad eumdem terminum ex eodem motiuo religionis; siquidem, licet diuersæ, in ordine tamen ad attentionem se habent per modum vnius, cum vniantur in termino, & motiuo. Ex quibus solutum manet fundamentum oppositæ sententiæ, falsum est enim, quod recitatio Horarum canonicarum impediat attentionem necessariam pro auditiona Missæ.

5 An autem interueniat aliquod peccatum, affirmant, quando sine rationabili causa id fit Nauar. *De orat. cap.* 19. *num.* 178. Ledesma 2. *part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *dub.* 6. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de præcept. audien. mis. post.* 6. *conclus.* ver. *Nihilominus videtur.* Alij verò volunt, esse peccatom veoiale, si recitentur aliæ preces, dum Sacerdos alta voce recitat suas præces. Ita Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Qui subdit, quod sine vllo peccato recitari possunt Horæ canonicæ, quando assistens Missæ adeò distat, vt oon audiat Sacerdotem. Rursus alij, committi peccatum veniale, si attentio dirigatur ad verba, qoia tunc euadit imperfecta. Ita Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 3. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 407. ver. *Cæterum.*

6 Sed absolutè tenendom est, quod nullom interueniat peccatum. Ita Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 5. Coninch, *de Sacramen. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 307. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 69. ver. *sed longè.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 149. Nam quantum est ex vi attentionis oon suot iocompossibiles, neque attentio necessaria pto recitatione horarum canonicarum miouit attentionem necessariam pro Missa: nam cum remaneat attentio exteroa absque vlla diminutione, nihil detrahitur de interna, qoam ratione externæ exigit præceptum, quia nou exigit maiorem, quàm sit necessaria pro externa ponenda, & manutenenda. Quod si minuatur aliqoando id prouenit ex alia causa, non autem ex concursu recitatioois horarum caoonicarum.

QVÆSTIO 1321.

An audiens Missam satisfaciat præcepto, si voluntariè distrahatur in varias cogitationes.

SVMMA.

1 *Qui audiens Missam voluntariè distrahitur in varias cogitationes quomodo peccare possit.*
2 *Voluntaria distractio interna an impediat, ne impleatur præceptum.*
3 *Distractio interna non impedit attentionem necessariam pro audienda Missa.*
4 *Distractio voluntaria dum auditur Missa an peccaminosa venialiter.*
5 *Distractio aliàs non mala, non est peccaminosa.*

1 SVpponendom est tanqoam certum. Posse peccare venialiter, vel mortaliter iuxta qualitates cogitationum in quas distrahitur. Si enim sint cogitationes turpes, & ex obiecto peccaminosæ mortaliter, peccabis mortaliter: venialiter verò, si sint taotum venialiter peccaminosæ. Hoc tamen peccatum non erit ob carentiam debitæ attentionis, sed veluti extrinsecum obseruantiæ præcepti. Vndè videndum est, an hoc excludat oecessariam attentionem pto adimplendo præcepto.

Quod autem voluntaria distractio interna impediat adimpletionem præcepti tenent ij, qui volunt requiri attentionem saltem ad Deum: nam certum est, quod voluntaria distractio excludit hanc attentionem internam. Econtra verò, qui volunt, non requiri pro implendo præcepto aliquam attentionem ioternam, sed sufficere externam, consequenter teoere debent, quod volontaria distractio interna oon impediat, quin præceptum adimpleatur. In specie autem id tradunt Suar. *tom.* 2. *de relig. tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 11. Loquens de distractione recitantis Horas Canonicas. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 41. Dicastil. *de Sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 8. *num.* 102. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacramen. cap.* 14. *quæst.* 10. *num.* 141. Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 25. 2

Cum quibus dicendum est. *Distractationem voluntariam internam non impedire, quin audiens Missas satisfaciat præcepto.* Hoc autem procedit supposito, quod remaneat attentio externa. Ratio est. Quia distractio voluntaria interna non excludit aliquam attentionem necessariam pro adimplendo præcepto. Ergo non impedit, quin audiens Missam satisfaciat præcepto. Nam in tantum impediret, in quantum excluderet aliquam attentiooem necessariam. Anteced. prob. Quia sub præcepto non cadit, nisi illa attentio, quæ est necessaria pro substantia actus imperati, qui est concursus ad offereodum sacrificium Deo mediante Sacerdote, qui coocursus coosistit io morali, & religiosa assistentia ordinata, & composita ad deferendum cultum Deo. Ex natura autem huius actus tam ex vi præcepti Ecclesiæ, quam ex vi iuris naturalis diuini non requiritur alia atteotio, & applicatio meotis, quàm illa, quæ est necessaria ad ipsum ponendum in esse & manutenendum quandiu durat sacrificium, quia requiritur tantum secundum exigentiam actus. Ergo quandiu durat dicta assistentia, voluntaria distractio non excludit aliquam attentionem necessariam pro tali actu, Nam supponitur ab initio interuenisse voluntatem audiendi Missam ex motiuo religionis & consequenter etiam applicationem mentis, cuius virtute sequuta sit dicta assistentia, & attentio externa, quæ dum continuatur nihil deest ex parte interioris attentionis, quod sit necessarium pro ea manutenenda. 3

Dubitari tamen potest, an saltem io hoc interueniat peccatum veniale. Certum est tamen, quod actus ille obseruantiæ præcepti est mious perfectus, quàm esset, nisi adesset talis voluntaria distractio, quia actus externus proueniret, & manuteneretur à perfectiori interno, & consequenter participaret in maiori perfectione morali actus interni: & proindè etiam magis Deo placeret. Ex hoc tamen non fit, quod sit peccaminosus venialiter, nam dicta perfectio oon esset ipsi debita, tunc enim tantum actus est peccaminosus, quando deest aliqua perfectio, quæ est ipsi debita ex aliqua lege. 4

Quod spectat ad peccatum veniale Suarez *tom.* 2. *de relig. tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. etiam io oratione nullum putat interuenire peccatum. Quod per se loquendo existimo verum. Nam cum voluntaria distractio relinquat attentionem oecessariam, nec vlla adsit obligatio ponendi meliorem attentionē, voluntas nolens illam ponere ooo est mala, quia est voluntas non faciendi, qood sub nulla cadit obligatione. Ergo nec etiam erit mala voluntas ponendi distractionem, quia in tantum posset esse mala, in quantum impediret meliorem attentionem, supposito, qood aliàs distractio non sit ex se mala, potest facile esse occasio peccati veoialis. 5

QVÆSTIO 1322.

An huc illuc circumspiciens, dum audit Missam, satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *In ordine ad obseruantiam præcepti eadem est ratio siue circumspectio sit curiosa, siue prophana.*
2 *Huc illuc circumspiciens in audienda Missa peccat venialiter.*
3 *An impleat præceptum.* & num. seq.
4 *Circumspectio continua tollit formam moralem religiosæ assistentiæ.*
5 *Quid si sit interpolata.*
6 *Quæ circumspectio distrahat attentionem externam.*

1 QVoad impediendam obseruantiam præcepti est eadem ratio, siue circumspectio sit prophana, siue tantum curiosa. Nam ea eo, quod sit prophana, potest quidem importare speciale peccatum, quod noo importet curiosa, & æqualiter potest impedire attentionem necessariam, atque adeò obseruantiam præcepti; cum impedimentum attentionis non proueniat ea prophanitate, sed ex ipsa circumspectione, quæ ex sui oatura distrahit.

2 Est autem certum, quod huiusmodi circumspectio est saltem peccatum veniale, quia deformat religiosam assistentiam, cum qua audiens Missam debet assistere. Imò potest aliquando esse peccatum mortale, si nimirum sit occasio scandali, etiam si alias de se esset tantum curiosa; potest etiam præbere occasionem temerarij iudicij circa ipsam personam circum spicientem; facile enim homines accipiunt in sinistram partem alienas actiones, præsertim quia huiusmodi circumspiciens eacitare potest ad iudicandum, quod circumspectis aut male sentiat de rebus diuinis, aut illas contemnat.

3 An autem compossibilis sit cum attentione necessaria pro implendo præcepto, negant Hurtad. *de sacrament. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 2. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 79. qui tamen limitat ad circumspectionē contiouatam toto tempore Missæ. Secus autem si discontinuarè Gesual. *tract.* 17. *de sacram. cap.* 2. *num.* 26. Llamas 3. *parte. Meth. cap.* 5. §. 10. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 10. *num.* 119.

4 Et quidem, si circomspectio sit continua, videtur certum, quod obstet, ne impleatur præceptum quia destruit religiosam assistentiam eaternam ordinatam ad Dei cultum. Nam quamuis audiens Missam corporaliter assistat, etiam genuflexus, illa tamen continuata circumspectio tollit formam moralem religiosæ assistentiæ eaternæ, & externæ attētionis; nam secundum esse sensibile distrahit à cultu eaterno Dei, & seosibiliter declarat, quod illa præsentia non sit ordinata ad cooperandum sacrificio, sed ad curiositatem, vel alium finem: atque adeò desumitur substantia actus moralis directè ioiuncti.

5 Si verò circumspectio sit interpolata, consideranda est, quanta sit, & quantum obstet eaternæ attentioni. Si enim sit adeò notabilis, vt secundom moralem æstimationem destroat attentionam eaternam, impediet etiam adimpletionem præcepti, quod sine eaterna attentione impleri non potest, cum hæc sit substantia operis iniuncti. Secundum autem moralem æstimationem destruet, etiam si aliquando videatur attendere ad celebrationem Missæ, quia adhuc secundum esse sensibile apparebit, qood non sit attentio respectu celebrationis: sicut enim attentio externa respectu Missæ admittit aliquas circumspectiones etiam frequentes ad alia obiecta: ita etiā attentio eaterna ad alia obiecta potest admittere aliquas circumspectiones ad celebratiooem Missæ. Nec iuuat, quod ab initio assistentia ordinata sit ad attendendum celebrationi Missæ, quia succe sit factum contrarium, & se habet veluti si protestatio esset contraria facto.

Est tamen aduertendum, Quod oon omnis circumspectio est sufficiens ad distrahendam attentionem eaternam: sed eam tantum, quæ tanquam signum sensibile in dicat internam applicationem 6
meutis, itavt ex tali voluntaria applicatione oriatur; nam si indicet tantum raptum mentis momentaneum & indeliberatum, sicut talis raptus mentis non est sufficiens ad tollendam attentionem internam, ita nec externa circumspectio ad tollendam eaternam, dummodo perseueret habitus personæ inductus pro attentione eaterna. Et ideò, licet hæc valdè frequens sit, non obstabit, quio adimpleatur præceptum, cum ooo destruat eaternam attentionem.

QVÆSTIO. 1323.

An confabulatio impediat, ne audiens Missam satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1 *Confabulatio inter auditionem Missæ potest esse peccatum mortale.*
2 *Confabulatio modesta an impediat ne impleatur præceptum de audienda Missa.*
4 *Confabulatio continua impedit religiosam assistentiam ad Missam.*
5 *Excludit externam attentionem*
Paria sunt non esse sine & esse affectu.
6 *Interpolata confabulatio regulariter non impedit ne impleatur præceptum.*
7 *Quid si modus externus indicet specialem applicationem.*
8 *Colloquutio excludens attentionem externam pro notabili parte, impedit, ne impleatur præceptum.*

COnfabulatio talis, & taota esse potest, vt de se sit peccatum mortale, vt si sit cum cachinis, 1
alta voce, vt notat etiaio Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. *circa finem ver. In calce demum.* Nam ita confabulantes peccarent, etiamsi aliàs non inter essent Missæ; nam sola præsentia cum tali confabulatione contineret grauem irreuerentiam erga sacrificium, & erga Deum ratione loci, & temporis, & mysterij, quod perogitur, Siquidem hæc omnia exiguot in præsentibus specialem reuerentiam. Et esset occasio scandali, vel quia exemplum iodoceret ad depooendam reuerentiam erga Deum, & diuina mysteria; vel quia præberetur motiuum sinistrè iudicandi de confabulantibus.

Difficultas ergo reducitur ad confabulationem modestam. Prima sententia docet, confabulationem noo impedire, quin adimpleatur præceptum. Ita Medina *C. De pœnit. quæst. de pœnit. temp. mis. imple.* Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. *circa fin.* vers. *In calce.* Et Medina eatendit hoc etiam ad mercatores: qui cum alijs de commercijs tractāt. Fundamentum est. Quia non requiritur tanta attentio, quanta requiritur in recitandis horis canonicis: nec talis

conta

confabu'atio repugnat cum externa attentione necessaria.

2 Secuoda sententia doeer, continuam confabulatiooem, præsertim, si sit de rebus serijs, impedire, ne adimpleator præceptum. Secus autem, si confabularìo non sir continua, sed interpolata itavt assistens modò confabuletur, modò attendat. Ita Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Syluester *verbo.* Missa 2. *quæst.* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 1. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 3. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 3. ver. *Ex his autem* Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 7. Facundez *pracep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. Medina *in sum. cap.* 19. § 9. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 216. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 11. *num.* 24. Llamas 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. *init.* Lugo Cardin *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 24. Hurtad. *de sacrament. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 2. Basseus *in Florib. verbo* Missa 8. *num.* 6. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de pracep. aud. miss. post.* 6. *conclus* ver. *Circa tertiam partem.* Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 4. *respon.* ver. *Si quis cogitur.* Baun. *part.* 1. *theol. moral. tract.* 6. *quæst.* 2. *de pracep. aud. miss.* Candid. *disquisit.* 23. *art.* 29 *dub.* 2. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 15. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 403. ver. *Hinc peccat.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 4. Dicastil *de sacram. tract.* 7. *disp.* 5. *dub.* 8. *num.* 109. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19 ver. *requiritur praterea.* Caspens *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 1. *num.* 25. Leander *in pracep. Eccles. tract.* 4. *disp.* 1. *quæst* 77. & 78. Coninch. *De sacrament. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 298. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacramen. cap.* 14. *quæst.* 10. *num.* 110.

3 Dicendum 1. *Continuam confabulationem impedire ne assistens Missæ satisfaciat præcepto.* Hoc autem accipiendum est, nedum si confabulatio continua duret toro tempore Missæ, sed eriamsi duret per notabilem partem, Ratio est. Quia pro implendo præcepto requiritur assistentia religiosa cum arrentiooe externa otdinata ad cultum diuinum, itavt io specie exrerna appareat assistentem vacare cultui diuino. Er talis assistentia cadit sub præcepto pro toto tempore Missæ, itavt si per notabilem partem Missæ deficiat, eodem pacto se habeat, ac si non assisteret. Colloquutio aurem contiooa, aut tractatio de negocijs tollit hanc attentionem externam, qoia colloquutio distrahit ab attendendo, & applicat ad tractandum cum illo quem alloquimur. Attentio enim & distractio ex genere suo oppononrur, & ideò etiam distractio, & attentio externa. Colloquutio, autem cum alio distrahit ab attentione in ordine ad celebrationem Missæ, cum faciat alteri obiecto attendere.

4 Confir. Illa assistentia seiungitur ab attentione externa, quæ est forma moralis illius actus externi, qoi iniungitur per præceptom: & proindè remanet nolla assistentia absque sensibili specie cultus, externi Deo exhibiti & proindè non est cum illo effectu attendendi cultui diuino, quem intendit Ecclesia. Vndè cum paria sint non esse, vel esse sine affectu. *l. si quis sub conditione ff. de testam. tut.* & *l. Ex consensu.* §. 1. *ff. De appellat.* & notant commuoiter Doctores Surd. *decis.* 51. *num* 21. Bald. *in l.* 1. §. *Quod autem. ff. de offic. Præfec. Vrb.* eodem modo res se habet, ac si non assisteret. Si ergo non implet præceptum, dum non assistit, etiam solum per notabilem partem, neque etiam implebit, dum confabulatur continuò etiam per notabilem partem.

5 Dicendum. 2 *Qui interpolatè confabulatur, itavt modò attendat, modò confabuletur satisfacit præcepto regulariter.* Dixi *regulariter* quia fieri potest, quod non satisfaciat, si nimitum confabulatio sit talis, vt pro illo tempore, quò durat, excludat attentionem externam, & ex pluribus confabulationibus interpolatis consurgat notabilis confabulatio correspondens parri norabili Missæ. Ratio est. Quia confabulario interpolata, & veluti occasionalis non distrahit ab externa attentione, quia dum perseoerat actus externæ attentionis, non declarat, quod mens abstrahatur ab exrerna attentione, sed tantum, qood se extendat ad alterius breuem considerationem, & proindè externa artentio non solum cooseruatur secundum habitum corporis, sed etiam secundum formam moralem, quam recipit ab interna. Ergo retinet etiam substantiam actus iniuncti per præceptum.

Si tamen confabulatio sit de rebus serijs, & modus externus indicet specialem applicationem deliberatam ad res, de quibus est colloquutio, quamuis sit interpolata, dummodò tamen correspondeat notabili parti Missæ, impediet adimplementum præcepti non secus, ac si discederet interpolatè, & rediret; nam, quamuis corpore sit præsens, non est tamen præsens moraliter, quia illa deliberata applicatio ad alias res per colloquutionem interrumpit formam moralem attentionis externæ quæ tollitur ex delibetata applicatione, & attentione ad aliud, quod sensibiliter innotescat. 6

Ad fundamentum in oppositum respond. Quod licet non requiratur tanta attentio interoa pro audieoda Missa, quanta requiritur pro recitandis horis canonicis. requiritur tamen continua attentio externa: & ideò si hæc desit, aut totaliter, aut pro notabili parte Missæ; præceptum non adimpletur. Colloquutio autem potest tollere, aut in totum aut ex parte attentionem externam, vt constar ex dictis. Et ideò quando tollit saltem pro notabili parte, non requiritur externa attentio necessaria: atque adeò præceptum non adimpletur. 7



DE CAVSIS EXCVSANTIBVS AB AVDIENDA Missa.

Cum præceptum audiendi Missam sit positiuum, seu affirmatiuum, habet suas causas excusantes, sicut habent etiam cætera præcepta. Quia cum obliget morali modo, obligat etiam tantum eos, qui morali modo possunt adimplere. Ex quo fit, quod consurgant plures, & diuersæ causæ excusantes, & in diuerso genere, de quibus tractant Doctores, & in præsenti examinandæ sunt.

QVÆSTIO 1324.

An dispensatio excuset ab audienda Missa, & quis dispensare possit.

SVMMA.

1 *Dispensatio excusat ab audienda Missa.*
2 *Pōtifex potest dispēsare in præcepto audiēdi missam.*

3 *Non tamen absolutè.*
4 *Prælati inferiores dispensant in præcepto audiendi Missam.*
5 *Ita concedente consuetudine:*
6 *Requiritur tamen iusta causa, & qualis.*
7 *Absoluta dispensatio in præcepto audiendi Missam vix potest esse rationabilis.*

1 CErtum est apud omnes, quod dispensatio excuset ab audienda Missa: Siquidem est relaxatio obligationis, quam lex inducit iuxta Cap. *Necessaria*, & Cap. *Dispensationes*, & Cap. *Tanta* & Cap. *si quis* 1. *quæst.* 7. & tradunt communiter cum Gloss. *in Cap. Requiritis* 1. *quæst.* 7. Et ideò cum obligatio præceptorum Ecclesiæ sit sub potestate, & dispositione eiusdem Ecclesiæ, accedente dispensatione, relaxabitur obligatio, & dispensatus non tenebitur audire Missam. Solum ergo difficultas est, quis, & quomodo possit dispensare.

2 Dicendum 1. *Summum Pontificem posse dispensare in præcepto audiendi Missam.* Ita communiter præsertim Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 1. ver. *Tertiò sequitur.* Faeundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. Miss. diffic.* 1. versf. *Conueniunt Secundò* Azor. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *quæst.* 5. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 421. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 2. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 2. *num.* 17. in fine. Leander. *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 13. Et hoc habet locum etiamsi præceptum secundum substantiam sit de iure diuino naturali. & secundùm determinationem Ecclesiasticam. Per dispēsationem namque tollere potest obligationem, quæ nascitur ex determinatione Ecclesiæ, & relinquere in suo statu, quod est de iure naturali diuino.

3 Dicendum 2. *Non posse summum Pontificem absolutè, & totaliter cum aliquo dispensare super obligatione audiendi Missam saltem quoad illam partem, quæ continet substantialem obligationem sacrificij.* Pro quo est aduertendum: aliud esse, quod obligatio cesset in aliquo, vel ob impotentiā, vel ob aliam causam & aliud quod durante obligatione dispensetur. Primum contingere potest si quis ob infirmitatem, vel aliam causam perpetuam impediatur, ne possit accedere ad audiendam Missam. Secundum autem non potest habere locum. Ratio est. Quia colere Deum per sacrificium pertinet ad ius naturale, & in lege noua etiam ad ius Diuinum, vt suo loco ostensum est Ergo cum in lege Euangelica vnum sit tantum sacrificium, quod in Missa Deo offertur, non potest Summus Pontifex dispensare omninò ab audienda Missa saltem quoad illam partem, in quo durat oblatio, & consumptio Sacrificij secundùm substantiam.

4 Dicendum 3. *Prælatos quoque inferiores posse in hoc præcepto, quatenus Ecclesiasticum est, dispensare iuxta occurrentes occasiones pro certis vicibus: non autem absolutè.* In hoc conueniunt communiter Doctores, quatenùs docent, quod inferiores Prælati dispensare possunt in legibus Pontificijs in casibus extraordinariis, & in quibus non potest recurri ad Summum Pontificem. Ita Abbas *in cap. At si Clerici* §. *De Adulteriis num.* 9. De Iudic. Felin. *num.* 3. Bald. *in l. Omnes Populi num.* 8 ff. *De iust. & iur.* Speculat. *tit. de dispensat.* §. *Nunc de Episcopor. num.* 30. in fine. Milis. *in Repertor. verbo* Dispensare *potest Episcop.* Cotta *in Memoralib. verbo. Dispensatio*, Vasquez 1. 2. *disp.* 178. *cap.* 2. *num.* 16. Henriquez *lib.* 12. *sum. cap.* 2. *num.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæst.* 7. Syluest. *verbo.* Dispensatio. *num.* 15. Angel. *num.* 5. Armilla *num.* 19. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 14. *num.* 10. Salas *disp.* 20. *de legib. sect.* 3. *num.* 25. Sanchez alios citans *lib.* 2. *de matrim. disp.* 40. *num.* 3. & *lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 22.

Ratio est. Quia licet inferior non possit aliquid supra leges superioris, & illius tantum sit soluere obligationem legis, cuius est ligare, consuetudo tamen introductum est, vt in casibus extraordinariis, in quibus non potest recurri ad Pontificem, quod Episcopi, & cæteri Prælati valeant in legibus Pontificiis dispensare, ita exigente recta ratione regiminis, vt sufficienter sit prouisum gubernationi subditorum, & tacitè approbantibus Summis Pontificibus, vt constat ex praxi præsertim in præceptis ieiuniorum, & sanctificationis festorum.

5 Circa autem causam, est aduertendum, quod non possunt Prælati in hoc præcepto dispensare, nisi concurrente iusta causa, vt in specie notat Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 421. versf. *Quando Prælati.* Alioquin dispensatio erit nulla, vt tradunt communiter in materia de dispensatione. Non requiritur tamen causa valdè vrgens, quantum est ex parte validitatis dispensationis. Quia si causa est grauis, de se excusat, vt constat ex praxi absque alia dispensatione, cum ita obseruantia totci prætetut legem, vt constabit ex dicendis: & ideò requiritur minor causa, quia cum dispensatio debeat soluere obligationem legis; non debet causa esse talis, vt de se soluat. Verum non congruit. Quod Prælati dispensant in hoc præcepto, quia si causa est grauis, de se soluit obligationem, si verò est dubia, aut minùs grauis, non expedit; quod fideles omittant huiusmodi cultum Dei, cum parùm temporis pro implendo hoc præcepto requiratur. Vndè Pontifex in Cap. *Licet de feriis*, quamuis dispensauerit pro piscatione exercenda certo anni tempore in diebus festis, noluit tamen dispensare in præcepto audiendi Missam.

6 Quod verò spectat ad Summum Pontificem, licet possit dispensare in suis legibus absque causa, quæ se teneat ex parte dispensati, & sufficiat, quod ex parte ipsius rationabile aliquod motiuum vt latè ostendi in Praxi ieiunij *decis.* 382. *nu.* 4. & *sequent.* Attamen vix videtur posse occurrere casus, in quo absoluta dispensatio sit rationabilis quoad illud totum, quod de iure Ecclesiastico importat obligatio audiendi Missam: Nam ratio exigit, quod Pontifex potius augeat, quàm minuat cultum Diuinum, præsertim illum, quem deferunt fideles in audienda Missa. Vndè seclusa causa ex parte dispensati, non videtur, quod ratio subministrare possit motiuum honestum pro totali dispensatione præcepti, quoad obligationem, quam habet ab Ecclesia.

QVÆSTIO 1325.

An ignorantia, oblinio, inaduertentia excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Ignorantia, & oblinio an excuset ab audienda Missa,* & num. sequent.
2 *Ignorantia, oblinio &c. causant inuoluntarium.*
3 *Ignorantia iuris excusat non audientem Missam.*
4 *Dubius, an sit dies festus an excusetur ab audienda Missa.*
6 *Quando cum dubio operans peccet.*

PAttem negatiuam, nempè non excusari aliquem ratione ignorantiæ, aut obliuionis ab audienda Missa, tradunt Angles. *in floribus in* 2. *sentent. dist.* 35. *quæst.* 2. *De essent. peccat. omiss. difficul.* 3. *dub.* 2. Vega *part.* 2. *sum. cap.* 45. *casu* 38. Fundamentum est. Quia non videtur in hac materia dari posse ignorantiam, aut obliuio- 1

obliuionem, nisi præcedat negligentia culpabilis arga res diuinas, circa quas eum teneatur adhibere diligentiam, ignorantia, & obliuio erit culpabilis.

2 Dicendum tamen est. *Posse aliquem excusari ab audienda Missa ratione ignorantia, obliuionis, inaduertentia* &c. Ita commoniter Axor. *part.* 1 *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 4. Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vet. *Vltimò reuocatur.* Filliuc. *tract.* 5. *num.* 225. Facundex *præcep.* 2. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Bonac. *disp.* 4. *de Sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 17. Nauat. *cap.* 21. *Manual. num.* 7. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 421. ver. *Tertia causa.* Basseus *in Florib. verbo.* Missa 9. *num.* 6. Dicastil. *tract.* 5. *de Sacram. disp.* 5. *dub.* 10. §. 1. *num.* 129. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 28. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp* 2. *quæst.* 55. Franeis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 3.

3 Hoc autem procedit, supposito; quod ignorantia non sit culpabilis, seù affectata. Ratio desumitur ex generali regula; quod ignorantia: & idem est de obliuione, & inaduertentia, causat inuoluntarium; quam tradunt Aris. *lib.* 2. *Eth. cap* 1. *&* Diu. Thom. 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 8. & amplectuntur omnes Theologi in materia de Artib. human. Siquidem cum voluntatium sit illud, quod est à principio intrinseco cum cognitione singulorum; si excludatur cognitio excluditur principium voluntarij, atque adeò etiam ipsum voluntarium. Vbi autem non est voluntarium non potest esse peccatum. Ignorantia autem, obliuio, & inaduertentia tollunt cognitionem saltem actualem, quæ requiritur pro voluntaria.

4 Et hoc valet non solum quoad ignorantiam facti, sed etiam quoad ignorantiam iuris in particulari, an scilicet in hoc festo adsit præceptum audiendi Missam, an verò tantum ex deuotione colatur. Imò etiam qooad ignorantiam iuris in vniuersum, quæ licet difficile dari possit in aliquo fideli, non est tamen impossibilis in aliquo puero, aut stopido, vt notant Axor, Suarez; Filliuc, Facundex, Lugo, *num.* 2. citati. Et quamuis regula sit, quod ignorantia iuris non excusat; intelligitur quoad præsumptionem fori externi; Quia regulariter talia ignorantia nun præsumitur; non autem in foro Conscientiæ, in quo non attenditur præsumptio, sed veritas. Nam reuera, quod ex ignotantia procedit inuoluntarium est; sine quo impossibile est dari peccatum, quod imputetur. Et quamuis quisquè teneatur scire, quæ pertinent ad proprium statum, fieri tamen potest; quod inculpabiliter ignoret; aut quia non habuerit, à quo edoceatur, aut quia non aduerterit, aut etiam ignorauctis obligationem discendi, aut ex aliquo alio capite.

5 Maior difficultas est de eo, qui est dubius, an sit dies festus, in quo obliget præceptum audiendi Missam; potest enim scire esse diem festum, & ignorate, an sit colendus ex præcepto Ecclesiæ, an ex sola deuotione Populi, & proindè dubitare an teneatur audiro Missam. In quo casu est certum; quod tenetur adhibere diligentiam, & se certificare. Sed quid si adhibita diligentia adhuc remanet cum eodem dubio, aut non haberet, à quibus edoceri possit. Resp. In tali casu excusari iuxta regulam, quod in dubijs sit melior conditio possidentis: possidet autem ipse propriam libertatem; & exemptionem ab obligatione legis, quæ non obligat ignorantes cum mediante notia constringat hominum Voluntates. Præceptum autem non possidet apud dubitantem, quia tanquam dubium suspendit propriam obligationem, & ideò omittendo Missam excusaretur.

6 Nec obijci potest, quod omitteret Missam cum dubio, & proinde peccatet, quia operans cum dubio peccat, cum se exponat periculo peccati. Nam tunc operans cum dubio; se exponit periculo peccati quando conscientia ipsa practicè est dubia, itavt dubium versetur circa factum: & proindè fiat id, de quo dubitetur, an dum fit peccetur, aut non peccetur. Secus autem; si dubium sit speculatiuum, & non sit in conscientia, sed in cognitione intellectus: Nam tunc cum tali dubio potest formari conscientia non dubia circa operationem, ex quo procedat recta operatio, quia tunc dubiom non influit in opetationem; & consequenter non exponit periculo peccandi; vt contingit in præsenti, nam dubitans; an in hoc die festo adsit præceptum de audienda Missa, supposito hoc dubio format conscientiam, quod non teneatur audire; quia non ei constat de obligatione: & secundum hanc conscientiam operatur.

QVÆSTIO 1326.

An bona fides excuset non audientes Missam.

SVMMA.

1 *Bona fides excusat non audientes Missam.*
Bona fides generat bonam conscientiam.

2 *Quid si bona fides fundetur in ignorantia iuris naturalis, aut diuini.*

3 *Omittens audire Missam; quia putat se habiturum aliam commoditatem, excusatur.*

4 *Se occupans in venatione cum animo postea audiendi Missam, si labatur tempus; itavt non audiat, excusatur.*

Dicendum est. *Bonam fidem excusare ab audienda Missa.* Vndè qui putat, se legitimam causam habere non interueniendi Missæ, & non interuenit, quamuis reuera non sit talis, excusabitur. Ita Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio* Sotus *lib.* 2. *de iust. & iure quæst.* 4. *art.* 4. Syluest. *verbo* Missa 1. *num.* 6. ex *verbo*, Missa 2. *num.* 1. Nauat. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 4. Facundex. *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. Molfes. *part.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 68. Valent. *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. *in fine.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 19. Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *in fine.* Armilla *verbo.* Festum *num.* 10. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 21. Trullench. *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 22. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 131. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Leander *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 66. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 4. & alij, qui hoc ipsum docent in materia de ieiunio. Et ratio est. Quia bona fides generat bonam conscientiam, dum facit credere, quod adsit causa sufficiens ad excusandum, aut quod alias hic, & nunc non vrgeat obligatio. Operatio autem, quæ procedit ex bona conscientia, non est peccaminosa: aut si alias de se est, non imputatur. 1

Et hoc locum habet, etiamsi bona fides esset fundata in ignorantia, quæ respectu iuris naturalis, aut diuini non excusaret, quia scilicet sit mortaliter culpabilis, dummodo non sit crassa; & affectata iuxta ea, quæ, tradunt Caiet. *in sum.* verbo. *Præcepti transgressio.* in fine. Armilla *verbo.* Præsertim *in fine.* Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 196. *conclus.* 2. Sotus in 4. 2

 dist.

dist. 13. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad vlt.* Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 59. Syluester. *verbo.* Ignorantia. *quæst.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 148. *cap. vlt. num.* 62. Valent. *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. ver. *Item verò.* Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 19. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Nam secluso dolo, & ignorantia crassa. omnis alia ignorantia quoad leges humanas excusat. Hoc autem ex eo prouenit, quia non obligant cum tanto rigore, sicut obligat lex diuina & naturalis. Cuius rei ea ratio esse potest, quod lex Diuina obligat immediatè, etiam quoad actus internos, & respicit interiorem conscientiam per se primò, in quam introducit ordinem debitum secundum rectam rationem. At lex humana non obligat, quoad internos actus, nisi indirectè, sed respicit solum ordinem, quoad actus externos: & proindè contenta est, quod actus externi sint ordinati, & ideò admittit bonam fidem, quæ sit talis secundum externam apparentiam. Talis autem est illa, quæ fundatur in ignorantia culpabili etiam mortaliter, dummodo non sit crassa, & affectata; nam adhuc retinet apparentiã in esse externo bonæ fidei.

3 Ex quibus infertur. Quod si quis iter habens omittat summo mane audire Missam bona fide, putans se habiturum commoditatem, quo peruenturus est ad prandium, excusari, si non inueniat commoditatem, quia scilicet hora celebrandi transacta sit, vt notant Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 22. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 13. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 4. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 67. Nam in tali casu omissio Missæ non est voluntaria, imò inuoluntaria, quia quantam est ex se, volebat audire Missam, & bona fide putabat se habiturum commoditatem audiendi, & ideò non imputatur.

4 Secundò infertur. Quod si quis in die festo se occuparet in aliquo exercitio, vt in venatione, aut quocunque alio cum intẽtione postea audiendi Missam, sed interim laberetur tempus, itavt quando ad Ecclesiam accederet, reperiret completam esse celebrationem Missarum, excusaretur, nec omissio audiendi Missam illi imputaretur, quia bona fide processit existimans, se habiturum commoditatem audiendi. Quod etiam locum habet si inaduertenter sineret præterire tempus congruum audiendi.

QVÆSTIO 1327.

An Infirmi excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Impotentia excusat ab obseruantia præcepti.*
2 *Infirmitas excusat ab audienda Missa.*
3 *Obseruantia subsequuta declarat dispositionem.*
4 *Regula quando infirmitas excuset.*
5 *In excusando infirmo ab audienda Missa attendenda circumstantia.*
6 *Retardatio recuperationis sanitatis excusat ab audienda Missa.*
7 *Conualescentes quando excusentur.*
8 *Debiles quoque, & quales.*
9 *Quid de laborantibus tertiana, aut quartana.*
10 *Decumbens in hospitali an teneatur attendere celebrantioni Missæ.*

1 Certum est apud omnes, quod impotentia excusat ab obseruantia cuiuscumque præcepti, nam eo ipso, quod materia præcepta, quamuis in se possibilis, sit alicui impossibilis, desinit præceptum obligare quia non potest secundum rectam rationem exigi ab aliquo, quod in ipsius potestate non est. Si enim terminus obligationis est impossibilis, obligatio quoque est impossibilis, atque adeò esset nulla. Quia tamen varia sunt genera impossibilitatis, tam Physicæ, quàm moralis, ideò examinandæ sunt causæ, ex quibus oritur impossibilitas audiendi Missam, & de iis singillarim agendum. Hæ autem causæ reducuntur ad varia genera impossibilitatis: vndè prius agendum est de iis, quæ reducuntur ad impossibilitatem corporalem.

Dicendum est. *Infirmos excusari ab audienda Missa.* 2
Hoc autem intelligitur non solum quoad Infirmos illos, qui non solum absolutè non possunt surgere è lecto, sed etiam quoad illos, qui non possunt ire ad Ecclesiam sine aliquo probabili detrimento salutis. Ita communiter D. Doctores Caiet. 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. in fine. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Tertium caput.* Facundez *precepto.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 2. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 18. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de Sacrif. Miss. difficul.* 6. Scorria *lib.* 2. *de sacrif. mis. cap.* 20. *num.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnis. num* 16. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 2. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. & 173. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 5. Gesuald *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 38 Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Leander. *in precept. Ecclesiæ tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 13. Caspens. *part.* 2 *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *secundum bonam.* Gabr. à S. Vincent. *disp.* 3. *de sacrif. mis. quæst.* 8. vers. *Quarta difficultas.*

Ratio est. Quia leges, & præcepta obligant secundum mẽsuram obseruantiæ subsequutæ Hæc enim declarat omnes dispositiones *l. sed Iulian.* §. *Porrò* ver. *sed & si ff. Ad senat. Consult. Macedon*, & *l. si rei interpretatione ff. de legib.* & Cap. *Cum venissent. De constit.* & Cap. *cum Dilectus. De consuet*, & notant communiter Doctores Alexand. *consil.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. Roman. *consil.* 271. *num.* 4. Aret. *consil.* 11. ver. *sed limita.* Cranet. *consil.* 226. *num.* 6. Paris. *consil.* 27. *num.* 24. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 38. *num.* 6. *lib.* 1. Bald. *consil.* 130. & *in l. Hi quibus. C. de fideicom. libert.* Castrens. *consil.* 108. *per totum. lib.* 1, Socin. Sen. *consil.* 111. *circa finem. lib.* 1. Corneus *consil.* 193. *num.* 10. *lib.* 2. Rota coram. Merlino *decis.* 450. *num.* 12. Constat autem ex praxi, quod obseruantia ita interpretetur præceptum audiendi Missam, vt excusentur Infirmi, quando timetur aliquod nocumentum in ordine ad salutem. 3

Solum difficultas esse potest. Quanta debeat esse Infirmitas, vt excuset, aut quantum nocumentum, quod timetur. Videtur autem constitui posse hæc regula, vt nimirum quando Infirmitas impedit consueta exercitia, aut egressum è Domo: itavt hoc existimetur congruere in ordine ad curam Infirmitatis, & ad salutem Corporalem, afferat etiam sufficientem excusationem in ordine ad audiendam Missam. Nam cum Missæ auditio importet exercitium Corporale non solum eundi ad Ecclesiam, sed etiam assistendi corporaliter celebrationi, videtur hoc exercitium posse regulari prudenter secundum illam regulam, qua regulantur cæteræ actiones corporales. Et quia si semel quis intuitu salutis corporalis abstinet à 4

net à consuetis actionibus corporalibus, videtur etiam sine scrupulo posse ab hoc quoque abstinere. Ex quo fit, quod etiam iuxta diuersitatem complexionis, qualitatem personæ prout videlicet est solita habere maiorem, vel minorem rationem salutis corporalis, in hoc iudicandum sit. Et ideò in hac materia prudens iudicum plurimum poterit, quod erit sufficiens, vt tuta conscientia possit quis abstinere ab audienda Missa.

5 Ex quibus infertur. Quod in hac materia habenda sit ratio circumstantiarum temporis, & loci, quò eundum est pro audiaoda Missa. Nam qui aliàs excusarentur si Ecclesia valdè distet, via sit aspera, aut alio modo difficilis, si tempus pluuiosum sit, si sub radijs solis incedendum sit, & aliæ huiusmodi circumstantiæ considerari debent. Quibus stantibus, etiamsi Infirmus non impediretur, quia solitas actiones quas solitus est, domi exerceret, adhuc tamen posset rationabiliter excusari ab audienda Missa, quia rationem dictarum circumstantiarum subire potest aliquod nocumentum Ex opposito autem fit, Quod Regulares, & Moniales non tam facilè excusentur ab audienda Missa, quia intra Monasteriũ audire possunt, & proindè habent faciliorem accessum.

6 Secundò infertur cum Præposito 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *anm.* 218. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. quod si accessus ad audiendam Missam retardare possit recuperationem sanitatis, erit causa excusans ab audienda Missa, quia tunc consideratur carentia boni, quod affert citior recuperatio, & proindè habetur pro considerabili damno, lucrum enim cessans æquiparatur damno Cap. *Licet*. De *ferijs*.

7 Tertiò Infertur. Conualescentes excusari ab audienda Missa præsertim si Ecclesia satis distet, vt notant etiam Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *secundum bonum*. Dicastil. *de sacram. tract.* 3. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *quæst.* 14. Francis. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 7. Nam in conualescentibus adhuc durat causa excusans ab auditione Missæ, quamuis enim morbus recesserit, durant adhuc eiusdem reliquiæ, saltem quoad debilitatem, quæ sicut impediunt, ne reassumantur consueta exercitia, ita etiam ne reassumatur obseruaoria huius præcepti. Minus enim requiritur ad continuandam, quam ad inducendam excusationem. Notant autem cit. Doctores, quod in dubio, an conualescens teneatur accedere ad audiendam Missam, standum est iodicio Medici. Addunt Leander, & Garxia quod manente dubio, potest illud practicè deponere, & non accedere ad audiendam Missam.

8 Quartò infertur, vt notat etiam præpositus 3. *p. quæst*, 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. & alij ex supracit. Doctor. Excusari etiam ab audienda Missa debiles, si sine considerabili incommodo accedere non possint; præsertim si Ecclesia distet, aut sit plena aere insalubri; & specialiter hyemis tempore; quando aeris intemperies nocere potest capiti. Siquidem non minus in istis, quam in Conualescentibus timeri potest incommodum quoad salutem. Debilitas enim reddidit eos faciles ad recipiendas nouas impræssiones Et huc etiam reduci possunt senes, qui quoad complexionem debilibus comparari possunt, militat enim eadem ratio: Imò maior, quia declinatio ætatis reddit faciliores ad noxias impræssiones recipiendas.

Quintò infertur. Quid dicendum de laborantibus febri tertiana, aut quartana. Videtur enim certum excusari quoad illos dies quibus febri corripiuntur. Quod autem spectat ad alios dies, consideranda est complexio ipsorum, & quomodo remaneant affecti ex præcedenti febri; & præcipuè quomodo se gerant circa reliqua, in quibus sani occupari solent: quia si ita liberi remanent vt vacare possint consuetis operationibus, etiam facilioribus, non excusabuntur, si verò remanent prauè affecti, & probabiliter timeatur, quod accessus allaturus sit aliquod nocumentum, tunc excusabuntur. 9

Sextò infertur decumbentes in Hospitali, in quo Missa celebrator, vt possit ab Infirmis audiri tunc teneri attendere ad ipsam, quamuis è lecto surgere non possint, vt specialiter notant Llamas. *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 1. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 17. Et proindè tenentur habere actum audiendi Missam, & adhibere illam attentionem externam quam possunt. Cessat enim in ipsis impedimentum, imò non superuenit, quia Infirmitas in tantum est impedimentum, in quantum impedit accessum ad Ecclesiam, & moralem assistentiam, in his autem non requiritur talis accessus, & morali modo assistere possunt ostendendo exterius aliquam attentionem. Si tamen ita morbo grauentur, vt difficile possint attendere excusabuntur. 10

Qvæstio. 1328.

An custodes Infirmorum excusentur ab audienda Missa.

Svmma.

1 *Custodes infirmorum quando excusentur ab audienda Missa.*

2 *Assistentia Custodum censetur necessaria pro infirmas.*

3 *Quid si assistentia non sit necessaria, sed eam velit infirmis.*

4 *Infirmus an peccet impediendo ne famali audiant Missam, si assistentia non sit necessaria.*

Communiter docent, excusari, quando scilicet, assistentia est necessaria saltem, ne infirmi notabiliter tristentur, & non habeant, quos substituant, & in hoc sensu loquuntur etiam ij Doctores, qui absolutè dicunt, excusari, quos Leander citatus dicit, confusè fuisse loquutos, loquuntur enim in terminis habilibus. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Diu. Antonin. *part.* 2. *tit.* 6. *cap.* 10. §. 2. Tabiena *verbo*. Missa. *num.* 47. Angel. *verbo*. Feriæ. *num.* 42. Syuester. *verbo* Missa 2. *num.* 2. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Scortia *lib.* 2. *de sacrifi. mis. cap.* 20. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt. pun. vlt.* Axor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. mis. diffic.* 6. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *La quarta manera* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 6. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 7. Trulleoh. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1 *dub.* 9. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 227. Basseus *in floribus, verbo*. Missa. 9. *num.* 1. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 189. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 38. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 60. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14 1

quæst.

quæst. 10. *num.* 10. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 15. & ij. quos idem Leander dicit, nimis confusè fuisse loquutos, Qui sunt Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Iodoeus *in Thesauro, verbo.* Missa *num.* 50.

2 Ratio est. Quia in tali casu assistentia censetur necessaria moraliter pro Infirmis, & proindè assistentes tanquam personæ accessoriæ sequuntur ipsos Infirmos, qui cum excusentur, trahunt ad eamdem excusationem etiam assistentes, quatenus causa excusationis prouenit ab eadem infirmitate. Et hoc pacto obseruantia interpretatur præceptum, & facit, quod concurrente hac causa, non obliget. Vndè etiamsi assistentia non esset necessaria, si tamen bona fide putaretur necessaria, adhuc haberet locum excusatio, cum sufficiat, quod apprehendatur necessaria; Nam tunc formatur recta conscientia, quod liceat omittere auditionem Missæ.

3 Ex quibus infertur, quod si infirmus vellet seruos sibi assistere, quamuis eorumdem assistentia non esset necessaria; aut vellet plures sibi assistere, cum vnus sufficeret, excusarentur, si timerent indignationem Domini. Nam indignatio Domini potest ipsis afferre considerabile nocumentum, cum possit eos licentiare à suo exercitio. Idem etiam dicendum est si infirmus pro sua satisfactione vellet aliquem sibi assistere; quamuis alij substitui possent, si non obsequi voluntati ipsius esset causa, quod tristaretur, vel indignaretur cum excitatio harum passionum possit Infirmo notabiliter nocere.

4 An autem Infirmus in tali casu peccaret impediendo, ne famuli, aut alij, qui non sunt sibi necessarij, accedant ad audiendam Missam. *Resp.* facilè excusari posse, quia potest apprehendere tanquam sibi valdè proficuam huiusmodi assistentiam. Vis enim morbi solet trahere imaginatiuam, & consequenter etiam intellectum ad iudicandum sibi necessaria ea omnia, ex quibus sperat aliquam subleuationem, quam frequenter sperare solet ex eorum assistentia, quos desiderat assistere. Accedit etiam, quod illa complacentia, quam percipit ex aliquorum præsentia, affert ipsi aliquam subleuationem, & è contrario conciperet tristitiam, & ideò habere potest motiuum sufficiens detinendi dictas personas, ne accedant ad audiendam Missam.

QVÆSTIO 1329.

An prægnantes, & lactentes excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Prægnantes, quando excusentur ab audienda Missa.*
2 *Lactentes, & custodientes infantes quando excusentur ab audienda Missa.*
3 *Moralis necessitas custodiendi infantes.*
4 *Quid si adsint plures qui possint custodire.*
5 *Mulieres menstrua patientes an excusentur ab audienda missa.*
6 *Quid si adsit consuetudo ne accedant.*
7 *In lege noua non sunt habenda in considerationé, nec abstinendum ob ipsas à cultu diuino.*

1 QVod spectat ad prægnantes conueniunt communiter Doctores, quod excusentur, si indè aliquod nocumentum, aut quoad se, aut quoad prolem passuræ sunt: Secus autem, si non timeatur nocumentum. Ita specialiter Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 7. *num.* 60. Llamas. 3. *part. meth.* *cap.* 5. §. 11. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *n.* 55. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 3. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 425. vers. *eadem ratione.* Ad cognoscendum autem, an accessus ad audiendam Missam sit allaturus aliquod nocumentum, consideranda est qualitas complexionis prægnantis, distantiæ Ecclesiæ, qualitas viæ, qualitas aeris, & aliæ huiusmodi circumstantiæ, & præsertim habenda est ratio, si Mulier facilis sit ad abortum, & omnibus pensatis ferendum est iudicium, & ideò in hoc negocio videtur necessarium consilium Medici, aut alterius Periti, nisi periculum nocumenti euidens sit. Et tunc intrat ratio, quod præceptum non obliget cum periculo damni. 2

Quod spectat ad lactentes, & alias Mulieres, quæ custodiunt Infantes, nam eadem est ratio quoad omnes, excusari ab audienda Missa, si concurrant duæ conditiones, nempè si non habeant, quibus interim custodiam ipsorum committant, & si non possint eos commodè ad Ecclesiam secum deferre: Ita Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. & 10. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Graf *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Suarez 3. *part. disp.* 88. *sect.* 6. ver. *Quintum caput.* Filliuc. *num.* 5. *num.* 227. Facundez *precept* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 5. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficult.* 36. *num.* 7. Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. miss. diffic.* 6. Basseus *verbo.* Missa 9. *num.* 10. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 5. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 55. & ij, qui non requirunt conditionem quod non possint commodè deferre ad Ecclesiam, vt Faustus, *libro secundo, de Eucharist. quæst.* 427. ver. *Hac etiam ratione* Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 25. *quæst.* 1. *num.* 25. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 28. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 5. §. 11. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 60. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficult. vlt. dub.* 3. *num.* 13.

Ratio est. Quia concurrit moralis necessitas, nam si Infantes relinquerentur soli, subijcerentur alicui periculo, & pati possent aliquod nocumentum. Si ergo non adest, qui curam ipsorum subeat, tenentur Nutrices, aut quæ curam ipsorum habent ijs assistere, nec relinquere solos. Neque enim conuenit, quod eos secum ad Ecclesiam deferant, quia perturbant assistentes Missæ, & multoties etiam celebrantem vagitibus, ploratu &c. Vndè quando non habent, quos substituant, melius est, quod assistant nec deferant ad Ecclesiam. 3

Est tamen aduertendum, quod si adsint in Domo plures, qui possint assistere, teneatur Materfamilias ita disponere, vt diuisim accedant ad audiendam Missam, & dum aliqua accedit, alia assistat Infanti, & ita omnes audiant Missam Excipiuntur tamen illæ; quæ mercede conducuntur, vt infantibus assistant, quia cum ex officio teneantur assistere, absolutè excusantur, nec adest obligatio substituendi alias, quia totum onus incumbit conductis. In diebus tamen solemnioribus curare debebunt, ij, ad quos spectat, vt possint audire Missam, quantum fieri poterit, vt adimpleant præceptum Diuinum de colendo Deo per sacrificium. 4

Mulieres verò, quando menstrua patiuntur, non excusari ex hac præcisa causa, notant Nauar. *cap.* 21. *Manuel. num.* 9. Vega *part.* 2. *sum. cap.* 41. *casu* 42. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. ver. *sextum caput.* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 12. Llamas 2. *p. Meth. cap.* 25. §. 11. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst vlt.* 5

quæst. vlt. pun. vlt. nu. 28. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 229. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 217. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 2. Limitant tamen, nisi fortè occasione ipsorum superueniret ægritudo aliqua, aut debilitas, quia tunc esset eadem ratio, ac de Infirmitate. Ratio est quia hæc causa ea nullo capite potest afferre impedimentum, præsertim quia cum non impediat cæteras operationes consuetas, nec etiam impedire debet obseruantiam huius præcepti.

6 Difficultas est. An valeat consuetudo, si introducatur, quod Mulieres menstrua patientes non accedant ad audiendam Missam. Partem affirmatiuam tradunt Llamas *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 11. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 63. Quia potest introduci ea honesta causa, nempè Religionis, & Reuerentiæ erga Ecclesiam. Et Llamas asserit talem consuetudinem extare in Montanis Galitiæ, & Legionis. Econtra verò negant Suarez *disp* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum caput.* Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 216. Francisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 1. *num.* 19. Quia esset consuetudo irrationabilis. Hoc videtur certum, vt non possit eousquè hæc consuetudo, vt excludat auditionem Missæ, etiam quando secundum Ius naturale colendus est Deus sacrificio, quia non valet consuetudo contra Ius naturale Cap. *fin. De consuet. in* 6.

7 Quatenus verò est contra ius Ecclesiasticum, quamuis possit esse ex motiuo Religionis, & reuerentiæ, non videtur tamen hoc motiuum rationabiliter applicari præsenti materiæ: sed potius superstitioso modo. Quamuis enim in lege veteri haberentur in consideratione immunditiæ corporalis, in lege tamen noua non habentur, quia cessarunt legalia præcepta. Et ideò obseruare huiusmodi immunditias ea motiuo Religionis, & reuerentiæ, & propter illas abstinere à Cultu Diuino, videtur cultus superfluus, quia est præter Dei, & Ecclesiæ institutionem imò contra Ecclesiæ institutionem, vt docet D. Th. 2. 2. *quæst.* 93. *art.* 2. *in corpore.* Accedit etiam, quod impedit maiorem Dei cultum, qui ei defertur assistendo Sacrificijs, & proindè est cultus irrationabilis.

Qvæstio 1330.

An Mulieres per aliquot dies à partu, etiamsi conualuerint, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Mulieres per aliquot dies à partu excusantur ab audienda missa.*
2 *Statuitur in iure.*
3 *Immunditia mulieris parientis significabatur immunditia peccati originalis.*
Modo consideratur vt effectus peccati originalis.
4 *Diuersa ratio de menstruis, ac de immunditia mulieris parientis.*

1 COmmuniter respondent excusari, dummodò tamen abstineat etiam ab ingressu Ecclesiæ, & id non faciant ex aliqua superstitione ritus Mosayci. Ita Caietan. *in sum.* verbo. *Festum.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 20. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *n.* 12. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum caput.* Mainl. *de irregular. lib.* 3. *num.* 4 Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 229. Bonac *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 18. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 67. Llamas 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. Trullench. *lib.* 5. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Lublin. *part* 1. *sum. verbo.* Festum *num.* 14. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 29. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Hoc titulo excusantur.* Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 61. Hoc tamen debet seruari, vt aduertit etiam Molfes. quod interim nec exeant è Domo ea alia causa.

Hoc autem debet intelligi, vt valeat in iis locis, 2
in quibus extat talis consuetudo; non autem, vbi non est consuetudo, nisi quamdiù debilitas è partu id exigit. Et hoc permittitur in iure cap. vn. *De Purificat. post part.* vbi Innocent. III. respondet Archiepiscopo Armezano, quod non erant arcendæ Mulieres post partum per aliquot dies ab ingressu Ecclesiæ, quia lex vetus cessauerat; non tamen erat improbanda earum deuotio, si aliquamdiù ex venerátione volebant abstinere. Quod indicat adfuisse talem consuetudinem.

Ratio verò est. Quia per immunditiam Mulieris 3
patientis significabatur in lege veteri immunditia peccati Originalis vt notat D. Thom. 1. 2. *quæst.* 102. *art.* 5. *ad* 4. *post med.* Vndè etiam in præsenti immunditia partus coniuncta cum doloribus potest considerari tanquam signum, & effectus peccati Originalis iuxta illud Genesis cap. vers. 16. *In dolore paries* &c. & proindè potest Mulier ex hoc apprehendere immunditiam & læsionem animæ simul, & corporis illatam per idem peccatum, vel tanquam effectum, vel tanquam pœnam, & exercendo humilitatem se reputare indignam ingressu Ecclesiæ, cui modo speciali assistit Deus, & proindè per aliquot dies ab eius ingressu abstinere. Melius tamen esset accedere ad Ecclesiam, & audire Missam, quia exerceretur nobilior actus virtutis, nempè cultus Dei per sacrificium.

Dices. Ratione menstruorum non possunt Mulie- 4
res excusari ab audienda Missa. Ergo neque ratione immunditiæ de partu: præsertim cum de illa neque possit introduci consuetudo, vt dictum est. Resp. neg. conseq. Quia ratione menstruorum abstinere ab ingressu Ecclesiæ esset cultus superfluus, atque adeò superstitiosus, quia non esset secundum institutionem Ecclesiæ, vt dictum est *quæst. preced.* Hoc autem non contingit in parientibus. Quia vt dictum est *num. preced.* Consuetudo abstinendi ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies permittitur in iure, atque Ecclesia admittit Mulieres ad Purificationem etiam nunc, & ideò abstinentia ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies, est consentanea institutioni Ecclesiasticæ.

Qvæstio 1331.

An Carcerati, & cæteri qui domi detinentur, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Detenti excusantur ab audienda Missa siue carcerati sint, siue &c.*
2 *Est ipsis impossibilis obseruantia præcepti.*
3 *Carcerati non excusantur, si possint Missæ assistere.*
4 *Si negligant liberationem procurare, an peccent contra præceptum audiendi Missam.*
5 *Custodes carcerum an excusentur ab audienda Missa.*

motalem conuertere cogitationem ad propriam conscientiam, & eam seruari. Quandiu autem durat morali modo externa attentio, durat etiam interna, quatenus est necessaria pro implendo præcepto Nam, vt dictum est in superioribus, interna attentio præcipitur tantum indirectè, quatenus est necessaria pro externa attentione. Quandiu autem durat externa attentio, non est necessaria maior attentio interna, quia si non adesset necessaria, non subsisteret externa,

3 Ad fundamentum oppositæ sentent. resp præcipi assistentiam per modum orationis, quoad externam corporis dispositionem, & hæc est attentio extrinseca, non autem quoad applicationem mentis, quia cum oratio sit continua, & requirat recitationem aut lectionem; si sit vocalis, requiri: etiam continuam applicationem mentis, quatenus est necessaria ad recitandum memoriter, aut legendum: neque enim hæ functiones peragi possunt sine applicatione mentis, cum in vna debeat operari memoria reddendo pro recitatione, quod retinet, & in alia intellectus cooperando sensibus, quatenus exercentur in lectione; nam dum quis legit, licet non intelligat colligit medijs sensibus species verborum, quæ pronunciat qualescunque sint, Hæc autem continua applicatio mentis non est necessaria pro externa attentione in ordine ad audiendam Missam & ideò potest mens diuertere ad examinandam conscientiam, & simul manutenere necessariam attentionem exteroam, & consequenter etiam internam.

Qvæstio 1320.

An satisfaciat præcepto audiendi Missam, qui simul audit, & recitat horas canonicas &c.

SVMMA.

1 *Eadem ratio siue preces recitentur ex obligatione, siue non, dum auditur Missa.*

2 *Recitans preces ex obligatione, & simul audiens missam an satisfaciat.* & num. seq.

4 *Recitatio est compossibilis cum externa attentione ad Missam.*

5 *Recitatio & auditio Missæ tanquam actus religionis se compatiuntur.*

6 *Recitans preces ex obligatione dum audit Missam ex obligatione an aliquo modo peccet.*

7 *Audire Missam & recitare preces suas ita compossibilia, vt vnum nihil detrahat de altero.*

1 Difficultas procedit, quando Horæ canonicæ aut aliæ preces recitandæ sunt ex obligatione siue præcepti, siue voti, siue pœnitentiæ iniunctæ. Nam, quando recitantur tantũ ex deuotione, videntur doctores admittere sine difficultate, quod impleatur præceptum, quia sufficit pro adimplendo præcepto, quod quoconque modo attendatur ad res diuinas. Mihi tamen videtor esse eadem ratio, quantum est ex parte attentionis, siue preces recitentur est obligatione, siue ex deuotione vt notat etiam Suarez *disp* 88 *de Eucharist. sect.* 3. *in fine.* Nam si impedit recitatio attentionem necessariam pro adimplendo præcepto. non adimplebitur, etiamsi ex deuotione recitentur, si verò non impedit, adimplebitur, etiamsi ex obligatione recitentur.

2 Prima sententia asserit, non implere præceptum, qui dum audit Missam, recitat Horas canonicas, aut alias præces debitas ex obligatione Ita Angel. *verbo.* Feriæ *num.* 46. Syluester *verbo.* Missa 2. *num.* 2. Armilla *num.* 39. & *verbo.* Festum. *num.* 11. Rosella *verbo* Dominica. *num.* 7. Corduba *in Quæst. lib.* 1. *quæst.* 4 Fundamentum est. Quia dum concurrit multiplex obligatio exigitur duplex attentio externa, & vna impedit aliam iuxta Cap. *Ex litteris. De probat.* vbi Glos *verbo. Vices duorum.*

Secunda sententia docet, quod possint simul recitari horæ canonicæ, aut aliæ præces ex obligatione, & impleri præceptum de audienda Missa Ita 3
Marchin. *in* 4. *dist.* 12. *quæst* 8. Gabr. *lect.* 86. *in can. Miss.* Caiet. 2.2. *quæst.* 122. *art.* 4. & *tom.* 3. *Opus de valer. orat* Sotus *lib.* 2. *de iust. & iure qu.* 4. *art.* 4. Adrian. *in* 4. *quæst.* 7 *de satisfacit.* Medinac. *l. de confes. quæst. de pœnit. temp. mis. impleta* Nauar. *in cap. Quando, not.* 19. *num.* 184. & *in manual. cap.* 21. *num.* 89. Nugn. 2. 2. *qu.* 83. *art.* 13. vers. *Est aliud dubium.* Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 3. *in fine.* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 5. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 9. Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 14. *num.* 31. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 3. Laiman. *lib.* 1. *Theol moral. tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 2. vers. *Tertium, quod notant.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct.* 11. *num.* 25. & *disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *punct.* 9. *nu.* 8. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 307. Sà *verbo.* Missæ auditio. *num.* 2. Llamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 216. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 14. Villalob *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 35. *num* 11. Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 22. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 16. Marchin. *de sacram. Ordin tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 11. Isidorus *in Thesauro, verbo.* Missæ auditio. *num* 40. Beia *part.* 1. *casu* 21. Candid. *disquisit.* 25 *art.* 29. *dub.* 3. Ioan. Escobar *de Hor. canon. quæst.* 4. *num.* 136. Dicastil. *De sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 9. *nu.* 111. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *numero.* 215. vers. *Ex his patere.* Scortia *lib.* 2. *de sacrific. mis. cap.* 20. *n.* 10. Bassens *in Florib. verbo.* Missa 8. *nu.* 2. Molfes *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 43. Baunius *part.* 1. *Theol. moral. tract.* 6. *quæst.* 6 *de præcept. audien. mis.* Quintanaduen. *De subit. cap.* 8. *num.* 12. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 27. Facundez *præcept.* 1. *Eccles lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Fernandez *part.* 2. *Exam. Theol. mor. c.* 8. §. 1. *n.* 3. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist quæst.* 806. vers *Nihilominus.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 4 Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19. vers. *Requiritur præterea.* Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 68. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *nu.* 147. Gaspard. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. mis. difficul.* 2. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. moral.* 23. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 26.

Tenendum est ergò. *Recitantem Horas canonicas* 4
dum simul audit Missam satisfacere vtrique obligationi. Et idem dicendum est quoad alias præces, quæ ex obligatione sunt recitandæ. Ratio est. Quia, vt experientia constat, optimè conseruatur exterior attentio, nempè assistentia religiosa ad sacrificium in speciem deferentis cultum Deo, cum recitatione Horarum canonicarum, & debita attentione in ordine ad recitationem: nam hæc intentio interior ad recitationem non excludit attentionem interiorem ad necessariam pro actu exteriori iniuncto in auditione Missæ; nam illa solum requiritur ex vi præcepti quæ est necessaria pro ponenda, & manutenenda religiosa assistentia, quæ dum continuatur à posteriori colligitur, quod adsit necessaria attentio interior. Ergo non sunt incompossibiles, hi duo actus externi, quatenus cadunt sub præcepto.

Confirm. In auditione Missæ exercetur actus re- 5
ligionis, quo Deo tribuitur cultus per sacrificium, an proindè audiens se submittit Deo recognoscendo ipsum vt supremum dominum. Rursus idem præstat in recitatione quarumcumque precum, quadi-
rignum

riguntur ad Deum vt ſupremum Dominum, quo continuò indigemus, & à quo omnia bona nobis proueniunt. Ergo poreſt facilè expreſſa attentione attendere quiſque vtrique actioni, cum tendant ad eumdem terminum ex eodem motiuo religionis; ſiquidem, licet diuerſæ, in ordine tamen ad attentionem ſe habent per modum vnius, cum vniantur in termino, & motiuo. Ex quibus ſolutum mane: fundamentum oppoſitæ ſententiæ, falſum eſt enim, quod recitatio Horarum canonicarum impediat attentionem neceſſariam pro auditione Miſſæ.

5 An autem interueniat aliquod peccatum, affirmant, quando ſine rationabili cauſa id fit Nauar. *De orat. cap. 19. num.* 178. Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 14. *art.* 1. *dub.* 6. Nogn. 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de præcept. audien. miſ. poſt.* 6. *concluſ.* ver. *Nihilominus videtur.* Alij verò volunt, eſſe peccatum veniale, ſi recitentur aliæ preces, dum Sacerdos alta voce recitat ſuas præces. Ita Caiet. *in ſum.* verbo. *Feſtorum violatio.* Qui ſubdit, quod ſine vllo peccato recitari poſſunt Horæ canonicæ, quando aſſiſtens Miſſæ adeò diſtat, vt non audiat Sacerdotem. Rurſus alij, committi peccatum veniale, ſi attentio di-
1 rigatur ad verba, quia tunc euadit imperfecta. Ita Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæſt.* 3. Fauſtus *lib.* 2. *de Euchar. quæſt.* 407. ver. *Cæterum.*

6 Sed abſolutè tenendum eſt, quod nullum interueniat peccatum. Ita Henriquez *lib.* 9. *ſum. cap.* 25. *num.* 5. Coninch. *de Sacramen. quæſt.* 83. *art.* 6. *num.* 307. Leander *in præcept. Eccleſ. tract.* 2. *diſp.* 1. *qu.* 69. ver. *ſed longè.* Franciſ. Lugo *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 14. *quæſt.* 11. *num.* 149. Nam quantum eſt ex vi attentionis non ſunt incompoſſibiles, neque attentio neceſſaria pro recitatione horarum canonicarum minuit attentionem neceſſariam pro Miſſa: nam cum remaneat attentio externa abſque vlla diminutione, nihil detrahitur de interna, quam ratione externæ exigit præceptum, quia non exigit maiorem, quàm ſit neceſſaria pro externa ponenda, & manutenenda. Quod ſi minuatur aliquando id prouenit ex alia cauſa, non autem ex concurſu recitationis horarum canonicarum.

QVÆSTIO 1321.

An audiens Miſſam ſatisfaciat præcepto, ſi voluntariè diſtrahatur in varias cogitationes.

SVMMA.

1 *Qui audiens Miſſam voluntariè diſtrahitur in varias cogitationes quomodo peccare poſſit.*

2 *Voluntaria diſtractio interna an impediat, ne impleatur præceptum.*

3 *Diſtractio interna non impedit attentionem neceſſariam pro audienda Miſſa.*

4 *Diſtractio voluntaria dum auditur Miſſa an peccaminoſa venialiter.*

5 *Diſtractio aliàs non mala, non eſt peccaminoſa.*

1 SVpponendum eſt tanquam certum. Poſſe peccare venialiter, vel mortaliter iuxta qualitates cogitationum in quas diſtrahitur. Si enim ſint cogitationes turpes, & ex obiecto peccaminoſæ mortaliter, peccabis mortaliter: venialiter verò, ſi ſint tantum venialiter peccaminoſæ. Hoc tamen peccatum non erit ob carentiam debitæ attentionis, ſed veluti extrinſecum obſeruantiæ præcepti. Vndè videndum eſt, an hoc excludat neceſſariam attentionem pro adimplendo præcepto.

2 Quod autem voluntaria diſtractio interna impediat adimpletionem præcepti tenent ij, qui volunt requiri attentionem ſaltem ad Deum: nam certum eſt, quod voluntaria diſtractio excludit hanc attentionem internam. Econtra verò, qui volunt, non requiri pro implendo præcepto aliquam attentionem internam, ſed ſufficere externam, conſequenter tenere debent, quod voluntaria diſtractio interna non impediat, quin præceptum adimpleatur. In ſpecie autem id tradunt Suar. *tom.* 2. *de relig. tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 11. Loquens de diſtractione recitantis Horas Canonicas. Lugo Cardin. *diſp.* 22. *de Euchariſt. ſect.* 2. *num.* 41. Dicaſtil. *de Sacram tract.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 8. *num.* 102. Franc. Lugo *lib.* 5. *de ſacramen. cap.* 14. *quæſt.* 10. *num.* 141. Caſpens. *tom.* 2. *Curſ. theol. tract.* 23. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 25.

3 Cum quibus dicendum eſt. *Diſtractionem voluntariam internam non impedire, quin audiens Miſſam ſatisfaciat præcepto.* Hoc autem procedit ſuppoſito, quod remaneat attentio externa. Ratio eſt. Quia diſtractio voluntaria interna non excludit aliquam attentionem neceſſariam pro adimplendo præcepto. Ergo non impedit, quin audiens Miſſam ſatisfaciat præcepto. Nam in tantum impediret, in quantum excluderet aliquam attentionem neceſſariam. Anteced. prob. Quia ſub præcepto non cadit, niſi illa attentio, quæ eſt neceſſaria pro ſubſtantia actus imperati, qui eſt concurſus ad offerendum ſacrificium Deo mediante Sacerdote, qui concurſus conſiſtit in morali, & religioſa aſſiſtentia ordinata, & compoſita ad deferendum cultum Deo. Ex natura autem huius actus tam ex vi præcepti Eccleſiæ, quam ex vi iuris naturalis diuini non requiritur alia attentio, & applicatio mentis, quàm illa, quæ eſt neceſſaria ad ipſum ponendum in eſſe & manutenendum quandiu durat ſacrificium, quia requiritur tantum ſecundum exigentiam actus. Ergo quandiu durat dicta aſſiſtentia, voluntaria diſtractio non excludit aliquam attentionem neceſſariam pro tali actu, Nam ſupponitur ab initio interueniſſe voluntatem audiendi Miſſam ex motiuo religionis & conſequenter etiam applicationem mentis, cuius virtute ſequuta ſit dicta aſſiſtentia, & attentio externa, quæ dum continuatur nihil deeſt ex parte interioris attentionis, quod ſit neceſſarium pro ea manutenenda.

4 Dubitari tamen poteſt, an ſaltem in hoc interueniat peccatum veniale. Certum eſt tamen, quod actus ille obſeruantiæ præcepti eſt minus perfectus, quàm eſſet, niſi adeſſet talis voluntaria diſtractio, quia actus externus proueniret, & manuteneretur à perfectiori interno, & conſequenter participaret in maiori perfectione morali actus interni: & proindè etiam magis Deo placeret. Ex hoc tamen non fit, quod ſit peccaminoſus venialiter, nam dicta perfectio non eſſet ipſi debita, tunc enim tantum actus eſt peccaminoſus, quando deeſt aliqua perfectio, quæ eſt ipſi debita ex aliqua lege.

5 Quod ſpectat ad peccatum veniale Suarez *tom.* 2. *de relig. tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. etiam in oratione nullum putat interuenire peccatum. Quod per ſe loquendo exiſtimo verum. Nam cum voluntaria diſtractio relinquat attentionem neceſſariam, nec vlla adſit obligatio ponendi meliorem attentionē, voluntas nolens illam ponere non eſt mala, quia eſt voluntas non faciendi, quod ſub nulla cadit obligatione. Ergo nec etiam erit mala voluntas ponendi diſtractionem, quia in tantum poſſet eſſe mala, in quantum impediret meliorem attentionem, ſuppoſito, quod aliàs diſtractio non ſit ex ſe mala, poteſt facile eſſe occaſio peccati venialis.

QVÆSTIO 1322.

An huc illuc circumspiciens, dum audit Missam, satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1. *In ordine ad obseruantiam præcepti eadem est ratio siue circumspectio sit curiosa, siue prophana.*
2. *Huc illuc circumspiciens in audienda Missa peccat venialiter.*
3. *An impleat præceptum.* & num. seq.
4. *Circumspectio continua tollit formam moralem religiosæ assistentiæ.*
5. *Quid si sit interpolata.*
6. *Quæ circumspectio distrahat attentionem externam.*

1 QVoad impediendam obseruantiam præcepti est eadem ratio, siue circumspectio sit prophana, siue tantum curiosa. Nam ea eo, quod sit prophana, potest quidem importare speciale peccatum, quod non importet curiosa, & æqualiter potest impedire attentionem necessariam, atque adeò obseruantiam præcepti; cum impedimentum attentionis non proueniat ex prophanitate, sed ex ipsa circumspectione, quæ ea sui natura distrahit.

2 Est autem certum, quod huiusmodi circumspectio est saltem peccatum veniale, quia deformat religiosam assistentiam, cum qua audiens Missam debet assistere. Imò potest aliquando esse peccatum mortale, si nimirum sit occasio scandali, etiam si alias de se esset tantum curiosa; potest etiam præbere occasionem temerarij iudicij circa ipsam personam circum spicientem; facile enim homines accipiunt in sinistram partem alienas actiones, præsertim quia huiusmodi circumspiciens eacitare potest ad iudicandum, quod circumspectis aut male sentiat de rebus diuinis, aut illas contemnat.

3 An autem compossibilis sit cum attentione necessaria pro implendo præcepto, negant Hurtad. *de sacrament. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 2. Leandet *in præcep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 79. qui tamen limitat ad circumspectionē continuatam toto tempore Missæ. Secus autem si discontinuatè Gesual. *tract.* 17. *de sacram. cap.* 2. *num.* 26. Llamas 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 10. *num.* 119.

4 Et quidem, si circumspectio sit continua, videtur certum, quod obstet, ne impleatur præceptum quia destruit religiosam assistentiam externam ordinatam ad Dei cultum. Nam quamuis audiens Missam corporaliter assistat, etiam genuflaus, illa tamen continuata circumspectio tollit formam moralem religiosæ assistentiæ externæ, & externæ attentionis; nam secundum esse sensibile distrahit à cultu externo Dei, & sensibiliter declarat, quod illa præsentia non sit ordinata ad cooperandum sacrificio, sed ad curiositatem, vel alium finem: atque adeò desumitur substantia actus moralis directè ioiuncti.

5 Si verò circumspectio sit interpolata, considéranda est, quanta sit, & quantum obstet externæ attentioni. Si enim sit adeò notabilis, vt secundum moralem æstimationem destruat attentionem externam, impediet etiam adimpletionem præcepti, quod sine externa attentione impleri non potest, cum hæc sit substantia operis iniuncti. Secundum autem moralem æstimationem destruet, etiam si aliquando videatur attendere ad celebrationem Missæ, quia adhuc secundum esse sensibile apparebit, quod non sit attentio respectu celebrationis: sicut enim attentio externa respectu Missæ admittit aliquas circumspectiones etiam frequentes ad alia obiecta: ita etiā attentio externa ad alia obiecta potest admittere aliquas circumspectiones ad celebrationem Missæ. Nec iuuat, quod ab initio assistentia ordinata sit ad attendendum celebrationi Missæ, quia successit factum contrarium, & se habet veluti si protestatio esset contraria facto.

Est tamen aduertendum. Quod non omnis circumspectio est sufficiens ad distrahendum attentionem externam: sed eam tantum, quæ aliquam signum sensibile indicat internam applicationem 6 mentis, itavt ea tali voluntaria applicatione oriatur; nam si indicet tantum raptum mentis momentaneum & indeliberatum, sicut talis raptus mentis non est sufficiens ad tollendam attentionem internam, ita nec externa circumspectio ad tollendam externam, dummodo perseueret habitus personæ inductus pro attentione externa. Et ideò, licet hæc valdè frequens sit, non obstabit, quin adimpleatur præceptum, cum non destruat externam attentionem.

QVÆSTIO. 1323.

An confabulatio impediat, ne audiens Missam satisfaciat præcepto.

SVMMA.

1. *Confabulatio inter audientem Missa potest esse peccatum mortale.*
2. *Confabulatio modesta an impediat ne impleatur præceptum de audienda Missa.*
4. *Confabulatio continua impedit religiosam assistentiam ad Missam.*
5. *Excludit externam attentionem.* *Paria sunt aon esse fine & esse affecta.*
6. *Interpolata confabulatio regulariter non impedit ne impleatur præceptum.*
7. *Quid si modus externus indicet specialem applicationem.*
8. *Colloquntio excludens attentionem externam pro notabili parte, impedit, ne impleatur præceptum.*

COnfabulatio talis, & tanta esse potest, vt de 1 se sit peccatum mortale, vt si fit cum cachinis, alta voce, vt notat etiam Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. *circa finem* ver. *In calce demum.* Nam ita confabulantes peccarent, etiamsi aliàs non interessent Missæ; nam sola præsentia cum tali confabulatione contineret grauem irreuerentiam erga sacrificium, & erga Deum ratione loci, & temporis, & mysterij, quod peragitur. Siquidem hæc omnia exigunt in præsentibus specialem reuerentiam. Et esset occasio scandali, vel qoia exemplum induceret ad deponendam reuerentiam erga Deum, & diuina mysteria; vel quia præberetur motiuum sinistrè iudicandi de confabulantibus.

Difficultas ergo reducitur ad confabulationem modestam. Prima sententia docet, confabulationem non impedire, quin adimpleatur præceptum. Ita Medina *C. De pænit. quæst. de pænis. temp. miss. imple.* Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. *circa fin.* vers. *In calce.* Et Medina extendit hoc etiam ad mercatores: qui cum alijs de commerciis tractat. Fundamentum est. Quia non requiritur tanta attentio, quanta requiritur in recitandis horis canonicis: nec talis

confa

confabulatio repugnat cum externa attentione necessaria.

2 Secunda sententia docet, continuam confabulationem, præsertim, si sit de rebus serijs, impedire, ne adimpleatur præceptum. Secus autem, si confabulatio non sit continua, sed interpolata itavt assistens modò confabuletur, modò attendat. Ita Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio.* Syluester *verbo.* Missa 1. *quæst.* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 1. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 3. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 3. ver. *Ex his autem* Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 7. Faeundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. Medina *in sum. cap.* 19. § 9. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 216. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 11. *num.* 24. Lamas 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 10. *init.* Lugo Cardin. *disp.* 22. *de Euchar. sect.* 2. *num.* 24. Hurtad. *de sacrament. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 2. Basseus *in Florib. verbo* Missa 8. *num.* 6. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *de precep. and. miss. post.* 6. *conclus.* vet. *Circa tertiam partem.* Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 4. *respon.* ver. *Si quis cogitet.* Bauo. *part.* 1. *theol. moral. tract.* 6. *quæst.* 2. *de precep. aud. miss.* Candid. *disquisit.* 23. *art.* 19 *dub.* 2. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 15. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 403. ver. *Hinc peccat.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul.* 9. *num.* 4. Dicastil *de sacram. tract.* 7. *disp.* 5. *dub.* 8. *num.* 109. Auersa *quæst.* 11. *de Eucharist. sect.* 19 ver. *requiritur præterea.* Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 25. Leander *in præcep. Eccles. tract.* 4. *disp.* 1. *quæst.* 77. & 78. Coninch. *De sacramen. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 198. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacramen. cap.* 14. *quæst.* 10. *num.* 110.

3 Dicendum 1. *Continuam confabulationem impedire ne assistens Missæ satisfaciat præcepto.* Hoc autem accipiendum est, nedum si confabulatio continua duret toto tempore Missæ, sed etiamsi duret per notabilem partem. Ratio est. Quia pro implendo præcepto requiritur assistentia religiosa cum attentione externa ordinata ad cultum diuinum, itavt in specie externa appareat assistentem vacare cultui diuino. Et talis assistentia cadit sub præcepto pro toto tempore Missæ, itavt si per notabilem partem Missæ deficiat, eodem pacto se habeat, ac si non assisteret. Colloquutio autem continua, aut tractatio de negocijs tollit hanc attentionem externam, quia colloquutio distrahit ab attendendo, & applicat ad tractandum cum illo quem alloquimur. Attentio enim & distractio ex genere suo opponuntur, & ideò etiam distractio, & attentio externa. Colloquutio, autem cum alio distrahit ab attentione in ordine ad celebrationem Missæ, cum faciat alteri obiecto attendere.

4 Confir. Illa assistentia seiungitur ab attentiona externa, quæ est forma moralis illius actus externi, qui iniungitur per præceptum: & proindè remanet nulla assistentia absque sensibili specie cultus, externi Deo exhibiti & proindè non est cum illo effectu attendendi cultui diuino, quem intendit Ecclesia. Vndè cum paria sint non esse, vel esse sine affectu, *l. si quis sub conditione ff. de testam. tut.* & *l. Ex consensu.* §. 1. *ff. De appellat.* & notant communiter Doctores Surd. *decis.* 51. *num* 11. Bald. *in l.* 1. §. *Quod autem. ff. de offic. Præfec. Vrb.* eodam modo res se habet, ac si non assisteret. Si ergo non implet præceptum, dum non assistit, etiam solum per notabilem partem, neque etiam implebit, dum confabulatur continuò etiam per notabilem partem.

5 Dicendum. 2. *Qui interpolatè confabulatur, itavt modò attendat, modò confabuletur satisfacit præcepto regulariter.* Dixi *regulariter* quia fieri potest, quod non satisfaciat, si nimirum confabulatio sit talis, vt pro illo tempore, quo durat, excludat attentionem externam, & ex pluribus confabulationibus interpolatis consurgat notabilis confabulatio correspondens parti notabili Missæ. Ratio est. Quia confabulatio interpolata, & veluti occasionalis non distrahit ab externa attentione, quia dum perseuerat actus externæ attentionis, non declarat, quod mens abstrahatur ab externa attentione, sed tantum, quod se extendat ad alterius breuem considerationem, & proindè externa attentio non solum conseruatur secundum habitum corporis, sed etiam secundum formam moralem, quam recipit ab interna. Ergo retinet etiam substantiam actus iniuncti per præceptum.

6 Si tamen confabulatio sit de rebus serijs, & modus externus indicet specialem applicationem deliberatam ad res, de quibus est colloquutio, quamuis sit interpolata, dummodò tamen correspondeat notabili parti Missæ, impediet adimplementum præcepti non secus, ac si discederet interpolatè, & rediret; nam, quamuis corpore sit præsens, non est tamen præsens mo aliter, quia illa deliberata applicatio ad alias res per colloquutionem interrumpit formam moralem attentionis externæ quæ tollitur ex deliberata applicatione, & attentione ad aliud, quod sensibiliter innotescat.

7 Ad fundamentum in oppositum respond. Quod licet non requiratur tanta attentio interna pro audienda Missa, quanta requiritur pro recitandis horis canonicis, requiritur tamen continua attentio externa: & ideò si hæc desit, aut totaliter, aut pro notabili parte Missæ, præceptum non adimpletur. Colloquutio autem potest tollere, aut in totum aut ex parte attentionem externam, vt constat ex dictis. Et ideò quando tollit saltem pro notabili parte, non requiritur externa attentio necessaria: atque adeò præceptum non adimpletur.



DE CAVSIS EXCVSANTIBVS AB AVDIENDA Missa.

Cum præceptum audiendi Missam sit positiuum, seù affirmatiuum, habet suas causas excusantes, sicut habent etiam cætera præcepta. Quia cum obliget morali modo, obligat etiam tantum eos, qui morali modo possunt adimplere. Ex quo fit, quod consurgant plures, & diuersæ causæ excusantes, & in diuerso genere, de quibus tractant Doctores, & in præsenti examinandæ sunt.

QVÆSTIO 1324.

An dispensatio excuset ab audienda Missa, & quis dispensare possit.

SVMMA.

1 *Dispensatio excusat ab audienda Missa.*
2 *Pontifex potest dispēsare in præcepto audiēdi missam.*

3 *Non tamen absolutè.*
4 *Prælati inferiores dispensant in præcepto audiendi Missam.*
5 *Ita concedente consuetudine:*
6 *Requiritur tamen iusta causa, & qualis.*
7 *Absoluta dispensatio in præcepto audiendi Missam vix potest esse rationabilis.*

1 CErtum ast apud omnes, quod dispensatio excuse. ab audienda Missa: Siquidem est relaxatio obligationis, quam lea inducit iuata Cap. *Necessario*, & Cap *Dispensationes*, & Cap. *Tansa* & Cap. *si quis* 1. *quæst*. 7. & tradunt communiter cum Gloss. *in Cap. Requiritis* 1. *quæst*. 7. Et ideò eum obligatio præceptorum Ecclesiæ sit sub potestate, & dispositione eiusdem Ecclesiæ, accedente dispensatione, relaaabitur obligatio, & dispensatus non tenebitur audire Missam. Solum ergo difficultas est, quis, & quomodo possit dispensare.

2 Diceodum 1. *Summum Pontificem posse dispensare in præcepto audiendi Missam*. Ita communiter præsertim Suatez *disp*. 88. *de Euchar. sect*. 1. ver. *Tertiò sequitur*. Facundez *præcept*. 1. *Eccles lib*. 2. *cap*. 1. *num*. 11. Hurtad. *de sacram. disp*. 5. *de sacrifi. Miss. diffic*. 1. vers. *Conueniunt Secundò* Azor. *part*. 2. *lib*. 2. *cap*. 28. *quæst*. 5. Faust. *lib*. 2. *de Euchar. quæst*. 422. Trullench. *lib*. 3. *in Decal. cap*. 1. *dub*. 5. *num*. 2. Dicastil. *de sacram. tract*. 5. *disp*. 5. *dub*. 2. *num*. 17. in fine. Leander. *in præcep. Eccles. tract*. 2. *disp*. 1. *quæst*. 13. Et hoc habet locum atiamsi præceptum secundum substantiam sit de iure diuino naturali. & secundùm determinationem Ecclesiasticam. Per dispẽsationem namque tollera potest obligationem, quæ nascitur ea determinatione Ecclesiæ, & telinquere in suo statu, quod est de iure naturali diuino.

3 Dicendum 2. *Non posse summum Pontificem absolutè, & totaliter cum aliquo dispensare super obligatione audiendi Missam saltem quoad illam partem, quæ continet substantialem obligationem sacrificij*. Pro quo est aduertendum: aliud esse, quod obligatio cesset in aliquo, vel ob impotentiã, vel ob aliam causam & aliud quod durante obligatione dispensetur. Primum contingere potest si quis ob infirmitatem, vel aliam causam perpetuam impediatur, ne possit accedere ad audiendam Missam. Secundum autem non potast habere locum. Ratio est. Quia colere Deum per sacrificium pertinet ad ius naturale, & in lege noua atiam ad ius Diuinum, vt suo loco ostansum est Ergo cum in lege Euangelica vnum sit tantum, sacrificium, quod in Missa Deo offertur, non potest Summus Pontifex dispensara omninò ab audienda Missa saltem quoad illam partam, in quo durat oblatio, & consumptio Sacrificij secundùm substantiam.

4 Dicendum 3. *Prælatos quoque inferiores posse in hoc præcepto, quatenus Ecclesiasticum est, dispensare iuxta occurrentes occasiones pro certis vicibus: non autem absolutè*. In hoc conueniunt communiter Doctores, quatanùs docent, quod inferiores Prælati dispensare possunt in legibus Pontificijs in casibus eatraordinariis, & in quibus non potest recurri ad Summum Pontificem. Ita Abbas *in cap. At si Clerici* §. De *Adulteriis num*. 9. De *Iudic*. Felin. *num*. 3. Bald. *in l. Omnes Populi num*. 8 ff. *De iust. & iur*. Speculat. *tit. de dispensat*. §. *Nunc de Episcopor. num*. 30. in fine. Milis. *in Repertor. verbo* Dispensara *potest Episcop*. Cotta *in Memoralib. verbo. Dispensatio*. Vasquez 1. 2. *disp*. 178. *cap*. 2. *num*. 16. Henriquez *lib*. 12. *sum. cap*. 2. *num*. 2. Azor. *part*. 1. *lib*. 5. *cap*. 15. *quæst*. 7. Sylnest. *verbo*. Dispensatio. *num*. 15. Angel. *num*. 5. Armilla *num*. 19. Suarea *lib*. 6. *de legib. cap*. 14. *num*. 10. Salas *disp*. 20. *de legib. sect*. 3. *num*. 23. Sanchea alios citans *lib*. 2. *de matrim. disp*. 40. *num*. 3. & *lib*. 8. *disp*. 9. *num*. 22.

Ratio est. Quia licet inferior non possit aliquid supra leges superioris, & illius tantum sit soluere obligationem legis, cuius est ligara, consuetudine tamen introductum est, vt in casibus eatraordinariis, in quibus non potest recurri ad Pontificem, quod Episcopi, & cæteri Prælati valeant in legibus Pontificiis dispensare, ita eaigente recta ratione regiminis, vt sufficienter sit prouisum gubernationi subditorum, & tacitè approbantibus Summis Pontificibus, vt constat ea praai præsertim in præceptis ieiuniorum, & sanctificationis festorum.

Circa autem causam, est aduertendum, quod non possunt Prælati io hoc præcepto dispeosare, nisi concurrante iusta causa, vt in spacie notat Paustus *lib*. 2. *de Eucharist. quæst*. 422. vers. *Quando Prælati*. Alioquin dispensatio erit nulla, vt tradunt communiter in materia de dispensatione. Non requiritur tamen causa valdè vrgens, quaorum est ex parte validitatis dispensationis. Quia si causa ast grauis, de se excusat, vt constat ex praai absque alia dispensatione, cum ita obsernantia intarpretetur legem, vt constabit ea dicendis: & ideò requiritur minor causa, quia cum dispensatio debeat soluere obligationem legis; non debet causa esse talis, vt de se soluat. Verum non congruit. Quod Prælati dispensant in hoc præcepto, quia si causa est grauis, de se soluit obligationem, si verò est dubia, aut minùs grauis, non eapedit, quod fideles omittant, hunc cultum Dei, cum parùm temporis pro implendo hoc præcapto requiratur. Vndè Pontifea in Cap. *Licet de feriis*, quamuis dispensaaerit pro piscatione eaercenda certo anni tempora in diebus festis, noluit tamen dispensare in præceptò audiendi Missam. 5

Quod verò spectat ad Summum Pontificem, licet possit dispensare in suis legibus absquè causa, quæ se teneat ea parte dispensati, & sufficiat, quod ea parta ipsius rationabile aliquod motiuum vt latè ostendi in Praxi ieiunij *decis*. 382. *nu*. 4. & *sequenti*. Attamen via videtur posse occurrere casus, in quo absoluta dispensatio sit rationabilis quoad illud totum, quod de iure Ecclesiastico importat obligatio audiendi Missam: Nam ratio eaigit, quod Pontifex potius augeat, quàm minuat cultum Diuinum, præsertim illum, quem deferunt fidales in audienda Missa. Vndè seclusa causa ea parte dispensati, non videtur, quod ratio subministrare possit motiuum honestum pro totali dispensatione præcepti, quoad obligationem, quam habat ab Ecclesia. 6

QVÆSTIO 1325.

An ignorantia, obliuio, inaduertentia excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Ignorantia, & obliuio an excuset ab audienda Missa;* & num. sequant.
2 *Ignorantia, obliuio &c. causant inuoluntarium.*
3 *Ignorantia iuris excusat non audientem Missam.*
4 *Dubius, an sit dies festus an excusetur ab audienda Missa.*
6 *Quando cum dubio operans peccet.*

PArtem negatiuam, nempè non excusari aliquem ratione ignorantiæ, aut obliuionis ab audienda Missa, tradunt Angles. *in floribus in* 2. *sentent. dist*. 35. *quæst*. 2. *De essent. peccat. omiss. diffic*. 3. *dub*. 2. Vega *part*. 2. *sum. cap*. 41. *casu* 38. Fundamentum est. Quia non videtur in hac materia dari posse ignorantiam, aut obliuio 1

obliuionem, nisi præcedat negligentia culpabilis erga res diuinas, circa quas cum teneatur adhibere diligentiam, ignorantia, & obliuio erit culpabilis.

2 Dicendum tamen est. *Posse aliquem excusari ab audienda Missa ratione ignorantiæ, obliuionis, inaduertentiæ* &c. Ita communiter Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst.* 4. Suarez. *disp. 88. de Eucharist. sect.* 6. ver. *Vltimò reuocatur.* Filliuc. *tract. 5. num.* 225. Facundez *precep.* 2. *Eccles. lib. 2. cap. 9. num.* 1. Bonac. *disp. 4. de Sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 17. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 7. Faust. *lib. 2. de Euchar. quæst.* 422. ver. *Tertia causa.* Basseus *in Florib. verbo.* Missa 9. *num.* 6. Dicastil. *tract. 5. de Sacram. disp. 5. dub.* 10. §. 1. *num.* 159. Caspens *tom.* 1. *Curs. Theol. tract. 23. disp.* 4. *sect. 4. num.* 28. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp* 2. *quæst.* 55. Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 11. num.* 3.

3 Hoc autem procedit, supposito; quod ignorantia non sit culpabilis, seù affectata. Ratio desumitur ex generali regula; quod ignorantia: & idem est de obliuione, & inaduertentia, causat inuoluntarium; quam tradunt Aris. *lib. 2. Eth. cap* 1. *&* Diu. Thom. 1. 2. *quæst. 6. art.* 8. & amplectuntur omnes Theologi in materia de Actib. human. Siquidem cum voluntarium sit illud, quod est à principio intrinsecô cum cognitione singulorum; si excludatur cognitio excluditur principium voluntarij, atque adeò etiam ipsum voluntarium. Vbi autem non est voluntarium non potest esse peccatum. Ignorantia autem, obliuio; & inaduertentia tollunt cognitionem saltem actualem, quæ requiritur pro voluntario.

4 Et hoc valet non solum quoad ignorantiam facti, sed etiam quoad ignorantiam iuris in particulari, an scilicet in hoc festo adsit præceptum audiendi Missam, an verò tantum ea deuotione colatur. Imò etiam quoad ignorantiam iuris in vniuersum, quæ licet difficile dari possit in aliquo fideli, non est tamen impossibilis in aliquo puero, aut stupido, vt notant Azor, Suarez; Filliuc, Facundez, Lugo, *num.* 2. citati. Et quamuis regula sit, quod ignorantia iuris non excusat; intelligitur quoad præsumptionem fori exterioris; Quia regulariter talis ignorantia non præsumitur, non autem in foro Conscientiæ, in quo non attenditur præsumptio, sed veritas. Nam ratio, quod ex ignorantia procedit inuoluntarium est; sine quo impossibile est dari peccatum, quod imputetur. Et quamuis quisquè teneatur scire, quæ pertinent ad proprium statum, fieri tamen potest; quod inculpabiliter ignoret; aut quia non habuerit, à quo edoceatur, aut quia non aduerterit, aut etiam ignorauerit obligationem discendi, aut ex aliquo alio capite.

5 Maior difficultas est de eo, qui est dubius, an sit dies festus, in quo obliget præceptum audiendi Missam; potest enim scire esse diem festum, & ignorare, an sit colendus ex præcepto Ecclesiæ, an ex sola deuotione Populi, & proindè dubitare an teneatur audire Missam. In quo casu est certum; quod tenetur adhibere diligentiam, & se certificare. Sed quid si adhibita diligentia adhuc remanet cum eodem dubio, aut non haberet, à quibus edoceri possit. Resp. In tali casu excusari iuxta regulam, quod in dubijs sit melior conditio possidentis: possidet autem ipse propriam libertatem; & exemptionem ab obligatione legis, quæ non obligat ignorantes cum mediante notitia constringat hominum Voluntates. Præceptum autem non possidet apud dubitantem, quia tanquam dubium suspendit propriam obligationem, & ideò omittendo Missam excusaretur.

6 Nec obijci potest, quod omitteret Missam cum dubio, & proinde peccaret, quia operans cum dubio peccat, cum se exponat periculo peccati. Nam tunc operans cum dubio; se exponit periculo peccati quando conscientia ipsa practicè est dubia, itavt dubium versetur circa factum: & proindè fiat id, de quo dubitetur; an dum fit peccetur, aut non peccetur. Secus autem; si dubium sit speculatiuum, & non sit in conscientia, sed in cognitione intellectus: Nam tunc cum tali dubio potest formari conscientia non dubia circa operationem, ex quo procedat recta operatio, quia tunc dubium non influit in operationem; & consequenter non exponit periculo peccandi; vt contingit in præsenti, nam dubitans; an in hoc die festo adsit præceptum de audienda Missa, supposito hoc dubio format conscientiam, quod non teneatur audire; quia non ei constat de obligatione: & secundum hanc conscientiam operatur.

QVÆSTIO 1326.

An bona fides excuset non audientes Missam.

SVMMA.

1 *Bona fides excusat non audientes Missam. Bona fides generat bonam conscientiam.*

2 *Quid si bona fides fundetur in ignorantia iuris naturalis, aut diuini.*

3 *Omittens audire Missam; quia putat se habiturum aliam commoditatem, excusatur.*

4 *Se occupans in venatione cum animo postea audiendi Missam, si labatur tempus; itavt non audiat, excusatur.*

Dicendum est. *Bonam fidem excusare ab audienda Missa.* Vndè qui putat, se legitimam causam habere non interueniendi Missæ, & non interuenit, quamuis reuera non sit talis, excusabitur. Ita Caiet. *in sum.* verbo. *Festorum violatio* Sotus *lib. 2. de inst. & iure quæst. 4. art.* 4. Syluest. *verbo* Missa 1. *num.* 6. ex *verbo,* Missa 2. *num.* 1. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap.* 35. *num.* 5. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst.* 4. Facundez. *precept.* 1. *Eccles. lib.* 1. *cap. 9. num.* 13. Molfes. *part. 1. sum. cap.* 17. *num.* 68. Valent. *tom. 2. disp. 7. quæst. 5. pun. 6. in fine.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 19. Tolet. *lib. 6. sum. cap. 9. in fine.* Armilla *verbo.* Festum *num.* 10. Henriquez *lib. 9. sum. cap.* 25. *num.* 10. Sanchez *lib. 1. sum. cap.* 17. *num.* 21. Trullench. *lib.* 3. *in Decalog. cap. 1. dub. 7. num.* 22. Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub.* 10. *num.* 131. Faust. *lib. 2. de Eucharist. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Leander *in præcep. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst.* 66. Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 14. quæst. 11. num.* 4. & alij, qui hoc ipsum docent in materia deieiunio. Et ratio est. Quia bona fides generat bonam conscientiam, dum facit credere, quod adsit causa sufficiens ad excusandum, aut quod aliàs hic, & nunc non vrgeat obligatio. Operatio autem, quæ procedit ex bona conscientia, non est peccaminosa: aut si aliàs de se est, non imputatur. 1

Et hoc locum habet, etiamsi bona fides esset fundata in ignorantia, quæ respectu iuris naturalis, aut diuini non excusaret, quia scilicet sit mortaliter culpabilis, dummodo non sit crassa; & affectata iuxta ea, quæ, tradunt Caiet. *in sum.* verbo. *Præcepti transgressio.* in fine. Armilla *verbo.* Præsertim *in fine.* Rodriquez *tom. 2. sum. cap.* 196. *conclus.* 2. Sotus *in* 4. 2

dist. 15. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad vlt.* Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 59. Syluester. *verbo.* Ignorantia. *quæst.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 148. *cap. vlt. num.* 62. Valent. *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. ver. *Item verò.* Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 19. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 412. ver. *Quarta causa.* Nam secluso dolo, & ignorantia crassa. omnis alia ignorantia quoad leges humanas excusat. Hoc autem ex eo prouenit, quia non obligant cum tanto rigore, sicut obligat lex diuina & naturalis Cuius rei ea ratio esse potest, quod lex Diuina obligat immediatè, etiam quoad actus internos, & respicit interiorem conscientiam per se primò, in quam introducit ordinem debitum secundum rectam rationem. At lex humana non obligat, quoad internos actus, nisi indirectè, sed respicit solum ordinem, quoad actus externos: & proindè contenta est, quod actus externi sint ordinati, & ideò admittit bonam fidem, quæ sit talis secundum externam apparentiam. Talis autem est illa, quæ fundatur in ignorantia culpabili etiam moraliter, dummodo non sit crassa, & affectata; nam adhuc retinet apparentiã in esse externo bonæ fidei.

3 Ex quibus infertur. Quod si quis iter habens omittat summo mane audire Missam bona fide, putans se habiturum commoditatem, quo peruenturus est ad prandium, excusari, si non inueniat commoditatem, quia scilicet hora celebrandi transacta sit, vt notant Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 22. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 13. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 4. Leander. *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 67. Nam in tali casu omissio Missæ non est voluntaria, imò inuoluntaria, quia quantum est ex se, volebat audire Missam, & bona fide putabat se habiturum commoditatem audiendi, & ideò non imputatur.

4 Secundò infertur. Quod si quis in die festo se occuparet in aliquo exercitio, vt in venatione, aut quocunque alio cum intẽtione postea audiendi Missam; sed interim laberetur tempus, itavt quando ad Ecclesiam accederet, reperiret completam esse celebrationem Missarum, excusaretur, nec omissio audiendi Missam illi imputaretur, quia bona fide processit existimans, se habiturum commoditatem audiendi. Quod etiam locum habet si inaduertenter sineret præterire tempus congruum audiendi.

QVÆSTIO 1327.

An Infirmi excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Impotentia excusat ab obseruantia præcepti.*
2 *Infirmitas excusat ab audienda Missa.*
3 *Obseruantia subsequuta declarat dispositionem.*
4 *Regula quando infirmitas excuset.*
5 *In excusando infirmo ab audienda Missa attendenda circumstantia.*
6 *Retardatio recuperationis sanitatis excusat ab audienda Missa.*
7 *Conualescentes quando excusentur.*
8 *Debiles quoque, & quales.*
9 *Quid de laborantibus tertiana, aut quartana.*
10 *Decumbens in hospitali an teneatur attendere celebrationi Missæ.*

1 CErtum est apud omnes, quod impotentia excusat ab obseruantia cuiuscumque præcepti, nam eo ipso, quod materia præcepta, quamuis in se possibilis, sit alicui impossibilis, desinit præceptum obligare quia non potest secundum rectam rationem exigi ab aliquo, quod in ipsius potestate non est. Si enim terminus obligationis est impossibilis, obligatio quoque est impossibilis, atque adeò esset nulla. Quia tamen varia sunt genera impossibilitatis, tam Physicæ, quàm moralis, ideò examinandæ sunt causæ, ex quibus oritur impossibilitas audiendi Missam, & de iis sigillatim agendum. Hæ autem causæ reducuntur ad varia genera impossibilitatis: vndè prius agendum est de iis, quæ reducuntur ad impossibilitatem corporalem.

Dicendum est. *Infirmos excusari ab audienda Missa.* 2
Hoc autem intelligitur non solum quoad Infirmos illos, qui non solum absolutè non possunt surgere è lecto, sed etiam quoad illos, qui non possunt ire ad Ecclesiam sine aliquo probabili detrimento salutis. Ita communiter D. Doctores Caiet. 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. in fine. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. var. *Tertium caput.* Facundez *præcepto.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 2. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 18. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de Sacrif. Miss. difficul.* 6. Scortia *lib.* 2. *de sacrif. mis. cap.* 20. *num.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num* 16. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 2. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap* 8. *quæst.* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. & 173. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 5. Gesuald *de sacrum. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 38 Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Leander. *in præcept. Ecclesiæ tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 13. Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *secundum bonam.* Gabr. à S. Vincent. *disp.* 3. *de sacrif. mis. quæst.* 8. vers. *Quarta difficultas.*

Ratio est. Quia leges, & præcepta obligant secun- 3
dum mẽsuram obseruantiæ subsequutæ Hæc enim declarat omnes dispositiones l. *sed Julian.* §. *Porrò* ver. *sed & si ff. Ad senat. Consult. Macedon*, & *l. si vel interpretatione ff. de legib.* & Cap. *Cum venissent. De constit.* & Cap. *cum Dilectus. De consuet*, & notant communiter Doctores Alexand. *consil.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. Roman. *consil.* 271. *num.* 4. Aret. *consil.* 11. ver. *sed limita.* Craoet. *consil.* 226. *num.* 6. Paris. *consil.* 27. *num.* 24. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 38. *num.* 6. *lib.* 1. Bald. *consil.* 130. & *in l. Hi quibus. C. de fideicom. libert.* Castrens. *consil.* 108. *per totum. lib.* 1, Socin. Sen. *consil.* 111. *circa finem. lib.* 1. Corneus *consil.* 193. *num.* 10. *lib.* 2. Rota coram. Merlino *decis.* 450. *num.* 12. Constat autem ex praxi, quod obseruantia ita interpretetur præceptum audiendi Missam, vt excusentur Infirmi, quando timetur aliquod nocumentum in ordine ad salutem.

Solum difficultas esse potest. Quanta debeat esse 4
Infirmitas, vt excuset, aut quantum nocumentum, quod timetur. Videtur autem constitui posse hæc regula, vt nimirum quando Infirmitas impedit consueta exercitia, aut egressum è Domo: itavt hoc existimetur congruere in ordine ad curam Infirmitatis, & ad salutem Corporalem, afferat etiam sufficientem excusationem in ordine ad audiendam Missam. Nam cum Missæ auditio importet exercitium Corporale non solum eundi ad Ecclesiam, sed etiam assistendi corporaliter celebrationi, videtur hoc exercitium posse regulari prudenter secundum illam regulam, qua regulantur cæteræ actiones corporales, Et quia si semel quis intuitu salutis corporalis abstinet à

net à consuetis actionibus cotporalibos, videtur etiam sine scrupulo posse ab hoc quoque abstinere. Ea quo fit, quod etiam iuata diuersitatem compleaionis, qualitatem personæ prout videlicet est solita habere maiorem, vel mioorem rationem salutis corporalis, in hoe iudicandum sit. Et ideò in hac materia prndens iudicum plurimum poterit, quod erit sufficiens, vt tuta conscientia possit qois abstinere ab audienda Missa.

5 Ex quibus infertur. Quod in hac materia habenda sit ratio circumstantiarum tempotis, & loci, quò eundum est pro audienda Missa. Nam qui aliàs eacusarentur si Ecclesia valdè distet, via sit aspera, aut alio modo difficilis, si tempus pluuiosum sit, si sub radijs solis incedendum sit, & aliæ huiusmodi circumstantiæ considerari debent. Quibus stantibus, etiamsi Infirmus non impeditetur, quia solitas actiones quas solitus est, domi eaerceret, adhuc tamen posset rationabiliter eacusari ab audienda Missa, quia rationem dictarum circumstantiarum subire potest aliquod nocumentum. Ex opposito autem fit, Quod Regulares, & Moniales noo tam facilè excusentur ab audienda Missa, quia intra Monasteriũ audire possunt, & proindè habent faciliorem accessum.

6 Secundò infertur cum Præposito 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Caspeus. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. quod si accessus ad audiendam Missam retardare possit recuperationem sanitatis, erit causa eacusans ab audienda Missa, quia tonc consideratur carentia boni, qood affert citior recuperatio, & proindè habetur pro considerabili damno, luctum enim cessans æquiparatur damno Cap. *Licet*. De *ferys*.

7 Tertiò Infertur. Conualescentes excusari ab audienda Missa præsertim si Ecclesia satis distet, vt notant etiam Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quest. vlt. pun. vlt. num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Faust *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 457. vers. *secundum bonum*. Dicastil. *de sacram. tract.* 3. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *quæst.* 14. Francis. Logo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 7. Nam in conualescentibus adhuc durat causa eacusans ab auditione Missæ, quamuis enim morbus recesserit, durant adhuc eiusdem reliquiæ, saltem quoad debilitatem, quæ sicut impediunt, ne reassumantur consueta exercitia, ita etiam ne reassumatur obseruantia huios præcepti. Minus enim requiritur ad continuandam, quam ad inducendam excusationem. Notant aotem cit. Doctores, qood io dubio, an conualescens teneatur accedere ad audiendam Missam, standum est iodicio Medici. Addunt Leander, & Garzia qood manente dubio, potest illud practicè deponere, & non accedere ad audiendam Missam.

8 Quartò iofertur, vt notat etiam præpositos 3. *p. quæst*, 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. & alij ex supracit. Doctor. Excusari etiam ab audienda Missa debiles, si sine considerabili incommodo accedere non possint; præsertim si Ecclesia distet, aut sit plena aere insalubri; & specialiter hyemis tempore; quando aeris intemperies nocere potest capiti. Siquidem non minus in istis, quam in Conualescentibus timeri potest incommodum quoad salutem. Debilitas enim reddidit eos faciles ad recipiendas nouas impræssiones Huc etiam reduci possunt senes, qui quoad compleaionem debilibus comparari possunt, militat eoim eadem ratio: Imò maior, quia declinario ætatis reddit faciliores ad noxias impræssiones reci pieodas.

Quintò infertur. Quid dicendum de laborantibus 9
febri tertiana, aut quattana. Videtur enim certum eacusari quoad illos dies quibus febri corripiontur. Quod autem spectat ad alios dies, consideranda est complexio ipsorum, & quomodo remaneant affecti ex præcedenti febri; & præcipuè quomodo se gerant circa reliqua, io quibus sani occupari solent: quia si ita liberi remanent vt vacare possint consuetis operationibus, etiam facilioribus, non eacusabuntur, si verò remanent prauè affecti, & probabiliter timeatur, quod accessus allaturus sit aliquod nocumentum, tunc eacusabuntur.

Sextò infertur decumbentes in Hospitall, in quo 10
Missa celebrator, vt possit ab Infirmis audiri tunc teneri attendere ad ipsam, quamuis è lecto surgere non possint, vt specialiter notant Llamas. *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 1. Leander *in pracept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 17. Et proindè tenentur habere actum audiendi Missam, & adhibere illam attentionem externam quam possunt. Cessat enim in ipsis impedimentum, imò non superuenit, quia Infirmitas in tantum est impedimentum, in quantum impedit accessum ad Ecclesiam, & moralem assistentiam, in his autem non requiritur talis accessus, & morali modo assistere possunt ostendendo caterius aliquam attentionem. Si tamen ita morbo grauentur, vt difficile possint attendere eacusabuntur.

QVÆSTIO. 1328.

An custodes Infirmorum excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Custodes infirmorum quando excusentur ab audienda Missa.*

2 *Assistentia Custodum censetur necessaria pro infirmis.*

3 *Quid si assistentia non sit necessaria, sed eam velit infirmis.*

4 *Infirmus an peccet impediendo ne famuli audiant Missam, si assistentia non sit necessaria.*

COmmuniter docent, eacusari, quando scili- 1
cet, assistentia est necessaria saltem, ne infirmi notabiliter tristentur, & non habeaot. quos substituant, & in hoc sensu loquuntur etiam ij Doctores, qui absolutè dicunt, eacusari, quos Leander citatus dicit, confusè fuisse loquutos, loquuotur enim in terminis habilibus. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Dio. Antonin. *part.* 2. *tit.* 6. *cap.* 10. §. 2. Tabiena *verbo*. Missa. *num.* 47. Angel. *verbo*. Feriæ. *num.* 45. Syuester. *verbo* Missa 5. *num.* 2. Nauar. *cap.* 51. *Manual. num.* 3. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 55. *num.* 10. Scorria *lib.* 2. *de sacrifi. mis. cap.* 20. Bonac. *disp.* 4. *de sacrom quæst. vlt. pun. vlt.* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. mis. diffic.* 6. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *La quarta manera* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 6. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 59. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 7. Trulleoh. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 5 *dub.* 9. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 227. Basseus *in floribus*, *verbo*. Missa. 9. *num.* 1. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 189. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 5. *num.* 38. Molfes. *part.* 5. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 60. Francis. Logo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14

quæst.

quæst. vlt. pun. vlt. nu. 18. Fillioc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 219. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 117. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 2. Limitant tamen, nisi fortè occasione ipsorum superueniret ægritudo aliqua, aut debilitas, quia tunc esset eadem ratio, ac de Infirmitate. Ratio est quia hæc causa ex nullo capite potest afferre impedimentum, præsertim quia cum non impediat cæteras operationes consuetas, nec etiam impedire debet obseruantiam huius præcepti.

6 Difficultas est. An valeat consuetudo, si introducatur, quod Mulieres menstrua patientes non accedant ad audiendam Missam. Partem affirmatiuam tradunt Llamas *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 11. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 63. Quia potest introduci ex honesta causa, nempè Religionis, & Reuerentiæ erga Ecclesiam. Et Llamas asserit talem consuetudinem extare in Montanis Galitiæ, & Legionis. Econtra verò negant Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum caput.* Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 216. Francisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 1. *num.* 29. Quia esset consuetudo irrationabilis. Hoc videtur certum, vt non possit eousquè hæc consuetudo, vt excludat auditionem Missæ, etiam quando secundum Ius naturale colendus est Deus sacrificio, quia non valet consuetudo contra Ius naturale Cap. *fin. De consuet. in* 6.

7 Quatenus verò est contra ius Ecclesiasticum, quamuis possit esse ex motiuo Religionis, & reuerentiæ, non videtur tamen hoc motiuum rationabiliter applicari præsenti materiæ: sed potius superstitioso modo. Quamuis enim in lege veteri haberentur in consideratione immunditiæ corporalis, in lege tamen noua non habentur, quia cessarunt legalia præcepta. Et ideò obseruare huiusmodi immunditias ex motiuo Religionis, & reuerentiæ, & propter illas abstinere à Cultu Diuino, videtur cultus superfluus, quia est præter Dei, & Ecclesiæ institutionem imò contra Ecclesiæ institutionem, vt docet D. Th. 2. 2. *quæst.* 93. *art.* 2. *in corpore.* Accedit etiam, quod impedit maiorem Dei cultum, qui ei defertur assistendo Sacrificijs, & proinde est cultus irrationabilis.

QVÆSTIO 1330.

An Mulieres per aliquot dies à partu, etiamsi conualuerint, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Mulieres per aliquot dies à partu excusantur ab audienda missa.*
2 *Statuitur in iure.*
3 *Immunditia mulieris parientis significabatur immunditia peccati originalis.*
Modo consideratur vt effectus peccati originalis.
4 *Diuersa ratio de menstruis, ac de immunditia mulieris parientis.*

1 COmmuniter respondent excusari, dummodò tamen abstineat etiam ab ingressu Ecclesiæ, & id non faciant ex aliqua superstitione ritus Mosayci. Ita Caietan. *in sum.* verbo. *Festum.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 20. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 23. *n.* 11. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum caput.* Maiol. *de irregular. lib.* 3. *num.* 4 Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 229. Bonac *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 18. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 67. Llamas 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Lublin. *part.* 1. *sum. verbo.* Festum *num.* 14. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 29. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 417. vers. *Hoc titulo excusantur.* Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2 *quæst.* 61. Hoc tamen debet seruari, vt aduertit etiam Molfes. quod interim nec exeant è Domo ex alia causa.

Huc autem debet intelligi, vt valeat in iis locis, in quibus extat talis consuetudo; non autem, vbi non est consuetudo, nisi quamdiù debilitas è partu id exigit. Et hoc permittitur in iure cap. *vn.* De *Purificat. post part.* vbi Innocent. III. respondet Archiepiscopo Armazano, quod non erant arcendæ Mulieres post partum per aliquot dies ab ingressu Ecclesiæ, quia lex vetus cessauerat; non tamen erat improbanda earum deuotio, si aliquamdiù ex veneratione volebant abstinere. Quod indicat adfuisse talem consuetudinem. 2

Ratio verò est. Quia per immunditiam Mulieris parientis significabatur in lege veteri immunditia peccati Originalis vt notat D. Thom. 1. 2. *quæst.* 102. *art.* 5. *ad* 4. *post med.* Vndè etiam in præsenti immunditia partus coniuncta cum doloribus potest considerari tanquam signum, & effectus peccati Originalis iuxta illud Genesis cap. vers. 16. *In dolore paries* &c. & proindè potest Mulier ex hoc apprehendere immunditiam & læsionem animæ simul, & corporis illatam per idem peccatum, vel tanquam effectum, vel tanquam pœnam, & exercendo humilitatem se reputare indignam ingressu Ecclesiæ, cui modo speciali assistit Deus, & proindè per aliquot dies ab eius ingresso abstinere. Melius tamen esset accedere ad Ecclesiam, & audire Missam, quia exerceretur nobilior actus virtutis, nempè cultus Dei per sacrificium. 3

Dices. Ratione menstruorum non possunt Mulieres excusari ab audienda Missa. Ergo neque ratione immunditiæ de partu: præsertim cum de illa neque possit introduci consuetudo, vt dictum est. Resp. neg. conseq. Quia ratione menstruorum abstinere ab ingressu Ecclesiæ esset cultus superfluus, atque adeò superstitiosus, quia non esset secondum institutionem Ecclesiæ, vt dictum est *quæst. praced.* Hoc autem non contingit in parientibus. Quia vt dictum est *num. praced.* Consuetudo abstinendi ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies permittitur in iure, atque Ecclesia admittit Mulieres ad Purificationem etiam nunc, & ideò abstinentia ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies, est consentanea institutioni Ecclesiasticæ. 4

QVÆSTIO 1331.

An Carcerati, & cæteri qui domi detinentur, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Detenti excusantur ab audienda Missa siue carcerati sint, siue &c.*
2 *Est ipsis impossibilis obseruantia præcepti.*
3 *Carcerati non excusantur, si possint Missæ assistere.*
4 *Si negligant liberationem procurare, an peccent contra præceptum audiendi Missam.*
5 *Custodes carcerum an excusentur ab audienda Missa.*

6 *Degentes in nauigiis an excusentur ab audienda Missa.*

7 *Existentes in nauigijs non tenentur audire Missam siccam.*

1 CErtum etiam apud omnes, carceratos, & domi detentos loco Carceris, excusari ab audienda Missa. Et ita specialiter tradunt Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Ledesma *part.* 1. *sum. cap.* 27. *post* 16. *conclus.* Henriquez *lib.* 9 *cap.* 25. *num.* 11. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *secundum caput.* Tolet. *lib.* 6. *sum. cap* 9. *num.* 5. vers. *vltima causa.* Laiman. *lib.* 4. *Theol. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 224. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 13. Gaspar. Hurtad *de sacram disp.* 5. *de sacrif. Miss. difficul.* 6. Trullench. *lib.* 3 *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 12. Dicastil. *de sacram tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. Gesuald. *de sacram tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 36. Basseus *in floribus verbo.* Missa 9. *num.* 3. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 5. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 217. Leander *in præcept. Ecclesiæ tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 16. Et ad hoc caput reducuntur omnes, qui aliqua vi externa, aut impotentia Physica impediuntur, ne possint accedere ad Ecclesiam, vt qui obsidentur in aliquo loco, qui captiui sunt, qui nauigant in Mari, aut iter habent in locis, vbi non adest commoditas audiendi Missam &c.

2 Et ratio est euidens. Quia obseruantia præcepti, redditur ipsis omninò impossibilis, vel impossibilitate Physica, vel morali absoluta, vt qui domi detinentur ex præcepto superioris, aut etiam sub aliqua pœna. Huiusmodi namque præceptum, vtpotè impositum, secundùm exigentiam publicæ vtilitatis, præualet præcepto audiendi Missam. Et hoc habet locum, etiam si quis factus sit impotens ex propria culpa, & præuiderit, quod ex tali impotentia sequeretur, non posse audire Missam. Nam supposito, quod non voluerit se reddere impotentem in eum finem, vt non audiret Missam, nam tunc peccasset ob intentionem contra præceptum, non peccauit in causa præuidendo omissionem auditionis Missæ. Nam impotentia non est causa violationis præcepti, sed occasio, ratione cuius superueniens præceptum non extendit suam obligationem ad ipsum, quia non habet obligare impotentes. Tunc autem sólum peccatur in causa, quando fit id, ex quo tanquam causa sequitur violatio præcepti obligantis.

3 Rursus etiam conueniunt Doctores, & id specialiter obseruant Llamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 11. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 17. Quod si celebretur Missa pro carceratis, quibus possint assistere, non excusari, si non assistunt quia tunc cessat causa, ob quam aliàs excusarentur. Tota enim excusatio fundatur in impedimento, quod facit, ne obligatio superuenientis præcepti ad eos se extendat. Si ergo cessat impedimentum, cessat etiam excusatio, nec impeditur præcepti obligatio, ne ad eos se extendat.

4 Maior difficultas est, an peccent contra præceptum audiendi Missam, si negligant procurare liberationem, præsertim cum possint, vt si quis detineretur in carcere ob debita, & nollet soluere, cum posset. Et negatiuè resoluunt Syluester *verbo.* Missa 1. *num.* 2. Angel. *num.* 7. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 2. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *Prima igitur.* Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 217. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 20. Et rectè quia præceptum audiendæ Missæ, non extenditur ad aliud, quàm ad auditionem & proindè non obligat impotentes ad se reddendos potentes, vt possint adimplere. Ergo cum præceptum, quando superuenit simul cum die non reperit aliquem potentem, non extendit ad ipsum suam obligationem.

Ex dictis infertur. Custodes carcerum excusari ab 5
audienda Missa, quando non possunt relinquere custodiam, nec substituere, vt notant etiam Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 63. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 2. *post* 16. *conclus.* vers. *La Quinta manera.* Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Dicastil. *De sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 166. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 52. Nam tanquam impediti officio proprio, & proindè impotentes non afficiuntur obligatione præcepti. Et idem dicendum est de cæteris huiusmodi custodibus, quorum assistentia continua est necessaria.

Secundò infertur. Degentes quoquè in Nauigijs, 6
quamuis nõ nauigent, se i valdè remoti sint à Terra, aut loco vbi celebratur Missa, excusari vt docent Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 6. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *secundum Caput.* Trullench. *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 6. Basseus *in florib. verbo.* Missa 9. *num* 3. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 169. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 44. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *q.* 46. Tales enim habentur pro impotentibus, quia sunt impediti saltem moraliter, cum non possint, nisi cum graui incommodo ad terram accedere. Imò si actu nauigent, etiamsi possint sine notabili incommodo accedere ad terram, adhuc excusantur, ne amittant opportunitatem nauigationis præsertim ijs temporibus, in quibus mare solito solet esse procellosius Si tamen in cimbris paruis nauigarent, & commodè possent accedere ad locum aliquem, in quo Missa celebraretur, non credo excusari.

Tertiò infertur. Cum Azorio *tom.* 1. *lib.* 7. *cap* 7. 7
q. 6. Filliuc *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 224 Suarez *disput.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Secundum caput* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. pun. vlt. num.* 6. vers. *Ex quo* Cand do *disquisit.* 25. *art.* 29. *dub.* 11. Dicastil. *tract.* 5. *disput.* 5. *dub.* 10. *num.* 169. Gesualdo *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 44. Leandro *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 47. Non teneri existens in nauigijs audire Missam siccam, si fortè ibi celebretur quia non est vera Missa, cum in ea non offeratur Deo sacrificium. Quid autem dicendum sit de ipsius celebratione constat ex dictis suo loco.

QVÆSTIO 1332.

An, & quanta distantia excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Distantia excusat ab audienda Missa.*

2 *Consideranda est cum suis circumstantijs.*

3 *Quanta debeat esse vt excuset.* & nom. seq.

5 *Non potest certa regula definiri.*

6 *Præscindendo à circumstantijs excusat, si excedat duo milliaria.*

Dicimur non posse, quando commodè non possumus.

7 *Eadem distantia an excuset stante commoditate cursus aut equi.*

COmmuniter conueniunt, quod distantia sit causa sufficiens ad excusandum ab audienda Missa: 1
quia

quia cum hoc præceptum non obliget adeò strictè sed facile admittat causas excusantes, hanc quoque admittere debet tanquam eam, quæ est notabilis incommodi, cum quo non obligat præceptum, & quamuis Iodocus *in Thesauro. verbo.* Longinquitas itineris *num.* 50. *vers. Quinto excusantur*; habeat, quod longinquitas itineris non excusat robustos in maioribus festiuitatibus; aut reijci debet, aut intelligi de illa longinquitate, quæ aliàs excusaret, quia videtur, quod in festis solemnibus congruum sit, quod cum maiori incommodo adimpleant præceptum.

2 Secundò etiam conueniunt Doctores, quod in ferendo iudicio an distantia sufficiat ad excusandum ab audienda Missa, habenda est ratio circumstantiarum omnium; nam distantia, quæ excusat in aliquibus circumstantijs, non excusabit in alijs, & quæ excusat vno tempore, non excusabit alio, & quæ excusat aliquas personas, non excusabit alias Senes enim, & debiles; Imò & mulieres excusari possunt ratione illius distantiæ, ratione cuius cœteræ personæ non excusabuntur. Rursus tempore niuis, aut pluuiæ aut quando iter valde difficile est ratione luti, aquarum, etiam minor distantia excusabit, quæ aliàs non excusaret similiter etiam maior distantia requireretur quoad eos, qui curru accedere possent, aut æquitando, quam quoad eos, qui non possunt nisi pedestres accedere. Ita specialiter Nauat *conf.* 3. *de fer. lib.* 2. *in* 2. *edit.* Azor *part.* 1. *lib.*7. *cap.* 7. *quæst.* 5. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vert. *Tertium caput.* Facundez. *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Bonac *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 12. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 226. *in fine* Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num* 10. Discastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 185. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 16 Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. *vers. Rursus. ex hoc capite* Baunius *part.* 1. *Theol. mor. tract.* 6. *quæst.* 7. *de precept. audien. miss.* Garaia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *numero* 10. Leander *in precep. Eccl. tract.* 2. *dispnt.* 2. *quæst.* 25. Francisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 9. Caspens *tom.* 2. *Curs. Theol tract.* 23. *dispu.* 4. *sect.* 4. *num.* 32. Gabriel à S. Vincent. *de sacramen. disp.* 3. *de Sacrif. Miss. quæst.* 8. *vers. Difficultas est.* Ratio clara est. Quia distantia, quæ respectu vnius afferet notabile incommodum, non afferet respectu alterius; & quæ affert in his circumstantijs, non afferet in alijs. Difficultas autem est, quanta distantia secundum se considerata & independenter à quibusuis circumstantijs sufficiat ad excusandum.

3 Quod autem ad excusandum requiratur maior distantia tribus milliaribus teneat Ledes. *part.* 1. *sum. tract.* 2. *de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus* ver. *A esta maneiera.* Bonac. *disp.* 4. *de sacrament. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 12. Et quoad robustos Nauat, *conf* 3. *de fer. lib.* 2. *in* 2. *edit.* Vega *part.* 1. *sum. cap.* 114. *casu* 4. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 8. & proinde talis distantia secundum ipsos non sufficeret independenter à quacumque circumstantia.

4 At quod absolutè sufficiat distantia trium milliarium tradunt Suarez *disp.* 88. *de Euchar. tract.* 6. ver. *Tertium. caput.* Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *n.* 226. *in fin.* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 5. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. in pun. vlt. num.* 4. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 8. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 184. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 62. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 22. *ver. sed probabilissimè.* Qui *quæst.* 23. *seq.* tenet cum Dicastill. citato, quod non sufficiat respectu cuiuscunque personæ distantia vnius milliarij cum dimidio, vt sufficit operarijs aliæque personæ robustæ; Imò quod sufficiat distantia vnius milliarij cum dimidio sentit Ortia *in sum. precept.* 3. §. 7. Quin sufficere etiam distantiam vnius tantum milliarij, tradit Machin *de sacramen. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *tract.* 17. *numero* 19.

In hac difficultate non videtur aliquid firma ratione conuinci posse, sed totum pendere ex prudenti æstimatione incommodi prouenientis ex itinere, & ex prudenti iudicio circa intentionem Ecclesiæ, an voluerint obligare ad quærendam commoditatem audiendi Missam vltra certam aliquam distantiam; & quia ad hanc prudentem æstimationem, & iudicium formandum, non adsunt motiua efficacia, ideò valdè incertum est, & melius formari potest attendendo ad circumstantias de quibus dictum est *num.* 2. cum, his seclusis, valdè incertum sit futurum. 5

Si tamen præscindatur ab omnibus circumstantijs si distantia sit maior duobus milliatibus, non videtur præceptum obligare ad audiendam Missam Ratio est, Quia hoc præceptum non est strictæ obligationis, sed admittit causas rationabiles excusantes, & ideò non obligat eos, qui quocumque modo illud implere non possunt: quia autem dicimus non posse, quando commodè non possumus *l. Nepos Proculo.* 125. *ff. de verbor. significat.* & notant Cagnel. *in l. culpa caret. num.* 20. *ff. de reg iur.* Seraph. *de priuil. iuram. priuileg.* 144. *num.* 1. Bernos. *obser.* 7. *num.* 22. ideò cum non sit commodum vltra duo milliaria quærere commoditatem audiendi Missam, tanquam non potentes, ac carentes commoditate excusabuntur. 6

An autem eadem distantia sufficiat quoad eos, qui equestres, aut in curru accedere possint ad audiendam Missam, qui tenent, quod distantia vnius leucæ, seu trium milliatium sit independenter à circumstantijs sufficiens ad excusandum; debent etiam tenere, quod sufficiat etiamsi adsit commoditas æquitandi, aut curtus, & ita in specie tenet Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 24. *vers. sed probabilius.* & ita tenendum videtur; quia si distantia de se excusat eo, quod faciat, quod moraliter non adsit commoditas, excusabit etiam quascumque personas, licet cum aliqua commoditate accedere possint, quia excusatio petitur ex quantitate distantiæ, quæ est eadem respectu omnium. 7

QVÆSTIO 1333.

An pro excusatione sufficit, quod non celebretur Missa in loco, vbi quis degit.

SVMMA.

1 *Non celebrari Missam in Parochia non excusat.*
2 *Quid si non celebretur in toto loco vbi quis degit.*
3 *Obligatio non est extendenda.*
4 *Difficultas aequiparatur impossibilitati.*
5 *Obligatio cessat cessante præsupposito in quo fundatur.*
6 *Anachorita quomodo potuerint excusari ab audienda Missa.*

Si contingat Missam non celebrari in aliqua Parochia, vel quia deficiat Parochus, nec adsit, qui suppleat, vel quia Ecclesia sit polluta, aut interdicta, aut ex aliqua alia causa, non excusari Parochianos ab audienda Missa, certum omninò est; tum quia, possent 1

posseot commodè accedere ad alias parochias, aut ad Ecclesias Regularium; tum quia teneotur tantum audire Missam, noo antem audire io Parochia, itavt soluantur obligationes, si noo possint audire io Parochia. Tum quia obseruantia ita babet, quod boc præceptom adimpleatur modò in voa, & modò in alia Ecclesia, & ideò qoamdiù modo consueto adimpleri potest, viget eius obligatio. Difficultas ergo est, quando in aliqua villa, aut oppido oon celebratur Missa teneantur ibi habitantes accedere ad aliud oppidum, seu villam pto audienda Missa.

6 Hanc difficultatem non reperi tractatam apud aliqoem, solom Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. assumit ad aliud ptobaodum, quod quis noo teneatur audire Missam, quando non eelebratur io loco, vbi degit, Videtur tamen resoluendum. *Quod non teneatur adire ad aliud oppidum, seu villam pro audienda Missa; sed quod excusentur tanquam carentes commoditate audiendi Missam.* & quidem si distantia alterius oppidi, aut villæ sit taotum, quantum sufficit pto excusatiooe ex boc capite excusabuotur iuxta communem opinionem, de qua *præced. quæst.* si verò sit minor adhuc defectu commoditatis poterunt excusari, nisi distantia sit adeò parua, vt censeatur, quantum est ex patte loci, quod moraliter sit quasi idem locus.

3 Ratio est. Quia accedere ad aliud oppidum, aut villam satis distantem, addit specialem difficultatem supta consuetum modum adimplendi præceptum, & ptoindè exigitur extraordinarius modus pro adimplendo. Cum ergo hoc præceptum obliget beoignissimo modo, non videtur esse de intentiooe Ecclesiæ obligare ad extraordinarium modum, & quando superadditur extraordinaria difficultas, præsertim quia obligatio strictè accipienda est, & oon extendi debet *l. Obligationum substantia & l. Arrianus ff. de act. etiam obligat.* & notant Bald. *cons.* 55. *num.* 2 vers. *sed ponamus* Fulgos. *cons.* 80. *in fin.* vers. *Et si quid.* Caldcrin. *cons* 20. *de iudic.* Rota *decis.* 436. *n.* 3. *part.* 3. *Recent.*

4 Accedit etiam quod cum difficultas æquiparetur impossibilitati *l.* 2. §. 2. vers. *Ex quo & l.* 137. §. *Cum qui ff. de verbor. obligat.* & notant Felin. *in cap. Ecclesia num.* 81. *de const.* Medices. *de casib. fortuit. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 13. quælibet difficultas, licet non magna æquipatabitur alicui impossibilitati. Quæcumque autem impossibilitas in præsenti casu est sufficiens, vt dicatur non posse impleri præceptum.

5 Rursus Præceptum aodieodi Missam nnn obligat, nisi ex suppositione celebrationis, & ideò cessante præsupposito celebrationis, cessat etiam obligatio præcepti: Etgo Ecclesia non intendit obligare, nisi iexta modum & mensursm institutionis celebrationis Missæ in ordine ad exequendum præceptum. Ergo cum instituerit celebrationem Missæ in quocumque oppido, aut villa, vt det facoltatem populo adimplendi præceptum, cessante hac prouisione, censetur etiam cessare obligatio audiendi Missam, quia cessat præsuppositum, in quo fundatur impositio obligationis iuxta ea, quæ tradunt communiter cum Glos. in *l. Mancipia C. de seru. fugit.* Decian. *cons.* 161. *num.* 2. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 9. *num.* 161. Alex. *cons* 125. *lib.* 5. & iuxta Cap. *si Papa. de priuil. in* 6. & Clemen. *Si summ. de sententia excommunicationis.*

6 Ex his infertur, quod quamuis Anachoritæ, seo Eremitæ aotiqui valde adeò distarent à locis, vbi celebrabantur Missæ, non poterant tamen excusari ratione distantiæ ab ea audienda. Quia erat voluntaria distantia, quam eligendo se subtrahebant, à cultu Deo deferendo per sacrificium: sed ideò excusabantur, quia ex ductu Spiritus Sancti eligebant illud genus vitæ, & proiodè electio recta erat accedente præsertim approbatione Ecclesiæ, quæ admittebat tunc illud genus vitæ; vndè superueniens obligatio præcepti eos non afficiebat tanquam impotentes: & idem propottionaliter dicendum est etiam quoad monachos, qui segregati ab hominum consortio degebaut.

QVÆSTIO 1334.

An timor probabilis damni corporalis excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Imminens periculum excusat ab audienda Missa.*
2 *Præceptum audiendi Missam suauiter obligat, & cur.*
3 *Tempore pestilentiæ cessat obligatio audiendi Missam.*
4 *Quinam excusentur, si aer sit valde rigidus &c.*
5 *Quando non potens ingredi Ecclesiam excusatur ab audienda missa.*

COncordant Doctores, quod si ex accessu ad Ecclesiam pro audienda Missa immineat aliquod periculum, adest sufficiens causa excusans, & exemplificant in varijs casibus, vt si immineat periculum ab inimicis, aut carcerationis, vel ob debita, vel ob aliquod delictum commissum, vel aliquod aliud simile. Ita specialiter Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 1. *art.* 1. in fine Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 19. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *Tertium caput* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 3. Scortia *lib.* 2. *de sacrif. mis. cap.* 20. Marchin. *de sacr. Ordin. tract.* 5. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 6. Basseus *in Florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 227. vers. *Et eodem modo.* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10 *num.* 187. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num* 9. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 42. Caspens. *tom.* 2. *Cursus Theol. tract.* 23 *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *not.* 5. *respon* vers. *Tertia causa.* 1

Ratio communis est cum alijs causis quia hoc præceptum obligat suaui modo, & de facili admittit causas excusantes. Periculum autem damni corporalis est causa valdè rationabilis, etiamsi non sit valdè notabile. Quod autem ita suauiter obliget hoc præceptum, inde prouenit, quia est de colendo Deo per sacrificium, ad qood de iure naturæ non tenemur, nisi certis vicibus; vndè cum Ecclesia valdè frequenter ad hoc obliget ex eius intentione admittit facile præceptum causas excusantes. 2

Hinc sequitur, quod tempore pestilentiæ, cessat obligatio audiendi Missam, etiam si aër non sit infectus ob periculum contrahendi contagiooem miscendo se cum aliis, quod sanè periculum est valdè graue non solum quando peste tacti aut suspecti liberè conuersantur; sed etiam quando ex diligentia magistratus, aut domi, aut alijs in locis clauduntur, sicuti factum est hic Romæ quando anno 1656. & 1657. grassabatur pestis adhuc enim imminet periculum ab ijs, qui infecti sunt, & nondum se tales agnoscunt, aut si se agnoscunt, non se produnt. 3

Secundò

4 Secundò sequitur excusari eos, quando hiemis tempore aër valde rigidum est, aut cum nix, seu pluuia reddit intemperatum, qui de facili contrahunt tussim, aut alias prauas fluxiones, nam se exponunt periculo contrahendi, & incommodum tussis & huiusmodi fluxionum est notabile, quia valde vexat, & nocte præsertim impediens somnum, vndè totum corpus concutitur, & paritur & de facili etiam solet superuenire febris; vndè hæc incommoda non sunt de minoribus, quæ afferunt causam, quæ sufficiat pro excusando ab auditione Missæ.

5 Tertiò sequitur. Quod excusetur ab audienda missa is, qui præ multitudine populi non posset ingredi Ecclesiam, sed cogeretur assistere sub die, nec haberet commoditatem audiendi aliam Missam, si vel à sole notabiliter læderetur, vel ab aeris rigore, seù intemperie; ex hoc enim causari potest intemperies capitis & consequenter notabile nocumentum & alij huiusmodi casus iuxta supradictam regulam, resolui possunt.

QVÆSTIO 1335.

An iactura honoris excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Iactura honoris excusat ab audienda Missa.*
2 *Honor habetur pro pretiosissimo & æquiparatur vita.*
3 *Timens rixas, iniurias, contumelias, &c. excusatur ab audienda Missa.*
4 *Grauida ex occulta fornicatione excusatur ab audienda Missa.*
5 *Carens decenti vestitu.*
6 *Debet tamen eligi demissus si carentia sit diu duratura.*
7 *Pauperes non habentes vestes competentes an excusentur.*
8 *Quid si deficiat decens comitatus.*
9 *Attendenda in hoc circumstantia.*
10 *Non habens decentem vestitum an teneatur procurare mutuum, vt audiat Missam.*
11 *Non facile admittenda excusatio ob defectum vestitus, aut comitatus.*

1 IActura honoris potest pluribus modis contingere, quocumque tamen modo contingat, conueniunt Doctores quod si cõsiderabilis sit, excuset ab audienda Missa. Ita Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. Suarez *disput.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium genus.* Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 226. Scottia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de Euchar. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 4. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3 *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disput. vn. pun. vlt. num.* 3 Trullench *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Basseus *in Florib. verbo.* Missa. 9. *num.* 3. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Tertium genus* Dicastil *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub* 10. *num.* 175. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Ex eodem Capite* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 8 Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 5. *respons.* vers. *Tertia causa.* Nugn. 1. *part quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de præcept. audien. miss.* vers. *quartum impedimentum* Garxia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 11. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 41. & alij infracitandi pro casibus particularibus.

Ratio est. Quia inter bona huius vitæ honor habetur pro pretiosissimo *l. si in duobus.* 104. *ff. de reg. iur.* itavt honor, & vita ipsa æquiparentur *l. Iulianus. ff. si quis omissa cau. test.* & notant Doctores Glos. *in §. inspectus autem.* verbo. *ob culpam* Instit. *de suspect. tut.* Bar. *in l. Et cum. num.* 10. *ff. de iust. & iur.* Ias. *n.* 36. Dec *cons.* 686. *num.* 8. Mantua *singul.* 383. Cassen. *in Cathal. glos. mun. p.* 1. *consider at.* 2. Menoch. *cons.* 98. *num.* 8. Menchaca *quæst. illustr. cap.* 18. *num.* 13. quæcumque ergo iactura illius præbet iustam causam non audiendi missam, cum pro excusando ab obseruantia huius præcepti non requirantur causæ admodum graues. 2

Ex hac autem regula deducitur, quod si quis probabiliter timeat, quod orituræ sint rixæ vel ex causa præcedentiæ, vel ex causa alia, aut quod subiturus sit aliquam iniuriam, aut contumeliam, aut quid simile, quod lædat æstimationem excusabitur si non accedat ad audiendam Missam, vt notant Suar. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium caput.* Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 228. Henriq. *ez lib.* 9. *sum. cap.* 25 *num.* 10. Coninch. *de sacram. quæst.* 63. *art.* 6. *num.* 314 Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3 Bonac. *disput.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 4. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. qu.* 427. vers. *Et eodem modo.* Præposit 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *numero.* 218. vers. *Ex eodem capite*, Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 11 quæ causa non solum ex seipsa sufficiens est, sed etiam quia trahere potest occasionem maioris mali. 3

Secundò deducitur. Excusari mulierem, quæ ex occulta fornicatione est grauida, vt notant Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *la tersera manera.* Laiman *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 16. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 5. Reginald. *lib.* 19. *num.* 16. Gaspar Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. missæ difficul.* 6. Marchinc. *de sacram. Ordin tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19 Faustus *lib.* 2. *de Euchar. q.* 427. vers. *Hinc si puella.* Garxia *in sum. tract.* 4. *difficul. solut. dub.* 3. *num.* 16. Castil. *tract.* 5. *de sacram dispu.* 5. *dub.* 10. *numero.* 178. Gesuald. *de sacrament. tract. decimo septimo. cap.* 2. *num.* 56. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *q.* 40. & alij. Est enim grauis infamia respectu mulieris, quæ pro honesta habetur, manifestare tale crimen seipsam prodendo; & ideò quamuis in culpa fuerit, habet tamen adhuc ius conseruandi propriam famam; est tamen aduertendum, quod si posset accedere ad Ecclesiam occultando, se esse grauidam, vt modò facilè contingere potest ob vestes inflatas, vulgo *Guardinfantes*, quibus mulieres modò vtuntur, non excusaretur ab audienda Missa. 4

Tertiò deducitur Excusari ab audienda Missa mulieres honestas, quæ respectu sui status carent decenti veste, quando non possunt audire Missam absque eo, quod coram multi compareant. Ita Tabiena *verbo.* Missa. *num.* 47. Syluester *verbo* Missa 2. *num.* 2. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88 *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium caput.* Azor *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 1. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Scottia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 10. Fernandez *præcept.* 1. *Eccles lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. Toler. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. Graf *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 5. Nugn. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de præcept. audien. miss. circa fin.* vers. *Quartum impedimentum* Sà. *verbo.* Missæ auditio *num.* 3. Barthol. ab Angel. *tract. de miss.* §. 830. Bonac. *disput.* 4. *de sacram. q. vlt. dub. pun. vlt. num.* 8. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 16 Præposit. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Ex eodem* 5

eodem capite. Faustus lib 2. de Euchar. q. 427. vers. Hoc titulo. Mercet. de sacram. q. 83. art. 6. dub. 4. post. 5. respons. vet. Tertia causa. Trullench. lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 7. Basseus in Florib. verbo Missa 9. num. 3. Villalob. part. 1. tract. 8. difficul. 36. num. 5. Molfes. part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 56. Dicastil. tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 10. num. 176. Vega part. 1. sum. cap. 14. casu 4. Francis. Lugo lib. 5. de sacram. cap. 15. q. 1. num. 8. Leander in precept. Eccles. tract. 2. disp. 2. q. 36. Vt tamen hæc doctrina habeat locum, oportet, quod in vestitu sit talis deformitas respectu personæ, vt sit valde notabilis, & sufficiens ad causandum dedecus, alioquin si non adesset damnum honoris considerabile, non esset causa sufficiens ad excusandum.

6 Est tamen aduertendum circa hanc causam, quod si defectus vestitus conuenientis est longo tempore duraturus, adest obligatio eligendi demissum & vulgarem vestitum, cum quo poterit accedere ad audiendam Missam. Constat enim experieneia quod personæ nobiles vllo detrimento honoris vtuntur vestitu vulgari, & valdè demisso, imò etiam cum laude; & ideò quando eligi potest, hæc causa non excusabit ab audienda missa, cum sine amissione honotis audiri possit eligendo prædictum modum vestiendi; præsertim quia deficiente facultate vtendi vestitu nobiliori, adest obligatio secundum regulas rectæ rationis reducendi se ad modestum, & vulgarem, sed decentem vestitum; alioquin excessus suprà vires esset vitiosus.

7 Quartò deducitur, vt notant etiam Graf. part. 1. decis. lib. 2. cap. 35. num. 5. Llamas. 4. part. meth. cap. 5. §. 11. Facundea precept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 3. Leander in precept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quest. 38. Pauperes quoque excusari ab audienda Missa, quando non habent vestes competentes proprio statui, itavt non possint audire sine rubore, & absque eo, quod notentur cum irrisione. Vndè enim graue est personis curantibus proprium honorem exponere se aliorum irrisioni, iocis, & dicterijs. Vndè in hoc necessarium est prudens iudicium, quia si non sequeretur aliqua nota circa honorem, non esset causa sufficiens ad excusandum.

8 Quintò deducitur. Quid dicendum, si deficiat decens comitatus sine quo absque pudore nequeant domo exire. Quod enim sit causa excusans, quando illum non possunt habere, aut, nequeunt primo mane audire Missam tradunt Henriquez lib. 9. sum. cap. 25. num. 10. Ledesma part. 1. in sum. tract. de Euchar. cap. 27. post. 16. conclus. Soarez. disp. 88. de Euchar. sect. 6. vers. Tertium caput. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num. 8. Molfes. part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 56. Villalob. part. 1. sum. tract. 8. difficul. 36. num. 5. Scortia lib 2. de sacrific. miss. cap. 20. Dicastil. tract. 5. de sacrament. disp. 5. dub. 10. num. 175. Palaus. part. 4. tract. 21. disput. vn. pun. vlt. num. 4. Caspens. part. 2. Curs. theol. tract. 23. disp. 4. sect. 4. num. 13. Garzia in sum. tract. 4. difficul. vlt. dub. 3. num. 16. Faustus lib. 2. de Eucharist. quæst. 427. vers. Hoc titulo excusantur. Leand. in precep. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 37. Francis. Logo lib. 5. de sacram. cap. 15. quest. 1. num. 8.

9 Verum circa hanc causam attendendæ sunt præcipuæ circumstantiæ; fieri enim potest, quod sine vllo dedecore accedere possit ad audiendam Missam non solum summo manè, sed etiam hora competenti. Præsertim si se gerat instar illorum, qui negligunt comitatum; constat enim, quod plures accedunt ad audiendam Missam, aut cum minori comitatu, quàm deceat illorum status, aut etiam sine vllo, cum tamen sint personæ nobiles, & hoc non solum contingit quoad viros, sed etiam quoad mulieres, quæ relinquunt domi famulos, seù famulas ex vna contentæ, seù solæ, & velut incognitæ, si sint in matura ætate, accedunt ad aliquam vicinam Ecclesiam ad Missam audiendam. Vndè, quando hoc locum habere potest nequaquam excusarentur ab audienda Missa.

An autem non habentes decentem vestitum, vt excusentur ab audienda Missa, aut comitatum, teneantur adhibere diligentiam, vt mutuò detur, affirmant. Bonac. disp. 4 de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num. 8. Villalob part. 1. sum. tract. 8. difficul. 36. num. 5. Molfes. part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 56. Trullench. lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 7. Sed dicendum est. Non teneri adhibere diligentiam, vt sibi mutuò detur vestis, aut comitatus. Ita etiam Leander in precept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quest. 39. vers. Sed probabiliter. Ratio generalis est. Quia quando quis est moraliter impotens ad præceptum implendum, non tenetur se reddere potentem medio aliquo extraordinario, quia non adest de hoc speciale præceptum, nec præceptum, de quo agitur, affert talem obligationem, quia eius obligatio est tantum coarctata ad rem præceptam; & eò ipso, quod dum superuenit, reperit impotentiam, non extendit propriam obligationem. Nec obstat, quod teneatur quærere mutuum breuiarium, vt possit recitare horas canonicas, ad quas quia tenetur. Nam est diuersa ratio, siquidem breuiarium est medium necessarium, quod includitur in recitatione horarum canonicarum & ideò cum actus recitandi cadat sub præcepto, cadit etiam prouisio breuiarij tanquam pars rei præceptæ, & per se necessariæ, pro exequutione recitationis. 10

11 Denique in hac materia aduertendum est, quod cum magna cautela procedendum est, nec facilè existimandum, quod defectus congruentis vestitus, & multò magis comitatus excuset ab audienda Missa. Nam fieri potest, vt plerumque etiam fit, quod inopia sit nota, & quod se retrahens ab egressu domi, id faciat defectu vestitus decentis suo statui; & proindè nullam sit causaturus admirationem, aut si ei futurum erubescentiæ, si eo meliori modo, quo potest indutus, accedat ad Missam audiendam; & ideò quando esset ad illum statum deductus, vt non esset spes breuis resurgendi ad meliorem, teneretur cum vestitu vulgari, & infirmæ materiæ accedere ad audiendam; nam potius moueret ad commiserandum, quàm ad deridendum.

QVÆSTIO. 1336

An ratione officij adsit causa sufficiens excusans ab auditione Missæ.

SVMMA.

1 *Officium quando excuset ab audienda Missa.*
Præceptum debet impleri eo modo, quo potest.
2 *Custodes gregum excusantur.*
3 *Et numero, quo sunt necessarij.*
4 *Milites excubitores excusantur ab audienda Missa*
5 *Quid de Præsidiarijs.*
6 *Aganones, rectores excusantur.*
7 *Molitores an excusentur ab audienda Missa.*
8 *Custodes an excusentur ab audienda Missa.*
9 *Quid si ex mora non immineret damnum*
Consiliarij an, & quando excusentur ab audienda Missa.

STatuitur quoque hæc regula communiter à Doctoribus, quod potest quis excusari ab audienda 1
Missa

ratione officij Missa, quod exercet. Et ita notant præsertim Doctores infracitandi pro variis casibus. Fundamentum huius regulæ est. Quia officium facit, quod sit rationabiliter impeditus, & cum præceptum reperiat impeditos, non obligat, cum reperiat moraliter impotentes; neque enim tenentur relinquere consuetum officium, vt fiot habiles ad implendum præceptum, quando superuenit obligatio. Est tamen aduertendum, quod continuatio exercitij officij debet esse aliquo modo necessaria, itavt non possit intermitti tempore audiendæ Missæ, aut quod non possit præueniri adimplementum præcepti. Quia si aliquo modo impleri potest, præceptum est implendum, vt desumitur ex Cap. *Licet de ferys.*, vbi Pontifex indulgens piscationem pro certo anni tempore in diebus festis vult tamen, quod audiant Missam, antequam piscatores irent ad piscandum.

2 Ex hac regula sequitur primò contra Iodocum *in thesauro. verbo*, Missa *num*, 50. ver. *Excusantur & custodes.* Pastores ouium, custodes gregum, armentorum &c. excusari ab audienda Missa, quando non possunt alium ad custodiendum substituere, vt notant communiter Doctores Nauar. *consil.* 5. *tit.* 9. *de ferys* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 7 Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. Quartò numerantur. Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 122. *num.* 8. Vega *part.* 1. *sum. cap.* 114. *casu* 4. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 314. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 6. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus. *in florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 7. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. miss. difficul.* 6. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 6. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 5. *dub.* 10. *num* 179. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 6. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Eodem etiam titulo.* Palaus *part.* 4. *oper moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 16. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 25. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2 *quæst.* 43. Constat enim horum officium desiderari continuatum, quia breuis absentia custodum exponit greges periculo, quod patiantur aliquod damnum, aut aliquod animal errans amittatur, aut quod animalia ipsa, quæ pascuntur inferant aliquod damnum. Nec dici potest cum Iodoco, quod potest prius audiri Missa & postea duci greges ad pascendum, quia hoc quoque est etiam moraliter impossibile, nam Missa, vbi greges degunt non adeò matutino tempore celebrari solet, vt possint educi greges tempore opportuno. Neque hoc locum habet, quando greges etiam noctu degunt in agris, nam tunc noctu quoque indigent custodia.

3 Est tamen aduertendum, quod non debent plures remanere pro custodia gregis, quàm necessarium sit & ideò si vnus sufficiat, debent cæteri accedere ad audiendam Missam; & debent talem ordinem seruare vt notant etiam Lugo, Leander, & alij ex citat. Doctores *num. præced.* vt modò vnus, modò alter accedat ad Missam audiendam, quando plures Missæ celebrantur diuersis horis; si autem vnica tantum Missa celebretur debeat vicissim audire Missam, & vicissim custodire gregem, itavt vnus audiat Missam hoc festo, alius audiat alio festo. Non crederem tamen, quod hic ordo cadat sub præcepto, quia cum ex necessitate aliquis debeat remanere ad custodiã gregis, atque adeò non possit audire Missam, parum refert, quod ille non audiat, quantum est ex vi præcepti; vndè ille ordo reduci videtur potiùs ad conuenientiam, quàm ad necessitatem, quia tamen vt dictum est in superioribus vrget aliquando ius naturale diuinum de colendo Deo per sacrificium, ideò res essent de necessitate ita disponendæ, vt singuli deputati ad curam gregis aliquibus vicibus in anno audirent missam, vt hoc pacto colerent Deum sacrificio, & satisfacerent obligationi naturali.

Sequitur secundò. Milites deputatos pro excubijs 4
vulgò *Seminelle*, aut etiam stationarios excusari ab audienda Missa, si vbi degunt non celebretur, itavt remanendo in statione vulgo Guardia, audire non possint. Ita etiam communiter Doctores præsertim Syluester *verbo*. Missa 2. *num.* 2. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num* 3. Ledesma. *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *La quinta manera.* Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *quintum caput.* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 7. Toler. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus *in florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Martinon *disp.* 40. *de Euchar. sect.* 9. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 206. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 51. Præpolit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Excusatur aliquis.* Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 32. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Nona causa.* Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub* 4 *post.* 5. *respons.* vers. *Quinta causa.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *quæst.* 1. *num.* 25. Neque enim milites isti sunt sui iuris, sed ratione officij tenentur excubias agere, aut in statione permanere ita exigente militari disciplina: & ideò sunt impediti, ne possint accedere ad audiendas Missas. Deberent tamen Duces quando non adest suspitio hostium dimittere successiuos milites stationarios ad audiendam Missam, quando erunt in loco, vbi plures Missæ celebrantur.

Tertiò sequitur. Quod si milites præsidiatij sint 5
in loco, in quo non celebratur Missa, vt si custodiant aliquod fortalitium, in quo degant soli milites, absolutè excusari ab audienda Missa, quandiu ibi degunt, quia hoc præceptum non obligat nisi eos, qui habent commoditatem audiendi Missam. Nec tenentur dimittere officium, vt putat Leander *num. præced. citat.* Quia præceptum obligat quidem ad audiendam Missam, non autem obligat ad dimittendum proprium officium, vt possibilis fiat auditio Missæ, cum sola dimissiu officij de se absque alio annexo incommodum graue est.

Quartò sequitur. Agasones cæterosque vectores 6
excusari ab audienda Missa, quando ratione sui officij impediuntur: itavt, si Missæ assisterent, deberent notabiliter deficere in proprio officio, vt si deberent diu expectare, aut non possent peruenire ea die ad locum destinatum, aut bestiæ onustæ, quas ducunt: notabiliter ex onere paterentur, si sisterent, aut interim non adesset, qui eas custodiret. Ita Caiet. 2.2. *quæst.* 122. *art.* 4. *& in sum.* verbo. *Festum.* Nauar. *consil.* 4. *de Ferys. tit.* 9. *lib.* 1. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* ver. *Ante todas cosas.* Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 9. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 6. ver. *ex quo fit.* Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *num.* 4. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 4. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss difficul.* 6. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus *in Florib. verbo.*

dist. 13. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad vlt.* Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 59. Syluester. *verbo.* Ignorantia. *quæst.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 148. *cap. vlt. num.* 62. Valent. *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. ver. *Item verò.* Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 19. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Nam secluso dolo, & ignorantia crassa. omnis alia ignorantia quoad leges humanas excusat. Hoc autem ex eo prouenit, quia non obligant cum tanto rigore, sicut obligat lex diuina & naturalis. Cuius rei ea ratio esse potest, quod lex Diuina obligat immediatè, etiam quoad actus internos, & respicit interiorem conscientiam per se primò, in quam introducit ordinem debitum secundum rectam rationem. At lex humana non obligat, quoad internos actus, nisi indirectè, sed respicit solum ordinem, quoad actus externos: & proindè contenta est, quod actus externi sint ordinati, & ideò admittit bonam fidem, quæ sit talis secundum externam apparentiam. Talis autem est illa, quæ fundatur in ignorantia culpabili etiam mortaliter, dummodo non sit crassa, & affectata; nam adhuc retinet apparentiã in esse externo bonæ fidei.

3 Ex quibus infertur. Quod si quis iter habens omittat summo mane audire Missam bona fide, putans se habiturum commoditatem, quo peruenturus est ad prandium, excusari, si non inueniat commoditatem, quia scilicet hora celebrandi transacta sit, vt notant Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Facundez *precep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 22. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 13. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 422. ver. *Quarta causa.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 4. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 67. Nam in tali casu omissio Missæ non est voluntaria, imò inuoluntaria, quia quantum est ex se, volebat audire Missam, & bona fide putabat se habiturum commoditatem audiendi, & ideò non imputatur.

4 Secundò infertur. Quod si quis in die festo se occuparet in aliquo exercitio, vt in venatione, aut quocunque alio cum intẽtione postea audiendi Missam, sed interim laberetur tempus, itavt quando ad Ecclesiam accederet, reperiret completam esse celebrationem Missarum, excusaretur, nec omissio audiendi Missam illi imputaretur, quia bona fide processit existimans, se habiturum commoditatem audiendi. Quod etiam locum habet si inaduertenter sineret præterire tempus congruum audiendi.

QVÆSTIO 1327.

An Infirmi excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Impotentia excusat ab obseruantia precepti.*
2 *Infirmitas excusat ab audienda Missa.*
3 *Obseruantia subsequuta declarat dispositionem.*
4 *Regula quando infirmitas excuset.*
5 *In excusando infirmo ab audienda Missa attendenda circumstantia.*
6 *Retardatio recuperationis sanitatis excusat ab audienda Missa.*
7 *Conualescentes quando excusentur.*
8 *Debiles quoque, & quales.*
9 *Quid de laborantibus tertiana, aut quartana.*
10 *Decumbens in hospitali an teneatur attendere celebrantioni Missæ.*

1 CErtum est apud omnes, quod impotentia excusat ab obseruantia cuiuscumque præcepti, nam eo ipso, quod materia præcepta, quamuis in se possibilis, sit alicui impossibilis, desinit præceptum obligare quia non potest secundum rectam rationem exigi ab aliquo, quod in ipsius potestate non est. Si enim terminus obligationis est impossibilis, obligatio quoque est impossibilis, atque adeò esset nulla. Quia tamen varia sunt genera impossibilitatis, tam Physicæ, quàm moralis, ideò examinandæ sunt causæ, ex quibus oritur impossibilitas audiendi Missam, & de iis singillatim agendum. Hæ autem causæ reducuntur ad varia genera impossibilitatis: vndè prius agendum est de iis, quæ reducuntur ad impossibilitatem corporalem.

Dicendum est. *Infirmos excusari ab audienda Missa.* 2
Hoc autem intelligitur non solum quoad Infirmos illos, qui non solum absolutè non possunt surgere è lecto, sed etiam quoad illos, qui non possunt ire ad Ecclesiam sine aliquo probabili detrimento salutis. Ita communiter D. Doctores Caiet. 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. in fine. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Tertium caput.* Facundez *precepto.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 2. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 18. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de Sacrif. Miss. difficul.* 6. Scortia *lib.* 2. *de sacrif. mis. cap.* 20. *num.* Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num* 16. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 2. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. & 173. Francis. Lugo *lib.* 3. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 5. Gesuald *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 38 Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Leander. *in precept. Ecclesia tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 13. Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *secundum bonam.* Gabr. à S. Vincent. *disp.* 3. *de sacrif. mis. quæst.* 8. vers. *Quarta difficultas.*

Ratio est. Quia leges, & præcepta obligant secun- 3
dum mẽsuram obseruantiæ subsequutæ Hæc enim declarat omnes dispositiones *l. sed Julian. §. Porrò* ver. *sed & si ff. Ad senat. Consult. Macedon*, & *l. si reò interpretatione ff. de legib.* & Cap. *Cum venissent. De constit.* & Cap. *cum Dilectus. De consuet*, & notant communiter Doctores Alexand. *consil.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. Roman. *consil.* 271. *num.* 4. Aret. *consil.* 11. ver. *sed limita.* Cranet. *consil.* 226. *num.* 6. Paris. *consil.* 27. *num.* 24. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 38. *num.* 6. *lib.* 1. Bald. *consil.* 130. & *in l. Hi quibus. C. de fideicom. libert.* Castrens. *consil.* 108. *per totum. lib.* 1, Socin. Sen. *consil.* 111. *circa finem. lib.* 1. Corneus *consil.* 193. *num.* 10. *lib.* 2. Rota coram. Merlino *decis.* 450. *num.* 12. Constat autem ex praxi, quod obseruantia ita interpretetur præceptum audiendi Missam, vt excusentur Infirmi, quando timetur aliquod nocumentum in ordine ad salutem.

Solum difficultas esse potest. Quanta debeat esse 4
Infirmitas, vt excuset, aut quantum nocumentum, quod timetur. Videtur autem constitui posse hæc regula, vt nimirum quando Infirmitas impedit consueta exercitia, aut egressum è Domo: itavt hoc existimetur congruere in ordine ad curam Infirmitatis, & ad salutem Corporalem, afferat etiam sufficientem excusationem in ordine ad audiendam Missam. Nam cum Missæ auditio importet exercitium Corporale non solum eundi ad Ecclesiam, sed etiam assistendi corporaliter celebrationi, videtur hoc exercitium posse regulari prudenter secundum illam regulam, qua regulantur cæteræ actiones corporales, Et quia si semel quis intuitu salutis corporalis abstinet à

net à consuetis actionibus corporalibus, videtur etiam sine scrupulo posse ab hoc quoque abstinere. Ex quo fit, quod etiam iuxta diuersitatem complexionis, qualitatem personæ prout videlicet est solita habere maiorem, vel minorem rationem salutis corporalis, in hoc iudicandum sit. Et ideò in hac materia prudens iudicium plurimum poterit, quod erit sufficiens, vt tuta conscientia possit quis abstinere ab audienda Missa.

5 Ex quibus infertur. Quod in hac materia habenda sit ratio circumstantiarum temporis, & loci, quò eundum est pro audienda Missa. Nam qui aliàs excusarentur si Ecclesia valdè distet, via sit aspera, aut alio modo difficilis, si tempus pluuiosum sit, si sub radijs solis incedendum sit, & aliæ huiusmodi circumstantiæ considerari debent. Quibus stantibus, etiamsi Infirmus non impediretur, quia solitas actiones quas solitus est, domi exerceret, adhuc tamen posset rationabiliter excusari ab audienda Missa, quia rationem dictarum circumstantiarum subire potest aliquod nocumentum. E a opposito autem fit, Quod Regulares, & Moniales non tam facilè excusentur ab audienda Missa, quia intra Monasteriũ audire possunt, & proindè habent faciliorem accessum.

6 Secundò infertur cum Præposito 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. quod si accessus ad audiendam Missam retardare possit recuperationem sanitatis, erit causa excusans ab audienda Missa, quia tunc consideratur carentia boni, quod afferet citior recuperatio, & proindè habetur pro considerabili damno, lucrum enim cessans æquiparatur damno Cap. *Licet*. De *ferijs*.

7 Tertiò Infertur. Conualescentes excusari ab audienda Missa præsertim si Ecclesia satis distet, vt notant etiam Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. Faust *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *secundum bonum*. Dicastil. *de sacram. tract.* 3. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 13. Caspens. *part.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *quæst.* 14. Francis. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 11. *num.* 7. Nam in conualescentibus adhuc durat causa excusans ab auditione Missæ, quamuis enim morbus recesserit, durant adhuc eiusdem reliquiæ, saltem quoad debilitatem, quæ sicut impediunt, ne reassumantur consueta exercitia, ita etiam ne reassumatur obseruantia huius præcepti. Minus enim requiritur ad continuandam, quam ad inducendam excusationem. Notant autem cit. Doctores, quod in dubio, an conualescens teneatur accedere ad audiendam Missam, standum est iudicio Medici. Addunt Leander, & Garzia quod manente dubio, potest illud practicè deponere, & non accedere ad audiendam Missam.

8 Quartò infertur, vt notat etiam præpositus 3. *p. quæst*, 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. & alij ex supracit. Doctor. Excusati etiam ab audienda Missa debiles, si sine considerabili incommodo accedere non possint; præsertim si Ecclesia distet, aut sit plena aere insalubri; & specialiter hyemis tempore; quando aeris intemperies nocere potest capiti. Siquidem non minus in istis, quam in Conualescentibus timeri potest incommodum quoad salutem. Debilitas enim reddidit eos faciles ad recipiendas nouas impræssiones Et huc etiam reduci possunt senes, qui quoad complexionem debilibus comparari possunt, militat enim eadem ratio: Imò maior, quia declinatio ætatis reddit faciliores ad noxias impræssiones recipiendas.

Quintò infertur. Quid dicendum de laborantibus 9
febri tertiana, aut quartana. Videtur enim certum excusari quoad illos dies quibus febri corripiuntur. Quod autem spectat ad alios dies, consideranda est complexio ipsorum, & quomodo remaneant affecti ex præcedenti febri; & præcipuè quomodo se gerant circa reliqua, in quibus sani occupari solent: quia si ita liberi remanent vt vacare possint consuetis operationibus, etiam facilioribus, non excusabuntur, si verò remanent prauè affecti, & probabiliter timeatur, quod accessus allaturus sit aliquod nocumentum, tunc excusabuntur.

Sextò infertur decumbentes in Hospitall, in quo 10
Missa celebratur, vt possit ab Infirmis audiri tunc teneri attendere ad ipsam, quamuis è lecto surgere non possint, vt specialiter notant Llamas. *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 1. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 17. Et proindè tenentur habere actum audiendi Missam, & adhibere illam attentionem externam quam possunt. Cessat enim in ipsis impedimentum, imò non superuenit, quia Infirmitas in tantum est impedimentum, in quantum impedit accessum ad Ecclesiam, & moralem assistentiam, in his autem non requiritur talis accessus, & morali modo assistere possunt ostendendo exterius aliquam attentionem. Si tamen ita morbo grauentur, vt difficile possint attendere excusabuntur.

QVÆSTIO. 1328.

An custodes Infirmorum excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Custodes infirmorum quando excusentur ab audienda Missa.*

2 *Assistentia Custodum censetur necessaria pro infirmus.*

3 *Quid si assistentia non sit necessaria, sed eam velit infirmis.*

4 *Infirmus an peccet impediendo ne famuli audiant Missam, si assistentia non sit necessaria.*

COmmuniter docent, excusari, quando scili- 1
cet, assistentia est necessaria saltem, ne infirmi notabiliter tristentur, & non habeant, quos substituant, & in hoc sensu loquuntur etiam ij Doctores, qui absolutè dicunt, excusari, quos Leander citatus dicit, confusè fuisse loquutos, loquuntur enim in terminis habilibus. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Diu. Antonin. *part.* 2. *tit.* 6. *cap.* 10. §. 2. Tabiena *verbo*. Missa. *num.* 47. Angel. *verbo*. Feriæ. *num.* 42. Syuester. *verbo* Missa 2. *num.* 2. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Scortia *lib.* 2. *de sacrifi. mis. cap.* 20. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt. pun. vlt.* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. mis. diffic.* 6. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *La quarta manera* Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 6. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 7. Trullenh. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1 *dub.* 9. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 227. Basseus *in floribus*, *verbo*. Missa. 9. *num.* 1. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 189. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 38. Molses. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 60. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14 *quæst.*

quæst. vlt. pun. vlt. nu. 28. Fillioc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 229. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 217. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 2. Limitant tamen, nisi fortè occasione ipsorum superueniret ægritudo aliqua, aut debilitas, quia tunc esset eadem ratio, ac de Infirmitate. Ratio est quia hæc causa ex nullo capite potest afferre impedimentum, præsertim quia eum non impediat cæteras operationes consuctas, nec etiam impedire debet obseruantiam huius præcepti.

6 Difficultas est. An valeat consuetudo, si introducatur, quod Mulieres menstrua patientes non accedant ad audiendam Missam. Partem affirmatiuam tradunt Llamas *part.* 3. *Meth. cap.* 5. §. 11. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 63. Quia potest introduci ex honesta causa, nempè Religionis, & Reuerentiæ erga Ecclesiam. Et Llamas asserit talem consuetudinem extare in Montanis Galitiæ, & Legionis. Econtra verò negant Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum caput.* Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 216. Francisc Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 14. *quæst.* 1. *num.* 29. Quia esset consuetudo irrationabilis. Hoc videtur certum, vt non possit eousquè hæc consuetudo, vt excludat auditionem Missæ, etiam quando secondum Ius naturale colendus est Deus sacrificio, quia non valet consuetudo contra Ius naturale Cap. *fin. De consuet. in* 6.

7 Quatenus verò est contra ius Ecclesiasticum, quamuis possit esse ex motiuo Religionis, & reuerentiæ, non videtur tamen hoc motiuum rationabiliter applicari præsenti materiæ: sed potius superstitioso modo. Quamuis enim in lege ceteri haberentur in consideratione immunditiæ corporalis, in lege tamen noua non habentur, quia cessarunt legalia præcepta. Et ideò obseruare huiusmodi immunditias ex motiuo Religionis, & reuerentiæ, & propter illas abstinere à Cultu Diuino, videtur cultus superfluus, quia est præter Dei, & Ecclesiæ institutionem imò contra Ecclesiæ institutionem, vt docet D. Th. 2. 2. *quæst.* 93. *art.* 2. *in corpore.* Accedit etiam, quod impedit maiorem Dei cultum, qui ei defertur assistendo Sacrificijs, & proindè est cultus irrationabilis.

QVÆSTIO 1330.

An Mulieres per aliquot dies à partu, etiamsi conualuerint, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Mulieres per aliquot dies à partu excusantur ab audienda missa.*
2 *Statuitur in iure.*
3 *Immunditia mulieris parientis significabatur immunditia peccati originalis.*
Modo consideratur vt effectus peccati originalis.
4 *Diuersa ratio de menstruis, ac de immunditia mulieris parientis.*

1 COmmuniter respondent excusari, dummodò tamen abstineāt etiam ab ingressu Ecclesiæ, & id non faciant ex aliqua superstitione ritus Mosayci. Ita Caietan. *in sum.* verbo. *Festum.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 20. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *n.* 12. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *sextum ca-*

Tom. II.

put. Maiol. *de irregular. lib.* 3. *num.* 4 Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 219. Bonac *disp.* 4 *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 18. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 67. Llamas 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Lublin. *part* 1. *sum. verbo.* Festum *num.* 14. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 29. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 417. vers. *Hoc titulo excusantur.* Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2 *quæst.* 61. Hoc tamen debet seruari, vt aduertit etiam Molfes. quod interim nec exeant è Domo ex alia causa.

Hoc autem debet intelligi, vt valeat in iis locis, 2 in quibus extat talis consuetudo; non autem, vbi non est consuetudo, nisi quamdiù debilitas è partu id exigit. Et hoc permittitur in iure cap. *vn.* De *Purificat. post part.* vbi innocent. III. respondet Archiepiscopo Armezano, quod non erant arcendæ Mulieres post partum per aliquot dies ab ingressu Ecclesiæ, quia lex verus cessauerat; non tamen erat improbanda earum deuotio, si aliquamdiù ex veneratione volebant abstinere. Quod indicat adfuisse talem consuetudinem.

Ratio verò est. Quia per immunditiam Mulieris 3 parientis significabatur in lege veteri immunditia peccati Originalis vt notat D. Thom. 1. 2. *quæst.* 102. *art.* 5. *ad* 4. *post med.* Vndè etiam in præsenti immunditia partus coniuncta cum doloribus potest considerari tanquam signum, & effectus peccati Originalis iuxta illud Genesis cap. vers. 16. *In dolore paries* &c. & proindè potest Mulier ex hoc apprehendere immunditiam & læsionem animæ simul, & corporis illatam per idem peccatum, vel tanquam effectum, vel tanquam pœnam, & exercendo humilitatem se reputare indignam ingressu Ecclesiæ, cui modo speciali assistit Deus, & proindè per aliquot dies ab eius ingressu abstinere. Melius tamen esset accedere ad Ecclesiam, & audire Missam, quia exercetur nobilior actus virtutis, nempè cultus Dei per sacrificium.

Dices. Ratione menstruorum non possunt Mulie- 4 res excusari ab audienda Missa. Ergo neque ratione immunditiæ de partu: præsertim cum de illa neque possit introduci consuetudo, vt dictum est. Resp. neg. conseq. Quia ratione menstruorum abstinere ab ingressu Ecclesiæ esset cultus superfluus, atque adeò superstitiosus, quia non esset secundum institutionem Ecclesiæ, vt dictum est *quæst. praeced.* Hoc autem non contingit in parientibus. Quia vt dictum est *num. praeced.* Consuetudo abstinendi ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies permittitur in iure, atque Ecclesia admittit Mulieres ad Purificationem etiam nunc, & ideò abstinentia ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies, est consentanea institutioni Ecclesiasticæ.

QVÆSTIO 1331.

An Carcerati, & cæteri qui domi detinentur, excusentur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Detenti excusantur ab audienda Missa siue carcerati sint, siue &c.*
2 *Est ipsis impossibilis obseruantia præcepti.*
3 *Carcerati non excusantur, si possint Missæ assistere.*
4 *Si negligant liberationem procurare, an peccent contra præceptum audiendi Missam.*
5 *Custodes carcerum an excusentur ab audienda Missa.*

6 *Degentes in nauigiis an excusentur ab audienda Missa.*
7 *Existentes in nauigijs non tenentur audire Missam siccam.*

1 CErtum etiam apud omnes, carceratos, & domi detentos loco Carceris, excusari ab audienda Missa. Et ita specialiter tradunt Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Ledesma *part.* 1. *sum. cap.* 27. *post* 16. *conclus.* Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 11. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *secundum caput.* Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *num.* 5. vers. *vltima causa.* Laiman. *lib.* 4. *Theol. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 224. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 13. Gaspar. Hurtad *de sacram disp.* 5. *de sacrif. Miss. difficul.* 6. Trullench. *lib.* 3 *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 12. Dicastil. *de sacram tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 164. Gesuald. *de sacram tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 36. Basseus *in floribus verbo.* Missa 9. *num.* 3. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 5. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 517. Leander *in præcept. Ecclesiæ tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 16. Et ad hoc caput reducuntur omnes, qui aliqua vi externa, aut impotentia Physica impediuntur, ne possint accedere ad Ecclesiam, vt qui obsidentur in aliquo loco, qui captiui sunt, qui nauigant in Mari, aut iter habent iu locis, vbi non adest commoditas audiendi Missam &c.

2 Et ratio est euidens. Quia obseruantia præcepti, redditur ipsis omninò impossibilis, vel impossibilitate Physica, vel morali absoluta, vt qui domi detinentur ex præcepto superioris, aut etiam sub aliqua pœna. Huiusmodi namque præceptum, vtpotè impositum, secundùm exigentiam publicæ vtilitatis, præualet præcepto audiendi Missam. Et hoc habet locum, etiam si quis factus sit impotens ex propria culpa, & præuiderit, quod ex tali impotentia sequeretur, non posse audire Missam. Nam supposito, quod non voluerit se reddere impotentem in eum finem, vt non audiret Missam, nam tunc peccasset ob intentionem contra præceptum, non peccauit in causa præuidendo omissionem auditionis Missæ. Nam impotentia non est causa violationis præcepti, sed occasio, ratione cuius superueniens præceptum non extendit suam obligationem ad ipsum, quia non habet obligare impotentes. Tunc autem solum peccatur in causa, quando fit id, ex quo tanquam causa sequitur violatio præcepti obligantis.

3 Rursus etiam conueniunt Doctores, & id specialiter obseruant Llamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 11. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 17. Quod si celebretur Missa pro carceratis, quibus possint assistere, non excusari, si non assistunt quia tunc cessat causa, ob quam aliàs excusarentur. Tota enim excusatio fundatur in impedimento, quod facit, ne obligatio superuenientis præcepti ad eos se extendat. Si ergo cessat Impedimentum, cessat etiam excusatio, nec impeditur præcepti obligatio, ne ad eos se extendat.

4 Maior difficultas est, an peccent contra præceptum audiendi Missam, si negligant procurare liberationem, præsertim cum possint, vt si quis detineretur in carcere ob debita, & nollet soluere, cum posset. Et negatiuè resoluunt Syluester *verbo.* Missa 1. *num.* 1. Angel. *num.* 7. Nauar. *cap.* 51. *Manual. num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 2. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *Prima igitur.* Laiman. *lib.* 2. *Theol. moral. tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 217. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2, *disp.* 2. *quæst.* 50. Et rectè quia præceptum audiendæ Missæ, non extenditur ad aliud, quàm ad auditionem & proindè non obligat impotentes ad se reddendos potentes, vt possint adimplere. Ergo cum præceptum, quando superuenit simul cum die non reperit aliquem potentem, non extendit ad ipsum suam obligationem.

5 Ex dictis infertur. Custodes carcerum excusari ab audienda Missa, quando non possunt relinquere custodiam, nec substituere, vt notant etiam Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 63. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 2. *post* 16. *conclus.* vers. *La Quinta manera.* Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Dicastil. *De sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 266. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 51. Nam tanquam impediti officio proprio, & proindè impotentes non afficiuntur obligatione præcepti. Et idem dicendum est de cæteris huiusmodi custodibus, quorum assistentia continua est necessaria.

6 Secundò infertur. Degentes quoquè in Nauigijs, quamuis nõ nauigent, se i valdè remoti sint à Terra, aut loco vbi celebratur Missa, excusari vt docent Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de sacram quæst. vlt. pun. vlt. num.* 6. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *secundum Caput.* Trullench. *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 6. Basseus *in florib. verbo.* Missa 9. *num* 3. Dicastil *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 169. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 44. Lenader *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *q.* 46. Tales enim habentur pro impotentibus, quia sunt impediti saltem moraliter, cum non possint, nisi cum graui incommodo ad terram accedere. Imò si actu nauigent, etiamsi possint sine notabili incommodo accedere ad terram, adhuc excusantur, ne amittant opportunitatem nauigationis præsertim ijs temporibus, in quibus mare solito solet esse procellosius. Si tamen in eimbris paruis nauigarent, & commodè possent accedere ad locum aliquem, in quo Missa celebraretur, non credo excusari.

7 Tertiò infertur. Cum Azorio *tom.* 1. *lib.* 7. *cap* 7. *q.* 6. Filliuc *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 224. Suarez *disput.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Secundum caput* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. q. vlt. pun. vlt. num.* 6. vers. *Ex quo* Cand do *disquisit.* 25. *art.* 29. *dub.* 11. Dicastil. *tract.* 5. *disput.* 5. *dub.* 10. *num.* 169. Gesualdo *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 44. Leandro *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 47. Non teneri existens in nauigijs audire Missam siccam, si fortè ibi celebretur quia non est vera Missa, cum in ea non offeratur Deo sacrificium. Quid autem dicendum sit de ipsius celebratione constat ex dictis suo loco.

QVÆSTIO 1332.

An, & quanta distantia excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Distantia excusat ab audienda Missa.*
2 *Consideranda est cum suis circumstantijs.*
3 *Quanta debeat esse vt excuset.* & num. seq.
5 *Non potest certa regula definiri.*
6 *Prascindendo à circumstantijs excusat, si excedat duo milliaria.*
Dicimur non posse, quando commode non possumus.
7 *Eadem distantia an excuset stante commoditate cursus aut equi.*

1 COmmuniter conueniunt, quod distantia sit causa sufficiens ad excusandum ab audienda Missa: quia

quia cum hoc præceptum non obliget adeò strictè sed facile admittat causas excusantes, hanc quoque admittere debet tanquam eam, quæ est notabilis incommodi, cum quo non obligat præceptum, & quamuis Iodocus *in Thesauro. verbo.* Longinquitas itineris *num.* 50. vers. *Quinto excusantur*; habeat, quod longinqoitas itineris non excusat robustos in maioribus festiuitatibus; aut reijci debet, aut intelligi de illa longinquitate, quæ aliàs excusaret, quia videtur, quod in festis solemnibus congruum sit, quod cum maiori incommodo adimpleant præceptum.

2 Secundò etiam conueniunt Doctores, quod in ferendo iudicio an distantia sufficiat ad excusandum ab audienda Missa, habenda est ratio circumstantiarum omnium; nam distantia, quæ excusat in aliquibus circumstantijs, non excusabit in alijs, & quæ excusat vno tempore, non excusabit alio, & quæ excusat aliquas personas, non excusabit alias Senes enim, & debiles; Imò & mulieres excusari possunt ratione illius distantiæ, ratione cuius cœteræ personæ non excusabuntur. Rursus tempore niuis, aut pluuiæ aut quando iter valde difficile est ratione luti, aquarum, etiam minor distantia excusabit, quæ aliàs non excusaret similiter etiam maior distantia requireretur quoad eos, qui curru accedere possent, aut æquitando, quam quoad eos, qui non possunt nisi pedestres accedere. Ita specialiter Nauar *cons. 3. de fer. lib. 2. in 2. edit.* Azor *part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst, 5.* Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Tertium caput.* Facundez. *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. num.* 10. Bonac *disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 22. Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num.* 10. Filliuc. *tract. 5. cap. 7. num. 226. in fine* Trullench. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num* 10. Discastil. *tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 10. num.* 185. Reginal. *lib.* 19. *Praxis fori pœnit. num.* 16. Faustus *lib. 2. de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Rursus. ex hoc capite* Baunius *part. 1. Theol. mor. tract. 6. quæst. 7. de præcept. audien. miss.* Garxia *in sum. tract. 4. difficul. vlt. dub. 3. numero* 10. Leander *in præcep. Eccles. tract. 2. disput. 2. quæst.* 25. Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 15. quæst. 1. num.* 9. Caspens *tom. 2. Curs. Theol tract. 23. disput. 4. sect. 4. num.* 32. Gabriel à S. Vincent. *de sacramen. disp. 3. de Sacrif. Miss. quæst.* 8. vers. *difficultas est.* Ratio clara est. Quia distantia, quæ respectu vnius afferet notabile incommodum, non afferet respectu alterius; & quæ affert in his circumstantijs, non afferet in alijs. Difficultas autem est, quanta distantia secundum se considerata & independenter à quibusuis circumstantijs sufficiat ad excusandum.

3 Quod autem ad excusandum requiratur maior distantia tribus milliaribus teneat Ledes. *part. 1. sum. tract. de Euchar. cap. 27. post. 16. conclus* ver. *A esta maneira.* Bonac. *disp. 4. de sacrament. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 12. Et quoad robustos Nauar. *cons 3. de fer. lib. 2. in 2. edit.* Vega *part. 1. sum. cap. 114. casu* 4. Rodriquez *part. 1. sum. cap. 123. num.* 8. & proindè talis distantia secundum ipsos non sufficeret independenter à quacumqoe circumstantia.

4 At quod absolutè sufficiat distantia trium milliarium tradunt Suarez *disp. 88. de Euchar. tract.* 6. ver. *Tertium. caput.* Filliuc. *tract. 5. cap. 7. n. 226. in fin.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 8. difficul. 36. num.* 5. Facundez *præcep. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. num.* 10. Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. disp. in pun. vlt. num.* 4. Trullench. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num* 8. Diastil. *tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 10. num.* 184. Gesuald. *de sacram. tract. 17. cap. 2. num.* 62. Leander. *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst.* 22. ver. *sed. probabilissimè.* Qui *quæst. 23. seq.* tenet cum Diastill. citato, quod non sufficiat respectu cuiuscunque personæ distantia vnius milliarij cum dimidio, vt sunt operarij aliæque personæ robustæ; Imò quod sufficiat distantia vnius milliarij cum dimidio sentit Ortiz *in sum. præcept. 3. §. 7.* Quin sufficere etiam distamtiam vnius tantum milliarij, tradit Marchin. *de sacramen. Ordin. tract. 3. part. 3. tract. 17. numero* 19.

5 In hac difficultate non videtur aliquid firma ratione conuinci posse, sed totum pendere ex prudenti æstimatione incommodi prouenientis ex itinere, & ex prudenti iudicio circa intentionem Ecclesiæ, an voluerint obligare ad quærendam commoditatem audiendi Missam vltra certam aliquam distantiam; & quia ad hanc prudentem æstimationem, & iudicium formandum, non adsunt motiua efficacia, ideò valdè incertum est, & melius formari potest attendendo ad circumstantias de quibus dictum est *num.* 2. cum, his seclusis, valdè incertum sit futurum.

6 Si tamen præscindatur ab omnibus circumstantijs si distantia sit maior duobus milliaribus, non videtur præceptum obligare ad audiendam Missam Ratio est. Quia hoc præceptum non est strictæ obligationis, sed admittit causas rationabiles excusantes, & ideò non obligat eos, qui quocumque modo illud implere non possunt: quia autem dicimur non posse, quando commodè non possumus *l. Nepos Proculo. 125. ff de verbor. significat.* & notant Cagnel. *in l. culpa caret. num. 20. ff. de reg iur.* Seraph. *de priuil. iuram. priuileg. 144. num.* 1. Bernos. *obser. 7. num.* 22. ideò cum non sit commodum vltra duo milliaria quærere commoditatem audiendi Missam, tanquam non potentes, ac carentes commoditate excusabuntur.

7 An autem eadem distantia sufficiat quoad eos, qui equestres, aut in curru accedere possint ad audiendam Missam, qui tenent, quod distantia vnius leucæ, seù trium milliarium sit independenter à circumstantijs sufficiens ad excusandum; debent etiam tenere, quod sufficiat etiamsi adsit commoditas æquitandi, aut currus, & ita in specie tenet Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst.* 24. vers *sed probabiliter.* & ita tenendum videtur; quia si distantia de se excusat eo, quod faciat, quod moraliter non adsit commoditas, excusabit etiam qualeumque personas, licet cum aliqua commoditate accedere possint, quia excusatio petitur ex quantitate distantiæ, quæ est eadem respectu omnium.

QVÆSTIO 1333.

An pro excusatione sufficit, quod non celebretur Missa in loco, vbi quis degit.

SVMMA.

1 *Non celebrari Missam in Parochia non excusat.*
2 *Quid si non celebretur in toto loco vbi quis degit.*
3 *Obligatio non est extendenda.*
4 *Difficultas æquiparatur impossibilitati.*
5 *Obligatio cessat cessante præsupposito in quo fundatur.*
6 *Anachoritæ quomodo potuerint excusari ab audienda Missa.*

1 SI contingat Missam non celebrari in aliqua Parochia, vel quia deficiat Parochus, nec adsit, qui suppleat, vel quia Ecclesia sit polluta, aut interdicta, aut ex aliqua alia causa, non excusari Parochianos ab audienda Missa, certum omninò est; tum quia,

possent commodè accedere ad alias parochias, aut ad Ecclesias Regularium; tum quia tenentur tantum audire Missam, non autem audire in Parochia, ita vt soluantur obligationes, si non possint audire in Parochia. Tum quia obseruantia ita habet, quod hoc præceptum adimpleatur modò in vna, & modò in alia Ecclesia, & ideò quamdiù modo consueto adimpleri potest, viget eius obligatio. Difficultas ergo est, quando in aliqua villa, aut oppido non celebratur Missa teneantur ibi habitantes accedere ad aliud oppidum, seu villam pro audienda Missa.

6 Hanc difficultatem non reperi tractatam apud aliquem, solum Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. assumit id aliud probandum, quod quis non teneatur audire Missam, quando non celebratur in loco, vbi degit, Videtur tamen resoluendum. *Quod non teneatur adire ad aliud oppidum, seu villam pro audienda Missa; sed quod excusentur tanquam carentes commoditate audiendi Missam.* & quidem si distantia alterius oppidi, aut villæ sit tantum, quantum sufficit pro excusatione ex hoc capite excusabuntur iuxta communem opinionem, de qua *præced. quæst.* si verò sit minor adhuc defectu commoditatis poterunt excusari, nisi distantia sit adeò parua, vt censeatur, quantum est ex parte loci, quod moraliter sit quasi idem locus.

3 Ratio est. Quia accedere ad aliud oppidum, aut villam satis distantem, addit specialem difficultatem supra consuetum modum adimplendi præceptum, & proindè exigitur extraordinarius modus pro adimplendo. Cum ergo hoc præceptum obliget benignissimo modo, non videtur esse de intentione Ecclesiæ obligare ad extraordinarium modum, & quando superadditur extraordinaria difficultas, præsertim quia obligatio strictè accipienda est, & non extendi debet *l. Obligationum substantia & l. Arrianus ff. de act. etiam obligat.* & notant Bald. *cons.* 55. *num.* 2 vers. *sed ponamus* Fulgos. *cons.* 80. *in fin.* vers. *Et si quid.* Calderin. *cons* 20. *de iudic.* Rota *decis.* 436. *n.* 3. *part.* 3. *Recent.*

4 Accedit etiam quod cum difficultas æquiparetur impossibilitati *l.* 2. §. 2. vers. *Ex quo & l.* 137. §. *Cum qui ff. de verbor. obligat.* & notant Felin. *in cap. Ecclesia num.* 81. *de const.* Medices. *de casib. fortuit. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 13. quælibet difficultas, licet non magna æquiparabitur alicui impossibilitati. Quæcumque autem impossibilitas in præsenti casu est sufficiens, vt dicatur non posse impleri præceptum.

5 Rursus Præceptum audiendi Missam non obligat, nisi ex suppositione celebrationis, & ideò cessante præsupposito celebrationis, cessat etiam obligatio præcepti: Ergo Ecclesia non intendit obligare, nisi iuxta modum & mensuram institutionis celebrationis Missæ in ordine ad exequendum præceptum. Ergo cum instituerit celebrationem Missæ in quocumque oppido, aut villa, vt det facultatem populo adimplendi præceptum, cessante hac prouisione, censetur etiam cessare obligatio audiendi Missam, quia cessat præsuppositum, in quo fundatur impositio obligationis iuxta ea, quæ tradunt communiter cum Glos. *in l. Mancipia C. de seru. fugit.* Decian. *cons.* 161. *num.* 2. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 9. *num.* 161. Alex. *cons* 126. *lib.* 5. & iuxta Cap. *si Papa. de priuil. in* 6. & Clemen. *Si summ. de sententia excommunicationis.*

6 Ex his infertur, quod quamuis Anachoritæ, seu Eremitæ antiqui valde adeò distarent à locis, vbi celebrabantur Missæ, non poterant tamen excusari ratione distantiæ ab ea audienda. Quia erat voluntaria distantia, quam eligendo se subtrahebant, à cultu Dei deferendo per sacrificium: sed ideò excusabantur, quia ex ductu Spiritus Sancti eligebant illud genus vitæ, & proindè electio recta erat accedente præsertim approbatione Ecclesiæ, quæ admittebat tunc illud genus vitæ; vndè superueniens obligatio præcepti eos non afficiebat tanquam impotentes: & idem proportionaliter dicendum est etiam quoad monachos, qui segregati ab hominum consortio degebant.

QVÆSTIO 1334.

An timor probabilis damni corporalis excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Imminens periculum excusat ab audienda Missa.*
2 *Præceptum audiendi Missam suauiter obligat, & cur.*
3 *Tempore pestilentiæ cessat obligatio audiendi Missam.*
4 *Quinam excusentur, si aër sit valde rigidus &c.*
5 *Quando non potens ingredi Ecclesiam excusetur ab audienda missa.*

Concordant Doctores, quod si ex accessu ad Ecclesiam pro audienda Missa immineat aliquod periculum, adest sufficiens causa excusans, & exemplificant in varijs casibus, vt si immineat periculum ab inimicis, aut carcerationis, vel ob debita, vel ob aliquod delictum commissum, vel aliquod aliud simile. Ita specialiter Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 1. *art.* 1. in fine Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 19. Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *Tertium caput* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 3. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 3. Scortia *lib* 2. *de sacrifi. mis. cap.* an. Marchin. *de sacr. Ordin. tract.* 5. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Gaspar. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 6. Basseus *in Florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 227. vers. *Et eodem modo.* Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10 *num.* 187. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num* 9. Leandes *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 42. Casopens. *tom.* 2. *Cursus Theol. tract.* 23 *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *nos.* 5. *respon* vers. *Tertia causa.* 1

Ratio communis est cum alijs causis quia hoc præceptum obligat suaui modo, & de facili admittit causas excusantes. Periculum autem damni corporalis est causa valdè rationabilis, etiamsi non sit valdè notabile. Quod autem ita suauiter obliget hoc præceptum, inde prouenit, quia est de colendo Deo per sacrificium, ad quod de iure naturæ non tenemur, nisi certis vicibus; vndè cum Ecclesia valdè frequenter ad hoc obliget ex eius intentione admittit facile præceptum causas excusantes. 2

Hinc sequitur, quod tempore pestilentiæ, cessit obligatio audiendi Missam, etiam si aër non sit infectus ob periculum contrahendi contagionem miscendo se cum aliis, quod sanè periculum est valdè graue non solum quando peste tacti aut suspecti liberè conuersantur; sed etiam quando ex diligentia magistratus, aut domi, aut alijs in locis clauduntur, sicut factum est hic Romæ quando anno 1656. & 1657. grassabatur pestis adhuc enim imminet periculum ab ijs, qui infecti sani, & nondum se tales agnoscunt, aut si se agnoscunt, non se produnt. 3

Secundò

4 Secundò sequitur excusari eos, qoando hiemia tempore aër valde rigidum est, aut cum nix, seu pluuia reddit intemperatum, qui de facili eonttahunt tussim, aut alias prauas fluxiones, nam se exponuot periculo eootraheudi, & incommodum tossis & huiusmodi fluxiooum est notabile, quia valde vexat, & nocte præsertim impediens somnum, vndè totum corpus conentitur, & patiiur & de facili etiam solet superuenire febris; vndè hæc incommoda oon sont de minoribus, quæ afferunt causam, quæ sufficiat pro excusaodo ab auditione Missæ.

5 Tertiò sequitur. Quod excusetur ab audienda missa is, qui præ multitudine populi non posset ingredi Ecclesiam, sed eogeretur assistere sub dio, nec haberet commoditatem audiendi aliam Missam, si vel à sole notabiliter læderetor, vel ab aeris rigore, seù intemperie; ex hoc enim causari potest intemperiea capitis & consequenter notabile nocumentum & alij huiusmodi casus iuxta supradictam regulam, resolui possunt.

Qvæstio 1335.

An iactura honoris excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Iactura honoris excusat ab audienda Missa.*
2 *Honor habetur pro pretiosissimo & æquiparatur vita.*
3 *Timens rixas, iniurias, contumelias, &c. excusatur ab audienda Missa.*
4 *Grauida ex occulta fornicatione excusatur ab audienda Missa.*
5 *Carens decenti vestitu.*
6 *Debet tamen eligi demissas si carentia sit diu duratura.*
7 *Pauperes non habentes vestes competentes an excusentur.*
8 *Quid si deficiat decens comitatus.*
9 *Attendenda in hoc circumstantia.*
10 *Non habens decentem vestitum an teneatur procurare mutuum, vt audiat Missam.*
11 *Non facile admittenda excusatio ob defectum vestitus, aut comitatus.*

1 IActura honoris potest pluribus modis contingere, quocumqoe tamen modo contiogat, conueniunt Doctores quod si cōsiderabilis sit, excuset ab audienda Missa. Ita Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Axor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. Suarez *disput.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium genus.* Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 226. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. mis. cap.* 20. Bonac. *disp.* 4. *de Euchar. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 4. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3 *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 3 Trullench *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Basseus *in Florib. verbo.* Missa. 9. *num.* 3. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Tertium genus* Dicastil *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 175. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Ex eodem Capite* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 8 Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 5. *respons.* vers. *Tertia causa.* Nugn. 1. *part quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de præcept. audien. miss.* vers. *quartum impedimentum* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 11. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 41. & alij infracitandi pro casibus particularibus.

2 Ratio est. Quia inter bona huius vitæ honor habetur pro pretiosissimo *l. si in duobus.* 104. *ff. de reg. iur.* ita vt honor, & vita ipsa æquiparentur *l. Iulianus. ff. si quis omissa cau. test.* & notant Doctores Glos. *in §. suspectus autem.* verbo. *ob culpam* Iostit. *de suspect. tut.* Bar. *in l. Et cum. num.* 10. *ff. de iust. & iur.* Ias. *n.* 36. Dec *cons.* 686. *num.* 8. Mantua *singul.* 383. Cassen. *in Cathal. glos. mun. p.* 1. *considerat.* 2. Menoch. *cons.* 98. *num.* 8. Menchaca *quæst. illustr. cap.* 18. *num.* 13. quæcumque ergo iactura illius præbet iustam causam non audiendi missam, cum pro excusando ab obseruantia huius præcepti non requirantur causæ admodum graues.

3 Ex hac autem regula deducitur, quod si quis probabiliter timeat, quod orituræ sint rixæ vel ex causa præcedentiæ, vel ex causa alia, aut quod subiturus sit aliquam iniuriam, aut contumeliam, aut quid simile, qood lædat æstimationem excusabitur si non accedat ad audiendam Missam, vt notant Suar. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium caput.* Axor. *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 4. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 228. Henriq. ex *lib.* 9. *sum. cap.* 25 *num.* 10. Conineh. *de sacram. quæst.* 63. *art.* 6. *num.* 314. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3 Bonac. *disput.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 4. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. qu.* 427. vers. *Et eodem modo.* Præposit 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *numero.* 218. vers. *Ex eodem capite*, Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 11 quæ causa non solum ex seipsa sufficiens est, sed etiam quia trahere potest occasionem maioris mali.

4 Secundò deducitur. Excusari mulierem, quæ ex occulta fornicatiooe est grauida, vt notant Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *la tercera manera.* Laiman *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 16. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 5. Reginald. *lib.* 19. *num.* 16. Gaspar Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. missæ difficul.* 6. Marchinc. *de sacram. Ordin. tract.* 5. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19 Faustus *lib.* 2. *de Euchar. q.* 427. vers. *Hinc si puella.* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. solut. dub.* 3. *num.* 16. Castil. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 5. *dub.* 10. *numero.* 178. Gesuald. *de sacrament. tract. decimo septimo, cap.* 2. *num.* 56. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *q.* 40. & alij. Est enim grauis infamia respectu mulieris, quæ pro honesta habetur, manifestare tale crimen seipsam prodendo; & ideò quamuis in culpa fuerit, habet tamen adhuc ius conseruandi propriam famam; est tamen aduertendum, qood si posset accedere ad Ecclesiam occultando, se esse grauidam, vt modò facilè contingere potest ob vestes inflatas, vulgo *Guardainfantes*, quibus mulieres modò vtuntur, non excusaretur ab audienda Missa.

5 Tertiò deducitur Excusari ab audienda Missa mulieres honestas, quæ respectu sui status carent decenti veste, quando non possunt audire Missam absque eo, quod coram multis compareant. Ita Tabiena *verbo.* Missa. *num.* 47. Syluester *verbo* Missa 2. *num.* 2. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88 *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Tertium caput.* Axor *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 1. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. Fernandez *præcept.* 1. *Eccles lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. Toler. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. Graf *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 5. Nugn. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de præcept. audien. miss. circa fin.* ver. *Quartum impedimentum* Sà. *verbo.* Missæ auditio *num.* 3. Barthol. ab Angel. *tract. de miss.* §. 830. Bonac. *disput.* 4. *de sacram. q. vlt. dub. pun. vlt. num.* 8. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 16 Præposit. 3. *part. qu.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Ex*

ratiooe officij Missa, quod exercet. Et ita notant præsertim Doctores infracitandi pro variis casibus. Fundamentom huius regulæ est. Quia officium facit, quod sit rationabiliter impeditus, & cum præceptum reperiat impeditos, non obligat, cum reperiat moraliter impotentes; neque enim tenentur relinquere consuetum officium, vt sint habiles ad implendum præceptum, quando superuenit obligatio. Est tamen aduertendum, quod continuatio exercitij officij debet esse aliquo modo necessaria, itavt non possit intermitti tempore audiendæ Missæ, aut quod non possit præueniri adimplementum præcepti. Quia si aliquo modo impleri potest, præceptum est implendum, vt desumitur ex Cap. *Licet de ferys.*, vbi Pontifex indulgens piscationem pro certo anni tempore in diebus festis vult tamen, quod audiant Missam, antequam piscatores itent ad piscandum.

2 Ex hac regula sequitur primò contra Iodocum *in thesauro. verbo.* Missa *num.* 50. ver. *Excusantur & custodes.* Pastores ouium, custodes gregum, armentorum &c. excusari ab audienda Missa, quando non possunt alium ad custodiendum substituere, vt notant communiter Doctores Nauar. *consil.* 5. *tit.* 9. *de ferys* Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 7 Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. Quartò numerantur. Rodriquez *tom.* 1. *sum. cap.* 122. *num.* 8. Vega *part.* 1. *sum. cap.* 114. *casu* 4. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Conioch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 314. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 19. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 6. Facundex *pracep.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus. *in florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 7. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. miss. difficul.* 6. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 6. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disput.* 5. *dub.* 10. *num* 179. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 6. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Eodem etiam titulo.* Palaus *part.* 4. *oper moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 16. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1 *num.* 25. Leander *in pracept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2 *quæst.* 43. Constat enim horum officium desiderari continuatum, quia breuis absentia custodum exponit greges periculo, quod patiantur aliquod damnum, aut aliquod animal errans amittatur, aot quod animalia ipsa, quæ pascuntur inferant aliquod damnum. Nec dici potest cum Iodoco, quod potest prius audiri Missa & postea duci greges ad pascendum, quia hoc quoque est etiam moraliter impossibile, nam Missa, vbi greges degunt non adeò matutino tempore celebrari solet, vt possint educi greges tempore opportuno. Neque hoc locum habet, quando greges etiam noctu degunt in agris, nam tunc noctu quoque indigent custodia.

3 Est tamen aduertendum, quod non debent plures remanere pro custodia gregis, quàm necessarium sit & ideò si vnus sufficiat, debent cæteri accedere ad audiendam Missam; & debent talem ordinem seruare vt ootant etiam Lugo, Leander, & alij ex citat. Doctores *num. praced.* vt modò vnus, modò alter accedat ad Missam audiendam, quando plures Missæ celebrantur diuersis horis; si autem vnica tantum Missa celebretur debeat vicissim audire Missam, & vicissim custodire gregem, itavt vnus audiat Missam hoc festo, alius audiat alio festo. Non crederem tamen, quod hic ordo cadat sub præcepto, quia cum ex necessitate aliquis debeat remanere ad custodiã gregis, atque adeò non possit audire Missam, parum refert, quod ille non audiat, quantum est ex vi præcepti; vndè ille ordo reduci videtur potiùs ad conuenientiam, quàm ad necessitatem, quia tamen vt dictum est in superioribus vrget aliquando ius naturale diuinum de colendo Deo per sacrificium, ideò res essent de oecessitate ita disponendæ, vt singuli deputati ad curam gregis aliquibus vicibus in anno audirent missam, vt hoc pacto colerent Deum sacrificio, & satisfacerent obligationi naturali.

Sequitur secundò. Milites deputat.:s pro excubijs 4 vulgò *Sentinelle*, aut etiam stationatios excusari ab audieoda Missa, si vbi degunt non celebretur, itavt remanendo in statione vulgo Guardia, audire non possint. Ita etiam communiter Doctores præsertim Syluester *verbo.* Missa 1. *num.* 2. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Azot. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num* 3. Ledesma. *part,* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* vers. *La quinta manera.* Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *quintum caput.* Villalob. *part.* 1. *sum, tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 7. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. Facundez *pracept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus *in florib. verbo.* Missa 9. *num.* 3. Martinon *disp.* 40. *de Euchar. sect.* 9. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp:* 5. *dub.* 10. *num.* 206. Leander *in pracept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 51. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Excusatur aliquis.* Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 32. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Nona causa.* Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub* 4 *post.* 5. *respons.* vers. *Quinta causa.* Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 5. *quæst.* 1. *num.* 25. Neque enim milites isti sunt sui iuris, sed ratione officij tenentur excubias agere, aut in statione permanere ita exigente militari disciplina: & ideò sunt impediti, ne possint accedere ad audiendas Missas. Deberent tamen Duces quando non adest suspitio hostium dimittere successiuos milites stationatios ad audiendam Missam, quando arunt in loco, vbi plures Missæ celebrantur.

Tertiò sequitur. Quod si milites præsidiatij sint 5 in loco, in quo noo celebratur Missa, vt si custodiant aliquod fortalitium, in quo degant soli milites, absolutè excusari ab audienda Missa, quandiu ibi degunt, quia hoc præceptum non obligat nisi eos, qui habent commoditatem audiendi Missam. Nec tenentur dimittere officium, vt putat Leander *num. praced. citat.* Quia præceptum obligat quidem ad audiendam Missam; non autem obligat ad dimittendum proprium officium, vt possibilis fiat auditio Missæ, nam sola dimissio officij de se absque alio annexo incommodum graue est.

Quartò sequitur. Agasones cæterosque vectores 6 excusari ab audienda Missa, quando ratione sui officij impediuntur: itavt, si Missæ assisterent, deberent notabiliter deficere in proprio officio, vt si deberent diu expectare, aut non possent peruenire ea die ad locum destinatum, aut bestiæ onustæ, quas ducunt: notabiliter ex onere paterentur, si sisterent, aut interim non adesset, qui eas custodiret. Ita Caiet. 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. *& in sum.* verbo. *Festum.* Nauar. *consil.* 4. *de Ferys. tit.* 9. *lib.* 1. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap* 4. *num.* 3. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Euchar. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* ver. *Ante todas cosas.* Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 9. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 6, *ver. ex quo fit.* Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *num.* 4. Villalob. *part.* 1. *sum. tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 4. Azot. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 6. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. Facundex *pracept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Basseus *in Florib, verbo.*

verbo. Missa *num.* 3. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 6. Palaus *part.* 4. *oper moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *num.* 178. Gesual. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 6. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 46. Faustus *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 427. vers. *Nona causa*. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 14. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 25.

7 Quintò sequitur. Excusari aliquando molitores ab audienda Missa, quando scilicet necessarium est molere etiam in diebus festis, & coguntur operi assistere. Ita Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num.* 6. vers. *similiter*. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 14. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 178. in fine Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 60. Leander *in precept Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 44. Impedimentum enim est legitimum, atque adeò reddit ipsos moraliter impotentes ad seruandum præceptum.

8 Sextò sequitur. Cursores, vulgo, *quelli che corrono alla posta* excusari ab audienda Missa. Ita Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Quintum caput*. Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num.* 6. vers. *Ex quo fit*. Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 0. Palaus. *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punct. vlt. num.* 6. Francis. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. caput.* 15. *quæst.* 1. *num.* 25. Nam officium cursoris cum requirat celeritatem in itinere, non permittit cursorem morari pro audienda Missa.

9 Et quamuis Dicastil. *tract.* 5 *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 179. Leander *in precep. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 45. coarctent ad casum, in quo ex mora immineret aliquod damnum, absolutè tamen tenendum est, excusari quia quando mittuntur huiusmodi cursores intenditur speciali modo celeritas, & ideò mittentes non parcunt expensis. Vnde quotiescumq; retardatur celeritas, fit cõtra principale intentum missionis, itavt ex parte frustretur, quod sufficit, vt teneantur sine interpolatione, & quod omnis interpolatio esset notabiliter contra munus proprium.

10 Septimò sequitur. Excusari quoque consiliarios ab audienda Missa, qui grauia negotia tractant, nec permittunt dilationem in aliud tempus; nec similiter, quod interrumpatur tractatio, quousque audiatur Missa. Ita Syluester. *verbo.* Missa 2. *num.* 1. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. Bassens *in Florib. verbo.* Missa 9. *n.* 3. vers. *Item domini* Iodoc. *in Thesaura. verbo.* Missa. *num.* 50. vers. *Excusantur*. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 208. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 16. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub. vlt. num.* 20. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 25. Si enim qualitas, & grauitas negotiorum non permittit dilationem, reddit impeditum, atque adeò obseruantiam præcepti moraliter impossibilem. Est tamen aduertendum, quod hæc causa potest verò habere locum, præsertim stante commoditate, quam huiusmodi personæ regulariter habere solent pro audienda Missa, possunt enim præmittere obseruantiam præcepti antequam incipiant tractationem negociorum. Potest tamen habere locum, quando se congregant pro tractandis negocijs probabiliter cedentes, postea ad futurum tempus opportunum pro audienda Missa, sed postea tractatio ita dilatatur, vt labatur hora opportuna pro celebratione.

QVÆSTIO. 1337.

An subiectio, & obedientia excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Subiectio & obedientia quando excuset ab audienda Missa.*
2 *Mulier excusatur, si maritus nolit eam exire ob zelotipiam.*
3 *Et si ex alia causa prohibeatur exire.*
4 *Famuli quando ob ocupationem excusentur.*
5 *Domini an teneantur non occupare famulos vt possint audire Missam.*
6 *Famuli non audientes Missam ob seruitia quando peccent.*
7 *Manentes ad custodiam domus, aut parandos cibos, quando excusentur ab audienda Missa.*
8 *Qui aliena potestati subsunt, excusantur ab audienda Missa, quando excusantur famuli.*

Constitui potest etiam hæc regula, Quod subiectio, & obedientia excusat ab audienda missa. Hanc regulam admittunt communiter Doctores præsertim infrà citandi. Vt tamen subiectio, & obedientia excuset, debet esse rationabilis. Quia prius debet quisque subijci legi, & ideò, atque Ecclesiæ obedire, quàm hominibus. Et ideò non excusabitur ab audienda Missa, ratione subiectionis, & obedientiæ, nisi etiam concurrat aliqua causa, ob quam rationabiliter præferre debeat obedientiam, quoad homines obedientiæ debitæ Deo, & Ecclesiæ iuxta ea. quæ tradunt Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Coninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 315. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 10. Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 9. Gabr. à S. Vincent. *de sacramen. disp.* 3. *de sacrific. miss. quæst.* 8. vet. *Quarta causa*. 1

Ex hac regula sequitur primò Quod si maritus ob Zelotipiam nolit, vxorem exire è domo, excusabitur ab audienda Missa, si inde oriatur grauis conturbatio inter ipsam, & maritum. Ita Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 5. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Quartum caput*. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. §. 11. *in fine*. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 58. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 10. Palaus. *part.* 4. *oper. moral. tract* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 4. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 211. Gesuald. *de sacrament. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 64. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 32. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. ver. *Hoc etiam titulo* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 15. concurrit enim causa grauis incommodi, cum quo præceptum non obligat. Est tamen aduertendum, quod vir peccabit toties, quoties impediet vxorem, ne Missam audiat, nisi forte Zelotipia sit ita rationabilis, & cum tali fundamento, vt possit rationabiliter prohibere, ne mulier accedat ad Ecclesiam, quia erit causa, ne seruet præceptum. 2

Secundò sequitur. Vxores excusari ab audienda Missa, quando mariti prohibent egressum è domo 3
ex quacumque causa si quando non obedirent, orirentur

rentur graues rixæ, & contentiones. Ita D. Anton. 2. *part. tit.* 9. *cap.* 10. §. 2. Sotus *lib.* 2. *de iust & iur. quæst.* 4. *art.* 4. *& in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 9. ver. *Quartum caput* Scortia *lib.* 2. *de sacrif. cap.* 20. *n.* 8. Vega *part.* 1. *sum. cap.* 114. *casu* 4. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 58. Iodocus. *in Thesauro. verbo.* Missa *num.* 50. vers. *Hinc excusatur.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punc. vlt. num.* 10. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 212. Trullench. *lib.* 3. *in Decal cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 9. Gesual. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 64. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. ver. *Hoc etiam titulo* Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 31. In hoc enim casu cum subiectione concurrit etiam incommodum alterationum, & rixarum, cuius vitatio est rationabilis causa omittendi auditionem Missæ.

4 Tertiò sequitur. Excusati famulos, qui ab heris occupantur in suis seruitijs, itavt non relinquatur commoditas audiendi Missam, si seruitia, in quibus occupantur, sunt necessaria, itavt non possint in aliud tempus differri. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. *in fine.* Graf. *part.* 1 *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 5. ver. *Tertia* Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Vega *part.* 2 *sum. cap.* 41. *casu* 36. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 5. *respons.* vet. *Quinta causa* Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 3. *num.* 15. Præposit. 3. *part. quæst.* 85. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Obedientia.* Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Rursus ex hoc capite.* Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de precept. audien. miss.* vers. *Sextum impedimentum,* Palaus *part.* 4. *oper moral tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 6. Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 32. Franc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 24. Cum enim famuli teneantur inseruire Dominis ratione officij, si seruitia sint necessaria, sunt impediti, atque adeò moraliter impotentens ad adimplendum præceptum. Vt autem seruitium dicatur necessarium, non debet esse absolutè necessarium, sed sufficit, quod sit ex consuetis, in quibus famuli occupari solent, & quod non possit sine incommodo differri.

5 In prædicto autem casu neque etiam peccant Domini, dum ita occupant famulos, vt non possint Missam audire; quia non tenentur se priuare necessario seruitio, & sicut possunt ipsi omittere auditionem Missæ, quando occupantur in negotijs necessarijs, ita etiam possunt occupare famulos, quamuis non audiant Missam. Quia tamen tenentur Domini curare, vt domestici audiant Missam, vt notant communiter Doctores, præsertim Suarez *disp.* 88. *de Euchar. sect.* 6. vers. *Caput. quintum.* Sà *verbo.* Missæ auditio *num.* 5. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 227. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 9. ideò tenentur concedere tempus opportunum pro audienda Missa, & ideò si absque vrgenti necessitate eos ita occupent, vt non possint Missam audire peccabunt mortaliter vt notant Præposit. Nugn. Palaus, Lugo & alij ex citat. *num. precedenti* ijsdem locis; quia sunt causa, quod non adimpleatur præceptum ab ijs, qui tenentur, & possent adimplere.

6 Quod spectat ad famulos, quando seruitia non sunt ita necessaria, vt non possint, aut præueniri, aut differri peccabunt non audiendo Missam, nisi immineat incommodum alicuius considerationis, quale esset si timerent verbera, aut quod dimitterentur à seruitio Domini, aut quid simile, vt notant communiter Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *caput. quintum* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 10. vers. *Non desunt.* Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de precep. audien. miss.* vers. *sextum impedimentum.* Præpos. *dub.* 6. *num.* 218. vers. *Obedientia.* Conninch. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *num.* 315. Mercer. *dub.* 4. *post.* 5. *responsion.* vet. *Quinta causa.* Trullench *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 9. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. Hurtad. *de sacram. disput.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 6. Basseus *in Floribus, verbo.* Missa. 9. *num.* 3. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. Palaus *p.* 4. *oper. mor. tract.* 27. *disp. vn. punc. vlt. num.* 6. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 211. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 64. Caspens. *part.* 2. *Cur. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 32. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 24. Leander *in precept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 33. *&* 34. Subintrat enim regula quod præceptum non obliget cum incommodo considerabili. Est tamen aduertendum, vt notant etiam Coninch. Suarez, Azor. Bonac. alij ex citat. Doctoribus, quod si frequenter id accidat, tenetur famulus quærere alium Dominum, qui ipsi concedat commoditatem, audiendi Missam.

Quartò sequitur Excusari eos ab auditione Missæ 7
quando in illo loco vnica tantum Missa celebratur qui domi manent ad ipsius custodiam vel ad parandos cibos. Si tamen necessaria sit custodia ob aliquem probabilem timorem damni, & præparatio ciborum non possit, aut præueniri aut differri. Ita Tabiena *verbo.* Missa. *num.* 47. Armilla *num.* 30. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 10. Rodriquez *part.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 6. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. § 11. *in fine.* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 7. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 8. in fine. Leander *in precept Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 35. Caspens. *tom.* 2. *Curs. theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 31. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 210. In hoc enim casu obseruantia præcepti est coniuncta cum notabili incommodo, & si vbi parati non essent, possent etiam oriri rixæ, contentiones: vndè subintrat regula, quod præceptum non obliget cum tanto incommodo.

Quod autem dictum est de famulis, accipienda 8
sunt de omnibus qui alienæ potestati subijciuntur, vt vxor respectu mariti, filij respectu parentum. In his enim militat eadem ratio subiectionis, & obedientiæ: & ideò quando prohiberentur ex aliquo titulo audire Missam, nec possent venire contra prohibitionem sine notabili incommodo excusantur; tenentur tamen facere, quantum ipsis permittit ipsorum conditio vt Missam audirent, nisi fortè ex rationabili, & iusta causa prohiberentur accedere ad Ecclesiam.

QVÆSTIO. 1338.

An Mater excusetur ab audienda Missa ob custodiam filiorum.

SVMMA.

1 *Mater & quæ habent in custodia puellas, excusantur ab audienda Missa.*

2 *Etiamsi solum timeatur; ne puellæ sibi vsurpent aliquam indebitam licentiam.*

EAdem est ratio de quauis alia persona deputata 1
ad custodiam puellarum; potest enim contingere, quod non possit eas secum ducere ad audiendam Missam ex aliqua iusta, & rationabili causa, & quod immineat aliquod periculum; si solas domi relinquat. Et resoluendum est *Excusari ab audienda missa.* Ita

sa. Ita Sotus lib. 2. de inst. & iure quæst. 4. art. 4. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Suarez disp. 88. de Eucharist. sect. 6. Syluester verbo. Missa. 1. num. 2. Scortia lib. 2. de sacrific. miss. cap. 20. num. 8. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num. 2. Facundez præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 1. Llamas 3. part. Meth. cap. 5. §. 11. Trullench. lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 3. Nauar. cap. 21. Manual. num. 9. Rodriquez tom. 1. sum. cap. 123. num. 9. Graf. part. 1. decis. lib. 2. cap. 36. num. 5. Henriquez lib. 9. sum. cap. 25. num. 10. Dicastil. de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 200 Molfes. part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 57. Basseus in floribus verbo. Missa. 9. num. 2. Gesuald. de sacram. tract. 17. cap. 2. num. 57. Leander in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 27. Ratio est. Quia concurrit debitum officij custodiendi dictas puellas cum præcepto Ecclesiæ audiendæ Missæ. Prænalet autem debitum officij; quia licet si sit voluntariè susceptum, adhuc tamen obligat de iure naturali, & ideò præferri debet.

2 Hinc si probabiliter timeretur non solum aliquod inconueniens circa honestatem; sed etiam, quod puellæ essent sibi vsurpaturæ aliquam indebitam licentiam loquendi cum extraneis ex qua loquutione immineret aliquod periculum, esset sufficiens causa non deserendi custodiam. Vndè quicquid occurere potest, quod sit considerabile, & quod per custodiam auerti potest, est causa sufficiens relinquendi auditionem Missæ. Hoc autem debet ita accipi, vt solum locum habeat, quando non adest, qui substituatur pro custodia: aut quando claudi non possint, vt præseruentur ab omni periculo.

QVÆSTIO 1339.

An amissio sociorum in itinere sit causa excusans ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Quando ob non amittendos socios itineris sit causa excusans ab audienda Missa.*
2 *Amissio sociorum independenter ab alio an sit causa excusans.*
3 *Quid si iter sit longum, & segregatum à commercio.*
4 *Quid ob leuandum tædium itineris.*

1 QVia contingere potest, quod socij itineris nolint audire Missam, aut præuenerint audire, ideò dubitatur, an; ne amittantur, sit causa sufficiens excusans ab auditione Missæ. Et quidem conueniunt communiter Doctores, quod sit causa sufficiens si inde perueniat aliquod incommodum: vt si timeantur latrones, si adsit periculum aberrandi, vel quia à socijs recipiat expensas, vel quid simile, nam tunc præceptum non obligat cum tanto incommodo. Ita Caiet. in sum. verbo. Festa. Armilla verbo. Missa. num. 30. Nauar. cap. 21. Manual. num. 3. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Henriquez lib. 9. sum. cap. 25. num. 10. Suarez disp. 88. de Eucharist. sect. 6. vers. Quarto numerantur. Ledesma part. 1. sum. tract. de Eucharist. cap. 27. post. 16. conclus. vers. Por esta razon. Bonac. disp. 4. de sacram quæst. vlt. pun. vlt. num. 6. vers. Item excusatur. Laiman lib. 4. theol. moral. tract. 7. cap. 4. num. 3. Marchin de sacram. ordin. tract. 3. part. 3. cap. 27. num. 19. Scortia lib. 2. de sacrific. miss. cap. 20. Basseus in Floribus. verbo. Missa. 9. num. 3. Hurtad. de sacrament. disp. 5. de sacrific. miss. difficul. 6. Villalob. part. 1. sum. tract. 8. difficul. 36. num. 2. Trullench. lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 6. Machad. tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 2. docum. 2. num. 4. Dicastil. tract. 5. de sacram. disp. 5. dub. 10. num. 19. Gesuald. de sacram. tract. 17. cap. 2 num. 58. Palaus part. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vn. punt. vlt. num. 4. Nugn. 3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 3. de præcept. audien. miss. ver. Quartum impedimentum. Mercer. de sacram. quæst. 83. art. 6. dub. 4. post. 5. respon. ver. Hic tamen. Baunius part. 2. theol. moral. tract. 6. quæst. 7. de præcept. audien. miss. Garzia in sum. tract. 4. difficul. vlt. dub. 3. num. 14. Præposit. 3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 6. num. 217. ver. Ad hoc etiam. Faustus lib. 2. de Eucharist. quæst. 427. vers. Hac etiam ratione Caspens. tom. 2. curs. theol. tract. 23. disp. 4. sect. 4. num. 31. Francis. Lugo lib. 5. de sacram. cap 15. quæst. 1. num. 8. Neque enim præceptum obligat, dum subeundum est aliquod notabile incommodum pro eo adimplendo.

Maior difficultas est, an sola amissio sociorum independenter a quocumque alio incommodo sit sufficiens causa excusans ab audienda Missa. Negant Suarez, Ledesma, Coninch. Bonac. Trullench. Baunius, & alij num. præced. citat. Quia non est incommodum considerabile iter facere sine socijs. Econtra verò affirmant Iodocus in Thesauro. verbo. Missa. n. 50. ver. Excusantur, & custodes. Vega. part. 1. sum. cap. 114. casu. 4. Machad. tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 2. docum. 2. n. 4. Leander in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. q. 10. ver. Vndè ego qui limitat ad iter valde longum, & solitarium. 2

Et quidem, quando iter est longum, & per loca segregata à commercio hominum, vbi nullus, aut fere nullus sit obuiam, censerem, solam amissionem sociorum esse sufficientem causam excusantem ab auditione Missæ. In huiusmodi enim itinere aliqui socij sunt moraliter necessarij propter casus non præuisos, qui contingere possunt, in quibus est necessarium alienum auxiliū, præsertim quoad eos, qui non sunt assueti tali itineri. Et quamuis rarò contingant huiusmodi casus, possunt tamen contingere, & ideò adest sufficiens motiuum probabiliter eos timendi, atque adeò non amittendi socios. 3

Et quamuis Molfes. part. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 61. Scottia lib. 21 de sacrific. miss. cap. 20. Henriquez. lib. 9. sum. cap. 25. num. 10. Leander in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 10. ver. Vndè ego, existiment, quod etiam ob leuandum tædium longi itineris sit causa excusans ab audienda Missa, quando aliàs essent amittendi socij. Hoc tamen mihi probari non potest. Tum quia hæc causa non est vniuersalis cum plures nullum tædium patiantur, quando soli iter faciunt. Tum quia tædium non est tantæ considerationis, vt propter ipsum leuandum debeat cessare obligatio præcepti, nec etiam licet omittere auditionem Missæ. Tum quia conuersatio sociorum multoties euadit molesta, & potius auget, quam leuet tædium. 4

QVÆSTIO 1340.

An sufficiat consuetudo non audiendi Missam ad excusandum à peccato.

SVMMA.

1 *Consuetudo nunquam audiendi Missam non potest introduci.*
2 *Consuetudo pro aliquo tempore excusat ab audienda Missa.*
3 *Consuetudo habet æqualem vim cum lege. Consuetudo potest legem abrogare.*

Vidua

4 *Vidua excusantur si per aliquod tempus à morte viri domi se contineat, si adsit consuetudo.*
5 *Per quodnam tempus hac consuetudo sit rationabilis.*
6 *An valeat secundum totam latitudinem introductam.*
7 *Non valet si ita se extendat, vt deroget iuri naturali.*
7 *Longior potest esse respectu nobilium, quàm popularium.*

1 DIfficultas non procedit de absoluta consuetudine non audiendi Missam, sed de consuetudine non audiendi pro aliquo tempore. Certum est enim quod absoluta consuetudo non potest excusare, quia si introduceretur, non esset consuetudo rationabilis, sed mera coruptella, cum non possit adesse motiuum rationabile nunquam audiendi Missam Imo cum de iure naturæ sit colere Deum sacrificio, esset talis consuetudo contra ius naturale, & ideò extirpanda iuxta Cap. *fin. de consuetud.*

2 Est ergo regula communiter recepta, quod consuetudo pro aliquo tempore excuset ab audienda Missa. Ita Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Sextum caput.* Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *caput.* 4. *num.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 2. Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 12. Bonae. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num.* 25. Ledesma. *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* ver. *La sexta manera.* Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de precept. audiend. miss.* ver. *septimum impedimentum.* Caiet. 2. 2. *qu.* 122. *art.* 4. Mercer. *de sacram. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *post.* 5. *respons.* ver. *sexta causa.* Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. vers. *Decima causa*, Palaus. *part.* 4. *oper. moral. tract.* 12. *disp. vn. punt. vlt. num.* 7. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub* 10. *n.* 215. Garzia *in sum. tract.* 4. *diffic. vlt. dub. vltim. num.* 19. Præpos. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *n.* 219. ver. *Excusantur &c.* Caspens. *tom.* 2. *Curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *n.* 33. Francis. Lugo *lib.* 5. *de sacramen. capit.* 15. *q.* 1. *n.* 27. Gabriel à S. Vincent. *de sacramen. disp.* 3. *de sacrific. miss. quæst.* 8. *circa fin.*

3 Consuetudo enim æqualem vim habet cum lege, & ideò sicut potest leges includere ita etiam abrogare. §. *Ex non scripto.* Instit. *de iure natura Gent. & l. de Quibus. ff. de legib. & l.* 2. *C. Quæ sit longa consuetudo*, & Cap. *fin. de consuetud.* Et ideò potest in præsenti derogare obligationi audiendi Missam pro aliquo tempore, dummodo sit ex aliqua causa rationabili inducta. Est tamen aduertendum; Quod vt valeat ista, consuetudo, debet sistere intra illos terminos, in quibus deroget tantum iuri Ecclesiastico de audianda Missa, & non se extendat ad derogandum iuri naturali de colendo Deo cum sacrificio.

4 Ex hac regula deducitur contra Iodocum *in Thesauro verbo.* Missa *n.* 50. Excusari viduas, quæ mortuo viro, per aliquod tempus luctus causa, domi se continent, si tamen ita se domi contineant vt neque ex alia causa exeant. Et in hoc conueniunt communiter Doctores, adest enim aliqua rationabilis causa, cui innitatur hæc consuetudo, nempè vt in signum tristitiæ per aliquod tempus se abstineant ab hominum consortio.

5 Solum difficultas est, per quodnam tempus valeta possit hæc consuetudo. Quod autem per breue tempus valeat consuetudo; tradunt Caiet. 2. 2. *art.* 4. *casu.* 6. D. Anton. 2. *part. tit.* 9. *cap.* 9. §. 12. Tabiena. *Verbo.* Missa. *a.* 47. Armilla. *num.* 30. Syluester. *verbo.* Missa. 2. *n.* 2. Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 5. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 65. Nugnus 3. *part. q.* 83. *art.* 6. *dub.* 3. *de precept. audiend. miss. in fine* qui solum admittunt hanc consuetudinem per mensem ad summum.

Econtra verò alij admittunt hanc consuetudinem secundum totam illam latitudinem secundum quam est introducta. Ita Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *sextum cap.* Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *n.* 12. Tolet. *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *n.* 3. vers. *Tertia causa.* Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *n.* 226. Ledesma. *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus* ver. *La sexta Manera.* Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 2. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 2. Bonac. *disp.* 4. *de Euchar. quæst. vlt. punct. vlt. num.* 25. Llamas. 3. *part. meth. cap.* 5. §. 12. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 3. *part.* 5. *cap.* 17. *num.* 21. Hurtad. *de sacramen. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficul.* 6. Basseus *in Floribus. verbo.* Missa. 9. *num.* 3. *in fine.* Villalob. *part.* 1. *sum, tract.* 8. *difficul.* 36. *num.* 8. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 18. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 219. Caspens. *part.* 2. *curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 33. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punt. vlt. num.* 7. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. §. *Decima causa.* vers. *Hoc etiam titulo.* Francis. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 2. Leander. *in precept. Eccles. tract.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 58. vers. *sed absolutè.* 6

Et quidem sicut consuetudo potuit inducere quod absoluté abstineant ab accessu ad Ecclesiam, ita etiam potuit determinare tempus, præsertim quia hoc est accessorium ad substantiam consuetudinis. Est tamen aduertendum, quod si ista consuetudo, vt dictum est etiam supra, adeò extenderetur vt derogaret etiam obligationi iuris naturalis diuini, non asset rationabilis atque adeò secundum excessum contineret corruptellam. Vndé si duraret per annum absque eo, quod neq; in solemnioribus diebus audirent Missam, non posset saluari, quod non esset immixta etiam corruptella. Quia non videtur obligatio naturalis pati, quod per annum integrum non colatur Deus sacrificio saltem pro gratiarum actione beneficiorum, quæ continuo ab ipso recipimus. Si tamen solemnioribus diebus audiretur Missa, posset consuetudo annualis tolerari. 7

Conueniunt tamen communiter Doctores, quod longius tempus concedi debeat feminis nobilibus, quam popularibus. Verum cum hoc totum pendeat à consuetudine, ipsi standum est, & si non sit introductum à consuetudine, non poterit maius tempus nobilibus concedi. Et nobilitas solum facit, quod si consuetudo quoad ipsas longius extenderetur, esset rationabilis, vipoté quia nobilium actiones debent esse magis conspicuæ. Optimum tamen esset, si quando ex præcepto tenentur, accederent ad audiendam Missam, & in reliquis se abstinerent à commercio, nec alia de causa domo exirent. 8

QVÆSTIO 1341.

An valeat consuetudo, quod puellæ nobiles, cum nubiles sunt, non accedant ad audiendam Missam,

SVMMA.

1 *Consuetudo quod puellæ nobiles nubiles non audiant Missam, an valeat.*
2 *Quid si ex aulia aliacausa domo exeant.*
3 *Consuetudo tunc moderanda quoad festa solemniora.*
4 *Hæc consuetudo quatenus excuset à peccato. Est tamen extirpanda.*

QVamuis Bonacina *disp.* 4. *de sacramen. Quæst vlt. punt. vlt. num.* 26. doceat valeta, etiamsi 1

dictæ puellæ aliàs domo exeant ad ludos, spectacula, & aut se è fenestris videndas exibeant, oppositum tamen omnino tenendum est, vt docent communiter. Ita Henriquez *lib.9.sum. cap. 25. num. 12.* Nauar. *cap. 21.manual.num. 9.* Graf. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 36.* Caiet. *in summ.* verbo. *Festorum violatio.* Angelus *verbo.* Feriæ. *num. 42.* Sotus *in distinc. 13. quæst. 2. art. 1.* Suarez *disp.88. de Euchar. sect. 6.* vers. *Sextum caput.* Molfes. *part. 1. sum. cap. 17. num.66.* Trullench. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 18.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 217.* Gesuald. *de sacram. tract. 17. cap. 2. num. 67.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. vlt. num. 19.* Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 21. disp. vn. pun. vlt. num. 7.* Franeisc. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 15. quæst. 1. num. 28.* Leander *in præcept. Ecclesiæ tract. 2. disp. 2. quæst. 60.* vers. *sed longè.* Neque enim dum exeunt domo præsertim ad spectacula, consuetudo non accedendi ad Ecclesiam ad audiendam Missam, habete potest motiuum honestum, & rationabile, quod solum potest esse conseruandi puellas ramotas ab aspectu hominum. Vndè essat coruptela magna, & abominabilis, & nullo modo salua conscientia posset à Prælatis tolerari.

2 Si aut ex nulla causa exeant domo, talem consuetudinem ezcusare à peccato, tenent Doctores *num. præced.* cit. & Præterea. Azot. *part. 1. lib. 7. cap. 7. q. 2.* Laiman. *lib. 4. Theol. moral. tract. 7. cap. 4. num. 2.* Ledesma *part. 1. sum. tract. de Eucharist. cap. 27. post. 16. conclus.* vers. *La sexta manera.* Facundez. *præcept. 1. Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 8. difficul. 36. num. 8.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 59.* Quia inquit, licet hæc consuetudo non sit ex se laudabilis, cum tamen non sit intrinsecè mala, si semel introducta sit, potest quoad hanc partem legem, audiendæ Missæ abrogare.

3 Verum hanc consuetudinem esse moderandam, vt saltem solemnioribus diebus audiant Missam, tradunt. Nauar. *cap. 21. manual. num. 9.* Suarez. *disp.81. de Eucharist. sect. 6.* ver. *Sextum caput.* Imò esse improbandam docent. Filliuc. *tract. 5. num. 229. in fin.* Trullench. *lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 7. num. 18.* Et absolutè non admittit Nugn. *3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 3. de præcept. audiend. miss. in fine.*

4 In hac difficultate existimo, hanc consuetudinem exeosare quidem à peccato, non quia ez se valeat excusare, sed ratione bonæ fidei, quia vbi est, existimant communiter, quod sit legitima consuetudo. Cæterum esse eztirpandum iuxta Cap. *fin. de consuet.* Vt enim consuetudo legi canonicæ denegare possit, necesse est, quod sit rationabilis, nec sit contra ius diuinum, aut naturale, vt declaratur in dicto cap. *fin.* Hæc autem consuetudo quattenus absolutè ezcludit auditionem Missæ, est contra ius naturale diuinum, quod obligat aliquando colere Deum sacrificio. Quatenus verò excludit auditionem Missæ toties, quoties præceptum obligat, non est rationabilis. Nam tota ratio, cui innitet hæc consuetudo, est substrahete nubiles puellas à commercio, & aspectu hominum; quæ tamen ratio non est sufficiens, cum possint ad Ecclesiam velatæ accedere, & diligenti custodia impediri ne cum aliquo conuersentur, aut alloquantur, vt seruatur io pluribus locis. Econtra autem præceptum audiendi Missam innititur rationi, quæ ezigit frequenter coli Deum sacrificio tum ob gratias agendas pro continuis beneficijs, tum ad auxilia pro necessitatibus imperranda, tum ad satisfaciendum pro peccatis. Vndè longe maior ratio stat pro præcepto, quam pro consuetudine; præsertim quia finis consuetudinis alio medio obtineri potest. Non est autem rationabile, quod consuetudo præualeat præcepto, quando in comparatione illius est minus rationabilis, quia hoc ipsum sufficit, vt non sit rationabilis.

Quæstio 1342.

An maior vtilitas spiritualis excuset ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Maior vtilitas spiritualis non excusat ab audienda Missa, nisi concurrat necessitas.*

2 *Præceptum præualet vtilitati spirituali liberæ electionis.*

3 *Ob confitenda peccata non est omittẽda auditio Missæ, nisi vrgeat necessitas.*

4 *Etiam si confessio cadat sub præcepto.*

5 *Quando ob confitenda peccata possit omitti auditio Missæ.*

6 *Monialis, quando ob confitenda peccata possit omittere audire Missam.*

7 *Quando, vt quis instruatur in rebus fidei possit omittere Missam.*

HÆc quoque regula recipitur communiter à 1
Doctoribus, quod maior vtilitas spiritualis non excuset ab audienda Missa, nisi simul concurrat aliqua necessitas. Ita Azor. *part. 1. sum. lib. 7. cap. 7. qu. 8.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 6.* vers. *Septimum caput.* Facundez *Præcept. 2. Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 12.* Palaus *part. 4. oper. moral. tract. 22. disp. vn. punct. vlt. num. 8.* Henriquez *lib. 9. sum. cap. 25. num. 10.* Filliuc. *tract. 5. num. 230.* Faustus *lib. 2. de Eucharist. quæst. 427. in fine.* Garzia *in sum. tract. 4. difficult. vlt. dub vlt. n. 18.* Francisc. Lugo, *lib. 1. de sacram. cap. 15 quæst. 1. num. 30.* Trullench. *lib. 3. in decal. cap. 1. dub. 7. n. 19.* Dicastil. *de sacram. tract. 5. disp. 5. dub. 10. n. 197.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 65.*

Fundamentum est. Quia leges, & præcepta habeot 2
vim constrictiuam; maior autem vtilitas spiritualiter cadit sub libera electione, & proinde eam eligendo omittendo obseruantiam præcepti, cum qua est incõpossibilis, ez libera electione omitteremus. Omittere autem ex libera electione obseruantiam præcepti, est violare idem præceptum. Oportet ergo quod cum vtilitate spirituali concurrat aliqua necessitas, ob quam hic, & nunc talis vtilitas censeatur necessaria, itavt faciat hæc necessitas cessare obligationem præcepti, sicut etiam facit cessare vtilitas corporalis; vndè noo esset licitum, vt dictum est etiam in superioribus, omittere auditionem Missæ ob audiendam concionem nisi concurrat aliqua necessitas, ob quam hic, & nunc esset necessaria auditio concionis.

Ex hac regula deducitur, quod non liceat auditio- 3
nem Missæ omittere ob confitenda peccata, si confessio hic, & nunc non sit necessaria, vt notant Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 8.* Suarez *disp. 88. de Eucharist. sect. 6.* vers. *Septimum caput.* Facundez *præcept. 1. Eccles. lib. 2. capit. 9. num. 12.* Faustus. *lib. 2. de Eucharist. quæst. 427.* in fine. Francis. Lugo *lib. 5. de sacram. cap. 25. num. 30.* Garzia *in sum. tract. 4. difficul. vlt. dub. vlt. num. 18.* Leander *in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 65.* Vt autem confessio dicatur necessaria, non est necessarium, quod concurrat præceptum confitendi, sed sufficit moralis aliqua necessitas, qualis esset occasio confitendi pro iubileo, aut si præcessisset longum tempus, in quo quis confessus non fuisset, aut futurum esset, quod per tempus notabile non esset habiturus copiam confessarij, aut vrgeret

getet occasio suscipiendi longam nauigationem, aut si conscientia valde remorderet & 1. Oporret tamen vt in quacumque occasione non possit differri confessio, quousque audiatur Missa.

4 Secundò deducitur. Neque etiam excusari ob confitenda peccata ob auditionem Missæ, quando confessio cadit sub præcepto, nisi fortè differri non possit, si differendo, non adfuturus fuisset coofessarius. Ita Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Septimum caput.* Axot. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 8. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 12. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 427. in fine Trullcuch. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 19. Garxia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub. vlt. num.* 18. Fraucis. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 1. *num.* 30. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 64. Cum enim coucurrant præceptum confessionis, & præceptum audiendi Missam, debet illod præualere tanquam de te mamagis uecessaria pro salute animæ.

5 Tertiò sequitur. Quod si quis haberet commoditatem confessatij, vel qui absoluerer à reseruatis, vel quo indigerer ratione doctrinæ, vt aperiret conscientiam propriam, vel in ordine ad directionem spiritualem aut ad sedandos scrupulos, vel cum quo posset integrè confiteri, stante quod nó posset cum eo, quem semper præsto habet, posset in tali casu ob confitendum omittere auditionem Missæ, si postea noo esset habiturus commoditatem eiusdem confessatij, nam in tali casu adest moralis necessitas coufitendi, quia si omitteretur occasio resultaret incommodum spirituale notabile, & proindè multo magis excusaret ab audienda Missa, quam excuset incommodum temporale notabile, quod tameo secuodum communem sententiam excusat.

6 Quartò sequitur. Monialem, quæ indigeret confessione pro commnnione quando solent omnes iuxta, regulam sumere Eucharistiam, potest omittere auditionem Missæ, si antea præmittere non potuit confessionem, vt simul cum alijs sumere possit Eucharistiam. Et hoc non tantum ob vtilitatem spiritualem, quæ percipitur ex sumptione Eucharistiæ; sed etiam ob incommodum, quod inde ipsi sequereror, causaret enim admirationem, & proferer etiam occasionem sinistrè opinandi de ipsa, quo incommodo stante excusatur ab audienda Missa.

7 Quintò requiritur, Excusari ab andienda Missa eos, qui indigerent instructione circa res fidei, aut circa ea, quæ concernunt salutem & non posset audire, si omitteret præsentem occasionem, quam esset amissurus si præponeret auditionem Missæ iuxta ea, quæ tradunt Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punct. vlt. num.* 8. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 196. Nam in hoc casu vtilitas spiritualis est coniuncta etiam cum necessitate, & proinde præferenda est præcepto. Instructio enim prædicta est necessaria pro salute: auditio autem Missæ non est necessaria.

QVÆSTIO 1343.

An excommunicatus, aut personaliter interdictus excusetur ab audienda Missa.

SVMMA.

1 *Excommunicatus, & personaliter interdictus excusantur ab audienda Missa.*
2 *Alias obligarentur ad peccandum.*
3 *Quando peccetur in causa.*
4 *Interdictus ab ingressu Ecclesiæ an teneatur audire Missam Oratorio Confraternitatis &c.*
5 *An ante ianuam Ecclesiæ.*

QVamuis nonnulli senserint excommunicatum, aut personaliter interdictum non excusari ab audienda Missa, conueniunt tamen communiter Doctores quod excusetur. Ita Angel. *verbo.* Missa. *num.* 11. Sylucster *num.* 1. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 3. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 11. Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Primò igitur* Laiman. *lib.* 4. *Theolog. moral. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Graf. *port.* 1. *decis. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 4. Facundez *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 1. Scottia *lib.* 2. *de sacrific. Miss. c.* 20. *num.* 8. Reginal. *lib.* 19. *Praxi fori pænitent. num.* 16. vers. *Postremò.* Filliuc. *tract.* 5. *num.* 225. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. qu. vlt. punct. vlt. num.* 19. Hurtad. *de sacrament. disp.* 5 *de sacrific. Miss. difficul.* 6. Marchin. *de Sacrament. Ord. tract.* 3. *part.* 3. *c.* 17. *num.* 3. Iodocus *in Thesauro. verbo.* Missæ auditio. *num.* 50. vers. *Primò excusantur* Barthol. ab Angelo *tract. de Miss.* §. 827. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *c.* 2. *num.* 45. S1 *verbo.* Missæ auditio. *num.* 3. Francisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. c.* 15. *qu.* 1. *nu.* 2. Tolet. *lib.* 6. *sum. c.* 9. *lib.* 1. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. qu.* 421. vers. *Quinta causa* Garxia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 1. *num.* 2. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *qu.* 4. 1

Ratio est. Quia si in excommunicatis, & interdictis non cessaret obligatio audiendi Missam, præceptum Ecclesiæ obligaret ad peccatum, & cum non obliget nisi secundum intentionem Ecclesiæ, ipsa Ecclesia obligaret ad peccandum, siquidem prædictæ personæ audiendo Missam peccant, quia violant legem, & præcepta Ecclesiæ obligantis ad abstinendum ab auditione Missæ. Hoc autem esset maximum absurdum. Vndè ex hoc elicitur etiam ratio à priori. Quia scilicet Ecclesia non potest sibi ipsi esse contraria, & proindè non potest facere præcepta sibi inuicem contraria, ita vt per vnum iniungat, quod per alium prohibet. Et ideò cùm prohibeat interdictis, & excommunicatis assistere Missæ censeudum est, quod cesset qooad ipsos obligatio audiendi Missam. 2

Dices. Peccare in causa, quaodo præcessit culpa, quæ dedit causam violationi præcepti, dum se reddidit impotentem ad illud seruandum. Verum hoc non subsistit. Quia tunc tantum peccatur in causa, quando quis volens, & sciens ponit causam, ex qua sequatur peccatum, ita vt actus, seù omissio quantum est de se, sit peccatum quando constringit, licet non imputetur nisi ratione causæ, vt cum quis præuidens homicidium ex ebrietate, adhuc se inebriat: non autem quando ponit causam, quæ non inferat actum peccaminosum sed dissoluit obligationem legis. Quia cum faciat cessare obligationem, facit etiam quod cesset, quod aliàs esset peccatum. In præsenti autem casu, quamuis peccet, qui contrahit censuram, non tamen ponit causam, ex qua sequatur violatio præcepti audiendi Missam: sed ex qua sequatur dissolutio obligationis audiendi, quia ad factum ipsius subintrat, vel à iure, vel ab homine prohibitio audiendi. 3

Sed hioc oritur dubium an ioterdictus ab ingressu Eccles. teneatot, si possit, andire Missam in Oratorio Non procedit difficultas de eo, qui haber priuilegium priuati Oratorij, nam de ipso dictum est suo loco; sed de eo, qui non habet, atque adeò nec etiam procedit de audienda in priuato Oratorio, quia illa auditio non est satisfactiua præcepti, sed in aliqoo publico Oratorio ex iis, quæ eriguntur à Confraternitatibus intrà Claustra Religiosorum &c. resoluendum autem videtur quod non teneatur audire. Quia Ecclesia obligat ad audiendam Missam. Præterea secundùm suam institutionem est celebranda, atq; adeò obligatio est coarctata ad audiendum in iis tantùm locis, in quibus secundùm institutionẽ Ecclesiæ cele- 4

btator publicè, quò possint, quicumqoe voluetiot, conuenire. Secundum autem Institutionem Ecclesiæ celebratur tantum io Ecclesijs, & publicis Oratorijs iuxta Decreta *de seruand. & vitand. in celebrat Miss. sess.* aa. Concil. Ttid. vndè si in his locis non potest, audire, cessat obligatio audiendi. Ioterdictus autem ab ingressu Ecclesiæ non potest audire, cum nomine Ecclesiæ veniant etiam Oratotia publica.

5 An autem teneatur audire extra Ecclesiam stando ante ianuam ipsius. Negatiuè tesoluendum est: imò neque etiam posse, quia licet non ingrederetur Ecclesiam, communicaret tameo in officijs diuinis celebratis in ipsa: vndè morali modo censeretut ingredi Ecclesiam; quia licet deesset ingressus materialis adesset tamen id, quod in tali ingressu fundatur, & ptopter quod ptohibetur, nempe communicatio in diuinis Et ideò lex interdicti secundum verba seruaretur, non autem secuodum mentem, & fioem; & ideò fieret fraus legi *l. Contra legem. ff. De legib.*

QVÆSTIO. 1344.

An Excusetur ab audienda Missa, qui potest obtinere absolutionem à Censura & non procurat obtinere.

SVMMA.

1 *Non procurans absolui à censura an peccet contra praceptum audiendi Missam.*

3 *Ligatus censura non afficitur obligatione audiendi Missam.*

4 *Posse obtinere absolutionem non tollit prohibitionem audiendi Missam.*

5 *Censura prohibitus cum non teneatur audire Missam nec etiam tenetur ad media.*

6 *Excommunicatus an tempore paschatis teneatur procurare absolutionem.*

7 *Cur aggrediens iter in festo peccat contra praceptum audiendi Missam.*

8 *Quid si aggrederetur antequam inciperet obligatio pracepti.*

9 *Negligens obtinere absolutionem à censuris ne audiat Missam teneatur, quomodo peccet.*

1 Difficultas est, ao peccet contra præceptom audieodi Missam, fieti enim potest, quod ex aiio capite peccet, de quo non est hic locus, cum pertineat ad materiam de Censuris. Quod autem peccet contra præceptum audiendi Missam tradit Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub. vlt.* ver. *Conclusio tamen.* Ptobat. quia si esset præsens Episcopus, quando vrget præceptum audiendi missam, & esset patatus absoluere si peteret, dum oon peteret, peccatet cootra præceptum audiendi Missam; Secundò. Qui teneturad aliquem finem, tenetut etiam ad media per se ordioata ad ipsum. Tollere autem impedimentum Censuræ est medium per se ordinatom ad impleodum præceptum audieudi Missam eum directè impediat obseruantiam Tertiò. Qui in Paschate est excōmunicatus tenetor, si potest, obtinere absolutionem, aliàs peccat contra præceptum confessionis anouæ, & Communionis Quartò. Qui absque oecessitate aggrederetor iter die festo, quo impediretur audire Missam peccaret contra præceptum audiendi.

2 Secunda sententia asserit, excusari, nec peccare contra præceptum audiendi Missam. Ita Naoar. *cap.* 25. *manual. num.* 3. Henriquez *lib.* 13. *sum. cap.* 3. *n.* 2. Vgolin. *de Cens. dub.* 1. *cap.* 13. §. 13. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 1. Suarez. *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. ver. *Prima igitur* Graf. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 4. Sayr. *lib.* 2. *de cens. cap.* 3. *num.* 24. Nald. *verbo.* Missa. *num.* 19. Auila *part.* 2. *de Cens. cap.* 6. *disp.* 4. *dub.* 7. Coninch. *disp.* 14. *de censur. dub.* 7. *n.* 59. Scortia *lib.* 2. *de sacrifi. miss. cap.* 20. *num.* 8. Marchin. *de sacram. ord. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 3. Facondez. *præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 17. Sà *verbo.* Missæ auditio *num.* 3. Hattad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrif. miss. diffic.* 6. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 22. Dicastil. *de sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 144. & 149. Gesual. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 46. Faustus *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 422. vers. *Quinta causa.* Ledesma. *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16 *conci* vers. *A esta duda.* Machad. *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 2. *docum.* 1. *num.* 4. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 1. *num.* 3. Præposit. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub.* 6. *num.* 217. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. pun. vlt. num.* 2. Leander *in precept. Eccles tract.* 2. *disp.* 2. *q.* 5. vers. *sed probabilius.* Caspens. *part.* 2. *curs. Theol. tract.* 23. *disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 29.

Dicendum est. *Impeditum Censura, si non curet absolutionem cum possit, non peccat contra præceptum audiendi missam.* Prob. Non potest peccari contra aliquod præceptum, nisi adsit obligatio seruandi. Qui autem est ligatos excommunicatiooe, aut Interdicto ooo afficitur obligatione audiendi Missam, quamdiù durat ligatus, quia non potest ab Ecclesia obligari ad id, quod prohibet exequi; alioquio vellet, & non vellet obseruari præceptum, quod implicat. Nec obstat, quod possit obtinere absolutionem, quia adhuc est verum, quod quandiù non absoluitur, sicut durat censura, ita etiam durat prohibitio Ecclesiæ, ne accedat ad audiendaio Missaio, qua durante sicut oon adest obligatio præcepti, ita nec etiam cootra ipsum committitur. 3

Ad 1. resp. Assumere quod esset probandū. Quod enim sit poteos Episcopus, & sit paratus ad absoluendum, sicot non facit, quod sit absolutus, ita nec facit, quod possit audire Missam, nec qood cesset prohibitio audieodi, vndè quoad hoc illa præsentia oihil operatur, & proindè oon peccabit contra præceptum audiendi Missam; solum fieri poterit, quod peccet peccato scandali, quia præbebit occasionem sinistrè opioandi de seipso, aut quod Claues contemoat, aot quod non curet de audienda Missa. 4

Ad 2. Quicquid sit, an qui teneiur ad aliquem fineio, teneatur etiam ad media, quæ per se conducont ad ipsum qoia non semper omois finis obligat ad qoæcumque media. Resp. Excommunicatos, & interdictos non teneri ad aodiendam Missam, vt dictum est io soperiuribus, quia eò ipso, quod directè excommonicatio, & ioterdictum impedit, & Ecclesia ponit hoc impedimentum prohibet audire. Cuoi ergo suspendatut quoad ipsos obligatio præcepti, quomodo si præceptum non obligat ad sui obseruantiam, obligabit ad media ordinata, ad obsetuantiā; vt ergo teneretur procutare absolutiouē opus esset. alio præcepto, quod obligatet ad tollenda impedimenta audiendi Missam, adhuc tameo neque tunc peccaretot contra præceptum audiendi Missam. 5

Ad Tertium. Quamois aliqui doceaot, quod excommunicatus teneatut tempore Paschatis, si possit procurare absolutionem, alioquin peccet coutta præceptum Confessionis & Commuoionis, adhuc tamen alij oppositum sentiunt, vt Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 46. & 48. Azor. *part* 1. *lib* 7. *cap.* 4. *quæst.* 3. Facundez *precept.* 3. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. Isambet. 3. *part. quæst.* 80. *disp.* 6 *art.* 2. vers. *Tertiò notandum*, & alij quos sequutus sum *in Theol. moral. disp.* 6

disp. 108. *sect.* 6. *num.* 41. militat enim eadem ratio, quod non possint peccare contra præceptum quod Ecclesia prohibet seruari, & consequenter quod non obligat.

7 Ad 4. Iter aggredientem in die festo, si sit tantum festus de Iure municipali, & tempore debito egrediatur è loco, vbi obligat, non peccare iuxta ea, quæ dicta sunt in superioribus. Si verò sit festus de iure communi, vt vbique obliget tunc peccat contra præceptum, quia cum non habeat necessitatem iter habendi, non cessat respectu ipsius obligatio præcepti, vndè cum ponat actum incompossibilem cum obseruantia præcepti, vult in ipso violationem præcepti, cum actus non sit de se sufficiens, vt faciat cessare obligationem, nihil autem refert in præsenti, an directè velit omittere obseruantiam an indirectè volendo aliquid incompossibile.

8 An autem peccaret, si iter aggrederetur antequam inciperet obligatio præcepti audiendi. Missam Resp. Quod si iter haberet per locum vbi celebraretur Missa, teneretur ibi audire, nisi adesset aliqua causa excusans, quia iter de se tanquam merè voluntarium non excusaret. Si verò iter haberet per locũ, vbi non celebratur Missa aut non adest commoditas audiendi, si id faceret ex intentione non seruandi præceptum, quamuis non peccaret contra præceptum, quia quando vrget non potest impleri, & antequam vrgeat non obligat, peccaret tamen contra obedientiam debitam Ecclesiæ qua tenetur quisque se subijcere præceptis ipsius. Cum enim quisque sit habitualiter subiectus Iurisdictioni Ecclesiæ, tenetur suscipere præcepta, quæ ab ipsa imponuntur, & ea exequi. Et ideò quando se reddit impotentem ad ea suscipienda ea intentione, ne suscipiat, intendit impedire, ne Ecclesia supra seipsum exerceat suam Iurisdictionem, & proinde ista Intentio est praua.

6 Ex quibus infertur cum Medina 1.2. *quæst.* 77. *art.* 7. Auila *part.* 2. *de Censur. cap.* 6. *disp.* 4. *dub.* 7. quod si quis negligeret procurare absolutionem à Censuris in eum finem, ne missam, audiret, peccaret non quidem contra præceptum, quia non obligat, antequam superueniat dies; & non ipsa obligatio, quæ nunquam superuenit durante Censura; sed contra Ius quod habet Ecclesia ad ipsum obligandum suis præceptis; nam impediret vtendo impedimento ab ipsa Ecclesia posito, ne Ecclesia supra ipsum exerceret suam Iurisdictionem, & ideò illa Intentio tanquam intentio de manutenendo impedimento contra Iurisdictionem Ecclesiæ esset iniusta.

QVÆSTIO 1345.

An degens in loco interdicto teneatur audire Missam in loco non interdicto, si commodè possit.

SVMMA.

2 *Degens in loco interdicto an teneatur audire Missam in loco non interdicto.*
3 *Si interdictum locale sit generale, non tenetur.*
Interdictum redundat in eos, qui sunt de loco.
4 *Interdicta ciuitate, sunt etiam interdicta suburbia.*
5 *In interdicto speciali tenetur quisque audire Missam in loco non interdicto.*
6 *Interdicta Ecclesia vnica interdictum est speciale.*
7 *Si interdicantur omnes Ecclesiæ loci, interdictum erit speciale.*
8 *Stante interdicto generali personæ quando sunt in loco interdicto prohibentur audire Missam.*

PRima Sententia asserit, teneri audire Missam in loco non interdicto, quando aliàs commodè possit. Ita Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 4. Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 24. & *dub.* 7. *num.* 17. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun. vlt. num.* 21. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. diffic.* 6. Leander. *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 6. vers. *Sed probabilius.* Fundamentum est, quia personæ loci interdicti non prohibentur audire Missam in loco non interdicto, Ergo si possunt ad ipsum adire absque graui incommodo, tenentur. 1

Secunda sententia asserit, non teneri audire Missam in loco non interdicto Ita Auila *part.* 5. *de Censf. disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 6. *conclus.* 2. Llamas. 3. *part. Meth. cap.* 5. §. 11. vbi habet tempore Io: Andr. & Archidiaconi fuisse motam hanc quæstionem, & Io: Andr affirmasse, quod teneretur audire, Archidiacon. verò negasse. Fundamentum est, quod nemo tenetur audire Missam extra suam Ciuitatem, extra suum locum imò neque etiam extra suum pagum, seu vicum quia præcepta secundùm communem sententiam, & consuetudinem sunt intelligenda *l. de quibus ff. de legib.* quando autem Missa deest in proprio loco, communi consensu nemo putat, se teneri audire Missam. 2

Verùm cum distinctione procedendum videtur, Vndè dicendum primò. *Si interdictum locale sit generale non teneri qui sunt in loco interdicto audire Missam in loco non interdicto, etiamsi commodè possint ad ipsum accedere.* Ratio est, Quia interdictum est pœna Ecclesiast. quæ quamuis imponatur loco, redundat tamẽ in eos, qui sunt de loco, quia locus tanquam res inanimata non est capax pœnæ spiritualis, vt notat specialiter Summ. Confessor. *lib.* 3. *tit.* 33. *quæst.* 251. Innoc. *in cap. tanta num.* 5. *de Excessib. prælat.* Palud. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 8. *art.* 4. vers. *Quantum ad vigesimum,* & ideò Ecclesia indirectè intendit punire, qui sunt de loco, & consequenter ne possint Missam audire. Ergo quamuis possint accedere ad alium locum ad audiendam, non tenentur quia possunt velle subijci pœnæ, & se conformare intentioni Ecclesiæ, quæ intendit eos priuare officijs Diuinis. 3

Dices. Intendere priuare tantum in tali casu loca: & ideò obligare præceptum quoad alia loca commoda sed hoc non potest dici, quia si intenderet, quod accederent pro audienda Missa ad loca commoda non interdicta, intenderet etiam, quod non sentirent pœnam, & quod interdictum fieret veluti frustratorium, quia sine incommodo possent audire Missam, Hoc autem est falsum, quia ne fiat Interdictum frustratorium ex commoditate audiendi Missam interdicta Ciuitate censentur etiam interdicta suburbia, quamuis suburbia non veniant nomine Ciuitatis *cap. si Ciuitas. de sent. Excom in.* 6. vndè constat, quod Ecclesia vult experiri pœnam Interdicti, & sentire priuationem quam infert, & consequenter quod non intendat obligare ad audiendam Missam in locis non interdictis, licet commodis. 4

Dicendum 2. *In interdicto speciali teneri quemque audire Missam in loco non interdicto.* Est autem interdictum speciale, quando interdicitur aliquis locus determinatus non continens in se alia loca, siue sacra, siue prophana, vt si interdicatur aliqua Ecclesia. Ratio est. Quia hoc Interdictum non pertinet, nisi ad eos, ad quos pertinet locus interdictus, & proindè solum in ipsos refunditur pœna, non autem pertinet ad Communicantem, nec in ipsam refunditur pœna, & proindè quoad obligationem audiendi missam remanet in illo statu, in quo erat ante Interdictum, atq; adeò inquocumq; loco commodo tenetur audire, & hoc extenditur etiam ad eos ad quos pertinet, 5

net,& quia pœna quæ refunditur in ipsos,non est pœna priuationis auditionis Missæ, sed facultatis celebrandi in ipsa Diuina Officia,

6 Ex quibus infertur, quod si Oppidum, aut pagus habent vnicam tantum Ecclesiam, & interdicatur, interdictum erit speciale, quia erit coarctatum ad Ecclesiam,& non se extendet ad totum Oppidum, seù villam, vt notant Couaruu. *in cap. Alma mater part.* 2. §. 1. *num.* 9. *de sentent. excommunicat.* Calderin. *tract. de Eccles. interdict. num.* 2. Henriquez *lib.* 13. *sum. cap.* 41. *num.* 3. Sayr. *lib.* 5. *de censur. cap.* 2. *num.* 12. Vndè tenerentur, qui sunt de loco, audire Missam si extra dictam Ecclesiam celebraretur. Posset enim Episcopus in tali casu concedere licentiam celebrandi extra Ecclesiam.

7 Infertur 2. Quod si omnes Ecclesiæ alicuius loci interdicerentur, adhuc interdictum esset speciale, quia, non extenderetur ad loca prophana, in quibus celebrari possent Diuina officia, vt tradunt Francis. *in cap. Præsenti.* vers. *in glos. verbo Generaliter de sent. excommunicat. in* 6 Ancharan. *num.* 2. vers. *Sed interdicta.* Calderin. *de interdic. num.* 2. vers. *Sed quæra.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 27. *cap.* 2. vers. *speciale interdictum.* Tabiena *verbo.* Interdictum. 1. *num.* 4. vers. *Tertia.* Conaruu. *in cap. Alma mater part.* 2. §. 1. *num.* 5. *de sent. excommun.* Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 116. Ledesina 2. *part.* 4. *quæst.* 26. *ar.* 2. *vbi de interdic.* Henriquex. *lib.* 13. *sum. cap.* 41. *num.* 3. Vgolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 6. Sayr. *lib.* 5. *de censur. cap.* 2. *num.* 13. Et ideò celebrari posset in eodem loco, in Oratorijs priuatis, & etiam de licentia Episcopi in locis prophanis, & in tali casu tenerentur, qui commodè possent, assistere celebrationi Missæ.

8 Ad fundamentum 1. sentent. resp. Quod licet personæ de loco interdicto non prohibeantur ire ad locum non interdictum, & ibi audire Missam, & Diuina Officia. Absolutè tamen prohibentur audire, quando sunt in loco, interdicto, quia prohibitio est vti municipalis. Et sicut, qui sunt in loco vbi celebratur festum, de iure municipali prohibentur absolutè exercere opera seruilia, licet possint ire ad locum, vbi non celebratur festũ, & ibi exercere. Sic etiam in casu præsenti. Dum autem veluti municipaliter prohibentur audire Missam non tenentur se subtrahere prohibitioni, & ad locum accedere, in quo possint audire Missam. Fundamentum autem secundæ sententiæ procedit tantum, quando interdictum est generale; non autem quando est speciale.

QVÆSTIO 1346.

An, qui habet Priuilegium audiendi Missam tempore interdicti, teneatur audire.

SVMMA.

1 *Priuilegiatus an tempore interdicti teneatur audire Missam.* & num. seq.
3 *Priuilegiatus est præuentiuè dispensatus, ne afficiatur prohibitione audiendi Missam tempore interdicti.*
4 *Priuilegium audiendi Missam præstruat ab effectu interdicti.*
5 *Priuilegiati non comprehenduntur sub interdicto.*
6 *Quando quis non teneatur vti priuilegio.*
7 *Priuilegiati cur non possint se conformare tempore interdicti prohibitioni audiendi Missam.*
8 *Ob audiendam Missam nemo tenetur procurare priuilegium pro tempore interdicti.*
9 *Non priuilegiatus non tenetur ire in comitatu, si inuitetur, vt audiat Missam tempore interdicti.*
10 *Clerici & Religiosi tempore interdicti tenentur audire Missam.*

PRima sententia asserit, non teneri audire, licet possit, Ita Auila *disp.* 4. *de censur. sect.* 2. *dub.* 6. Llamas *part.* 3. *meth. cap.* 5. §. 11. Coninch. *disp.* 17. *de censur. num.* 28. Alterius *tom.* 2. *de censur. disp.* 2. *de interdic. cap.* 3. in fine. Et hanc opinionem putant probabilem Facundez, & alij ex citandis pro secunda sententia. Fundamentum est. Quia nemo tenetur vti suo priuilegio. Ergo nec qui est in loco interdicto priuilegio audiendi Missam, secluso autem priuilegio non potest audire. Secundò. Cum tempore interdicti prohibeatur laicis interesse Diuinis Officijs, possunt priuilegiati velle se conformare huic opinioni. 1

Secunda sententia asserit, teneri audire Missam, si habeat priuilegium audiendi. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Nauar. *cap.* 21. *manual. num.* 3. Ledesma *part.* 1. *sum. tract. de Eucharist. cap.* 27. *post.* 16. *conclus.* Rodriquez *in Bullam Cruciata.* §. 5. *dub.* 1. *n.* 6. *& tom.* 1. *sum. cap.* 123. *num.* 9. Suarez *disp.* 88. *de Eucharist. sect.* 6. vers. *Solet etiam* Azur. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 6. Henriquez. *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 11. Reginal. *lib.* 19. *Præ vis scrip præit. num.* 16. in fine. Medina *part.* 1. *sum. cap.* 11. §. 13. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 225. Nugn. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *dub. vlt. in fine.* Præposit. *ibid. dub.* 6. *in fine* Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. punt. vlt. num.* 13. Molfes. *part.* 1. *sum. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 54. Sà. *verbo.* Missæ auditio *n.* 4. Cened. *quæst. canon.* 44. Gomez *in Bullam Cruciatæ claus.* 5. *&* 6. Scortia *lib.* 2. *de sacrific. miss. cap.* 20. *n.* 8. Hurtad. *de sacram. disp.* 5. *de sacrific. miss. difficult.* 6. Io. Sanchez *in select. disp.* 15. *num.* 2. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 6. *dub.* 1. *num.* 25. Viuald. *part.* 2. *Candelab. tit. de interdict. num.* 310. Lugo, Cardin. *disp.* 22. *de Eucharist. sect.* 2. *num.* 23. Acosta *in Bull. cruci. quæst.* 18. Fernandex *part.* 3. *exam. theol. moral. cap.* 9. §. 3. *num.* 1. Villalob. *tom.* 1. *sum. tract.* 9. *difficul.* 36. *& tract.* 19. *num.* 14. Facundez *Præcept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 27. *num.* 4. Anton. de Campis *De cessat. à Diuin. num.* 40. Valdes de Eleemos. *part.* 1. vers. *quæritur.* Trullench. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 24. Bassæus *in floribus verbo.* Missa. 9. *num.* 6. *in fine* Lublin. *part.* 1. *sum. verbo.* Interdictum *num.* 29. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 159. Gesuald. *de sacram. tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 47. Leander *in præcept. Eccles. tract.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 7. vers. *Longè.* Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 425. vers. *Alij tamen* Ludouic. à Cruce *in Bull. Cruciatæ disp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 4. Garzia *in sum. tract.* 4. *difficul. vlt. dub.* 2. *num.* 5. Palaus *part.* 4. *oper. moral. tract.* 22. *disp. vn. punt. vlt. num.* 2. vers. *sed est difficultas.* Francisc. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 25. *quæst.* 3. *num.* 43. 2

Dicendum est. *Habentem priuilegium tempore interdicti audiendi Missam, teneri audire.* Hoc autem intelligitur, si aliàs habeat commoditatem audiendi. Ratio est. Quia Priuilegium huiusmodi continet dispensationem prohibitionis, quam infert interdictum audiendi Missam. Et cum præcedat ipsam prohibitionem est dispensatio præuentiua præueniens effectum prohibitionis, & proindè præseruat priuilegiatum, vt non afficiatur prohibitione, quæ inducitur per interdictum, iuxta ea, quæ tradunt Geminian. *in cap. Quisquis. Dist.* 84. Turrectem *ibidem ante num.* 1. Præposit. *num.* 1. Io: Andr. *in cap. In generali num.* 3. vers. *Quadragesimus tertius. de reg. iur. in* 6. Auila *de censur. part.* 7. *disp.* 6. *dub.* 2. *in concl.* Sayr. *lib.* 6. *de censur. cap.* 18. *num.* Suarez *de legib. lib.* 6. *de legib. cap.* 12. *num.* 4. Molina *de iust. & iure tract.* 2. *disp.* 108. vers. *Est verò.* Couarru. *in Clemen: si furiosus. part.* 3. §. 3. Rota *in ferrariensi pension.* 21. *Martij* 1627. coram Vrini *num.* 5. 3

num. 5. vbi alij citantur. *& in Cæsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610. *num.*13. coram Lancellotto.

4 Cum ergo priuilegium præseruet ab effectu interdicti, quoad prohibitionem audiendi Missam, remanet priuilegiatus in eo statu, in quo erat ante interdictum. Siquidem interdictum non extendit huoc suum effectum ad ipsum. Ergo sicuti ante interdictum afficiebatur obligatione audiendi Missam, quando dies superueniens ipsam afferebat, afficietur etiam tempore interdicti, quia sicuti priuilegium excludit prohibitionem interdicti, ita conseruat habilem ad recipiendam obligationem præcepti, quia excludit illius impedimentum.

5 Confir. Ideò tempore interdicti non tenentur fideles audire missam, quia comprehenduntur sub interdicto & proindè prohibentur audire. Priuilegiati autem, vt possint audire missam, non comprehenduntur quoad hunc effectum. Quia virtute priuilegij excipiuntur, cui Pontifex eum non deroget, si ipse ferat interdictum, censetur tantum comprehendere non priuilegiatos. Si verò interdictum feratur ab inferiori, non potest priuilegio derogare. Ergo eum non comprehenduntur sub interdicto, tenebuntur missam audire.

6 Ad 1. in oppositum resp. Neminem teneri vti suo priuilegio, quando priuilegium est facultatiuum, & ordinatum ad aliquid faciendum libero modo, ita vt sit in potestate priuilegiati facere, vel non facere. Secus autem, quando priuilegium non est facultatiuum, sed veluti habilitatiuum, seu præseruatiuum, quale est huiusmodi, nam quamuis videatur esse priuilegium, ad aliquid faciendum, non est tamen huiusmodi, sed est priuilegium ad non patiendum, eum sit priuilegium ad non substinendum prohibitionem de non audienda missa annexam interdicto. Ex quibus fit, quod auditio missæ non sit actus Priuilegij, seu vsus illius; sed sit exequutio obligationis, quam iungit præceptum Ecclesiæ, quod sortitur suum effectum in priuilegiato, quia non reperit in ipso prohibitionem interdicti.

7 Ad 2. Priuilegiatos non posse se conformare prohibitioni audiendi Missam, quam quoad laicos affert interdictum. Quia eum ipsi non afficiantur ftaore priuilegio tali prohibitione, & econtra afficiantur obligatione præcepti de audienda Missa, tenentur implere hanc obligationem. Cum non sit in alicuius potestate ommittere ea, ad quæ tenetur. Poterit tamen si voluerit, in diebus, pro quibus non vrget obligatio audiendi Missam, se conformare dictæ prohibitioni, quamuis ea non afficiatur, eum non vrgeat in contrarium aliqua obligatio, sicut vrget in diebus festiuis.

8 Ex dictis infertur cum Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 158. Franeisc. Lugo *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 3. *num.* 41. Bonac. *disp.* 4. *de sacram. quæst. vlt. pun.* 13. *num.* 24. Henriquez *lib.* 9. *sum. cap.* 25. *num.* 11. Faust. *lib.* 2. *de Eucharist. quæst.* 417. *init.* Truleneh. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 17. Neminem, quantumuis diuitem, teneri ad procurandum Bullam Cruciatæ, aut aliud priuilegium, vt possit Missam audire. Præceptum enim audiendi Missam sicuti cedit prohibitioni interdicti, ita etiam non obligat ad procurandum priuilegium, quo dissoluatur prohibitio: Vndè potest quisque velle seruare interdictum, & nolle eo durante audire Missam.

9 Secundò infertur contra Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 3. Quod si quis habens auctoritatem audiendi Missam tempore interdicti, velit non priuilegiatum in suo comitatu assumere, & ducere ad audiendam Missam eo, quod ipsi concedatur per priuilegium, non tenetur non priuilegiatus acceptare, & ire ad audiendam Missam. Cum etiam afficiatur prohibitione interdicti, potest velle sub ipsa permanere, & non acceptare ablationem inpedimenti. Sic etiam, si ei offeratur priuilegium pro audienda Missa, potest non acceptare, nam valet regula, quod nemo cogatur priuilegium acceptare. Nec est eadem ratio de priuilegiato, quia cum priuilegium aut impediat prohibitionem, si illam præcedit, aut tollat, si inuenit facit locum præcepto. Inuitatio autem, aut oblatio priuilegij non faciunt loco si non acceptentur, quia non sortiuntur suum effectum.

Tertiò infertur. Clericos omnes, & Religiosos 10 teneri tempore interdicti diebus festiuis audire Missam, vt notant etiam Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 5. Facundez *precept.* 1. *Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. Dicastil. *tract.* 5. *de sacram. disp.* 5. *dub.* 10. *num.* 157. Franeisc. Lugo. *lib.* 5. *de sacram. cap.* 15. *quæst.* 3. *num.* 42. & alij. Quia in tantum non tenerentur, in quantum ratione interdicti prohiberentur. Nam prohibentur autem iuxta moderationem Cap. *Alma mater. de sent. excommunicat. in* 6. Et ideò præceptum eum repetiat exemptos à prohibitione inducit super ipsos obligationem audiendi Missam.

QVÆSTIO 1347.

An ratione scandali ommitti possit auditio Missæ.

SVMMA.

1 *Ob euitandum scandalum an Missa omittenda.*
2 *Scandalum quando vitandum.*
4 *Præceptum vitandi scandalum quando præualeat.*
6 *Ob vitandum scandalum, non licet, quando est peccatum in talibus circumstantijs.*
7 *Vitare scandalum excusat ab audienda Missa.*
8 *Quamuis oriatur ex malitia.*
9 *Ob vitandum scandalum non adest obligatio omittendi Missam.*
Charitas quando nos obliget erga proximum.
10 *Scandalum licet ex malitia soluit obligationem præcepti audiendi Missam.*
11 *Charitas quando obliget præferre bona propria spiritualia alienis.*
12 *Præceptum vitandi scandalum quando obliget.*
13 *Obliget si charitas obliget succurrere pusillis.*
14 *Omissio Missæ habet locum ob tuendam vitam proximi.*
15 *Præcepti obseruantia quando postbabenda charitati.*
16 *Si scandalum vitari possit audiendo Missam in alia Ecclesia, non cessat obligatio.*
17 *Potest catholicus abstinere ab audienda Missa, ne det occasionem hæreticis insurgendi contra Catholicos*

Casus occurrere potest, quod si quis eat ad audiendam Missam sit occasio scandali, vt si mulier sciat se exhibituram alicui occasionem inhonestè eam concupiscendi. Vndè dubitatur, quid in hoc vel in similibus casibus agendum sit, an sit de necessitate abstinendum ab auditione Missæ, an possit abstineri, & an de necessitate sit nihilominus implendum præceptum. Prima sententia absolutè asserit, adhuc esse implendum præceptum. Ita ij, qui volunt, quod nunquam ommittenda sit obseruantia præcepti ob euitandum alienum scandalum. Ita Alens. *part.* 1. *quæst. vlt. memb.* 6. Richar. *in* 4. *dist.* 36. *ar.* 1. *quæst.* 11. Duran. *quæst.* 8. *num.* 5. Paland. *quæst.* 6. Almain. *circa finem dist.* Adrian. *quodlib.* 1. *art.* 3. Syluester. 1

 verbo

verbo. Scandalum. quæst. 3. Armilla num. 5. Angel. ibid. eod. num. Supplemen. Gabr. in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 2. conclus. 11. Alphoo. de Castro lib. 1. de iusta heret. puuit. part. 20. D. Antonin. part. 3. tit. 8. cap. 4. §. 5. Vasquez opus. de scandalo art. 8. dub. 1. num. 4. Pontius de matrim. lib. 5. cap. 16. Trullench. lib. 1. in Decal. cap. 6. dub. 5. num. 12. Palaus. part. 1. oper. moral tract. 6. disp. 9. punt. 16. num. Henriquez lib. 9. sum. cap. 25. num. 10. in fine.

2 Fundamentum est. Quia hoc scandalnm sequitur per accidens, vndè non possumus ommittere implere proprias obligationes ob ipsum euitandum præsertim si oriatur ex malitia. Confir. Quia licet vitare scandalum alienum oriatur ex iure naturali, tamen quia est quasi secundariæ obligationis, ideò non tenetur preferre hoc proprijs bonis spiritualibus, & proindè debet prius in se ordinare opera virtutum, & præceptorum, quam in alio, alioquin esset peruerordo & contra virtutem, secundum quam bonum proprium spiritualé est præferendum alieno. Confir. 2. Licet præceptum positiuum non possit derogare iuri naturali de vitando alieno scandalo, occurrente tamen præcepto positiuo deficiat circumstantia, quæ est neccessaria, vt locum habeat ius naturale de vitando alieno scandalo, quia occursus præcepti positiui faciet, ne subiotret obligatio scandali vitandis cum secundum rectum ordinem charitatis prius curare debeamus proprium bonum spirituale, quam proximi, citant pro hac sententia D. Thom. loco infra citando, qui tamen in alio sensu loquitur.

3 Secunda sententia est opposita asserens, quod ob vitandum scandalum non est implendum præceptum Ita Innocent. in cap. Nisi cum pridem §. Cum graui. de renuntiat. Imola in Clemen. 1. de Immunit. Eccles. Cardin. ibid. Decius in cap. Cum teneamur. de prebend. Couarruu. in regul. Peccatum part. 1. num. 4. Maior. in 4. dist. 17. quæst. 5. circa finem. Almain. quæst. 1. de confess. §. Sed oritur ex his. Canus Relat. de prerit. part. 5. Petrus Sotos sect. 10. de confess. Medina C. de confess. Quæst. de intepr. confess. non semper seruan. Valent. tom. 3. disp. 3. quæst. 18. punt. 4. reg. 3. vers. Secnudo reg. Lopez part. 1. Instrut. cap. 57. Angles. in 2. dist. 37. quæst. 4. dub. 2. propos. 3. append. 6. Limitant tamen aliqui ex eis. Doctor. quod non tenetur, quis semper abstioere ab obseruantia præcepti ob vitandum scandalum, sed tantum bis, aut ter,

4 Fundamentum huius sententiæ est. Quia præceptum vitandi scandalum, est iuris naturalis, & ideò præponderat positiuis. 2. Ob tuendam vitam corporalem proximi, omittenda est obseruantia præcepti positiui: Ergo multò magis ob tuendam spiritualem, quæ longè prætiosior est. 3. Quia etiam plura præcepta naturàlia cessant ob vitandum scandalum, vt præceptum corrigendi proximum, quando ex correctione fit pejor, præceptum puniendi reum, quando timetur seditio &c.

5 Tertia sententia asserit, non adesse obligationem omittendi adimplementum præcepti positiui ob vitandum scandalum, præbere tamen causam sufficientem, vt possit sine peccato omitti. Ita Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 41. in fin. Suar. disp. 88. De Euchar. sect. 6. vers. Quartum caput. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. punct. vlt. num 15. Filliuc. tract. 5. num. 227. Sà. verbo Missæ auditio, numero tertio. Trullench. lib. 3. In Decal. cap. 1. dub. 7. numero 13. Axor part. 3. lib. 3. cap. 13. quæstion. 6. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. Sanchez lib. 1. sum. cap. 6. numero 16. Marchin. De sacram Ordin. tract. 3. part. 3. cap. 17. num. 19. Ledesma part. 1. sum. tract. de Euchar. cap. 27. post 16. conclus. vers. Lo segundo puede. Basseus verbo Missa 9. num. 4. Villalob. part. 1. sum. tract. 8. difficult. 36. num. 6. Dicastil. tract. 5. De sacram. disp. 5. dub. 10. num. 204. Faust. lib. 2. de Eucharist. quæst. 427. vers. Hac etiam ratione. Leander in præcept. Eccles. tract. 2. disp. 2. quæst. 54. vers. Sed media via. Garxia in sum. tract. 4. diffic. vlt. dub. 3. num. 17. Machad. tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 2. docum. 1. num. 2. Meteer. De sacram. quæst. 83. art. 6. dub. 4. post 5. resp. ver. Quarta causa. Præposit. 3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 6. in fin. Palaus part. 4. oper. moral. tract. 22. punct. vl. num. 5. Franc. Lugo lib. 5. de sacram. cap. 15. quæst. 1. num. 21.

6 In hac materia illud certum est. Quod ob vitandum scandalum oon licet facere, quod in illis præsentibus circumstantijs peccatum esset; Et hoc est, quod docet D. Th. 2. 2. quæst. 43. art. 7. in Corpore, vt constat ex illis verbis. *Manifestum est autem, quod nemo debet mortaliter peccare, vt alterius peccatum impediat, quia secundum ordinem charitatis, plus debet homo suam salutem spiritualem diligere, quam alterius.* Et hoc etiam voluit Innocent. III. relatus Cap. 2. De non. oper. nunc. ibi. *Sacra Scriptura testimonio debueras didicisse, quod licet illa opera, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine peccato committi non possunt.* Et hoc etiam foriè voluerunt Doctores antiqui citati pro prima sententia, dum dicunt, quod non est relinquenda obseruantia præcepti ob vitandum scandalum; videntur enim loqui, quando in illis circumstantijs obligat præceptum. Et ratio clara est ex illo principio, quod non sunt facienda mala, vt eueniant bona, & ideò neque peccandum est mortaliter, vt scandalum vitetur. Solùm ergo difficultas est, an quando adimplere præceptum est occasio scandali, sit sufficiens causa excusans, & faciens cessare obligationem præcepti.

7 Et quod spectat ad præceptum audiendi Missam Dicendum est. *Causam vitandi scandali esse sufficientem, vt cesset obligatio audiendi Missam, quatenus est præceptum Ecclesiasticum.* Ratio desumitur ex natura huiusmodi præceptorum, atque adeò ex intentione Ecclesiæ, quod nimirum non obligent cum notabili incommodo, seu proprio, seu etiam alieno; vndè excusantur famuli, quando non possunt audire Missam, nisi cum notabili incommodo Dominorum. Est autem notabile incommodum proximi peccatum mortale, cùm priuet vita spirituali, & amicitia Dei.

8 Dices. Hoc incommodum proximi prouenire ex malitia ipsius, quia opus bonum non infert de se scandalum, & ideò posse ex se vitare tale incommodum, fugiendo occasionem, sicut tenetur fugere, cohibendo concupiscentiam, & proindè non est causa sufficiens, vt faciat cessare præceptum. Resp. Hoc notabile incommodum peccati ita oriri ex malitia ipsius; vt simul etiam oriatur ex fragilitate, & ideò est secundum regulam charitatis subtrahere ipsi occasionem peccati; vndè ex parte obligari ad audiendam Missam concurrit motiuum sufficiens, vt faciat cessare obligationem, sicut posset cessare ab implendo hoc præcepto; vt curam gereret infirmi, quamuis ad ipsum ex obligatione non pertineret, & posset infirmus sibi prouidere de alia persona. Rursus quamuis ex malitia sequatur peccatum, adhuc tamen est notabile incommodum spirituale, & ideò est sufficiens causa, vt faciat cessare obligationem præcepti positiui Ecclesiastici.

9 Dicendum. *Non adesse obligationem omittendi auditionem Missæ ad vitandum scandalum.* Hoc enim scandalum non est scandalum actiuum, sed passiuum, vndè si oriatur ex infirmitate, aut ignorantia, poterit reddi ratio ad ipsum tollendum; Quod si reddita ratione, adhuc duret, erit ex malitia, vt inquit

D. Th.

D. Th. 2. 2. *quæst. 43. art. 7. in fine corp.* qui subdit quod in tali casu non est curandum de huiusmodi scandalo. Ratio est, quia non tenemur vitare scandalum, nisi ratione charitatis, quatenus scilicet præbere occasionem peccati est contra obligationem charitatis, & ideò quando charitas non obligat, neque etiam tenemur, Charitas autem generaliter nos non obligat erga proximum, quando ipse sibi succurrere potest, & sibi prouidere, ne subeat aliquod damnum siue temporale, siue spirituale. In præsenti autem casu qui scandalum subit, potest ipse sibi succurrere, quia scandalum est merè passiuum, & vitari potest vel fugiendo occasionem, vel aliquo alio modo.

10 Ad 1. primæ sententiæ respond. Quod quamuis hoc scandalum sequatur per accidens, & oritur ex malitia, est tamen causa sufficiens ad soluendam obligationem audiendi Missam, vt constat ex dictis, & solùm ex hoc fit, quod non teneamur abstinere ab ijs, quæ nobis proficua sunt, prætertim in spiritualibus, vt ipsum enitemus: nam est quid diuersum solui obligationem præcepti, & inferre specialem obligationem præcepti ad omittendam obseruantiam præcepti. Argum. verò solum probat, quod non teneamur abstinere ab obseruantia præcepti, non autem quod non soluat obligationem.

11 Ad 1. Confir. resp. probare solum, quod non possimus peccando vitare scandalum alienum, quando peccaremus omittendo obseruantiam præcepti & proindè supponitur, quod non soluatur obligatio præcepti. Vndè esset probandum, quod causa vitandi scandalum alienum non soluat obligationem præcepti. Quod non probatur ex ordine Charitatis quia hæc tantum exigit, quod præferamus bona nostra spiritualia alienis, quando obligamur ad ea acquirenda, quando autem circa ipsa non adest obligatio licet possimus adhuc illa præferre, non tamen tenemur, quia possumus cedere iuri proprio.

12 Ad 2. Confir. Præceptum vitandi scandalum, quamuis sit de iure naturali, non tamen semper vrgere; sed solum, quando scandalum est actiuum, & quando est passiuum, ad summum quando est scandalum pusillorum, quoad vsque pusilli doceantur iuxta Doctrinam D. Thom. 2. 2. *quæst. 43. art. 7. in corpore*, vndè vt dictum est, aliud est, quod non teneamur vitare scandalum, quando occurit præceptum positiuum & aliud est, quod teneamur seruare præceptum non obstante scandalo. Primum locum habet, quando Charitas non obligat ad vitandum scandalum, secundum nunquam locum habet, quando præceptum est positiuum, quia adest sufficiens causa pro soluenda obligatione.

13 Ad 1. pro secunda sententia præceptum vitandi scandalum tanquam Iuris naturalis præponderare quid, positiuis. Verum, vt dictum est; non semper, hoc præceptum vrgere, quando actiones nostræ sunt occasio scandali, quamuis aliàs bonæ; sed tunc solum, quando Charitas nos obligat ad succurrendum pusillis, eo quod ipsi ex se non possint sibi succurrere. Et ideò cum obseruantia præcepti sit opus bonum, & non præbeat occasionem scandali, nisi ex malitia, Charitas non obligat ad ipsum vitandum.

Ad 2. In vtroque casu teneri nos omittere auditionem Missæ, sed quando hæc omissio est necessaria ob tuendam vitam proximi, siue corporalem, siue spiritualem. Secus autem, quando non est necessaria, vt quando qui patitur, potest ipse tueri propriam vitam, 5 siue Corporalem, siue spiritualem quia cum non indigeat nostro auxilio, nec etiam charitas nos obligat ad ipsum præstandum. 14

15 Ad Tertium probare tantum, quod cesset ob vitandum scandalum obligatio præcepti audiendi Missam, sicut etiam alia huiusmodi præcepta, nō autem, quod teneamur abstinere ab obseruantia præcepti, nisi aliundè insurgat hæc obligatio, quæ vt dictum est, solum insurgit, quando Charitas nos obligat ad succurrendum proximo, quia ipse non potest sibi succurrere, aut quando consequeretur damnum. Tertiò ex occasione alieni damni, quod ex alio capite tenemur vitare.

16 Ex dictis infertur, vt notat Francisc. Lugo. *lib. 5. de sacram. cap. 15. quæst. 1. num. 23.* Quod si scandalum oriatur ex auditione Missæ in tali Ecclesia, non cessat obligatio præcepti, si audire possit in alia Ecclesia absq; notabili incommodo. Nam in tantùm hæc causa potest facere cessare præceptum, in quantum non potest obseruari, nisi cum incommodo notabili proximi. Hoc autem non habet locum quando sine notabili incommodo audiri possit Missa in alia Ecclesia, vndè non sequeretur scandalum. An autem adhuc possit audire in Ecclesia, in qua audiendo sequitur scandalum, si scandalum sit tantum ex malitia, iuxta superius dicta, videtur adhuc audire posse quia non tenetur vitare tale scandalum, & proindè nec etiam ea, ex quibus sumitur occasio.

17 Secundò infertur quod vbi sunt Catholici commixti Hæreticis, si contingeret, quod aliquis Catholicus audiendo Missam esset occasio, quod aliquis Hæreticus insurgeret contra Catholicos, aut commoueret contra ipsos persequutionem, posset abstinere ab audienda Missa, ne esset occasio talis damni, quia licet Hæreticus moueretur ex odio fidei, & Religionis Catholicæ quia tamen non tenderet directè contra fidem, & Religionem, ideò non obligaret præceptum confitendi fidem, & profitendi Religionem. Imò etiamsi Hæreticus tantum sumeret occasionem peccandi vt si blasphemaret Christum Dominū, aut contumelias proferret contra sacrificium, adhuc ob vitandam hanc Dei offensam, posset abstinere quamuis non teneretur iuxta superius dicta. Hæc autem, quæ tum in præsenti, tum in priori parte dicta sunt S. Romanæ Ecclesiæ censuræ omninò submitto, paratus ea omnia retractare, quæ sacris dogmatibus, Pontificiisque sanctionibus non congruunt. Si quid autem tuo satisfaciat palato humanissime Lector, id illius munus agnosce, qui ex ore quoque infantium, & lactentium perficit laudem.

FINIS.



INDEX
RERVM NOTABILIVM
Totius Operis ordine Alphabetico Digestarum.

Primus numerus Quæstionibus respondet. Secundus Quæstionis partitioni. Vbi vero numerus 2. lateralis reperitur, partis secundæ nota est.

Index Rerum

Abs

Memorabilium.

Index Rerum

Si

Per

Memorabilium.

Argumentum

Index Rerum

a.Quod

Memorabilium.

b 2. Quæ

a. Damnum

2.Quod

C

Cadauer.

Calix.

a. An

Index Rerum

2. Damnum

Celebratio in domo priuata.

Inconuenientia.

Celebrans.

Celebrans quoad tempus.

Cebrans quoad locum.

Celebrans quoad stipendium.

Index Rerum

Cur

2. Collectæ

2. Publici

Consecratio

Index Rerum

Consecrator.

Consensus.

Consiliarij.

Constitutio.

Consuetudo.

2. Consuetudo

Successores

Index Rerum

Dies

Ecclesia reconciliatio.

Effectus

Episcopus

Index Rerum

Formula.

Fractio.

Fragmentum.

Fratres Minores.

Memorabilium.

Homo

Index Rerum

Eadem

Memorabilium.

Si

Anticiptex

Legatarij

Accendere

Nec

Missa quoad rationem partium.

Missa celebratio.

Missa recitatio.

Missæ congruentia cum officio.

Missæ qualitas.

Missa priuata.

Missa solemnis.

Aliud

suppone

Si

2. Quid

2. Quando

Index Rerum

a. Fr·ua

a. Discrimen

Memorabilium.

N.

Index Rerum

O.

Oblatio.

Oblatus.

Obligatio.

Obseruantia.

Obseruantia

Priuilegia

Index Rerum

Seculares

Ordinarius.

Ordinatio. Ordo.

Index Rerum

Pro

Index Rerum

2.Pœna

Index Rerum

Preceptum.

Preceptum audiendi Missam.

Præceptum obligat ad totam Missam.

2 Inci

Prælatus

2. Priuile

2. Promissio

Regulares quoad celebrationem.

Regulares quoad Missam Conuentualem.

Relatiuum.

Religiosi.

a.Priuile

2. Cessante

Quid

Sacerdotium.

Sacramentale.

Sacramentum.

Sacrificium.

Index Rerum

a.Sacrificium

Sacrificium Missæ quoad species.

Sacrificium Missæ in ordine ad Sacramentum.

Sacrificium Missæ ad Sacrificium Crucis, & vltima Cœna.

Sacrificium complendum.

Quid

Sacrificij oblatio.

Satisfactio

Index Rerum

Sacrificium

Augmentum

Memorabilium.

Stannum.

Statutum.

Stipendium offerentis Sacrificium.

2. Ius

Stipendij correspondentia ad Missas.

a. Accipiens

Generales

Index Rerum

Nec

F I N I S.